BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
3 F
1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

30.2.6.
3 0 6
13 9 1 19

D. GABRIELIS ALVAREZ DE VELASCO VALLISOLETANI, DE PRIVILEGIIS PAVPERVM.

D. GABRIELIS ALVAREZ
DE VELASCO
VALLISOLETANI,

Noui Regni Granatensis Senatoris;

DE PRIVILEGIIS PAVPERVM
ET MISERABILIVM PERSONARVM
AD LEGEM VNICAM:

COD. QVANDO IMPERATOR INTER Pupillos, & Viduas, aliásque miserabiles Personas cognoscat:

TRACTATVS IN DVAS PARTES DISTRIBVTVS,

Iuris Studiosis, & in Foro versantibus omnino necessarius, Bonarum literarum Sectatoribus accommodatissimus;

EDITIO SECVNDA.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXIII.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ILLVSTRISSIMO, REVERENDISSIMOQVE D. D.

LVDOVICO FORBINIO ELECTO TOLONENSIVM EPISCOPO.

EX Hiſpaniæ finibus aduectum hoſpitem, tibi ſiſtimus PRÆSVL ILLVSTRISSIME: Tuæ certè Humanitati, nec quòd Caſtellanus ſit,nec quòd *pauperculum* munus afferat, ingratum vt opinor, futurum. Audiuit ſcilicet ille, quod à maioribus fando accepimus, te per clariſſimam Parentem tuam, à regio quondam Caſtellanorum ſanguine originem traxiſſe, cui Paterni ſtemmatis gloria decuſque minimè concedit: nec dubitauit, quin eam quæ tota hac lucubratione ſuſcepta eſt, *Pauperum cauſam* prolixâ voluntate complecteteris, qui & naturæ propenſione, & officio ipſo cui modò præfectus es, incenſo erga miſeros amore ac caritate totus exardeſcas. Tradita eſt tibi ab vtroque deceſſore laudatiſſimo ea prouincia, quam eorum alter quidem, aſſiduo Religioſæ pietatis ac continentis orationis ſtudio;proximus, indefeſsâ erga tenuioris afflictæque fortunæ mortales curâ, ita celebrem effecerunt, vt fatale videatur *Tolonenſi Sedi*, ſpectatæ virtutis, vitæque Sanctiſſimæ Præſules à Regibus Chriſtianiſſimis accipere. Cùm enim inſignia erga Galliarum regnum nobiliſſimæ familiæ tuæ merita, nouis in dies cumulata fidelibus obſequiis probè cognouiſſet LVDOVICVS XIV. non modò germanum tuum, domus inclytæ columen, ſupremi Salyorum Senatûs principem eſſe iuſſit, alterúmque fratrem inter Melitenſes Equites à puero religioſa merentem ſtipendia, trierarchæ in regia claſſe munere decoratum voluit; ſed veluti defutura ſibi tantus Rex paria tantis virtutibus præmia dubitaret, moræ impatiens, miſſo in anteceſſum regio diplomate, ſedem in vicinis circùm prouinciis illam cui primùm Paſtor deeſſet, à te illicò implendam decreuit. Nec ſpe falſus eſt Princeps ſapientiſſimus, dum non ſine numine, virtutum omnium cumulo laudúmque ſingularium concentu ornatum Pontificem, Tolonenſium Eccleſiæ repræſentauit. Non abs re igitur liber hic *de Priuilegiis Pauperum & Miſerabilium Perſonarum*, fauſto omine tuo, prodibit in lucem ANTISTES NOBILISSIME, quem (vt ex his quæ priuatus

agere cæpisti, certæ coniecturæ locus est) breui pauperum parentem, tutamen pupillorum, viduarum præsidium demirabimur. Exorietur aliquando (te Pastore) exoptata miseris fausta dies, eritque, ad diuitum inuidiam, felix tandem calamitosorum conditio, quos ex miserabilibus præstare fortunatos, cælestis ac diuinæ naturæ quid simile est. Nempe vt cecinit Ouidius.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis; --
Conuenit & tanto, quantus es ipse, viro.
Fortunam decet hoc istam, quæ maxima cum sit,
Esse potest animo vix tamen æqua tuo.
Hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est
A Superis ortæ nobilitatis opus.

At nos terque quaterque beati, iure meritissimo incedemus omnibus lætitiis, quibus tam clarus illuxit, Typographici laboris nostri Patronus ac Defensor; Portus erit, tuus *Telo Martius* ad quem *Carinam Librorum nostrorum tesseram*, velut in stationem fidissimam appellemus, securi posthac procellarum ac tempestatum, dum apud omnes audiamus.

ILLVSTRISSIMÆ DOMINATIONIS TVÆ.

Deditissimi serui,

HORATIVS BOISSAT, & GEORGIVS REMEVS
Lugdunenses Bibliopolæ.

PRÆFATIO.

ALIQVOS hac de re scriptitasse [1] scio: *Cornelium* præsertim *Benincacciam*, qui integrum *de Paupertate* tractatum edidit, elegantem quidem & eruditum: breuissimis tamen cancellis se continuit, multaquè suo tempore memoranda omisit: multa postmodum (omnino scitu digna, huicque rei necessaria ex *Sacri Concilij Tridentini*, Regiarumquè legum dispositione, quæ nec præuidere potuit) accreuêre. Poterat autem de recenti editus liber (si eius inscriptioni responderent scripta) vel ex toto laborem nostrum supplere: vel magna saltem ex parte leuare. Auctor est *Lucas Matthæ. Apicella*, libro qui nomen *Tutamen Pauperum* indidit. Generalior tamen titulus nigro. Quatuor enim tantùm quæstionum complexus est materiam. *De Quinquennali* nempè *Dilatione*, *De Moratorio Principis*, *De Remissione debitorum*, & *De Cessione bonorum*. Cætera Nobis, multaquè etiam in his dicenda reliquit. Quare ab incepto opere non desistere conueniens Nobis non solùm visum est; sed etiam maiori illud fore conatu prosequendum. Cum & materiam tantis viris dignam perspexerimus, totque in ea omissa: vtquè facundissimi *Andreæ Tyraquelli* (etiam mortui) desiderio (cuius in *Epistola ad Lectorem* mentionem fecimus) pro viribus satisfieret. Curabimus autem nec dicta transcribere, nec omittere necessaria: ita breuitati consulendo, vt non obscuritas generetur: ita operi, vt non defectu doleat: Nec ex abundanti copia, parca nimis, nec rursus auida manu, sed quod magis vtilitati, ac desiderio satisfaciat, quàm satietati abundet, hauriemus; modum quoad fieri poterit, seruando, [2] iuxta vulgatum illud *Horatij, lib.1. Sermon. saty.1.*

1 *Qui hac de re egerint Auctores.*

Breuitati qualiter sit consulendū.

2 *Modus seruandus.*

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra, citróque nequit consistere rectum.

Et Senec. lib. 2. de benefic. *Et cum sit vbiquè virtutis modus æquè peccat quod excedit, quàm quod deficit.* Pliniique Minoris sententiam *epistolarum lib. 1. epistola ad Cornelium Tacitum. Optimus tamen modus est* (inquit ipse) *quis negat? Non magis seruat modum, qui infrà rem, quàm qui supra, qui astrictiùs, quàm qui effusiùs dicit.*

Vt autem verbo promissa, opere incipiamus implere; vtquè multa, quæ huic tractatui accommodari possent, omittamus: supponendum erit, priuilegia piis causis concessa, Pauperibus quoque concessa videri, [3] in eorumquè causis locum habere, cum & ipsæ piæ sint, vt plenè ostendit *Cornel. Beninc. de Paupert. quæst. 5. princip.* præsertim ex *n.40. vsque ad fin.* vbi post argumenta pro vtraque parte adducta, Pauperum causam piam esse, gaudereque per consequens omnibus priuilegiis, immunitatibus, & specialibus piis causis concessis concludit: firmant etiam *Andre. Tyraquel. de priuil. piæ caus. in præfat. n.9. & 23. Emman. Costa in capit. Si pater, verb. Pauperes, num.9. de testam. lib.6. Ioan. Maria Nouar. in praxi electionis, & variationis fori, quæst.16. n.2. sect.1. Francisc. Viui. decis.212. num.2. lib.2. Sigismund. Scacci. de iudic. lib.2. c.5. num.44. Sebast. de Medic. in tract. de casib. fortuit. 2. par. quæst.4. num.49. P. Ferdinand. Rebello de oblig. iustitiæ, 2. par. lib.18. de promissione, & donatione, quæst.7. num.1.*

3 *Priuilegia piis causis concessa, Pauperibus concessa videntur.*

Quare omnia à *Tyraquello in d. tractatu de priuileg. piæ caus.* congesta (quæ hùc etiam spectare videbantur) omissa facimus, licèt quandoquè in eum incidamus necesse sit. Sic & multa alia adducta per *Petr. Surd.* in suo eleganti, copiosoquè *de alimentis tractatu* (cuius pleraque ex dictis præcipuè *in tituli primi quæstionibus*, cum alimenta non tam sui ipsorum priuilegia contineant ratione: quàm quòd pauperi debeantur, vt suo loco Nobis latiùs erit agendum) data opera prætermittimus. Neque piæ causæ prosequimur nunc priuilegia, vt ea Pauperibus referamus. Illud solùm (vt dictis firmitatem addamus) in præsenti deducimus: Pauperum causam verè, & propriè, non lato, sed exacto modo piam [4] dici: vt firmat, defenditque *P. Ferdin. Rebell. suprà, num.3.* vbi inquit, donationem pauperibus

4 *Pauperum causa verè & propriè, non lato, sed exacto modo pia dicitur.*

Donatio excessiua, omniumque etiã bonorũ pauperibus facta insinuatione non eget. ribus factam, licèt excessiua sit, ac terminum quingentorum solidorum *à lege pen. C. de Donat.* præfinitum excedat; insinuatione non solùm non egere; validamque absque illa esse ex communi sententia; sed etiamsi omnium bonorum 5 facta sit, iuxta illud Dominicum *Matthæi* 19. *Vade vende omnia quæ habes, & de pauperibus.* Respondetque ad *text. in l. Sancinus,* 34. *C. de Don.* correctum esse, tum per contrariam consuetudinem, tum per

5 *L. Sancimus, 34. & l. pen. C. de donat. interpretatur.* *d. leg. penult.* Illamque loqui in causis non omnino piis, licèt aliquo modo pietatem continentes, ad hasque insinuatione opus esse: non ad illas! hancque dicit ibi communem sententiam, *n.* 4. *vers. Rationabilis.* De qua re latè ante eum *Tiraq. de pia caus. priuil.* 124.

Adeo autem suprà dicta procedunt, vt non solùm Paupetum causa verè, ac propriè pia sit, aliorumque piarum causarum priuilegio gaudeat, & earum appellatione, nomineque contineatur: sed etiam è conuerso, vt Pauperum appellatione veniant quæuis opera

6 *Appellatione pauperũ veniunt quæuis opera pia.* pia, 6 ita (post *Martin. Nauar.* quem refert) obseruat *P. Leonard. Lessius de iustit. & iure, lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 6. *num.* 34.

Tractatus huius ordo, ac diuisio. Huius tractatus materiam in duas diuisimus partes, quarum prima hæc, in Electionibus, in Ecclesiasticis, Ciuilibusque Iudiciis, necnon & in Contractibus priuilegia continet. In vltimis Voluntatibus, in Delictisque specialia (quibus vltimam iam fere manum imposuimus) continebit secunda.

Aduertendum deinde, miserabilium omnium personarum Nos in præsenti sigillatim non prosequi materiam: tum quia Pauperum nomine inscriptis quæstionibus inest: tum quia de Pauperibus (vt de miserabilioribus) est præcipuus sermo noster, in illisque miserabilitatis ratione disposita, in aliis quoque actu saltem, & habitu miserabilibus locum habent, iuxta notata à Nobis *quæst.* 52. *num.* 31. *& seqq.* Nominatim autem de Infirmis, & Valetudinariis *quæst.* 36. egimus, de Pupillis, Orphanis, & Viduis *d. quæst.* 52. Multæ præ-

7 tereà aliæ Iudicis arbitrio 7 (demptis his, quæ in specie miserabiles à lege designantur) dicuntur personæ, quas (post *Henr. Bouh. in cap. Ex ratione,* 11. *num.* 4. *&* 5. *de foro compet. Petr. Rebuf.* 1. *tomo ad constit. Gallic. tit. de sentent. prouisional. art.* 3. *glos. vlt. per tot. Didac. Couar. pract. cap.* 6. *num.* 3. multosque alios ab eo relatos) recensent plenissimè *Mascard. de probat. concl.* 165. *per tot. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *casu* 66. *per tot.* Nosque alios

8 etiam adduximus, *quæst.* 4. *num.* 77. Inter quas meretricem 8 quoque miserabilem iudicari, forique priuilegio gaudere: ex plurium tradidimus sententia, *d. quæst.* 52. *num.* 9. Idem-

9 que in Virgine, 9 Cælibe, Vxorata inutilem maritum habente, Cæco, Captiuo, Sene, Membris mutilato, aliisque firmat *Menoch. suprà*, quorum multos ab eo relatos omittimus, & quia ibi poterunt videri; & quia de veritate inibi positarum assertionum dubita-

10 mus, vt in Vniuersitate, vel etiam Ecclesia Rusticis, 10 & aliis personis, quæ ex ipsarum sola conditione, nisi alia adiungatur causa miserabiles dici non posse videntur, iuxta dicta à Nobis repetita *quæst.* 52. *num.* 31. *& seqq.* Cum tamen eas indistinctè miserabiles dicat *Menoch. suprà*, easdem etiam nouissimè recensent *Bernard. Græuæ. conclus. pract. Camer. Imper. conclus.* 1. *consider.* 1. *num.* 3. *& seqq. lib.* 1. *& Doctor Marta in summa successionis legalis,* 4. *part. quæst.* 18. *art.* 4. *num.* 18. *&* 19. vbi declarat, & obiectioni proximè oppositæ satisfacere videtur, cuius Nos sententiam de verbo ad verbum *in* 2. *huius tractatus parte in specialibus extra quæstiones in vltimis voluntatibus, num.* 20. recitamus. Quod ne forsan quisquam in limine (vt aiunt) impingat, adnotare obiter libuit.

ELENCHVS.
QVÆSTIONVM IN HAC Prima Parte Contentarum.

QVÆSTIO I.

NOMEN hoc Paupertas, vel Pauper vnde descendat? dequè aliorum consimilium Nominum naturâ & differentiâ ad moltorum iurium intellectum. pag. 1. col. 2.

II.

Quotuplex sit paupertas, quotuplicésque sint pauperes? pag. 5. col. 2.

III.

Quo iure sit introducta Paupertas? pag. 6. col. 2.

IV.

Quid sit Paupertas, quisque Pauper dicatur? pag. 7. col. 1.

§. I.

Vtrum Pauper dicatur Dominus vtilis tantum nec alia habens bona? pag. 19. col. 1.

§. II.

Vtrum pauper sit, qui secundum conditionem suam sufficientia bona non habet, debitis tamen multis implicatus est, Quivè debitores, aut debitorum iura habet? pag. 20. col. 2.

§. III.

Vtrum Pauper sit qui artem vel officium habet, ex quo alimenta, vitæque necessaria percipere potest, qui alium sibi obligatum habet vt præbeat alimenta? pag. 25. col. 1.

§. IV.

Vtrum pauper sit, qui plura, magnaquè æstimationis bona habet, non tamen ex ijs sufficientes redditus percipit, de quibus se, familiamque alat; ac decenter pro conditione sua viuere possit? pag. 29. col. 1.

§. V.

Vtrum pauper sit, qui bonis externis abundat, internis tamen, & animi caret? & an pauperum Priuilegiis & fauoribus gaudeat? pag. 31. col. 2.

QVÆST. V.

Paupertas quomodo probetur? pag. 33. c. 1.

VI.

Vtrum ad honores, & Reip. Officia admitti, vel etiam diuitibus præferri possit & debeat pauper? pag. 38. col. 2.

VII.

Vtrum admitti, eligiuè ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas, aut etiam diuiti vel minus pauperi digniori præferri pauper debeat? pag. 55. col. 2.

VIII.

Vtrum Clericus pauper negotiator, vel mercaturam exercens, pœnas contrà clericos mercatores à iure impositas incurrat? pag. 60. col. 1.

IX.

Vtrum Clericus pauper etiam coram iudice seculari & in secularibus causis Aduocati vel procuratoris officium exercere possit? pag. 63. col. 1.

X.

Vtrum Clericus Pauper, Tabellionis vel Notariatus Officium coram iudice Ecclesiastico, vel etiam seculari, quin ob id pœnam incurrat, exercere valeat? pag. 68. col. 1.

XI.

Vtrum parentum Paupertas impediat filio Religionis ingressum siue ad eam [illegible] adstrictus sit, siue non? Et an post professionem filium egredi compellat? Et quidni parentibus circa filios, vel fratribus circa fratres, vel sorores Pauperes. Pag. 69. cap. 2.

XII.

Vtrum, & quando propter paupertatem fieri possit, vel debeat beneficiorum, aut dignitatum vnio? Et an ob eam tam ex dispensatione, quàm sine illâ, plura quis possit beneficia obtinere. Pag. 73. c. 2.

XIII.

Vtrum coniunctus pro coniuncto paupere, absquè Mandato in Beneficialibus admittatur? Pag. 78. c. 2.

XIV.

Vtrum sponsalia de futuro, propter superuenientem alterius ex sponsis paupertatem dissoluantur? Pag. 79. c. 1.

XV.

Vtrum pater Naturalis filiam Naturalem pauperem dotare teneatur? Pag. 82. c. 2.

XVI.

Vtrum filiam semel dotatam, quæ dotem amisit, iterum dotare, alereuè cui alimenta iam dederat teneatur Pater & quid in Fratre circà sororem. Pag. 87. c. 1.

XVII.

Vtrum filia pauperis etiam maior XXV. annis, quæ in corpus suum peccauit, vel matrimonium sine Patris consensu contraxit dote, vel legitimâ priuari possit? Pag. 91. cap. 2.

XVIII.

Vtrum vltra decimam bonorum suorum partem quæ promissionis tempore habebat possit hodie promittere pauper Arrhas? Pap. 100. c. 1.

XIX.

Vtrum acquisita constante Matrimonio communicari, ac dividi inter Virum & vxorem debeant? licet alter coniugum inops esset, nullàque aut inæqualia ad matrimonium attulisset bona. pag. ibidem c. 2.

XX.

Vtrum certitudo vitiet actum, etiam vbi Paupertatis fauor adest, aut eius causâ sustineatur? pag. 101. c. 2.

XXI.

Vtrum Paupertas Donatione præsumi faciat? ibidem.

XXII.

Vtrum prohibita alienari propter Paupertatem alienari possint? pag. 102. c. 2.

XXIII.

Vtrum pauper cui res vendita, non tamen tradita fuit, ei, cui tradita fuit & tradita præferatur? pag. 113. c. 1.

XXIV.

Vtrum diuites necessaria pauperibus vendere compellantur. pag. 114. c. 2.

XXV.

Vtrum debitor pauperis in mora etiam ante interpellationem constituatur. pag. 115. c. 2.

XXVI.

Vtrum ad interresse damni emergentis, vel lucri cessantis teneatur pauper. pag. 118. cap. 1.

XXVII.

Vtrum & quando ad restitutionem teneatur pauper. pag. 125. c. 2.

XXVIII.

Vtrum à solutione mercedis vel salarij alias debiti excuset paupertas. pag. 129. cap. 1.

XXIX.

Vtrum merces, vel salarium in Principio vel in fine Operis pauperibus soluendum sit? pag. 139. c. 2.

XXX.

Vtrum paupertas iusta restitutionis in integrum sit causa, & an casu quo iusta restitutionis causa sit, iure minorum, vel Ecclesiam an verò maiorum ex causa generali si qua mihi &c. *competat? pag. 141. capit. 2.*

XXXI.

Vtrum contra pauperem non appellantem, appellationemvè non prosequentem currat tempus? pag. 142. c. 2.

XXXII.

Vtrum præscriptio decennalis, vicenalis, vel tricenalis contra pauperem currat? pag. 146. c. 2.

XXXIII.

Vtrum pauper biennio vel triennio pensionem Emphyteusis soluere cessans, à iure suo in commissumquè cadat? pagin. 148. capit. 2.

XXXIV.

Vtrum contra diuitem vt sibi subueniat agere possit pauper. pag. 153. c. 2.

XXXV.

Vtrum Iudex possit vel debeat impartiri officium suum non requisitus, vel partes ad concordiam reducere, vbi causa pauperis vel miserabilis personæ vertitur? pag. 154. cap. 1.

XXXVI.

Vtrum à comparendo coram iudice excuset paupertas, debeatquè pro iureiurando à pauperibus recipiendo ire, mittereuè Iudex? pag. 155. c. 2.

XXXVII.

Vtrum à decimarum protestatione Deo, hominibusue debitarum excuset paupertas? pag. 159. c. 1.

XXXVIII.

Vtrum propter paupertatam Gabellum, Podagium, vectigal seu Tributum imponere liceat? pag. 161. c. 2.

XXXIX.

Vtrum pauperi litiganti sit à collitigante præstanda Alimenta ad viuendum & ad litigandum? pag. 165. c. 2.

XXXX.

Vtrum venditor qui scit litem motam pauperi imptori etiam absque denunciatione defendere eum debeat, de euictione neque teneatur si non defendat? pag. 177. c. 2.

XLI.

Vtrum solutione expensarum & melioramentorum

mentorum quæ bonæ fidei possessor, vtilisve dominus in re bona fide possessa, vel in qua dominium aliquod habebat fecit, excuset paupertas; p. 180. col. 1.

XLII.

Vtrum ab ingratitudine paupertas excuset. pag. 193. c. 2.

XLIII.

Vtrum creditor pauper, possit ante diem debitorem suum conuenire? pag. 196. c. 1.

XLIV.

Vtrum debitor ex propria confessione, sententia, quæ transiuit in rem iudicatam instrumento guarentigio, similivè causa ad solutionem statim post condemnationem, vel terminum sit compellendus si pauper sit; debeatque illi si petatur concedi dilatio? & quæ pag. 197. c. 1.

XLV.

Vtrum paupertas impediat actionem nasci contra pauperem, vel obligationis saltem executionem, etiam hodiè donec melior debitori superueniat conditio soluereque possit, differat? pag. 214. c. 2.

XLVI.

Vtrum spoliatus ante omnia sit restituendus, vbi quis spoliauit pauper est? pag. 220. col. 1.

XLVII.

Vtrum exemptus priuilegio exemptionis aduersus pauperem gaudeat? pag. 221. cap. 2.

XLVIII.

Vtrum actio personalis contra tertium non contrahentem vbi saltem debitor principalis pauper est nec soluendo detur? pag. 222. c. 2.

XLIX.

Vtrum pauper aliud pro alio invito creditore soluere possit. pag. 224. c. 2.

L.

Vtrum sententia alimentorum quoad effectum saltem suspensiuum in fauorem pauperum lata, vel à sententia Mercedis eiusque taxatione appellari possit? pag. 227. c. 2.

LI.

Vtrum absque mandato pro paupere non appellante etiam in causa Ciuili liceat quilibet appellare? pag. 230. c. 2.

LII.

Vtrum Pauper possit laicum coram iudice Ecclesiastico, etiam hodiè iuris Regij dispositione stante, conuenire? pag. 235. c. 1.

LIII.

Vtrum pauper qui satisdare non potest, nec fideiussorem inuenit, quando satis datio requiritur iuratoriam cautionem præstando satisfaciat? pag. 243. c. 2.

LIV.

Vtrum paupertas in quam quis sua culpa incidit, excuset? pauperique prosit? pag. 250. c. 1.

LV.

Vtrum Pauperes, miserabilesquè personæ Diuitibus in iudiciis præferantur, miserabiliumquè causæ priuilegiatæ, quatenus existant? pag. 255. c. 1.

LVI.

Vtrum coniux pauper, consanguineis prædefunctis vel legitima etiam sobole existentibus coniugi diuiti præmortuo succedat & in qua parte? pag. 261. c. 1.

LVII.

Vtrum pendente confectione inuentarij possit pauper hæredem pro hæreditariis actionibus conuenire? pag. 176. c. 1.

LVIII.

Vtrum adiens hæreditatem inuentario non confecto, elapsoque inuentarij conficiendi tempore, propter paupertatem excusetur, ne vltra hæreditatis vires teneatur, & quid si pauperi succedat? pag. 279. c. 1.

LIX.

Vtrum filij vel descendentes pauperes teneantur cum fratribus vel aliis descendentibus bona, quæ pro suis necessitatibus consumpserunt conferre, aut in legitimam imputare? pag. 283. c. 2.

LX.

Vtrum mater ad secundas nuptias conuolans antequam rationem tutelæ gestæ reddat, reliqua soluat, tutoremquè filio assignari faciat, propter paupertatem excusetur pag. 283. c. 2.

LXI.

Vtrum Clericus in Sacris constitutus, possit, vel etiam compellatur pro pauperibus, ac miserabilibus tutor, aut curator existere? p. 290. col. 1.

LXII.

Vtrum executor testamenti, ad distribuendum bona inter pauperes nominatus, possit testatoris consanguineos, ipsiusvemet filios aut se ipsum, si pauperes sint eligere? p. 291. c. 2.

LXIII.

Vtrum executor Testamenti conuenire, vel conueniri possit pro testatoris adimplenda voluntate, vbi saltem ad distributionem inter pauperes, Miserabilesve personas faciendam nominatus est p. 297. c. 1.

LXIV.

Vtrum conditio, si nupserit, *limitatum habeat tempus intra quod debeat impleri, & quid si pauperi adiecta sit, vel si intra certum tempus, matrimonium contrahere iussus,*

ob paupertatem non contrahat, legatum amittat vel hæreditatem? pagin. 298. col. 1.

LXV.

Vtrum id delictis ab eorum pœna & infamia aliàs incurrenda excuset paupertas? p.303.c.2.

§. I.

Vtrum à contumacia excuset paupertas? pag. 314. colona 2.

§. II.

Exponentes Infantes quibus plectantur pœnis? & an ab eis excuset paupertas? p. 220. col. 1.

LXVI.

Vtrum Reo pauperi, vel miserabili personæ, etiam non petenti actorum processus & iudiciorum sit danda copia? p.223.c.1.

Alia miserabilium personarum Priuilegia huic primæ Parti pertinentia adiecimus, sub nomine specialium, subsequentes quæstiones continentia. Pag. 258. col. 2.

I. CEssio bonorum an in pauperum fluxerit fauorem, quíque de materia hac egerint. Pag. 258. c. 2. n. 1.

II. An creditori chyrographario pauperi aliis etiam instantibus si debitoris bona omnibus non sufficiant, liceat per gratificationem satisfacere, integrumque, tam in foro exteriori, quam interiori persoluere debitum? ibid. num. 2. 9. & 10.

III. An persona miserabilis possit suo priuilegio renunciare & an renunciatio ei facta noceat? ibid. num. 11.

IV. Vtrum pauperes hæredes hæreditatem vendentes creditoribus hæreditariis respondere teneantur? ibid. num. 12.

V. Vtrum pauperi mutuans, aliquid vltrà sortem etiam nomine pœnæ accipere possit? ibid. num. 7. 8. 9. & 10.

VI. An procurator generalis cum *plena* & *libera* ius Domini donare, aut remittere pauperi saltem possit? ibid. num. 11. & 12.

Alia

Alia Specialia Pauperum, & Miserabilium personarum Priuilegia circa vltimas voluntates per subsequentes quæstiones continentia.

I. VTrum in conditione de nubendo certæ, & determinatæ personæ aliqua in conditione appositarum personarum ante conditionis implementum decedente legatum corruat? Et quid si pauperi conditio apposita sit, n.1.& 2.p.301.col.1.

II. Vtrum conditio *si sine liberis decesserit*, tacitè à lege subintellecta cùm fideicommissum vniuersale à filio post ipsius mortem relinquitur, si pauperibus relinquatur, subintelligatur? ibid: num.3.& seqq. vsque ad n.8.

III. Vtrum tacita pupillaris substitutio matrem pupilli excludat? Et quid si pauperes substituti sint? ibidem à num. 8. vsque ad n.12. exclusiuè.

IV. Vtrum pupillaris expressa matrem excludat? Et quid si mater pauper sit? ibid.n. 12.13.14.

V, Vtrum legatum consanguineis Pauperibus factum pietatis ratione, an sanguinis factum præsumatur. ibid.n.16.

VI. Vtrum dispositio in fauorem pauperum, miserabiliúmque personarum de prima tantum vice intelligatur? ibidem n.17.18.21.& 22.

ELENCHVS.

ELENCHVS

Quæstionum in Secundâ Parte contentarum.

QVÆST. I.

Nomina hæc, Miser, Miserabilis, & Miserandus, quid significent? & an, & quatenus interse differant? pag. 10. col. 1.

II.

Miserabilis, unde & quis dicatur? pag. 11. col. 2.

III.

Vtrum viduæ pupilli debiles, aut diuturno morbo fatigati Miserabiles *sint; possintquè aduersarios suos in prima causæ cognitione ad principem trahere inuitos? ab aliis autem ipsi trahi nequeant? quatenusquè priuilegiati existant?* pag. 17. c. 2.

IV.

Vtrum Orphani miserabiles sint, legisquè nostræ vnicæ priuilegio gaudeant? Pag. 52. col. 2.

V.

Vtrum minores Miserabiles sint, legis nostræ vnicæ fori priuilegio vtantur, quatenusquè priuilegiati existant? pag. 54. c. 1.

VI.

Vtrum Virgines, cælibemquè vitam agentes Miserabiles sint & quomodo legis nostræ vnicæ Priuilegio gaudeant? pag. 65. c. 1.

VII.

Vtrum Nupta inutilem Maritum habens legis nostræ vnicæ fori Priuilegio gaudeat? pag. 70. c. 1.

VIII.

Vtrum Ecclesia inter Miserabiles personas contineatur, legis nostræ vnicæ favore vtatur; quatenusque priuilegiata existat? pag. 72. col. 1.

XI.

Vtrum clerici & Ecclesiasticæ porsonæ, quas Doctores nominant, Ecclesiæ nempe seruientes, in ea manumissi, illius Officiales Rustici, vel Coloni, publicæ penitentes, aut nouiter ad fidem catholicam conuersi, miserabiles dicantur, legis nostræ priuilegio gaudeant? quibusquè aliis? pag. 117. c. 2.

X.

Vtrum Vniversitas Miserabilis persona dicatur, priuilegio legis nostræ vnicæ gaudeat, & quatenus priuilegiata existat? pag. 125. c. 2.

XI.

Vtrum Carcerati Miserabiles dicantur, fori electionem iuxta legem nostram vnicam habeant; quibusquè aliis priuilegiis fruantur? pag. 136. c. 1.

XII.

Vtrum Scholastici Miserabiles sint personæ, & legis nostræ vnicæ priuilegio gaudeant? pag. 143. c. 1.

XIII.

Vtrum Agricola sit persona Miserabilis, & legis nostræ vnicæ priuilegio gaudeat? pag. 147. c. 2.

XIV.

Vtrum Mercator sit Miserabilis persona & legis nostræ vnicæ sicut prædicti, priuilegio gaudeat? pag. 159. c. 1.

XV.

Vtrum Peregrini, & Aduenæ Miserabiles personæ sint, & legis nostræ vnicæ Priuilegio donati sint? pag. 163. c. 1.

XVI.

Vtrum Captiui Miserabiles sint personæ & legis nostræ priuilegio vtantur, & quatenus? pag. 170. c. 2.

XVII.

Vtrum Milites, Miserabiles sint personæ, vtque Miserabiles legis nostræ vnicæ priuilegiis gaudeant, quibusque aliis fruantur? pag. 180. c. 1.

XVIII.

Vtrum Senex miserabilis sit persona, & legis nostræ vnicæ dispositione comprehendatur; quibusque aliis priuilegiis gaudeat. pag. 200. c. 1.

XIX.

Vtrum prodigus, aut Auarus Miserabilis sit persona, fori electione, aut aliis quibusque priuilegiis gaudeat? pagin. 214. col. 1.

XX.

Vtrum cupidineo amore captus Miserabilis sit persona fori priuilegio, aliisve gaudeat? pag. 217. c. 1.

APPROBATIONES DOCTORVM.

CLarissimus Dominus Gabriel Aluarez de Velasco sic graphicè iusta, ac numeris omnibus absoluta *Pauperum ac miserabilium personarum priuilegia*, hoc in suo opere depinxit, vt nemo sit qui illa non approbet, laudet, & prælo digna æstimet; sic nos infrà scripti Doctores Theologi Parisienses scripsimus, Lugduni hac die vltima mensis Decembris anni Domini millesimi sexcentesimi sexagesimi primi,

Fr. IOANNES ROBE', Ordinis Prædicatorum.
Fr. CYRILLVS MOREL, Ordinis Carmelitarum Lugdunensium Prior.

VIsa Approbatione Doctorum, hoc Opus, cuius Titulus est *De Priuilegiis Pauperum & aliarum Misererabil. personar. à D. Gabr. Aluarez de Velasco conscriptum*, Nos quoque prælo dignissimum censemus Lugduni die 7. Ianuarij 1662.

DE NEVF-VILLE, Vic. Generalis.

Consensus Procuratoris Regij.

NOn intercedo Regis causâ, ne Liber cuius Titulus est, *De Priuilegijs Pauperum & aliarum Miserabil. personar. à D. Gabr. Aluarez de Velasco conscriptus*, imprimatur, & in lucem edatur ab Horatio Boissat, & Georgio Remeus, huiusce Ciuitatis Bibliopolis, cum prohibitionibus aliis omnibus Bibliopolis in hoc casu fieri solitis. Lugduni die 10. Ianuarij 1662.

VIDAVD.

Licentia.

FIat iuxta Consensum Procuratoris Regij, die 11. Ianuarij 1662;

SEVE.

NOMEN HOC PAVPERTAS, VEL PAVPER, VNDE DESCENDAT? DEQVE ALIORVM CONSIMILIVM NOMINVM NATVRA, ET DIFFERENTIA, AD MVLTORVM iurium intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Nominis origo in primis cognoscenda.*
2 *Omnis scientia incipit à cognitione vocabulorum.*
3 Paupertas *dicitur à parua potentia, &* Pauper, *qui parum, non qui nihil habet.*
4 *Vel à parua pecunia, paruo ære, parua penu possessionevè parua.*
5 Paupertate *relicta venit hæreditas tota, etiamsi magna sit.*
6 *Intellectus ad* text. in l. Lutius Titius 78. §. Hæredum, D. ad S.C. Trebell.
Testatores abusiuè sæpè loquuntur, ibi.
Veritas, testatorisquè mens, & intentio attendi debet, ibid.
7 *Peculium quandoque pro patrimonio sumitur.*
8 *Auarus semper eget.*
9 *Negligitur quod communiter possidetur, nihilquè habere arbitratur, qui totum non habet.*
10 *In statutis, verba propriè, & strictè intelligenda sunt.*
11 *Proprietas verbi in dubio attendi debet.*
Et accipi secundum grammaticalem sensum, ibid.
12 Pauperies *nomen pro paupertate apud bonos authores sumitur.*
13 *In iure, quid significet?*
14 Paupertas, *&* inopia, *siue* pauper. *&* inops, *an differant? & in quo?* & numer. 19. & 24.
15 Inopia *vnde dicatur?*
16 *Argumentum ab etymologia vocabuli, frequens est.*
17 *Dictio*, Et, *ponitur inter diuersa.*
18 *Et quid si inter duo idem significantia apponatur?*
20 *Vocabulum, vel nomen, quandoque largè, quandoquè strictè in iure accipitur.*
21 Significare, *quid sit?*
22 *Impropria locutio non dicitur significatio. Et quæ dicatur significatio impropria?* ibid.
23 *Verbi improprietas toleranda est, vbi lex tolerat.*
25 Mendicus, *quis, & vnde dicatur? Et an à* Paupere *differat?* & num. 26.
27 *Verbum* Mendicitas, *vel* Mendicus, *quibus modis sumatur?* remissiuè.
28 Pauper, *&* egenus, *an differant?* & numero 29 30. & 31.
29 *Intellectus nouus ad* text. in l. 3. D. de testib.
Paupertas *non debilitat testimonium, sed egestas*, *ibid.*
30 Egenus *dicitur qui soluendo non est, & ille cui nihil satis est*, & nu. 31.
32 Penuria *vnde dicatur, Et an à* paupertate *differat?*
33 Penu *appellatione quid veniat*, remissiuè.
34 *Quid veniat in alimentis relictis* sine penuria? *remissiuè.*

QVÆSTIO I.

DE iure acturus *Vlpianus* sic *in l. 1. D. de iustitia & iure* exorditur. *Iuri operam daturum, priùs nosce oportet, vnde nomen iuris descendat.* Regulam quippè nobis tradens, in cuiusque
rei, de qua agitur materia, eius in primis nomi-
nis † cognoscendam originem. Quare accuris- 1
simi *Vlpiani* vestigia sequutus, vnde pauperta-
tis, pauperumque nomen descendat, discutere, à
consimilibúsque aliis secernere nominibus, ne-
cessarium ante omnia duxi. Omnis enim scientia
† (teste *Baldo in l. liberti, num. 9. C. de oper. li-* 2
bert.) à cognitione incipit vocabulorum.

Paupertas igitur, secundum *Marcum varronem, de lingua Latina,* dicitur à parua potentia, notante Archidiacon. *in cap. quo iure 8. dist.* Francisc. Ripa *in l. si constante, num. 26. D. solut. matrim.* Cornel. Benint. *de paupertate, quæst. 1. num. 8. cum seqq.* Martin. Nauarr. *in tract. de regular. comment. 1. numero* 16. Sicque & pauper, qui parum habet. Constat ex *Cicerone ad Herenni. Manilius* (inquit ipse) *pauper fuit, habuit enim adiculas in carinis, & fundum in Lauicano.* Non enim pauper, qui nihil habet, dicitur Facetè Martial. *epigram. lib. 11. ep. 17. aliàs 33. in Nestorem.*

Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus.
Nec tibi de bibula sarta palude seges;
Nec puer, aut senior, nulla est ancilla nec infans,
Nec sera, nec clauis, nec canis, atque calix.
Tu tamen affectas, Nestor, dici, atque videri
Pauper, & in populo quaeris habere locum;
Mentiris, vanoque tibi blandiris honore,
Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

Aliam etiam similem, nec incongruam *paupertatis* denominationem assignari posse, mihi
4 videor. Scilicet à *parua, pecunia,* † *paruo aere,* vel *parua penu à paruaque possessione* paupertatem dici, apud *Senecam* reperio *epistolar. lib. 13. epistol.* 88. *Ego (inquit) non video, quid aliud sit paupertas, quam parui possessio.*

In offendiculum tamen contra haec sese offert *text. in l. Lucius* 78. §. *Heredum, D. ad SC. Trebell.* vbi *paupertate relicta,* venit haereditas † to-
5 ta, etiamsi testator ditissimus sit, & ita per eum text. tenet Bald. *in rubr. C. de verbor. signific. num.* 9. proque singulari notat Francisc. Crem. *notab.* 24. *incip. Quidam ditissimus,* sequitur Ias. *in d. l. si constante, numero* 152. *Digestis solut. matrim.* Andr. Alciat. *in leg.* 2. *numero* 17. *D. de verbor. signific.* Dionys. Gothofred. *in dict.* §. *Heredum, verb. Paupertas, lit. H. & in leg. Cogi* 16. *verb. Peculium, lit. B. D. ad SC. Trebell.* Cardin. Franc. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 1. *numer.* 6. Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. art.* 5. *num.* 5.

Non igitur à parua, cum etiam magna paupertatis nomine veniat potentia, eius prouenit denominatio.

Veram nihilominus traditam esse, fatendum est. *Consultus* enim in *d.* §. *heredum,* non tam de
6 praefati verbi denominatione; quàm de testatoris voluntate deprehendēda † agit. Quae cum vniuersam haereditatem, eiusque distributionem respiciat; quo verbo testator vsus sit, non interest, nec an propriè, abusiuè, simulatè, vel fictè. Quod loquendi genus saepè testatores vsurpant, teste *Marcello in l. non aliter* 67. §. *Titius, D. de leg.* 3. ibi: *Non enim in causa testatorum ad verborum definitionem vtique descendendum est, cum plerumque abusiuè loquantur, nec propriis nominibus, ac vocabulis semper vtantur.* Vnde veritas potius, testatorisque mens attendi debet, *toto tit. C. plus valere quod agitur quam quod simulatè concip. l.* 2. *Cod. de constitut. pecun. l. Quoniam indignum* 15. *Cod. de testam. l.* 2. *C. commun. de legat. d.* § *Titius in d. l. non aliter, cum similibus,* bonus ad propositum *text. in d. l. Cogi* 16. *D. ad S.C. Trebell.* ibi: *Et si peculium meum testator dixerit, quia plerumque diminutiuè patrimonium suum*
7 *peculium dicunt.* † *De successione enim sua & hic rogauit.* Sic enim auaritia tenentur, diuitiarumque multitudini inhiant; vt nec ipso quidem mortis articulo ab earum desiderio liberi existant, opulentamque haereditatem paupertatem
8 iudicent, † iuxta *Horatij* sententiam *epistolarum lib.* 1. *epist. ad Aristum.*

Semper auarus eget.

Quinimò ita natura comparatum est, vt plu-
9 rimi desiderata, possessa, parui fiant † vt eleganter inquit Imperator Theodosius *in leg.* 2. *Cod. quando, & quib. quart. pars debeatur, lib.* 10. ibi: *naturale quippè vitium est, negligi quod communiter possidetur, vtque se nihil habere, qui non totum habet, arbitretur.* Similiter & Seneca *de vita breuitate. Praecipitat quisque (inquit) vitam suam, & futuri desiderio laborat praesentium taedio.* Et *de benefic. libro* 3. *quidquid enim domi est, vile est.* Et ibi: *Quandiu nobis placebant ea, quae consequuti sumus, deinde irrumpit animum aliorum admiratio, & ad ea impetus factus est, vtì mortalibus mos est, ex magnis maiora cupiendi.* Aut ex animi magnitudine, diuitiarumque contemptu *in d.* §. *Heredum* specie, testatorem eo dicendi modo vsum fuisse (ne in malum, cum in bonum verti possit) dicere quoque congruit.

Haec quoad primam quaestionis partē. Quoad secundam verò dicendum est, nonnulla esse consimilia nomina, quae idem quod verbum hoc *Paupertas* importare videntur: cum tamen eorum sit diuersa significatio. Haec sunt *Pauperies, Inopia, Mendicitas, Penuria, Egestas.* Quorum naturae, proprijque significati cognitio ad multorum iurium conducet intellectum, vt ex infrà dicendis apparebit. Non solumque pro statutis (in quibus propriè, & strictè verba intelligenda † sunt, vulgaris *text. in l.* 3. §. *hac verba. D. de negot. gest.* Bald. *consil.* 2. *numer.* 6. *lib.* 2. 10
multos congerens Francisc. Becci. *consil.* 53. *num.* 4. latè Petr. Surd. plures in huius rei confirmationem casus adducens *consil.* 425. *num.* 31. *cum seqq.* Barnab. Cornazan. *decis.* 10. *num.* 15.) Sed quia regulariter in dubio verbi proprietas attendi † debet, *l.* 1. §. *Sed si is qui nauem, vers. In re igi-* 11
tur dubia, D. de exercit. actione, leg. Quidquid astringenda 99. *D. de verbor. obligatio. d. leg. non aliter* 69. *D. de legat.* 3. *l. Prospexit in princi. versic. Ipsa ergo, D. qui, & à quibus manumiss. liberi non fiant,* Aym. Crauet. *consil.* 288. *numero* 3. *ex vers. Itaque* Francisc. Beccius *cons.* 21. *numero* 13. Petrus Surd. *cons.* 315. *numero* 18. *& cons.* 369. *num.* 5. Neuizan. *consil.* 92. *num.* 11. Stephan. Gratianus *decis.* 43. *num.* 12. debet secundum Grammaticalem sensum vt *Neuizan.* & alij suprà citati notant accipi. Vt itaque per ordinem exequar, *Pauperies,* nomen, licèt pro paupertate † 12
passim assumatur: vt per Horatium *lib.* 1. *Epistolar. Epistol. prima.*

Per mare pauperiem fugiens, &c.

Et *ibidem Epistola ad Fuscum Aristum.*

Sic, qui pauperiem veritus potiore metallis
Libertate caret.

Et *lib.* 2. *Epistola ad Iulium Florum.*

Pauperies immunda domus procul absit.

Et *Carminum lib.* 3. *oda* 29.

Probamque.

Pauperiem sine dote quaero.

Et alibi saepè; frequenterque apud bonos authores pro paupertate indistinctè accipiatur. In iure tamen † diuersa huius nominis significatio 13
Vlpiano testante *lib.* 18. *ad edictum in leg.* 1. *D. si quadrup. pauperiem fecisse dicatur. Pauperiem esse damnum sine iniuria facientis datum.* Iustinianoque Imperatore *in* §. *Pauperies, Insti. eodem titulo.*

Vnde nomen hoc legibus subiectae materiae inseruiet, secundumque eam, pro paupertate, vel damno accipi licebit. Nec circa hanc rem amplius (cùm non multum illius intersit cognitio) insistimus, vtque ad *Paupertatis,* & *Inopiae* inuestigandam naturam, & (si quae sit) differentiam transitum faciamus. Quae multos torsit dubitatio, cùm ex eius vera cognitione plurium iurium

iurium putent intellectum pendere, & pendeat.

Alij igitur inter *Paupertatem*, & *Inopiam*,
14 nullam, alij differentiam constituunt, † asserentes, *Inopiam*, omnimodam esse paupertatem, extremamque indigentiam; *Paupertatem* verò, non omnimodam, aut extremam necessitatem appellari. Ita vt *Pauper* dicatur, qui parum, *Inops*, qui nihil habet. Quam agnouit differentiam Ripa *in d. l. si constante, numero 26. D. solut. matrimo.* Archidiaco. *in d. c. Quo iure, 8. dist.* Paul. Castrens. *in l. Id, quod pauperibus, num. 3. C. de Episco. & cleric.* Socin. *consil. 121. num. 45. lib. 4.* Fabian. de Pepe *in authent. Praeterea, num. 19. C. vnde vir. & vxor.* Cornelius Benincasia *de paupertate, quaest. 1. num. 39.* Lucas de Penna *in leg. 1. Meminimus, num. 16. C. quando, & quibus quarta pars debeatur. lib. 10.* Petrus Rebuffus *de priuileg. scholasticorum, priuileg. 90. num. 19.* Matthe. de Afflict. *decis. 179. num. 2* Petrus Surd. *decis. 61. num. 10.* Antoni. à Ouesada *in suis quaestionib. iuris, cap. 31. num. 25. vers. vnum tamen aduerto.* Francisc. Marc. *decis. Delphinat. 596. num. 3 part. 2.* Ioseph. de Rusticis *in l. Cum auus, libro 2. cap. 1. num. 28.* Federic. Scot. *consil. 5. num. 12. & 19. tom. 1. lib. 3.* Ioan Antonius Mangilius *in tractatu de imputationibus, quaest. 138. num. 1.* Rota Roman. *diuersor. 2. part. decis. 202. num. 8.* Sebastian. *de Medicis in tractat. mors omnia soluit, 1. part. num. 103. pag. 2. prope med.* Statili. Pacific. *decis. Roma. 174. num. 23.* (quas post eius tractatum de Saluia non interdicto locauit) Caesar. de Grassis *decis. 162. num. 10. titulo de successionibus ab intestato.* Diony. Gothofred. *in sua prax. lib. 1. tit. 5. de statu hominum, cap. quis diues, quis pauper, quis inops dicatur? Vers. sic dicas,*

Hanc tamen differentiam impugnat Martin. Nauarrus *in tractat. de regularibus, comment. 1. numero 16.* mouetur. Tùm, *quia Franciscani dicuntur pauperes, cap. Exijt de verbor. sig. in 6. & clem. Exiui eodem titulo, cum tamen nihil habeant*: Tùm, *quia pro eodem ponuntur in Psalm. 24.* ibi: *Quia inops, & pauper sum ego.* Et Psal. *11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum,* Tùm, *quia est contra legem si creditores 15. §. fin. D. de priuileg. creditor.* Et alia, quae citat Alexand. *in l. si vero, §. si pro rei qualitate, D. qui satisdar. cogantur.* Cui sententiae accedit Ioan. Andr. *in c. Qua in Ecclesiarum in princ. extrà, de constit.* Decius *in c. ex ratione, n. 21. de appellation.* nulloque iure suprà dictam differentiam probari, testatur *ibidem, & in d. cap. qua in Ecclesiarum numero 5.* Iason. *in d. l. si constante, numer. 144. D solut. matrim. & in l. si ab arbitrio, numer. 13. D. qui satisd. cogan.* Laurentius Syluan. *consil. 69. numero 18. part. 2.* in quam etiam (sub dubio tamen) inclinat Iacob. Menoch. *de arbitrar lib. 2. casu 65 num. 9.*

Firmatúrque haec pars (praeter suprà dicta) ex *textu in l. fin. D. de in ius vocand.* vbi, qui non habet in bonis quinquaginta aureos, inops dicitur; cum & idem pauper dicatur *in l. Nonnulli 10. D. de accusation. gloss. etiam in dict. cap. quo iure, & ibi* Archidiacon. *8. distinct.* firmatur quoque ex *tex. in l. si procuratorem 8. §. Quod & ad actionem. D. mandat.* ibi: *Quid tamen si paupertas eis non permisit? excusata est eorum inopia.* Similis *text. in cap. Quod super his, 8. extrà de voto, & voti redemptione.* Conducit illud *Ouidy lib. 1. fastor.* qui de *Romulo*, & *Remo* loquens in exordio imperij sui, vocat eos *inopes*; cum tamen plura, licet non regali sufficientia fastigiò possiderent.

Spernebant generos inopes vicinia diues.

Primam nihilominus sententiam strictè, & propriè loquendo, veram omninò iudico. Pro quà facit *text. in l. si instituta, 27. § de in officioso, D. de inofficios. testam.* ibi: *Placuit interim propter inopiam pupilli, &c.* iuncta *lege fin. C. de ordin. cognit.* ibi: *si aliqua alia facultas esse non possit.* necnon & *text. in l. quae legatorum, 14. D. vt in possess. legaror. in fin.* ibi: *Nec suum quidquam habeat.* Et licet contrariam sententiam tenuerit Alexand. *in dict. §. si pro rei qualitate,* suprà proximè relato: idem tamen ipse *in additionibus ad Bartol. in dict. l. qui accusare verbo, Pauper. D. de accusation.* praedictam approbat differentiam; quam etiam tenet, & sequitur *Ioann. Baptista Valenquela Velazquez consil. 10. num. 16.* quem post huius sententiae sequaces reperit, pro ea adducentem *Aristophanem in Plauto, actu. 4.* in haec verba: *Mendici quidem vita, quam tu dicis, est, viuere nihil habentem; pauperis autem, viuere parcentem, & operibus attendentem.* Vltrà quae omnia, hanc ego irrefragabilibus authoritatibus confirmò partem, quam fulcitam apud graues, & probatos Authores inuenio. Quorum alter *Valerius Maximus*; alter *Sueton. Tranquil.* eam indubitabilem reddunt. Ille. *libro quarto, de liberalitate, cap. 12. in fine,* ibi, *Fauius in honorem patriae, paupertatem inopia mutauit*: Hic, in tractatu, quem *de illustribus Grammaticis* edidit (de *Valerio Catone* loquens) haec adijcit. *Vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie, & penè inopia.* Nec ex sacris literis ad huius rei confirmationem deest authoritas. Constat ex *Ecclesiastic. cap. 31.* vbi dicitur, *Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit.* Mirorque tot, tantosque iuris professores hac de re agentes (quos saltem viderim, quosque supra adduximus) haec latuisse.

Ex ipsius praeterea nominis *inopiae* etymologia, denominationeque haec eadem roboratur sententia. Dicitur † enim (si Sipontano credimus 15
in suo alphabeto) ab, *in* & *ops*, id est, *sine opibus*, quem refert, & sequitur *Rebuff. de priuileg. Scholast. priuilegio 90. numero 19.* reprobans Iasonis sententiam, dicentis, *inopem*, ab, *in*, &. *opus*, quasi sine opere, *in d. l. si ab arbitro in fin. D. qui satisd. cog.* Cuius argumentandi ratione † saepè *Iu-* 16
reconsulti vtuntur, vt constat ex Paul. *in l. 1. D. de tutel. & in l. 1. D. de acqu. poss. & in l. 1. D. de furt.* ex Vlpian. *in l. 1. D. de pact.* eodemque Paulo *in l. Mutuum. 2. §. Appellata, D. de reb. credit.* ex *Diuo* item Hieronymo *ad Nepotianum,* habeturque in *cap. si Clericus, 5. 12. q. 1.* qui elegans est ad propositum text. *& in cap. Forus, 10. de verbor. signific. & in cap. Cum secundum Apostolum, 16. de praeb. & dig. in l. Tugurij appellatione, 180. l. pupillus, 259. Vrbs, cum duobus seqq. de verb. sig. §. 1. serui autem, inst. de iur. person.* Quem argumentandi modum, probabilem, vtilem, multumque frequentem dicit *Euerard. in locis legalibus, loco 4. ab etymologia,* vbi latè *Antonius* quoque *Pichard. in disputatione de mora, nu. 4. 5. & 6.* quem saepè vsurpauit Ouid. *Fastor. lib. 3.*

Nomine ab Authoris ducunt libamina nomen.

Et lib. 6.

Stat vi terra sua, vi stando, Vesta vocatur.

Et ibi.

At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus.

Neque adducta per *Martinum Nauar.* de *Pſalm.*
17 11.& 24.ſuperioribus obſtant. Dictio enim, *Et,*
† inter diuerſa ponitur, iuxtà *rubricam, gloſſam,*
& communem ibi, D. de iuris, & facti ignor. ru-
bric. de perpet. & temporalib. action. inſtit. de vſu-
cap. & longi tempor. praſcrip. gloſſ. vltim. in cap.
Cùm olim, 34. *extra de teſtib.* Petr. Cened. *ſing.*
50. *numero* 4. & 5. Iacob. Menoch. *de recuper. poſ-*
ſeſſ. remed. 8. *numero* 84. plures referens Augu-
ſtin. Barboſa *de dictionib. dictione, &,* 93. *num.* 14.
Ioan. Petr. Surdus *conſil.* 315. *num.* 17. Stephan.
Gratian. *deciſ.* 175. *n.* 8.

Verum tamen eſt, quòd ſi prædicta dictio, &,
18 inter duo idem ſignificantia apponatur: † nec
diuerſitatem inducit; nec inter diuerſa poni di-
citur. Petr. Cenedo *d. ſing.* 50 *num.* 5. Petrus Surd.
d. conſ. 315. *num.* 19. Cau*ed. deciſ.* 117. *num.* 3. Au
guſt. Barboſa, alios adducens, *vbi ſuprà, dict.*
num. 14.

Vnde, vt vnico verbo his, & aliis ſuprà oppo-
ſitis aptè reſponderi poſſit, dicendum eſt, pro-
19 priè, & ſtrictè loquendo, † *Paupertatem,* ab *ino-*
pia differre; latè tamen, & minus propriè ſump-
to vocabulo, vnum pro alio quandoque ſumi.
20 Quod frequenter in iure fieri aſſolet, † text. *in*
§. Item Serbiana inſtit. de actio. l. Plebi. 237. *§.*
Pignus, D. de verbor. ſignific. & ibi per Scrib. *l.*
Mulieris appellatione, 13. *D. eod. tit. l. Seruis,* 81.
aliàs 79. *verb. Virgines, l.* 1. *D. vnde legit. in §. Mu-*
lieres, D. de leg. 3. *l. Quaritur,* 14. *§. Mulierem.*
D. de adilit. edict. l. Humilem, 7. *C. de inceſti. nupt.*
l. Illicitas, 6. *§. Ne potentiores, vbi not. gloſſ.* 1. *D.*
de offic. praſid. notat *gloſſ. in l. non putauit,* 8. *§.*
non quauis, verbo Rite, D. de bonor. poſſeſſ. contra
tabul. gloſſ. in leg. 2. *§. Et neminem, verbo pecunia*
nomen, C. de conſtit. pecun. eſt etiam text. *in cap.* 1.
quid ſit inueſtitura, lib. 2 *feudor.* quo etiam di-
ſtinctionis modo ad conſtituendum, vel non in-
ter iniquitatem, & peccatum differentiam, vſus
eſt *Turrecr. in cap. Ille Rex. de pœnit. diſt.* 3. *nu-*
mer. 6.

Licèt enim vbi de nominis ſignificatione red-
21 denda agitur, propria † reddenda ſignificatio
ſit: (ſignificare enim nihil aliud eſt, quàm pro-
priè, & verè exprimere, notificare, deſignare, vt
formaliter inquit *Bald. in l. liberti.* 10. *numero* 9.
22 *Cod. de oper. libertor.* Impropria enim loquutio,
non dicitur ſignificatio † eodem *Bald.* vbi ſuprà
teſte, & *in l. fin. ex numero* 9. *cum ſequentibus, C.*
de haredib. inſtit. vbi latè, quæ dicatur impropria
ſignificatio.) Tolerandam tamen verbi impro-
23 prietatem vbi † lex tolerat, inquit idem *ipſe*
Bald. in dict. leg. fin. num. 35. vt in caſibus acci-
dit, de quibus ſuprà *num.* 14. *in d. nempè lege fin.*
D. de in ius vocand. & *d. l. Nonnulli de accuſa-*
tion. & alijs, & in ſpecie, prædicta nomina, *Pau-*
24 *pertas, & inopia,* ſæpè confundi; † promiſcuum-
que eorum in iure eſſe vſum, docent Alexand.
in authent. Praterea num. 7. *C. vnde vir & vxor.*
& pluribus relatis Cornel. Beninc. *quaſt.* 1. *nu.* 44.
Antonius à Queſada *in ſuis quaſtionibus iuris,*
cap. 31. *num.* 25. *verſic. vnum tamen aduerto* Pe-
trus Surdus *deciſione* 61. *numero* 11. Sebaſtian. de
Medic. *in tract. de caſib. fortuit.* 2. *part. quaſt.* 4.
n. 4. Franciſc. Marc. *deciſ. Delphinat.* 596. *nu.* 3.
part. 2. Ioann. Anton. Mangil. *in tract. de impu-*
tationib. quaſtione 138. *n.* 1. Statil. Pacific. *deciſ.*
174. *nu.* 24.
25 Ita quoque de paupertate, & mendicitate †
dicendum eſt. Licèt enim ſtrictè, & propriè, qui
oſtiatim victum quærit, dicatur mendicus; *de*
mendicantib. valid. lib. 11. *in rubro, & nigro,* vbi
Lucas de Penna numero 2. & alij ibidem: Quaſi
manu dicens; vt notatur in *cap. Volo,* 12. *quaſt.* 1.
vel à *manè,* id eſt, *defectus,* & *dico, dicis,* quaſi
ſuos defectus petendo dicat; vt obſeruat Archi-
diacon. *in cap. Quorumdam de elect. verb. Men-*
dicantium, & in cap. Diaconi, verb. Mendicat
infœlix. 93. *diſtinct.* Alberi. *de* Roſat. *in ſuo Di-*
ctionario, verbo Mendicantis conditio. vbi hæc
Mendicantis conditio prorſus miſerabilis eſt.
Nam ſi petit, rubore conſumitur; & vt petat neceſ-
ſitate compellitur: Latè tamen, etiam pro paupe-
re non mendicante accipi poterit. Imò ſic acci-
piendum ſuadet alia eius nominis tradita ety-
mologia per *Diuum Iſidorum*, relatum ab *Ar-*
chidiacono vbi ſuprà. Vt mendicus dicatur † mi- 26
nùs habens, quàm ſua conditio depoſcit. Ita
etiam *Lucas de Penna in d. l. vnic. num.* 1. *C. de*
mendic. valid. lib. 11. Quæ quidem mendicitatis
denominatio, ſiuè etymologia quantam cum
paupertatis nomine fraternitatem habeat; haud
dubiè conſtat ex iam dictis, infràque pauper-
tatis aſſignanda definitione apparebit aper-
tiùs.

Aliis etiam modis verbum hoc, † *Mendicitas,* 27
vel *Mendicus* ſumitur, de quibus per ſupra
proximè relatos, & per *Cardin. in cap. Religioſorum*
de Religioſ. domib. in 6. videre eſt.

Eandem ſibi in ſtricta ſignificatione naturam
induit verbum *Egenus,* quàm *Mendicus,* &
inops. † Licèt enim minùs propriè, latoque ſum- 28
pto vocabulo, pauper, & egenus pro eodem
ſumantur, promiſcuuſque horum nominum in
iure ſit vſus; vt pluribus relatis, hanc ſequitur
Cornel. Beninca. ſententiam *in tract. de paupert.*
quaſt. 1. *num.* 44. & 45. colligiturque *Prouerbior.*
cap. 6. *Paululum dormies, paululum dormitabis,*
paululum conſeres manus vt dormias, & veniet
tibi, quaſi viator egeſtas, & paupertas quaſi vir
armatus, & *cap.* 10. *Egeſtatem operata eſt manus*
remiſſa; manus autem fortium diuitias parat. &
capite vigeſimoprimo. Qui diligit epulas, in ege-
ſtate erit, & qui amat vinum, & pinguia, non di-
tabitur. multiſque aliis: quos omiſſos facimus
locis. Probatur etiam ex *text. in leg. Priuilegia,*
12. *paragrapho fin. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* ibi, *Et*
quia humanitatis noſtra eſt, egenis proſpicere, ac
dare operam, vt pauperibus alimenta non deſint:
Bonus *text. in leg. Quiſquis, §. filij verò,* ibi, *ſine*
perpetuo egentes, & pauperes, Cod. ad leg. Iul. Ma-
ieſtat.

Ingenuè tamen ex horum verborum vi, &
proprietate, inter paupertatem, & egeſtatem dif-
ferentiam eſſe, ſiuè inter pauperem, & ege-
num, iuris, boniſque profitentur Authores.
Vt pauper, qui victum, licèt non ſecundùm
eius conditionem; egenus autem, vel men-
dicus, qui nec victum habet, dicatur. Con-
ſtat ex eloquentiæ fontè *Marco Tullio Cice-*
rone in Paradox. ſic dicente. *Itaque iſtam*
paupertatem tuam, vel potiùs egeſtatem, ac men-
dicitatem nunquam obſcurè tuliſti. ex text. etiam
in l. ſi longius, 18. *§. penul. in fin. D. de iudiciis,* ibi,
Ne ſi ei non dederimus actionem, futurum ſit, vt
impunè fraudem patiatur, & egeſtate Roma la-
boret, viaticulo ſuo non recepto, ex *l. inter eos, §.*
fin. D. de re iudic. in leg. In condemnatione, 173.
D. de

D. de reg. iur. in l. si quis ad declinandam, 49. vers. sin autem nullus (ibi. *Et sine Falcidiæ ratione pauperibus, qui in ciuitate sunt, vel penitus mendicantibus, vel alia sustentatione egentibus, eadem pecunia distribuantur) C. de Episcop. & Cleric. glo. in l. Maritum, decima-tertia, verb. Potest. D. solut. matrim.* Corn. Beninc. *d. qu. 1. num. 41.* Alex. *consil. 91. numero quarto lib. 7.* Petr. Surd *decis. 61. num. 14.* Hieron Magon. *decis. Florent. 50. numero vigesimo-octauo,* Ioseph. de Rustic. *ad leg. Cùm auus, D. de cond. & demonst. libro secundo cap. 3. numero vigesimo-octauo.* Quam etiam differentiam confirmat *Seneca* dictum *epistolar. lib. 8. ep. 59.* cui his fecit initium verbis, *Quanta nobis verborum paupertas, imò egestas sit, nunquam magis, quam hodierno die intellexit.* Et de *vita beata. Quia virtus* (inquit) *sæpè caret, nunquam indiget.*

Ex qua quidem differentia (inter alia, quæ ex locis, authoritatibusque præcitatis, licet colligere) vnum satis notabile, frequens, & necessarium adnotare obiter liber. *Egestatem* nempè esse, quæ
29 testimonium † debilitat, non *paupertatem*, sicque voluisse *Iureconsult. Calistrat. in l. 3. D. de testib.* ibi, *Et an locuples, vel egens sit.* In eoque sensu intelligendum (licèt ad pauperis testimonium debilitandum, sæpiùs, perperam tamen allegetur) testatur ex prædicta differentia *Ioseph. de Rustic. vbi sup.* Qua de re latiùs à nobis, Deo dante, alibi agendum erit.

30 Egenùs item dicitur, qui soluendo non est, † *tex. in §. 1. inst. ex quib. caus. manumit. non lic.* Alex. *d. consil. 91. n. 4. lib. 2.*

31 Et ille, qui satis non habet, † etiam cui nihil satis est, secundùm *Tullium lib. 4. Rhetoric. Egenus est* (inquit) *qui non satis habet, & cui nihil satis esse potest.* Conducitque *Horatij* (quam suprà *num. 8.* retulimus) sententia.

Penuria autem, & paupertas idem importare,
32 † ex eodemque videntur fonte descendere, scilicet à parua penu, parua pecunia, vel paruo ære. In quam sententiam, *Penuriæque* nominis deductionem venit, *Ambros. Calep. in suo Dictionar. verb. penuria,* à penu descendere dicens, Omniumque rerum, earum præsertim, quæ ad penum pertinent, hoc est ad victum, carentiam significare, *Vigilio 7. Æneid.*

Consumptis hic fortè aliis, vt vertere morsus
Exiguam in cererem penuria adegit edendi.

Aliisque ibi adductis authoritatibus. Qua de re, & quæ appellatione *penu* † veniant? apud *Vlpian.*
33 *in l. 3. D. de penu legat.* aliisque eiusdem tituli legibus videre est.

Et quid in alimentis *sine penuria* relictis †
34 veniat? vide Cord. à Lara *in l. si quis à liberis, paragrapho Sed si filius, numero octuagesimo-primo, & seq. D. de liber. agnosc.* & Petr. Surd. *de aliment. tit. 4. quæstio. 18. num. 6. & 7.* ab aliisque relatos.

His igitur & nos in huius tractatus prosecutione promiscuè quandoque vtemur nominibus. Vtque cum *Ouid. Fast. lib. 1.* loquar.

Hæc tibi dicta semel, totis hærentia fastis,
Nè seriem rerum scindere cogar, erunt.

QVOTVPLEX SIT PAVPERTAS? Quotupliceſque sint pauperes?

SVMMARIVM.

1 *Paupertas secundum Theologos triplex.*
2 *Paupertas alia voluntaria, alia inuoluntaria, siuè necessaria.*
3 *Alia interior, & alia exterior.*
4 *Paupertas interior quotuplex sit?*
5 *Et quotuplex paupertas exterior?*
Coacta meritoria non est, num. 6.
6 *Qui aliquid coactus facit, præmium non meretur.*
7 *Præmium ordinatum capienti bannitum, non debetur potestati, cum ad id ex officio teneatur: nisi de officiali nominatim statutum loquatur.*
8 *Paupertas exterior, suo genere, neque bona, neque mala est, sed indifferens,* & numer. seq.
9 *Neque diuitiæ bona, aut mala per se sunt.*

QVÆSTIO II.

MVltiplex est *Paupertas*. Vnde antequam ad definitionem descendamus; quotuplex sit, necessariò sciendum est, vt earum vnaquaque cognita, aptiùs cuiusque definitio constitui possit.

Triplicem igitur *Paupertatem*, † triplicemque 1
pauperum species esse, colligitur ex Theologis. Secundum quos, alij pauperes spiritu, alij corpore, & spiritu dicuntur. Spiritu pauperes sunt, qui licèt temporalibus abundent bonis; in eis tamen non confidunt, neque alia concupiscunt. De quibus *Matth. 5. Beati pauperes spiritu.* Corpore tantùm pauperes sunt, qui bona non habent, ea tamen habere concupiscunt, quorum plenus est mundus. Corpore, & spiritu; qui nec temporalia bona habent; nec habere volunt. de quibus Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* fusè per Cornel. Beninc. *d. tract. quæst. 2. n. 1.* cum seqq. Qui tamen *nu. 9.* ex mente *D. Thomæ 2. 2. quæst. 186. artic. 3.* duas † tantùm *paupertatis* 2
esse species concludit. Aliam scilicet voluntariam, quæ ab animo, & voluntate: aliam necessariam, quæ à fortunæ arbitrio pendet, vel quomodocunque inuoluntaria, & coacta: exornat, latéque *Idem ipse* prosequitur *num. seqq.* Ita etiam ex *D. Thoma contra gent. lib. 3. c. 134.* tenet Guilielm. Rouille *in tract. de iustitia, & iniustitia, lib. 1. quæst. 8. n. 1.*

Alij in interiorem, & exteriorem, † *Paupertatem* diuidunt. Cuius plures constituunt species. 3
Ipsamque exteriorem, in necessariam, & voluntariam secant.

Interioris paupertatis, triplicem † speciem 4
assignant. *Primam* dicunt carentiam voluntatis quærendi, vel retinendi iniustè aliquod pecuniarium ius. Quæ de præcepto est. quippè quæ *decimo Decalogi* continetur, & *Exod. capite 20.*

Secundam, carentiam voluntatis habendi, vel retinendi aliquid, etiam iustè nisi quatenùs est instrumentum virtutis. Quæ de consilio est, iuxta illud *1. ad Corinth. cap. 3. qui habent, tanquam non habentes, &c.*

Tertiam, carentiam voluntatis habendi vllo modo pro suo, etiam iustè, & etiam quatenus est instrumentum virtutis. Quæ de consilio quoque est, & magis, quàm secunda proximè dicta, iuxta illud *Matt.* 19. *si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Ita distinguit Martin. Nauar. *in tract. de regularib. commento* 1. *num.* 17. Qui ibidem *versicul. Vigesimum-primum*, paupertatem exteriorem du-
5 plicem † constituit. Alteram voluntariam; verò coactam, vti suprà tetigimus.

Voluntariam dicit, quam quis sua sponte consequitur. Qualis fuit *Cratis Tebani*, de qua *Diuus Hieronymus in c. gloria Episcopi*, 12. *qu.* 2. & qualis apud *Matth. d. c.* 19. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.*

Quam rursùs multiplicem dicit, *Aliam* nihil habentis, neque habere potentis, quippè facti ad id incapacis propter votum solemne. *Aliam* se contentum victu honesto facientis. *Aliam* nihil habentis, sed ad habendum capacis, quippè cui non est votum solemne paupertatis, licèt omnia sua reliquerit.

Paupertatem verò exteriorem coactam. eam esse constat, quam quis nolens suffert; talisque
6 paupertas sui natura meritoria nequaquam est: † vt enim inquit *text. in c. Si enim de pœnit. distin.* 2. *vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est.* Ita in specie, & terminis nostris tenet ibid. *glos. verb: necessitas.* & Cornel. Beninc. *de paupert. d. q.* 2. *num.* 17. Qui enim aliquid coactus facit, præmium non meretur, *text. in l.* 3. *§. Vtrùm, D. ad S.C. Syllan. l.* 1. *C. de oper. libert. vbi not. Bald. n.* 1. *&* 2. præmium ordinatum capienti bannitos;
7 non deberi potestati, † qui illud ex officij necessitate facere tenetur, nisi nominatim de officiali loquatur statutum, idque *in eius addit. not. ibid.* Andr. Barbat. *lit. A.* firmantque suprà dictam assertionem *text. in l. Nam quod decima-quarta, paragrapho qui compulsus, Digestis ad S. C. Trebell. qui compulsus adit hereditatem* (inquit text.) *sicut cæteris commodis caret, ita hoc quoque casu careat, ne possit pœnitendo quartam retinere.* text. etiam *in l. Ita tamen*, 27. *§. qui suspectam, D eod tit. tex. in l. Rem legatam*, 19. *D. de adim. leg. text. in l. Vnum ex familia*, 69. *§.* 1. *D. de leg.* 2. *text. in l. Proximè*, 50. *D. de ritu nup.* Ioseph. Mascard. *de probat. quæstione* 5. *nu.* 21.

Sicque huiusmodi inuoluntaria paupertas
8 suo genere neque bona, neque mala est, † sed indifferens, vt (præter iam relatos) firmat Martin. Nauar. *dict. tract. de regul. comment.* 1. *n.* 17. latè etiam Fului. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 54. *n.* 2. *& seqq vsque ad* 8.

9 Idemque de diuitijs † dicendum, iuxtà *Horatij* sententiam *epistolar. lib.* 1. *epist. ad Fuscum Aristum.*

Imperat, aut seruit collecta pecunia cuique.

Plura in confirmationem addicit Annæus Robertus, *rerum iudic. libro* 2. *cap.* 2. *folio mihi* 327. & Pacian. *vbi sup.* quibus etiam addendum, quòd Scriptura dicit *Ecclesiast. cap.* 13. *Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, & nequissima paupertas in ore impij.* & Seneca *de diuina prouident. Non sunt diuitiæ bonum.* & in *Prouerbijs* ipsius: *Pecunia si vti scias, ancilla est; si nescias, domina est*: Et *epistolar. lib.* 12. *epistol.* 83. ibi: *Tanquam indifferentia esse dico, id est, nec bona, nec mala; morbum, dolorem, paupertatem, &c.* prosequiturque latissimè *lib.* 13. *epistol.* 88. *& lib.* 21. *epistol.* 118. *Indifferens* (inquit) *vocamus, quod tam malo contingere, quàm bono potest, tanquam pecunia, forma, nobilitas.* Et *de vita beata: Diuitias nego bonas esse, nam si bonæ essent, bonos facerent.* Et paulò inferiùs: *Diuitiæ autem apud sapientem virum in seruitute sunt; apud stultum in imperio.*

QVO IVRE SIT INTRODUCTA PAUPERTAS?

SVMMARIVM.

1 *Ex sententia Cornelij Beninc. à iure naturali descendit paupertas.*
2 *A iure diuino ex sententia Sigismundi Scaccia.*
3 *A iure gentium ex Authoris sententia.*

QVÆSTIO III.

HVius quæstionis disputationem (cum magis ad materiæ, tractatúsque ornatum, quàm ad vtilitatem, quàm quærimus, pertineat) omittere, forsitan nobis in mentem venit: & quia Cornel. Beninc. *in tract. de paupert. quæst.* 3. latissimè hanc per quadraginta quatuor numeros (aptè quidem, fusiùs tamen quàm necessitas, vtilitasque postulabat) disseruit quæstionem, eo solo, *rei originem spectandam*, fundamento nixus, parum immorabimur.

Multis igitur hinc inde argumentis adductis, à iure naturali † introductam, originemque traxisse *Paupertatem*, concludit. 1

A iure autem diuino † contendi. *Sigismund. Scaccia in tract. de commercijs, quæst.* 1. *§.* 1. *numer.* 43. 2

Quod tamen à iure gentium † (vt nostram quoque interponamus sententiam) deuenerit *Paupertas*: probatur, quia à principio de iure naturæ omnia communia erant, nec quidquam aliquis insolidum possidebat, sed omnes in communi domini rerum omnium erant, *Paupertasque* tunc per consequens ignota. Ex quo autem sibi quisque proprium retinere, rerúmque sibi præcipuum voluit adscribi dominium, atque adiudicari; cœpit indigentia, in diesque *Paupertas* creuit. Quam duo illa pronomina *Meum*, & *Tuum* induxisse videntur. De quibus eleganter Guilliel. Rouil. *in tract. de iustit. & iniustitia, lib.* 2. *cap.* 1. & Seneca *in prouerb.* ibi, *Principium discordiæ est, aliquid ex communi proprium facere.* & ibi. *Quietissimè viuerent homines in terris, si duo verba tollerentur, scilicet Meum, & Tuum.* Firmat *text. in capit.* 2. 12. *quæst.* 1. ibi: *Communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta diuisio est.* Antequam enim ex illa immani bellua *Apocalypsis cap.* 11. *&* 13. hæc duo pronomia nascerentur (vt per *Guiliel. Rouill. vbi suprà*) paupertati in mundo erat aditus interdictus. Constat. *Actuum Apostolor. capite quarto. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Neque quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* & ibi: *Neque enim quisquam egens erat inter illos.*

illos & capit. 2. prope finem, capit. *Dilectissimis*, 12. quæst. 1. ibi : *Vndè (vt benè nostris, erat multitudinis cor vnum, & anima vna. Neque quisquam eorum, aut nostrum, de his, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis, & nobis erant communia. Neque quisquam egens erat inter nos.* Quod & sic à principio ius constituit naturæ; & per consequens, nequaquam ex eo fuisse *paupertatem* inductam videtur dicendum, nullumquè tunc pauperem esse: diuites omnes, cum omnium rerum Domini in communi, proquè indiuiso (vt sic dicamus) existerent. Accedat in hanc rem *Horatij* sententia *lib. Sermonum, Satyra* 2.

Nam propria telluris herum natura neque illum,
Nec me, neque quemquam statuit. Nos expulit ille,
Illum, aut nequities, aut vafri inscitia iuris.
Postremo expellet certe viuatior hæres.

Ouidiiquè *Metamorphos. lib.* 1.

Communemquè prius, ceu lumina solis, & auræ,
Cautus humum longo signauit limite mensor,
Nec tantum segetes, alimentaquè debita diues
Poscebatur humus.

Argumentis autem Beninc. & Scacciæ facillimè responderi posset, nobis sat dicta.

QVID SIT PAVPERTAS? quisquè Pauper dicatur?

SVMMARIVM.

1 Paupertas *interior quid sit?*
2 Paupertas *exterior, quid ex Nauarri sententia, quæ improbatur.*
3 *Bona definitio debet conuerti cum suo definito, nec aliis à diffinito competere.*
4 *Alia* paupertatis *diffinitio.*
5 Victus *appellatione, quæ contineantur? &* num. 7.
6 *Bona definitio omnem naturam, & essentiam rei definitæ comprehendere debet.*
8 *Alia* paupertatis *definitio ex Cornelio Beninca.*
9 *Vera* paupertatis *definitio secundum Authorē.*
10 Pecuniæ *appellatione omnis substantia, vel res, quæ sunt, aut esse possunt in patrimonio continentur.*
Pecunia *vnde dicta?* ibidem.
Et vnde locuples? *ibid. circa fin.*
11 *Pauper dici potest, quis, eisdem facultatibus, quibus alius diues, vel è contra.*
12 *Vestire non omnes debent æqualiter.*
13 *Veste relicta, præstanda est, secundum conditionem personæ.*
14 *Pauperes, & rustici, non delicatis cibis, sed grossis, & vilibus vti debent.*
15 *Deliciosa cibaria pauperibus præparans venialiter peccat.*
16 *Pauper sumptuosè viuens, apud Corinthios puniebatur.*
17 *Nobiles grossis, aut vilibus cibis vti non debent.*
18 *Pauper, & rusticus pedestris, nobilis, eques debet ambulare.*
19 *In taxatione expensarum testium, quid attendendum? & qualiter taxandæ?*
20 *Causa, vel quantitas magna, vel parua, quæ dicatur, ex personarum conditione perpenditur.*
21 *Furtum magnum, vel paruum, ex personarum quoquè conditione reputatur.*
22 *Furtum magnum, mortis vindicatur pœna.*
23 *Alimenta præstanda sunt, attenta conditione, & qualitate personæ.*
24 *In legato alimentorum, continetur etiā equus, si legatarij cōditio id deposcat, vel etiā currus.*
25 *Alimenta non solùm præstanda sunt attenta alimentandi personæ; sed etiam pro familia, & ministris, secundū eius qualitatē,* & n. 10.
26 *Pater tenetur alere non tantùm filium, sed etiam eius vxorem, & ministros, si aliundè non habeat.*
27 *Maritus pro vxore, & eius seruientibus, & pedisequis alimenta præstare debet.*
28 *Alimentare obligatus, etiam ad famulorum alimenta tenetur.*
29 *Marito, & aliis, qui in id, quod facere possunt conueniuntur, tantum relinquendum est, quantum sufficiens sit, ad vitam decenter transigendam, eorum conditione attenta.*
30 *Patronus, & eius ministri ab ecclesia, vel liberto sunt alendi.*
31 *Qui alium alere tenetur, non satisfacit obligationi, si eum faciat recipi in aliquo hospitali; si id illi indecorum sit.*
32 *In alimentorum præstatione, non solum spectanda est qualitas à natura proueniens: sed etiam ex accidenti, ratione literarum, officij, vel dignitatis adeptæ. Amplia* num. 39.
33 *Scientia reddit quem nobilem,* & n. 35.
34 *Nobilitas ex scientia proueniens, nobilitati sanguinis, & generis præualet.*
36 *Aduocatus dicitur persona egregia, sicut doctor.*
37 *Officium nobilitat.*
38 *Doctor non est persona indigna, cui Comitissa possit nubere.*
39 *Pauper an dicatur, consanguineus eius, qui ad aliquam magnam dignitatem euectus est, si ante illius adeptionem sufficientia bona habebat? ex eoquè lautiora consequi possit alimenta?*
Intellectus text. in c. Est probanda 86. dist. & Concilij Trid. sess. 25. cap. 1. de reform. ibidem.
40 *Pauper dicitur, qui licèt satis bonorum habeat vnde viuere possit; non tamen secundum conditionem suam, vt & familiam decenter possit alere, deque necessariis prouidere.*
41 *Cui bonorum distributio inter pauperes commissa est, poterit distributionem alicui nobili facere, qui licèt vnde se alere possit habeat, non tamen pro suæ conditionis, status, & generis, ratione; limita, vt numer.* 48. *si patrimonium testatoris, qui illud inter pauperes distribui iussit, esset paruum.*
42 *Facere etiam poterit distributionem, in suprà dicto casu, ei qui licèt ad victum necessaria habeat, non tamen pro puellis (quas maritare tenetur) dotandis, quamuis de dote nulla à testatore sit facta mentio.*
43 *Pauper dicitur puella, quæ licèt sufficiens victum habeat, non tamen sufficientem pro conditione dotem.*
44 *Pauper dicitur pater, qui filias pro conditione maritare non valet.*

45 *Dos, vel legatum relictum habenti victum, non tamen decentem, congruamvè dotem, etiam stricto modo dicitur causa pia, vel in causam piam relictum.*

46 *Executor testamenti, cui bonorum distributio inter pauperes commissa est, poterit, non solùm inter extraneos, sed etiam sibi ipsi, vel filiis, aut filiabus, alimenta, dotemvè congruam non habentibus distribuere.*

47 *Qui tenetur restituere malè ablata arbitrio Prælati, vel Confessoris, propter suam necessitatem, vel quia filias habet, poterit sibi, vel filiarum dotibus dicta bona applicare.*

49 *Executor testamenti, cui distributio inter pauperes commissa est, potest distributionem facere monasterio habenti vnde monachos, vel moniales sustineat; si vltrà victum, vel alimenta, non superest, vnde ipsius fabricæ subueniatur.*

50 *Pauper dicitur beneficiarius, vel beneficium pauper, & tenue, cuius redditus, licèt ad eius victum alimentaque sufficiant: non tamen pro se, suisque, & familia pro sua conditione.*

51 *Et qui dicantur sui in hac materia?* & numer. 52.

55 *Pauper dicitur pater, qui necessaria habet ad vitam decenter degendam, ad filiorum tamen alimentæ sufficientia, & ad expensas in studio faciendas, bona non habet,* & numer 62.

Et quid in auo, & aliis ascendentibus, in his & similibus superioribus casibus? n. 63.

54 *Pater tenetur ad sumptus, & expensas pro primis filiarum rudimentis.*

55 *Et quid pro legali scientia medicina, & similibus addiscendis?* remissiuè.

56 *Alimentorum appellatione, expensæ quoquè studiorum continentur,* & nu. 57.

57 *Et idem relicta sustentatione, necessitate, vel victu.*

58 *Promittens aliquem vt filium tractare, tenetur, ei ministrare expensas, vt discat legere, scribere, & Grammaticam, si id eius exposcat conditio.*

59 *Pater, quantumcumque infimæ conditionis sit, tenetur filio expensas præstare, vt discat legere, scribere, artemque post hac quæstuariam eum docere.*

60 *Sicut pater tenetur dotare familiam, & dare donationem filio propter nuptias: ita & eum docere artem, ex qua viuere possit.*

Causa studij, & dotis à pari procedit, ibid. & num. 61.

61 *Filius an teneatur subuenire patri egeno, qui eum artem, ex qua viuere posset, docere contempsit?*

64 *Pater, vel ascendentes, non solùm legitimos, & naturales descendentes alere, & dotare tenentur: sed etiam naturales tantum, & spurios.*

65 *Filiis naturalibus, vel spuriis tantùm, an debeantur alimenta à patre, vel ascendentibus, pro necessitate solum, vel etiam pro dignitate præstanda sint?*

66 *Et quid de iure regio, ex quo, vltrà quintum eis relinquere pater prohibetur?*

67 *Alimenta, quæ miserationis causa dantur, an secundum necessitatem, vel dignitatem præstanda sint?*

68 *Pauper dicitur pater, qui licèt habeat victum pro se, non tamen pro filiis naturalibus tantùm, vel etiam spuriis: & idem in descendentibus ascendentium respectu,* n. 69.

Pater tenetur alere filios naturales, & spurios, etiam in foro sæculari: & de iure regio. Idque in filiis Presbyterorum, etiam post Pij V. extrauagantem procedit, ibid. nu. 68.

70 *Filij, vel descendentes illegitimi, aut spurij, an ascendentibus alimenta pro dignitate, vel necessitate debeant præstare?* remissiuè.

71 *Pauper dicitur quis attenta negotij qualitate.*

72 *Qui non habet tantum in bonis, quantum continet debitum cuius respectu contenditur, pauper ea ratione dicitur.*

73 *Quotiescumquè quæritur de paupertate respectiuè ad aliquid, semper metimur paupertatem respectiuè ad illud.*

74 *Vt testis idoneus sit, tanti bona debet habere valoris, quanti est causa super qua deponit.*

75 *Iudicis arbitrio relinquitur, quis pauper dicatur.*

76 *Et quis inops.*

77 *Et quæ miserabilis persona.*

78 *Fallit vbi à lege, vel statuto certa patrimonij quantitas determinata est. Quo casu nullæ sunt iudicis partes in arbitrando, vel si miserabilem personam lex designet.*

79 *Iudex non potest admittere ad accusandum non habentem quinquaginta in bonis, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur. Et in aliis similibus casibus.*

80 *Pauper quando possit facere casum curiæ de iure regio, vel communi?*

81 *Paupertas in specie probanda est, quando quantitas à lege taxatur, vel vbi agitur ad certum, & determinatum effectum.*

QVÆSTIO IV.

DEuenimus ad *paupertatis* definitionem, quam suprà, *quæst.* 2. duplicem esse diximus. Interiorem scilicèt, & exteriorem. Interioremque (ex sententia Martin. Nauarr. *de regularib. commento* 1. *numero* 17. *fol. mihi* 98.) esse † *Carentiam voluntatis habendi pecuniam.* In 1
cuius comprobatione verba non facimus, quia ad exteriorem principaliter nostra conuertitur oratio. Quam siue voluntariam, siue inuoluntariam, & coactam, sic ipsemet definit *Nauarr. eod. nu.* 17. vt sit † *Carentia realis pecuniæ.* Quæ 2
(tanti viri reuerentia) sustineri, nullomodo potest. Quippè, quæ non conuertitur cum suo definito † contrà regulam *text. in l.* 1. §. *Dolum,* 3
D. de dolo, vbi Bart. *not. & in l.* 1. *D. de testam. & in l.* 1. *D. de tutel. & in l. Imperium in princ. D. de iurisd. omn. iud. glos.* & *DD. in rubric. Cod. de summa Trinit. & fide Cathol.* Paul. Castr. Ias. Alexand. & alij, quos refert, & sequitur Cornel. Beninc. *tractat. de paupert. quæst.* 1. *num.* 17. Dec. *in l. Omnis diffinitio.* 201. *num.* 2. *D. de regul. iur.* adducit *text. in l. mortis causa capitur; quæ est in ordine* 31. *D. de donatio. caus. mort. & in l. Quintus la* 2. 29. *in ordine,* §. *Cum aurum, D. de auro, & argento legato.* Non enim carentia pecuniæ, paupertas est, Cùm *pecuniæ* verbum quàm latissimè pateat, vt dicemus infrà. Aliisquè etiam à diffinitis competat, vtpotè, quæ etiam diuites, inopem,

inopem, mendicum; & eum, qui nihil omnino habet, extremam, omnimodamquè carentiam, necessitatem, ac indigentiam comprehendat.

4 Sic igitur forsitam definiri † posset. *Paupertas est carentia victus secundum cuiusq; conditionem*, vt *Carentia* stet loco generis; cætera speciei. *Victus* ideo, quia *victus* appellatio-

5 ne † ea omnia continentur, quæ ad vitam hominis necessaria sunt, *text.in l. Verbo victus, 43.& seqq. D. de verbo. signific.l. Quos nos, 234.§.Verbum viuere, D. eod. l. Legatis 6.l. fin. D. de aliment.& cibar. leg. glos. verb. Victus, in cap. Episcopus* 10. q.2. Ias. *in l. Cùm ij. § Qui transigit. numer.2.& 3. C. de transactionib.* Petr. Surd.*de aliment. tit.4. quæst. 2. num. 11. & 12.* Confirmaturquè ex *Salomone Prouerbiorum cap.30. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi Domine, sed tribue victui meo necessaria.*

Secundùm cuiusquè conditionem, ad excludendum mendicitatem, & inopiam, omnimodamvè necessitatem. Vndè qui victu pro eius conditione caruerit pauper dicetur; non qui victum habeat.

Adhùc tamen non integram, ex omnibusquè suis partibus perfectam huiusmodi diffinitionem iudico, cum per eam non omnino rei diffinitæ natura, & essentia videatur comprehen-

6 di; contra bonæ diffinitionis regulas, † ex Bart. *in l. 1. D. de appellationib.* Portio. P. Andr. Gamar.&aliis relatis à Cornel. Beninca. *supr.quæst. 1. num.4.*ita etiam Bart.*in l.1. num. 2. D. de testament.* Decius *in d. l. omnis diffinitio, num.1.D.de reg.iur.*

7 *Victus* enim appellatione, ea tantùm veniunt, † quæ ad vitam transigendam necessaria omninò sunt, sine quibus minimè vita degi posset, dictis iuribus suprà *num 5.*& latiùs infrà. Nec enim familia, vel serui veniunt cùm ad vitam omnino necessarij non sint, dictis iuribus, & ibi notatur.

Nec etiam *stramentum* vel *stragula* venit, *l. in strato, 45.D.de verbor.signif.*(si de non omninò ad vitam necessariis saltem intelligamus). vt de tapetibus, culcitribus, muliebribusquè stramentis, sine quibus tamen pauper dici quis potest, eius attenta conditione, vt infrà apparebit. Et quòd prædicta victus appellatione non veniant, notat etiam *Ioan. Garcia de expensis, capit.3.num.40.& 41.*

Neque qualitas illa, *secundum cuiusquè conditionem*, quidquam propriæ significationi, & naturæ verbi, *victus*, addere, quoad hoc videtur, vt alias res extrà ipsius verbi significationem includat, licèt latiores habenas, intra ipsius verbi sensum protenderet, vt nempè lautiùs ad vitam necessaria præstentur; non quæ extra ipsammet viuendi necessitatem. Cùm ea verbo, *victus*, nequaquam comprehendantur, vt prædiximus. Et præter iura relata, est etiam *tex. in l. Si quis à liberis, 5. §. Non tantum, iuncta glos.verb. Cætera quoque, D. de liber. agnosc.*Bart.*in tractat.de aliment. num.1. & seqq* Petr. Surd. *eodem tractat. de aliment.tit. 4. q. 6. num.6.* Francisc. viuius *decis.523.num. 20.* Marc. Anton Peregrin. *cons. 81. num.15 lib. 3.* Iacob. Menoch. *cons. 1219. à numero 14.& præsumpt.lib.4. præsumpt. 157. à numer. 13.* Hercules Marescot. Vincent.*de* Franco. Sera-

phin. camill. Borellus,& alij propè infiniti congesti per copiosissimum Marium Giurbam *in consuetudinibus Senatus Mesanensis, c.7.glos. 15.numer.2.par.1.*

Aliam assignat definitionem *Cornel. Benincasia quæst.1.numer. 38.* sic: *Paupertas est † rei ad rectè viuendum pertinentis necessitas.* Quæ 8
licèt sustineri possit, & aliis à definitione competere (cum necessitatis paupertas species sit, vt in 1. huius tractatus parte Deo dante dicemus) & paupertatem in omni casu non comprehendere videtur Vnde vt omnis cesset difficultas, sic posse diffiniri mihi videor. † *Paupertas est carentia pecuniæ, secundum personæ, vel etiam negotij qualitatem.* Quæ omnibus 9
suis partibus constat, genere nempè, & differentia. *Carentia* enim stat loco generis; cætera speciei. Omnem substantiam, & qualitates rei definitæ demonstrat, nec alijs à definito competit, cum eoquè tam affirmatiuè, quàm negatiuè conuertitur. Quis enim neget talem *Carentiam*,& personæ, & negotij respectu, paupertatem esse? vel non esse, vbi abest?

Diximus in definitione, *carentia pecuniæ.* 10
Pecuniæ enim appellatione † omnis res, quæ in patrimonio est, vel esse potest, continetur *text. in c.Totum, 1.q.3. Totum quidquid homines habent in terra*(inquit textus)*pecunia vocatur seruus, vas, ager, arbor, pecus, quidquid horum est, pecunia dicitur, l. Pecuniæ appellatione 4. & l. sequenti, l. Pecunia verb.178.l.Pecuniæ nomine, 222.D.de verb.signific.l.1. §. fin. & l.2. D. de calumniatorib.l.2.§. Et neminē, C.de cōst. pecun.*

Idquè vel ex eo, quia antiquitùs pecudis effigies in moneta cudebatur; teste Plinio *lib.18. naturalis historiæ, capit.3.& lib 33.c. 3.* Christophor.*de* Paz *in legib.Styli, in l.78.numero 9.* Catellian. Cotta *in memorabilibus iuris, verbo, Pecunia*: vel quia de pecorum coriis nummi excudebantur, posteaque à Saturno æreus nummus inuentus est, vt notat Lucas *de* Penna *in l. Chartulas, num.4.C. de conuenend. fisci debit. lib.10.* Vel quia antiquitus omnis substantia in pecoribus consistebat, *tex. in dict.cap. Totum,* ibi, *Ideò autem pecunia vocata est, quia antiqui, quod habebant, in pecoribus habebant. dict.l. 1. §.vltimo,& l.2.D.de calumniat. dict.l.1.§. Et neminem, C.de constit.pecun.*& aliis iuribus supra, Lucas *de* Penna *in l.Domini, numer. 2. C. de agricol.& cens.lib.11.* Gatallian. Cotta *loco iam relato.* Idque testatur Ouidius (cuius alij non meminerunt) *Fastorum lib.5.*

Aut pecus, aut latam diues habebat humum.

Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.

Addidimus in diffinitione, *secundùm personæ qualitatem.* Tùm ad excludendam inopiam, mendicitatem, vel egestatem; tùm, quia personarum conditio efficit, vt eisdem facultatibus alter pauper: † alter diues dici possit. *Text. est in* 11
l.Sed etsi, 52.§.Sed etsi proponas, D.de iudiciis vbi glossa verbo Modica, & notat ibi Paulus Castrens.*num.3.glossa in l. Illicitas, 6, §. Ne potentiores, verbo Lumine, D.de officio præsidis,* Socin. Iunior. *consilio 60. numero 51. libro 3.* Marius Giurba *in consuetudinib. Senat. Mesanens.capite 2. glossa 6.numero 23. parte prima* vbi quòd *paruum*, vel *magnum* dicitur relatiuè ad res, & personas, quia quod dicitur

magnum respectu vnius, paruum erit respectu alterius, *glossa* etiam in *cap.* 1. *verbo Necessitatem*, 21. *q.* 1.

Nobilis enim, & qui operari nescit, non dicetur diues eo, quo rusticus dici posset, ita Iacob. Butr. *in authen. Præterea, C. vndè vir, & vxor*, quem refert, & sequitur Ioann. Lupus de Palac. Rubeo *in repetit. rubric. de donationib. inter virum, & vxorem*, §. 11. *incipit. Prædicta, num.* 11. *Bartol in l. Si constante, numero* 14. *D. solut. matrimon.* Socin. *consilio* 30. *numero* 2. *libro* 4. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 20. *numero* 156. *& sequent.* Petrus Roizius Maureus *decisione Lituanica* 4. *nu.* 233. plures referens Mascard. *de probationib. conclusione* 1159. *numero* 14. Didacus Perez *in leg.* 1. *titulo* 1. *libro* 3. Ordinam, *verbo Pobres, columm.* 1. *propè finem*, Petrus Surdus *dè aliment. titulo* 4. *quæstione* 18. *numero* 8. Iacob. Meno. *de arbitrar libro* 2. *casu* 65. *numero* 8. *centur.* 1. Petrus Augustin. Morla *in emporio iuris, quæstione vltima, numero* 6. *versic. Illud tamen meminisse*, Anton. Heringius *de fideiussorib. cap.* 8. *numero* 98. Rota Roman. *diuersor.* 2. *part. decisione* 202. *numero* 4. Cæsar de Grasis *decisione* 162. *numero* 3. *titulo de successione. ab intestat.* vbi quòd rusticus dicitur diues, si habeat centum scuta; cum nobilis, etiamsi mille habeat, pauper dicatur Fului. Pacianus *de probation. lib.* 1. *cap.* 54. *num* 45. *& seqq.* vt enim Horatius *lib.* 1. *epistolar. epistola ad Mecœnatem*, inquit.

Paruum parua decent.

Rusticusque & humilis persona, cum paucis diues est. *Ouidio* testante *tristium libro* 3. *Eleg.* 10.

Ruris opes, parua, pecus, & stridentia plaustra,
Et quas diuitias incola pauper habet.

Et lib. 4. de Ponto, elegia 9. ad Græcinum.

Fortuna est impar animo, talique libenter
Exiguas ca po munere pauper opes.

Horatius itidem epistolar. lib. 2. epist. 1.

Agricolæ prisci, fortes, paruoque beati.

Valerius quoque Marcialis lib. 10. epig. 96. ad Auitum.

Illa placet tellus, in qua res parua beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.

Seneca in Medea

Candida nostri sæcula patres
Videre, procul fraude remota,
Sua quisque piger littora tangens,
Patrioque senex factus in arno
Paruo diues. Nisi quas tulerat
Natale solum nouerat opes.

Ex diuerso autem, nobilis, honesta, grauis, vel illustris persona, multa etsi bona possideat; eius adhuc conditione attenta, pauper meritò dici poterit. Imò & Rex. *tex. est in cap. Ex parte*, 15. *de foro compet.* Decius *in cap. Cæterum, n.* 73. *de iudiciis*, Achiles *Personal. consil.* 47. *numero* 14. *Theatrum vitæ humanæ. tom.* 3. *libro* 2. *pag.* 666. *col.* 2. *versic. Reges*, Francis. Viuius *decis.* 521. *numero* 16. *libro* 4. Ioan. Maria Nouarius *in praxi electionis, & variationis fori, decis.* 24. *num.* 16. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 66. *par.* 2. *numero* 17. vbi & ex personæ conditione, duodecim milium, & quingentorum aureorum summam singulis annis habentem, pauperem demonstrat.

Non enim eædem expensæ, non idem sumptus à vili, vel etiam mediocri persona; qui ab honesta nobili, vel egregia faciendi sunt. Namque non omnium æqualis debet esse ve- 12
stitus † *leg.* 1. *C. qua res vendi non poss. l. fin. C. de rescind. vendition. l.* 1. 2. *& tot. titul. C. de vestibus holoueris, & auratis, libro.* 11. Meliùs enim, & honoratiùs Magister in Teologia, quàm frater simplex vestietur, melius Abbas, quàm Monachus, & meliùs Doctor, quàm Scholaris, vt tradit *Speculator in titul. de aduocato, paragrapho sequitur videre de vestibus, in princip.* Bart. & Bald. relati per Palac. Rub. *in repet. rubric. de donatio. inter vir. & vxorem, dicto paragrapho* 11. *numero* 10. Stephan. Aufrerius *in addition. ad Capell. Tholosan. decis.* 8. *in fine.* Hieronym. Ceball. *communi. contrà commun. lib.* 3. *quæst.* 780. *numero* 38. Petrus Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 18. *num.* 36. *&* 39. Iacob. Menoch. *cons.* 144. *numero* 77. Marius Giurba *in consuetud. Senat. Mesanens. cap.* 7. *glossa* 41. *num.* 2. *&* 3.

Ex quo infertur, legato *vesti* relicto, intelligendum, præstandumque secundùm condi-
tionem † personæ, cui relinquitur, vt post 3
alios concludit *Borgninus Caualcan. decis. Fauicianensi* 31. *num.* 15. *part.* 3. Vbi in legato facto per illustrem Comitem Aurellium Beccariam, de vestiendo eius familiam veste lugubri, & eius auditorem: vestem auditoris de panno fino, aut de rascia, & non de baieta, attenta personarum conditione, esse debere, fuisse declaratum affirmat.

Sic nec omnium æqualis debet esse victus. Pauper enim vel rusticus, humilisvè persona
non delicatis, † & sumptuosis; sed vilibus, & 14
rusticis vti debent cibis. *Tex. in capite Non cogantur, quadragesimo-primo distin. tex in leg. Seruis vrbanis* 97. *D. de leg.* 3. *leg. Sed & si quid* 19. *D. de vsufruct. leg. Iudices* 9. *C. de Episcop. aud.* Notat. Accur. *in d. leg. Seruis vrbanis, verbo Ex libellis, & verbo Ex cibariis.* Iason. *in paragrapho Item si de dote, numero* 7. *&* 8. *Instit. de actionib.* Andreas Tiraquell. *de nobilit. cap.* 20. *numero* 142. *&* 145. *cum seqq.* Latè Pet. Surd. *de aliment. titul.* 4. *quæst.* 18. *numero* 12. Collan. *de re frumenta. libro primo quæst.* 6. *numero* 7. Marius Giurba *vbi supra, dict. capite septimo. glossa decimaquarta numero secundo*, Ascan. Clemens *de patria potestate effect. decimo-septimo numero trigesimo-quinto, & trigesimo-sexto* Iacob. Menoch. *consil.* 144. *numero* 76. Hieronym. Ceballos *dicta quæstione* 780. *numero vigesimo-quinto* Francis. à Ponte *de potestat Proreg. titul. de abundantia ciuitatis, paragrapho quinto numero sexto* Ioan. Maria Nouarius *in praxi electionis, & variat. fori. quæst.* 17. *numero* 2.

Deliciosaque cibaria pauperibus præparan-
tem, venialiter † peccare, firmarunt text. *cap.* 15
In vnum orarium, paragrapho Criminis, ante finem, 25. *distin.* Bellaper. Cyn. & Bald. *in auth. Ad hac, C. de vsuris.* Gaspar Vaeça *de inope debitore capite* 17. *numero* 74. Andreas Tiraquell. *de nobilitate, d. cap.* 10. *numero* 46.

Petr.

Petr. Surd. de aliment. d. tit. 4. quæst. 18. num. 13.
Corduba de Lara, in l. si quis à liberis, §. sed si
filius, num. 48. de liber. agnos. Hieron. Gonçalez,
in regula. 8. Chancellaria, glos. 2. numero 42.
Martin. Coller. de alimen. lib. 2. cap. 2. num. 58.
Ioan. Baptist. Pontan. eod. tract. de alimen. cap. 7.
n. 3. in fin.

16 Et apud Corinthios, pauperes sumptuosè vi-
uentes † puniri solitos, scribit Alexand. Surd.
de morib. gent. lib. 2. c. 31.

Nobiles verò, & honestæ conditionis, illu-
17 strésque personæ, grosis, aut vilibus cibis vti, †
nec coguntur, nec debent. Tex. in d. c. non cogan-
tur, & in d. l. seruis vrbanis, & d. l. sed et si quid
Ias. Tiraq. & alij supra relati, Lambert. de iure-
patronat. lib. 3. in princip. quæst. articulo 12. n. 2.
Paul. Citad. & Roch. de Curte, quos adducit, &
sequitur Hieron. de Ceballos, dict. quæst. 780.
numero 23. & sequentib. Lara, in d. l. si quis à
liberis, §. sed si filius, n. 46. Pet. Surd. d. quæst. 18.
num. 8. Marius Giurba, d. cap. 7. gloss. 14. num. 2.
part. 1.

18 Sic pauper, rusticus, & humilis, pedestris,
† nobilis verò, & honesta persona, eques debet
ambulare: glossa in l. idemque 10. §. idem labeo,
verbo eum oportere D. mandati. Bald. in l. libert.
numero 19. C. de oper. libertor. Bart. in l. si non
sortem 25. §. libertus, numero 29. de condiction.
indeb. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1.
casu 2. num. fin. Didac. Perez, in l. 1. tit. 1. lib. 3.
Ordinam. verbo Pobres, colum. 2 prope med. Vbi
19 hæc pro taxatione expensarum † ratione itine-
ris facienda, quando rusticus adducitur in te-
stem, vel ad litigandum, notanda dicit. Si enim
ire pedester solitus, ad ciuitatem solicitandæ
litis causa veniat cum equo, huiusmodi ei non
reficiuntur expensæ: glos. d. l. idemque §. idem
labeo, D. mandati. Petr. Surd. de alim. titul. 2
quæstion. 8. per totum Vincent. Caroci, tractat.
de locat. quæstion. 8. titulo de fructi. & litium ex
pensis, num. 91. folio mihi 28. Plenè Bernardus
Greuæ. conclus. practic. Cam. Imper. conclusio-
ne 99. per totam, præcipuè num. 5. & seqq. lib.
1. Vndè, & quæ causa, vel quantitas magna,
20 vel parua dicatur, † ex personarum conditio-
ne perpenditur. Vt ex Bar. Bald. Decio, Iason.
Curtio, Tiraq. Palatio Rube. & alijs quàm plu-
rimis (vt cæteros ommittam) concludit Iacob.
Menoch. de arbitrar. libro 2. cent. 1. casu 72.
n. 10 & 11. Ioachin Mynsing cent. 1. obseruat.
68. num. 4. Sigismund. Scaccia de appellat. quæst.
17. limit. 40. n. 4. vers. Quarta & vltima opi-
nio, & num. 5. vbi ex hoc determinat, an à
condemnatione à qua aliàs ob eius summæ
paruitatem appellare non liceret, si fiat pau-
peri, liceat? copiosissimè Cardin. Tusch. lit. M.
conclus. 4. per tot. plurimos referens in pulchro
casu Osuald. in Donell. libro 21. capite 9.
lit. M.

Quo fit, vt eiusdem rei, vel quantitatis
21 furtum, magnum, vel paruum, ex persona-
rum † conditione, earumquè paupertate, vel
diuitijs reputetur: secundum Bart. Cæpol. in
auth. Sed nouo iure, num. 79. 80. & seq. C. de ser-
uis, Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 1. cent. 3.
casu 295. num. 12. Vbi furti magni exemplum
adducit, quando rustico aufertur porcus, ex
glos. in d. l. Illicitas 6. §. Ne tenuis, D. de
offic. præsid. ita etiam Bonifac. in tractat. de fur-
tis, §. fin. num. 56. Prosper Farina. eod. de furt.
tractat. q. 165. n. 19. Masc. de prob. tom. 3 concl.
1254. n. fin.

Id quod multum ad pœnarum inflictionem
notandum est. Cùm furtum magnum mortis † 22
vindicetur pœna, secundum magis communem
opinionem, quam tenent Bald. in auth. Sed no-
uo iure, num. 5. vers. Ego dico, C. de seruis fu-
git. Aretin in §. Ex maleficijs, num. 7. vers. Et
quod dixi, insti. de action. & in tractat. de ma-
leficijs, verb. Vestem cœlestem, num. 13. vers.
Quod est verum. Alciat. in cap. Cum non ab
homine, notabili vltimo, extra de iudicijs,
Matth. de Afflictis in cap. 1. §. Publici latro-
nes, nu. 5. de pace tenend. in vsib. feudor. & in
§. Iniuria, 3. notabi. num. 15. in fin. de pace
iuram. firmand. Hippolyt. de Marsil. in l. Vnius,
§. Cogniturum, num. 79. D. de quæst. Belius
in practic. rubric. de furib. & latronib. numer.
21. Dida. Couar. lib. 2. variar. cap. 9. num. 7.
vers. Sic sane quibusdam visum est. Iacob. Me-
noch. d. lib. 2. de arbitrar. casu 295 num. 9.
alios etiam refert Prosper. Farinac. de furt. q.
167. num. 45.

Ex quibus in alimentorum præstatione, con-
ditionem, & qualitatem eius, † cui alimenta 23
præstanda sunt, attendendam infertur, osten-
duntquè text. in l. Mella, 14. & l. pen. D. de
aliment. & cibar. legat. l. Tutor la 2. 13. in or-
dine, D. de administr. tut. l. Si cui, 14. D. de
annuis legat. tenent post antiquiores Andreas
Tiraquel. de nobilitat. cap. 10. num. 142. &
seqq. Corduba de Lara in d. l. Si quis à liberis, §.
Sed si filius, num. 43. D. de liber. agnoscend.
Bursat. cons. 226. num. 147. Borgnin. Caual-
can decis. 18. nu. 13. par. 2. Caballin. cons.
137. num. 8. lib. 2. Iacob. Menoch. de arbi-
trar. casu 170. n. 13. lib. 2. cent. 2. & de præ-
sumpt. lib. 1. præsumptio. 8. num. 8. & lib. 4.
præsump. 157. num. 33. vers. Cæterum, & cons.
1219. num. 20. Bimius cons. 257. num. 1. & 12.
& cons. 147. num 9. P. Ludouic. Molin. de
iust. & iur. disput. 168. numero 2. Marius Giur-
ba in consuetud. Senat. Mesanens. cap. 7. glos.
14. num. 1. par. 1. & decis. 6. num. 1. infinitos
referens, Prosper. Farinat. decis. Rot. 431. nu-
mer. 5. Paul. Æmil. Gallius de exceptionib.
par. 2. tit. 4. excep. 13. seu 1. num. 69. Petr.
Surd de alimen. tit. 9. quæst. 39. n. 3. Martin
Coller. eodem tractat. de aliment lib. 2. cap. 2. n.
28. Ioseph. Sesc. decis. 26. num. 101. Ioan. Garc.
de expensis, cap. 3. num. 37. Flamin. Paris.
de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 6. num 135.
Paul. Paris. cons. 8. num. 30. lib. 1. Pontan.
de aliment. cap. 7. per tot. Hieronym. Cebal.
communi. contra commun. lib. 3. q. 780. num.
46. & seqq. Ascan. Clemens de patria potestat.
effectu 17. num. 35. & 36. Camill Borrell. cons.
siue controuersia 71. num. 21. Gerard. Mazzol.
cons. 30. num. 49. lib. 1. Alphons Hoxeda de in-
compatibilitat. beneficior. 1. p. cap. 19. nu-
mero 24.

Vndè in legato alimentorum, equum etiam 24
† (si alimentandi conditio deposcat) conti-
neri tenet pluribus relatis Martin Coller. de
aliment lib. 1. cap. 15. n. 26. Camill. Borrell. d.
cons. siue controuersia. 71. n. 22. & 23. Necnon
& currum (si id personarum conditio patia-
tur) vt notabimus quæst. 48.

Nec ipsius solum alimentandi, sed & eius pro
conditione familiæ, † ministrorumquè rationem 25

habendam: probant *text. in l. Habitatio,4.D. de vent. in poss. mittend. l. Tutor secundum dignitatem*, 13 *D de administra. tut. l. Cùm dotem*, 12.§. *Sin autem in lautissima, D. solut. matrim. glos. in auth. de non eligend. secundo nubent. §. fin. ver. Onera, collation.*. Cuius decisionem dicit ibi Barr. perpetuò menti tenendam, cum quo alios refert Petr. Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 18 *n.* 9 *&* 10. Consimilis est etiam *glos. in c.* 1. *verb. Necessitatem*, 21. *quæst.* 1. *glos. quoque fin. in cap. Studeat*, 50. *dist.* Abb. *in cap. Cum adeo, num.* 5. *de rescript.* Ludouic. Roman, *cons.* 18?. *in princ.* latè Cordub. *de Lara in d. l. Si quis à liberis, § Sed si filius, num.* 50. *de liber. agnosc.* Marius Giurbad *glos.* 14. *num.* 1. Hieronym. Ceball. *d. d. q* 780. *nu.* 44 Martin Coller. *de alim. d. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 17. Borgnin. Caualcan. *de vsufruct. num.* 27. Iacob. Menoch. *præsump. lib.* 4. *præsumpt.* 157. *num.* 28 *&* 29.

Ideoquè patet non solùm filium; sed etiam
26 eius vxorem, † & ministros si aliunde eis prouisum esse non posset, alere tenetur, *text. in d. l. Si quis à liberis*, 5. §. *Non tantum, D. de liber. agnosc. & ibi glos. verb. Cætera quoquè onera*. Quia cum ad hæc teneatur maritus; eius quoque pater, in subsidium, tenebitur, vt voluerunt *Bart.* ibi, *in d. § Non tantùm*, & ibidem *Lara per tot.* præcipuè *num.* 42. *Ias. Ripa. Crot. Barba. Couarruu. Natta, Becius, Viuius, Padilla*, & plures alij quos refert, & sequitur *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 38. *num.* 1. *& seq.*

27 Quod autem maritus non solùm pro vxore; sed etiam pro eius pedisequis, † & aliis seruientibus alimenta, necessariaquè præstare debeat, præter iura relata firmant Palac. Rub. *in repet. rubr. de donatio. inter vir. & vxor.* §. 68. *nu.* 6. *& in repet. d. c. Per vestras, notabil.* 3. *vers. Tertio sequitur. num.* 2. *col.* 2. *propè med.* tenet pluribusquè adductis Lara *in d. l. Si quis à liberis*, §. *Si quis ex his, num.* 25. Petr. Surd. *d. tit.* 4. *q.* 18. *num.* 28. Hieronym. Ceuall. *d. q.* 780. *n.* 35 Petr. Nuñez de Auendaño *respons.* 8. *num.* 1. *vers. Quæ alimenta*.

Et generaliter eum qui alium alere debet ad
28 famulorum † quoquè alimenta, & salaria teneri; obseruant Andr. Tiraquel. *de nobilit. d. cap.* 20. *numer.* 142. *& seqq.* Petr Rebuff. *in comment. ad constit. Galliæ, tit. de sent. prouisio. art.* 1 *glos.* 4. *num.* 2. *tom.* 1. Ioan. Baptist. Plot. *cons.* 30. *num.* 86. *lib.* 1 Camill. Borell. *d. controuers.* 71. *num.* 24. Tellus Fernandez *in l.* 10. *Taur. num.* 10.

Sic marito, vel alijs, qui in id, quod facere possunt, conueniuntur, tantùm relinquendum
29 esse, † quantum eorum attenta conditione, ad vitam decenter degendam necessarium est; tenet Alexand *in additio. ad* Barr. *in l Qui bonis, lit. A. D de cessione bonor* Ias. *in* §. *Item si de dote, num.* 7. *inst. de action.* Bart. Bald. Angel. Rapha. Areti. Dec. Cæpol. Cyn. Tiraq. Baeça, Couar. Bertrand. Lata, Peregrin, Lancellot. & plures alij relati à Petr. Surd. *de aliment. d. tit.* 1. *q.* 78. *num.* 2. *& tit.* 4. *q.* 18. *num.* 45. Petrus Roiz Mauteus *decis. Lituanic.* 4. *num.* 237. *& seqq. & num.* 253. *&* 254. Hieronym Ceball. *d. quæst.* 780. *nu.* 48. Stephan. Gratian. *disception. forens.* 112. *num.* 21

Alios similes omittimus casus, de patrono
30 † veluti, qui vna cum familia, filiisquè ab Ecclesia pro dignitate est alendus, *cap. Quicumque* 30. *in ordine*, 16. *q.* 7. *cap. Nobis* 25. *de iure patronatus.* Vel etiam à liberto. Qua de re (vt propè infinitos præteream) videndus Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 54. *per tot. & tit.* 4. *q.* 18. *nu.* 15. *& seqq. & tit.* 7. *q.* 32. *num.* 29. *&* 30. plurimos in dictis locis referens, & post eum alios etiam adducens *Stephan. Gratian. discept. forens.* 552. *nu.* 12. per quos supráquè relatos plures si libet similes videri possunt.

Deducitur inde, eum qui alium alere tenetur, non satis obligationi facere, si nobilem, honestamquè alendi personam in hospitali aliquo, † vel domo Dei, cui ibi morari foret in- 31
decorum, non sic si vilem, humilemvè recipi faciat, vti profitetur Bald. *in l.* 1. §. *Sed scimus, num.* 2. *C. de Latin. liber. tollend.* quem sequuntur Anani. Præposit. Palac. Rub. Rebuf. Couar & alii adducti per Surd. *de aliment. d. tit.* 4. *quæst* 18 *num.* 48. Lata *in l. Si quis à liberis*, §. *Solent, num.* 18. *de liber. agnosc. Castillo in l.* 10. *Taur. glos. verb. En caso, numero* 6. *vers. Item nota*, Marc. Anton. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 18. *numero* 73. Aluar. Valasc. *consult.* 1. *n* 89. *prope med.* Petrus Rabena, *sing.* 30. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. lib.* 1. *c.* 112. *num.* 11.

Infero prætereá, non solùm à natura prouenientem: sed etiam ex accidenti, † ratione literarum, officij, vel dignitatis adeptæ spectandam 32
qualitatem, scientia enim reddit quem nobilem, † *l. prouidendum*, 7. vbi plenè *Cynus C. de postuland. l.* 2. §. *fin. in fin. D. de excusat. tut. l. Iudices*, 12. *C. de dignitat. lib.* 12. *verb. Plebeios*, per 33
quam Doctores, & iudices, nobiles esse, asserit ibi *Bart.*

Imò nobilitatem ex scientia prouenientem, 34
nobilitatis generis † praualere, *in d. l. prouidendum, num.* 1. & probatur in *cap. nunquam*, 56. *distinct.* Alexand. *cons.* 213. *n.* 9. *lib.* 6. Anton. Corset. *in repet. cap grandi, num.* 56. *de suppl. negl. Prælat. in* 6. optimè Ioan. Hieron. Episcop. Campan. *in suo diuersor. iur. Can. rubr.* 6. *cap.* 3. *n.* 51 latissime *Bonus de Curtili in tract. de nobilit. part.* 3. *ex num.* 3. *& seqq.* Potentioremque nobilitatem à virtute, quam, quæ à maioribus originem trahit, esse, demonstrat *Ouidius Metamorphos. lib.* 13. *in princ.*

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Et lib. 1. de Ponto, Elegia 10.

Si modo non census, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos ingeniumque facit.

Et lib. 4. Elegia 7.

Scilicèt hic titulus plenis tibi fructibus ingens.
Ista tamen virtus, ordine maior erit.

Iunius Iuuena. Satyra 8.

Tota licèt veteres exornent vndiquè ceræ
Atria, nobilitas sola est, atquè vnica virtus.

Cicero quoque in *Salustium*: *Satius etenim* (inquit) *est, me meis gestis florere, quam aliorum opinione niti, & ita viuere, vt sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum, nec me cum his conferre decet.* Quid enim (vt ait Senec lib. 10. epist. 70.) *stultius, quàm aliquem sibi placere, eo quod ipse non fecit?*

Prædictam

35 Prædictamquè nobilitatis generis, † & scientiæ æquiparationem facit etiam Accurr. *in l. Societas contrahitur, 5. verbo, Suppleat, D. pro socio.* quem sequuntur ibi *Bald. Salycet. Fulgos.* & alijs multa per *Andream Tiraquel.* & ab eos relatos *de nobilitat. capit. 20. numer. 10. & sequentibus,* & per Royzium Maurum *decision. Lituanica 4. numer. 243. & sequentibus,* latè Ioan. Parlador. *rerum quotid. part. 3. differ. 6. §. 1. per tot.*

Et in terminis nostris *paupertatis*, personæ literatæ, sicut nobilis, qualitates pensandas,
36 annotauit Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 70. numer. 9. & 10.* Vbi & de Aduocato, † qui etiam sicut Doctor, egregia dicitur persona, *gloss. in l. Ad personas, 15. D. de iureiur.* Quòdque scientia nobilitet, fusè Anton. Gomez *in l. 83. Tauri, numero 17. vers. Vndecimum.* Plura circà hanc rem tradit latè Doctorum; siue aduocatorum priuilegia prosequens Philipp. Paschal. *de virib. patriæ potestat. 2. par. cap. 5. ex numer. 68. cum seqq.* Alphons. de Azebed. *in l. 8. tit. 17. lib. 1. Colleg. regiæ, num. 1.* diximúsquè & nos alia *quæst. 7 sup.*

Officium quoque ex humili, & abiecto, nobilem, † clarumquè facit; *text. in l. 2. §. In filiis,*
37 *D. de decurionib. & filiis eor. l. Moris, 9 §. Sed enim, D. de pœnis, l. Diuo Marco, 11. C. de quæstionib.*

38 Vndè Doctorem non posse dici personam indignam, † cui Comitissa non possit nubere, asseruere Ioan. Lup. *in repet. c. per vestras, 3. notab. §. 7. in fin. de donatio. inter vir. & uxor.* Salyc. & Campeg. quos refert & sequitur Iac. Menoch. *de præsumptio. lib. 4. præsumpt. 189. numer 86.* Petr. Surd. alios quoque referens, *de alimen. tit. 1. q. 6. num. 22.* Philipp. Paschal. *de viribus patriæ potestat. dict. part. 2. cap. 1. numero 68.*

Nec solùm (vt ad propositæ illationis materiam redeamus) talis ex accidenti dignitas in persona ipsiusmet, qui ad officium, vel dignitatem euectus est, vt lautiora consequatur alimenta, pauperve dicatur, licèt facultates, & bona habeat, quibus ante dignitatem adeptam minime pauper dici posset; imò forsan diues; attendi debet: sed etiam huiusmodi qualitas, conditionisquè mutatio consanguineos
39 † eius afficiet. Hanc quæstionem mouet Mart. Nauarr. *in tractat. de reditib. Eccles. monitione 27. num. 5.* vbi quærit; Vtrum frater, vel nepos ex fratre, vel sorore illius, qui ex humili conditione in magnam aliquam dignitatem cooptaretur, qui necessaria ad suam decentem habeat sustentationem, antequam cognatus eius fuisset promotus, pauper dicatur, cognatusquè ille tribuere ei possit aliqua iustè, si non habeat tanta, quibus honorificè in illius domo conspiciatur: ad intellectum *text. in cap. est probanda, 86. distinct. & Concilij Tridentini, sess. 25. de refor. cap. 1.* Ibiquè in affirmatiuam venit sententiam, quam etiam tenet Iacob. de Gras. *in decisionibus casuum conscientiæ, cap. 100. p. 1. lib. 2. numero 7.* Idem apponens exemplum in fratre, vel nepote beneficiarij, qui ante dignitatis adeptionem, humilis erat conditionis, necessariaquè secundùm eam habebat; modò tamen respectu ipsius patrui, vel fratris beneficiarij, pauper diceretur, posseque per consequens beneficiarium iustè ei aliqua tribuere. Addit tamen id quod dandum est, tantùm esse debere, quantum extraneis eiusdem qualitatis (præsentis nempè) dari posset. Non tamen, quo superbi, vel otiosi fiant. Id enim per *Conc. Trid.* loco iam relato, *d. sess. 25. c. 1. de refor.* reprobatum est, repetitque arbitrarium id dicens, cum prædicta qualitate, ne superbi fiant, *in sum. de arbitrar. confess. lib. 2. cap. 51. num. 12.*

Merito igitur addimus in definitione, *secundum personæ conditionem.* Cùm licèt quis satis bonorum habeat vnde viuere possit; non tamen secundum condionem, & qualitatem suam pauper † sit. Ita tenent Baldus *in leg.* 40
Si quis ad declinandam, numero 5. C. de Episcop. & Cleric. Ias. *in l. si constante, numer. 146. & 151. D. solut. matrimon.* Lapus *allegatione 102. numer. 19* Decius *in authent. Præterea, numer. 15. C. vnde vir, C. uxor,* Cornel. Benincas. *tractat. de paupertat. quæst. 1. numer. 4.* Andreas Alciat. *in l. quos nos. §. Locupletes, numer. 11. D. de verborum signific.* Bellon. *cons. 16. numer. 6.* Andr. Tiraquel. *de nobilit. capit. 20. numer. 156. & de priuileg. piæ causæ in præfatione, num. 18.* Petr. Roiz. Maure. *decis. Lituanica 4. num. 163. cum sequentibus, & numer. 233.* Simon. de Prætis *de interpretat. vltimar. voluntat. lib. 4. interpretat. 1. dubio 11. numero 74.* Marc. Anton. Natta *cons. 590. numero 14.* Petrus Surdus *decis. 71. numero 3.* Ioseph. Mascard. *de probationib. conclus. 1159. num. 14.* Iac. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 65. numer. 7. & consil. 105. numer. 14. & 15.* Remigius de Gonny *in tractat. de charitatiuo subsidio, quæstion. 77. numer. 4. & 18.* Francisc. Viuius *decis. 521. numer. 16. lib 4.* Ioseph. de Rusticis *ad leg. Cùm auus, de condit. & demonstratio. lib. 2. c. 3. numer. 23.* Stephan. Gratian. *disceptatio. Forens. lib. 1. cap. 120. numer. 9. 15. & 80. & capit. 603. numero 30.* Cardinal. Domin. Tusch *practicar. conclusion. litera P. conclus. 190. numer. 11.* Alphons. Azened. *consi. 36. numer. 1.* Mexia *de taxa panis conclus. 1. numer. 46.* Achiles Pedrocha *consil. 11. numer. 11. & cons. 8. numer. 153. & 154.* Iacob. de Gras. *in decis. casuum conscientiæ, dict. cap. 100. num. 3. part. 1. lib. 2. & in summ. de arbitrar. confesso. lib. 2. cap. 51. numer. 8. & sequentib.* Hieronym. Mago. *decis.* Florent. 50. *numer. 25.*

Ex qua conclusione primò infertur quòd si alicui bonorum distributio inter pauperes commissa sit; poterit distributionem alicui nobili † facere, qui licèt vnde se alere possit habeat, non tamen pro ratione suæ conditionis, 41
status, & generis, *text. & ibi* Bald. *num. 5. in l. si quis ad declinandam, 49. Cod. de Episc. & Cleric.* Bart. *in l. 1. num. 36. C. eod.* Ioan. Crot. *in l. si constante, num. 15. D. solut. matrimon.* estquè sententia *D. Thom. 2. 2. q. 32. artic. 6.* & apertiùs Caietan. *2. 2. q. 43. artic. 8.* quos sequitur, frequentiusque hanc sententiam probari testatur Martin. Nauar. *de reddit. ib. Ecclesiast. monitione 27. numero 3. fol. mihi 271.* satisquè colligi ex *cap. Considerandæ, cap. est probanda, & cap. non satis, 86. distinct.* quod notandum ad multorum dicit excusationem. In hanc quoque consuluit Alexand. *cons. 213. numer. 8. lib. 6.* & tenent Palac. Rube. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & uxor. §. 11. numer. 11. & in repet. capit. Per vestras, §. 12. numer. 7. & §. 23. numer. 8* Iacob. Menoch.

Menoch.*de præsumpt. lib.4. præsumption.* 115. *numer.*8.*Benedict.Capr.consil.*54. *num.* 15. *versic. Imò plures*, Ioseph.*de* Rusticis *ad leg. Cùm anus,dict.lib.*2. *cap.*3.*numer.* 23. Didac. Perez *in leg.*1.*tit.*1.*lib.*3. Ordin.*verbo, Pobres,colum.* 2.*in principio*, Alphons.Hoxeda *de in compatib.benefic.or.capit.* 19.*numer.*26. *par.* 1. Ioan. Marius Nouar.*in praxi electi on.& variat.fori. quæst.*17.*num.*2.Iacob.*de* Graf. *in sum de arbitrar.confes.d.lib.*2.*cap* 51.*num.*11.

Amplia primò, istam conclusionem procedere in parte, qui licèt victum,alimentavè,necessaria habeat : puellas tamen † secundùm
42 eius conditionem (aliqua etiam existente dote) nuptui nequit tradere : quo quidem casu, etiam nulla à testatore qui inter pauperes, vel pia loca bona aliqua distribui iussit, de dote facta mentione; poterit pro earum dotibus distributionem executor facere. Ita pluribus relatis tenet Andreas Tiraquel. *de nobilitat. cap.*20.*numer.*154. *&* 155. Petrus Roiz. Matteus *decis. Lituanic.*4.*numer.*234. *&* 235. Didac.*de Spino in speculo testament.glos* 11.*n.*21. *& glos.*28.*num.*27.Ioan.Lupus *suprà proximè relatus*, Arias Pinel. Gaspar Baëca, Anton.Gomez.& alij de quibus per *Marium. Giurbam* (hanc quoquè tenentem sententiam) *in consuet.*Senat.Mesanen. *cap.* 2.*glos.* 12.*numer.*22. 24.25. *&* 26. *part.*1. Iacob. Mandel.*consil.*69. *num.*7. Francis. Viuius *decis.* 454.*num.* 5.Alphons.Hoxeda *de beneficior. incompatibilit.* 1. *par.cap.*19.*numero* 26.Iacob.*de* Graf.*in decis. casuum conscientiæ, capit.*100. *numero* 7.*part.*1. *lib.*2. Fului Pacian. *de probationib.lib.*1.*c.* 54. *num.*47.

43 Pauper enim & hoc casu dicitur puella, † quæ ad victum necessaria habet ; non tamen suæ conditioni congruam dotem : Bald.*in leg. Paupertas , in princip. D. de excusatio. tutor.* Dec.*in cap.Cæterum, num.*74. *extra de iudiciis,* & alij suprà.

44 Quòdque pater,qui pro dignitate sua filias maritare non valet , pauper † dicatur (præter iam adductos) notant *Marc. Anton, Natta,* & alij quos refert, & sequitur *Hieron.Magon. decis.Florentin.*50.*n.*25.

Ideoquè dotem , vel legatum in tali casu,
45 etiam stricto modo, causam piam,† vel in causam piam relictum dici , post multos , quos congerunt, & sequuntur.firmant Ioan.Lupus *in repet. capit. per vestras* , §.12. *numero* 7. *&* Andreas Tiraquel.*d.cap.*20.*num.*154.communem testatur Petr. Surd. *de aliment.tit.*8.*priuileg.*1.*numero* 10.Ioseph.*de Rustic. ad d leg.Cùm anus,libro* 2.*c.* 3.*num.*32.Alphons.Hoxeda *ubi suprà dict. numer.*26. Iacob. Menoch. *de præsumpt.lib.* 4.*præsumpt.* 11. *numer.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 605. *numero* 30. *lib.*4.

Amplia secundò d. conclusionem , siue illationem, vt procedat habeatquè locum, non solùm,vt testamenti executor bona sic relicta,
46 inter extraneos ; sed etiam inter ipsius filios,† vel filias,pro conditione sua non habentes distribuere possit. Ita Didac.*de Spino d. glos.*11 *in princip. de legato pro dote relicto* , *num.* 26. Ioan.à Castillo *lib.* 4. *controuers.cap.*12. *num.* 84.Imò & sibi ipsi,vt fusè nos in secunda huius tractatus parte Deo dante dicemus.

Amplia tertiò & in eo , qui restituere tenetur,ad idquè ex proprio delicto,vel culpa obligatus est. † Prælati enim , vel Confessoris ar- 47
bitrio, malè ablata, vel ex illicitis acquisita contractibus,cuius certus ignoratur dominus, restituturum: propter suam necessitaté,vel quia filias habet, posse sibi,vel filiarum dotibus dicta bona applicare, (ex *Dino Thoma. Ricard.* & aliis tenent Didac. Spino *loco suprà relato, dict. numer.* 26. *versiculo , hinc fit* , *&* Marius Giurba *in consuet. Senat. Mesanens. cap.*2.*glos.* 12.*numer.*26.*part.*1. nosquè etiam latiùs *dict.* 2.*par.*

Suprà dictam tamen † principalem conclu- 48
sionem, siue illationem limita , si patrimonium testatoris,qui illud inter pauperes iussit distribui, esset paruum. Tunc enim non inter nobiles voluisse testatorem distribui intelligitur. Secundum Angel. *in l. Sed etsi susceperit*, §.*si libertis,numer.*3.per illum *text.in versiculo,sed si personas,D.de iudiciis*, Palac.Rube.*in repet. rubric.de donat.inter vir.& vxor.*§.11.*num.*11. *prope fin.* Andreas Tiraquel. *de nobilit. d. cap.* 20.*numero* 153. Cardinal. Francisc. Mantic.*de coniectur.vltimar.voluntat. lib.*8. *cap.*5.*num.*3. Petr.Surd.*de aliment.tit.*1.*quæst.*93.*nu.*54 Alphons Hoxeda *de in compat.benef.*1.*par.d.cap.* 19.*num.*25.

Infero secundò, executorem quoquè cui distributio inter pauperes commissa est, posse distributionem facere monasterio haberi vn de monachos, vel moniales sustineat,† si vltra 49
victum,vel alimenta, vnde fabricæ, ipsiusquè monasterij necessitatibus subueniat, non habeat : pauper enim & tunc dicitur.Ita Federic. *de* Senis *cons.* 282. *per totum* , quem refert, & sequitur Cardin.Tusch.*practicar.conclus.litera P.conclusio.* 160. *num.*2.3. *&* 4. Alexand. *cons.* 104.*in fin.lib.* 4.Iacob.*de* Graf.*de arbitrar.confes.cap.*51.*num.*3.

Infero tertiò, pauperem dici beneficiarium, † vel beneficium pauper, & tenue , cuius red- 50
ditus licèt ad eius victum , alimentaque sufficiant ; non tamen pro se, suisque,& familia, secundùm illius conditionem , *text. in capit. Studeat*, 39.*in ordin.*50. *dist.in fin.* ibi:*Præcipimus , vt tale beneficium sibi Ecclesia sua concedatur, quo & ipse, & sui sufficienter possint habere sua sustentationis solatium.* ita tenet *glos. in verbo,sufficientem, in cap. Cùm adeo, de rescrip. & ibi* Abb. *numer.* 5. *&* 6. Petr. Duennas *regul.*71.*vers.Vltrà quas limitationes.*

Suique † & in hoc casu,pater, mater,soro- 51
res , ministriquè dicuntur. Vt ex mente *glossæ Abbat. & Petr. Duen.* proximè relatis locis, tenent Alph.Hoxed.*de incompat. benefic par.*1. *cap.*19.*num.*38. latè ex *num.*21. cum pluribus sequentibus agens , quòd tenue beneficium dicatur, Quæ in re personæ conditionem , an scilicèt nobilis , literata , aliqnavè dignitate pollens, attendendam concludit, ex his, quæ & nos suprà attulimus , tenet etiam Ludouic. Gomez.*de gratiis, & spectat.num.*107.*&* 108. Flamin.Paris.*de resign.benef.lib.*5. *qu.*6.*nu.*131. *& seqq.*

Imò , & in præsenti casu suorum appellatione filios quoque † spurios ipsius clerici, 52
vxores filiorum , ipsiusquè nepotes (quos ex beneficij redditibus, ac fructibus iuuare tenetur beneficiarius) firmat ex pluribus contineri, idem *Hoxed.* vbi suprà, tenetque benefi-

ciam,

eium, ſi ad hæc non ſufficiat, dici, *n.40. & 41.* eandem tenet ſententia Iac. Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 216. ex n. 3. præcipuè num. 13.* dicemuſque infrà *n. 93.*

Et in hac materia quando tenue dicatur beneficium, quæquè ad hæc attendenda, videndi præter ſuprà relatos) alij quos adducit Auguſt. Barboſ. *in remiſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 17. num. 3. verb. Inſufficiens,* & nos etiam diximus *qu. 30. n. 36. & ſeqq.*

Infero quartò, pauperem dici patrem, qui licèt facultates ad vitam decenter degendam
53 habeat; ad filiorum † tamen alimenta ſufficientia, adque in ſtudio faciendas expenſas, bona non habeat. Huiuſmodi namque ſumptus, &
54 expenſas, vt ſaltem legere, † ſcribere, Grammaticamque addiſcant filij omnino facere tenetur, *text. in l. qui filium, 4. D. vbi pupilli educari debeant, & in l. de bonis, 6. §. non ſolum,* vbi etiam Bart. *D. de Carbonia. edict. & in tractat. de alimentis, numero 3.* facit etiam *text. de iure regio, in l. 16. tit. 16. part. 6* Bart Angel. & Imol. *in l. quidam cum filium, 132. D. de verbor. obligation. & ibi* Iaſon. *num. 33.* Cornel. Benincac. *de paupertat. ſpeciali 2. in indicijs numer. 34.* Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. non tantùm, numer. 34. D. de liber. agnoſcend.* Pet. Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 6. numero primo & ſequentib. præcipuè numero 4.* Martin. Coll. *eod. de aliment. tractat. lib. 2. cap. 1. numer. 9.* Ioan. Garcia. *de expenſis, & meliora. c. 3. numero 45. cum ſequentib.* Didac. de Spino. *in ſpeculo teſtament. gloſ. 18. numero 79.* Horatius Lucius *de priuileg. ſcholaſtico, priuileg. 16. per tot.* Ioſeph. Maſcard. *de probationi. concluſ. 1159. numer. 9.* Philipp. Paſchal. *de virib. patriæ poteſtat. part. 2. cap. 3. numer. 16.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 501. numer. 8.* Ioan. Anton. Mangilius *in tract. de imputationibus, quæſt. 31. numer. 13. & 18.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabi. Eccleſiaſt. quæſt. 614. numer. 2.* Paul. Æmil. Gallus *in tractat. de exceptio. quæ oriri poſſunt tam ab inteſtat. quàm ex teſtament. part. 2. tit. 4. except. 13. ſen 1. numer. 53.* Alu. Valaſc. *in praxi partit. quæſt. 13. n. 153.*

Huiuſmodi enim liberales artes omnino ad vitam neceſſariæ ſunt (ſine quibus, perſonæ conditione locique conſuetudine attenta) viui (honeſtè ſaltem) non poteſt. Ita Bart. *in d. §. non ſolum,* quem cæteri communiter ſequuntur Matt. Coll. *vbi ſup. nu. 11.* Ioan. Garc. *d. c. 3. num. 48.* & alij omnes proximè adducti. Oſtendit eleganter Senec. *epiſtol. lib. 2. epiſto. 16. in princ. Liquere tibi hoc ſcio Lucilli, neminem poſſe beatè viuere, ne tolerabiliter quidem, ſine ſapientiæ ſtudio, & beatam vitam perfecta ſapientia effici: cæterum tolerabilem, etiam inchoatam.*

Quod etiam alij ad expenſas pro artis lega-
55 lis, † medicinæ, vel ſimilium ſcientia, addiſcenda, extendunt. Qua de re videndi Andr. Alciat. *ad leg. 1. D. ſolut. matrim. n. 41.* Lara *in d. §. non tantum, d. l. Si quis à liberis, num. 35.* Petr. Surd. *d. tit. 4. quæſt. 6. num. 8.* Iacob. Menoch *d. caſu 501. nu. 12.* Didac. Spino. *gloſ. 18. numer. 79.* Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. cap. 267. num. 43. & ſeq.*

Ideoque alimentorum appellatione, ex-
56 pensè etiam ſtudiorum † continentur, *leg. 2. D. de aliment. pupill. præſtand. l. Ius alimentorum, 3. §. Item ad inſtitutum, D. vbi pupilli educar debeant. text. etiam in d. l. 16. titul. 16. part. 6.* Ripà *in l. in quartam, numer. 168. D. ad leg. Falci.* Aymon. Crauetta *conſ. 199. numero 3.* Ioan. Garcia *d. capit. 3. num. 52.* Aſcan. Clem. *de patria poteſtat. effectu 17. numero 59.* Ioan. Petr. Bimius *conſ. 257. numero 12. & 24. & conſ. 96. numero 34.* Rolando à Vall. *conſ. 22. numero 8 libro 1.* vbi latè ex *numero 1.* quid veniat alimentorum appellatione? Tiberius Decian. *conſ. 14. numero 14. lib. 1. & conſ. 30. num. 6. lib. 2.* Azebed. *in l. 3. numero 47. tit. 6. libro 5. Regiæ collect.* Didac. Spino. *de teſtament. gloſ. 18. numer. 79.* Marius Ciurba *in conſuet. Senat. Menſan. cap. 7. gloſ. 15. numero tertio part. 1.* Cardina. Domini. Tuſch. *practic. concluſ. littera A. concluſ. 282. numero 28.* Franciſc. Viuius *deciſ. 523. numer. 29.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolani, ſtatut. 312. numero 16. par. 1.* Anton. Gomez *in l. 29. Tauri, num. 16. verſicul. Primò quia ſunt facta,* Collerius *de aliment. libro 2. capit. 1. numer. 9. & 10.* Petrus Surd. *eod. de aliment. tractat. tit. 6. quæſtio. 59. & titul. 4. quæſt. 6.* Vbi idem dicit, relicta ne-
ceſſitate, † ſuſtentatione, vel victu, quia etiam 57
ſub quolibet iſtorum (in minoribus ſaltem ſtudiis) continetur impenſa, vt *ibi per eum, numer. 2. & 3.*

Vndè ſi quis aliquem vt filium tractare † 58
promiſerit expenſas illi debere miniſtrare, vt legere, ſcribere, Grammaticamque diſcat (cum pater eas quoque facere ſit adſtrictus) docent Bart. *in d. l. Quidam cum filium num. 11. & ibi* Iaſ. *n. 33. D. de verb. obligat.*) Corn. Beninc. *de paupert. q. 8. ſpeciali. 2. in indicijs numero 34* Petr. Surd. *de alim. tit 4. quæſt. 6. num. 5.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. d. lib. 2. caſu 501. per tot. præcipuè num. 11.*

Quantumcumque enim infimæ conditionis ſit, pater, legendi, ſcribendi, artemque poſt hæc
quæſtuariam filium edocere † debet, Iaſ. vbi 59
ſuprà *dict. numer. 33. &* Beninca. *dict. numer. 34.* Lara *in d. l. ſi quis à liberis, paragrapho Non tantum, numer. 35. in fin. de liber. agnoſcend.* Martin. Collerius *de aliment. dict. lib. 2. capit. 1. num. 11.* Horat. Lucius *de priu. ſcholaſt. priu. 16. verſic. ſecund. amplia.*

Sicut enim dotare filiam, donationemque filio propter nuptias dare pater tenetur, ita &
aliqua arte, † ex qua viuere poſſit filium in- 60
ſtruere, vt per *d. l. de bonis, §. non ſolum, D. de Carbonar. edict.* tenet Paul. Caſtrenſ. *in l. Macedoniani, n. 3. C. ad Senat. Conſ. Macedon.* auxiliatur *Catonis* dictum.

Cum adſint nati, nec opes, tunc artibus illos.
Inſtrue, quo poſſint inopem defendere vitam.

Adeoque huiuſmodi aduerſus parentes vrget obligatio; vt ſi eam contemnant (ex plurium
ſententia) liberi à parentum, etiam egentium, 61
ſubuentione exiſtant filij. † Cuius fuit voti Iaſon. *d. numero 33.* Aſcan. Clemens *de patria poteſtat. effectu 17. verſ. Limita quarto.* Petr. Surd *d. tit. 4 quæſt. 6. num. 6.* Iacob. Menoch. *d caſu 501. num. 9.* Ioan. Ant. Mangil. *de imputationibus, quæſt. 31. num. 13.* Stephan. Gratian. *d. cap. 267. n. 45.*

Quod an verum ſit? vide Ripam *in leg. In quartam, num. 17. D. ad leg. Falcid.* D. Anton. *de Meneſ. in auth. Res quæ, num. 92. Cod. commun. de leg.* Greg Lop. *in l. 5. tit. 15. p. 6. verſ. Las diſpenſas,* Ioan. Garc. *de expenſ. d. c. 3. n. 48.*

Patrem

Patrem igitur, qui ad hæc pro conditione, sufficientibus caret facultatibus, pauperem dici: sicut, qui licèt se, filiasque alere possit, non tamen congruenter dotare (vt latè suprà diximus) constat. Hancquè de dote ad studia
62 æquiparationem, † tradit Horat. Lurius *de priuileg.scholast. d. priuil.* 16. *vers. Primo moueor*, post Bart. *in l.* 1. *in fin. & ibi communiter Doct. D. solut. matrim.* D. Marta *decis.* 36. *nu.* 7. Anton. Gom. *in d.l.* 29. *Tauri, num.* 16. *vers. Secundò.*

63 Dictaquè in patre, in auo † quoquè vel aliis ascendentibus, cum aliunde descendentes non habeant, intelligenda sunt, vt plenè per Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *qu.* 12. *per tot. & quæst.* 16. *ex num.* 4. *eod. tit.*

Hi enim non solùm legitimos, & naturales alere, & dotare tenentur descendentes: sed
64 etiam naturales † tantùm, & spurios, vt ex latè deductis per eundem Surd. vbi supr. *d. qu.* 12. *numero* 6. *& sequentib. & d. quæst.* 16. *num.* 4. 8. *& seqq.* Ioan. Aloisi. Ricci. (plures assignans ampliationes) *collect.* 962. *part.* 4. & latiùs dicemus, *qu.* 15.

Ideò non tantum pro necessitate, sed etiam
65 pro dignitate, † conditione eis erunt alimenta præstanda. Ita (post *Alex. Imol.* & alios quos refert) tenet Didac. Couarruu. *de sponsalib. lib.* 2. *part. capit.* 8. §. 6. *numer.* 10. 11. *& sequents*, Paris. *cons.* 14. *num.* 27. *lib.* 2. Marc. Anton. Peregrin. *de iure fisci lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 72. *vers. Contraria tamen* Ludouic. Molina *de Hispanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *numero* 55. *vers Sed verius*, vbi veriorem, & in forensibus controuersiis receptiorem vidisse asserit. Petr. Surd. *d. tit.* 4. *quæstio.* 18. *numer.* 51. *versic. Sed etiam spuriis* Bonacos. *in tractat. de æquitate Canonic. conclus.* 2. *circa med.* Tellus Fernandez *in l.* 10. *Tauri, numer.* 2. *vbi etiam* Anton. Gomez *num.* 40. Didac. Perez *in l.* 23. *tit.* 3. *lib.* 1. Ordinam. *column. mihi* 165. Matienzo *in l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *noua Reg. collectio. glos.* 1. *numero* 6. Gaspard. Baeça *de non melior. ratione dot. filiab. capit.* 8. *numer.* 11. Hieronimus Ceball. *practic. conclus. commun. contra commun. lib.* 3. *conclus.* 780. *numer.* 22. Bermond. *de public. concubin.* §. *Qui etiam filios, num.* 49. *in fin. versic. Sequitur, vt videamus*, Anton. Gabr. *commun. conclusio. tit. de aliment. conclus.* 1. *num.* 31. *versic. Contrarium sumitur*, vbi hanc veriorem opinem dicit. Stephanus Gratian. *disceptation. forens. capit.* 112. *numero* 6. *& seqq. tom.* 1.

66 Hodiè verò † per *d. l* 10. *Taur.* (qua prouisum est, ne parentes vltra quintam suorum bonorum partem illegitimis, vel spuriis pro alimentis possint relinquere) licèt pro dignitate alimenta ex quinto percipere illegitimi nequeant; habeant tamen ex eo alimenta ad vitæ necessaria, ex communi Regnicolarum traditione, siue pater legitimos habeat filios, siue non (de illegitimis de quibus *in d. leg.* iuxtaquè eius traditionem intelligendo) nihil vltrà quintum percipere poterunt. Habebunt tamen, si nec ad necessariam vitæ sustentationē quintum alimenta supeditet. Vbi verò eis prædicta quinta bonorum pars pro alimentis relicta est; debetur vtique, & si alimenta excedat. Distinctionem hanc assignat Ludo-Ludouic. Molina *de primogen. dict. cap.* 15. *numero* 5. & 54. quem cæteri communiter sequuntur Anton. Gomez *in ead l.* 10. *Tauri, numer.* 41. Gaspar. Baeça *dict. capit.* 8. *numer.* 31. Didac. Spino. *in specul. testamen. glos.* 15. *princip. numer.* 123. *& glos.* 16. *num.* 104. *&* 105. Lara *in dict. l. si quis à liberis*, §. *Idem rescripsit, num.* 59. Guillem. *de* Cerbant. *in dict. l.* 10. *Tauri, numer.* 73. Petr. Barbos. *in l.* 1. 4. *part. numer.* 77. *D. soluto matrimonio*, Ioan. Gutierrez *practicar. quæstion. lib.* 2. *quæstion.* 109. *numer.* 2. Qui intelligendum dicunt Gregorium Lopez *in l.* 8. *titulo* 13. *part.* 5. *verb. Menester, &* Rodè. Suar. ab eodem adductum, cum *Couarruu.* suprà relato (tenentes supplenda fore alimenta ex alijs bonis, si quir tum spurio relictum nec ad vitæ omnino necessaria sufficiat, dummodo naturales, & legitimi non extent.

Regulariter autem, alimenta etiam, quæ miserationis causa dantur, secundum, dignitatem, † nonquè necessitatem tantum, præstanda; suadet *text. in l. sed si quid*, 19. §. *sufficienter, D. de vsufruct. glos. in l. Nepos proculo*, 125. *verbo dignitate, D. de verborum significatio.* tenet Alexand. *in l. si maritus, numero* 5. *D. solut. matrimon.* Molina & alij suprà. Matienzo *in d. l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *noua reg. collect. glos.* 1. *numer* 10. Stephan. Gratian. *d. c.* 112. *numer.* 6. *& seqq. & num.* 21. 67

Colligitur ergo, patrem, qui necessaria, etiã illegitimis aliunde non habentibus, præstare non potest, pauperem dici, † cum ad id naturali, positiuoqne iure teneatur: *text. in cap. Cùm haberet*, 5. *de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adulter. auth. Licet patri, C. de naturalib. lib.* Abb. *in d. capit. Cùm haberet, numero* 5. Bart. *in l. fin. numer.* 7. *D. de his quibus vt indignis*, Dida. Coua. *de sponsalibus*, 2. *par. cap.* 8. §. 6. *num.* 1. *&* 9. Anton. Gamma. *decis.* 11. *num. fin.* Anton. Gomez *in d. l.* 10. *Taur. num.* 37. *& sequenti*; ex qua in foro seculari hodie id esse receptum; testatur P. Ludoui. Molina *de iust. & iure. tractat.* 2. *disput.* 168. *numero* 2. Cautúmque *iure Lusitano* esse *lib.* 1. Ordina. *tit.* 67. *paragrapho* 10. *& lib.* 4. *titul.* 68. Petr. Sanz Marquecho *de diuision. bonor. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 27. *lib.* 2. 68

Idquè etiam in quibuscumque illegitimis ex damnato, & punibili coitu obtinere, seruandumque ex *text. in d. cap. Cùm haberet*, (iuris ciuilis, vel etiam & Regij *in l. scilicet*, 5. *titul.* 19. *part.* 4. dispositione non obstante) obseruant suprà relati.

In filijsque presbyterorum post *Pij V. Extrauagantem* affirmat (eam interpretando) Martin. Nauarr. *de spolio clericor.* §. *vlt. num.* 9. quem refert & sequitur *P. Molin.* loco proximè relato: dicemusque latiùs *quæst.* 15.

Dicta autem in descendentibus, eadem quoque in ascendentibus, † (si eos descendentes 69
alere non possint, nec aliunde habeant) dicenda sunt, cum eadem sit ratio, & necessitas, *text. in d. l. si quis à liberis*, 5. *in princ. D. de lib. agnos. in lege fin.* §. *Ipsum autem, C. de bon. quæ liber. lege* 1. *&* 2. *C. de alend. liber. cap. Cæterùm*, 86. *dist.* latè Petr. Surd. *de alim. tit.* 1. *qu.* 17. *& seqq. vsque ad vigesima-tertiam exclusiuè.* Vbi idem in nepotibus, & descendentibus spuriis, respectu ascendentium, quæ in filiis, quibus obligatio ascendentes alendi inest; dicit: *text. in d. l. si quis à liberis*, §. 1. *vers. Item diuus Pius, vbi etiam glos.*

Et

Et statutum loquens in filiis, in nepotibus etiam intelligi, est *text. in princ. inst. ad Sen. Conf. Orfic. facit text. in l. filium habeo, 16. D. ad Sen. Conf. Maced. l. Lucius la 2. 85. in ordine, D. de hæredib. instit. idem* Surd. *d. tit. 1. q 16. numer.* 8. *&* 9.

Et an descendentes illegitimi, vel spurij
70 ascendentibus alimenta secundum dignitatem, † vel necessitatem præstare debeant? vide per suprà relatos, quænam spuriis sint alimenta præstanda, agentes.

Generaliter igitur ex prædictis constat, eum, qui se, suosque, & eos, quos alere astrictus est, pro conditione, & qualitate sua alere, deque necessariis prouidere non potest; pauperem dici. Ideóque dictionem illam, *Secundum personæ conditionem*, in definitione fuisse appositam.

Quia tamen quandoque secundum personæ conditionem, & qualitatem bona, facultatesque alicui supperunt, ita vt non modò pauper non sit; sed diues meritò dici possit negotij tamen
71 conditione, & qualitate considerata, † pauper iudicetur: vel è contra, secundum personæ conditionē pauper sit, negotij verò qualitatem, neutiquam: ea de causa addidimus in definitione, *& negotij qualitatem.* Firmant hanc assertionem *text. in leg. si vero,* 5. §. *qui pro rei qualitate. D. qui satisd. cog.* vbi locupletem vocat *Caius Iureconsult.* eum qui pro negotij qualitate satis habet, repetitque *in l. quos nos,* 234. §. 1. *D. de verb. signi. Locuples est,* inquit, *qui satis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit.* Paulus quoque *in l.* 1. *D. in ius vocat. vt eant, edicto cauetur* (ait) *vt fideiussor iudicio sistendi causa datus, pro rei qualitate locuples detur* Vlp. *in l. Paupertas,* 9. *de excusat. tut.* vbi hæc *paupertas sanè dat excusationem, si quis se imparem oneri iniuncto possit probare.* Vbi non solùm excusari tutorem ob paupertatem, qua cogitur quis laborare vt alatur; sed etiam quia tot non habet in bonis suis quot pupillus, notat *glos. text.* etiam, & ibi *glos. in* §. *Sed & propter paupertatem instit. eodem titul. in l. de curationibus,* 20. §. *fin autem, C. de Episcop. And. text. in l. Honor,* 14. §. *de honoribus, & in leg. Præscripto,* 6. *D. de muner. & honorib. text. in l. neque ei,* 17. §. *Et primum, D. de adopt.*

Vnde, quia non tantum in bonis, quantum
72 debitum † cuius causa contenditur habet, pauper ea ratione dicetur, *text. est in auth. fideiussorib.* §. *Sed neque, collat.* 2. per quem ita tenet Bald. *in auth. Præterea, numero* 4. Salicet. *qu.* 4. Fabian. de Pepe *num.* 74. *C. vnde vir & uxor.* Ias. *in l. si constante, numer.* 145. *D. solut. matrimon.* Fului. Pacian. *de prob. lib.* 1. *d. cap.* 54. *numer.* 55. plures referens *Camil. Borrel.* (qui post hæc scripta ad manus meas peruenit) in 2. *part. sum. decis. tit.* 15. *numer.* 335. eleganter in hanc rem *Senec. Epistol. lib.* 15. *Epistol.* 88. cuius *infra* §. 2. mentionem faciemus.

Quotiescumque enim de paupertate respectiuè ad aliquid quæritur semper metimur
73 paupertatem respectiuè † ad illud, vt testantur Fulgos. *cons.* 89. *numer.* 4. *versiculo, neque obstat.* Alexand. *consilio* 57. *incip. Consultus sum, numer.* 1. *& per totum lib.* 7. *& consil.* 1 3. *Ponderatis his, numer.* 8. *lib.* 6. Socin. Senior *consilio* 30. *In causa dominæ Agnetis, numer.* 15. *lib.* 4. Alban. *consil.* 69. *numer.* 4. Matthæus *de Afflict. decis.* 179. *numer.* 3. Petrus Roiz Maure. *decis. Lituani.* 4. *num.* 221. *& sequentibus, &* 263. *& sequenti,* 279. *& sequentibus,* Fuluius Pacian. *vbi suprà numer.* 52. *& sequentibus*, Cardinal. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. verbo, Paupertas, conclus.* 160 *numer.* 9. Prosper. Farinac. *decis. nouissim. part.* 2. *decis.* 532. *num* 1. Ioseph. de Rustic. *ad dict. leg Cum anus, libro* 2. *capit.* 2. *numer.* 27. Rota Roman. *diuersor.* 1. *par. decis.* 48. *numer.* 3. *&* 4. Mac. Anton. Natta *cons.* 525. *numer.* 50. Cæsar. Manent. *consil.* 84. *numer.* 15. Ioseph. Mascard. *de probationib. conclus.* 1159. *numer.* 16. Iacob. Menoch. *in additio. ad casum* 65. Marius Gurba *decis.* 18. *numer.* 6. Ioachin. Minsinger. *obseruatio.* 97. *nu.* 8. *centur.* 4. Cæsar Barzi. *decis.* 129. *numer.* 6. Ioan. Petrus Fontanel. *de pact. nuptial. clausula* 1. *glos.* 5. *part.* 3. *numero* 14. Ioan Anton. Mangil. *de imputationib. quæstio.* 138. *num.* 5. *&* 6. Stephan. Gratian. *decis* 34. *numero* 14.

Ex quo dixit *glos. in auth. de hæredib. & falcid.* § *si vero absunt, verbo, Substantiam*, quòd vt testis idoneus sit, tanti debet habere bona valoris, † quanti est causa super qua testificatur. 74
Quam notabilem dicit *glos.* Ludouic. Roman. *in l. si constante, in princip. D. solut. matrimon.* Hyppolyt. de Marsil. *in l.* 1. § *ad quæstionem, numer.* 16. *D. de quæstionibus,* Socin. *regul.* 289. *fallen.* 3. Ias. *in dict. l. si constante, numer.* 155. vbi communiter *glossam* approbatam dicit, neminemque alicuius authoritatis eam reprobantem inuenisse, Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. Ordinam. *verbo, Pobres, column.* 4. *post medium.* Francisc. Herculan. *de negatiua proband. numer.* 293. Cornel. Beninc. *de paupertate* (receptam glossæ sententiam dicens) 6 *princ. numer.* 15. *&* 16. Bertazol. *cons.* 68. *numer.* 6. *lib.* 1. Claud. *in additio. ad eundem* Bertazol. *cons.* 210 *lit. B.* alios congerens Prosper. Farinac. *lib.* 2. *praxis crimina. tit.* 6. *qu.* 57. *numero* 90. Ioan. Mat. Nouar. *in praxi electionis, & variatio. fori, q* 17. *n.* 6. *sect.* 1.

Licet eam improbet *Ias. Didac. Per. & Claud. ad Bertazol.* vbi sup. *Didac. Couvariar. resolut. cap.* 6. *numer.* 8. latiusque à Nobis hac de re alibi Deo auspice, erit agendum; videndusque *Nouarius* loco iam relato, *numer.* 7. dictas opiniones concordans.

Apparet euidenter ex tam longè petitis certam, determinamque regulam hac in materia tradi non posse, quis scilicet pauper dicatur, cum ex cuiusque conditione, vel etiam negotij qualitate, id pendeat. Quod neque lex prouidere; nec potest comprehendere, certamvè, & infallibilem regulam constituere.

Ideoque iudicis arbitrio † relinquitur. Qui 75
inspectis personarum, rerum, atque locorum qualitatibus, quem pauperem, vel non iudicabit. Ita firmat *glos. verb. locuples, in auth. præterea, C. vnd. vir. & vxor, vbi* Decius *n.* 15. Bald. *communem dicens n.* 4. Curt. Iuniot *n.* 23. Bart. *in l. si constante, n.* 10. *D. sol. matr.* Alex. *n.* 15. Ripa *n.* 30. Crot. *n.* 18. Ias. *n.* 148. Felin. *in c. si qui testium, n.* 12. *extra de testib.* Barba. *in c Sedes, nu.* 78. *de rescr.* Carol Ruin. *cons.* 55. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 81. *n.* 6. *&* 9. *lib.* 5. Dec. *cons.* 162. *n.* 5. Socin. Sen *cons.* 121. *n.* 27. *lib.* 4. Palac. Rub *in rep. rubr. de don. inter vir. & vxor.* §. 21. *n.* 11. Couarruu. *communem receptamque dicens, lib.* 2. *var. c.* 6. *num.* 8.

num. 8. Hieronym. Gigas de pensionib quæst. 89.num.10.Anton.Grauat. in annotat.ad Octauia.Vestr.in praxi libr. 4. capit. 4. numer. 30. vbi de commun, Ioseph.Mascardus de probationibus conclus.1159.numer.8.Iacob.Menoch. de arbitrar.libr.1.cent.1.casu.65.numer.7. 10. 11.& 12. Cornel. Benincac.de paupert. quæst. 6.princi.num.17. Petr.Roiz. Maure. decis. Litua.4.num 210.& num.232. Didac. Perez in d.l.1.tit.1 lib.3.Ordina.verbo,Probres.Andreas Tiraquel.in l.Si vnquam,verb.Omnia, vel partem, numer.31.C.de reuocand.donation. plures referens Petr.Cened. in collectan.iuris Cano. collectan.133.num.2.part.2.Marc.Anton.Natta cons.590.numer.14.lib.3. Ioan.Petr. Fontanel.de pactis nuptialib clausula 7. glos. 3. par. 11.numer.28.Flaminus Parisius de resignatio. benefi.lib.5. quæstio. 6. numer. 130. Sebast. de Medic.in tractatu Mors omnia soluit, 1. part. numer.103.col.2 in principio, Camill. Borrell. de Magistrat.edictis,lib.1.capit.15.num.10.11. & 12. vbi plenè, idem Medices de casibus fortuit.2.par.quæstio.4.num. 2. Marius Giurba in consuetud.Senat.Mesanensis, capit. 16. glos. 1.numer.10. Petr. August. Morla in empor. iur. quæstion.vltim.per tot. Gregorius Lopez in l. 20 tit.23.part.3.glos.2.verbo,Veinte marauedis. Abiles in capit.Prætorum,capit. 34. numer. 4 Bobadila in Politic.lib.3.capit. 15. num. 65. Petr. Moilius in responso pro amico,dubio 3. ex numer. 9. Simon.de Pretis consil. 137.num.20, cum sequentibus. Ioannes Vincentius Hondedeus cons.93.numer.3.& 30.lib. 1. Achil. Pedroh.consil.8 numer.155.Francisc. Marc.decis. Delphin.596.numer. 8.part.2. Cæsar. Barzius decis. 119.numer. 3.& decis.69. numer. 51.& decis.80,num.8 & decis.110.num.16.Franc.decis.454.numer.8.lib.3. Rota Roman.diuersor. decis.202.num.3.part.2.& decis.48.num.1.ead. 2.par.vbi de magis communi, Marius Giurba decis. 18.num. 5. Fului. Pacian. de probationib. lib.1.capit.54.num.44. & sequentibus, Ioseph. Ludouic.decis.Perusin.66.part.2.num.16.& sequentib. Prosper Farinac.decis.nouis.Rota, par. 2.decis.233.numer.6.&.decis.532.numer.2.ibidem, & de testibus, questìon.57.numer. 93.& sequenti, Ioan. Maria Nouarius in praxi electionis, & variat. fori,quæst.17.numer.1. & 2. sectione 1.Dect.Marta decis.seu voto 21.numer. 1. Sigismund. Scaccia de appellationib. quæst. 17.limitat.40.numer.9. Cardinal, Tusch. practicar.conclus.litera P.conclus. 106. numer. 4. Marc.Anton. Genuens. in practicab. Ecclesiast. quæst.573.numer.5. Vincentius Caror. in tractat.de locato,1.part,titul.de locatione ex paupertate, quæst.5.numer.9.folio mihi. 39. Pirrh. Maurus de fideiussoribus 2.part.cap.2.sect.7. n. 32.Ioan.Anton. Mangil. de imputat. question. centesima trigesima-octaua, numero quarto, Maurit. Apicella allegatione secta, numer. 5.Luc. Matth.de Apicell.de tuiam.pauper. tit. 1.de quinquennali dilatione, numer. 18. Dyonis. Gothofred.in sua praxi lib. 1. tit. 5. de statu homin. in capite Quis diues, Quis pauper, Quis inops dicatur?versiculo, In tanta prolixitate.

76 Sic & quis dicatur inops, vel mendicus, † in arbitrio iudicis personarum conditione attenta repositum, tenent Gothofred. & plures ex proximè relatis, multisque adductis Ioan. Anton. Mangil.d.q.138.num.4.Flamin. Paris. de resignat.benefic.d.lib.5.q.6.num.137.Ioan.Petr.Fontanell.de pact nupt.claus.6.glos.2.p.4.n. 25. Iacob.de Gras.in summ.de arbitra.confes.lib. 2.c. 51.num. 11.

Miserabilis quoquè persona, quæ dicatur; † 77
arbitrio iudicis relinqui, tenent Cyn. Alberic. Bart.& DD in l. vnic.C.quando Imperat. inter pup.& vid.Calcan.cons.57.num.12.Abbas, & DD.in cap.Significantibus, de offic. deleg. Didac.Couar.practic. cap. 6. num. 3. vers. Relinquendum tamen est arbitrio iudicis, Iacob.Menoc. lib.2.de arbitrar.casu 66.num.1.vbi plurimos refert, latissimè per totum casum miserabilium personarum materiam prosequens, fueratque ante eum prosequutus Petr. Rebuf. in 1.tom.ad constit.Gallic.tit.de sentent.prouis art. 3. glos.vlt. per. tot. qui prædictam sententiam receptam, communemque dicunt, aliique relati per Emman.Barbos.in remissionib.ad ordin. Lusit.lib.3.tit.5.nu.9.Azebed. in l.9.tit. 3. lib. 4.nouæ Reg.collect.n.12. Flami.Paris.de resign. benef.lib.5.q. 6. n. 139. Sebast. de Medic. in tract.Mors omnia soluit, numero 103 pag. 2. in princ.Nicol.Intrigliol.singul. Regni Sicil.const. singul.16. libro primo Suprà dicta tamen conclusio, quæ pauperem iudicantis arbitrio dici habet, non procedit, in casibusque in quibus à lege, vel statuto certa patrimonij quantitas determinata est, † limitatur. Nullæ enim tunc 78
in arbitrando sunt iudicis partes, cum eam lex determinet, pauperemque illum, qui talem non habet quantitatem. Ita docent Bart.in l.Si constante,num.13.& ibid.Ias.n.14.D.solut. matrimon.Bald.in auth.Præterea,num.4. C. vnde vir & vxor.communem dicit ibi Fabian. de Pep. numer.76.Cornel.Beninc. de paupert. quæst. 6. princip.numer. 27. & numer. 37. & sequentib. Carol.Ruyn. consilio 55. numero 5. libro 1. Matthæus de Afflict. decis. 179.num. 3. Marius Giurba decis.18.numero 6. Ioseph.Mascard. de probat. d. conclus. 1159. num. 12. Petr. Royz. Maure.decis.Lituan.4.num.282.Gregor.Lopez in l.20.tit.23. part.3.gloss.2.verbo Veinte marauedis,& in l.2.titul.1.part.7.gloss. 12. verb. Cincuenta marauedis.Iacob.Menoch. in addit. ad cas.65. Prosper.Farinat.in decis.nouiss.Rotæ decis.233.num.6.& decis.532. num. 2. part. 2. Rota Rom. Diuersor. 2.part. decis.48. num. 3. & 4. Fului. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 54. n. 73. & sequentib.Iacob. de Grass. dict. c. 51. num.11.

Idemque in miserabilibus personis. Arbitrari enim iudici non licet, vbi lex miserabilem personam designat, vt tenent relati suprà num.77.ex text.in d.l.vnic.C.quando Imperat. inter pupill.& vid.

Vnde in specie text.in l. Nonnulli, 10. D. de accusat. & dict. lege secunda titulo primo parte septima in arbitrio Iudicis non erit † ad 79
accusandum admittere eum, qui quinquaginta in bonis non habeat, nisi suam, vel suorum prosequatur iniuriam, vt notant Gregor.Lopez in d. l. 1.part. gloss.12. & Fului. Pacian. suprà n.74. Licèt adhuc in Iudicis arbitrio id repositum contendat, n.75.Camill. Borrel. d. 2. par. summa, tit.15.num.337.

Nec in specie text.in l.Si quis id quod, 7.D. de

de iurisd. omni. iudic. in l. fin. D. de in ius voc. in §. Sed nostra, instit. de success. libert.

80 Nec pariter in casu *d.l. 20. tit. 23. part. 3.* † quæ eos pauperes dici (ad hoc vt casum Curiæ facere possint) determinat, qui viginti morapetinos in bonis non habent. Vel secundùm communem huius Regni vsum, tria millia, vt testatur Didac. Couarr. *practic. quæst. d. cap. 6. n. 3.* Licèt Gregor. Lopez suprà, etiam *d.l. part.* dispositione stante, his attentis temporibus, Iudicis quoque arbitrio relinquendum dicat.

De iureque communi, eum, qui multa bona habet; non tamen secundùm eius conditionem, fori priuilegio, *legisque vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & viduã,* gaudere tenet Ioann. Maria Nouar. *in praxi elect. & varia fori, sect. 3. decis. 24. num. 16.* & Nos etiam infrà, *§. 4. n. 165.* Et cum *Gregor. Lopez* tenet etiam Azebed. *in l. 9. tit. 3. lib. 4. nouæ Reg. collect. n. 21.* Idem quoque ad Aduocatos vltra necessarium victum pro conditione non habentes extendens.

Sat igitur quantum Iudicis ad probationis paupertatem valeat arbitrium, nisi à lege certa ad id terminata sit quantitas. Vel nisi ad certum, & determinatum effectum de probanda pau-
81 pertate agatur, constat. Tunc enim in specie, † eiusque actus, vel effectus respectu probanda est, nec generalis (iuxta latè suprà adductos *num. 73.*) paupertatis sufficiet probatio, præter quos, alios etiam referendo, notat *Hieronym. Gonçalez in regul. 8. Chancell. glossa 2. numero 44.*

VTRVM PAVPER dicatur dominus vtilis tantùm, nec alia habens bona?

SVMMARIVM.

82 *Pauper non dicitur dominus vtilis, si modò ad vita necessaria habeat.*

83 *Possessor maioratus fructuarius tantùm est, ex plurium sententia, remissiuè.*

84 *Vsufructuarius, vel vtilis dominus perpetuus, hoc est ad vitam, si necessaria habet, pauper non est.*

85 *Vsufructuarius potest, vel ipse re vsufructuaria vti, vel aliis, vt ea fruantur concedere, locare, vel vendere.*

86 *Vsuarius qualiter re, in qua vsum habet vti possit?*
Alia non habens bona præter vsuaria pauper est, ibid.

87 *Et quid in vsuario domus? qualiterque ea vti possit?*

88 *Et quid in eo, qui sylua cæduæ vsum habet?*

89 *Et in habente vsum pecuniæ?*

90 *Arbitrarium Iudici erit, iudicare ex circunstantiis, an vsuarius pauper dicatur?*

91 *Clericus beneficiatus, an pauper dicatur? & an vsuario, vel vsufructuario comparetur?* & num. 94. & 95.

92 *Clericus liberè de fructibus beneficij ad sui, & suorum decentem sustentationem disponere potest.*

93 *Et ad alios pios vsus.*

95 *Fallit in morte, in qua de fructibus disponere non potest, & quid de consuetudine?*

96 *Pauper non dicitur, qui congruum beneficium habet.*

§. I.

Satisfactum forsitan ex suprà dictis huic posset esse quæstioni: sed quia ad eius integram materiæ cognitionem aliqua supersunt, & scitu digna; & ab aliis nõ tacta; omninoque huic materiæ necessaria, è quibus animum suum ad rectum proferendum arbitrium Iudex debeat informare, ea hic subnectamus, necesse est.

Primò igitur, an vtilis tantùm dominus, nec alia habens bona, pauper sit videre oportet. Qua
in re breuiter dicendum, pauperem non esse, † si 82
modò pro conditione (iuxta supra traditas regulas) ad decenter viuendum, suisque prouidendum necessitatibus redditus percipiat. Quis enim neget, prædiuitis maioratus possessorem, licèt nulla alia bona libera habeat, pauperem nequaquam dici posse? Cùm tamen ex multorum sententia, plurium iurium authoritate firmata (vt ex adductis per *Ludouic. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 19. num. 1. 2. & 3.*) fructuarius
† tantùm sit, nec perfectè, & verè dominus di- 83
catur.

Quod non solùm in maioratus possessore;
sed & in aliò vsufructuario, † vtiliuè domino 84
(perpetuo saltem, id est ad vitam, de temporali namque non sine controuersia res est, vt ex infra dicendis coniici potest) si decenter ex redditibus viuere valeat, pauperem non esse, dicen-
dum est. Namque *vsufructuarius, vel ipse frui* 85
ea re, vel locare, vel vendere, vel alij fruendam concedere potest, vt *Vlpiani* verbis vtar in *l. Arboribus, 13. § Vsufructuarius, D. de vsufruc. tex.* etiam *in princip. instit. de vsu, & habit.*

Id cum vsuario non concedatur (cui neque
vendere, neque locare, † neque aliter seorsum à 86
se rem vsuariam alienare licèt, *text. in l. 2. l. Caterùm, 4. l. Non aliter, 7. & l. seq. D. de vsu, & habitat.* Nec ad lucrum, sed ad suum tantum, suorumque necessarium vsum ea possit vti, *l. Plenum, & ibi gloss. verbo Compendium, D. eod. princip. inst. de vsu, & habit.*) Licèt plurium rerum vsum habeat; ni aliorum quoque dominus sit, pauper erit. Cùm non ad vestitum, non ad medicamenta, non ad sui ipsius, familiæque cultum, & ornatum, nec ad eundem met necessarium victum ex re vsuaria, præter id, quod ex ea prouenit, possit sumptus percipere necessarios. Planè, qui necessariorum omnium vsum haberet, pauper nullo modo esset, quia vt Horat. *epistolar. lib. 1. epistola ad Licium,* inquit.

Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus.

Item nec aliquando particularis rei vsuarius. Non enim omnes eisdem astringuntur vsuarij
regulis. Namque domus vsum † habens, poterit 87
(si eam inhabitet, non aliter) locare. *d.l. Caterum,* ibi: *Et secundùm hoc, etsi pensionem habitationis recipiat, dum ipse quoque inhabitet: non erit ei inuidendum.* Ex cuius adeò pingues possunt locatione redditus prouenire: vt non modo pauper vsuarius dici nequeat: sed etiam, eius attenta conditione, diues reputetur. *Quid enim* (inquit *Vlpian. in d. l. Caterum*) *si tam speciosa domus vsus sit relictus homini mediocri; vt portiuncula contentus sit? &c.*

Similiter, & in † vsuario sylvæ cæduæ † dicen-

dum. Qui etiam ad lucrum sylua vti poterit, cedereque, & vendere, quemadmodum vsufructuarius) cuius loco hoc in casu habetur) sine proprietarij tamen præiudicio, testante *Pomponio in l. Diuus, 23. D. de vsu, & habit.* si ex lignorum permissa venditione, necessaria ad vitam congruenter percipiat.

89 In eo quoque, cui vsus tantùm pecuniæ † relictus est (quia vsusfructus regulis iudicatur, *l. Hoc Senatu, 5. §. fin. & l. Quoniam, 10. §. 1. D. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum.*) dicendum erit. Quibus in casibus, adeò pingues fructus, vel redditus poterit vsuarius consequi vt nullo modo pauper dicatur. Ideòque in eis
90 arbitrarium † Iudici, iuxta suprà tradita in iudicando, censendoque pauperem, erit.

Regulariter autem, vsuarium pauperem esse, si alia bona sufficientia non habeat, constat. Ex quo idé in Clerico beneficiato, (cum vsua-
91 rius tantùm † dicatur) videbatur firmandum ex *sent. glossa in cap. Quia nos, 9. de testam. verb. Testamentum, & in cap. Cùm olim, 7. verb. Definitiuam de rer. permut.* probat post longam disputationem Abb. *in repet. cap. Cùm esses, nu. 2. de testam.* Didac Couarr. *in c. Cùm in officiis, num. 1. eod. tit.* Petr. Surd. *cons. 333. n. 9. & 10.* plures huius sententiæ sequaces adducens.

Verum tamen est, eum, qui congruum beneficium habet, pauperem nullo modo esse. Qua in re, etsi diuagari aliquantulum posset quæstio, *Vtrum Clericus sit dominus beneficij, & eius fructuum? vsuarius, vel vsufructuarius?* & alia circa eadem ipsa adiicere: Nobis satis aduertere, hunc pauperem non esse, si congruam sui, suorumque (iuxta à Nobis in hac quæstione, *num. 51. 52. & 68.* tradita) percipiat sustentationem. Cuius rei ratione, liberè de beneficij
92 fructibus disponere † potest. *text. in cap. De his, & ibi Panormitan. de Eccles. ædific. cap. Ecclesias, 13. quæst. 1. cap. 2. cap. De Monachis, 12. cap. Cùm secundum Apostolum, 16. cap. De multa, 28. in fin. de Præbend. & Dignit.* cum aliis. D. Thom. *2. 2. quæst. 185. art. 7. in respons. ad 2.* Ioann. Maior *in 4. sent. dist. 24. quæst 17. & 20.* Couarru. *in d. cap. Cùm in officiis, num. 9.* plenè Sarmient. *de reddit. Eccles. 2. part. cap. 2. & seqq. & 4. par. cap. 1.*

93 Et ad alios etiam pios vsus, † *cap. Quia Ioannes, iuncta gloss. 12. q. 2.* Et potest, imò debet ex redditibus consanguineas pauperes dotare, tradit plures referens Ca'd. Pereyr. *de iure emphyt. 3. p. de potestat. eligend. cap. 13. num. 11.* Ita conclusum fuit in Rota apud sanctis. D. N. *Greg. XV.* tunc Rotæ Romanæ Auditorem *decis. 401. num. 1.* vbi alia circa hanc rem, dicemusque latiùs *q. 15. & 16.*

Ideòque magis vsufructuarij naturæ accedit,
94 † eique in vita beneficiarius comparatur *gloss. in verb. Reseruari in cap. fin. de offic.* Ordina. *in 6.* Abb. *in d. cap. Cùm esses, nu. 24. de testam.* Rota *in antiq. tit. de probationib. decis. 41. nu. 2. & apud* Alex. Ludoui. *d. n. 1.* Vincen. Carocius *decis. seu casu 52. n. 2.*

Licèt in morte vsuarius iudicetur, † neque
95 de fructibus liberè disponere valeat, Ita (ex plurium sententia magis communem dicens) firmat Vincent. Caroc. *proxime relatus, numero 3.* Iacob. *de Grassis in decisione casuum conscient. c. 100 libro 2. part. 1. n. 11.* & quid de vniuersali Hispaniæ consuetudine? videndus Couarruuias *in d. c. Cùm in officiis, n. 1. & sequent.* Didac. Sepin. *de testamen. 14. part. glossæ rubricæ, n. 13. & seqq.* latè *Sarmient. vbi sup. 2. p. c. 6. per totum.*

Et in specie, pauperem non dici eum, qui
congruum habet † beneficium; tenent *Decius, Craueta, Seraphin. & Thesaur*, quos refert, & sequitur *Marius Giurba in consuet. Senat. Messa. cap. 7. gl. 13. n. 37.* 96

VTRVM PAVPER SIT, qui secundùm conditionem suam sufficientia bona habet; debitis tamen multis implicatus est? Aut qui debitores, debitorumvè iura habet?

SVMMARIVM.

97 *Bona, quæ quis debet bona non dicuntur, sed æs alienum.*
98 *Abesse dicitur id, in quo quis obligatus est.*
99 *In cuiusque bonis computatur id, quod sibi debetur.*
100 *Sicut locupletior fit, qui liberatur: sic pauperior, qui obligatur.*
101 *Debitor sub conditione omninò exstitura, non sub conditione, sed purè dicitur obligatus, quando dies non est in consideratione.*
102 *Conditiones de præterito, vel præsenti, conditiones propriè dici nequeunt.*
103 *Debitor sub conditione casuali, vel mixta, si interim dum non venit dies, vel conditio impletur, secundùm conditionem suam viuere potest; pauper non dicitur,* & num. seqq.
Conditio casualis, vel mixta, quæ dicatur? ibid.
104 *Debitor propriè dicitur, à quo pecunia statim exigi potest.*
Die, vel conditione pendente, debitum exigi non potest, ibid.
105 *Debitor in diem, vel sub conditione, propriè debitor non dicitur, quoad effectum saltem.*
106 *Fidessor, qui diù stetit in promissione conditionali, non potest petere, se à fideiussione liberari dum non impletur.*
107 *In conditionali obligatione, tantùm spes est, debitum iri.*
108 *Solutum ante diei, vel conditionis euentum, repeti potest.*
109 *Conditione pendente, debitum non dicitur inesse.*
110 *Conditione pendente, nullum ius dicitur acquisitum.*
111 *Nec aliqua interim datur actio, cessatque omnis obligatio,* & num. 112.
113 *Lex loquens de debitore, non comprehendit debitorem sub conditione.*
114 *Nec creditorem conditionalem, vel in diem si de creditore loquatur.*
Moratoria concessa à Principe aduersus creditores, non includit creditores conditionales, vel in diem. ibid.
115 *Præsens rei status, non qui euenire potest, inspiciendus est.*
116 *Lex, vel statutum excludens omnes exceptiones*

ceptiones aduersus publicum instrumentum, non censetur excludere exceptionem diei, vel conditionis non impleta.

117 *Exequi non potest contractus conditionalis, nisi de purificata conditione, parte citata, iudici liqueat.*

118 *Ditari in dies quis præsumitur, saltem si sit industrius, & diligens.*

119 *Pater, qui filias dotare non potest, si adhuc nubilis ætatis non sint; non ex eo dicitur pauper, si aliàs pauper non est.*

120 *Debitor sub conditione potestatiua, quæ in potestate creditoris implere debentis est; vel ad diem, cuius proximus est aduentus; etiam ante dies, vel conditionis implementum, vel solutionem factam, pauper reputatur, si ea perfecta, pauper remaneret,* & num. seqq.

121 *De proximo facienda, pro factis habentur,* & num. seqq. *& plura* remissiuè nu. 128.

122 *Præscriptio, vel vsucapio intra breue tempus perficienda, perfecta reputatur.*

123 *Causa ad conclusionem vsque perducta, habetur, ac si iam in ea esset pronuntiatum.*

124 *Condemnandus de proximo, pro condemnato iudicatur.*

Fideiussor de proximo condemnandus, potest petere se liberari ab obligatione, ibid.

125 *Mox professurus, habetur pro professo.*

126 *Ædes de proximo sacrandæ, pro sacratis habentur.*

127 *Seminarium de proximo erigendum, habetur pro erecto.*

129 *Potentia actui proxima, pro actu habetur,* & num. seq.

Magis attenditur, notabiliusque est, quod in potentia, quàm quod est in actu, numer. 131.

130 *Licentiatus, an Doctorum gaudeat priuilegijs?* remissiuè.

131 *Quando ius, vel statutum requirit aliquem gradum in eo, qui eligendus alicui beneficio, vel dignitati est; sufficit si tempore electionis habilis sit ad eum statim comparandum.*

132 *Regulari potest conferri beneficium ad voluntatem superioris amobile, neque id paupertatis repugnat voto.*

133 *Nec paupertatis voto repugnat peculium ex superioris permissu habere.*

134 *Diei, vel conditionis proximus aduentus, quando dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*

135 *Dictio* Incontinenti *accipitur cum aliquo temporis spatio iudicis arbitrio,* & numer. 136

137 *Idem de dictione* Statim.

138 *Et de dictione* Mox, *dictione* Celeriter, *& dictione* Confestim, *remissiuè.*

139 *Pauper non dicitur creditor, qui iura debitorum de iure, & de facto exigibilia habet, licèt eis non exactis in paupertate sit; non tamen debitis solutis: secus si creditor non sit exigibilis de iure, vel de facto.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

§. II.

Dvos in hac quæstione distinguendos fore casus videtur. Nempè, quòd aut debitor est purus, aut sub conditione. Subdistinguendum deinde in debitore sub conditione, quòd aut est sub conditione omninò extitura, potestatiua, casuali, vel in diem. 97

Igitur si quis purè debitor existat, eius quantitatis, summæ, vel rei, cuius solutione facta, secundum conditionem suam bona sibi ad viuendum non supersint, pauperem esse, † solutione nondum facta, dubitandum non est. Cùm bona, quæ quis debet, bona non dicantur, sed æs alienum, vulgar. *text. in l. Subsignatum, 39. §. 1. D. de verb. signif* cui non possum non *M. F. Quintiliani* adiungere sententiam *declamat. 273. Bona porrò, quæ sunt? Vt opinor, ea, quæ detractis alienis deprehensa sunt* (inquit.) *Seneca* etiam conclusioni nostræ propiùs accedentem *epistolar. lib. 13. epistol.* 88. *Habet* (ait) *domum formosam, sed alienis nummis paratam, familiam nemo speciosiorem producit, sed nominibus non respondet. Si creditori solueris, nil supererit. Idem in reliquis quoque facere debebis excutere quantum proprij quisque habeat. Diuitem illum putas, quia aurea suppellex etiam in via eum sequitur? quia in omnibus Prouinciis arat? quia magnus Kalendarij liber voluitur? quia tantùm sub vrbanis possides, quantum inuidiosè in desertis Apuliæ possideret? Cum omnia dixeris, pauper est. Quarè? Quia debet.* Abesse namque dicitur id, † in quo quis obligatus est, *l. 2. in fin. l. si quis mandato, 29. D. de negot. gest. l. quod de bonis, 15. §. ex donationibus, D. ad legem falcid. §. Tutores, instit. de oblig. quæ ex quasi contract. & ibi glossa, verbo obligatus.* Et in cuiusque bonis computatur, † quod sibi debetur, *l. Rem in bonis, 52. D. de acquiren. rerum domi.* bonus tex. *in leg. facere posse, 29. D. solut. matrim.* vbi id not. *gloss. verb. Videtur, & ibid.* Bart. Bald. Paul. & *al.*. 98 99

Et sicut locupletior, qui liberatur, fit, † *l. si pupilli, 66. D. de solut. l. si quis obligatione, 116. aliàs 115. D. de regul. iur. leg. Species, 11. D. de acceptilat.* Antoni. Fau *in suo Cod definit. lib. 1. tit. 10. definit. 3. numero 3.* ita etiam pauperior, qui obligatur, licèt nondum quidquam præstiterit. not. Bartol. & Paul. *in leg. si soluturus, D. eod. tit. de solut.* Hotoman. *ad leg. 2 C. de his, qui in prior. locum succed.* Osuald. *in Donell. lib 15. cap. 16. litera D.* 100

Idemque in debitore sub conditione omninò exstitura, quod in debitore puro dicendum est. Huiusmodi enim debitor non sub conditione, sed purè † obligatus dicitur, *leg. si pupillus, 9. §. si sub conditione* (vbi *gloss.* concordantes allegat) *D. de nouation.* In obligationibus saltem, in quibus & conditio omninò exstitura est, & dies non est in consideratione: tunc enim statim rem sub tali conditione promissam, petere licet, putaque dicitur. *text. in l. in illa stipulatione, 8. in fin. D. de verb. obligat.* 101

Et idem in conditione de præterito, vel de præsenti, † quæ conditiones, propriè dici nequeunt, statimque obligant, neque actum suspendunt, *text. in l. Cum ad præsens, 37. cum duabus* 102

bus seqq. D. si cert. pet.l. Conditio in praeteritum, 100. D. de verbor. oblig. §. Conditiones instit. eod.l. Institutio talis, 10. in fin. D. de condit.instit.l. Eas causas, 80. D.de condit.& demonst.

In debitore vero in diem, vel sub condi-
103 tione incerta, † & casuali, quae existere, vel deficere potest, à fortunaeq; iudicio pendet (de qua *in l. 2. §. Si sub conditione, D. de bonor. possess. secund. tabul.*) vel etiam sub conditione mixta (quae partim hominis, partim fortunae iudicio, taroque dependet, ac eget: vt *in l Suus quoque, 4. § Puto, D. de heredib. instit. l. Si pater, 4. C. de instit. & substit.* pauperem non esse, qui interim dum non venit dies, vel conditio non impletur, ad decentem sustentationem, vitaeque necessaria, facultates habeat, asserendum videtur. Cùm nec debitor interim propriè dici queat. Debitor enim is propriè di-
104 citur, † à quo statim pecunia exigi potest. *tex. in l. Debitor, 108. D. de verbor. sig.* Sed pendente die, vel conditione exigi non potest. *l. Cedere diem, 213. D. eod.* ergo debitor in diem, vel sub conditione, debitor propriè dici nequit, & per consequens, nec pauper ob tale debitum, ni aliàs pauper sit.

Debitoremque in diem, vel sub conditio-
ne, proprié † debitorem non esse; tenet Bart.
105 *in l. 1. num. 32. D. si cert. pet. & in l. 2. §. Creditum, num. 5. D. eod.* cuius sententia communis est, vt testantur ibi Decius *num. 96. Cagnol. num. 274. & Ripa numero 100.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. lib. 1 cap. 21 num. 8.* eamque veriorem dicit And. Fachinc. *controuers. lib. 12. cap. 74. per. tot.* saltem quoad effectum, & exactionis exercitium Anton. Thesaur. *decis. Pedemont. 235. n. 3.*

Quam in pulchro casu tenet sententiam *Bald. in l. Si pro ea; num. 8. C. mandat.* quaestionem, mouens, Vtrùm fideiussor, qui diu stetit in promissione conditionali, veluti euictionis, restitutionis dotis, redditionis rationum, & si-
106 milibus, possit petere † ab obligatione liberari dum non impletur? Et respondet, non posse. Cùm non dicatur diu in obligatione stetisse, sed in promissione. Ideòque ante obligationem non esse liberandum tenentque communiter Scribent. in *l. Facere posse, D. solut. matrim.* Matth. *de Afflict. decis. 241. num. 4.* Gaspar. Caualin. *de euict. cap. 2. num. 19.* & alij adducti per Pyrrh. Maur. *de fideiussor. sect 5 cap. 3. num. 38. 39. 40 & 41.*

Confirmatur suprà dicta principalis sententia quia in conditionali obligatione, tantum spes
107 est † debitum iri; *text. in § Ex conditionali, instit. de verb. oblig.* Ideòque solutum ante diei,
108 † vel conditionis euentum, repeti poterit; *text. in l. Videamus, 27. D. de liberat. legat. l. sub. conditione, 16. D de condict. indeb.*

Nec conditione pendente, debitum dicitur
109 inesse † *l. Si quis sub conditione, 8. D. si quis omissa caus. testam. Doct. in l. Ex facto, D. ad Senat. cons Trebellia.* Roland. à Valle. *consil. 29. num. 16. lib. 4.* Tiber. Decian. *consil. 3. num. 43. lib. 1* Ioan. Cephal. *cons. 767. numero 7. lib. 1.* Franc. Monald *cons. 80. num. 16. libro 1.* Petr. Paul. Paris. *consil. 47. num. 11 libro 1.* Cumia *in ritib. Reg. Sicil. capit. 16. numero 3.* Fabius Turret. *consilio 44. numero 9 libro 5.* Ioan. Vincen. Honded. *consilio 73. numero 102.* Carolus *de* Gras. *de except. ad statum exclud. omnes exceptiones, exceptione 33. num. 3.*

Nullumque ius conditione pendente dicitur acquisitum; † *d. l. si quis sub conditione, 8. l. ei qui, 13. D. de condit. instit.* Fabius Turret. 110
consilio 67. numero 127. & consil. 70. num. 35. & consil. 84. numero 13. libro 2. Iacob. Menoch. *consil. 452. numer. 42. lib. 5.* Carolus de Grassis *dict. excep. 33. numero 7.* Petrus Surdus *consilio 186. numer. 12. libro 2.* Gaspar. Anton. Thesaur. *quaestion. forens. libro 4. quaestione 51. numero 2.*

Nec interim aliqua datur actio, † *lege necessariò, 8. §. Quòd si pendente, D. de peric. & commod. rei vendit. l. Meuius, 55. D. de condit. & demonst.* cum aliis. Andre. Tiraquell. *de retract. consang. §. 1. gloss. 2. numero 11. & gloss. 10 numer. 50.* Marc. Anton. Natta *cons. 269. numero 12. lib. 2.* Ioan. Cephal. *cons. 311. num. 7.* Iacob. Menoch. *consilio 60. numero 48. libro 1.* Surd. *dict. consilio 186. numero 12.* Franc. Viuius *decis. 359. num. 3.* alios referens Carol. *de* Grassis *vbi supra, numero 9.* Ludouic. Censio *de censib. 3. part. cap. 1. quaestione 3. articulo 7. num. 60.* 111

Omnisque obligatio pendente conditione cessat, † *cap. vnic. §. fin. de sponsal. & matrim. lib. 6.* Gozadin *consil. 1. numero 40.* Monald. *d. cons. 80. num. 17.* 112

Quod fit, vt lex de debitore loquens † debitorem sub conditione non comprehendat; 113
Asini. *in tract. de execut. cap. 2 numero 22. & §. 2. numero 26.* Carol. *de* Gras. *d. except. 33. num. 2.*

Nec creditorem † conditionalem, vel in diem, si de creditore loquatur. Namque si pauper moratoriam à Principe contra creditores suos impetret; non includi conditionales, vel in diem creditores, tenent, per supra traditam rationem, Guido Pap. *decis. 109.* Scaglio *super riti. mag. Curiae, ritu 283.* & sequitur (alios etiam referendo) Lucas Matth. Apicella *in tutamine paupe. titul. de moratoria Principis, numer. 28. & ibid.* Mauritius Apicell. *in addition. ad patrem.* 114

Praesens enim rei status, non qui euenire potest, † inspiciendus est, iuxt. *text. & gloss. in l. 2. & 3. D. de in diem adiect. l. eo tempore, 50. D. de pecul.* Socin. *cons. 24. numero 36. libro 1. & consil. 265. lib. 1.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art 3 numero 2. vers. Secundò, quia inspecto presenti statu, & cons 8 numero 12. libro 2. & cons. 87. num. 10. lib. 3.* Benintend. *decisione 90. in fin.* Iacob. Cancer. *var. resolut. 2. to. cap. 3. de instrum.* Guarent. *num. 49.* Stephan. Gratian *discep. forens. cap. 183. numero 31.* Aldouin. *consil. 27. numero 34. & consil. 75. nu. 31.* Ioann. Cephal. *consil. 769. numero 5.* Aymon. Crauet. *cons. 199. numero 10.* Schard. *consilio 1. numero 699 lib. 1.* Multa enim possunt accidere, ne id eueniat. Idem Schard. *cons. 38. nu. 29. lib. 2.* Fabi Ana. *cons. 97. num. 10.* Anton Fauet. *in suo C. definit libro 5. tit. 2. defini. 1. nu. 6.* Nec idem iudicandum est de casu dubio, & pendenti, quod de certo. Octauia. Osac. *decis. 35. numero 29.* Marius Giurba *decis. 60. numero 25.* 115

Vnde lex, vel statutum omnes exceptiones aduersus publicum instrumentum, excludens exceptionem diei, † vel conditionis non impletae excludere non videtur; ex *d. leg. Cedere diem,* 116

diem, 115. *D. de verbor. signific.* Corne. *consilio* 112. *numero* 4. *libro* 1. & *consilio* 123. *in princip. libro* 2. Alexand. *consilio* 119. *libro* 1. Fabius Turrec. *consilio* 91. *numero* 14. *libro* 1. & *consilio* 44. *numero* 32. 33. & 34. *libro* 2. Carol. de Graf. *d. except.* 33. *num.* 1.

Non contractus, vel obligationis conditionalis (nisi de purificata conditione parte ci-
117 tata † iudici liqueat) fieri potest executio. Bald. Alexand. & *alij in l. fin. §. Titius*, *D. de vulg. & pupill. subst.* Couarr. *variar. resolut. cap.* 11. *numero* 2. plura iura, & authoritates referens Roderic. Xuar. *in l. post rem iudicatam, limit.* 5 *ad leg. reg. D. de re iudic.* Carol. de Graf. *d. excep.* 33. *numero* 13. & *seqq.* Francisc. Milanes. *decis.* 9. *numero* 96. *lib.* 1. Flamin. Carthar. *decis.* 49. *numero* 3. & *decis.* 69. *numero* 4. Rota Roman. *diuers. decis.* 323. *part.* 2. Marius Giurba *dict. decisione* 60. *numero* 14. Anton. Gomez *in l.* 64. *Taur. numero* 7. Parlador. *rerum quotidian. libro* 2. *cap. fin. parte* 1. §. 11. *numero* 39. Ioan. Gracian *regul.* 69. *numero* 9. Cephal. *consilio* 395. *numero* 23. *libro* 3. Cardinal. Tusch. *litera C. conclusione* 593. *numero* 24. & *litera S. conclusione* 532. *numero* 13 66. & 95.

Ex quibus omnibus deducitur, pauperem non esse debitorem conditionalem, vel in diem, illius debiti ratione, si aliàs pauper non sit, habeatque pro conditione necessaria. Cùm præsertim interim ad pinguiorem possit deue-
118 nire fortunam,† in diesque ditior fieri: vt & ius præsumit; *text. in l. si defunctus*, 10. *C. arbitri. tutel. leg. Cura*, 4. §. *deficientium*, *D. de muner. & hono.* quas ad hoc allegat Bart. *in l. ex diuerso*, §. *fin. numero* 9. *D. solut. matrim.* Iaso *in l. inter eos, numer.* 11. *D. de re indicat.* Iacob. Menochi. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 28. *numero* 1. 2. & 3. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 10. *numer.* 6. In homine saltem industrio, & diligenti, Ripa *in l. si ventri*, *numero* 14. *D. de priuileg. credito.* Decius *cons.* 6. *numero* 1. & *cons.* 175. *in fin.* Cottas. *lib.* 3. *Miscellane. iuris, cap.* 5 *nu.* 6. Syluan. *cons.* 86. *numero* 6. Aymon. Crauet. *consilio* 131. *numero* 12. Iacob. Menoch. *dict. præsumpt.* 28. *numero* 7. & *seqq.* Antoni. Thesaur. *decisione* 211. *num.* 17. Borgnin. Caualcan. *de tutor. numero* 223. & *decis.* 3. *numero* 34. *part.* 1. Vincent. Caroc. *de remed. contra præiudic. sentent. vel damnos. executio. except.* 15. *numero* 59. & 60. latè defendit Galganet *de tuto. quæst. vltim. per tot.* Idque sensisse videtur *Philosoph.* 4. *Ethicor. cap.* 1. *Diues* (inquit) *non est, qui diligentiam non habet, vt fiat.* In cuius assertionis veritate inquirenda, nunc ampliùs non insistimus. Viderique poterunt Andr. Tiraquell. *de retract. consang.* §. 32. *glo. vnic. numero* 94. Franc. Monald. *cons.* 47. *numero* 11, 12. & 13. Segism. Scac. *in tract. de mercat.* §. 1. *quæst.* 6. *numero* 16. *cum seqq.* Aymon Crauet. *cons.* 120. *num.* 6. Petr Surd. *de aliment. titulo* 1. *quæst* 45. *numero* 42. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 67. *num.* 15. Fului. Pacian. *de probat. lib.* 1. *qu.* 54. *num.* 28. & 29.

Denique pro dicta principali sententia reperio *Vlpian.* responsum *in l.* 1. §. *serui appellatione*, *D. ad sent. Consult. Syllania.* cuius sunt verba. *Serui appellatione etiam ij continentur, qui sub conditione legati sunt. Nam medio tempore, heredis sunt. Nec quod conditio existens efficit, vt desinant esse heredis; facit nè videantur interim eius esse.*

Deducitur etiam, quòd licèt pater, qui pro conditione sua facultates, è quibus decenter viuere possit, habet; filias tamen dotare non valet (secundùm ea, quæ supra annotata sunt) pauper sit: si tamen filiæ adhuc nubilis ætatis † non sint; si ob dotem filiarum, eiusque re- 119
spectu, pauper iudicaretur, non vtique reputabitur ex proximè assignatis rationibus. Cùm conditionalis debitor censeatur, multaque accidere possint, quibus interim, vel ditior fiat; vel à dotandi onere liberetur.

Planè in debitore obligato sub conditione 120
potestatiua,† (cuius implementum in creditoris potestate est, implere debentis, *tex. in l. Si is quoque*, 4. §. *Puto*, *D. de hered. insti. vbi gloss.* & *communiter D D. tex. in l. Cornelius*, 69. & *in l. Iam dubitari*, 89. *D. eod. tit.*) Vel si dici implementum, siuè aduentus proximus sit, etiam ante obligationis implementum, vel solutionem, diciuè aduentum, pro paupere habendum, si solutione facta, debitor pauper remaneat, asseltendum videtur. Ex vulgati, & trita iuris † re- 121
gula, quæ de proximo facienda, pro factis haberi, dictitat, de qua *in l. Vestimentum*, 21. *D. de auro, & argent.* & *in l. penul. D. de milit. testam.* Vbi de proximò cingendus, habetur pro cincto. & ibi notant communiter Scribentes.

Sic præscriptio intrà breue tempus perficienda, † pro completa habetur, *leg. si fundum*, 122
16. *vers. Planè si paucissimi* (*dies*, *D de fundo dotali*, per quem ita tenet cum multis, quos refert, communem dicens) Andr. Tiraq. *in tract. de indiciis in rebus exig. ferend. numero* 78.

Idemque & in vsucapione, *text. in l. Rerum mixtura*, 30 §. *Labeo*, *D. de vsucapion.*

Causa etiam ad conclusionem vsque perducta, † ac si iam in ea pronuntiatum esset, re- 123
putatur Bart. *in l. si mater*, §. *eadem in fin. D. de except. rei iudic. per tex. & gloss in l. si rem*, 29. §. *fin. D. de euict.* Bart. & Bald. *in l. Quamuis indubitati in fin. Cod. de adulter.* Cyn. Paul. Iaso, & alij, quos refert, & sequitur Tiraquell. *de legib. connubial. lib. leg.* 16. *gloss.* 2. *numero* 6.

Et proximè condemnandus,† pro condem- 124
nato habetur, *l. qui pæna*, 8. §. *Diuus*, *D. de manumi. l. eum pro quo.* 17. *D. de in ius vocan. l. fin. C. de vsur. rei iudic. cap. fin. extra de iudici. vbi* Felin. *notab.* 1. Bald *in l. si pro ea, numero* 7. *Cod. mandat.* Vbi quòd fideiussor potest petere se liberari ab obligatione, si de proximo sit condemnandus, firmatque etiam *num.* 14. Iaso quoque *in l. Diuortio*, §. *interdum*, *numer.* 14. *D. solut. matrim.* Ioann. de Arnon. *sing* 81 Petrus Surd *decis.* 94. *numer.* 4. Bertazol. *de clausul. claus.* 43. *glo.* 3. *numero* 2. alios referens Pyrr. Maur. *de fideiusso. sectione* 5. *cap.* 3. *num.* (*folio mihi* 318. plura ad suprà dicta adducit Hyppolyt. *de Marsi. sing.* 106. & in pulchro casu Antoni. Cuchus *de moratoria prascript. numero* 119.

Ingressus quoque Monasterium, mox que professurus,† pro professo habetur; *cap. Re-* 125
ligioso 21. §. *Quamuis de sentent. excomm. in* 6.

Ædesque de proximo sacrandæ, † pro sa- 126
cratis iudicantur, earumque priuilegiis gaudent.

denę Panormit. *in cap. Ecclesiæ, 3. notab. per illum tex. de immuni. Eccles.* Tiraq. *d. glo.* 2. *num.* 9. optimè *Phalaris* epist. quæ incip. Policletus. *Quid enim refert* (inquit) *munera iam dicata; an tantùm destinata diis auferre?* vtroque enim casu sacrilegium committi firmat.

127 Et Seminarium de proximo erigendum,† habetur pro iam erecto, Hieronym. Gonçalez, *super reg.* 8. Cancellar. *gloss.* 5. *paragrapho* 7. *numer.* 192.

Propè infinita his similia (in quibus, ne Authorum comprobationem, casuumque nectendo diuersitatem, immoremur) videri poterunt

128 † latissimè (præter Scribentes in locis ordinariis) per Iason. *in l. Diuortio, num.* 10. *& seqq.* vbi etiam alij, *D. solut.* Matrim. Tiraq. *in d. l.* 16. *glo.* 2. *ex num.* 5. ad satietatem Palac. Rube *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 38. *per tot.* Hieronym. Gonçalez *d. reg.* 8. Cancellar. *gloss.* 5. §. 7. *d. num* 92. *& seqq.* Pet. Royz. Maure. *decis. Lituanic:* 1. *à n.* 206. *cum multis seqq.* Borgni. Caualca. *decis.* 44. *num.* 16. *& seqq. par.* 1. Ioann. Aloysi. Ricci. *decis.* Cur. Archiep. Neapol. 125. *per tot. p.* 4. vbi plenè: & an de proximo tonsurandus, possit ad iuris Patronatus beneficium præsentari?

Igitur, siuè quia dies proximus est conditionis implemento; siuè quia conditio de facili possit impleri; in his casibus obligatus, pro

129 paupere reputabitur, cum proximus paupertati sit, de facilique ad paupertatem possit reduci. Potentia enim actui proxima, † pro actu habetur, *d. l. pen. de mili. test.* Caualc *d. decis.* 44. *numero* 18. *& seqq.* Velazquez *de Auend. ñ. de censib. cap.* 38. *numero* 9. cum aliis, quos *in axiom. & locis commun. iur. lit. P. numero* 122. adducimus. Comprobaturque authoritate *Plinij nepotis lib.* 8. *epistolar. epistola ad Machrinum. Nam paruulum differt* (inquit ipse) *patiaris aduersa, an spectes.* Conducit illud *Horatij epistol. lib.* 1. *epistol. ad Mecœnatem.*

Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti Mecœnas veniam.

Faciunt benè pro hac parte *l.* 3. 4. 5. *& 6. D. de mortis causa donation. Philosophique* assertio *Physic.* 2. *Quod parum distat, quasi nihil distare reputatur.* Et ex facilitate, & potentia aliquid consequendi, ac si iam illud esset conse-

130 quutus quis iudicatur. Vt in licentiato, quem priuilegiis Doctorum gaudere, † contendit Ioann. Lup. *in d. repet. rubr. d.* §. 38. *num.* 1. *& seqq.* Ex eo, quia cum licentiam adeptus sit, poterit cum voluerit ad Doctoratus gradum ascendere, *Ioann. etiam Parlado, rer. quotidi. par.* 3. *different.* 6. §. 1. *numer.* 4.

Hinc singulariter notat P. Leonard. Lesius *de iustit. & iure, lib.* 2 *cap.* 34. *dubit.* 19. *nu.* 106. *versic. His adde,* quòd quando ius, vel statutum aliquem in eo, qui eligendus, vel præficiendus est alicui beneficio, vel præbendæ requirit gra-

131 dum, sufficit,† vt tempore electionis sit habilis ad eum statim comparandum. Vt si dicatur, non esse conferendum, nisi Doctori, vel Licentiato. Ea ratione quia, qui iam proximè habilis est ad aliquid, ita vt possit illud statim obtinere; perinde censetur, ac si iam obtineret. Idque quotidianam praxim declarare asserit, plurimos ideò, facta electione, gradum suscipere. Eruditissimè (vt alia omnia, omninoque in id videndus) Felin. *in proœm. decret.* Gregor. *num.* 39. *cum seqq.* latè quoque Perez *de Lara de Anniuersar. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 16. Licèt in proposito casu (cum negatiua adiicitur) contrarium determinet *ibid. ex numero* 20. *cum seqq. à num.* præcipuè 22. & post eum Nicola. Garci. *de benefic. part.* 7. *c.* 1. *à n.* 58. *cum seqq.* Cùm verò affirmatiuè Sacerdotalis qualitas ad aliquam præbendam requiritur; habitum, vel aptitudinem ad Sacerdotium obtinendum, adesse sufficere; obseruant (multis relatis) idem ipse Lara *vbi proximè num.* 16. *&* Menoch. *cons.* 227. *nu.* 59. Benequè facit *Vlpiani* sententia in *l. Qui potest facere,* 135. *D. de regul. iur. qui potest facere* (ait) *vt possit conditioni parere; iam posse videtur.* & in *l.* 1. §. *quotidiana, D. de aqua quotidi. & æstiua.* Per quam *Andre. ab Exea in tract. de pactis, nu.* 5. *&* 6. magis attendi, nobiliusque esse, quod in aptitudine, quàm quod est in actu, & formaliter, pulchrè notauit, ex *glo.* etiam *in* §. *Lis autem, verb. æstimaretur, institut. ad leg. Aquil. & Stephan. Aufrer.* ibi adducto (nulla licèt lege firmante) alia in id ex *n.* 3. *vsque ad* 8. non contemnenda adducens.

Hæc præterea decisionis *Rotæ Rom. Diuersor.* 772. *num* 1. *&* 2. *part.* 1. roborantur doctrina, vbi Superiorem posse† ad eius nutum amobile Regulari beneficium conferre, neque id 132
paupertatis voto repugnare; dixerunt Domini. Cùm Regularis tale possidens beneficium, semper ad Superioris voluntatem illud dimittere sit paratus: Ita etiam scientissimus *Antoni. Faber in suo definit. Codic. lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 26.

Ita neque paupertatis voto repugnat, peculium ex Superioris permissione, † quandiuque 133
tolerauerit, habere, text. *in cap.* 2. *vbi* Abb. *nu.* 4. *de stat. Monachor.* Bart. *in auth. Ingressi, num.* 10. *in fin. & nu.* 11. *C. de Sacrosį. Eccles.* Syluest. *verb. Religio,* 6. *num.* 7. *versic.* Sin autem. Stephan. Gratian *discep. forens. cap.* 617. *num.* 33. *tom.* 4. *Nicola. Intriglio. in singular. ad Statut. Regni Sicil. singular.* 95. vbi de communi testatur; firmat vtrumque P. Lesius *d. tract. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 8. *n.* 32. *& c.* 4. *n.* 22. *vers. Responde, & cap.* 41. *dub.* 9 *n.* 78. *& dub.* 11. *n.* 91. & latiùs *qu.* 12. *per tot.* præcipuè *n.* 98. *& seq.*

Quando autem diei, vel conditionis proximus dicatur aduentus, † vel de proximo, bre- 134
uique tempore diem venturum, adimplendamvè conditionem, Iudicis arbitrio relinquitur. Tempus enim breue, quod dicatur, in iure definitum non est, sed variè iuxta subiectam materiam, negotiique qualitatem accipitur. *l. In fundo,* 38. *D. de rei vendic.* inque Iudicis repositum est arbitrio, *gloss. in l. Si is à quo,* 3. *D. vt in possess. legato. vbi* Bart. *num.* 2. Neuizan. *consil.* 56. *num.* 4. Marc. Ant. Natta *cons.* 501. *num.* 7. Iacob. Menoch. *de arbitra. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 9. *num.* 5. Matth. *de Afflict. decis.* 73. *n.* 2. Marc. Anto. *de Amatis decisione* 12. *num.* 5. plenissimè Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan. c.* 2. *glos.* 6. *per tot.*

Sic & dictio *Incontinenti,* † cum aliquo 135
temporis spatio, arbitrioque Iudicis, secundùm subiectam materiam intelligi, asserunt Bald. *in l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollend. & ibi* Curti Iuni. *num.* 6. *&* Zuccard. *num.* 322. Iaso. *in l. Si quis ita,* §. *Sesa, num.* 4. *D. de verbo oblig.* Contard. *in l.* 1. *n.* 16. *limit.* 7. *C. de momē. possess.*

possess. Alex. consil. 166. lib. 2. Neuiza. cons. 56. num. 5. Socin. Iun. cons. 67. numer. 9. lib. 1. Iacob. Menochi. de arbitra. casu 9. numero 4. & 5. & casu 12. numero 4. & casu 13. numero 4. Cæsar. Barzius decis. 88. num. 18. Benintend. decis. 83. numero 7. Fabius Turret. cons. 67. numer. 4. lib. 1. & consilio 57. numero 4. libro 2. Anani cons. 65. numero 11. Petr. Cened. singul. 56. numero 4. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 44. numero 12. alios referens Marius Giurba d. capit. 2. gloss. 15. numero 2. vers. alij vero, part. 1. Thom. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 12. num. 23. August. Barbos. de dictionib. dictione 133. num. 4. & 7. vbi quòd dictio hæc Incontinenti, † cum
136 commodè potuerit, Iudicis arbitrio interpretatur, ex regula, leg. 3. §. Cum igitur, D. de vi, & vi armat. Iacob. Menoch. de arbitra. casu 13. n. 4. & de recup. possess. remed. 1. num. 259. Aluar. Valasc. consult. 88. numero 6. & de partit. cap. 3. numero 11. Marius Giurba d. gloss. 15. numer. 3. versic. Verius tamen est iudicis arbitrio.

137 Sic & in dictione Statim † Iacob. Menoch. de arbitr. lib. 2. d. casu 9. numero 4. Stepan. Gratia. d. cap. 41. numero 12. Tiraq. Farina. Hieronym. Gonçalez & alij, de quibus per Aug.
138 Barbos. dictione 333. n. 3. Idemque de dictione Mox, † dictione 173. & de dictione Celeriter dictione 44. & de dictione Confestim, dictione 53. De omnibusque prædictis dictionibus (hanc firmans sententiam ad intellectum Sacri Concilij Tridentin cap. sess. 23. de reform.) Campanill. in diuers. iuris Canoni. rubri. 9. capit. 9. num. 8.

Sicut autem pauper dicitur, qui multis debitis inuolutus est, à quo statim exigi possunt; quibusque solutis, pauper remaneret: Ita quoque è conuersò, qui iura debitorum de iure, &
139 de facto exigibilia habet; † quibus solutis sufficientes pro conditione retineret facultates, pauper non erit. Cùm in eius bonis esse prædicta dicantur iuratà contrario eorum, quæ supra notauimus in debitore, à quo abesse dicitur id, in quo debitor est. tex. ad hoc in d. l. facere posse, 29. vbi expressè id not. Bald. num. 1. D. solut. matrim. Secùs si debitores quantuncumque magnæ quantitatis exigibiles non sint de iure, vel de facto, quia qui contra eos actionem habet, hac ratione non desinet pauper dici, vt notatunt Socin. Seni. consil. 121. numero 30. lib. 4. Fabian de Pep. in auth. Præterea, num. 104. C. vnde vir, & vxor. Marc Ant. Natt. consil. 649. numero 13. Ioan. Ant. Mengil. de imputat. qu. 145. nu. 9.

VTRVM PAVPER SIT, QVI artem, vel officium habet, ex quo alimenta, vitæquè necessaria percipere potest, vel qui alium habet obligatum, vt sibi alimenta præstet?

SVMMARIVM.

140 *Pauper est, qui nec bona, nec officium (ex quo saltem viuere honestè possit) habet.*

141 *Filius officium habens, quod tamen absque dedecore exercere non potest, à patre est alendus.*

142 *Idem è conuersò in patre officium habente; quo decenter vti non potest, quia à filio alendus est.*

143 *Pater filium, qui ex proprio artificio decenter viuere potest, alere non tenetur. Et è conuerso.*

144 *Pauper non est, qui artem nouit, ex qua decenter viuere possit. Contrà* num. 146. & seqq.

145 *Interpretatio ad* textum in l. In condemnatione personarum, 134. D. de reg. iur. & *num.* 150.

147 *Relictum pro pauperibus virginibus maritandis, in piam causam, vel pro anima; virginibus, quæ suo labore viuunt, distribui potest.*

148 *Qui ex operis suis solùm viuit, cedere bonis potest, nisi expressè bonorum cessionis beneficio renuntiauerit.*

149 *Ordinari non potest quis ad titulum officij, vel artificij liciti, ex quo congruè viuere valet.*

151 *Qui alium habet obligatum, vt sibi alimenta præstet, vel qui ab alio alimenta percipit, an pauper nihilominus sit?* & nu. seqq.

152 *Qui iure sanguinis, & officio iudicis alere tenetur, quid præstare debeat?*

153 *Filius diuitis, diues quoque dicitur, tantumquè habere in bonis, quantum eius pater.*

154 *Æstimum patris, dicitur æstimum filij.*

155 *Filius potest admitti ad officium, ad quod certa patrimonij quantitas requiritur, licet eam ipse non habeat, si tamen pater habeat. Episcopus qui absque patrimonij, vel beneficij titulo aliquem sacris Ordinibus initiauit, qui patrem diuitem habet, an ad eius alimenta teneatur?* ibid. remissiuè.

Maritus qui dotalia solùm bona, possidet, an pauper dicatur? ibid. remissiuè.

156 *Frater sororem inopem alere compellitur.*

157 *Et etiam dotare.*

158 *Ampliatur & in sorore naturali, & spuria, & iustè quoque à patre exhæredata,* & num. 159.

160 *Et quid in sorore, quoad sororem?*

161 *Qui aliquem iure actionis alere tenetur, ad studiorum alimenta, & expensas obligatus non est.*

162 *Nec dotem constituere adstrictus est. Alimenta dietim, menstruatim, vel annuatim soluuntur,* ibid.

163 *Dos vna vice soluenda est.*

Socer non potest loco dotis, congrua assignare alimenta genero, nec obligationi dotis satisfacit, ibid.

Dotis constitutio longè grauior, quam alimentorum præstatio est, ibid.

164 *Iudicis arbitrio in præsenti relinquitur inspectione, an quis pauper dicatur. Et qualiter arbitrium suum regulare debeat,* ibid.

Vidua pauper, quæ patrem, fratremvè diuitem habet, heredum mariti respectu, pauper dicitur, ab eisque dote non restitura intrà annum, luctus alimenta consequetur, ibid.

§. III.

NOn solùm, qui nec bona, nec officium, ex quo viuere possit habet, pauper est; sed etiam, qui officium habet, quo viuere, non
140 tamen decenter, queat. † Cùm secundum conditionem suam vitam degere non valeat, iuxta *text. in l. nepos proculo*, 115. *D. de verbor. sig.* & à nobis suprà latè tradita.

Ideòque licèt filius officium, vel artificium habeat, ex quo victum quærere possit; si ta-
141 men illud exercere indecorum ei sit, † à patre ali debet. *text. in l. si quis à liberis*, 5 *paragrapho Sed si filius*, & *ibi* Bart. *D. de liber. agn.* idem Bart. *in tract. de alim. numer.* 8. & *in l. vnic. n.* 6. *C. de mendic. valid. li.* 11. Caccialup. *in l. si qua illustris, n.* 93. *C. ad Sen. consf. Orfic.* Crot. *in l. si constante, num.* 15. *D. solu. mat.* Panor. *in c.* 2. *n.* 5. *extr. de controuers. infidel.* Bal. Nouell. *de dot. p.* 6. *priuileg.* 4. *num.* 1. Dida. Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. Ordin. *verb Pobres, col.* 2. *prope finem*, Petr. Dueñas *reg.* 367. *limit.* 1. Roland. à Valle *cons.* 54. *nu.* 59. & 78. *lib.* 2 & *consil.* 5 *num.* 30. & *consil.* 14. *num.* 16. & 51. *lib.* 3. Petr. Royz Mauré *decis. Lituanic.* 4. *num.* 274 Francis. Bursat. *cons.* 62. *num.* 13. Antoni. Thesaur. *decis.* 211. *num.* 14. Ludouic. Molina *de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *numero* 47. Lara *in d.* §. *Sed si filius, numer.* 131. Ioan. Garc. *de expens. c.* 4. *numero* 22. Natta *consil.* 48. *ad fin.* Marc. Anton. Peregr. *de iure fisci, lib.* 3 *titul.* 18. *numero* 74. Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan. cap.* 7 *gloss.* 13. *numero* 34. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 6. *numero* 12. Martin. Coller. *eodem tract. de alimen. lib.* 1. *cap.* 2. *numero* 81. Petrus Barbos. *in l.* 1. *part.* 4. *numero* 62. *D. solut. matrim.* Philipp. Paschal. *de virib. patriæ potestat. part.* 2. *cap.* 3. *numero* 36. Vincent. Caroci *de remed contra præiudic. sentent. vel damnos. execu ion. except.* 25. *num.* 97. text est de iure Regio, à contrario sensu, in *l.* 6. *titulo* 19. *part.* 4. ibi: *Otrosi, quando el fijo ouiesse de lo suyo, en que pudiesse viuir, ò ouiesse tal menester, porque pudiesse guarecer vsan do del sin mal estança de si, estonce no es tenudo el padre de pensar del.*

Idemque in filio quoad patrem; quem alere
142 tenetur, † si vel nullum, aut quod absque decore exercere pater non potest, officium habet, ex *d. l. si quis à liberis*. Cùm sint inuicem correlatiua, eademque definiri debeant regula, *l.* 1. *C. de cupres. lib.* 11. probaturque in *d. l.* 6. *part.* ibi: *Esso mismo dezimos del fijo, que deue fazer contra el padre.*

Si verò filius vel pater officium, vel artificium habeant, ex quo, quilibet eorum decen-
143 ter viuere possit; nec filius patrem, † nec pater filium alere adstringitur, text. à contrario sensu, & ibi notat *glossa verb. Vi operi*, & Dionys. Gothofred. *in annotat. lit. l. in d.* §. *Sed si filius*, & *ibidem* Lara, *num.* 1. 123. & 124. Petr. Rauenna. *sing.* 28. Andr. Alciat. *consilio* 36. *nu.* 1. Roland. à Valle *cons.* 14. *nu.* 16. *libro* 3. & *cons.* 54. *numero* 48. & 52. *lib.* 2. Simon de Prætis *cons.* 9. *numero* 19. Iacob. Menoch. *cons.* 321. *num.* 26. Fabi. Turret. *cons.* 85. *numero* 24. *lib.* 2. Francisc. Bursat. *d. cons.* 62. *numero* 16. & *cons.* 83. *n.* 2. Tiber. Decian. *cons.* 111. *num.* 6. & *consil.* 29. *num.* 5. *lib.* 3. & *cons.* 30. *numero* 2. *libro* 2. Carpan. *ad statut. Mediolan. statut.* 312. *num.* 6. & *statut.* 313. *numer.* 50. *part.* 1. Ascan. Clem. *de patria potest. cap.* 6. *effectu* 17. *num.* 31. Pascha. *vbi suprà, numero* 34. Prosper. Farina. *in decis. nouiss. Rotæ Romanæ* 2. *part. decisione* 470. *numero* 5. Martin. Coller. *loco iam relato nu.* 79. Cæsar. de Grassis *decisione* 162. *num.* 8. *tit. de successio. ab intestat.* & alij suprà, estque *text.* formalis, & expressus *in d. l. partita.*

Qui enim artem, vel officium nouit, ex quo viuere decenter possit, pauper † non est, 144
glossa in l. si quis argumentum, 35. §. *Sed si quis, verb. Quantum donauit in fine, Cod. de donat.* Ioseph. Mascard. alios referens, *de probationib. conclusione* 1159. *numero* 36. Marius Giurba *d. cap.* 7. *gloss.* 13. *numer.* 34. *prope med.* Martin. Coller. *d. cap.* 2. *num.* 8. Carol. Ruin. *cons.* 81. *numero* 1. *lib.* 1. Anton. Thesaur. *d. decis.* 211. *num.* 17. Cardin. Seraphin. *decis.* 1279. *numer.* 5. Rota Roman. *diuersor.* 2. *par. decis.* 102. *numer.* 2. & 7.

Ex quibus deducitur interpretatio ad textum *in l. In conditione personarum* † 134. *D.* 145
de reg. iur. quæ statuit, ab his, qui in quantum facere possunt condemnantur; non totum, quod habent, extorquendum, sed tantum eis relinquendum, nè egeant; vt locum non habeat, nec procedat in eo, qui artem, vel officium habet, ex quo decenter viuere possit, totumque ab eo (cum iuxtà proximè dicta, nec pauper, nec egere dicatur) extorquendum erit, *glo. in d.* §. *sed* & *si quis, d. legis, si quis argentum glossa etiam final. in l. si maritus*, 43. *D. solut. matrim.* Ioan. Faber *in* §. *sunt præterea, versic. Item si de dote*, & *ibidem* Ias. *numero* 7. & Aretin. *numero* 3. *instit. de actionib.* Petrus Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 78. *n.* 31. & *duobus sequentib.* & *tit.* 7. *q.* 6. *nu.* 3.

Contrarium tamen aduersus superiora (viuentem scilicet ex proprio artificio, si alia non habeat, pauperem inopemque dici) † probatur 146
ex *text. in capit. Quod super his*, 8. (ex quo id nominatim deducit Panormit. num. 4.) *de voto*, & *voti redempt.* Facit *text. cum gloss. in l. Paupertas*, 7. *D. de excusat. tut.* tenentque Ias. *in d. l. Si constante, numero* 147. Ioann. Maria de Riminald. *consil.* 520. *nu.* 11. Hieron Gigas *in tract. de pensionib. quæst.* 80. *numer.* 9. Aym. Crauet. *consil.* 199. *nu.* 5. 6. & 8. Guil. Bened. *in repet. cap. Raynuntius, verbo Duas habens filias, num.* 132. *in fin. extra de testam.* Azebed. *in leg.* 2. *titul.* 18. *lib.* 4. *nona Reg. collect. numero* 46. & *in leg.* 9. *titulo* 3. *eodem libro* 4. *numer.* 12. *propè med.* vbi de Auocatis pro decenti tantùm victu lucrantibus, quos pauperrimos *dicit*, Iacob. Menochi. *consil.* 81. *num.* 48. Petr. Barbos. *in l.* 1. 4. *part. numero* 63. & *in leg. Maritum, num.* 10. *D. solut. matrim.* Cæsar. Barzi. *decis.* 69. *numero* 43. Rota Bononiens. *decis.* 25. *numer.* 76. Ioan. Aloys. Ricc. *collect.* 1906. *versicul. Cæterum.* Idque non obscurè demonstrat (quam suprà adduximus *quæst.* 1. *numero* 14. *versic. Primam nihilominus*) *Aristophonis* sententia *Catonisque*, de qua mentionem hac eadem fecimus quæstione, *numero sexagesimo.* Et apertè probat *textus in leg. secunda titul.* 17. *part.* 6. ibi: *Otrosi, el que fuesse tan pobre, que no buuiesse otro al poreque guarecer,*

guarecer, si non por labor de sus manos. Concinit Ouid. *Metamorf. lib. 3.*

Ille metu vacuus nomen mihi dixit Acates,
Patria Meonia est, humili de plebe parentes,
Non mihi, quæ duri colerent pater arua iuuenci
Lanigerosvè greges, non vlla armenta reliquit.
Pauper & ipse fuit, linoque solebat, & hamis
Decipere, & calamo salientes ducere pisces.
Ars illi sua census erat.

Vnde si testator aliqua pro pauperibus virginibus maritandis, in piam causam, vel pro anima reliquerit, inter virgines, quæ suo labore
147 viuunt, † vt nubant, si alia non habent, distribui poterunt, vt notat Bald. *in d. l. Paupertas per text. ibi, numer. 2. D. de excusat. tut.* sequitur Iás. *in d. leg. si constante, nu. 151. D. solut. matri.* Cardin. Francisc. Mant. *de coniectur. vltim. volunt. libro 8. titulo 5. numero 33.* Ioseph. Mascard. *de probation. d. conclusione 1159. numero 38.* Perez de Lara *in tractat. de* Cappell. *lib. 1. cap. 21. numero 13.* Ioan. Maria de Riminald. *vbi suprà d. num. 11.* Iacob. de Graff *in summ. de arbitra. concess. lib. 2. c. 51. num. 9.*

Et cedere bonis posse, nisi expressè cessionis bonorum beneficio renuntiauerit, eum qui ex
148 operis † suis solùm viuit; tenuit Rota *in antiq. decis. 567.* quam refert (hanc tenendo) Aymon. Crauet. *d. consilio 199. num. 8.* Ex hoc consequenter hunc pauperem affirmans, pluraque ex *num. 5.* pro huius sententiæ confirmatione videnda adducens.

Adiuuat hanc partem determinatio *Congregationis in declarationibus ad Concil. Tridentin. sessione 21. capite 2. de reformat. verb. Pro necessitate, vel mendicitate, versic. Quid si tantùm habeat,* vbi *congregatio* censuit, non posse
149 quem ad titulum officij, † vel artificij liciti, ex quo congruè viuere posset, ordinari, vt si sit musicus, Magister Grammaticæ, pictor, vel alterius licitæ professionis, dicemusque latiùs *quæst. 9. num. 19. & seq.*

Neque huic sententiæ obstant pro con-
150 traria suprà adducta † (habenti nempè officium, ex quo viuere possit, præstanda alimenta non esse, totumvè extorquendum, non habita ratione ne egeat, si de illo beneficio sit quæstio.) Licèt enim ad hæc officium habens, ex quo viuere decenter possit, pauper non sit; ad alia tamen, & in genere pauperem esse, negandum non est. Non enim sola alimenta à paupertate eximunt, vt latè suprà à *numer. 40. cum seqq.* ostendimus, infràque subijciemus.

Ac ideò in superioribus contrariis casibus, qui artem, vel officium, ex quo viuere decenter possit, habet, pauper non dicitur; quia de alimentis præstandis, vel non relinquendumvè quantum pro eis sufficiens sit, agitur. Quo casu officium habens alimentorum respectu pauper non dicetur, licèt quoad alia pauper sit, vt ex suprà relatis doctrinis, & authoritatibus manifestè colligitur.

Quoad secundam verò huius quæstionis partem (*an qui alium habet obligatum, vt sibi*
151 *alimenta præstet, pauper dicatur?*) † præstitum ex suprà dictis videtur responsum, pauperem scilicet nihilominùs esse, si de paupertate in genere quæramus, vt quærimus, non alimentorum tantùm, victusque respectu. Non enim ideò, quòd à patre alatur filia, proque victu necessaria habeat; si dote pro conditione careat; desinit esse pauper, vt suprà *numero 43. & sequentib.* aduertimus. Idemque in eo, qui licèt pro victu habeat; non tamen pro literis addiscendis, aliisvè sumptibus, vltrà victum, alimentaque necessariis, quos alere adstrictus facere non tenetur, vt statim nectemus.

Item si verum esset, quòd his, quibus miserationis iure alimenta debentur, ea tantùm præstari debent, sine quibus degi vita non posset, & sic secundùm viuendi necessitatem, non secundùm personæ qualitatem (qua de re suprà *nu. 64. & sequentib.* egimus) quis eos pauperes, si alia non habeant, appellare dubitabit?

Quare sententiam hanc (non desinere pauperem esse, qui ab alio consequitur alimenta, si alia non habet) tenet Cornel. Benineа *de paupertat. speciali 1. in vltim. voluntat. num. 29.* per allegatam *leg. Paupertas, 7. & ibi glo. &* Bald. *D. de excusat. tutor.* Decium *in cap. Cæterùm, n. 74. de iudiciis, &* Bellonum *cons. 16. num. 6.* Nosque latè 2. *part.* in materia, declarationeque, *auth. Præterea, C. vnde vir. & uxor. n. 18. 19. & seqq.*

Non tamen sic simpliciter hoc in casu transeundum, sed adhiberi posse distinctionem existimo, inter eum, cui iudicis officio, † & iure 152
sanguinis alimenta debentur; & eum, cui iure actionis, & hominis dispositione. Vt primo casu, qui alium pro alimentis obligatum habet, pauper non sit; in secundo verò sic. Namque iure sanguinis, & officio iudicis alere adstrictus, non modò ad vitæ necessaria præstare tenetur, alendos, sed etiam ad decenter pro conditione sui viuendum. Vt in filiis, vel descendentibus, quibus parentes pro dignitate, & conditione alimenta, etiamque ad studia expensas (vt dictum manet, *n. 54. & seqq.*) præstare, dotemque descendentibus filiabus, vel nepotibus, quas alere tenetur, constituere, *leg. Qui liberos, 19. D. de ritu nuptia. l. si pater, 7. C. de dot. promiss. leg. neque mater, 14. C. de iure dot. leg. Et ideò, 7. §. fin. D. de in rem verso, l. Pater, 71. D. de euict. l. Sed Julianus, 9. §. Sed et si filius, vbi glossa, verbo pro filia, D. ad Senat. Cons. Macedon.*

Quæ obligatio, vel dispositio, etiam spurios comprehendit. Latè Surd. *de aliment. tit. 1. quæstio 9. numero 6. & quæst. 10. num. 9. & qu. 12. nu. 5.* & diximus suprà *numer. 64.* latiusque alibi dicemus.

Imò si pater diues sit, & filius quoque di- 153
ues † dicitur, tantumque habere in bonis, quantum eius pater habuerit, *text. in leg. in suis, 11. D. de liber. & posth. notat.* Abb. *in cap. 1. extrà de Magist. numer. 1.* Petr. Royz. Maur. *decis. 4. numero 269.* Iacob. Menochi. *de præsumpt. libro 4. præsump. 189. n. 32.* Greg. Lopez *in l. 7. tit. 13. par. 6 glos. 9. verbo De lo suyo,* Socin. *cons. 30. nu. 6. lib. 4.* Iacob. de Graf. *in praxi casuum reseruato. libro 2. cap. 21. num. 10.* Fului Pacian. *de probat. libro 1. cap. 54. in addit. ad numer. 48. lit. F. pluribus firmat* Campanill. *in diuersor. iur. rub. 8. cap. 5. n. 3. versiculo Et primo, & numeris sequentibus.*

154 Æstimumque patris, dicitur æstimum filij,† glossa 1.in l.2. C.qui ætate, vel professione se excusant, lib.10. per quam ita dicit Bald in l.fin. numero 13. C. de impuber. & aliis substit. vbi etiam eius Addition. plures refert. Decius consilio 443. numer. 4. Cornin. Benin. de pauper. speciali 1 in vltim.volunt.numero 15. Socin.vbi suprà d.num.6.

Ex quo pariter notandum est, quòd cum Magistratus censu leguntur (vt latè quæst. dicemus sequenti) certaque ad id iure, vel statuto requiritur quantitas; licèt eam filius non
155 habeat, patet tamen tot bona possideat.† habetur, ac si filius possideret, vt dignitatem, honoremque possit filius consequi, notat Ias.in leg. Sciendum, numer.15. & seqq. D.qui satisd.cog. & ibid. Bald. & in cap. quæ in Ecclesiarum ad fin.extra de constit. And.Tiraquel. (alios referens) in præfationibus legis si vnquam, num.23. Cod.de reuoc.donat. Sipontan. in l.1. §.Dominij appellatione, num. 7. D. ad Senat.cons.Syllani. Petr. Royz. Maurcus decis. Lituanic.3.nu.369. Plenissimè Episcop.Campanill.d. rubr.8.cap.5. d.numer.3. versic.si igitur, qui ex his d.numer. seqq.què latissimè comprobat, Episcopum, qui absque patrimonij, vel beneficij titulo aliquem sacris Ordinibus initiauit, ad eius alimenta, si patrem diuitem habeat, non teneri, licèt in contrariam postmodum sententiam veniat, nu.11. versic. Sed prædictis, & num.seqq. Et quid in marito, qui bona dotalia, nec alia sufficientia habet, An pauper, dotalibus non consideratis, dicatur? vide text. in leg.Lucius, 21.§.Idem respondit constante.D.ad municipal.

Frater quoque non solùm iure sanguinis,
156 officioque iudicis sororem inopem alere † compellitur, leg.1.§.Sed nonnullos, & ibi glossa, verbo præstiterit, D.de tutel.& ration.distrahend.& in dict. l.si quis à liberis, 5.§.Idem rescripsit, verbo iustè, D.de liber.agnos.Latè Petrus Surdus de aliment. titulo 1. quæstione 25. per totam, P.Ferdin.Rebell de oblig.insti.2.par.libro 5.quæstione 4.num.9.
157 Sed etiam dotare, † l.Cùm plures, 13.§.Cùm tutor. D. de admin.tuto. plenè idem Surd. vbi
158 sup.n.9. Rebello d. loco. Quod & in naturali,† & spuria ratione sanguinis procedit, vt ibi per eundem Surd.n.32.& 33.ad saturitatem (infinitos propè referens Marius Giurba in consuet. Senat. Messan.cap.3.glo.3.n.60. cum seqq. amplians n.63. etiam in sorore iustè à patre
159 exhæredata, † quæ licèt non hæreditario iure; proprio tamen à fratre dotanda est, ex dict.leg. Cùm plures, 13. §. Cum tutor, Bald. Nouell. Crot. Mantic. Thesaur. Barbos.Petr.Greg.Sur. Costa, & aliis ibi adductis, ita etiam Ferdinand. Rebello, dict. quæst.4. numero 10. & expressius num.17.
160 Idemque in sorore quoad sororem † dicit Surd.sup.n.59. plures quoque adducens Giurba, & Rebell. d.loco num.18.id verum firmans quoad alendos fratres; negat tamen quoad sorores dotandas, si ad id res dotalis alienanda esset, etiam de mariti consensu, & dicemus latiùs quæst.16.

Ei verò cui iure actionis, & hominis mi-
161 nisterio alimenta debentur, non tam plenum concessum est ius, † quippè cui nec expensæ in studio faciendæ pro literis addiscendis (etiam sine quibus quis viuere saltem honestè non potest secundum communem traditionem) debeantur. Probatur in l.Legatis, 6.D.de alim.& ciba.legat.vbi ita notat Bart.in princip. & in l. de bonis, 6. §.non solum, D.de Carbon. edict.& in tract. de alim. nu. 3. Iaso. in l. Cùm hi, §.qui transigit, num.4.D.de transact.Lara in d.l.si quis à liberis, §.non tantùm, nu.31. Simon de Prætis de interpretat. vlt. volunt. lib.4.dub. 11.num. 38. plures alios referens Petr.Surd.de aliment.tit.4.qu.6.num.4.

Nec ad alimenta iure actionis obligatus, ad dotem † pariter tenetur, cuius constitutio 162
maioris quàm alimentorum præstatio propter minutas solutiones in commoditatis est. Cùm alimenta dietim, menstruatim, vel annuatim soluantur: l.fin.D.de liber.agnos.iuncta l.pecunia, 8.in fin. D.de alim. & cibar. legat. Qua de re. & quo tempore danda sint? plenè Martin. Coller.de alim.lib.2.cap.4.per tot.

Dos verò vna vice præstanda sit, † Ant. 163
Cuch.in l.quoties, numero 93. C.de precib.Imper.offer. Adeò vt neque pater dotis loco congrua assignare alimenta genero possit, vt per Bald.Nouell. de dot.par.6.priuileg.15.Guill.Bened.in repet.cap. Raynutius verb. Dotem, numer. 16. ext.de testam. Martin.Colle.d.libro 2. capit. 10. numero 15. Ideòque longè grauior dotis, quàm alimentorum præstatio, ex tex.in §.fideiussores ita, instit.de fideiussori, §.Plus autem, instit.de actio. leg.si cui, 12.§.Minus soluit. D.de verbor.signific. l.fin. vbi Bart.D.de liber. agnosc. Andre.Alciatus ad leg. 1. num. 2.solut. matrim.

Ex quibus suprà assignata distinctio inter eum, qui iure actionis, vel officio Iudicis alimenta consequitur, sustineri posset. Quia tamen prædicta assertio infallibilem in hac materia regulam nequit constituere; iudicis erit relinquendum † arbitrio, qui secundùm sub- 164
iectam materiam, quem pauperem esse, vel non, ad ea, quæ in præsenti notata sunt, mensurato arbitrio, poterit iudicare. Aduertendo præterea (casu quo dictæ sit distinctioni locus) cum de paupere simpliciter quærimus, non respectiuè ad alium, aliudvè, intelligendum. Respectiuè namque ad alium, etiam is, cui officio iudicis, sanguinisque iure alimenta (veluti à patre, fratrevè) debentur, pauper dicetur. Vt in vidua paupere, quæ licèt patrem, aut fratrem diuitem habeat, hæredum mariti defuncti respectu (vt ab ejs alimenta intrà annum luctus dote non restituta consequi, extorquereque possit) pauper reputabitur, iuxta communem Doctorum sententiam, traditam à Socin.in l.Diuortio, num.7. & Alex.num.16.D. solut.matrim. Salyc.in d.l. vnic.§. Exactio, numer.33. C.de rei vxo.act. Cardin.Tusch. lit.D. conclus.741. numero 6. Surd. de alimen. tit. 1. qu.44.numero 40. & 46.Franch decis.489. numer.16.Anton. Capit. decis. 24. numer.6.& 7. tradit (ex Campeg. Lanat. Toro, Molfes.Barbos Rebello.Matienz. multisque aliis) Antonin.de Amat.resolut. 49.n.55.

VTRVM

VTRVM PAVPER SIT, qui plura, magnæque æstimationis bona habet; non tamen ex eis sufficientes redditus percipit, ex quibus se, familiamq; suam alat, decenterque pro conditione viuere possit?

SVMMARIVM.

165 *Pauper non tam ex bonorum defectu, quàm redditnum quis iudicatur, quia licèt magni valoris bona habeat, si redditus ex ea ad vitam decenter degendam non percipiat, pauper erit,* & num. seqq.

166 *Turris, vel palatium non ex sumptibus, & valore ædificij, sed ex redditibus æstimandum est.*

167 *Proprietas vendi non debet, vt ex eius pretio pauper, vel diues quis iudicetur, sed redditus ipsius rei ad id erunt considerandi,* & num. seqq.
Limita, vt num. 172. & seq.

168 *Ab his, qui in quantum facere possunt conueniuntur, extorquenda non est, nec vendenda res magni valoris, quæ redditus tantùm ad vitam necessarios præstat.*

169 *Obligatus aliquem alere, proprietatem, vt alimenta præstet, vendere non debet.*

170 *Et in quibus casibus id locum non habeat?*

171 *Vxor repetere poterit dotem à viro, qui licèt bona sufficientia pro dote restituenda habeat, non tamen pro conditione sua, & ad decentem victum redditus ex eis necessarios percipit, ita vt ea alienare necesse sit.*

172 *Proprietas exigui redditus vendi debet, quando ex pretio res comparari posset, quæ eos sufficientes præstaret, annuusvè congruus posset constitui census,* & num. 173.
Limita num. seq.

175 *Habitationes antiquæ, multùm ad nobilitatem conferunt.*

176 *Cogi non debet quis (quantumcumq; iusto pretio, & etiam Ecclesiæ construendæ, ampliandævè causa) Maiorum domum vendere.*

177 *Honor omnibus diuitiis anteponendus est. & debet quis potiùs mori, quàm honorem non conseruare.*
Honor est maximum bonorum externorum, ibid.

178 *Res magni valoris vendi debeat necne, & an ex ea creditoribus satisfieri, dominoque ex illius fructibus sufficienter possit esse consultum; Iudicis relinquitur arbitrio.*

§. IV.

VT breuiter in hac quæstione procedamus, resolutiuè respondemus. pauperem, non tam ex defectu bonorum; quàm redditaum, † iudicandum. Licèt enim plura bona magni valoris, & pretij quis habeat; si tamen ex eis pro se, suisque alendis, necnon & decenter secundùm conditionem suam vitam degendam, redditus percipit (vt si pulchræ, & antiquæ domus, latorum nemorum, & huiusemodi aliorum dominus sit; quæ tamen sufficientes ad suprà dicta, redditus, fructusvè non præstant, si aliis bonis careat) pauper erit, tex. videtur in *l. Qui bonis*, 6. *D. de cessione bonor.* vbi expressè notat Bart. & ibidem Alex. *in eius additionibus* pluribus firmat, per *legem Si fundum, per fideicommissum*, 92. *alias* 94. *& ibi notata per* Bar. *de leg.* 1. & alia iura: Bald. etiam *cons.* 30. *incipit, Sicut dixi, lib.* 1. *per leg. Ius alimentorum*, 3. §. 1. *D. vbi pupill. educar. debeant*; Iaso *in l. Si constante, num.* 149. *in fin. D. solut. matrim.* Aymon. Crauet. *cons.* 199. *num.* 6. Aldouin. *cons.* 73. *num.* 7. Marcabrun. *cons.* 110. *num.* 51. vbi quòd nepris dicitur pauper si habeat dotem maternam, non tamen ex ea fructus, vnde viuere possit, percipiat. Marc. Ant. Natta. *cons.* 590. *num.* 14. *lib.* 4. *in fin.* Caepan. *in statut. Mediolan. cap.* 312. *num.* 10. *part.* 1. Brunnor. Sole *in compend resolut. iuris, lit. P. verbo Pater*, 10. Rugerius *cons.* 17. *num.* 28. *lib.* 2. Iacob. Menoch. *consil.* 7. *num.* 18. Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan. cap.* 7. *gloss.* 13. *num.* 32. Addens, eum qui palatium picturis fabrefactis egregiè ornatum habet, ex quo nullos, vel exiguos percipit redditus, quibus ea, quæ huius vitæ vsus postulat, comparare sibi nequeat; pauperem dici. Rota Roman. *Diuersor.* 48. *numero* 5. *part.* 2. Camill. Laratha *consil.* 5. *numero* 149. vbi pauperrimum dicit eum, qui non nisi castrum reddituum 150. pro suis, suorumque victu habebat Francis. Viuius *decisione* 521. *numero* 16. *libro* 4. hunc legis vnicæ C. quando Impera. inter pupill. & vidu. priuilegio gaudere asserens. Fului Pacia. *de probat. lib.* 1. *c.* 54. *num.* 48. *&* 49.

Neque palatium, vel turris ex sumptibus. & 166
valore ædificij, † sed ex redditu consideranda, æstimandavè est, secundum Ioan. de Platea *in l.* 1. *C. de prad. & omni. reb. naui.* Soletque ad id notari *text. in d. l. Qui bonis.* Plura iura, & authoritates refert ad hoc Arias Pinell. *in l.* 2. 3. *part. cap. vltimo, numero* 28. *C. de rescinden. vendit.* Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan. cap.* 6. *glossa* 12. *numero* 5. multos alios adducens, firmat Ioann. Aloys. Ricci. *in decisione Cur. Arch. Neapol.* 7. *num.* 1. *parte* 4. multisque relatis Ioseph. Ludouic. *decis.* Perus. 65. *num.* 11. *& seqq. part.* 2.

Non enim debet vendi proprietas, † vt ex 176
eius pretio quis pauper consideretur, vel diues; sed ex redditu, an sufficiens, vel insufficiens ad necessaria vitæ comparanda sit. Ita (præter iam relatos) tenent (per *d. l. Qui bonis*) Aretin. *in l. Alimenta, num.* 3. *C. de nego. gest.* Marc. Anto Natta. *cons.* 65. *num.* 12. Roland. à Valle *cons.* 55. *num.* 6. *lib.* 2. Euerard. Iuni. *cons.* 21. *num.* 6. *volum.* 1. Iacob. Menochi. *d. cons.* 7. *num.* 18. *& cons.* 87. *num.* 66. *& cons.* 433. *num* 15. Nicolaus Rausner. *decis.* 2. *num.* 57. *lib.* 2. Tiber. Decian. *consil.* 70. *num.* 16. *libro* 2. Ioann. Cephal. *cons.* 498. *num.* 24 Marius Giurba *dict. cap.* 7. *gloss.* 13. *num.* 32. Cardina. Tusch *practi. conclus. litera A. cõcl.* 287. *n.* 20 *& cõcl.* 301. *n.* 60. Rota Bononien. *decisione vigesima-quinta num.* 75.

Cæsar Barzius *decisione 69. numero quadragesimo sexto.*

Vnde si quis ex his, qui priuilegio nè conueniantur vltra quàm facere possunt, gaudent; bona suprà dictæ naturæ habeat (quæ licet multi momenti sint, ad decentem vitæ sustentationem redditus non præstent, vel non excedant) ab eo nec extorquenda, † nec vendenda erunt, ex proximè tradita ratione (ad hoc nempe vt quis pauper, vel egere dicatur, aut non redditus, non valorem rei esse spectandum) *tex. in d. l. Qui bonis*: eamque sententiam tenent Decius *in l. Diuus Pius in fin. D. de reg. iur.* Iason. *in d. l. Si fundum per fidei commissum, n. 5. D. de legat. 1. & in §. Sed etsi quis, n. 11. inst. de actionib.* Nicola. Boer. *decis. 19. n. 7. & 8.* Aymon. Crauet. *cons. 119. n. 9.* Pet. Surd. *de alimen. tit. 4. quæst. 9. n. 15. & 16.* Plures alios referens Vincent. Caroc. *de remed. contra præiudic. senten. vel damnos. execution. except. 25. numero quarto* vbi hanc magis communem dicit. 168

169 Quibus etiam conuenit, cum qui aliquem alere obligatus est, proprietatem † vt alimenta præstet vendere non debere, *d. l. Ius alimentorum, 3. D. vbi pupulli educar. debe. l. Imperator. 50. in fin. D. ad Trebel. l. pen. D. de alim. & cibar. legat. l. fin. §. Ipsum autem, C. de bonis, quæ liber l. 1. §. Mulier, D. de vent. in posse. mittend. d. l. Qui bonis, 6. D. de cessione bonor.* Cuman. *cons. 30. nu. 4.* Alexan. *cons. 100. in fin. libro 1. & consilio 72. numero 2. & 7. libro 5. & ibi eius Addit. verb. Proprietas,* Annan. *cons. 46. num. 9.* Gozardi. *cons. 95. num. 4.* Aymon. Crauetta *d. cons. 219. num. 9. & d. cons. 199. numero 11.* Francisc. Marc. *decis. Delphinat. 323. n. 2. part. 1.* Ioan. Garcia *de expens. c. 4. num. 18. & 19.* Marc. Anto Pereg. *cons. 89. n. 14. ad fin. lib. 3.* Ioan de Amic. *cons. 56. num. 2.* Martin. Coller *de alim lib. 2. c. 2. n. 83.* Iacob. Menochi. *casu 169. num. 3. & casu 183. num. 26.* Alexan. Raudens. *decis. Pis. 29. num. 104.* Petr. Surd. *de alimen. titul. 4. quæst. 9.* Cardina. Tusch. *lit. A. conclus. 283. num. 1. & seqq.* Vincent. *de Franch. decis. 135. num. 7. & decis. 489. num. 19.* Borg. Caualca. *de vsufruct. num. 36.* Vrsil. *ad Afflict. dec. 99.* Rolan. *à Valle cons. 22. num. 21. lib. 1.* Paul. Montan. *de tutel. regul. 8. n. 224.* Alex. Trentac. *variar. resolut. lib. 1. tit. de aliment. resolut. 1. num. 21.* Mar. Ant. Narta *cons. 387. num. 8.* Paul. Æmil. Gallus *de excep. p. 2. tit. 4. excep. 13. num. 60.* Tell Fernand. *in l. 50 Taur num. 14. & 15. vbi etiam* Anto. Gomez *num. 40.* Ioan. Gutierrez *allegat. 14. num. 5. & de iuram. confirm. part. 3. cap. 15. num 11.* Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan. c. 7. gloss. 16. num. 12. part. 1.* Antonin. Thesaur. *decis. Pedemont. 211. num. 17.* Francisc. Bursat. *cons. 88. num. 17. lib. 1.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 19. part. 4. glo. 7. verb. La riqueza,* Hieronym. Ceball. *commun. contra commun. lib. 3. quæst. 780. num. 109. & seqq.* Matienz. *in l. 8. tit. 8. lib. 5. nouæ Regiæ Collect. glo. 1. num. 11. idem* Gutierrez *de tutel. 3. part. cap. 12. n. 7.* Vincen. Caro. *de remed. contra praiud. sentent. excep. 25. num. 4. cum seqq.* Hieron. Mago. *decis. Lucens. 73. nu. 26.* Anton. Faber. *in suo Cod. defin. lib. 5. tit. 7. defin. 19. num. 5.* Facit benè *tex.* & quod ibi notat Bald. *in leg. Si seruus 22. versic. Quid est autem, D. de noxalib. actionib.*

Apud quos huius rei plures ampliationes, limitationes, & intellectus vide. Vtrùm scilicet in alimentis debitis titulo oneroso, † vel lucratiuo? in præstandis ex propriis, alienisvè bonis? in debitis ad vitæ necessitatem, vel ad decorem, & condecentiam? in ministrandis ei, qui futurus est dominus, vel alteri procedat? Ex quibus communis deducitur resolutio; pro alimentis præstandis titulo oneroso, ex alienis bonis, in debitis ad vitæ necessitatem, vel ei, qui dominus futurus est; vendi etiam proprietatem debere. Ne sigillatim de vnoquoque (longum enim id esset) discutiamus. 170

Non ergo ex bonorum qualitate; sed quantitate, & redditu, pauperem iudicandum, colligitur. Confirmaturque prætereà: Quia licèt maritus pro dote restituenda sufficientia bona habeat; si tamen pro sui, suorumquè victu, vel necessariis sumptibus redditus non percipiat: † ita vt proprietatem vendere necessarium sit; poterit vxor ab eo, tanquam à paupere, & egeno dotem petere. Ita (ex constitutione *text. in l. Vbi adhuc, 29. & l. in rebus, 30. paragrapho Omnis, C. de iure dot.*) not. Paul. Æmil. Gall. *in tractat. de except. titul 4. part. 2. except. 9. siue 3. num. 2.* 171

Planè si adeo magni valoris res esset, quæ necessarios ad vitam fructus non præstat: si tamen venderetur, ex pretio res alia, quæ eos præstaret comparari posset, † annuusve sufficiens census ex pecunia constitui; pauperem eius dominum non esse, arbitror. Cùm facere possit ne pauper sit, ex ratione vulgaris *text. in l. Qui potest, 174. D. de reg. iur.* Vendi enim in tali casu † rem debere, tenent Alexand. *post Imol. in l. Si maritus, 43. num. 4. D. solut. matrimon.* Aretin *in §. Sed si quis, in fin. vbi etiam not.* Ias. *numero 11. instit. de actionib* Vincent. Caroc. *de remed. contra præiudic sent. d. except. 25. num. 7.* 172 173

Hanc tamen limitarem sententiam, si domus, castellum, vel castrum Maiorum † esset. Licèt enim domo, vel castro vendito, sufficientes ex pretio redditus comparari ad viuendum possent: sicquè paupertas cessaret; adhuc tamen pauperem dici, neque domum, vel castrum exigui redditus vendere debere dominum iudico: ex ratione *text. in l. Lex, quæ tutores, 22. §. Nec verò, C. de administ. tutor. Nec verò (inquit ibi Imperator Constantinus) domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua Maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas videre satis est lugubre.* 174

Multùm enim ad nobilitatem † huiusmodi conferunt habitationes, vt (per *text. in l. 1. C. de prædiis, & omni. reb. nauic. lib. 11.*) tradunt Bald. *in proœm. decret. verbo, Rex Pacificus, numer. 84.* Andr. Tiraq. *de nobilit. cap. 39. num. 13.* Ioan. Arze *ab Otalora eod. tractat. de nobilit. cap. 4. num 8. cum duobus seqq. p. 2.* Ioan. Garcia. *eod. pariter tractat. glos. 18. num. 28. cum seq.* Prosper Farinac. *nouis. Rotæ decis. 504. num. 9. par. 1.* & aliis infrà proximè referendis decisionibus. 175

Et si quis ad earum (quantumcumque iusto pretio, & etiam Ecclesiæ construendæ, ampliandæ

pliandævè causa) venditionem cogeretur; magnum pateretur detrimentum. Ideoquè vendere †
176 nullo modo cogendum, obseruat latè (ita decisum referens) Prosper Farinac. *nouissim. Rota Roman. decis. 372. ex num. 4. & decis. 676. num. 8. par. 1.* adducens in confirmationem Sacræ paginæ, *lib. 3. Reg. cap. 21* exemplum illud *Naboth*, qui *Achab* Regi suo vineam pro vsu proprio poscenti, melioremquè aliam offerenti, condignumvè argenti pretium, respondit. *Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Nec censuit *Achab* posse *Naboth* iure Regio ad venditionem, vel permutationem compellere, ob quod ad calumnias contra eum, iniustamquè mortem ventum est; legitimamquè *Naboth* constat fuisse excusationem. Potentior autem in superioribus annotatis est casibus, in quibus Maiorum memoria, nobilitas retinetur, ex eisquè arguitur, periretquè si ad extraneos transiret dominos. Quod ob quodcumquè pecuniarum commodum ferendum non est.

177 Omnibus enim diuitiis honor † est anteponendus. Namquè secundum *Aristo. libro 4. ethicor. Honor est maximum bonorum exteriorum.* Et potiùs mori, quàm honorem non conseruare quis debet, *leg. Isti quidem. 8. paragrapho Quod si dederit, D. de eo quod met. caus.* Socin. Iun. *cons. 38. numero 40. lib. 1. latè* Crauet. *cons. 168. numero 3.* refert, & sequitur Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 4. casu 377. numero 19.* Thom. Grammat. *decis. 98. numero 3.* Prosper Farinac. *q. 15. numero 6.* Marius Anto. Macerat. *variar. resolut. lib. 3. resolut. 11. numero 2.* Sebastia. de Medic. *in tractat. Mors omnia soluit. 1. par. num. 171.*

Non igitur ad prædictarum rerum venditionem, in quibus & affectio consistit, & honor conseruatur, adstringendus pauper erit, nec rei valor, sed redditus erunt in consideratione. Nequè enim cum honoris detrimento vitanda erit paupertas, ne dum malo obuiare intendimus, in deterius incidamus.

178 Idquè iudicis arbitrio relinquendum erit; † qui prædictis circunstantiis perspectis, vendi debeat, nec ne res, iudicabit, ex *text. in leg. Si quis sepulcrum, 12. vers. Præses etiam, D. de religio. & sump. fune.* optimè Farinac. *d. decis. 372. numero 3. & seqq.* præsertim *numero 6.* Et an res magni valoris sit, ex qua & creditoribus satisfieri, & domino etiam ex fructibus possit esse consultum, vtquè pauper dicatur, vel non Iudicis arbitrio committi, tenent Bald. *in leg. fin. numero 6. C. qui bon. cedere pos.* Iac. Menoh. *de arbitrar. libro 2. casu 183. numero 36.* Petr. Sur. *de aliment. titul. 4. quæstio. 9. numero. 20.* Vincent. Caroc. *dict. except. 25. nume. 8.*

* * *

VTRVM PAVPER SIT: qui bonis externis abundat, internis tamen, & animi caret? Et an pauperum priuilegiis, & fauoribus gaudeat?

SVMMARIVM.

179 *Pauper non solùm est, qui externis, sed qui internis, & animi bonis caret.*
180 *Bona animi, propriè, & verè, bona, dici possunt, & debent,* & num. 183. & seq.
Bona *vnde dicta?* ibid
181 *Verbum,* Beo, *quid significet?*
182 *Bona externa beatos non faciunt homines*
183 *Bona animi non pereunt, ipsumquè spiritum corpore exutum non deserunt.*
184 *Animi bona verè, & propriè* beant, *hoc est, beatos homines faciunt.*
185 *Diues malis moribus imbutus, pauper est. Et è contra pauper, qui bonis moribus præditus est, animiquè bonis abundat, licet externis careat, diues.*
186 *Animi pauperibus leges non fauent, quia mali mores excusare non solent.*

§. V.

PRo complemento, & exornatione superioris principalis quæstionis, eiusquè coronide, sciendum est. Pauperem non solùm eum, qui patrimonialibus; sed etiam qui animi bonis † caret, malisquè moribus imbutus est (ad externæ paupertatis similitudinem) dici: notat 179
elegantet Bald *in l. Humilem, in fin. C. de incest. nup.* Ias. *in l. Si constante, num. 145. in fin. D. solut. matrim. vbi* Francisc. Ripa *num. 34.* Dec. *in auth. Præterea, num. 15. C. vnde vir & vxor.* Alexand. *cons. 209. num. 3. & seq. lib. 6.* Petr. Roiz. Maur. *decis. Lituanica 4. num. 225.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 65. num. 14.* Andr. Gail. *practic. obseru. lib. 2. obseruat. 95. num. 19.* Hieronym. Buccaron. *de different. inter ius ciuit. & crimin. differ. 100. num. 27. prope fin.* Marius Giurba *in consuetud. Senat. Messanens. capite 3. glos. 4. numero 10. in fin. p. 1.*

Cùm enim pauper dicatur, qui externis; multò magis, qui internis, & animi bonis caret (quæ propriè, & verè bona † dici possunt, & debent,) pauper erit. *Bona* enim ex eo dicta sunt, quod 180
beant (hoc est beatos faciunt) *l. Bonorum appellatio, 49. D. de verbor. signif.* Camil. Borell. *de Magistrat. edict. lib. 1. cap. 13. nu. 12.* & apud Græcos, & Latinos, verbum, *Beo,* significare † idem quòd *Dito, Beatitudo, & Diuitia;* tradit Andr. Tiraq. *in l. Si vnquam. verbo, Bona, numero 1. & seqq. C. de reuocand. donat.* vbi plura ad hæc videri poterunt. Conuenit Horatius *epistolarum lib. 2. epistol. ad Numitium.* 181

Ergo
Si res sola potest facere, & seruare beatum.
Et lib. 2. sermon. Satyra 6.
Verùm ne
Diuitiis homines an sint fortuna beati.

Et

Et Iuuenal, Satyra 14.

Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant.

Et Senec. epist. lib. 4. epistol. 27. *Calphisius Sabinus memoria nostra fuit diues (ait) & patrimonium habebat libertini, & ingenuum. Nunquam vidi hominem beatum indecentius.*

Externa autem bona nequaquam homines beatos faciunt.† Licèt enim diuitiarum frons hilaris sit, multis tamen intùs amaritudinibus
182 sunt refertæ, vt inquit Valer. Maxim. *lib. 4. de pauper. cap. 1. & lib. 6. de varietat. casuum cap. fin.* vbi hæc adiicit. *Caduca nimirum hæc, puerilibus consentanea crepundiis sunt, quæ vires, atquè opes humanæ vocantur. Affluunt subitò, repentè dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nexa radicibus consistunt, sed incertissimo statu fortunæ, huc, atquè illuc acta, quos in sublime extulerunt, improuiso decursu destitutos, in profundo cladium miserabiliter immergunt Itaque neque existimari, neque dici debent bona, quæ vt inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicent, propensiore fauore primò delinitos, maiori posteà malorum cumulo opprimere solent.* Matthæus etiam Bossus 1. *par. epist. vltim. Non sunt certa (inquit) solidaquè hominis bona, quæ sua semper esse non possunt*, pro vt eum refert *Addition.* Guil. Benedict. *in procem. repet. cap. Raynuntius, de testam. verb. Vt initium.* Quodquè Philosophorum ex éplis confirmat. Pulchrè Senec. *de diuin. prouidentia*, in hæc verba: *Isti, quos pro fœlicibus aspicitis, si non quà currunt, sed quà latent videritis; miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum, extrinsecus culti. Non est ista solida, & sincera fœlicitas, crusta est, & quidem tenuis.* & in lib. de tranquillitate vitæ, capit. de mutatione animi. *Transeamus (inquit) ad patrimonia, maximam humanarum ærumnarum materiam. Nam si omnia alia, quibus angimur compares, mortes, ægrotationes, metus dolorum, laborumquè patientiam, cum his, quæ nobis mala pecunia nostra exhibet, hæc pars multum prægrauabitur.*

Bona verò interna, & animi, verè, & propriè, plenoquè ore *bona* dici, existimariquè debent. Tùm propter eorum existentiam, † & durationem quippè, quæ neque cum homine
183 mortali pereunt, ipsumquè spiritum corpore exutum non deserunt, iuxta illud Ouid. *lib. 3. Tristium, elegia 7.*

Singula quid referam? nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis, ingeniiquè bonis.

Senecæquè Tragœdi in Octauia. actu 2.

Sola perpetuo manent
Subiecta nulli mentis atque animi bona.

Eleganter Plinius *lib. 1. epistol. epist. ad* Caninum Rufum. *Effinge aliquid, & excude; quod sit perpetuo tuum. Nam cum reliqua rerum tuarum post te alium atquè alium dominum sortientur: hoc nunquam tuum desinet esse, si semel cœperit.* Hæc ille. Non absimile Senec. *epistol. lib. 1. epist. 8.* in fin. ibi: *Alienum est omne quidquid optando venit.* & ibi: *Alienum est tuum, quod fortuna fecit tuum.* Et epist. lib. 16. epist. 99. *Mortale est omnium mortalium bonum.* & lib. 3. epist. 20. *Huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus, vt contentus sis temetipso, & ex te nascentibus bonis. Quid potest esse fœlicitas proprior?* Et lib. 4. epist. 27. *Aliquid potius bonum mansurum circunspicè, nullum autem est, nisi quòd animus ex se sibi inuenit. Sola virtus præstat gaudium perpetuum, etiam si quid obstat nubium.*

Tum quia animi bona verè, & propriè *beant*, † hoc est, beatos homines faciunt. Cui beatitudini nequaquam paupertas repugnat exterior. Licèt enim bonis externis careant: si tamen animi abundent, beati sunt. Est huius veritatis (vulgò incognitæ) validissimus assertor *Horatius lib. 4. serm. Satyra 9.* 184

Non possidentem multa vocaueris
Rectè beatum, rectiùs occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter vti,
Duramquè calet pauperiem pati;
Peiusquè letho flagitium timet.

Verumquè ostendit *Anaxagoræ Clasici* responsum. Qui cuidam interroganti, quis nam esset beatus? *Nemo, inquit, ex his, quos tu fœlices existimas; sed eum in illo numero reperies, qua te ex miseris constare creditur. Non erit ille diuitiis, & honoribus abundans, sed aut exigui ruris, aut non ambitiosæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor: in secessu, quam in fronte beatior.* Vt refert Valer. Maxim. *lib. 7. de sapienter dictis, aut factis, cap. 12.* Cui simile est, quod idem ipse Valer. *lib. 7. de fœlicitate, capit. fin.* de *Gige Lidorum Rege* potentissimo scribit. Scitè Plinius *nepos ad Quintilianum suum, epistolar. lib. 6. Te porrò animo beatissimum; modicum facultatibus scio*, (ait.) Beatitudo namquè, & fœlicitas, secundum *Philosoph. politico. 7.* non est in bonis exterioribus.

Vnde colligitur manifestè, eum qui plura externa bona, diuitiasquè habeat, si animi egeat bonis, malisque sit imbutus moribus pauperem † reputari; è contrà verò, quantuncumque externis facultatibus carentem; animi tamen bonis abundantem præditumque, pauperem appellandum non esse. Quod ostendit *Psalmista Psalm. 33. Timete (inquit) Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt, & esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* D. item probat Augustin. 7. *de ciuit. Dei, cap. 12.* in hæc verba: *Dicimus diuites, sapientes, iustos, bonos, quibus pecunia vel nulla, vel parua est: magis sunt virtutibus diuites, per quas eis, etiam in ipsis corporalium rerum necessitatibus, satis est, quod adest. Pauperes verò semper inhiantes, & egentes,* prout eum refert Lucas *de Pen. in l. Domini, nu. 4 C. de agric. & censi. lib. 11.* tenentque in principio adducti, Pet. Roiz. *d. decis. 4. num. 227.* Alexand. *d. cons. 209. num. 3. lib. 6.* Andr. Gail *d. obseruatio. 95. num. 19.* Francisc. Ripa, & alij. Quod pulcherrimè demonstrauit Seneca *in libr. de diuina prouidentia* Sic dicens: *Persuadebo deinde tibi, ne nunquam boni viri miserearis, potest enim miser videri; non potest esse.* Miser autem verè est, & pauper, qui prauis, deperditisque moribus imbutus est, quibus 185

nec

nec auxiliantur leges;† nec miserabilium, aut pauperum competunt priuilegia; teste Bald. *in auth. Cui relictum,num.9. C.de viduis,toll.*& profitentur omnes proximè adducti: quia mali mores excusare non solent.

Hæc autem de animi paupertate (id est de bonorum morum, virtutumvè carentia) ad bonorum externorum paupertatis, indigentiæquè similitudinem adiecimus, non quòd paupertatis exterioris à nobis suprà tradita definitione comprehendi necesse sit,cum magis interioris paupertatis speciem constituat. Ideoque alia,quæ necti hac in re possent, consultò omittimus.

Paupertas quomodò probetur?

SVMMARIVM.

1 *In omni casu tam ciuili, quàm criminali duo adminùs testes requiruntur, nec minori numero, vnico scilicet,quamtuncumque digno,tam humano, quàm diuino iure creditur,*& nu.seqq.

2 *Et etiam si Senatoria, aut Præsidiali dignitate præfulgeat.*

3 *Princeps statutum, vel consuetudo efficere non possunt (generaliter saltem,& in omni casu, quandovè de tertij non leue præiudicio agitur) vt vnico testi plena adhibeatur fides.*

4 *Nec piæ causæ fauore vnico testi creditur,* remissiuè.

5 *Vel vbi iudici* sola veritate inspecta *iudicare commissum est,*remissiuè.

6 *Nec Cardinali,Regi,aut Pontifici plenè creditur, vbi de tertij non leue agitur præiudicio,*remissiuè.

7 *Paupertas duobus testibus probanda est, euidentissimè,vel notoriè,*& n.seqq. *Contra* n.16.& seqq.

8 *Verbum*, Euidentissimè, *notorium denotat. Et qualiter accipiatur?*num.49.

9 *Vbi manifesta, vel euidens probatio à lege requiritur, quæ probatio necessaria sit?*

10 *Et an sufficiat per testes, vel instrumenta? vel necessariò sententia definitiua desideretur?*

11 *Paupertas plenè ab eo, qui pauperem se dicit, cuiusvè fundamentum est,probari debet.*

12 *Probatio per duos testes,plena dicitur.*

13 *Conueniens testimonium est viciniorum ad paupertatem probandam.*

14 *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*

15 *Paupertas sufficienter probatur, si vicinus dicat,*scio,quia vicinus sum.

16 *Paupertas probatur vnico teste,etiam parte non citata, ad effectum trahendi aduersarium ad Curiam in prima instantia.*

17 *Et ad effectum ne officialibus Curiæ sportulæ, vel salaria soluantur, & vt omnia fiant gratis,ex iure Communi, & regio.*

18 *Et an vnico teste probetur paupertas, vt litiganti pauperi alimenta præstentur?*

19 *Alimenta præstanda sunt pauperi litiganti pro se præsumptionem, vel vnius testis dictum habenti.*

20 *Paupertas per iuramentum, vel testimoniũ Magistratus vbi pauper degit, probatur.*

21 *Et per ipsius partis iuramentum, ad hoc vt à carceribus liberè relaxetur, ob iudicis,vel officialium sportulas, vel salarium.*

22 *Et simplici partis assertione probatur etiam paupertas, refunditquè in aduersarium, contrarium probandi onus.*

23 *Et an præsumptio,suspicio,aut verosimilitudo præter assertionem requiratur?*& numer.24.25.26.27.28.& 29.

27 *Paupertas vt naturalis qualitas inesse præsumitur,cum omnes nudi nascantur.*

28 *Olim pauper,& nunc pauper præsumitur.*

29 *Paupertas vt negatiua, sui natura improbabilis est.*

30 *Paupertas per famam publicam, vulgique probatur opinionem.*

Limita & intellige,vt n.31.32.& 33.

35 *Confessio mariti dicentis se vergere ad inopiam,aduersus creditores non admittitur, sed simulata præsumitur.*

85 *Secus quoad ipsum maritum, confessio enim eius etiam exiudicialis sufficit, vt tanquam à paupere dotem possit repetere vxor.Limita vt* num.seq.

37 *Ex eo,quòd quis in hospitali degit,non tanquam administrator,medicus,vel similis, probatur paupertas.*

37 *Item ex eo, quòd ob æs alienum ad Ecclesiam confugit.*

39 *Vel si domum æris alieni timore non exeat, in carceremvè sit detrusus.*

40 *Vel quia in proprio domicilio stare non potest,aut quia decoxit.*

41 *Vel quia bonis cessit.*

42 *Vel quia eius bona fuerunt confiscata, & Cameræ applicata.*

43 *Vel ex eo, quod quis discalceatus incedit, ostiatimvè mendicat.*

44 *Mendicantes validi qualiter puniantur, quasquè pœnas incurrant?*

45 *Item probatur paupertas per discutionem bonorum à nuntio mandato iudicis factam, vel per liberum æstimi.*

46 *Vel ex eo, quòd quis solitus sit pro aliis fideiubere.Limita vt* numer.seq.

48 *Itẽ ex eo,quòd sub vsuris pecunias retinet.*

49 *Interpretatio ad* text. in l.si constante,25. D.solut.matrim.

50 *Arbitrio iudicis relinquitur, quæ euidens probatio in præsenti (etiam vbi de tertij agitur præiudicio) dicatur.*

51 *Paupertas præsumptionibus,& indiciis sufficienter probatur.*

QVÆSTIO V.

VVlgaris, tritaque iuris est regula.In quolibet negotio,vel causa,tam ciuili,quàm criminali, duos ad minus † testes requiri, eosque plenam fidem facere; *text.in l.Vbi numerus,*12.*D.de testib. in l.Theopompus,* 14.*D.de dot.præleg.in l.*1.*§.fi.D.quemadmod.test. aperi. c.In omni negotio,* 4. *extra de testib. c. Ex insinuatione,* 3.*de procurat.c.fin.de succes. ab intest. cap.Cùm esses.*10.*de testam.* 1

Nec minori numero) vnius scilicèt testimonio) vllam posse causam terminari, *cap. Licèt vniuersis,* 23.*in fin.cap. Veniens,* 38 *cap.Licèt ex quadam,* 47.*& d.cap. In omni negotio, de testib.*

testib. l. iurisiurandi, 9. vers. Simili modo, C. eod. l. Is cui fideicommissa, 20. D. de quaestion. Specul. in tit. de testib. in §. Restat, num. 7. Paz *in praxi, 1. p. to. 1. 8. tempore, n. 10.* Et ne in re tam clara immoremur, qui plures desideret, propè infinitos adductos per *Farin. lib. 2. praxis crimi. tit. 6. quaest. 63. num. 1.* videre poterit, è quibus regulam hanc non solùm communiter receptam: sed apud omnes indubitatam, sine dubitatione asseri posse, affirmat: praeter eos etiam Dionys. Gothofred. *in d. l. Theopompus, 14. de dot. praleg. & in d. l. iurisiurandi, verbo, Vt vnius, lit. S.* Idquè ostendit Seneca *controuersiar. lib. 4. controuersia 17. sub vers.* Varius Geminus. *Qui testes (inquit) imò qui testis? Vni enim etiam de minori scelere non creditur.*

Quod non solùm de iure Ciuili, & Canonico; sed etiam de iure diuino procedit; *tex. in cap. Admonere, 8. 33. qu. 2. cap. fin. in fin. 35. qu. 6. cap. 17.* Deuterono. ibi: *In ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur* & *cap. 19. Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum.* & Matth. 18. *capit. Vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Plures refert (quos adducere superfluum esset) *Prosper Farin. vbi sup. num. 2.* Multas praedictae regulae numeris sequentibus ampliationes assignans, asserens-
2 que procedere in teste etiam Senatoria, † aut Praesidiali dignitate constituto, & in quolibet quantumcumque digno. Adeò vt neque statu-
3 to, † vel consuetudine, nec à Principe, vel Papa fieri possit, vt (generaliter saltem, & in omni casu) vnico testi plena adhibeatur fides, quandovè de tertij agitur praeiudicio, nec leue praeiudicium est. Nec etiam piae causae fauore
4 † vnico credendum esse testi. Vel vbi iudici
5 *sola veritate inspecta* † iudicare commissum
6 est; nec Cardinali, † Regi, aut Pontifici (vbi de tertij non leue, vt diximus, agitur praeiudicio) concludit ex *d. numero 63. cum seqq.* ad quem, & ad *d. numero 63. cum seqq.* ad quem, & ad *Anto. Gabriel. commun. conclus. tom. 3. titul. de probat. conclus. 2. per tot. & conclus. 3.* latissimè (vt alios omittam, hac de re agentes) recurrere in casus contigentia licebit.

7 Ex quibus paupertatem, pauperemvè quem esse, duobus ad minus testibus † probandum, nec vnius standum dicto, videbatur firmandum. Et ita in specie (post alios, quos refert) tenet Ioan. Maria Nouari. *in praxi elect. & variat. fori, quaest. 17. sect. 1. num. 10. 11. & 12. & collect. 144. num. 4.* Didac. Cou. *var. lib. 2. cap. 6. nu. 8. vers. Item satis probatur paupertas.* Probaturque ex decisione *text. in leg. si constante, 24. D. solut. matrim.* vbi *Iureconsult. Vlpianus* ad paupertatem probandam, euidentissimam requirit probationem, cuius sunt verba: *si constante matrimonio propter inopiam mariti mulier agere vellet; vnde exactionem dotis initium accipere proponemus? & constat exinde dotis exactionem competere; ex quo euidentissimè apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere.* Vbi autem *euidentissima* requiritur probatio, non nisi plena, & indubitabilis sufficit. Quinimò magis quàm plena desideratur. Verbum enim *Euidentissimè*, noto-
8 rium † denotat, vt obseruat ibid. *Bart. num. 11.*

Idemquè etsi *euidens*, † vel *manifesta* requi- 9
ratur; *text. in cap. Cùm olim, 24. de verbor. signif.* ibi: *Offensam illam nos rescribimus intelligere manifestam, quae vel per confessionem, vel probationem legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quae nulla possit tergiuersatione celari*; *text. in cap. 1. de in integr. restitut.* ibi: *Quòd si Ecclesia laesa est, & manifestè apparet detrimentum ipsius.* & ibi: *Quae in damnum eius data constiterit,* vbi id notat *glos. d. verb. Constiterit.* Imò sententiam diffinitiuam, vt *constare* † di- 10
catur, requiri; voluerunt *Iacob. de Are. & Ray. in l. Qui Romae, 122. §. Augerius, D. de verb. oblig.* Quod ob eorum authoritatem menti tenendum, dicit ibid. *Alexand. num. 3.* Licèt ipse sententiam necessariam non esse existimet, si aliter per probationum euidentiam constet, ex iuribus proximè adductis, & tenet alios referens *Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 75. num. 21.*

Plenè igitur paupertas ab eo cuius fun- 11
damentum est, pauperemvè se dicit, siue actor, siue reus sit, probanda erit; *glos. in l. si vero, 5. §. qui pro rei qualitate, verbo, Dubitetur, D. qui satisd. cog.* Dec. *cons. 120. num. 3.* Ludouic. Rom. *cons. 163. numer. 4.* Riminald. Iun. *cons. 593. numer. 65. lib. 5. & cons. 752. num. 3. lib. 7.* Matth. de Afflict. *decis. 377. num. 4. 6. & 7. vbi eius addit.* Vrsil. *numer. 1.* Andr. Tiraquel. *de retract. linag. §. 32. glos. vnic. numer. 94.* Roland. à Valle *cons. 20. numer. 19. lib. 2. & cons. 92. numer. 23. eod. lib.* latè Couarruu. *d. cap. 6. numer. 2. lib. 2. variar.* Marc. Anton. Natta *cons. 343. num. 3. & cons. 358. numer. 7. & 8. lib. 2.* Laurent. Syluan. *cons. 69. numero 22. lib. 2.* Ioseph. Mascard. *dict. conclus. 1159. num. 4. & seqq.* vbi de communi, Ioan. Bapt. Villalob. *in suis communi. opin. lit. D. num. 309.* de communi testatur etiam Cornel. Benincas. *de paupert. quaest. 6. principali numer. 2.* Franc. Hercul. *de negatiua proband. n. 12. & 13.* Petr. Plaça *in epito. delictor. cap. 31. post num. 21.* vbi receptissimam dicit sententiam, Fului. Pacian. *de probationib. lib. 1. quaest. 54. nu. 10. & seqq.* Prosper. Farinac. *lib. 2. praxis criminal. tit. 6. quaest. 57. num. 86. & duobus seqq.* Iacob. Menoch. *de praesump. lib. 6. praesumpt. 25. nu. 14. & cons. 321. ex numer. 22.* Aymon. Crauet. *cons. 911. num. 3. & cons. 946. num. 9.* Petr. Benint. *decis. 22. n. 13.* Gaspar. Baeça *de non melior. ratio dot. filiab. cap. 36. nu. 13. & 16.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. 1. par. cap. 1. num. 22.* Petr. Cened. *in suis practi. quaest. q. 14. num. 5.* Alphons. Hoxed. *de benefic. in compat. 2. par. c. 9. nu. 10.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 24. nu. 7. & tit. 7. qu. 8. num. 14. & decis. 320. nu. 5. & decis. 141. num. 2.* Lancellot. *Galliae in consuet.* Alexand. *glos. Solidos, quaest. 6. nu. 83.* Roderic. Suar. *in l. 1. tit. de arris, num. 15. & 16.* Caesar. Barzi. *decis. 69. num. 36. & decis. 80. numer. 7.* vbi communem dicit; Andr. Gail. *practic. obseruat. lib. 1. obseruat. 142. num. 2.* Francisc. Beccius, communem asserens, *cons. 105. numero 28. volum. 2.* Anton. Grauat. *in addit. ad Octaui. Vestr. in pract. lib. 4. capit. de dolo, & contum. verbo, Paupertas, num. 29.* Ioan. de Castil. *controuers. libro tertio cap. 27. numer. 5.* Vincent. de Franch. *decis. 585. in fin.* Ioan. Aloys. Ricci. *in praxi varia, resolut. resoluti. 381. numero 3. decis. Rotae* Bononi. *25. num. 66. &* 68. Camil. Borrel. *de Magistrat. edict. libro 1.*

cap

*cap.15.num.15.*Ioan.Mat.Nouat.*in praxi elect. & variat.fori.quæst.17.num. 8.& 9.sect.1.*Luc. Matth.Apicell.*in tractat. pauper.tit.1.de dilat. quinquen.num.18.& ibi* Mauric.Apicell.*in eius additio.nu.30.*

Vndè duobus, nec minori testium numero, probatio paupertatis fiat, necesse est, quæ ple-
12 na † dicitur ex iuribus latè in principio deductis, *& notat glos.in l. cùm de indebito, 25.verbo, Legitimis, D.de probatio.* Felin.*in cap.Prudentiam,§.Sexta,nu 2.extr.de offic.deleg.* Andr. Barbat.*in cap. Atsi clerici, numero 105. de iudiciis,* Ias.*in l.fin.§.Licentia, numero 2.C.de iure deliber.* Dec.*in rubric. extr.de probat.numer.8.* Paz *in praxi, 1. part. tom. 1. octauo tempore, num.5.*

Conueniensque in hac materia testimonium
13 est vicinorum, † & familiarium, vt (post alios tenet Ioseph. Mascard. *de probatio. d. conclus. 1195. numero 23.& seqq.& numero 39.* Francisc. Marc. *decis.Delphinat.596.numero 2.lib. 2.* Fulu. Pacian. *d cap. 54.num.39.* Palac.Rub. *in repet.cap. per vestras, §.18.numer.32.& 35.* Andr. Gail. *practicar.obseruat.libro 1.obseruat. 142.numero 6.* Stephan.Gratian.*discept.forens. c.660. ex numero 1.cum seqq. tom. 4.* vbi quòd hic, est melior, & tutior modus probandi paupertatem, vt si dicant, non nisi tot bona quem habere, quòd si haberet alia, ipsi ex familiaritate, aut vicinitate scirent, *glossa* est *in auth. de heredibus, & Falcidia, § si verò absunt, verbo, vidisse, collatio.1.* Et apertior *in leg.1.in princip.vers, Hoc interdicto, verbo, an non, propè fin. D.de itiner. actuque priuat.* Ludouic.Roman. *cons.296.numero 9.* Didac.Couat.*variar.resol. lib. 2. cap.6. num. 8. vers. Ceterùm paupertas,* valde prædictas extollens glossas, Franc. Hercula. *de negat. proband. numero 252.* Prosper. Farinac. *decis. nouis. Rotæ Roma.532.numer.2. par.1.*

14 Vicinus enim facta vicini † scire præsumitur; *text. in capit. Quosdam, 7. & seq.de præsumpt. vbi* Felin. *num.1.& seqq.& in cap.Literis, 12 numero 2.vers.ex quibus,& numer.5. & seqq.eod.tit.text.in leg.1.in princip.vers.Flumen à riuo, D. de fluminib.& ne quid in flumin.public. leg. si vicinis, 9. C.de nuptiis, l.filium eum definimus, 6. in fin. D. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris;* latè plures referens Anton. Gabriel *commun. conclus. tom. 3. tit.de præsumption.conclus.6.numero secundo & seqq.* Cardinal.Tusch. *practic.concl. lit.V.conclus. 201.per tot.& lit.S. conclus.62.* Palac.Rube. *d.§.18.numer.31.* Ioan. Baptist. Costa *de facti scientia,& ignor.cent.1. distinct.17.num.2.*

Ideoque sufficienter paupertas probatur
15 si testis dicat scio quia vicinus † sum. Felin. *in d.cap. Litteris, num.6.& 7.* Alex.*cons.80.numer. 7.lib.2.* Cardin.Tusch.*vbi sup.numer.3.4. 5.& 6.*

In his enim quæ vero similiter, & à communiter accidentibus vicinos latere non solent, nec possunt, vt paupertas, diuitiæ, boni, vel mali mores, & similia; sufficiens ad probationem redditio rationis est, vt dicunt suprà relati, latè plurimos referens Palac Rub. *dict. num.32.versiculo, Et inde est,& num.15.& numer.37.vers.concludo igitur.*

Licèt autem ad paupertatis probationem ex omnibus suprà dictis plena requiratur (& sic per duos testes) probatio, & minorem, aut semiplenam non sufficere, facile sit conijcere; Sæpissimè tamen, paupertatis fauore, semiple-
16 na sufficit, vniusque probatur dicto. † Siquis enim, paupertatis ratione ad Curiam in prima instantia alium trahere velit, casumque Curiæ facere; satisfaciet, poteritque eo gaudere priuilegio, si vnico teste paupertatem suam probet; imò neque ad id partis aduersæ, quæ ad Curiam trahitur, vel trahi desideratur, præsentiam, vel citationem requiri (ex Couarr. & aliis (not. Ioan.a Castillo *controuers. lib.3.capit.25.numero 28.* Thom. Valasc. *allegat.65. numero 15* Ludoui. Mexia *in tractat. taxæ panis, conclus. 1. numero 44.* vbi & ad id posse pauperem coram iudice municipij sui paupertatis probationem facere, modò coram nouarum actionum iudicibus vnum de paupertate testem proferat, asserit. Id quod ex *l.Regia,* sequenti numero referenda, deducitur, tenetquè cum aliis ibidem citatis Emmanuel Barbos.*in remis. Doctor. ad Ordinat.regiam Lusitan.lib.3.tit 5.§.3.n.9.*

Ad effectumque vt in Regalibus Audientiis officialibus stipendia pauperes, non soluant,
17 iuuentur, omniaque eis fiant gratis, vnius † testis à Cameræ, causæque notario recepti testimonio standum, disponit *Regia lex 25. tit.12. lib.1.noua collection.* cuius verba sunt: *Mandamos, que quando alguno se dize pobre para se escusar de pagar derechos a los oficiales de las Audiencias, que baste la informacion que de su pobreza truxere de fuera parte, dando vn testigo en la Audiencia que concluya, con tanto que lo tome el escriuano de la causa.* Eandem sententiam (præter regiam dispositionem, vnicum testem in hoc casu sufficere; etiam absque partis alicuius citatione) tenet *Burgius de modo procedendi ex abrupto, quæst. 21. numer.8.& 9.*

Ita etiam vt alimenta pauperi litiganti de-
18 cernantur, vnicum † de paupertate deponentem sufficere testem, profitetur (ex *Ludoui. Molinæ, Tiberij Deciani, & Iacobi Menochij,* quos adducit, sententia) *Hieronym. Zeballos communi. contra commun. lib.3. quæst.757. numero 120.* Qui tamen (vt verum fatear id ad quod eos Zeballos allegat, probare nominatim
19 non videntur, sed alimenta decernanda ei, † qui licèt omninò, & plenè intentionem suam non probauit; boni tamen iuris præsumptionem habet. Quod efficere vnius testis dictum potest, ex suprà relatis, & multis aliis, quos adducit, & cum quibus hanc sententiam tenet *Ioan. Petr. Fontanel. de pactis nuptial. 2. tom.clausul. 6.glos. 2. par.4. num. 52.* & latiùs *d.quæst.39.* infrà monstrabimus.

Per iuramentum etiam, vel testimonium
20 Magistratus † vbi pauper degit, probari paupertatem, firmat Andr. Gail. *practic. obseruat. lib 1.obseruat.142.n.6.* allegat Bart. *& Doctor. in l.si vero, 5. Qui pro rei qualitate, D.qui satisd.cog.*

21 Et per ipsius partis iuramentum, † ad hoc vt à carceribus liberè relaxetur, si ob iudicis, vel aliorum officialium sportulas, vel salarium retineatur, pauperem se dicentis, neque soluere posse, paupertatem probari, libereque relaxandum, disponit *text. in l.20.21.22.& 23.tit.12. lib.1.noua Regia collectio.*

22 Quinimò, & simplici partis assertione † (vt si quis se tantùm domum aliquam, vel fundum possidere asserat (probabitur: qui enim plura bona habere contendit, probare debere; idquè etiamsi de magno præiudicio agatur; tenet *glos. in leg. Cùm de lege*, 17. *D. de probatio*. Bart. Bald. Alex. Cornel. Rip. Crot. Curt. Senior, Ruin. Felin. & Couar. quos refert Ioseph. Mascar. *de probat. conclus.* 1159. *numer.* 40. *&* 41. eamquè defendit Franc. Herculan. *de negat. proband. numer.* 255. Anton. Gabr. *commun. conclus. tit. de probationib. conclus.* 7. *in princip.* vbi multos hanc communem dicentes, allegat, magisque communem dicit *idem ipse ibi n.* 8. pluresque pro ea adducit Iacob. Menoch. *de præsumptio. lib.* 6. *præsump.* 26. *num.* 5. *versiculo, Cùm verò illo secundo modo, & cons.* 98. *numero* 49. qui ab omnibus receptam testatur, Rolandus à Valle *cons.* 19. *num.* 9. *lib.* 4. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommis. artic.* 42. *numero* 73. Ioan. Cephal. *cons.* 133. *num.* 53. vbi etiam hanc magis communem, & veriorem sententiam dicit, Petr. Surd. *decis.* 316. *num.* 6. *& cons.* 267. *numero* 33. *& seqq. & cons.* 434. *numer.* 30. nouissimè Marta *decis. seu voto* 178. *num.* 2. Stephan. Grat. *discept. Forens. lib.* 4. *cap.* 660. *numer.* 7. Vincent. Carot. *in tract. de excus. bono. par.* 2. *quæst.* 35. *numero* 6. communem dicens lateque hanc comprobans *num. seqq.*

Licèt vt hæc communis sententia indubi-
23 tanter procedat, † velit (post antiquiores) Didac. Couar. *d. lib.* 2. *variar. resol. capit.* 6. *numer.* 4. *vers. ex his poterit tractari.* & alij relati per Ioseph. Mascard. *d. concl.* 1159. *numer.* 42. quos etiam sequi ipse videtur) aliquam pro paupere debere adesse præsumptionem, ea verò cessante per solam assertionem, communem non procedere. Præter quos idem etiam tenet Ioan. Gutierr. *de iuram. confirmat.* 1. *par. cap.* 1. *num.* 27. Cæsar Barzius *decis.* 69. *numer.* 36. allegans quoquè Beninrend. *decis.* 22. *numer.* 13.

Alij non præsumptionem, sed saltem suspi-
24 cionem, vt prædicta † communis procedat opinio, requirunt; vt (ex Alciato *de præsumptio. regul.* 3. *præsumpt.* 20. & aliis) ostendit Couarr. *loco suprà citato.*

25 Vero similitudinem † alij, Marc. Anton. Natta *cons.* 214. *numer.* 8. Hieronym. Gabriel *cons.* 118. *num.* 7. *lib.* 2. Aliterque alij, vt per Menoch. *d. lib.* 6. *præsumpt.* 26. *numer. &* 5. *&* Martam *d. voto, siue decis.* 178. *nu.* 4. *&* 5. Quodliberque istorum sufficere asserit Vincent. Caro. *d. quæst.* 35. *num.* 10. 12. *&* 13.

26 Eam tamen glossam simpliciter, indistinctè, & absque aliqua declaratione, vel restrictione procedere, † restatur Iaso. *cons.* 34. *num.* 11. *lib.* 1. Carol. Ruin. *consil.* 67. *num.* 14. *lib.* 5. Socin. Iun. *in rubr. D. de noui oper. nunciat. num.* 139. And. Alciat. *d. reg.* 3. *præsumpt.* 20. Franc. Herculan. *de negatiua proband. numer.* 255. Francisc. Bursat. *cons.* 23. *numero* 2. *lib.* 1. Petr. Surd. *d. consil.* 267. *numero* 35. *& cons.* 434. *nu.* 3. Petr. Barbos. *in l. Maritum, num* 35. *D. solut. matrim.* Estquè communis solutio, vt profitetur Marta *d. decis.* 178. *numer.* 6. *post* Herculan. *dict. numer.* 55. de communi etiam restatur Vincent. Carot. *supr. d. numer.* 13.

Cui auxiliatur sententiæ, semper pro asserente se pauperem, præsumendum, cum paupertas, vt naturalis qualitas † (quippè cum omnes nudi inopésque nascantur, *cap. Sicut, quadragesimo-septimo, dist.*) inesse præsumatur, tenent Cornel. Benincac. *de paupert. quæst.* 3. *princip. num.* 5. Petr. Cened. *in collect. iuris Cano.* 27. *num.* 13. 1. *part. &* Tiber. Decian. *respons.* 42. *num.* 2. *libro* 2. Ioan. Mar. Nouar. *in collect. super prag. reg. Neapol.* 134. *num.* 2. Vincent. Carot. *de excus. bon. quæst.* 35. *nu.* 11. *part.* 2. Nec præsumptionem naturalem pro se habens, tenetur se probare talem, qualem se facit, *Mascar. de probationib. tom.* 3. *conclusione* 1253. *num.* 8. 27

Ideoquè olim pauper, † & nunc pauperem 28
præsumi, nisi contrarium probetur, absque eo, quòd temporis cursu qualitas illa videatur sublata; tradunt Cornel. Beninc. & Pedr. Cened. vbi suprà, Ioseph. Ludouic. *decis. Perusina* 33. *num.* 20. *part.* 1. Tiber. Decian. *d. responso* 42. *n.* 3. Ioan. Maria Nouar. *in praxi elect. & variat fori, quæst.* 17. *nu.* 8. *sect.* 1. Fauius Timæus *in addit. ad Hieronym. Magon. decis. Lucens.* 40. *ad numer.* 24. *lit. B.* Cæsar. Barz. *decis.* 69. *num.* 35. *&* 42.

Item quia sui natura huiusmodi assertio, vt 29
negatiua, improbabilis † iudicatur; iuxta *tex. in c. Bona memoria el* 1. 33. *in ordine, post med.* ibi: *Et quòd citati non fuerint, non posse de facili comprobari; quia negantis factum, per rerum naturam nulla est directa probatio, de elect. & in c. Quoniam contra* 11. *de prob. l. Actor,* 23. *C. de prob.* ita affirmarunt Bald. *in l. Paupertas, de excus. tut. &* Ias. *in l. si constante, n.* 142. *D. solu. matr.* sequitur Hierony. Buccaro *de differ. inter iudic. ciuil. & crim. dif.* 100. *numero* 26. Minori ideo probationum suffragio paupertatis assertionem fulciri contendens.

Hincquè fit per famam † publicam, quòd 30
quis communiter pauper reputetur, paupertatis probationem constare, dicuntque *glos.* 1. *in l. Vbi adhuc,* 29. *C. de iur. dot.* Bart. Bald. Alex. *& alij in l. si constante, D. solut. matr.* Oldrad. *cons.* 277. *n.* 2. Laurent. Calc. *cons.* 8. *n* 7. Carol. Ruin. *cons.* 81. *n.* 9. *lib.* 5. Fab. *de Pepe in auth. Præterea, n.* 73. *vers. Nam iudex, C. vnde vir, & vxor,* Ioseph. Mascard. *de prob. d. conclus.* 1159. *num.* 19. Cou. variar. *lib.* 2. *dict. cap.* 6. *numero* 8. *vers. Item satis*, Crau. *cons.* 201. *num.* 46. Petr. August. Morl. *in emptor. iuris, q. vlt. n.* 6. Sfor. Oddus *in tract. de restit. in integ. p.* 1. *q.* 38. *art.* 5. *numero* 94. *vers. quartum exemplum*, Franc. Hercul. *de negat. proband, nu.* 293. Prosp. Farinar. *decis. nouiss. Ro. Rom. p.* 2 *decis.* 233. *numer.* 2. *in fin. & decis.* 532. *numero secundo* id esse de stylo Rotæ, dicens, & *decis.* 292. *num.* 1. *p.* 1. Ioan. Maria Nouar. *in praxi election. & variat. fori sect.* 1. *capit.* 17. *num. fin.* Carot. *de Amatis decis.* 72. *numero* 12. Hieron. Magon. *decis. Florent.* 50. *numero* 24. Stephan. Gratian. *decis.* 34. *numero* 12. Pirrh. Maur. *de fideiussor. sect.* 6. *par.* 2. *princ. cap.* 3. *numero* 188. Marius Muta *decis.* 23. *numero* 21. Sebast. *de Medic. de casib. fortuit.* 2. *par. quæst.* 4. *numer.* 7. *& in tract. Mors omnia soluit,* 1. *par. numero* 103. *pag.* 2. *propè fin. vers. Sed qualiter probetur.* Paul. Æmil. Berall. *decis.* 193. *numero secundo part.* 2. Seraphin. Oliuar. *decis.* 58. *numero* 1. *& decis.* 51. *numero* 1. Ioan. Aloys. Ricci. *collectan,* 1906. *versiculo, Et quod attendatur,* Marc.

Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapol. num.* 18. ibi: *vel per famam in vicinia.* Hieronym. Buccaron. *de different. iudic. ciuil. & crim. d. different.* 100. *num.* 26. *versiculo, Sed vt ad meum.*

31 Quòd si fama † cum deponentium credulitate sit coniunctà intelligitur, vt quia sic famam esse dicant, & esse credant. Ita (post alios à se relatos) limitat, & intelligit Mascard. *d. conf.* 1159. *num.* 19. Morla *d. quæst. vltim num.* 6. *vers. Secundo declaratur*, Iacob. Menoch *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 65. *numer.* 8. Fului. Pacian. *de probat. lib.* 1. *d. cap.* 54. *numero* 42.

32 Limitatur, & intelligitur secundò procedere, quando de modico † agitur præiudicio, secùs si de magno. Exemplum est, si contra maritum, vt sibi dos restituatur, eo quòd ad inopiam maritus vergit mulier agat. In isto enim casu per famam, vulgique opinionem sufficit probatio, *glos. in d. l. vbi adhuc*, 29. *C. de iure dot.* Cum ex hoc modicum marito generetur præiudicium, ex quo dotis exactæ, vel restitutæ fructus pro oneribus matrimonij seruire debent, *d. l. vbi adhuc.* Ita not. & intelligit Bar. *in l. si constante. n.* 10. *D. sol. matr.* Corn. Beninc. *d. quæst.* 6. *princ.* Didac. Couarr. *lib.* 2. *variar. d. cap.* 6. *num.* 8 *vers. Item satis* Mascard. *d. conclus.* 1159. *num.* 20. *& conclus.* 1019. *num.* 1. Morla. *d. q. fin. num.* 6. *vers. quod declaratur, & vers. sed dubitabilius est.* Pacian. *supra num.* 40. *&* 41. Hieron. Buccar. *d. loco n.* 27.

33 Vbi verò non tantùm contra maritum, sed etiam contra tertios possessores † ageret mulier (quia de magno eorum agitur præiudicio) non per famam, vulgique opinionem probari paupertatem; sed exactè, & plenè requiritur, Bart. *in d. l. si constante, n.* 11. Mascar. *d. concl.* 1019. *n.* 2. *& concl.* 575. *num.* 2. Cardin. Domin. Tusch. *practic. conclus. lit. D. concl.* 761. 36. 37. 44. *& seqq.* Petr. Beninc. *decis.* 68. *nu.* 2. Anton. Hering. *de fideiussor. cap.* 6. *num.* 184. Horat. Carpan. *ad statut. Mediol. cap.* 451. *n.* 9. *p.* 1. Marius Giurba *in consuetud. Senat. Messanens. cap.* 13. *glos.* 3. *numer.* 11. *part.* 1. Ioan. Aloys. Ricci. *collectan.* 142. Hieronym. Magon. *decis. Lucens.* 55. *nu.* 4. *&* 5.

34 Nec tunc confessio mariti se vergere ad inopiam † dicentis admittitur, aut prodest, veluti, quæ in creditorum fraudem emanasse videtur, vt tenet Palac. Rub. *in repet. capit. per vestras, dicto* §. 18. *num.* 31. *vers. quod tamen ipsi intelligunt,* Marc. Anton. Natta *consil.* 438. *numer.* 10. Ioan. Cephal. *consil.* 101. *numer.* 8. Petr. Surd. *de aliment. tit. vlt. quæst.* 42. *num.* 26. *& decis.* 256. *num.* 10. Barnab. Cornazan. *decis.* 95. *numer.* 2. Marius Giurba *decis.* 24. *numer.* 4. Hieronym. Mago. Anton. Heringi. & alii ex proximè relatis.

35 Licèt quoad ipsum maritum, † etiam extraiudicialis, se ad inopiam vergere dicentis, sufficiat confessio, vt ab illo tanquam à paupere dotem possit vxor repetere. Hocquè modo euidentissimè de paupertate apparere (iuxta terminos *d. leg. Si constante*, suprà relatæ; nec confessionem simulatam præsumi) tenet (ex *Dyn. Bart. Bald. Joann. de Imol. Angel.* & aliis) Palac. *Rub. dict. num.* 31. *in princ.* benè aduertens (ex *Imol. in d. l. Si constante*) id verum esse (confessionem scilicèt extraiudicialem mariti vergentiæ ad inopiam, ad dotis restitutionem sufficere) dummodo circa pretia rerum † modus non excedatur, quia talis confessio respicit executionem obligationis præambulæ, ad quod sufficiens est, non verò ad obligationem inducendam. Id quod tenent etiam *Cyn. Salyc. Ioan. Faber. Campeg.* & alij per eundem ibi adducti. 36

Probatur item paupertas ex eo quod quis in hospitali, † non tanquam Administrator, medicus, vel similis degit; *text. & ibi* Bald. *in l. Si quis ad declinandam*, 49. *C. de Episcop & cleri.* Cornel. Beninc. *d. quæst.* 6. *princip. num.* 5. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. Ordinam. *verbo, Pobres, colum.* 3. *in princip.* Laurent. Syluan. *cons.* 96. *numer.* 18. *&* 22. *part.* 2. vbi quo titulo in hospitali degat, probandum esse, aduertit. Sebast *de Medi. de casib. fortuit.* 2. *p.ar. quæst.* 4. *numer.* 7. *vers. Octauo, & in tract. Mors omnia soluit*, 1. *part. numero* 103. *pag.* 3. *versiculo, Vndecimo quando quis stat in hospitali*, Fului. Pacian. *de probationib. lib.* 1. *d. cap* 54. *num.* 37. 37

Item ex eo quod ob æs alienum ad Ecclesiam confugit, † Crot. *in d. l. Si constante, num.* 16. *& ibid.* Alexand. Ias. *& alij*, Ioan. Cephal. *cons.* 216. *num.* 9. *lib.* 3. refert & sequitur Ioseph Mascard. *de probat. d. conclus.* 1159. *num.* 27. 38

Vel si domum æris alieni timore non exeat, † in carcerem vè sit detrusus. Cornel. Beninc. *d. numer.* 5. Petr. Cened. *in collect. Iuris Cano.* 133. *numer.* 2. *part.* 2. Aut quia in proprio domicilio stare † non potest, Angel. *in l. In fundo, num.* 2. (per text. ibi, quem ad hoc dicit meliorem de iure) *D. de rei vendic.* Sebastian. *de Medic. de casibus fortuit. d.* 2. *par. quæst.* 4. *num.* 7. *vers. Tertiò quando quis non potest stare*, Ludouic. Roman. *cons.* 163. *num.* 4. Mascard. *loco iam relato, num.* 28. Fabian. *de* Pepe *in auth. Præterea, numer.* 75. *C. vnde vir & vxor.* 39 40

Vel quia bonis cessit; † *text. in capit. Odoardus* 3. (*vbi* Innoc. *& alij*) *de solutio.* Alexand. *in d. l. Si constante, num.* 13. Ioseph. Mascard. *vbi supra num.* 29. Didac. Perez *d. glos. verbo, Pobres, col.* 3. *versicul. Ex qualitate vero*, Sebast. *de* Med. *d. quæst.* 4. *numer.* 7. *vers. Sextò.* Stephan. Gratian. *discept. Forens. tom.* 4. *cap.* 660. *numer.* 10. *vers. Neque obstat*, Seraphin. Oliuar. *decis.* 1098. *numer.* 2. Sebast. *etiam de Medic. in tractat. Mors omnia soluit, d. numero* 103. *pag.* 3. *vers. Nonò si cessit bonis.* 41

Aut quia eius bona fuerunt confiscata, † & Cameræ Regiæ, vel Apostolicæ applicata; *Seraphin. Oliuar. decis.* 33 *num.* 1. 42

Item probatur ex eo, quòd quis discalceatus † incedit, ostiatimvè mendicat, Cornel. Benincac. *d. quæst.* 6. *numer.* 7. Mascard. *d. conclus.* 1159. *num.* 17. Didac. Perez *d. verbo, Pobres*, Sebast. *de* Medic. *d. quæst* 4. *num.* 5. *& in d. tract. Mors omnia soluit, num.* 103. *pag.* 3. *vers. Octauò*, Franc. Marc. *decis. Delphin.* 596. *num.* 2. *par.* 2. Fului. Pac. *de probat lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 35. 43

Solis enim pauperibus mendicare licet, † alij verò si mendicent cum aliter viuere possint, puniri à ciuitatequè expelli debent; *text. in l. vnica* (& ibi communiter Scribentes) *C. de mendic.* 44

mendic. valid. lib. 10. Et hodiè est *text. de iure nostro Regio in l. 24. & l. 26. tit. 12. lib. 1. nouæ Reg. collect.* Auend. *lib. 2. de exeq. mandat. cap. 6. num. 2.* Auiles *in c. 26. Prætor. glos. verb. Apartamiento, num. 4. vers. Et mendicantes.* Didac. Perez *loco supra relato,* Petr. Cened. *in collect. iuris Cano. par. 1. collect. 36. num. 5.* vbi hos grauiter peccare, & ad restitutionem teneri, falsique pœna puniri posse, ex pluribus tam Iuristis, quam Theologis ibi adductis probat. Multa (& pulchra quidem in hac materia, vt alios omittamus) tradit Camil. Borrel. *de Magistrat. edict. lib. 1. cap. 15. ex num. 1. cum seqq.*

45 Item probatur per discutionem bonorum † à nuntio mandato iudicis factam, qui tot esse in bonis, & tot in debitis dicit; vel per librum æstimi; *text. in auth. Præsenti, (& ibi notatur, C. de fideiussor.) & in l. vltim. D. si cert. pet.* Ias. *in l. Si constante, numer. 138. D. solut. matrim.* Ludouic. Rom. *cons. 163. n. 4. vers. Caterùm, & si probatum non foret,* Bald. Ang. & alij. quos refert, & sequitur Ioseph. Mascar. *de prob. d. conclus. 1159. num. 34.* plures etiam in hanc sententiam adducens Did. Per. *in d. l. 1. tit. 1. lib. 3.* Ordina. *verb. Pobres, col. 4. versic. Ex qualitate vero,* Sebast. de Medic. *de casib. fortuit. 2. part. d. quæst. 4. num. 7. vers. Secundò per discutionem, & in tract. Mors omnia soluit, d. num. 103. pag. 3. vers. Quintò per discutionem,* Didac. Cou. *varia. resol. lib. 2. d. cap. 6. num. 8. vers. Item satis probatur;* vbi quòd hæc est sufficiens probatio, etiam vbi de maximo agitur præiudicio, Franc. Hercul. *de negat. proband. num. 293.* Rota Bononi. *decis. 25. num. 68.* Cæsar Barzius *decis. 69. num. 36.* Fului. Pac. *d. c. 54. num. 43.*

46 Ex eo etiam quòd quis pro aliis sit fideiubere solitus, † probari paupertatem; firmat Angel. *in l. In personam, §. 1. n. 2. D. de pact.* Cauendumquè à fideiussionibus monet, multos enim fideiubendo ad inopiam peruenisse. Malequè substantia sua vti, qui pro aliis fideiubet: scripsere cum eo Alexand. *in d. l. Si constante, num. 14.* Ias. *num. 147.* Catel. Cott. *in memorabilib. verb. Fideiussor propriè.* Sequitur Masc. *vbi suprà num. 30.* Cornel. Beninc. *de paupert. d. q. 6. princip. num. 34.* Petr. Augustin. Morla *in emporio iur. d. tit. 12. quæst. fin. numer. 7. vers. Sed dubitari potest.*

47 Quod limitat † & intelligit *Mascar. d. loco, num. 31.* quando quis pro magna summa fideiubere solitus est, secùs si pro minima, ex Bald. *in auth. Sed iam necesse, 1. quæst. C. de donat. ante nupt.* Catel. Cotta *vbi suprà, &* Ludouic. Roman. *singul. 97.*

48 Item probari ex eo, quòd quis pecunias sub vsuris † retinet: notatur *in capit. Quanto 18. de vsur.* Mascard. *sæpè repetito loco, num. 33.* Petr. Aug. Morla *d. q. fin. num. 7. vers. Sed dubitari potest,* Corn. Beninc. *d. q. 6. num. 34.* Sebast. de Medic. *de casibus fortuit. d. 1. p. q. 4. num. 7. vers. Septimò, & in tract. Mors omnia soluit, d. prim. p. n. 103. pag. 3. vers. Decimò quando quis retinet. pecunias sub vsuris,* Francisc. Bursat. *cons. 241. num 11. lib. 3.* vbi quòd tunc tanquam suspectus capi potest.

49 Neque superioribus obstat *text. in d. l. Si constante,* † 25. euidentissimam paupertatis requirens probationem; aduersus quam tot à legibus, & Authoribus assignati sunt casus in quibus semiplena, & diminuta sufficit. Aduerbium enim illud *Euidentissimè* (secundum *Bar. ibid. n. 11.*) quandoquè necessariò probationem requirit, quæ notorium id, quod desideratur, vel de quo quæritur, esse ostendat: aliquando non; sed minor sufficit probatio. Aut enim euidentissima à lege requiritur eius, quod in affirmationem cadit; aut eius quod negatiuè simpliciter proponitur. Primo casu, euidens probatio, quæ notorium ostendat, requiritur: notorij enim qualitas benè in affirmationem cadit. Secundo verò, non erit necessaria probatio, quæ notorium denotet, cum ea dari nequeat, ex eo quod negatio simplex notorij probationem non patiatur, iuribus suprà *numer. 29.* relatis. Quòd enim Titius tot bona, vel res habeat, in notorium cadere potest: quòd bona non habeat, non vtique eam notorij qualitatem commodè recipit. Ex quo concludit *Bart. ibid. num. 12* aduerbium hoc *Euidentissimè* secundum subiectam materiam assumendum, vt vbi euidentissima requiritur probatio, si fieri potest, fiat; aliàs etiam semiplenam sufficere, pro plenissimaque habendam, & eam ob probationis difficultatem, modicamque læsionem ius admittere. Quæ *Bart.* sententia communis est, vt tradit *Did. Cou. d. c. 6. n. 8. d. vers. Item satis probatur.* Idque etiam vbi magnum † terrij vertitur præiudicium: ad arbi-
trium enim Iudicantis & in hoc casu euidens 50
reputabitur, quæ plenè eo modo, quo potest, facta fuerit probatio, potens ad mouendum iudicis animum ad sic esse credendum, vt profitetur Bart. *in d. l. Si constante, n. 14. & 15.* Did. Cou. *d. vers. Item satis probatur & vers. Ex his apparet, ibid. d. n. 8.* Etiamsi non ita plena, exacta, & euidens, sicut in aliis casibus facilioris probationis, adsit paupertatis probatio, quam ob eius probationis difficultatem,
præsumptionibus, & indiciis sufficienter † pro- 51
bari, affirmat, lateque defendit *Alex. cons. 37. lib. 7.* Æquissimè igitur Iudex in superioribus casibus annotatis, paupertatem sufficienter esse probatam, legitimamque, & euidentem (subiectæ materiæ ratione) illam paupertatis probationem) ex iuribus, authoritatibus, & doctrinis suprà latè deductis) arbitrabitur. Quibus, & dictæ legi *Si constante,* & aliis contrariis congruè responsum esse videtur.

Alij etiam probandi paupertatem ex dictis quæst. præcedenti colligi modi possunt. Quibus satis obligationi fecisse quæstionique videmur.

VTRVM AD HONORES, Et Reipublicæ officia admitti, vel etiam diuitibus præferri possit, debeatvè pauper?

SVMMARIVM.

1 *Diuites soli ad honores, & Reipublicæ officia euehuntur, & an pauperes ad ea possint promoueri?* & num. seqq.

2 *Iudicum, Magistratuumvè authoritas magna timendaque esse debet.*

3 *Pauperes omnibus ludibrio sunt. Contra* n. 70.

4 *Scientia defectum diuitiarum (in hominum existi-*

existimatione) nec virtus ipsa supplet.
5 *Pauperis scientia inscitia reputatur.*
6 Paupertas, *vilitas ipsa est, vel saltem vilitatis causa, & pauperes viles dicuntur, contra* num. 70.
7 *Honor, vel contemptio ad paupertatis, vel diuitiarum mensuram procedit, tribuiturvè.*
8 *Iudex vilis, aut contemptibilis esse non debet,* & num. 9.
10 *Iudex à cupiditate, & auaritia alienus esse debet.*
11 *Pauper, sicut auarus, & cupidus à iudicandi munere arceri debet, contra* nu. 71. & seqq.
12 *Inepia, atque auaritia ad turpe compendium mouent.*
13 *Diuitiarum cupiditas ad multa trahit mala, & quæ sint ?*
14 *Propter inepiam multi deliquerunt,* & nu. seq.
15 *Pauperes an à testimonio, à tutela, & ab accusando remoueantur,* & n. 94.
16 *Iudex magis publicis vtilitatibus, quam propriis studere debet.*
17 *Pauperis vita est in cogitatione victus, tantoque maior erit cura, quanto maior accreuerit dignitas.*
18 *Dignitas quid sit?*
19 *Iudex dicitur Princeps, quòd Reipublicæ, vel ciuitati præsit, primumque teneat locum.*
20 *Sententia ex abrupto prolata, ob temporis breuitatem redditur nulla.*
21 *Militibus pauperibus stipendia soluenda, ne cogantur cogitare, quod auferant.*
22 *Honores, magistratusque seculares dignioribus sunt conferendi.*
Diuites ad Magistratus, Reipublicæque officia digniores sunt pauperibus. ibid. *Contra* num. 28. & seqq.
23 *Diuitiæ obsidis loco habentur. Contra* nu. 76. & seqq.
24 Solon *Magistratus omnes ex nobilibus, & locupletibus ex censu quingentorum modiorum, & iugerum constitui decreuit.*
25 *Et ex* Indorum *consuetudine optimi, ditissimique eligebantur.*
26 *Et ex* Carthaginensium *legibus.*
28 *Pauper probus, & honestus ad honores, Reipublicæque officia admitti debet,* & nu. seqq.
Et diuitibus præferri, num. 54.
29 *Boni viri, non tam patrimonio, quàm fide idonei æstimantur.*
Vilis non dicitur pauper bonis præditus moribus ingenuisque parentibus natus, ibi.
30 *Iustinianus Imperator Iuris Professores honorum præmio hortatur, aliique honorandos constituerunt Imperatores,* numero. 52.
31 *Ciuilis scientiæ Professores de diuitibus pauperes frequenter fiunt.*
32 *Promissa quilibet adimplere tenetur Princeps præcipuè,* num. seq.
Principis verbo nemo decipi debet, & ei tanquam fonti iustitiæ debet esse constans & perpetua voluntas, & sicut lapis angularis, & polus in cœlo immobilis esse debet, ibid.
34 *Grauius Princeps frangendo fidem, quàm inferior peccat.*
35 *Mendacium in Principe abominabile est, & stelionatus horribile.*
36 *Princeps ad obseruantiam contractuum pactorumvè tenetur.*
37 *Nec de plenitudine potestatis pacto valet Princeps contrauenire.*
38 *Et non solum Princeps ipse, sed etiam omnes eius in dignitate successores ad pactorum, conuentionum, & contractuum, quos ille fecit, tenentur obseruantiam.*
39 *Fides etiam hostibus seruanda est.*
40 *Leges earum Professoribus opes policentur, neque in egestate viuere permittunt.*
41 *Indoctis, illiteratisque Magistratus, Reipublicæque officia concedenda non sunt.*
42 *Domini temporales, & Prælati Ecclesiastici doctos; peritosque Iudices creare debent, alias & mortaliter peccant, & ad damnorum per iudices datorum restitutionem tenentur.*
43 *Iudices creandi sunt, qui per se, non per Adsessores Rempublicam gerere valeant.*
44 *Romana Respublica floruit, mundique domina effecta est, dum eius regimen apud doctos, peritosque exstitit, periit cum hic peruersus est ordo.*
45 *Laborantes debito præmio fraudandi non sunt.* & num. 53. *vbi latè.*
46 *Leges de nihilo seruirent earum Professoribus deficientibus.*
47 *Præmium ad labores, virtutem, scientiamque amplectendam inuitat,*
48 *Ciuilis sapientia sanctissima res est, quam pretio numerario æstimare non decet, & vera, non simulata Philosophia, suaque vi alliciens,* ibid.
49 *Virtus sui met pulcherrima merces.*
50 *Nec virtutem ipsam absque præmij spe amplecterentur homines,* & nu. seq.
54 *Pauperes probata vita, morumque, diuitibus in honorum assecutione præferri debent.*
Præmium debet commensurari labori, ibid.
55 *Pauperes & ante, & post vrbem Romanam conditam eius regimen probatissimè tenuerunt.*
56 *Diuites adeò populo Romano ad eius regimen exosi habiti sunt; vt etiam mediocris in Magistratibus fortuna & displiceret, & puniretur.*
57 *Paupertas quandoque tam ad secularia, quam Ecclesiastica officia, & beneficia consequenda affectatur.*
58 Antonius Philosopus *multis pauperibus dignitates Tribunitias, Ædilitiasque concessit.*
59 *Idemque* Alexander Seuerus *fecit.*
60 *Athenienses sæpe Limachum pauperrimum in eorum Imperatorem crearunt.*
61 *Dei imitatores esse debemus*
62 *Deus Optimus Maximus pauperes, & egenos in Reges, & Gubernatores elegit*

63 *Omnis*

63 *Ominis Christi actio nostra debet esse instructio.*
64 Christus Dominus *inter nos degens pauperes ad Apostolatum assumpsit.* Petrumque *egenum piscatorem Caput, ac Principem Ecclesiæ constituit.*
65 *In principio nascentis Ecclesiæ singulis ciuitatibus, singuli Episcopi assignati fuerunt, pauperesque erant.*
66 Beatus Seuerus *ex lanificio in Archiepiscopum assumptus est.*
67 *Intellectus* ad tex. in l. Rescripto, 6. & in l. Honor, 14. §. De honoribus, D. de mun. & hon. in l. Ad subeunda, 46. C. de decur. li. 10. & in l. 6. tit. 18. p. 2. & num. 68. *vbi nouus, & à nemine tactus redditur,* & num. 97. *vbi de dict.* l. Rescripto.
69 *Princeps de propriis expendere, tam pro bellis gerendis, quàm pro subditorum paupertate subleuanda, proque Iudicum salariis necesse habet.*
70 *Iudex non indiget diuitiis ad Maiestatem tam suam, quàm publicam conseruandam, & augendam, neque in iudice debet adesse contemptionis timor.*
71 *Eodem gradu, quo quis diues est, & auarus, ac cupidus: Pauperes verò liberales, ac minus cupidi sunt*, & num. seq.
74 *Omnes auaritiæ student, tam diuites, quàm pauperes.*
Desiderium diuitiarum vadit in infinitum, ibid.
Pauperes dicuntur omnes secundum appetitum, ibid.
75 *Pauperum cupiditas faciliùs saturatur, ac expletur, quàm diuitum.*
76 *Pauperes aptiores sunt ad Magistratus ex auaritiæ capite, quàm diuites*, & num. seq.
77 *Diuites æqualiter cupiditate acquirendi, quam metu amittendi opes cruciantur.*
78 *Pauperes rectiores, æquique amantiores sæpè existunt*, & numer. seqq. *præcip.* num. 81.
79 *Paupertas in prædicatoribus multum confert.*
82 *Diues præsumitur luxuriosè viuere.*
Et multa alia mala, quæ ex diuitiis proueniunt, ibi.
83 *Diuitiæ à vitiis connominantur.*
84 *Salarium competens iudicibus (etiam præter sportulas eis debitas) à Fisco soluendum est*, & num. 89.
85 *Et non solum apud* Romanos, *sed etiam apud* Turcas *id obtinuit, quorum Imperator plurima quotannis iudicibus donare solebat.*
86 *In Gallia etiam Bailli, ac Senescali sua habent salaria, & stipendia.*
87 *Et in Hispania.*
88 *Episcopus, vel Prælatus Ecclesiasticus in foro conscientiæ Vicario, Iudicivè salarium constituere, & soluere tenetur.*
90 *Iure nostro Regio salaria Iudicibus de bonis communibus ciuitatum, vel locorum* (*hoc est*, de los proprios) *soluuntur. Idque moribus receptum est.*
91 *Etsi Ciuitas, vel populus propria non habeat, vel non sufficientia, collecta pro iudicum salariis imponitur.*
92 *Collecta in hoc casu fiet in capita.*
93 *Salarium, an iudici infirmo, absenti, mortuovè, eius heredibus debeatur? Et an in principio, vel fine anni soluendum sit?* remissiuè.
95 *Qui pauperes ad Magistratus, honoresque admittendos, tenuerint?*
96 *Paupertas à cupiditate aliena, optima ad Magistratus gerendos qualitas est.*
97 *Pauperes viles, & abiecti Magistratum gerere nesciunt.*
98 *Mediocris conditionis homines ad Reipublicæ regimen, Magistratusque gerendos, nimium pauperibus, vilibus, & abiectis, nimiumque diuitibus, ac potentibus præferuntur.*
99 *Diuites honorum excellentiam in Republica habentes, alios iniuria afficiunt, in eosque superuiunt.*

QVÆSTIO VI.

EOusque pauperum miserrima deuenit conditio, vt non nisi diuites ad honores, † & Reipublicæ officia euehantur. Quod quidem malum multis iam retrò temporibus profundissimas egessisse radices, constat ex *Ouid. Fastor. lib.* 1. 1

Dat census honores,
Census amicitias, pauper vbique iacet.

Et ex Valerio Mart. epigram. lib. 5. epig. 122. ad Æmilianum.

Semper eris pauper si pauper es Æmiliane,
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.

Ex *D.* item *Ambros. officior. lib.* 11. *Hoc malum* (inquit) *iam dudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honoris sit* & ibi: *Vt nemo nisi diues honore dignus putetur.* Tradit (hunc referendo locum) *Francisc. Viui. decis.* 222. *nu.* 9. *lib.* 2. Nec ad honores tantùm promoueri non solent; sed an possint, dubitari frequenter contingit. Quinimò nullo modo ad eos esse admittendos; & legibus, & authoritatibus comprobatur.

Primò ex *Vlpia. responso in leg. Rescripto,* 6. *D. de muner. & honor.* ibi: *Cæterùm si ita quidem tenues, & exhausti sunt; vt non modò publicis honoribus pares non sunt sed etiam vix de suo victum sustinere possint, & minus vtile, & nequaquam honestum est, talibus mandari Magistratum.*

Secundò ex *Callistrato in l. Honor,* 14. *§. De honoribus, D. eod. tit.* ibi: *facultates quoque an sufficere iniuncto muneri possint.*

Tertiò ex Imperatorum *Archadij*, & *Honorij* constitutione; in *l. Ad subeunda,* 46. *C. de decurionib. lib.* 10. in hæc verba: *Ad subeunda patriæ munera dignissimi meritis, & facultatibus curiales eligantur, ne tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non possint.*

Quartò ex *text. de iure regio in l.* 6. *tit.* 18. *par.* 2. ibi: *E non deue ser muy pobre.*

Idque non sine magna ratione statutum esse, ex sequentibus constat.

Primò, quia Magistratus authoritas, magna, † timendaque esse debet; *text. in l. Obseruandum,* 19. *D. de offic. Præsid. l. Nec quidquam,* 9. *§. Circa* 2

§. *Circà aduocatos, D. de offic. Proconſ. l. Omnes, 12. C. de offic. Rector. Prouinc. l. 1. §. Si ſeruus hæres, D. de ventr. inſpic. l. 1. vbi gloſ. verbo, Dignitas, D. de poſtuland. l. Officium, 13. §. Officium Tribunorum, D. de re milit.* Tales denique debent creari, qui ſplendori publico conueniant, *d. l. Reſcripto, 6. D. de muner. & honor.* Id autem pauperum electione, obtineri
3 non poteſt. Pauperes enim omnibus ludibrio † ſunt, teſte *Iuuenale* (ſi teſte veritas, & notorium indiget) *Satyr. 3.*

Nil habet infœlix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit.

Nec patrimonij, diuitiarumque defectum ſcientia, vel virtus ipſa in hominum exiſtimatione
4 ſupplet, † vilipendiumque ex paupertate prouenniens vllo modo delet, maculamvè abſtergit. Docet, (cum experientia) *Horat. epiſtolar. lib. 1. epiſtol. 1. ad Mecœnatem.*

Si quadringenti ſex ſeptem millia deſunt,
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua fideſque,
Plebs eris.

5 Pauperiſque ſcientia, inſcitia reputatur. † *Eccleſiaſt. capit. 9. Sapientia pauperis contempta eſt, & verba eius non ſunt audita.* & capit. 13. *Locutus eſt ſenſatè, & non eſt datus ei locus.* Salom. in Prouerb. capit. 18. *Cùm obſecrationibus loquitur pauper; & diues effabitur rigidè.* Eleganter in hanc eandem ſententiam *Iuuen. Satyr. 7.*

Purpura vendit
Cauſidicum, vendunt amethiſtina: connit illis
Et ſtrepitu, & facie maioris viuere cenſus.
Et ibi:
Vt redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, niſi fulſerit anulus ingens.
Reſpicit hoc primum, qui litigat, an tibi ſerui
Octo, decem comites, poſt te an ſit ſella, togati
Ante pedes. Ideo conducta Paulus agebat
Sardonyce, atque ideo pluris, quam Coſſus agebat.
Quam Baſilus: rara in tenui facundia panno.
Quando licet flentem Baſilo producere matrem?
Quis bene dicentem Baſilum ferat?

6 Paupertaſque ipſa vilitas, aut vilitatis ſaltem cauſa eſt, † & ſic ab Imperatore appellatur *in l. 2. C. quando & quibus quart. pars debe. lib. 11.* ibi: *Et paupertatis detegi vilitatem.* Contemptiſſimam inopiam vocauit *Valer. Maxim lib. 2. de Cenſor. ſeueritate, cap. 4.* Opprobrium, *Horat. lib. 3. carmin. oda 24.* cui conuenit, quod dicitur Pſal. 121. *Quia multum repleta eſt anima noſtra opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.* Turpem egeſtatem. *Virg. li. 6. Æneid.* de quibus inferiùs ſigillatim agendum. Vileſque pauperes (ſi *Accurſio* credimus) dixit *Imper. Iuſt. in auth. de mandat. Princ. §. Sit tibi quoque* vbi verb. *Vilium,* id eſt *pauperum* interpretatus eſt. Ignominioſam, *Sene. de conſol. ad Albin. Paupertas tolerabilis eſt, ſi ignominia ei abſit* (ait.)

Et ad diuitiarum, paupertatiſvè menſuram, † honorem, vel contemptionem procedere pulchrè, vt breuiter cecinit *Horat. lib. 1. ſerm. Satyr. 1.* 7

Quia tanti quantum habeas, ſis.

Et qui omnia benè Senec. epiſt. 116. lib. 21. *Vbique tanti quiſque, quantum habuit fuit.* Concinit illud *Plauti. in Trinummo. Qui eget parui eſt pretij.* Hieronymique ad Cromatium. *In patria mea ſanctior eſt, qui ditior eſt.*

Vilis autem, aut contemptibilis Iudex eſſe † non debet, *l. Cùm Prætor, 12. §. Non autem, D. de iudic. l. Decurio, 4. C. de decurion. lib. 10. l. Si cohortali, 12. C. de cohort. lib. 12. l. fin. tit. 5. l. 7. tit. 6. part. 6.* 8

Igitur pauperes iudices eſſe, Magiſtratumvè gerere, nec debent, nec poſſunt. Diuiteſque ad Reipublicæ officia, honores, & regimen (qui ſplendorem publicum augeant, † non minuant, qui ſe reuerendos, non contemnendos præbeant) eligendos ius & ratio ſuadent. Et ita quondam fieri ſolitas electiones videmus apud *Ouid lib. 3. amor.* 9

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

Idque diuitibus, non miſeris conuenire, teſtatur idem ipſe *Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 9. ad Græcinum.*

Conueniens miſeris, & quanquam gloria non teſt.

Et Iuuenal. Satyr. 3.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Similiter dicitur Iſai. 3 *Mendicus ſum, & pauper, nec in domo mea eſt panis, aut veſtimentum, nolite me conſtituere Principem populi.*

Secundò ex coniunctione, & viciſſitudine, quam cum paupertate cupiditas, & auaritia habent, eadem hæc pars fulcitur. Alique enim quod libet horum in iudice (vt ſtatim nectemus) nocet. Sicut autem iudex à cupiditate, † & auaritia alienus eſſe debet; *tex. in auth. De mandat. Princ. §. Oportet igitur, §. Feſtinabis, & §. Illud tamen, collat. 3. auth. De præt. pop. c. 3. verſ. Oportet ergo; text. in l. 1. §. Optamus ergo, & in §. Ergo iubemus, C. de of. Præf. Præt. Aphric. l. 3. t. 4. p. 3.* ibi: *Eſin mala cobdicia,* & *in l. 1. t. 4. li. 2. noua Reg. Coll.* ibi: *Y ſean agenos de toda auaricia, y codicia.* Facilè enim præuertit lucri cupiditate auarus iudicium. *Reg. li. 1. c. 8. Declinauerunt poſt auaritiam, acceperũt munera, & peruerterunt iudicium.* Ita & ob paupertatẽ † propter iam dictã paupertatis, & auaritiæ cõnexionẽ, ac viciſſitudinem. Quã quidẽ ſententiam (eodem nempè modo pauperes, & auaros à iudicandi arcendos fore munere) apud *Senatum* quondã *Romanum* obtinuiſſe; author eſt Valer. Maxim. *l. 6. c. 4. de grauiter dictis aut factis, de Scipione Æmiliano, c. 2. Nam cum* Seruius Sulpitius Galba, *&* Aurelius Cotta *Conſules in Senatu contenderent, Vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur; ac magna inter P. C. diſſentio eſſet; omnibus quo nam eius ſententia inclinaretur, expectantibus: Neutrum (inquit) mihi mitti placet, quia alter nihil habet; alteri nihil ſatis eſt. Æque malam licentis Imperij magiſtran iudicans inopiam, atque auaritiam. Quo dicto, vt neuter in Prouinciam mitteretur, obtinuit,* Hæc ille. 10 11

Huius quoque sententiæ fuit *Tul. lib. 4. Rhetoric. Duæ res sunt* (ait) *quæ possunt homines ad*
12 *turpe compendium mouere, inopia,* † *atque aua-*
13 *ritia.* Sicut enim *qui volunt diuites fieri,*† *incidant in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nosciua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a Fide, & inseruerunt se doloribus multis,* vt inquit *Apost. 1. ad Timoth. c. 6.* & Eccles. 31. *Qui aurum diligit, non iustificabitur:* & ibi. *Multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie ipsius per-*
14 *ditio illorum.* Sic propter inopiam † multi *deliquerunt. Eccles.* etiam testante, *c. 27.* Necessitateque multa facimus mala, ex sententia *Menanar:* & apud *Stobæum ser. 94.* dicebat *Comicus*, inopiam prõptam esse in perpetrandis malis. *Hoc habet)* inquit Eurip. Horest; in Hele.) *vitium paupertas, quòd docet homines sua indigentia malum.* Alia adducit Andreas Tiraquel. *de nobilitat. cap. 3. nu. 25.* Vndè *Prouerbiorum, cap. 30.* legitur. *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus eliciar ad negandum, & dicam; Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.* Notant ad hæc alia Palac. Rub. *in repet. capit. Per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 1. vers. Nota secundò, num 7.* & Castillo Bobadilla *in Politica lib. 1. cap. 11. num. 27.* Assentiunt Horati. *lib. 3. Carmin. od. 24.*

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quoduis, & facere, & pati.
Virtutisque viam deserit arduæ.

Et Virgilius Æneid. lib. 6.

Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas.

Valer. Martial. lib. 11. Epigrã. 88. ad Charidemũ.

O quantum cogit egestas!

Silus Italus lib. 13.

Sceleri procliuis egestas.

Et celebratum apud *Spartanos* fuisse prouerbium, *Neminem pauperem bonum;* testatur *Dionysius Laertius*, relatus per *Petrum Gregorium lib. 47. Syntagmat. num. 14.* Ideoquè &
15 à testimonio, † à tutela, & ab accusando meritò remouentur, iuxta *text. in l. 3. in princip. D. de testib. in l. 2. C. de tutore, vel curatore, qui non satisdedit, & in l. Nonnulli, 10. D. de accusatio. cap. Prohibentur, 4. 2. q. 1.* Qua de re alibi latiùs, Deo dante, agemus, & *quæst. 1. n. 29.* diximus. Auxiliatur superioribus *Aristotelis* sententia *lib. 1. Ethicor. Impossibile esse indigentem operari bona.* Catilinaque exemplum quem vt in patriam arma verteret, pauperum adiuuit nequitia: de quo ita *Salustius* in Castilinario. *Postremò, omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi, & familiares erant*, prout refert *Camil. Borrel. de Magistratuum edict. lib. 1. cap. 15. num. 2.*

Tertiò supradicta roboratur assertio ex eo,
16 quia Iudex magis publicis vtilitatibus, † quàm propriis studere debet, *leg. vnic. C. de officio Comit. sacrar. largitio.* Bart. & *D D. in leg. 1. D. solut. matrim.* latè Gerard. *de Petra sancta singular. 79.* eleganter in hanc sententiam. Plinius *nepos epistol. libro 7. epistol. ad Caninum: Oportet* (ait) *priuatis vtilitatibus, publicas, mortalibus, æternas anteferre, multoquè diligentiùs muneri suo consulere; quàm facultatibus.* Perbellè consuluit ceciniteque Claudian. *in Panegeric. in 4. consulat. Honorij.*

Tu ciuem patremque geras, tu consule cunctis,
Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.

Ita florentis Romæ fœlicitatem circa hoc enarrans Valerius Maximus *libro 4. de paupertate laudata, capit. 9.* hæc adiicit. *Patriæ enim rem vnusquisque non suam augere properabat, pauperque in diuite, quam diues in paupere imperio versari malebat.* Facit *text. in auth. Vt iudices sine quoquo suffrag. §. Considerauimus enim, collect. 2.* Stiliconisque tempora laudans *Claudian. Paneg. 1. addit.*

Publica priuata cesserunt commoda causæ.

Qualiter autem id pauper efficiet Magistratus, qui in sui ipsius, familiæque victus cogitatione, & acquisitione vitam transigit, vt dicitur *Eccles. capit. 40. Vita pauperis est in cogitatione victus.* † id quod repetiit *Bald in auth.* 17
Defuncto, numer. 12. C. ad Tertul. eleganterque *Iuuen. Satyra 7.* in proposito de paupertate, studioque loquens.

Pectora nostra duas non admittentia curas.

Tantoque in hoc maior versabitur cura; quanto maior accreuerit dignitas, & familia. Sensit bene *Horatius lib. 1. Sermon. Satyra 6.*

demens
Iudicio vulgi; sanus fortasse tuo, quod
Nollem onus haud numquam solitus portare molestum.
Nam mihi continuò maior quærenda foret res.

Ciuilium namque officiorum ratio, huiusmodi curam (ne dicam necessitatem) imponit. De quo *Quintilan.* admonet *Plin. lib. 6. epistol.* in hæc verba: *Quamuis & ipse continentissimus sis, & filiam tuam ita instituteris, vt decebat filiam tuam; Tullij neptem: Cùm tamen sit nuptura honestissimo viro Nonio Celeri, cui ratio ciuilium officiorum necessitatem quamdam nitoris imponit: debet secundum conditionem mariti, veste, comitatu (quibus non augetur dignitas,* 18
ornatur tamen) instrui. Dignitas † enim (secundum Tullium lib. 2. de inuentione) *est alicuius honesta, & cultu, & honore, & verecundia, digna authoritas.*

Vnde meritò inquit *Philosophus lib. 2. Politicor. Impossibile est indigentem benè Principem* 19
agere, & studio vacare. Iudex enim (qui Princeps † dicitur, *l. Sciant Principes, 4. C. de offic diuersor. iudic. l. Spadonem, 15. §. Si ciuitatis, D. de excusat. tuto. l. Scire oportet, 21. §. Si præfecto[...]um, D de tuto. & curat. datis ab his, not. Annæus Roberts. re[...] iudicat lib 2. c. 11. pagin. mihi 44* ex eo, quòd Reipublicæ, vel ciuitati præsit, prin[...] locũ teneat) studio, literisq; pro di[...]mendis litibus debet operã nauare, multumq; in his temporis cõsumere. Aliàs
enim si ex abrupto iudicet, ob tẽporis breuitatẽ 20
redditur sententia nulla: *text. in l. Prolatam, 4.*

C. de

C. de ſentent. & interlocut. omnium iudic. vbi gloſſ. & Doctores, text. in l. 2. C. de ſentent. ex pericu. recitan. vbi gloſſ. verbo Non ſubitus, & verb. Deliberatione, & ibi not. Scribentes. Felin. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 14. *& ſeqq. extra de conſtitut.* Calderin. *conſil.* 10. *de re iudic.* Petr. de Anchartan. *conſil.* 36. *num.* 5. *verſ. Et per hoc tollitur, & conſil.* 31. *&* 138. *&* 184. Gemini. *conſil.* 76. *num.* 6. *verb. Dicitur inſuper*, Oldrad. *conſ* 41. *propè fin.* Fulgoſ. *conſ.* 165. *in princip. verb. Tertio quia* Alexand. *conſ.* 218. *numero* 9. *&* 10. *lib.* 2. vbi plenè eius *Addition. verb. Momento & conſ.* 123. *nu.* 24. *lib.* 4. Hercul. Marceſco *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 115. *pleniſſimè* Cardinal. Dominicus Tuſch. *practic. concluſ. li. S. concluſ.* 147 *per tot.* Vt enim inquit *Seneca* (cuius in prouerbiis ipſius refertur ſententia.) *Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.* & de clementia, lib. 1. *Prope eſt enim, vt libenter damnet, qui citò.*

21 Hinc de militibus pauperibus, ſtipendiiſque ipſis ſoluendis, hæc Caſſiodorus *lib.* 4. *cap.* 13. adductus per Camill. Borrel. *de Magiſtrat. edict. lib.* 1. *cap.* 13. *numero.* 24. *Diſciplinam ſiquidem non poteſt ſeruare ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit armatus. Habeat, quod emat, nè cogatur cogitare, quod auferat.* Conuenit text. *in cap. Militare.* 5. 23. *q.* 5. vbi Auguſtin. inquit. *Propterea enim prouidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur.*

Apud pauperem ergo reſidere Magiſtratum, digni tatemvè non poſſe, duplex ex hoc capite, vtilitatis ratio; publica nempè, & ipſiuſmet officium geſturi, vt & publica augeatur, vel ſaltem conſeruetur dignitas; & ſibi ipſi, ſuiſque aptus conſular, ſuadet.

His & quarta accedit, Magiſtratus, honoreſ-
22 que dignioribus † (ſicut in Eccleſiaſticis latè dicemus quæſtione ſequenti) eſſe conferendos. Probatur in *d. l. Ad ſubeunda,* 46. *C. de decurio. lib.* 10. ibi: *Digniſſimi meritis, & facultatibus, auth. vt Iudices ſine quoq. ſuffragio, §. Eos autem collat.* 2. ibi: *Honeſtiorum quoſdam ad adminiſtrationes dirigere.* & ibi: *Teſtimonium quidem habens, quia ſit optimus: auth. de defenſor. ciuitat. in princip. verſ. Interim,* ibi: *Sed inuicem vniuerſi nobiliores;* vbi *gloſſa* notabiliores aduertit eſſe eligendos, & notant *ibidem Scribentes.* Optimus de iure Regio *text. in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *noua Regia Collection.* Thom. Grammat. *conſi.* 6. *num.* 11. Ioan. Gutierr. Canonic. *quæſt. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 42. & alij quæſtione ſequenti referendi. Digniores autem ad Magiſtratus, regimenque Reipublicæ diuites pauperibus eſſe, manifeſtè ex ſuprà dictis colligitur, ſoliſque diuitibus conferendos honores. Quibus etiam adiungitur *Philoſophi* ſententia *Ethicor.* 4. *cap.* 3. *Diuites digni cenſentur honore*: & Politic. 3. cap. 8. *Diuites rationabiliter ſibi vendicant honores.* & *Auli Gelli. lib.* 10. *cap.* 10. diuitias ob-
23 ſidi † loco haberi, quas ne amittant diuites, nil turpe committere audere, firmans.

Vnde Lacedæ moniorum ſcientiſſimus legiſlator *Solō*, † Magiſtratus omnes ex nobilibus, &
24 locupletibus, ex cenſu quingentorum modiorum, & iugerum, conſtitui decreuit, vt in ipſius vita refert *Plutarchus.* Eandem apud *Indos* † conſuetudinem fuiſſe, optimos doctiſſimoſque 25
Iudices eligendi teſtatur *Solinus collectaneorum, cap.* 60. *Carthaginenſiumque* legibus † lo- 26
cupletiſſimos ad Magiſtratus aſſumi, ſcribit Ariſtot. *Politic. capite* 9. Ludouic. Celius Rhodig. *lectionum antiquar. libro* 20. *capite.* 24. traditque Andreas Tiraquel. *de nobilitat. d. capite* 3. *numero* 20. Ioann. Matienço *in Dialogo relator.* 4. *par. cap.* 8. *numero* 6. Pet. Gregor. *dict. libro* 47. *Syntagmat. numero* 14. Camill. Borrell. *de Magiſtrat. edict. d. libro* 1. *capite* 13. *numero* 26. 28. *&* 29. Gratia Maſtrill. *de Magiſtrat. libro ſecundo capite* 12. *numero*

Omnia comprehendit, qui omnia bellè, *Seneca declamatio. lib.* 2. *declamat.* 1. *Senatorum* (inquit) *gradum cenſus aſcendere facit. Cenſus Romanum quidem à plebe diſcercernit. Cenſus in caſtris ordinem promouet, Cenſu in foro Iudex legitur.*

Quarè hanc ſententiam tenuerunt † Lucas de Penna *in d. leg. Ad ſubeunda*, Ioan. 27
de Platea *in leg. Nequis, numero* 1. *C. de dignit. libro* 12. Oldrald. *in d. leg. Reſcripto, paragrapho* 1. *D. de muner. & honor.* Matth. de Afflict. Albert. & Martin. Laudenſ. *relati à* Tiraquel. *d. numero* 20. Angel. *conſil.* 280. Ioann. Faber *in prooemio inſtitut. paragrapho Cumque Deo,* Nicola. Boer. *deciſ.* 153. *numero* 32. Lancellot. Conrad. *de offic. prætoris in princip. numero* 10. *& in tract. Decurionum, numero* 16. Cornel. Beninc. *de Paupert. quæſtio* 4. *princ. numero* 41. 42. *&* 43. Quintil; Mandoſ. *gl. Facult. Regent. verb. Idonei*, Ferdinand. Vazquius Mencha. *controuerſ. illuſtr. libro* 1. *cap.* 42. *ex num.* 14 Maſtril. *vbi ſupra ex numero* 8. Petr. Greg. & Camil. Borrel. *locis iam relatis.*

Licèt autem ſuperior ſententia, tot iuribus, totque authoritatibus ſit munita, vt per medios (vt aiunt) hoſtes, inermem, qui contra eam dicere auſus ſit, ſe videatur ingerere, ac mittere: adhuc tamen non minoribus rationibus fulciri aduerſam; imò vt veriorem ſi modo de honeſta, † licet paupere, non de penitùs vili, 28
& abiecta perſona intelligamus) tenendam omnino iudico *Neque facultates enim, neque dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, vt bona electio, vel voluntas, & benigni mores*, ex ſententia *Modeſtini in l. Scire oportet*, 21. *paragrapho Cum reliquis, D. de tutor. & curat. dat. ab his.* Boni namque viri, non tam patrimonio, † 29
quàm fide idonei æſtimantur, *text. in leg. Si quis ſtipulatus*, 112. *paragrapho fin. in fin. D. de verbo obligat.* vbi id notat Caſtrenſ. Alexand. *in l.* 2 *numero* 5. *verſic. Item limita, C. qui ſatisd. cog. & ibidem* Iaſo *fallent.* 3. Bald. *in leg. Precibus, num.* 34. *C. de impub. & aliis ſubſti.* vbi quòd *idoneus eſt, quem virtus probat.* Plura in huius rei confirmationem tradunt Gaſpar Baeça *de inope debitore, cap.* 16. *num.* 154. *cum ſeqq. &* Andr. Tiraquel. *in tract. de pœnis temperand. cauſa* 51. *numero* 41. (omninò videndus ex *numero* 38. *& ſeqq.*) Et plus boni mores in paupere, quàm diuitiæ multæ in diuite ad fidem præſtandam conferunt, ſecundùm *gloſſ. in l. Nec ei,* 17. *paragrapho fin. verbo Sobrietas* (& ibi eſt text. optimus) *D. de adoptionib.* cuius ſunt verba. *Interdum &* diciorem

ditiorem permittitur adoptare pauperiori, si vitæ eius sobrietas clara sit. Facit etiam *tex. in l. suspectum, 8. D. de suspect. tuto. & in §. fin. & inst. eo.* Alia notat Paul. Montan. *de tutor. & curato. cap. 36. de excusat. tuto. regul. 2. n. 1. & seqq.* vbi multa in paupertatis adducit fauorem, illudque *Terentij.*

Heu, heu, quamuis mihi mala paupertas est;
Hoc vnum tamen curaui, vt esset fides.

Benè id demonstrat, quod de *Ligdo* tradit Ouidi. Metamorpho. lib. 9.

Progenuit tellus ignotum nomine Ligdum,
Ingenua de plebe virum, nec censu in illo
Nobilitate sua maior, sed vita fidesque
Inculpata fuit.

Nec vilis dicetur pauper, si bonis præditus sit moribus, & ingenuis natus parentibus, *leg. Humilem, C. de incest. nupt.* Farin. *praxi. crimi. 4. p. q. 121. nu. 67.* Mari Giurb. *in consuet. Senat. Mesan. cap. 3. gloss. 4. nu. 10. in fin pars. 1.*

30 Præterea hanc eandem assertionem † (pauperem scilicèt honestæ, probatæque vitæ ab officiis dignitatibusque non esse arcendum, imò eis fore condecorandum) authoritate *Imperatoris Iustiniani in fine proœmij institutionum* probo; vbi ciuilis sapientiæ professores ad eam amplectendam ita hortatur. *Summa itaque ope, & alacri studio has leges nostras accipite, & vosmet ipsos sic eruditos ostendite: vt spes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernari.* Huiusmodi autem scientiæ sectatores, de diuiti-
31 bus pauperes † frequenter fiunt, vt & docet experientia; & testatur *Imperator Federicus in auth. Habita. C. ne filius pro patre. Quis enim eorum non misereatur* (inquit) *qui amore scientiæ exules, facti de diuitibus pauperes.* &c. Igitur pauperes ad magistratus Reipublicæque regimen eligendi sunt, diuitibusque etiam præferendi. Aliter namque plura (nullo modo admittenda) sequerentur absurda. Vana inprimis Imperatorum fore promissa. Secundò, in doctis, illiteratisque officia præstanda Reipublicæque concedendum regimen. Tertiò debito præmio, & mercede laborante fraudari. Quæ nec dictu quidem digna sunt. De quibus omnibus sigillatim (vt apertius constet) nobis erit agendum.

Primum enim absurdum facilè ex eo deprehenditur, quia cum promissa teneatur qui-
32 libet † adimplere, *cap. 1. de pactis*; nimisque graue sit fidem fallere, vt inquit *Vlpian. in l. 1. D. de constit. pecun.* multò magis id Imperia-
33 lem dedecet Maiestatem. † Nihil enim ita in Principe refulget, ac micat, vt tecta fides; *text. in l. inter claras, 8. C. de summa Trinitat. & fide Cath.* Nemoque regis verbo decipi debet; *text. in l. 1. C. de his, qui veniam ætat. impetrauer.* Conuenit notabile dictum *Bald. consilio 279. lib. 3.* quòd Principi tanquam fonti iustitiæ debet esse constans, & perpetua voluntas, debetque habere vnum calamum, & vnam linguam, iuxta illud, *Quæ processerunt de labijs meis non faciam irrita.* & illud, *Semel locutus est Deus, &c.* & Psalm. 144. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.* Debetque esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo, vt inquit Curti. Iunior. *consil. 179. in fin.* quem refert, & sequitur Roland. à Valle *consil. 13. numero 53. & sequentib. vsque ad 58. inclusiuè, lib. 3.* Petr. Surd. *consilio 419. numero 46. & seq.* multa alia ad propositum adducens Philipp. Paschal. *de virib. patria potestat. part. 1. cap. 1. ex numero 43. cum sequentib.* plenissimè Andre. ab Exea *in tract. de pactis, numero 452. versiculo quadragesimo secundo, & num. seq.* Grauiusque peccat † frangendo fidem, quàm inferior 34
Princeps; Bald. *consil. 324. lib. 1. & consil. 24. lib. 2. & consil. 343. lib. 1. colum. 2. versic. ex ista,* vbi quòd fidem fallere grauibus, graue est; grauioribus, grauius; grauissimis, & exemplaribus viris, grauissimum. Sequitur Caccialup. *in l. Omnes populi, num. 107. D. de iustit. & iure.*

Et mendacium in Principe abominabile esse, † & stellionatus horribile, dicit Roland. 35
à Valle conf. 1. numero 32. cum quatuor seqq. lib. 2. Vtque *Prouerbior. cap. 17.* dicitur: *Non decent stultum verba composita; nec Principem labium mentiens.*

Vnde communis est Doctorum sententia, ad obseruantiam contractuum, vel pactorum omnino Principem † teneri. Pro qua est *text.* 36
in l. Donationes, quas Diuus, 26. C. de donatio. inter vir. & vxor. in l. Cum hæredes, 7. Cod. qui testam. facere poss. & in l. 1. §. fin. D. de offic. procurat. Cæsar. in l. quod semel, 5. D. de decret. ab ordin. faciend. in cap. 1. de natur. feud. in vsib. feudor. & in cap. 1. de probatio. quem ad hoc commendat *ibi Abb.* tradunt communiter *Doctores in l. 1. D. de pact. & in l. Digna vox. C. de legib. & in l. Princeps legibus, D. eod.* Hieronym. Cagno. *in proœmio Digesti veteris, nu. 44. & in l. Imperium, num. 133. D. de iurisd. omnium iudic.* plures referens Francisc. Viuius *commun. opinion. 235.* Rodetic. Xuar. *allegatione 10. num. 3.* Iacob. Menoch. *consil. 27. num. 26.* Ioann. Cephal. *cons. 58. numero 78. lib. 1.* Arias Pinel. Anton. Augusti. *& alij,* quos refert, & sequitur Petr. August. Morla *in emporio iuris, 1. part. tit. 3. D. de pactis in præmissis, num. 67. & seqq.* Andre. ab Exea *vbi suprà.* Aymon. Crauet. *consilio 241. numero 12.* Roland. à Valle *cons. 13. numero 45. lib. 3.* Anton. Gabriel. *commun. opini. lib. 3. tit. de iure quæsito non tollendo, conclus. 5. num. 1.* Philipp. Paschal *dict. c. 1. nu. 49.* plenè Cardinal. Tuschus *practic. conclus. lit. P. concl. 690.*

Nec de plenitudine potestatis pacto valet
Princeps † contrauenire, Paul. Castrens. *in d.* 37
leg. Digna vox, & alij adducti *per* Roland. à Valle *consil. 1. numero vigesimo-octauo, & seqq. lib. 2.*

Non solumque Principem ipsum, sed etiam
omnes eius in dignitate successores † ad pa- 38
ctorum, conuentionum, & contractuum obseruationem quos ipse facit, teneri, est communis Doctorum traditio, vt obseruat (ex plurimis ab eo relatis) Philip. Paschal. *dict. cap. primo numero quinquagesimo.* vbi pariter adducit Ioannes Andreas *de Georg. allegatione vigesima-quinta, numero 13. & sequent.* notabiliter affirmantem, etiam concessiones factas per inuasorem, & tyrannum sub nomine dignitatis, legitimum successorem eiusdem dignitatis iure proprio, ad earum obseruationem obligare. Eandem sententiam (successorem contra gesta prædecessoris, etiam cui iure hæreditario

ditario non succedit, sed per electionem, vt in Imperatore, vel Pontifice; venire non posse) latè comprobat, *Roland. à Valle d. consil. 1. num. 40. cum trib. seq. lib. 2.*

Hinc (vt ex Bald. ibi adducto tradit idem ipse *Roland. sup. n. 28.*) solitus erat *Aristoteles Alexandro* Macedonum Regi maximo dicere: *O Alexander, obserua fidem datam, & fœdera confirmata* infœlicem aliter finem, vel euentum illi minans.

Fideique, ac pactorum obseruantia non tan-
39 tùm amicos, sed ipsos adstringit hostes. † Quibus fidem seruandam, probat *text. in l. non dubito, 7. D. de captiuis, & postliminio reuers. & in l. postliminij ius, 5. D. eod. & text. est in cap. noli existimare, §. fides enim* (ibi: *Fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est,* & ibi notat *gloss.*) *23. quæst. 1.* Petr. Sured. *consil. 392. num. 18.* plura adducit in confirmationem Bartholom. Cœpol. *in tractat. de Imperatore militum deligendo. versic. Pro Imperatore verò n. 22. & 23.* Viderique poterit *Valer. Maxim.* (& multa referens in hanc rem exempla) *lib. 6. cap. 6. de fide publica.*

Quid igitur magis absurdum, aut intolerabilius foret, quàm quod legalis scientiæ Professores Imperiali deciperentur verbo? Dumque
40 sibi promissas dignitates, & honores expectant; opesque à iure oblatas † (vt eas in *proœmio Digestorum, §. nos vero,* offert idem *Iustinianus* Imperator, ibi: *Ditissimi legum oratores efficiantur*) insectantur: in misertima egestate (in qua leges viuere non permittunt, *authent. de heredib. & Falcid. §. fin. collat. 1.*) degant, ac permaneant.

Non minus patens secundum est absurdum, & inconueniens. Cum enim (vt iam diximus) ciuilis sapientiæ sectatores fiant de diuitibus pauperes; nisi eis magistratus, Reipublicæque concedatur regimen; indoctis, illiteratisque præstandum, consequens est, contra diuina-
41 rum, atque humanarum literarum constitutionem; † iuxta illud *Dauidis Psal. 2. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* & Sapient cap. 6 *Audite ergo Reges terræ, & intelligite, & discite iudices finium terræ,* & Leuitic. c. 16. *Iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio,* Ecclesiast. cap. 10. *Diligite lumen sapientiæ omnes; qui præestis populis,* & ibidem, *Iudex sapiens iudicauit populum suum, & principatus sensati stabilis erit.* Ciuili etiam iure, literatos, doctos, illiusque professores, honoribus magistratibusque decorandos; dispositum iam vidimus text. etiam de iure Regio *in l. 3. tit. 4. part. 3.* ibi: *E que ayan sabidu ia para iudgar los pleytos derechamente.* & de nouiori collectionis iure *in l. 1. tit. 4. lib. 2.* ibi: *Y assi mismo, que sean personas sabias:* & ibi: *Y doctos en las leyes, y derechos.* Multa ad huius sententiæ confirmationem adducit (videndus omninò) Hieronym. Gonçalez, *in reg. 8. Cancellar. gloss. 4. ex num. 1. cum seqq.* præcipuè *ex num. 8.*

Vnde tam Domini temporales, quàm Eccle-
42 siastici Prælati, doctos, peritosque iudices creare debent, † aliàs & mortaliter peccant; & ad damnorum per iudices datorum restitutionem tenentur, vt ex D. Thom. *in opusculo ad Ducissam Brabantiæ,* Sylnestro *in summa verbo Dominium, & verb. Dominus, quæst. 4.* & aliis) tenet Flores Diaz de Mena, *variar. quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 1. num. 1. & seqq.* Promouendosque 43
ad Rempublicam esse, qui per se † Rempublicam regere possint; non per Assessores; dicere solebat *Alex. Seuer.* vt refert *Sipontanus in eiusdem Alexandri vita,* adductus per Dion. Gothofred. *in l. 1. C. de assessor. & domestic. lit. O. verbo Spe præmiorum.*

Et dum Romanæ Reipublicæ regimen 44
apud literatos, doctosque stetit, † & ipsa quoque perstitit, floruit, mundique domina effecta est: Corruit cum hic peruersus est ordo, illiteratique fuerunt electi: testante *Policrato lib. 4.* in hæc verba, *Romanos Imperatores, & Duces dum eorum Respublica viguit, non memini fuisse illiteratos: & nescio quomodo contingit, ex quo in Principibus virtus literarum defecit; armata militia infirmata est manus, & ipsius Principatus est quasi præcisa radix.* Tradit (eum referendo) Barthol. Cæpol. *dict. tract. de Imperatore militum deligendo, vers. Scientia quoque.*

Accedit tertium; & finale absurdum, vel inconueniens: Laborantes nempè debito frau-
dari præmio, † legumque decipi Professores. 45
Quod (præter nequitiam, & iniustitiam, quam in se continet) vniuersi quoque contineret ruinam, & perditionem, ad primumque quasi caos rediret sine lege, normaque viuendi. Licèt enim scriptæ extarent leges; deficerent tamen earum Professores; quibus deficientibus;
de nihilo leges ipsæ seruirent. † *Quæ enim* 46
legum erit vtilitas, si in literis dumtaxat consistant? vt inquit Iustinian. *in constit. 161. &* Pomponius *lib. 1. Enchiridion. in l. 2. §. Post originem, D. de origine iuris. Parum est* (ait) *ius in ciuitate esse; nisi sint, qui iura reddere possint.* Beccius lib. 1. de Republica. *Quamuis lex anima dicatur, & domina ciuitatis? proprium tamen efficiendi motum ipsa nullum habet, sed potiùs instrumentum quoddam rerum communium benè gerendarum est, quo egregius aliquis artifex vtatur.* Vnde Menander, *Validum quid lex est, si regentem habeat.* & Cicero lib. 3. de legibus. *Vt enim Magistratibus leges: ita populo præsunt Magistratus. Vereque dici potest, Magistratum legem esse loquentem; legem autem esse mutum Magistratum.* Conducit, quod cecinit *Horatius lib. 3. oda 24.*

Quid tristes querimoniæ,
Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt?

Quintilianique assertio *Oratoriar. instit. lib. 12. cap. 7. Nam & leges ipsæ nihil valeant* (inquit) *nisi Actoris idonea voce munita.*

Quis autem præmij (quod ius eius Professoribus policetur) dempta † spe, illi incumberet, operamvè nauaret? totque se libens exponeret laboribus, periculis, & incommodis enumeratis ab *Imperatore Federico in d. auth. Habita. Quis nostrum exercitationem suscipit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur.* (ait Cicero *de bono. & mal. fine.*) Conueniunt latè deducta per Iacob. Menoch. *de præsump. lib. 6. præsumpt. in fin. per tot.* quodque protulit *Ouidi. Fast. lib. 6.*

Dulcis erat mercede labor; tempusque secutum est;

Quod subitò grata frangeret artis opes.
Perbellè Claudian. panegyr. 2. in laudes Stiliconis.

Non obruta virtus
Paupertate latet.

Et ibi post pauca.

Hinc prisca redeunt artes, fœlicibus inde
Ingeniis aperitur iter, despectaque Musa
Colla leuant, opibusque fluens, & pauper eodem
Nititur ad fructum studio, cum cernat vterque,
Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia surgat
Diuitiis.

48 Quamuis enim ciuilis sapientia sanctissima res sit, † quam pretio numerario æstimare non decet, ex *Vlpiani* sententia *in l. 1. §. proinde, D. de variis, & extraordin. cognit.* veraque non simulata Philosophia, eodem *Vlpiano* testante *in l. 1. §. 1. in fine, D. de iustit. & iure*: quæque ad sui amorem homines sua vi allicit, vt pulchrè *Cicero de inuentio. lib. 2. Nam est quiddam, quod sua vi nos alliciat ad se, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate; quod genus virtus, scientia, veritas est.* Seneca de beneficiis, lib. 4. *Et aliquid per se expetendum, cuius te ipsa dignitas ducit; id est, bonum honestum.* Et Ouid. de Ponto lib. 2. eleg. 3.

Per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.

Claudian quoque in panegyr. Manlij Theodos. Consf.

Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque latè
Fortunæ secura nitet, nec fascibus vllis
Erigitur, plausuvè petit clarescere vulgi:
Diuitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.

Sitque ipsius virtus, scientiaque sit vberrima
49 merces, † vt ait *Silius Italus.*

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

Quamuisque (vt de clement. lib. 1. inquit Seneca.) *Rectè factorum verus fructus sit fecisse; nec vllum virtutum pretium dignum illis extrà ipsas sit.* & de vita beata *Interrogas quid petam extra virtutem ipsam? Nil enim habet melius, ipsa pretium sui est.*

50 Si tamen præmium desit, † nec ipsa quidem amplectitur virtus. vt cecinit eleganter, *Ouidius proximè relato loco.*

Non tamen inuenies multis de millibus vnum,
Virtutem præmium, qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti si præmia desunt
Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.

Eandem firmans sententiam *Iunius Iuuenal. satyra 10.*

Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas?

Vnde Senec. de benefic. lib. 4. cap. 1. ait *inueniuntur, qui honesta in mercedem colant quibusque non placet virtus gratuita. Inclinaui cor meum* (inquit Psalmista Psalm. 118.) *ad faciendas iustificationes tuas in æternum, retributionem,* & *Psalm 18.* (postquam multa in Domini legis laudem cecinit) addit. *Et enim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.* Quòd si *Moyses* magnitudinem domus *Pharaonis*, proque eius nepote haberi contempsit; id, quam expectabat remuneratio effecit. *Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi; aspiciebat enim in remunerationem.* Paul. Apostol. *ad Hebræos 11. Concil.* quoque *Tridentin. sessione 6. cap. 11. in fin. & canone 31.* Conuenit & huic loco, quod de *Iacob.* legitur Genesis cap. 28. *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum; reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei; erit mihi Dominus in Deum.* Optimè hanc etiam sententiam confirmant *Cassiodori* verba libro 2. epistol. 16. *Nutriunt* (inquit) *premiorum exempla virtutes. Non est quisquam, qui ad morum summam nitatur ascendere, quando irremuneratum relinquitur, quod conscientia teste laudatur.* Virtutisque vberrimum alimentum honorem esse, affirmauit *Valer. Maxim. lib. 2. de externis institutis, cap. 4. Et vbi sine premio labor est* (inquit Seneca libro primo de tranquillit. titulo de stabilitate mundi *torquet illos irritum decus.*

Quo factum est, vt ad ipsam virtutem amplectendam, legibus virtuti metipsi præmia constituta, † & assignata sint. *Cicero libro 3. de* 51
natura Deorum. Lege præmia posita sunt virtutibus. Constatque ex *l. Vt virtutum præmia, 4. C. de statuis, & imaginib. l. 1. D. de iustit. & iure, & vtrobique glossa, Clementina cupientes in principio extrà de pœniten. & remissionib.* Cecinitque Claudian. *d. panegyr. 2. in laudes Stiliconis.*

Egregios inuitant præmia mores.

Vt igitur suprà dictum cessaret inconueniens, remouerentur absurda, nevè ciuilis sapientiæ deficerent Professores, suumque robur leges haberent; meritò *Diui* constituerunt *Imperatores* huius scientiæ, studijque sectatores præmiis, honoribus, Magistratibusque decorandos † Diocletianus, & Maximianus *in leg. 1.* 52
C. de Assess. & domestic. Anastasius *in l. 4. C. de aduoc. diuersor. iudicum,* Federicus *in d. authent. Habita, C. nè filius pro patre.* Iustinian. *in fin. de procemij institutionum, & in dict. procemio Digestorum, paragrapho nos verò.* & *Et quod iam, & paragrapho Incipiete. Quoniam debet in spe, † qui arat, arare, &* 53
qui triturat, in spe fructus percipiendi, vt ait Apostolus 1. *ad Corin. cap. 9.* Tibulus *libro 2. eleg. 7.*

Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratris
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

Valer. Martial. lib. 1. Epigr. ad Lucillum.

In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,
Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

Ouid. de Ponto. lib. 1. elegia 6. ad Maximum.

At puto fructus adest, iustissima causa laborum,
Et sata cum multo fœnore reddit ager.

Horatius lib. 1. sermonum satyra 1.

Ille grauem duro terram, qui findit aratro,

Perfidus

Perfidus hic caupo; miles, nautaque per omne
Audaces mare, qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiunt.

Et secundùm Ambrosium super Psal. 12. *Spes commodi furatur labores, & metum abscondit periculi.* & Senecam de moribus, *Spes præmij solatium sit laboris*, & vt inquit Cassidior. lib. 4. epist. 12. *Graue nimis, vt fructu laboris sui fraudetur industrius.* Fraudarentur autem pauperes, si ob paupertatem à muneribus, Reipublicæque honoribus arcerentur. Quod nullo modo dicendum, aut ferendum est.

Quinimò, si probatæ vitæ, morumque pau-
54 peres sint, diuitibus præferendos, † ex eo etiam probatur, qui secundùm *Apostolum ad Cor. 1. c. 3. Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Optimus ad propositum *text. in l. 2. C. de officio præfecti pratorio Aphrica*, ib. *Et semper prouidemus vnumquemque secundum labores suos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates perducere. leg. 2. C. de officio Magistr. offic. l. Contra publicam, 14. in fin. C. de re milit. li. 12. cap. De multa, 28. extrà de præb. & dignit. vbi gl. verb. Literas, c. Vulterana, 25. & ibi glo. verb. Locum, cap. De redditibus, 28. 12. q. 1. cap. ius militare, 10. dist. 1. cap. Officia. 2. & ibi glo. pen. 59. distin. cap. Statuimus, 15. & ibi glo. verb. Voluimus esse potiores, de maioric. & obedi.* elegans text. *in cap. vnico in princip. de reliq. & venerat. Sanct. lib. 6.* Bald. *in proœm. Digest. n. 62. & in l. Certum, num. 11. C. famil. ercisc.* Ioan. *de* Platea *in l. Vnicuique, nu. 3. vers. Item nota, C. de proxim. sac. scrin. lib. 12.* vbi etiam est text. latè Bart. Cœpol. *in tract. de Imperat. militum deligendo, numero 1. & seqq.* Nicol. Boer. *in tract. de officio Magistri Concilij, num. 145.* Petrus *de* Vbald. *de Canon. Episcop. versic. Quoad secundam quæstionem, num. 27.* Guil. Rodoan. *de spolio Eccles. quæst. 7. §. Occurrit, num. 4.* Horatius Lutius *de priuileg. Scholastic. in præfation. nu. 11.* Hieronym. Gonçalez (plura in hanc sententiam ex *num. 8.* cumulans) *in regula 8. Cancellar. gloss. 4. num. 17.*

Quæ autem in legalis scientiæ studio, eiusque acquisitione, laborum pauperum cum diuitum laboribus comparatio?

Ex quibus omnibus non solùm ad honores admittendos pauperes, dignitatibusque (si aliàs honesti, ac probi sint) condecorandos: sed etiam diuitibus præferendos, constat.

Et si rem ab origine repetamus, & ante, & post vrbem Romanam conditam Legislatores, Magistratus, quique Reipublicæ regimen
55 tenebant, † pauperes, & egenos fuisse, inueniemus.

Ante vrbem conditam *Romulus, Remusque* exiguo dabant iura populo. *Ouidius lib. 3. Fastorum.*

Omnibusque agricolis, armentorumque ministris.
Iliada fratres iura petita dabant.

Pauperes tamen & ipsi erant, vt ex eodem *Ouidio* statim adducendo apparet.

Post Romam verò conditam, sic idem ipse *Ouidius d. lib. 3. Fastorum.*

Mœnia iam stabant, populis angusta futuris.
Creditur, sed turba tunc nimis ampla sua:
Quæ fuerint nostri si quæris Regia nati:
Aspice de canna, straminibusque domum.
In stipula placidi capiebat munera somni:
Et tamen ex illo venit in astra thoro,
Iamque loco maius nomen Romanus habebat,
Nec coniux illi, nec socer vllus erat.
Spernebat generos inopes vicinia diues.

Idemque lib. 3. de arte amandi.

Curia consilio, quæ nunc dignissima tanto est,
De stipula, Tatio Regna tenente fuit.
Quæ nunc sub Phœbo, Ducibusque palatia fulgent,
Quid nisi araturis pascua bobus erant?

Auctaque aliquantulum ciuitate, cum vsque tunc populus sine certa lege, certoque iure viueret: traditur ipsum *Romulum* populum in triginta partes diuisisse, quas partes *Curias* appellauit, eo quòd tunc Reipublicæ curam per Concilium earum partium expediebat. Et ita leges quasdam, & ipse Curiatas ad populum tulit, Regesque sequentes, leges tulerunt. Vt refert *Pomponius in l. 2. in principio, D. de origine iur.* Eoque tempore illos oportet exstitisse Senatores, & Magistratus, de quibus idem ipse *Ouidius Fastor. lib. 1.*

Pascebatque suas ipse Senator oues.

Et ibi.

Iura dabat populis posito modo Prætor aratro.

Claudianus quoque in panegyr. in 4. Consul. Honorij.

Sordida Serranus flexit Dictator aratra;
Lustrata littore casa, facesque salignis
Postibus affixi, collecta Consule messes,
Et sulcata diu trabeato rura colono.

Et in panegyrico in Consulatu Manlij Theodori.

Docuit toties à rupe profectus
Lictor, & in mediis Consul quæsitus aratris.

Et Iuuenal. satyra. 11.

Moris erat quondam festis seruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere larem,
Accedente noua (si quam dabat hostia) carne
Cognatorum aliquis, ter Consulis, atque
Castrorum imperijs, & Dictatoris honore
Functus, ad has epulas solito maturius ibat,
Erectum domito ferens de monte ligonem.

Procedente deinde populo Romano, cum propter nimiam *Demarati Corinthi* filij (*Tarquini* scilicet superbiam) Reges ab eo eiecti essent, Consules duo in eorum locum creati sunt, testatur *Ouid. Fastor. lib. 2.*

Tarquinius cum prole fugit, capit annua Consul
Iura, dies Regnis illa suprema fuit.

Penes quos summum ius vti esset, lege rogatum est. Dicti ab eo, quod nimium Reipublicæ consulerent. *Qui tamen nè per omnia Regiam potestatem sibi vindicarent: Lege lata factum est, vt ab eis prouocatio esset nevè possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi. Solùm relictum est eis, vt coercere possent,*

&

& in vincula publica duci iuberent. Verba sunt Pomponij *in d. l. 2. §. Exactis deinde Regibus, el 2.*

Consulatus autem initium. *Publius Valerius Publicola*, cum *Iunio Bruto* auspicatus est. Idemque postea tres Consulatus acceptissimos populo Romano gessit, & plurimorum, ac maximorum operum prætextu, titulum imaginum suarum amplificauit. Cùm interim factorum illud culmen, patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente, decessit. Ideòque publica pecunia ductæ sunt, vt memoriæ prodidit Valer. Maxim. *lib. 4. de paupertate laudata, cap. 1. Quid attinet* (addit ipse Valerius) *vlteriori disputatione tanti viri paupertatem scrutari? abunde enim patet, quid viuus possederit, cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit.*

Populo deinde Romano acto (re exigente) placuit maioris potestatis Magistratus constitui. Dictatores itaque constituti sunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, quibusque etiam capitis animaduersio data; vt tradit ipse idem *Pomponius in d. l. 2. §. Populo deinde aucto.*

Huiusmodi autem summa potestas *Lucio Quintio Cincinato* (quatuor tantùm agri iugera possidenti) delata est, vt ex *Valerio Maximo d. lib. 4. cap. 7.* constat. Conducit in hanc rem, quod cecinit *Horat. lib. 2. carminum oda 15.*

Non ita Romuli
Præscriptum, & intonsi Catonis
Auspicies, veterumque norma,
Priuatus illis census erat breuis,
Commune magnum. Nulla decem pedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Ecce qualiter summum Reipublicæ Romanæ Imperium apud paupertimos, & inopes extiterit, ab eisque decorem, & incrementum acceperit. Quos nunc referre satis sit (vt alios quam plures, qui adduci possent omittamus, quique apud *Senecam* etiam videri possunt *de consolatione ad Albinam Agrippam, Attilium Regulum* multos alios ad propositum paupertimos magistratus, insignesque Duces adducentem.)

Adeòque bene cum populo Romano ex pauperum Consulum, Dictatorum, ac Magistratuum electione actum est; vt non solùm
56 diuites à Reipublicæ dignitatibus, & officiis repelleret, † sed & mediocri rei familiaris fortuna crimen foret, vt de illis loquens *Ouid. lib. 1. Fastor.* ait.

Et leuis argenti lamina crimen erat.

Vnde quia *Cornelius Rufinus* (qui duobus Consulatibus, & Dictatura speciosissimè functus erat) decem pondo vasa argentea comparasset; ab ordine Senatorio per *C. Fabricium* remotus est, vt scriptum reliquit *Valer. Maxim. lib. 2. de censoria seueritate, cap. 4.* Quo factum est, vt quandoque honorum adipiscendorum cupidi, ad faciliorem illorum obtentionem, egentes, ac pauperes se simularent; †
57 iuxta illud. *Martial. lib. 11. Epigram. 17. in Nestorem.*

Tu tamen affectas nestor, dici, atque videri.
Pauper, & in populo quæris habere locum, &c.

Idem quod & ad beneficia Ecclesiastica obtinenda fieri assolet. De quibus tamen inquit *Bald. in cap. Cùm adeò, numero 1. de rescript.* eos qui in impetrando beneficio fingunt se pauperes, cum non sint: non nisi ventum reportare.

Et cum *Plinius* nepos ab *Imperatore Traiano* amico pauperi præturam expostularet; ad faciliorem impetrationem, illius paupertatem cum integritate commendat. Eius sunt verba. *Admoneo simul, & impensè rogo, vt Accium Suram Pratura exornare digneris, cum locus vacet, ad quam spem alioqui quietissimum hortatur & natalium splendor, & summa integritas in paupertate.*

Traditque *Iulius Capitolinus*, *Antonium Philosophum* multis pauperibus, † sine crimine dignitates tribunitias, ædilitiasque concessisse. 58

Idemque de *Alexandro* † *Seuero*, *Ælius* 59 *Lampridius*, vt refert Andreas Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo Bona, num. 6. col. 2. propè med. versic.* Ælius quoque Lampridius, *C. de reuoc. donation.* & eo non citato Paulus Montanus *in tractatu de tutore, & curatore, cap. 36. de excusationibus tutorum, reg. 2. num. 11.* vbi plura *numeris seqq.* in pauperem fauorem adducit.

Quod & apud *Athenienses* † (è quorum 60 viuendi norma, legibusque Romanum Imperium sumpsisse iura; testatur *Imperator Iustinianus in §. Constat autem, instit. de iure natur. gent. & ciuil.*) obtinuit. Licèt enim eorum Legislator *Solon*, Magistratus omnes ex nobilibus, & locupletibus constitui (vt iam diximus) decreuisset; sæpè tamen *Limachum* in eorum Imperatorem crearunt. Qui adeò insigni fuit paupertate; vt quoties Atheniensis populus eum in Imperatorem elegerit; aliquantulum pecuniæ ad pallium, & crepidas comparandas ei erogare necesse haberet. Refert (ex Aristot.) Andr. Tiraq. *de nobilit. cap. 3. numero 20.* Et apud *Argados*, de quibus, eorumque Rege *Euandro*, ita *Virgilius lib. 8. Æneid.*

Tum res inopes Euandrus habebat.
Et ibi.
Vna omnes iuuenum primi, pauperque Senatus
Euandrum ex humili tecto, &c.

Si tamen adhuc dubitabilem tibi hanc sententiam esse contingat, nec in eam prodita inclinate te exempla valeant, quia humana; non poterunt non id efficere diuina. Si enim ad exemplum electionum Dei (cuius nos imitatores † esse admonet *Apostolus ad Epheseos* 61 *5.*) aliæ fiant; rectæ quidem, & laudabiles erunt. Ipse autem Deus Optimus Maximus Ioseph ex fœtido, † strictissimoque carcere paupe- 62 rem, & egenum ad vniuersi Ægypti regimen deduxit, *Genesis cap. 40. & 41.* Dauid è gregis puluere in Regem Israël vnxit *Psal. 77. Et elegit Dauid seruum suum, & substulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum.* Moysen ex paupere, miseroque ortu, & natiuitate in Principem, Rectoremque populi sui, *Exodi cap. 2.* Christusque Dominus (cuius omnis actio † nostra debet esse instructio, *cap.* 63 *Exemplum, 12. in ordine, 12. quæst. 1.*) inter nos degens, ad Apostolatum pauperes † as- 64 sumpsit,

sumpsit, Petrumque piscatorem inopem, Caput Ecclesiæ constituit. Magistri deinde Petrum vestigia sequutum, legimus singulis ci-
65 uitatibus, singulos Episcopos † destinasse, *cap. Porrò*, 2.66. *dist. cap. Vrbes*, 1. *cap. In illis*, 2. 80. *distinct.* Eósque pauperes fuisse, *cap. de his*, 7. 10. *quæst.* 1. Alphonsus Aluarez *in speculo Romani Pontificat. capite trigesimo in fin.* Camill. Borrell. *consil. siue controu.* 2. *n.* 5. *&* 6. Bea-
66 tumque Seuerum † ex lanificio in Archiepiscopum fuisse assumptum tradit Bart. Cœpol. *in d. tract. de Imperat. milit. dilig. vers. Pro Imperatore, num.* 45. allegat *paragrapho His omnibus*, 71. *distinct.* quem non inueni: debuitque allegare *tex. in cap. Statuimus*, 8. §. *fin.* 61. *distinct.*

Ex quibus omnibus vera redditur hæc sententia, ex contrariorumque solutione clarior
67 apparebit. Contra quam non obstant *d. leges* † *Rescripto*, 6. *leg. Honor*, 14. §. *de honoribus*, & aliæ in principio adductæ. Quibus respondet *Ioann. Matienço in dialogo Relatorum* (hanc defendendo sententiam), 4. *par. cap.* 8. *num.* 15. de pauperibus, qui fide, bonisque moribus carent, quibusque nihil satis est; intelligendas.

Aliam tamen (ni fallor) congruentiorem, veram, & à nemine in specie vsque adhuc tactam, cum proxima iunctam, assignari solutio-
68 nem † posse existimo. Dictarum nempè legum prohibitionem (nè pauperes ad honores prouehantur) intelligendam, quando pro tali honore, munerevè gerendo, de proprio patrimonio necessariò expendendum sit: secùs vbi patrimoniales non requiruntur sumptus. Quandoque enim in officij expeditione expensæ, vel sumptus fiant, necesse est: quandoque non. vt in *d. l. Honor*, 14. *D. de munerib. & honorib.* ostendit Consultus. Cuius verba sunt. *Honor municipalis est administratio Reipublicæ cum dignitatis gradu, siuè cum sumptu, siuè sine erogatione contingens*, & ibi not. *gloss. verbo Sumptu.* Est etiam *text. in leg.* 1. §. *D. eod.* Melior *in l. Relegatorum.* 7. *in fin. D. de interdict. & relegat.* ibi: *Ergo etsi honoribus quis in pœnam fuerit prohibitus: poterit dici, nisi honores isti habuerint mixtam muneris grauem impensam, &c.*

Solùm ergo dictarum legum prohibitionem honores proprij patrimonij sumptum annexum habentes respicere; ad quos consultiùs esse diuites eligi; non etiam ad alios se extendere, firmandum est.

Neque intellectus hîc, voluntarius est, aut diuinatorius, sed qui apertè ex eisdem contrariis supra adductis colligitur legibus. In primis ex *dict. l. Honor*, 14. *paragrapho de honoribus* (in hisce terminis loquente) ibi: *Facultates quoque an sufficere iniuncto muneri possint:* ex contextura *d. legis Rescripto*, 6. ibi: *Vt non solùm publicis honoribus parès non sint:* vbi *gloss. verb. Honoribus*, vertit, *Aliàs oneribus, D. eod. titul. de muner. & honorib.* & *dict. lege ad subeunda*, 46. *Cod. de decurio. libro decimo* ibi: *Nè tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non possint.* necnon *&* *d. legis* 6. *titul.* 18 *par.* 2. ibi: *La tercera, que tengan y de omes cumplimiento. La quarta de vianda. La quinta de armas. &* inferius ibi: *Otrosi non debe ser mucho escaso.*

Quo quidem responso non solùm prædictis contrariis legibus; sed & multis aliis authoritatibus iam relatis satisfit, præcipuèque *Isaiæ dicto capite tertio.* Rex enim, vel Princeps 69
de propriis expendere, † tam pro bellis gerendis, quàm pro subditorum paupertate subleuanda habet necesse. *tex. in cap. Militare*, 5. 23. *quæstione prima* Barthol. Cœpola *de Imperatore militum deligendo, versic. Diuitiis, numero primo & sequentibus* latè Camill. Borrell. *de Magistrat. edict. libro primo cap.* 13. *numero* 3. *& seqq.* Iacob. de Ayello *in tractat. de iure adhoæ, releuij, atque subsidij, numero* 4. qui inter tractatus Doctorum *tom.* 12. *folio* 170. habetur.

Et non solùm pro militum, vel Capitaneorum stipendiis, & salarijs; sed etiam Magistratuum, & Iudicum; Lucas *de* Penna *in l. Annonas, Cod. de erogat. milit. anno. libro* 12. Roland à Valle *consil.* 1. *num.* 55. *&* 56. *libro* 2. & infrà latiùs.

Et in isto casu, de istisque personis *Philosophi* iam relata assertio, *Impossibile esse pauperem benè Principem agere, & communibus negotiis vacare*, potest haud obscurè intelligi.

Quo legum, authoritatumque pro contraria parte sublato fundamento; non etiam obstat aliud; *Pauperum* scilicet *omnibus ludibrio esse.* Maiestas enim, & grauitas, quæ in animo consistit, † breuissimis paupertatis ter- 70
minis, metisque non includitur, vt videre est in *C. Mario* proscripto in profundo vltimarum miseriarum abiecto (ne *Q. Metellum*; *Petrum Rutilium* exulem, *M. Catonem Vticensem.* referam.) *Cum enim ad Caium Marium occidendum in priuata domo Minturnis clausum seruus publicus natione Cimber (quam totam ipse deleuerat) mitteretur: & senem, & inermem, & squalore obsitum (strictum gladium tenens) aggredi non sustinuit; sed claritate viri obcæcatus (abiecto ferro) attonitus inde, ac tremens fugit. Minturnienses autem Maiestate illius capti, comprehensum iam, & strictum dira fati necessitate, incolumen præstiterunt.* Hæc Valer. Maximus *libro secundo de Maiestate, capite sexto.* apud quem alia huiuscemodi videri poterunt. Et vt propriùs ad eos, qui iudicandi, regendique munere funguntur, accedamus, quorum paupertas reique familiaris tenuitas, ac penuria, nil quidem animi grauitati, magnitudinique detraxit; exemplum (è multis, quæ adduci possent) nobis sit *Marcus Curius. Qui Samnitum Legatis agresti se in scamno assidentem foco, atque igneo catillo cenantem, spectandum præbuit. Nam cum ad eum magni auri pondus publicè missum attulissent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet: vultum risu soluit, protinusque: Superuacui (inquit) nè dicam ineptæ legionis ministri, narrate Samnitibus, Marcum Curium malle locupletibus imperare; quàm ipsum fieri locupletem.* vt tradit idem ipse Valerius Maximus *libro quarto de Abstinentia, & Continentia, capite quinto.* Catonem quoque seniorem pellibus hœdinis pro stragulis fuisse vsum, tribusque tantùm seruis Hispaniam rexisse, testatur idem *Valer.* ibidem *cap. vndecimo Seneca item*

de consolat. ad Albinam, ad propositum nostrum paupertatem in Magistratibus animi grauitatem non minuere (eundem adducens *Curium, Homerum, Platonem, atque Zenonem*) firmat. *Claudianusque in panegyr. in 4. Consulat. Honory.*

Discitur hinc quantum paupertas sobria possit.
Pauper erat Curius Reges cum vinceret armis.
Pauper Fabricius Pyrrhi cum sperneret aurum.

Non enim animi magnitudo, grauitas, & Maiestas externis indiget diuitijs: quæ etiam absque tribunalium fastigio, sineque apparitorum ministerio stare potest: fortius verò vbi hæc adsunt, vt in Iudicibus, & Magistratibus, à quibus contemptionis debet abesse timor, licèt desint diuitiæ, modò generosus non deficiat spiritus. Scitè in hanc sententiam *Plinius Iunior libro 8. epistolar. Maximo* suo scribens, in hæc verba. *Nec timueris contemptum, an contemnitur, qui imperium, qui fasces habet? nisi qui humilis, & sordidus, & qui se priùs ipse contemnit?* & Seneca d. lib. de Consol. ad Albinam. *Nemo ab alio contemnitur* (inquit) *nisi à se contemptus est. Humilis, & proiectus animus fit isti contumeliæ opportunus.* Pulcherrimus ad propositum *tex. in auth. de mand. Princip. §. Patrocinia quoque. coll. 3.* ibi: *Neque sit tibi cura cuiuslibet sint hac agentes domini. Sufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem & Lex, & Imperij fauor.*

Huius quoque veritatis euidens præbet testimonium *Cn. Flauius* (libertino patre natus, Ædilis Curulis cum ingenti nobilitatis indignatione creatus.) Qui cum ad visendum ægrum collegam suum veniret, neque à nobilibus (quorum frequentia cubiculum erat completum) sedendi loco reciperetur; sellam Curulem afferri iussit, & ea honoris pariter, atque contemptus sui vindex consedit, vt scriptum reliquit *Valer. Maxim.* (cuius sæpè mentionem facere cogimur) *lib. 2. de frugalitate, & innocentia, c. 2.*

Denique sic imperandum, iusque reddendum *Consultus* monet *in l. Obseruandum, 19. in fin. D. de offic. Præsid. vt authoritatem dignitati ingenio suo augeat*, tanquam diuitiis ad id opus non sit; sed probitate ingenioque, quod magnos, reuerendosque homines reddit, non diuitiæ, vt optimè cecinit *Ouidius libro 1. de Ponto, eleg. 7.*

Si modò non census, nec charum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniumque facit.

Pecunia enim (vt inquit Seneca dict. loco de consolat.) *nil ad animum pertinet.* & iterum ibi: *Animus est, qui diuites facit.* & epistolar. lib. 16. epistola 99. *Valentior omni fortuna animus est* (inquit.)

Non secunda ratio, vel fundamentum contrarium, *ex connexione, & vicissitudine auaritiæ cum paupertate*, authoritate *Scipionis Æmiliani* confirmatum obstat. Cui in primis ex solutione assignata primo argumento, legibusque pro contraria parte adductis respon-
71 deri potest. Ideò nempè † forte *Æmiliani* sententiam obtinuisse, quòd de proprio patrimonio expendere ad muneris implementum pauper, qui in *Hispaniam* contra *Viriatum* mitti contendebat, debuisset. Vel ratione morum, vitæque cum paupertate coniunctæ, non solius paupertatis, si vel de proprio patrimonio aliquid expendere necesse non foret, vel mores, vitaque inculpata esset. Cùm toties à populo Romano ad eadem, vel maiora munera (vt sat dictum remanet) pauperes fuerint electi; speciosissiméque officio suo functi. Nec auaritiæ aduersus pauperes cupiditatis, inhonestique lucri ita vrget præsumptio; tantaque coniunctio cum paupertate auaritiæ est, vel cupiditati, vt sufficiens, potensvè causa arcendi pauperes ab harum dignitatum, munerumque impetratione, vel exercitio sit. Quinimò tantùm ab hoc abest; vt sæpè auaritia, cupiditasque diuitiarum comes sit, diuitesque insequatur, non pauperes, qui magis liberales, & minùs cupidi esse solent. Eodem enim gradu quo quis diues est, † & auarus, & cupidus. 72
Quod & docet experientia, pluresque authoritates demonstrant. Initium præbeat *Valer. Mart.* epigram. lib. 12. epig. 10. de Africano.

Habet Africanus millies, tamen captat.

Persi. satyr. 3.

Quis modus argento?

Ouid Fastor. lib. 1.

Creuerunt & opes, & opum furiosa cupido,
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Horat. lib. 3. carmin. oda 24.

Scilicet improbæ
Crescunt diuitiæ, tamen.
Curtæ nescio quid semper abest rei.

Et lib. 2. oda 2.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore langor.

Et lib. 3. oda 16.

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumque fames.

Claudian. in panegyr. 2. in laudes Stiliconis.

At primum scelerum matrem, quæ semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis auaritiam, cuius fœdissima nutrix
Ambitio, quæ vestibulis, foribusque potentum
Excubat, & pretijs commercia poscit honorum.

Firmat etiam D. Gregor. *lib. 15. moral.* in hæc verba, *Auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. Diuitiæ namque possessorem suum esurire cogunt.* & Senec. de morib. *Pecunia non satiat auaritiam; sed irritat.* & de benefic. libro secundo *Maiora cupimus* (inquit) *quo maiora veneruut, multòque incitatior est auaritia in magnarum opum congestu collocata. Vt flammæ infinita acrior vis est; quò ex maiore incendio emicuit:*

Æquè

Æque ambitio non patitur quemquam in ea menſura honorum conquieſcere; qua quidam eius fuit impudens votum. & ibi: *Cupiditas porrigit, & fœlicitatem ſuam non intelligit.* & epiſtola 120. libro 21. *Neminem pecunia diuitem fecit, imò contra, nulli non maiorem ſui cupiditatem incuſſit. Quæris quæ ſit huius rei cauſa? Plus incipit habere poſſe, qui plus habet.* Alter quoque Senec. in Hercule furente actu 1. ſic.

Hic nullo fine beatus
Componit opes, gazis inhians,
Et congeſto pauper in auro eſt.

73 Pauperes verò minùs cupidos, † auarosque eſſe, oſtendit idem *Mart.* libro 5. epigram. 18. ad Quintianum.

O Quintiane, liberalis eſt pauper.

Salomoque in Prouerb. *Homo indigens miſericors eſt.*

Iuuenal. ſatyr. 14.

Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat, qui non habet.

In huiuſque rei confirmationem adducit Barthol. Cœpol. (*in tract. de Imperat. milit. deligendo, verſic. Pro Imperatore verò*) Cæcum de Aſculo *lib. 4. cap. 13.* dicentem *Quanto è piu ricco* Ihuom; *tanto è piu auaro.* Firmatque etiam Pat. Ferdinan. Rebell. *de obligat. iuſtit. part. 2. libro 12. de contract. ludi. quæſt. 4. ſect. 1. numero 5. verſic. Aliud caput.*

Vtque de veritate opinionis, votique noſtri conſtet apertiùs, huicque dubitationi, vel obiectioni additus præcludatur; concedamus, & 74 pauperes, & diuites auaros, † cupidoſque eſſe, iuxta Ierem. *cap. 6. A minore quippè vſque ad maiorem, omnes auaritiæ ſtudent.* & cap. 8. *Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus, quia à minima vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent.* & Iſaiæ cap. 56. *Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque nouiſſimum.* Id id ipſum Horat. (de auaritia loquens) *libro 2. ſermon. ſatyr. 3.*

Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.

Et lib. 1. ſatyr. 1.

At magna pars hominum decepta cupidine falſa,
Nil ſatis eſt, inquit.

Valer. Mart. libro duodecimo dict. epigram. 10. ad African.

Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.

Deſiderium enim diuitiarum (ſecundum *Ariſtot. Polit. lib. 1.*) vadit in infinitum. & *Topic.* 3. pauperes dicuntur omnes ſecundùm appetitum.

Conceſſo itaque, omnes diuitiarum cupiditate, auaritiaque teneri, eiuſque eſſe contagione infectos; faciliùs tamen pauperum, 75 quàm diuitum ſaturatur, † expleturque, iuxta illud *Martialis libro 1. epig. 79. de leone, & lepore.*

Nec gaudet tenui ſanguine tanta ſatis.
Præda canum, lepus eſt, vaſtos non implet hiatus.

Senecæque epiſtolar. libro decimo-octauo, epiſt. 109.

Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.

Ex quibus deducitur aptiores etiam ex hoc 76 capite ad Magiſtratus † pauperes diuitibus eſſe, vel quia non cupidi, vel minùs ſaltem. Quique neque diuitiarum cupiditate, earumque augendarum deſiderio, amittendivè timore turpia committent. Quod ſecùs in diuiti- 77 bus † eſt. Eleganter in hanc rem Iuuenal. ſatyr. 14.

Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto.
Per glaciem perone tegi, qui ſummouet Euros
Pellibus inuerſis: peregrina, ignotaque nobis
Ad ſcelus, atque nefas, quodcumque eſt, purpura ducit.

Neque enim ſolum (vt inquit *Cicero in prim. paradox.* de Iudicibus loquens, relatus à Barthol. Cœpol. *in dicto tractatu de Imperator. milit. delig. verſicul. Pro Imperatore verò, numero 44.* hanc eandem noſtram in præſenti firmans ſententiam) *ea, quæ habent libidine augendi cruciantur; ſed etiam amittendi metu.* Cuius potentiam optimè perpendit *Seneca in libro 1. de tranquillit. vitæ, cap. De mutatione animi. Itaque* (inquit) *cogitandum eſt, quanto leuior dolor ſit, non habere, quàm perdere.* & ibi: *Erras enim ſi putas animoſius detrimenta diuites ferre.* & ibi: *Tolerabilius autem eſt, vt dixi, faciliùſque non acquirere, quàm amittere.* & epiſtolar. libro primo, epiſtola 5. in fin. *Multa bona noſtra nobis nocent. Timoris enim tormentum memoria reducit, prouidentia anticipat.*

Diuitum metum benè depinxit *Iuni. Iuuenal. ſatyr. 10.*

Pauca licet portes argenti vaſcula puri
Nocte iter ingreſſus, gladium, contumque timebis,
Et mota ad Lunam trepidabis arundinis vmbram,
Cantabit vacuus coram latrone viator.

Et Ouid. de Nuce.

Sic timet inſidias, qui ſe ſcit ferre viator
Cur timeas, tutum carpit inanis iter.

Et Seneca in libro de Paupertate, *Nudum latro tranſmittit, etiam in obſeſſa pauperi via pax eſt.*

Alter quoque Seneca in Hercule Oetæo actu 2.

Ceſpes Tyrio mollior oſtro
Solet impauidos ducere ſomnos.
Aurea rumpunt tecta quietem.
Vigileſque trahit purpura noctes.
O ſi pateant pectora ditum,
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus! Brutia coro
Pulſante fretum mitior vnda eſt.
Pectora pauper ſecura gerit, &c.

Potenſque eſt huiuſmodi metus, vt à recta via diuites declinare faciat, iuxta illud *Eccleſiaſt. capit. 31. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia, & theſauris. Quis eſt hic? & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita ſua.*

Quarè rectiores pauperes, æquique amantiores † existere solere, benè & suprà dicta,& quod scripsit *Mart. lib.*11.*epigram.* 6. *in laudem Neruæ Traiani* ostendunt.

Tanta tibi est recti reuerentia Cæsar, & æqui,
Quanta Numæ fuerat; sed Numa pauper erat.
Ardua res hæc est, opibus non tradere mores.

Firmat hoc idem *Seneca in lib.de Pauper. Abstrahunt à recto diuitiæ* (inquit.) epistol. lib. 3.epist. 20. *Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio.* & de formula honestæ vitæ, tit.de remediis fortuitorum. *Accepit ille grandem pecuniam, absque dubio superbiam accipit.* & epistol. lib 14.epistol. 95. *Nam quasi ista inter se contraria sunt, bona fortuna, & mens bona.* & Tragicorum sententias, carminaque referens, *Epist.*115.

Sine me vocari pessimum, vt diues vocer.

Quod & diuitiarum desiderium, & amittendi
79 efficit metus. Ideoque in Prædicatoribus † ad nudam proferendam veritatem, vitiaque exprobranda,multum interesse,prodesseque paupertatem (suprà dicta ratione) aduertit Alfons. de Madrig.*in tract.de Episcop.Paroch.&c.tract. de prædicator.cap. de paupertate prædicatoris.* Id Ioannis Baptistæ authoritate firmans, qui solus cum pauper esset, Herodem reprehendere, carpereque est ausus; cum multi alij essent, quibus hoc etiam incumbebat munus, quos metus perpendi bona detinuit.

Ex quibus satis etiam authoritati *Auli Gelij*
80 † adductæ, *numer.* 23. *Diuitias obsidis loco haberi, nilque turpe diuites committere, ne eas perdant, audere,* responsum est. Tùm quia ex iam dictis contrarium facile licet colligere; tùm quia adeo in diuitibus potens est diuitiarum augendarum amor; vt in hominum notitiam non ventura scelera, iniusta pacta, & conuentiones, quas secreto, & occultè celebrant, facilè sibi persuadeant. Id quod etiam apertè demonstrant, quod de *Marco Crasso,& Quinto Hortensio* (potentissimis populi Romani viris,Lumina Curiç, forique Ornamenta (tradit Valer. Max. *de auaritia lib.* 9. *cap.*1. Quique scelus, quod vindicare debebant, inhonesti lucri captura inuitati, authoritatibus suis texerunt. Cùm enim *L. Minutio* admodum locupleti quidam testamentum falsum suppofuisset, eiusque confirmandi gratia prædictos *Marcum Crassum, & Q. Hortensium* adiisset, tabulis eum hæredem instituerunt.

Vnde regulariter meliores diuitibus paupe-
81 rès † esse, profitetur Paul. Montan.*de tutor.& curat.cap.*36.*de excusat.tutor.regul.* 2. *per tot.* Pluraque ad id scripsit Andre. Tiraquell. *in l. si vnquam,verbo Bona,num.*3.*C.de reuoc.donat.* Firmatur etiam ex Seneca declamat. libro 8. declamat.1. *Magis Deos miseri* (inquit) *quàm beati colunt.* Et in libro de Diuina prouidentia. *Quarè tamen* (ait) *Deus tam iniquus indistributione fati fuit;vt bonis viris paupertatem, vulnera, & acerba funera adscriberet?* Ex Horatio quoque *lib.*1.*sermon.satyr.*2.

Cur eget indignus quisquàm, te diuite? quare
Templa ruunt antiqua Deum?

Ex rationeque statim assignata à Seneca *dict. libro de Diuina prouidentia. Ipse ignis aurum probat, miseria fortes viros.* vbi multa alia similia adducit. & *in libro de Prosperitate*, ait, *Hos itaque Deus,quos probat, quos amat, indurat, recognoscit,exercet.* Similiaque referuntur verba *in cap. non omnis,* 2. *& in cap. non osculatur,* 3.*in ordine,* 5.*quæst.*6.Sic etiam Plinius *in panegyrico ad Traian.* inquit. *Cùm secunda fælices, aduersa magnos probet.*

De diuitibus autem dicitur Matthæi *cap.* 19 *Amen dico vobis,quia diues difficilè intrabit in Regnum Cœlorum. Et iterum dico vobis, facilius est Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in Regnum Cœlorum.* Et præter alia vitia, quæ diuitiæ gignunt, ex eisque oriuntur (quæ ne fusè vagemur, omittimus, aut obiter enarrabimus) non minorem obtinet luxuria locum. Diuitem enim præsumi luxuriosè viuere, † tradit Iac. Men.*de præ-* 82
*sumpt.lib.*1.*q.*15.*n.*32.Adducoque tex.optimum (à nemine quem viderim ad id ponderatum) *in l.fin.§.filiis autem, versic.Melius enim est,C. de bonis, quæ liber.* & Ouid. *de remed. Amor. lib.*2.

Gnosida fecisses inopem, sapienter amasset.
Diuitiis alitur luxuriosus amor.
Cur nemo est Hecalem, nulla est,quæ ceperit Irum?
Nempè quod alter egens, altera pauper erat.
Non habet vnde suum paupertas pascat amorem.

Et de Arte Amandi lib.2.

Luxuriant animi rebus, plerumque secundis.

Iuuenal. satyr. 6.

Nunc patimur longæ pacis mala sæuior armis
Luxuria incubuit, victumque vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest,facinusque libidinis,ex quo
Paupertas Romana periit. Hinc fluxit ad Histros,
Et Sybaris colles, hinc & Rhodos, & Miletos,
Atque coronatum, & petulans,madidumque Tarentum.
Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ moles.

Claudianus quoque de raptu Proserpin. libro 3.

Haud equidem inuideo (nec enim liuescere fas est,
Vel nocuisse Deos) sed quod dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes.

*Quædam gentes beneficio egestatis non nouere luxuriam,*inquit Seneca de ira libro 3.

Multa diuitiarum mala congerit *D. Chrysostomus super Genes. homil.* 23. 33.*&* 49. *& homil.*13.*super* 2. *epist. ad Corinth.& homil.* 7. *de pœnit, & homil.de auaritia.* Inter quæ in primis luxuriam assignat ibid. *Opes luxuriæ occasio,*

sio, malitia schola, turpis vita, & defluentis causa, animi corruptela, via ad diuersa ferens mala. Plura congessit Guil. Bened. *in cap. Raynuntius, verb. Cuidam Petro tradiderunt, numero 25. versic. Primò sunt elati.* Irritamenta malorum eas vocauit *Ouidi. Metamorph. lib. 1.*

Quasque recondiderat, Stygiisque admouerat vmbris
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

Diciturque *Ecclesiast. 11. Si diues fueris, non eris immunis à delicto.* Vetusq; est prouerbium, *Diues, aut iniquus, aut heres iniqui:* de quo testatur Andr. Tiraquel. *in d. l. Si vnquam, verb. Bona, num. 3.* Pulchrè in id Seneca *controuers. libro 3. controuers. 15. sub vers. Fanianus, Noli pecuniam concupiscere. Quid tibi dicam? Hæc est, quæ anget discordiam. Vrbes, & terrarum orbes in bellum agitat. Humanum genus cognatum natura in fraudes, & scelera mutua instigat. Hæc est, quæ senes corrumpit.* & epistol. libro 13. epist. 88. *Hanc præcedentem causam diuitiæ habent, inflant animos, superbiam parant, inuidiam contrahunt, & vsque eò mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet.* & de ira libro tertio. *Circa pecuniam plurimùm* (inquit) *vociferationis est. Hæc fora defatigat, patres, liberosque committit, venena miscet. gladios tam percussoribus, quàm legionibus tradit. Hæc est sanguine nostro delibuta. Propter hanc vxorum, maritorumque noctes strepunt litibus & tribunalia Magistratum premit turba, Reges sæuiunt, rapiuntque, & ciuitates longo sæculorum labore constructas euertunt.* Et nè in his longior fiat sermo noster (post multa alia diuitiarum mala, quæ congerit idem ipse *in lib. de paupertate*, adductaque etiam à Petr. Rebuff. *in 1. tom. ad constit. Gallic. tit. de sentent. prouis. art. 3. gloss. vlt. n. 1*, illaque carmina.

Diuitiis vti, res est damnosa saluti.
Paucos crede bonos, quos habet æris bonos
Mollities vestis, coitus, gula; cura quietis
Possunt luxuria quatuor esse nota)

83 Diuitias à vitiis † denominari (si *Valeriano* solertissimo antiquitatum indagatori, his duobus carminibus testanti, credimus) scire sufficiat.

De vitiis, quòd diuitiæ congregentur, apertum est,
Nomen idem vitiis, diuitiisque datum.

Firmat præfata Senecæ sententia *in Hippolyto. actu 3.*

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit. spargitque manu.
Munera cæca, peiora fouens.
Et ibi:
Tradere turpi fasces populus
Gaudet; eosdem colit, atque odit.
Tristis Virtus peruersa tulit
Præmia recti: castos sequitur
Mala paupertas: vitioque potens
Regnat adulter

Supra dictisque omnibus, & sententiæ, quam sequimur, ac defendimus (*pauperes honoribus, publicisque officiis decorandos, diuitibusque etiam præferendos*) auxiliatur: Quia in Iudicibus non ea consideranda paupertas est, quæ quasi compellat, malumque aliquod perpetrare, turpevè quidquam committere cogat. Cùm salarium Iudici secundùm officij, ipsiusque qualitatem constitui † leges iubeant. *Authen. de* 84
Pratorib. populi, cap. 3. versic. Oportet ergo, collat. 2. nouell. 13. ibi: *Etenim neque citra vsum consolationis eos relinquimus, sed vnicuique eorum tot solidos occasione annonarum annis singulis dabimus; quatenus hi sufficientes his, nulli acquiescant furto, aut venalitati. Authent. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. Cogitatio igitur. collat. 2. nouell. 8. authen. Iusiurand. quod præstat ur ab his, coll. 2. §. Iuro quoque, auth. de mandat. Princip. § Festinabis, collat. 3. & §. Illud tamen, authen. de Iudicib. §. Hoc autem, versic. Et neque, collat. 6. Notatur in cap. Cùm ab omni, extra de vit. & honest. Cleric* Iason *in l. Ne quidquam, numero 2. D. de offic. Proconsul. Specul. in titulo de salar. §. 1. numero 8.* Angel. & Ias. *in §. Tripli, instit. de actionib.* Decius *in l. Diem functo, numero 5.* (& ibi communiter Doctores.) *D. de offic. Assessor.* Diu. Thomas *2. 2. quæstione 71. artic. 4.* Petrus Nuñez de Auendaño de *exequend. mandat. cap. 2. numero 7.* Camil. Borrell *de compromisso, §. 5. glossa 2. numero 1. & sequentib. & de Magistr. edict. libro 1. capite 13. numero 23.* Petrus Follet. *ad constitut. Regni, constitutione Peruenit, num. 23. & constitutione Ad hoc volentes, num. 3.*

Idque etiam præter sportulas sibi debitas, vt *quæstione 28. numero 3. & sequentib.* dicemus. *Vnde Ælius Lampridius in Alexandro Seuero*, inquit. *Iudices cum promoueret, exemplo veterum (vt Cicero docet) & argento, & necessariis instruebat, ita vt Præsides prouinciarum acciperent argenti P. vicena, Phialas senas, mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balnearias singulas, aureos cētenos, coquos singulos, & si vxores nō haberēt singulas cōcubinas, quod sine his esse nō possent, reddituri deposita administratione, mulos, equos, muliones, & coquos; cætera sibi habituri, si benè gessissent, in quadruplum reddituri, si malè.* Refert Camill. Borrell. *de Magistrat. edict. dict. capite 13. numero 29.* hæc numero 30 adiiciens. *Sed & Trebellius Pollio in Claudio epistolam refert, ex qua vsus similis constat. Valerianus ad Zosimionem Procuratorem Syriæ. Claudium Illiritianæ gentis virum, Tribunum Martiæ quintæ legionis fortissimæ dedimus virum deuotissimis, quibusque ac fortissimis veterum præferendum. Huic salarium de nostro priuato ærario dedimus, annuos frumenti modios tria millia, hordei sex millia, laridi libras duo millias vini veteris sextarios tria milia quingentos, salis modios viginti, ceræ pondo centum quinquaginta, fœni, paleæ, aceti, oleris, herbarum, quantum satis est, pellium tentoriarum decurias triginta, mulos annuos sex, equos annuos tres, Camelas annuas decem, mulas annuas nouem, argenti in opere annuo pondo quinquaginta, & in strenis quinquaginta septem, & trientes centum sexaginta. Item sicophocondas vndecim, itē incaucos, & scbyphos, & zuma pondo vndecim, tunicas russas militares annuas, sago clamydes annuas duas, fibulā aureamcumacum Cypream vnam, Balteum argenteum inauratum*

vnum vnciarum septem, torquem libralem vnum, cassidem inauratam vnam, scuta chrysographata duo, loricam vnam, quam refundat. Lanceas Herculianas duas, Alcides duas, faces fœnarias quatuor, coquum, quem refundat, vnum, mulieres speciosas ex captiuis duas, albam subsericam vnam, cum purpura subcubitana, subarmalem vnum, structorem, quem refundat, vnum, cum purpura Maura, notarium, quem refundat vnum, latum-clauum, quem refundat, vnum, venatores, qui obsequantur, duos, carpentarium, vnum, curatorem Pretorij vnum, aquarium vnum, piscatorem vnũ, ligni quotidiani pondo mille, si est copia, sin minus quantum fuerit, & vbi fuerit, coctilium quotidiana batilla quatuor, balneatorem vnum, & ad balnea ligna, sin minus lauetur in publico. Iam cætera, quæ propter minutias suas scribi nequeunt; pro moderatione præstabis. Aliam consimilem epistolam transcribit idem ipse *Camill. Borrel. eodem num.* 30. quam apud eum videre licet.

Turcatum prætere a Imperatorem plurima
85 Iudicibus † quotannis donare (post *Ioannem Antonium Menanium de moribus Turcarum*) scribit *Ferrandus Adduensis, explicationum libro primo, capite nono.*

86 Sic & Bailli, ac Senescali in Gallia sua habent salaria, † & stipendia, de quibus Francisc. Marc. *decis. Delphinat.* 794. *par.* 1. tradit idem ipse Camill. Borrell. *d. cap.* 13. *numero* 31. *&* 32.

In nostro etiam Hispaniæ Regno taxari Iu-
87 dicibus ordinariis congruum salarium iubet *Regia lex* 10. *titulo* 5. *libro.* 3. *nouæ Reg. collectio.* ibi: *Y el Presidente, y los del nuestro Consejo tassen el salario a los Tenientes, y Alcaldes razonablemente, como bien visto les fuere, y se informen de lo que les dan, y prouean como sean conuenientemente pagados, porque assi entendemos que cumple a la buena gobernacion, y administration de la Iusticia, y descargo de nuestra Real conciencia. Y que la tassacion que hizieren de los salarios, la pongam en las cartas de Corregimiento que se dierem, como se ha acostumdo hazer.* Idemq; & in superioribus Iudicibus obseruari, plusquàm notum est.

Quod & apud Ecclesiastica tribunalia non solùm obtinere: sed etiam in foro conscien-
88 tiæ debere Episcopum, † vel Prælatum Ecclesiasticum Vicario, vel Iudici salarium constituere, & soluere, notant Didac. *de* Segura *in suo directorio iudicum Ecclesiasticor. cap.* 14. *nu.* 36. ita practicari dicens, Ioann. Matienço *in dialogo Relator. lib.* 3. *cap.* 32. *num.* 9. Flores Diaz de Mena *variar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 8. §. 1. *num.* 6.

Et hæc quidem salaria Iudicibus debita de
89 iure communi à Fisco † (vt iam latè deduximus) soluebantur. notant etiam *Afflict.* & alij relati per Petr. Nuñez *de* Auendann. *cap.* 2. *num.* 1. *versic. Et hæc iudicum salaria*

Iure autem Regio, de bonis communibus, †
90 hoc est, *de los propios*, huiusmodi soluuntur salaria, ex *tex. in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 2. *Ordinam. l.* 5. *tit.* 5. *lib.* 3. *noua Reg. Collect.* Quodque moribus receptum dicit Couar. *practic. quæst. cap.* 4. *num.* 5 *post med.* Si autem propria Ciuitas, vel populus nulla, insufficientiavè habeat: collecta † eis, qui aliàs contribuere in collectis so- 91
lent, imponetur, dictis iuribus supra, aduertitque etiam Auendan. *loco proximè relato. versic. Hodie autem*, Ioan. Orozc. *in l. fin. n.* 10. *D. de offic. Assessor.* Fietque in capita, † 92
(vt ex suprà adductis) tradit Alfons. *de* Azeued. *in d. l.* 5. *tit.* 5. *lib.* 3. *Reg. Collect. num.* 1. Flores Diaz *de* Mena *dict. quæst.* 8. §. 1. *numero* 14.

Et an etiam Iudici infirmo, † absenti, mor- 93
tuovè eius hæredibus debeatur? Et an in anni principio, vel fine soluendum sit? diximus *quæst.* 28.

Vnde cum in Iudice cui salarium constituitur, & vilitatis, & suspicionis ob magnam necessitatem, deficiat ratio; & argumenta quoque iam relata deficient. Illudque pariter de pauperibus, qui ab accusando, à testimonio, & à tutela remouentur, ex dictis *à Nobis quæst.* 1. *numero* 29. † Præterea quia pauper diligens, & 94
probus, ob solam paupertatem non remouetur, *text. in* §. *fin. instit. de suspect. tutor. & ibid.* Accurs. *verb. Remouendus non est, l. Suspectum,* §. *D. eodem, vbi etiam gloss. & in l.* 2. *C. de tut. & cur. qui non sat. ded.* sed ex defectu satisdationis, vt notat *Accurs dict. locis.* Id quod in iudicibus etiam contingit qui ante satisdationem ad officia non admittuntur, vt dicemus *quæst.* 53. *num.* 12. ¶ Patet ex tam longè deductis & responsio contrariis, & firmam, veramque hanc. quam defendimus sententiam, eamque tenuerunt † Matienz. *in dialog. Relat.* 4. *par.* 95
cap. 8. *ex num.* 9. *cum seqq.* Bart. Cæpol. *in d. tractat. de Imperat. militum delig. versic. Pro Imperatore, nu.* 41. Petr. Gregor. *lib.* 47. *syntagmat. capit.* 10. *num.* 17. Cùm quibus etiam (vbi saltem iudicibus salarium constituitur) tenet Camil. Borrel. *de Magistratuum edict. d. lib. cap.* 13. *num.* 22. *& seq,* hancque sententiam veram, & apud politicos obtinere, testatur; *Homobonus in tractatu de humanæ vitæ statibus,* 2. *par. fol. mihi* 649. *Marta de iurisdict.* 1. *par. c.* 7. *num.* 15.

Optimamque ad regimen, Magistratusque 96
gerendos paupertatis † à cupiditate alienæ qualitatem esse, asserit *S. Thom. lib.* 4. *de regimine Princip. c.* 15.

Non tamen de pauperibus omnino vilibus, & abiectis, de quibus sentire contrariæ partis assertores videntur, suprà dicta vt iam aduertimus intelligenda sunt. Eos namque, † & Ma- 97
gistratibus ineptos esse diximus, & docet *Aristotel.* 1. *Politicor. cap.* 9. Sunt enim (vt *idem ipse ibidem lib.* 4. *cap.* 11. testatur) occultè praui, & in rebus exiguis fraudatores, ideoque Magistratum gerere nescire, sed ad parendum aptos esse. Bonus ad propositum *text. de iure Regio in l.* 2. *tit.* 9. *par.* 1. De quibus loqui, non obscurè demonstrat *Consultus in d. l. Rescripto,* 6. *de muner. & honor.* Inque omninò exhaustis pauperibus eius dictum, *Philosophique* proximè relatam assertionem intelligit Leander Galgan. *de iure public. libro* 2. *titul.* 3. *numero* 16. & latiùs, ac apertius *libro* 2. *tit.* 5. *numero* 35. *& seq.*

Denique (ne per mendicata suffragia procedere videamur) pro nostra sententia est *text.* expressus de nouiori Collectionis Reg. iure *in l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 3. *noua Collect.* ibi: *Y que el Corregidor sea tal, que cumpla a nuestro seruicio, y a*

la

la execution de la Iusticia, proueyendo al oficio, mas que a la persona: y que sea persona llana, y no poderosa.

98 Ergò mediocris conditionis homines † ad Reipublicæ regimen, Magistratusque aptiores esse, ita vt nec valde potentes, ac locupletes, nec omnino pauperes viles, egentes, & inopes ad eos assumantur, constat, traditque (ex doctrina *Aristote. d. lib. 4. Politic.* quam valde extollit) *Patritius in sua Republica lib. 1. tit. 4. pag. 15. ad fin.* sic dicens: *Mediocres certè, qui neque abiecti sunt, neque opulentia nobilitatis nimis exultant; longè modestiùs præsunt.* & per eadem fere verba, idem ipse *ibi lib. 6. tit. 5. pag. 153.* Ad idque respexisse *d. l. 2. nouæ Reg. Collect.* colligitur. Et expressius prouidit *d. l. 2. tit. 9. par. 2.* ibi: *Estos a tales non deuen ser muy pobres, nin muy viles, nin otrosi, muy nobles, ni muy poderosos.* Tenent etiam Ioan. Matienz. *d. cap. 8. numer. 19.* Iacob. Simanc. *de primogen. lib. 4. cap. 6. & 7.* Petr. Cened. *Collectan. iuris Cano. 27. num. 11. par. 1.* Bobadilla *d. lib. 1. cap. 11. in princip. & num. 4. & 5.* Galganet. vbi proximè.

99 Namque diuitibus si Respublica excellentiam honorum tribuat, † afficiunt alios iniuria, vt testis est *Philosoph. 5. Politic. cap. 1.* in eosque superbiunt iuxta illud *Horat. epod. oda 4.*

Licèt superbus ambules pecunia, &c.

Eleganterque Senec. in Hippolyto.

Cur sancta paruis habitat in tectis Venus?
Mediumque sanos vulgus affectus tenet,
Et se coercent modica? Contra diuites,
Regnoque fulti, plura que fusè petunt.
Quod non potest, vult posse qui nimium potest.

Pro coronide denique hanc præclarè opinionem confirmantia Imperatoris *Macrini* eleganta verba (quæ in oratione ad exercitum in Imperij sui ingressu, ac primordio habita protulit) libenter refero. *Neque est tamen (ait) quòd quisquam indignum Imperio censeat, aut fortunæ crimen putet esse, quòd ex Equestri ordine ad Imperium peruenerim. Nam quò obsecro nobilitas ipsa, nisi morum benignitas adsit, & humanitas? Siquidem fortunæ munera etiam parùm dignos exornant, animi virtus propriam cuique gloriam conciliat. Et claritas quidem generis, diuitiæque atque id genus reliqua, & si beatorum propria putantur minimè in ipsis (vt pote ab aliis tradita) laudantur. Lenitas autem, ac benignitas; & si ipsis quoque admirationi sunt; attamen habenti quoque, laudem accumulant. Quid enim vobis profuit Commodi nobilitas? aut Antonini paterna successio? Scilicèt eiusmodi homines quasi ipsis debitam hereditatem adepti, veluti proprio patrimonio per contumeliam abutuntur. Qui autem à vobis Imperium acceperunt (veluti in perpetuum obstricti) etiam referre gratiam pro meritis enituntur. At hac Patricia Principum nobilitas sæpenumero in superbiam vertit, despectis omnibus, velut inferioribus.* Et alia pulchra ibi, prout *Herodian. de Imperatorum Romanorum præclaris gestis, lib. 5.* refert.

Ex quibus satis iam abundeque patet, pauperes (dummodo sordidi, viles, & abiecti, malisque moribus imbuti non sint, sed honestæ probatæque vitæ, virtute, ac literis prædit) ad Reipublicæ honores, officia, & dignitates eligendos, ac diuitibus etiam præferendos fore. Et quid in Ecclesiasticis electionibus; quæstione sequenti (vt iam huic finem imponamus) adiiciemus.

VTRVM ADMITTI, ELIGIVÈ AD BENEFICIA, & DIGNITATES ECCLESIASTICAS, AUT ETIAM DIUITI, VEL MINÙS PAUPERI DIGNIORI PRÆFERRI PAUPER DEBEAT?

SVMMARIVM.

1 *Pauperes ad beneficia, vel dignitates Ecclesiasticas admittendi non sunt,* & num. seqq.
Contra num. 12. & seqq.

2 *Beneficia Ecclesiastica dignioribus conferenda sunt.*
Et idem in maioribus dignitatibus, ibid. *in fin.*

3 *Episcopus eligens ad beneficium dignum, omisso digniore, mortaliter peccat, licèt de digno facta electio teneat. ad restitutionem deinde digniori ipsi obnoxius est,* num. 10.

4 *Ad beneficia curata etiam in mensibus Apostolicis, siue per reseruationem in Curia vacantia, dignior eligendus est.*

5 *Ampliatur etiam in beneficiis iuris patronatus Ecclesiastici, vel mixti, partim scilicèt laici, & partim Ecclesiastici.*

6 *Et etiam si pro duabus partibus iuspatronatus laicorum, & pro vna tantum Ecclesiastici sit.*

7 *Prouisio per concursum in quibus casibus necessaria non sit,* remisiuè.

8 *An dignior ad iuspatronatus laicorum eligendus sit? vel sufficiat dignum præsentari, eique beneficium sit conferendum?*

9 *Et quid si plures præsentati sunt?*

11 *Hodie ex Pij V. Bulla dignior dicitur habere ius in beneficio, poteritque si eo omisso, dignus tantum electus sit, appellare, nouoque à Superiore habito examine, declarabitur electio irrita.*

14 *Dictio* Alius, alia, aliud, *similitudinẽ ostendit, eandemque cum præcedentibus naturam inducit.*

15 *Causa, quæ mouit Pontificem ad faciendum beneficiorum reseruationem, fuit, vt pauperibus clericis de beneficiis reseruatis prouideret.*

16 *Ad beneficia obtinenda, simulari solet paupertas,* remissiue.

17 *Ambienda non sunt officia, tam secularia, quàm Ecclesiastica.*

18 *Clerico pauperi ambire licet beneficium pro conditione sua sufficiens.*

19 *Omnes gratiæ beneficiales ambitiosæ sunt.*

20 *Literæ* In forma pauperum, *ambitiosæ non sunt, sed de iustitia dicuntur.*

21 *Conferri pauperi clerico beneficium, potiùs de iustitia, quàm de gratia est, cum illi sit debitum.*

22 *Pau*

22 *Pauper non solùm ad Ecclesiastica beneficia admittendus est, sed etiam diuitibus præferendus.*

23 *Pauper non beneficiatus in data cum beneficiato concurrens, eidem præfertur.*

24 *Pauperes expectantes: etiam officialibus, & familiaribus descriptis Papæ præferuntur.*

25 *Habens expectatiuam* In forma pauperum, *habenti eam* In forma communi, *præfertur.*

26 *Pauper idoneus concurrens ad beneficium cum diuite, vel minùs paupere magis idoneo, eidem præfertur.*

Fortiusque in beneficiis simplicibus, & iurispatronatus procedit, numero 32. & 33.

27 *Idque non solùm propria, sed etiam parentum, sororum, vel fratrum operatur paupertas.*

28 *Beneficia Ecclesiastica dicuntur panis pauperum.*

29 *Bona Ecclesiarum, bona sunt pauperum.*

Pauperes bonorum Ecclesiasticorum dicuntur domini, ibid.

30 *Fructus beneficiorum, vita, & sanguis pauperum dicuntur.*

31 *Ecclesia dicitur mater pauperum.*

34 *Dignior qualiter quis, & ex quibus ad beneficia, dignitatesque Ecclesiasticas iudicari debeat?*

35 *Paupertatis qualitas, & circunstantia multum simul cum idoneitate ad iudicandum quem magis dignum confert*, remissiuè.

36 *Clericus pauper præsentatus, magis idoneus, non solùm moribus, & virtutibus; sed etiam literis, & scientia præsumitur.*

37 *Pauperes amantiores sunt literarum, quàm diuites.*

Crates Thebanus *cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus (tanquam literarum studio repugnans) abiecit*, ibid.

38 *Paupertas vna est ex clauibus, per quas ianuam intramus Sapientiæ, Magistraque omnium artium, atque repertrix*, ibid.

39 *Respondetur contrariis.*

Intellectus ad text. in clement. In plerisque 5. de electiõ. & ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de reformat. *ibid.*

40 *Diues in beneficij Ecclesiastici assecutione, si Ecclesia pauper sit, diuitiisque indigeat, pauperi præfertur.*

41 *Vel si pauper illiteratus sit, magnumque beneficium, aut Ecclesiæ Cathedralis Canonicatus.*

42 *Secùs si pauper literatus sit, quia ad magnas debet dignitates extolli.*

43 *Cùm pauperibus literatis, sicut cum nobilibus ad beneficiorum pluralitatem dispensandum erit.*

QVÆSTIO VII.

Conuenit (postquam superiori egimus quæstione *virum pauperes ad honores, & officia secularia admitti debeant*) quid & in Ecclesiasticis dicendum sit, discutere. Ex cuius disputatione aliqua illi, & illius, huic accommodari poterunt Argumenta in primis, quæ pauperes ad honores, secularia officia, & dignitates admitendos non esse, suadent. Inter quæ non minorem obtinet locum vilitatis ex paupertate prouenientis causa, ob eamque ad dignitates Ecclesiasticas admittendos pauperes non esse, † est *textus* expressus *in clem. In plerisque 5. de elect.* Cuius verba sunt: *In plerisque Ecclesiis nedum (quod dolentes referimus) præsidio facultatum priuatis: sed & clero carentibus & populo Christiano, multos frequenter, & religiosos præsertim improuida Superiorum prouisio ad Pontificatus assumit honorem; qui nec (vt expediret) prodesse, nec praeesse (vt deceret) valentes, instabilitate vagationis, & mendicitatis opprobrio serenitatem Pontificalis obnubilant dignitatis, &c.* 1

Secundò hæc eadem sententia firmatur ex eo, quia beneficia Ecclesiastica dignioribus, † idoneioribusque conferenda sunt, *cap. Constitutis el 2.46. in ordine de appellat. c. Moyses 6. c. Licet* 15.8. q.1. *c. Metropolitano* 19.63. *dist. c.* 2. *De offic. custod. cap. vnic. vt Ecclesiast. benef. sine diminut. confer. Concil. Tridens sess.* 14. *cap.* 18. *de reformat.* D. Thom. 2.2. *quæstio.* 63. *artic.* 1. & 2. & *quæst.* 185. *artic.* 3. & *quodlibet.* 4. *artic.* 15. & *quodlibet* 6. *art.* 9. & *quodlibet.* 8. *art.* 6. Syluester *in summa, verbo, Acceptio personarum, verb. Electio,* 1. *quæst.* Dominic. Soto *de iustit. & iure, lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 2. & *lib.* 10. *quæst.* 2. *art.* 3. Mercad. *in suma de contract. lib.* 6. *cap.* 27. Emmanuel Rodrig. *in summ.* 1. *tomo, cap.* 106. & 108. Martin. Nauarr. *in manuali, cap.* 17. *n.* 73. & *de oratio.* Miscellan. 38. *cum seqq. vsque ad* 42. D. Antonin. Adrian. Caietan. Arag. Bañez. Vega, & plures alij, quos refert, & sequitur Nicol. Garcia *in tractat. de beneficiis,* 7. *part. cap.* 16. *num.* 2. Didac. Couar. *in reg. Peccatum,* 2. *par.* §. 7. *num.* 4. & 5. Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. Ordinam *glos.* 1. Ludouic. Molin. *de Hispan. primog. libro* 2. *cap.* 5. *a num.* 5. & *num.* 69. Flamin Paris. *de resignat. benefic. lib.* 4. *quæst. vltim. num.* 35. 36. 39. & 40. Hieronym. Ceuallos *Communi. contra commun. quæst.* 659. *numer.* 1. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep Curiæ Neapol. cap.* 65. *numer.* 8. *latissimè* Ioann. Gutierr. Canonic. *quæst. lib.* 2. *cap.* 11. *per tot.* communem dicit Ferdinand. Vazquez Mencha. *controuer. illustr. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 14. & *seqq.* Cardinal. Francisc. Tolet. *in summ. lib.* 5. *cap.* 4. *vers.* 4. & *cap.* 78. Steph. Grat. *discept. Forens. lib.* 2. *cap.* 111. *n.* 20. Ioann. Hieronym. Episcop. Campanil. *in suo diuersor. iuris Cano. rubric.* 6. *cap.* 3. *num.* 32. prope infinitos, tam Theologos, quam Iuristas referens, & *rubrica* 7. *c.* 6. *num.* 70. & 71. Idem in dignitatum superiorum electione, vt in maioribus Prælatis, Episcopis, vel Papa. ex *numero* 72. *cum sequentibus* dicens; plenè etiam *Alexand. Raudens. decisio.* 34 *in princip.* & *à n.* 78. & 179. & *decis.* 33. *à n.* 10. 2

Qui omnes peccare mortaliter Episcopum † 3 etiam

etiam idoneum, vel dignum, idoneiore, vel digniore omisso eligentem, licèt de digno facta electio teneat, tradunt.

4 Quod quidem absque dubio in beneficiis curam animarum † habentibus, etiam in mensibus Apostolicis, siue per reseruationem in Curia vacantibus procedit, quia & in eis dignioris omnino electio facienda est, ex *Bulla Pij V.* & ita *Congregatio Concilij d. cap. 18. verbo, Ecclesia reseruata*, declarauit.

5 Idemque in beneficio iurispatronatus Ecclesiastici, † vel mixti, partim scilicet laici, & partim Ecclesiastici) obseruandum, notarunt Hieronym. Gonçal. *in regula* 8. *glos.*6. *numero* 135. Oliuer. Beltramin. *in annotat. ad* Alexand. Ludouic. *decis.* 494. *numero* 6. declarauitque *Congregatio supra, vers. Iuspatronatus laicorum.* Vbi etiam idem decreuit, & si pro duabus

6 partibus iuspatronatus laicorum sit, † & pro vna tantum Ecclesiastici, adhuc enim debet per concursum fieri prouisio, dignior que beneficium conferri. Tradit latè Herculan. Marescot. *variar. resolution. lib.* 1. *capit.* 51. *numero* 2. *vsque ad* 8. *inclusiuè.* Sex inibi assignans

7 fallentias, quibus prouisio † per concursum necessariò facienda non sit: ad quæ videndus etiam *Stephanus Gratian. dict. capit.* 211. *ex n.* 9. *cum seqq.*

8 Quod & in beneficiis iurispatronatus laicorum † procedere, voluerunt Didac. Couarruu. *in d. cap. Peccatum*, 2. *part.* §. 7. *numero* 5. Mandos. *ad Lapum allegat.* 22. Gratian. *dict. n.*9. *& sequentibus*, Gutier. *dict. capit.* 11. *num.* 19. *& sequentibus*, Episcop. Campanil *dict. rubrica* 6. *capit.* 3. *num.* 32. *versiculo, Patronus quoque.*

Licèt contrarium tenuerit Lambert. *de iurepatron.* 1. *par. lib.* 2. *quæst.* 10. *art.* 3. *numero* 13. *&* 34. dicantque probabile Emanuel Rodrig. *in summ. tom.* 1. *cap.* 106. *numero* 8. Petr. Ledesm. *in sum.* 2. *par. tract.* 7. *cap.* 2. 7. *conclus. difficult.* 9. & Bañnez, quos refert Nicol. Garc. *d. cap.* 16. *num.* 19. Hanc quoque tenens sententiam, per *dict. cap.* 18. *Concil. Tridentini*, de digno, vel idoneo tantùm quoad patronum laicum agente: ad quod forsan non aduertisse *Ioan. Gutier.* loco suprà dicto, notat difficultatibus, contrariisque respondens, *num. seqq. vsque ad* 25. *inclusiuè.* Et ita censuit, declarauitque *Congregatio in d.* §. *Quod si iuspatronatus laicorum sit*, Alexand. Ludouic. *decis.* 494. *numero* 1. *& ibid.* Oliuer. Beltrami. *in eius annotionib.* (alios referens) *num.* 3. vbi vnicus tantùm à patrono laico electus, vel præsentatus est; sufficiet enim si idoneus sit, licèt alij adsint digniores, nec concursus fiat necesse est; se-

9 cùs si plures præsentati sint, † tunc enim examen inter ipsos præsentatos fieri, idoneiorque ab Episcopo institui debet, vt *d. loco* declarauit *Congregatio*, & in versic. *Eueniente vacatione, Alex. Ludouic. sup. num.* 2. *& ibid. Oliu. Beltram. d. numero* 5. sic sæpissime iudicatum per *Rotam.* referens. Adeoque prædicta obligatio (digniorem dignis omissis, eligendi, in casibus huiusmodi qualitatem exigentibus, iam suprà notatis) Episcopum arctat; vt non solùm aliter faciens mortaliter (vt diximus) peccet;

10 sed & digniori ipsi ad restitutionem † teneri, asseuerent Syluester, *verb. Institutio*, 3. *q. vers.* 2. Bart. à Medin. *in summ. lib.* 1. *cap.* 14. §. 32. Ludouic. Lopez *in instruct. conscient.* 1. *tomo capit.* 125. *&* 127. Petr. Ledesm. 2. *par. tractat.* 8. *capit.* 4. 1. *conclus. & cap.* 8. Emmanuel Rodrig. 1. *tomo, cap.* 108. *numero* 6. Paludan. Ricard. Caietan. Petr. Nauar. Salon. Aragon. & Bañez *adducti per Nicola. Garciam dict. capit.* 16. *numero* 30. Qua de re late per ipsum ex *numero* 26. *vsque ad* 61. *&* Ioan. Gutier *d. capit.* 11. *ex numero* 47. *& sequentibus*

Hodie namque dignior ex *Pij V. Bulla* iust 11
in beneficio habere dicitur, vt per *Nicol. Garc. supra numero fin.* Poteritque se omisso, dignoque tantùm electo, appellare, ac nouo à Superiore præhabito examine, declarabitur electio irrita, ex *dicto capite* 18. *Concilij*; nominatimque per Motum proprium eiusdem *Pij V.* super Collatione Ecclesiarum parochialium (qui est 33. in bullario, vbi dicti Concilij renouatur dispositio) prouidetur. Ioannes Gutierrez iam relatus *numero* 42. Gratian. *dicto capit.* 211. *numero* 31. Ioann. Hieronym. *dict. rubrica* 7. *cap.* 6. *num.* 75.

Digniores autem ad beneficia dignitatesque Ecclesiasticas diuites esse, ex d. clement. *In plerisque*, rationibusque ibi à Pontifice expressis, satis constat. & per consequens, ad eas diuites promouendos, quorum authoritate Clericalis splendet ordo, ac pauperibus (quibus vilescit, Cleroque de decori sunt) præferendos.

Contrariam tamen sententiam, † & ex his, 12
quæ in *d. præcedenti quæstione* fusè protulimus, veram esse conuincitur; & probat expressus *text. in d. cap. Constitutis* 46. *de appellationib.* In cuius textus specie præsentatus quidam à maiori, snaiore que Capituli parte ad Præposituram fuerat, cuius electionem confirmauit Episcopus, à qua eiusque confirmatione ab aliis præsentatus ad Apostolicam Sedem appellauit, electionem, confirmationemque reuocati contendens, ea præcipuè causa, quòd electus inops, ac impotens esset. Quam friuolam, reiiciendamque summus iudicauit Pontifex, ibi: *Decanus ad Sedem Apostolicam appellauit, contra te impotentiam dumtaxat allegans, proponendo te in partibus illis, quasi penitus impotentem, in quibus Præpositura possessiones existunt.* & ibi: *Nos ergo, quia constitit euidenter illam appellationis causam, quæ fuit expressa, rationabilem non fuisse.* & ibi: *Decreuimus tuæ confirmationis effectum non debere per ea, quæ sunt proposita, impediri.*

Præterea, pauperes idoneos, † dignos, ac 13
benemeritos ad Ecclesiastica beneficia esse, probatur, deprehenditurque manifestè, ex *regula* 8. *Cancellariæ de reseruatione mensium Apostolicorum, & de alternatiua pro Episcopis residentibus.* Cuius initium est, *Item cupiens D. N. Papa pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis prouidere, &c.* Ergo pauperes benemeriti ad Ecclesiastica beneficia sunt, & ex *pauperum* expressa mentione; & dictione illa *Alius*,

† *alia, aliud*, quæ similitudinem ostendit, ac 14
denotat, eandemque cum præcedentibus naturam induit; *text. & ibi glos. & Scribent. in c. Sedes* 15. *de rescript. text.* (*iuncta glos. verb. Alia pœna*) *in l. Si fugitiui*, 1. *C. de seruis fugitiu. vbi notat* Bald. *n.*6. Salycet. *num.* 3. Decius *num.* 13.

auth. Ex testamento , *& ibi glos. verbo,*
Aliorum datorum , *ibidemque* Salycet. *numer.*
1. *C.de colla.l.fin.C.de his* , *qui à non domin.*
manumissi sunt,vbi Bald.*num.*1.plures referens
Ioan Matienz. *in l.3.glos.* 2. *nu.*2. *tit.* 8.*lib.* 5.
noua Reg. Collect. Iacob Puteus. *decis.*22.*num.*
2.*lib.*2.alios etiam adducens Hieronym. Gon-
çalez *in d. reg.*8.Cancellar. *glos.*3.*numero* 24.
Multa ex hoc numeris sequentibus inferens, ac
deducens. Cardinal. Tusch. *pract. conclus.*
*lit. D. conclus.*245. & dicemus *quæst.* 9. *nu-*
mero 22.

Nec solùm pauperes idoneos, benemeritos-
que ad Ecclesiastica beneficia esse, sed & ratio-
nem dictæ constitutionis , & regulæ , funda-
15 mentalemque causam,qua quilibet Papa ad il-
lam faciendam mouetur , constat esse.†vt pau-
peribus clericis de beneficiis reseruatis prouide-
re possit,ipsius proœmio id monstrante,& ini-
bi notat Hieronym. Gonçalez *glos.* 1. *nu-*
mero 6. allegans etiam Achil. *de* Gras. *de-*
cis. vnic. super eadem ipsa regula , *nu*
mero 2.

16 Quare ad beneficia obtinenda simulari,†fin-
gique paupertas solet, vt præcedenti notaui-
mus quæstione,*n.*57.

Idque & in hoc habet præcipuum paupertas,
quòd licèt officia tam secularia , quam Eccle-
17 siastica ambienda non sint,† *vtraque lex vnic.*
D.& C. ad legem Iuliam de ambitu,l. Si quem-
*quam,*30.*vers.Tantum de ambitu, C. de Episc.*
& clerisc.cap.Sancimus, 1. *quæst.* 7. Clerico ta-
18 men pauperi beneficium pro conditione sua
sufficiens , congruumque ambire licet , † vt
notat Hieronym. Gonçalez *vbi suprà dict.glos,*
2.*num.*10.*&* 11.

Eaque ratione,quamuis omnes gratiæ be-
19 neficiales ambitiosæ sint , † *cap. Quamuis* 4.
post princip.cap.Si motu proprio 23.*de prabend.*
*lib.*6. Rota Roman. *decis.* 8. *ante med.de con-*
*ces prabend.in nouis & decis.*60.*num.*7.*de res-*
*cript. in antiq.*Guil. Cassador. *decis.* 8. *num.* 4.
20 *de conces prabend.*Literæ tamen *In forma pau-*
perum † ambitiosæ non dicuntur, sed de iusti-
tia, ex *c.Cum secundum Apostolum* 16.*de præ-*
bend. & dignit. tenet Rota Roman. *decis.* 10.
numero 11. *in antiquis.* Ideò cum filo canapis
bullari aduertens; ita etiam Hieron, Gonçalez
21 *d.glos.num.* 10. *&* 11. Conferreque pauperi
clerico beneficium , † potiùs iustitia dicitur,
quàm gratia, cum illi sit debitum. Et propterea
rescripta *In forma pauperum,* iustitiæ dicuntur,
glos. verbo, Pauper , *in cap.Si pauper* 30. *de*
præbend.in 6. *per text.in clement. Literas* , *in*
*princ.eod. tit. glos verb. Gratiæ, in extrauag.*1.
§. *Nos amouere* , *de conces. prabend.* Ioann.
XXII. Rota Rom. 55.*n.*4. *de conces. prab. in*
antiq. Guil.Cassad. *decis.* 8.*n.*9. Staphil. *de li-*
*ter.grat.§.Nona forma pauperũ,n.*5.Hironym.
Gonçalez *d.glos.*2.*n.*7.

Vnde non solùm pauperem ad Ecclesiastica
beneficia admittendum esse: sed etiam diuiti-
22 bus præferendum;† tenent Anton.de Butr.*post*
Hostiens. *in cap. Tuam,num.*7.*ante finem, vers.*
Pro prædicta dicit Hostiens.*de ætate* , *& qua-*
lit. Roch.*de* Curte *de iurepatronat.verbo, Ho-*
norificum, quæstio 15. *numero* 42. *vers. Se-*
cundo crederem , Lambertin. *eodem de iure*
*patronat. tractat. lib.*2. *part.*3 .*quæst.*5.*princip.*
*art.*3. *numero* 1. 3. *&* 7.refert , & sequitur Hie-
ronym. Gonçalez *d. regul.* 8. *glos.* 2. *nu-*
mero 12. vbi & per regulam 16. *Cancellariæ,*
de concurrentibus in data , pauperem † 23
non beneficiatum concurrentem in data
cum beneficiato , præferri , dispositum aduer-
tit.

Pauperes quoque expectantes , officialibus,
† & familiaribus descriptis Papæ præferri ; no- 24
tat idem ipse ibi ex *Staphilao de literis gratiæ,*
capit. De prærogatiuis expectantium, numer 1.
22.*&* 24.

Et si duo sunt pauperes habentes expecta-
tiuam , alter *In forma pauperum* , alter *In for-*
ma communi,† expectatiuam habens *In forma*
pauperum , præferendum , docet Ioan. Aloys. 25
Riccius *in* 6. *part. collectan.* 2474. *versic.*
Quam ob rem , allegans Crecentium *decis.*
15.*titul. de priuilegiis* , *&* *Puteum decis.*
200.

Paupertatisque qualitas efficit , vt pauper
idoneus ad beneficium cum diuite magis ido-
neo , vel minùs paupere concurrens , eidem
præferatur , † Petr. Surd. *de aliment.tit.*1.*quæst.* 26
93.*numero* 17. Cui assentit Martin. Nauar. *in*
tractat. de Oratione , *Miscellanea* 43. *numero*
74. quem refert, & sequitur Ioan. Hieronym.
Episcop. Campal. *in suo diuersorio iuris Cano.*
rubrica 6. *capit.* 3. *num.*32. *col.* 3.*versiculo, Co-*
arctatur præterea principalis resolutio , *quo-*
ties minùs dignus fulgeret aliqua pietatis , *mi-*
sericordiæ , *vel vtilitatis publicæ causa.* Ita ex-
pressè firmat Perez de Lara *in tractat. de Ca-*
pellan.libro 1.*capit.*3.*num.*11.ex doctrina *Lam-*
bertini , *Rochi de Curt.& Gutier.*

Quinimò non solùm huiusmodi fauorem
operari , inducereque ipsiusmet clerici pauper-
tatem ; sed etiam parentum † sororum, vel fra- 27
trum ; tenet Alexand. Raudens. *decis. Pisana*
35.*num.* 220. sic limitans *Concil. Tridentini*
dispositionem, in hæc verba: *Ampliatur etiam*
ad fauorem fratris , *quem reliquit superstitem*
defunctus egregiè benemeritus de Republica
Christiana , *qui sui beneficij redditibus paren-*
tes, fratres, vel sorores pro sua conditione pau-
peres, ad honestè viuendum , *vel ad discendas*
bonas artes alebat. Nam esset laudabile con-
ferre dictum beneficium dicto fratri , *digno*
quidem sed multo minùs aliis extraneis. Princi-
paliter quidem , *vt inseruiat Deo* , *& minùs*
principaliter eo quòd probabiliter speratur id
ipsum , *quod frater faciebat* , *facturum. Sicque*
militat respectu huius pietatis , *& misericordiæ*
ratio maioris vtilitatis Ecclesiæ, ob quam re-
gulariter collatio debet fieri digniori. Idemque
ipse notat *decis.*38.*numero* 318.allegans *Mar-*
tin. Nauar.(iam supra adductum)*tomo* 2.*Mis-*
*cellan.*43 *de Oratione,n.*80.

Quæ ex eo etiam firmatur sententia , quia
beneficia Ecclesiastica † panis dicuntur paupe- 28
rum , Ludouic. Gomez *in tract. de expecta-*
tiuis , *numero* 75. *ad fin.* Et bona Ecclesiarum† 29
sunt bona pauperum , *cap. Indignè* 21. *in*
fin. & capit. Aurum 70. 12. *quæstio. secunda*
Pauperesque bonorum Ecclesiasticorum di-
cuntur domini , *capite Quod autem* 3. 23.
quæstio. 7. *glos.* 1. *in capit. Expedit* , 12.
quæstio. prima glos. 1. *in capit. fin.* 16. *quæ-*
*stio.*1. Et beneficiorum fructus vita , † & san- 30
guis

guis pauperum quoque dicuntur. Philip. Prob. *in additio ad* Ioan. Monach. *in cap. Nemo, num.* 45. *de electione, lib.6.* Eorumquè dicitur Ecclesia mater, † *cap. Super prudentia* 1. *ante fin.* 14. *quæst.* 2. Gregor. Lopez *in rubric. tit.* 18. *part.* 1. Plura his similia congerit Hieronym. Gonçalez *in dict. regul.* 8. *Cancellar. glos.* 2. *ex n.* 1. *cum seqq.*

31

Qua ratione, si pauperes idonei sint, dignioribus, etiam in beneficij assequtione præferendos, dicendum venit.

32 Idque fortiùs in beneficiis simplicibus † procedit, vt (ex Hostiens. Buttio, & Rocho *de* Curte) asserit Stephan. Gratia. *disceptat. Forens. libro* 2. *dict. capite* 211. *numero* 23.

33 Et in beneficiis iurispatronatus, † *Lambertin. de iurepatronat. d. lib.* 2. *p.* 1. *quæst.* 10. *art.* 3. *num.* 23. *ante fin. versiculo, Limitatur secundò,* quem, & alios (hanc sequendo sententiam) refert Rota Roman. *Diversor part.* 2. *decis.* 16. *numer.* 7. Camil. Borrel. *in summa decisionum, tit.* 32. *num.* 360. Stephan. Gratian. *vbi suprà num.* 30. *& sequentib.* Perez *de* Lara *d. tractat. de Capellaniis, lib.* 2. *capit.* 3. *numer.* 11. Cæsar *de* Gras. *titul. de iurepatronat. decis.* 169. *numer.* 10. *lib.* 2.

34 Idoneitas enim, † vel dignitas, non solùm in maiori scientia, in diuitiis, illa, aut altera qualitate consistit, sed pensatis omnibus circunstantiis & qualitatibus, ex eis Episcopus magis idoneum, digniorem vè iudicabit, vt ex ferè omnibus suprà relatis colligere licet, traditque latissimè *Gutier. d. lib.* 2. *Canoni. capit.* 11. *ex num.* 61. *cum sequentib. Roland. à Valle cons.* 47. *numer.* 75. *&* 76. *lib.* 1. *Ioan. Hieronym. Campanil. Episcop. in suo diuers. iuris Cano. rubr.* 11. *capit.* 13. *n.* 433. *& seq.*

35 Ad quod multum cum idoneitate, *paupertatis* circunstantia, † & qualitas confert, ex proximè adductis, & quæst. præcedenti, *num.* 29. & aliis, præcipuè ex *numero* 61. *vsque ad* 67. estque optim. *text. in cap. Venerabilis* 37. *de prebend.*

36 Imò clericus pauper præsentatus, præsumitur magis idoneus, † Lambertin. *d. lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 5. *princi. art.* 3. *num.* 6. Roland à Valle *d. cons.* 47. *num.* 82. Petr. Rebuf. *in praxi, titul. de rescript in forma communi, & in forma pauperum, numero* 12. Hieronym. Goncalez *d. glos.* 2. *numero* 24. Sebastian *de Medic. in tractat. de casibus fortuit.* 2. *par. quæst.* 4. *numero.* 39.

Non solùm moribus, ac virtute (qua fere semper diuites antecedunt, vt latè suprà præcedenti quæstione, *num.* 77. *in fin.* 78. 80. 81. 82. *&* 83. ostendimus.) Sed etiam literis, † ac scientia, vt & demonstrant proximè relati, facereque simul, & eleganter ostendit *Plinius epistolar. lib.* 7. *Falconi suo* scribens, ab eoque, vt *Cornelio Minuatiano* Tribunatum conferret, petens, cum inter alia, hoc capite commendans. *Amat* (inquit.) *studia, vt solent pauperes.* Non enim sic cum diuitiis, sicut cum paupertate conuenit scientia; Quod effecit, vt *Crates* ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum *Athenas* pergeret, magnum auri pondus (tanquam sapientiæ, literariæque disciplinæ repugnans) abiecerit, vt tradit *D. Hieronym. in cap. Gloria Episcopi* 71 *versiculo, Crates ille,* 12. *quæst.* 2. De quo etiam mentionem faciens *Seneca* ait. *Si vis addiscere, sis pauper, vel similis pauperi Cratis Thebani respiciens exemplum.*

37

Paupertas enim vna est ex clauibus, † per quas ianuam intramus Sapientiæ vt inquit Caccialup. *in suo modo studendi, document.* 4. *ad fin.* & confirmat August. *super Psalm.* 76. *Omnis philosophia* (ait) *magistra nobis est Inopia. Non ita laudamus Ioseph. cum frumentum distribuebat: sicut cum carcerem habitabat.* Et Diuus *Imperator Leo,* Magistram Necessitatem vocat, *in l. Omnes,* 31. §. *fin. in fin. C. de Episcop. & cleric.* & in propria causa testis fidelis est Horatius *epistolar. lib.* 2. *epistol.* 2. *ad Florum.* 38

Paupertas impulit audax
Vt versus facerem

Cui accedit *Claudiani* sententia *de raptu Proserp. lib.* 3.

Sed quod dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes,
Prouocet, vt segnes animos, rerumque remotas
Ingeniosa vias paulatim exploret Egestas.

Omniumque artium repertricem (inter alias paupertatis laudes) dixit *Apuleius*, vt prodit *Lutins Domitius Lucan. facetiarum, cap.* 17. Benè facit *text. in l. Societas,* 5. *D. pro socio,* ibi: *Cum plerumque pauperior opera sua suppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deest.*

Satis igitur firma ex his remanere videtur, quam tenemus sententia. Neque obstat *text. in d. clement. In plerisque* 5. † *de election.* Quia *text. ibi*, nullo modo pauperes ad beneficia Ecclesiastica, dignitates, vel Episcopatum promouendos negat; sed solùm electiones monachorum ad Pontificalem dignitatem eorum locorum, qui non solùm facultatum præsidio sunt priuati; sed & clero, & populo Christiano carent, quibus nec prodesse, nec præesse decenter valent, improbat. Quo quidem casu (ne & vagationi, mendicitatisque opprobrio locus detur) rectissimè id sancitum est. In nostro autem, diuersissima constitutionis ratio, cum nec locus vagationi detur; imò omnimoda stabilitas, & residentia exigatur, *toto titulo de cleric. non resident. lib.* 3. *&* 6. *Decretal. Concil. Trident sess.* 6. *capit.* 1. *de reform. & sess.* 23. *de reform. cap.* 1. *& sess.* 24. *de reform. cap.* 12. Nec contemptioni ex paupertate prouenienti Cum per beneficiorum, dignitatumvè assequtionem vilitas, aut contemptio Clericalis Ordinis (si ex paupertate prouenit) cesset, causa cessante. Imò, & hac eadem ratione pauperes præferendi sunt clerici, vt cum beneficio, vel dignitate absit contemptio. Idque siue maiorum, siue minorum sint Ordinum, ac diuitibus præferendos, & etiam dignioribus (arbitrio in his iuxta præfata Episcopo concesso), satis aperteque ex superioribus constat, intellectusque ad *Concil. Tridenti. d. ses.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* 39

40 Planè casu, quo Ecclesia pauper esset, diui tiisquè indigeret. † præferendum diuitem; tenuerunt Abb. *in d. capite Constitutis el secundo de appellatio.* Roch. *de* Curte *de iure*

re patronat. verbo, *Onerosum*, *quaest.* 3. *numero* 6. Andreas Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 20. *num.* 17. Stephan. Gratian. *disceptat. Forens. d. capit.* 211. *numer.* 24. Petrus Roiz. Maur. *decis. Lituanic.* 4. *num.* 250. Quo etiam intelligi poterit *d. clemen. In plerisque*, qui tamen non facilè eueniet: cum diuites, Ecclesias pauperes non appetant. sed ditiores, ac pinguiores desiderent. Nec per hoc pauperum conditio deterior effecta videri debet, cum ab incommodis pauperum Ecclesiarum liberentur, diuitum autem fruantur commodis, ad easque diuitibus præferantur.

41 Alter etiam casus in quo diues pauperi præferretur clerico, erit, si pauper, licèt idoneus, illiteratus sit, † nec multa scientia, præditus, magnumque sit beneficium. aut Ecclesiæ Cathedralis Canonicatus; ex *glos. in capit. Statutum* 11. §. 1. *verb. Committantur de rescript. lib.* 6. Staphil. *de literis gratiæ, dict.* §. *Nona forma, num.* 40. 41. *&* 42. Ludouic. Gomez *de expectatiu. num.* 76. *&* 102. *ad med. versiculo, Ridiculum*, Hieronym. Gonçalez *d. glos.* 3. *n.* 37. *& seqq.*

42 Licèt secùs in paupere literato, quem ad magnas debere extolli † dignitates. testatur (cum Petro Rebuf. *de priuileg. scholastico. priuilegio* 43.) Hieronym. Gonçal *vbi suprà glos.* 4. *num.* 19. *&* 20. adducens in id quod dicitur *Psalm.* 110. *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum Principibus, &c.*

43 Cùm eisque, si necesse fuerit, sicut cum nobilibus † ad beneficiorum pluralitatem dispensandum erit, Gonçalez *d. glos.* 4 *num.* 26. *&* 27. Cùm nobilibus comparentur, & eis etiam præponantur, vt diximus laté *quaestion.* 4. *numero* 33. *& seqq.* Latissimè Illephonsus Perez *de Lara dict. tractat. de anniuersar. & Capellaniis, lib.* 2. *cap.* 3. *numero* 1. *& seqq. vsque ad numero* 11.

VTRVM CLERICVS PAVper negotiator, vel mercaturam exercens, pœnas contrà clericos mercatores à Iure impositas incurrat?

SVMMARIVM.

1 *Mercaturæ exercitium multum nocens est, & apud multas nationes fuerunt exosi mercatores.*

2 *Lucri causa negotiari, mercaturamvè exercere clerici prohibentur.*

3 *Clerici secularibus se immiscentes negotiis, mercaturamque exercentes, clericalia priuilegia amittunt*

Et quæ? remissiuè.

4 *Iudex secularis an clericum negotiatorem negotiationis ratione delinquentem punire possit?*

5 *Clerici negotiatores anathematis pœna feriuntur.*

Et an ipso iure? ibid.

6 *Et à clero pariter arcentur, à communione, officioque deponuntur.*

7 *Et si moniti à mercatura non destiterint, beneficio, Ecclesia (si eam habent) priuantur.*

8 *Debet tamen esse trina monitio, nec generalis sufficit citatio, vt à talibus illicitis abstineant clerici.*

9 *Limita, vt* num. 9.

10 *Et acquisita ex tali negotiatione restituere, pauperibusque erogare tenentur clerici.*

Illicitam negotiationem exercens, in pauperes, vel alios pios vsus quidquid inde fuerit lucratus, erogare tenetur. ibid.

11 *Acquisita per clericum ex illicita negotiatione, vel contra Sacros Canones, Camera Apostolicæ hodie vigore Pij IV. Bullæ applicantur.*

12 *Clericus lucri causa mercaturam exercens, mortaliter peccat.*

13 *Clericis nondum Sacris initiatis Ordinibus, non est interdicta negotiatio, si beneficium Ecclesiasticum non habeant, aliter secùs.*

14 *Clericis etiam sacris initiatis Ordinibus. si pauperes sint, non prohibetur negotiatio.*

15 *Dummodò diuinis non subtrahantur officiis.*

16 *Et dum modò absque peccato, vel periurio, & cum pretio moderato negotientur.*

17 *Mercator, vel negotiator quis propriè dicatur? Et quando etiam extra casum necessitatis excusetur Clericus?* & num. seqq.

QVÆSTIO VIII.

Mercaturæ exercitium adeo nocens est, † adeoque vitiis mercatores afficit, siue ita mercatores ipsi malis sunt moribus imbuti, vt apud plures nationes aut mercatura in vsu non fuerit, legibusque sit prohibita: aut saltem à mercatorum commercio abstinere, lege sancitum sit. Vtrumque comprobat Guil. Rodoan. *in tract. de spol. Eccles. quaest.* 2. *n.* 1. Primum ex *Cicer.* dicente, *Officium mercatoris non est officium apti, non simplicis, non ingenui. non iusti, non boni viri, sed versuti, obscuri, astuti, fallacis, & callidi.* & ex *D. Augustino*, nullum mercatorem sine fraude ditescere asserente, diciturque *Eccles. cap.* 26. *in fin. Difficile exuitur negotians à negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.* & in *cap. Qualitas*, 2. *de pœnit. dist.* 5. inquit *Leo* Papa *Quia difficile est inter ementis, vendentisque commercium, non inuenire peccatum.* Ideoque mercator vix, aut nunquam potest Deo placere, teste *D. Ioan. Chrysost. super Matth.* & habetur *in cap. Eiiciens*, 11. *dist.* 88. text. elegans in *l.* 46. *tit.* 6. *p.* 1. ibi: *Porque aduro puede ser, que ome faga mercaduria que non acaesca y pecado.* 1

Secundum probat *Rodoan.* vbi supr. ex *Carthaginensium*, & *Græcorum* moribus, ac legibus. Illi enim mercatoribus distincta statuerunt diuersoria, nec ea illis cum aliis volebant esse communia, nec aspectus quidem eis ad secretiora vrbis loca concedebatur. Hi, nequaquam mercatores in vrbe recipiebant.

Quod cum omnes mercaturæ dedeceat exercitium; multò tamen longiùs Clericos, † 2

à quo

à quo sub multis eos arcent iura pœnis, *tot. distinct.88.præcipuè cap. 1.c. 2. c. Perlatum, 3.c. Negotiatorem, 9.cap.Fornicari, 10.d.c.Eyciens, 11.cap. 1.& 2.ne Clerici, vel Monachi, c.fin. de vita, & honest. Cleric. c. peruenit 21. qu.3. cap. Clerici, 14.q. 4.lex regia, 46.& 49. tit.6.p.1,& ibid.*Greg.Lop.*Concil.Trid.sess.22. de reform. cap.* 1. & (præter Ordinarios in dictis locis) notarunt latissimè Guil.Rodoan. *de spol. Ecclesiast. d. q. 2.per tot.*Bernard.Diaz *in practic. crimin. Cano.verb.negotiatores,c.55. numero 1.& ibid.* Ignat. Lop. *in eius addit.lit. A.* Prosp. Farinac. *fragm.crimi.par.1.lit.C.numer. 147.& 162.* infinitos prope referens Carol.*de Graf. de effect. Cleric. effectu 6.numer. 1.* Ioan. Aloys. Ricci. *in praxi fori Ecclesiast. in quæstione. Qua pœna puniantur Clerici negotiatores? decis.375. num. 1. 2. 3. & 4.* Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. lit. C. conclus.318.per tot.*Ioan.Mar.Nouar. *in collect. super pragmat. Regni Neapol. collect. 130.nu.4.* adducens quoque Graf.*in suis decis.aur. par.2. lib. 3.cap.2.* Clericorum mercatorum pœnas (multæ enim sunt) recensentem.

In primis namque Clericis secularibus se negotiis immiscentes, mercaturamque lucri
3 causa exercentes Clericalia amittunt † priuilegia ex proximè relatis iuribus. Ita tenent Guid.Pap. *decis.198. num.1. & dec.138.* Petr. Rebuf.*ad constit. Gallic. tom.2. tit.de mercatorib.& negotiatorib.minuatim vendentib.artic.1. glos.13.* Petr.Follet.*in constit. Regni, Clerici, num.13.& in const.de personis, num.7.* Ferdin. Vazquez Mencha. *de succes. creat. p.3. §. 26. num. 78.* Ioan. Bapt. Costa *de remed.subsidiar. remed. 73.* refert & sequitur Camil. Borrel. *in summa decis.tit.7.de Cleric. & Sacerdotib. numer.66.& 67.& tit.11. de vita, & honest.Cleric.num. 57. & seqq.*Carol.*de Graf.supr. nu.6.* Vbi, quæ sint ista priuilegia Clericalia, quæ amittunt; *& est text. in d. l.49. tit.6.p.1.& ibi notat* Greg.Lop.*glos.3.verb.Non aurà las franquezas; & in noua reg.collect.*est *text.in l.7.titul. 18.lib.9.* de qua eiusque valore, latè Ioan. Gutier. *pract. quæst.lib.7. de gabellis, q. 93.per tot.*Prædictam quoque tenent sententiam Cardin.Dominic. Tusch.*d.lit.C.conclus.381. nu.3.* P.Ferdi.Rebel.*de oblig.iust.2.p.lib.9. q. 18.sect. 2.nu.5.*

4 Et si negotiationis ratione Clericus delinquat, à seculari Iudice puniri † poterit, secundum Bart.*Cassana. in consuet.Burg.rubr.1.§.1. in glos.Silnagraca,nu.90.&* Ludouic. Mexiam. *in pragm.taxa panis, conclusione 5.numero 29.* Licèt contrarium teneat Ignatius Lopez *in addition.ad Bernardum Diaz, dicto capite 55. littera A.versiculo, Si tamen Clericus.* Qui tamen (sibi parum constans) contrariam (vbi saltem trina processit monitio) visus est post modum tenere in *versiculo, notabis etiam.* Et an ad id trina requiratur, vel vnica sufficiat monitio? vide per *Contard. Bos. Iul. Clar.* & alios, quos citat Prosper. Farinac. *in prima part.praxis criminalis, quæstion. 8.numero 93. &* Gregorius Lopez *in dicta lege 49. glos.3.* Nosque infrà.

5 Clerici deinde negotiatores anathemate feriuntur;† *text.in capit Secundum, 6. ne Clerici, vel Monachi,* Guil.Rodoan.*dict. quæstio.2. numer. 33. in fin. & numer. 66. etiam in fine,* Farinac.*dicta litera C. numer. 157. dict.leg.49. Partita.*Carolus *de* Graffis *dict. effectu 6. n. 3.* intelligens id *num.4.* non de lata sententia, sed de ferenda, ex *Molina. de contract.disput.342. num.2.*

A Clero pariter, & à communione arcen- 6
tur,† *Concil.Carthag.6.capit.27. text.in capit. Canonum statutis, 3.14. question.4.* Bernard. Diaz *d.capit.55. numero 1.* Alexand. *de Neuo cons.60,num.3.in fin.* vbi quòd Clerici negotiatores deponendi sunt. Sequitur Guil. Rodoan. *vbi suprà numer. 47. in fin. & 48. post medium,*Farinac.*d.littera C.numero 151.*Carol. *de Graf.d.effectu, numer.4.* Molin. *d. numer.2.* Graf.*in decis. aure.part. 2. lib. 3. capit. 2.numero 23.*

Et si moniti à mercatura, negotiationeque non destiterint, beneficio, & Ecclesia (si quam habent) spoliabuntur; † secundum Innocent. 7
in d.capit.fin. de vita, & honest. Cleric.sequitur (eum referendo Guil.Rodoan. *d.quæst.2.n.73. vers. Et dicit* Innocentius Farinac. sæpè dicta *litera C.numer.156.*allegatus.

Huiuscemodi autem monitio trina † esse 8
debet; *text. in d.capit.fin.de vita, & honest.Cleric.& ibi glos.verbo, Tertiò à te moniti, clem.1.* (ibi: *Nominati, & tertio moneant*) *eodem tit. d. l. 49. partita,* obseruant Farinac.*suprà numer.139.& sequentib.& numer.143.& seqq.& in praxi crimin.quæst.8.num.93.* Bernard. Diaz *in pract.crimin. canon. cap.69.numer.1.& seqq.* Camil. Borrel. *in sum. decis.d.tit.7.de Clericis, & Sacerdotibus, numer.70.* Petr. Cened.*in collect.iuris Canon. 37.n. 2.par.1.* Ioan.Gutier.*de gabel.dict.quæst.93.n.7.*

Neque vnica etiam peremptoria, neque gegeneralis, *vt omnes Clerici à talibus negotiationibus illicitis abstineant,* sufficiet monitio, sed specificam contra mercatores istos esse oportet, *glos.in d.clem.1.de vita, & honest.Cleric.& notat* Abb. *in d.cap.fin. eod. tit.notab.vltim.* Quod tamen (ex Host. *in sum. ne cleric. vel Monach. §. quæ sunt permissa, ad fin. ver. Ego intelligo*) limitat Greg. Lop. *in d. l. 49. glos.2.* Si Episcopus publicè denunciet in Synodo, † constitutionemvè Sinodalem faciat. 9
Ne quis in his vel illis, quæ Clericis sunt prohibita, sub clericalis priuilegij amissionis pœna se intromittat. Quia tale edictum loco trinæ monitionis habetur. Ita etiam (aliis relatis) tenet Stephan. Grat. *discept. Forens. tom.4.cap. 721.num.31.*

An autem ad exactionem gabellæ à clericis mercatoribus debitæ ex dispositione *d. l.7.tit. 18.lib.9. noua reg. collect.* huiusmodi requiratur trina monitio? vide Gregor.Lop.*in d.l.49.tit.6. par. 1. glos. 3. &* latiùs Ioan.Gutierr.*de gabel. d.qu.93.num.8.& seqq.*

Item ex tali negotiatione quæsita tenentur 10
clerici restituere, † & si dominus ignoretur, pauperibus erogare; secundum Cardin.Cened. *& Imol.in d. clemen.1.de vita, & honestat.cleric.*quos refert, & sequitur Bernard.Diaz.*d.cap. 55.num. 2.* Gregorius Lopez *in d. l. 46.tit.6. part.1.glos.3.verb.Con voluntad de ganar,* Cardinal.Tusch.*d.litera C.conclusio. 381. numero 2.*Guil.Rodoan.*de spol.quæstion. 2.numero 87. & sequentibus,* Graffis *in decisio.aure.d.part.2. lib.3.capit.2.n.23.*

Idquè in quolibet ex illicita negotiatione lucrum

lucrum ducente, regulare est. Quod in animæ foro (si dominus ignoretur) in pauperes, vel pios vsus fore conuertendum; tenuerunt Hostiens. Abb. & alij *in capit. Quia plerique, de immunit. Eccles.* Summ. Angelic. *verb. clericus, 7. circa fin.* vbi indubitanter asserit, restituere debere clericum, id quod ex peccato mortali notorio percepit. Prosper. Farinac. *d. litera Cod. fragm. crimin. par. 1. numer. 159.*

Hodie autem quæcunque ex illicita negotiatione, siue aliàs turpiter, iniustè. & contra Sacros Canones per Clericum quæsita Ca-
11 meræ Apostolicæ † ex constitutione *Pij Quarti in Bulla 23.* applicantur, cuius tenorem de verbo ad verbum recenset Guil. Rodoan. *de spolio Ecclesiast. dicta quæst. 2. num. 2.* De qua eiusque intellectu latè agit idem ipse ibi ex *n.* 81. cum pluribus sequentib. Prosper. Farinac. *vbi supr. numer. 161.*

Ex quibus satis, apertequè constat clericum
12 lucri causa negotiantem mortaliter † peccare, & tradunt latè Farinac. *dicta litera C. numer.* 158. Ignatius Salzedo *in additio. ad* Bernard. Diaz *dict. capit. 55. litera A. versiculo, Et ex pœna,* Guil. Rodoan. *vbi suprà, numer. 66. & sequentibus,* P. Ferdin. Rebel. *de obligat. iustit. 2. par. lib. 9. quæst. 18. section. 2. num.* 4. Carolus *de* Grassis *dicto effectu 6. num. 5.*

13 Omnia verò suprà dicta in clericis sacris † initiatis Ordinibus, non in minoribus tantum constitutis, nec beneficium Ecclesiasticum habentibus procedunt, suntque intelligenda. Hi namque easdem, quas sæculares poterunt negotiationes exercere. Notant Abbas *in dicto capit. Secundum statuta, & in capit. Sed nec ne Cleric. vel Monach.* Felinus *in capit. Dilectus, numero 22. de rescript.* Albert. Trotius *de vero, & perfecto Clerico, libr. 2. capite 52. numero 6.* Ignatius Lopez *loco proximè relato,* Ioan. *à* Medina *in cod. de restitut. quæstion. 31. versiculo, Nota tamen, folio 91. colu. 3.* Alban. *consi. 52. numero 5. & sequenti,* Ioann. Aloys. Ricci *in praxi fori Ecclesiast. decisio. 375. numer. 5.* Secùs si beneficium Ecclesiasticum habeant, vt notant omnes suprà relati, & P. Ferdinand. Rebel. *d. loco, num. 6. & 7.* Faciuntquè dicta à nobis *quæstion. sequenti, num. 4. & quæstio. 10. n. 3. & 4.*

Adhuc tamen etiam clericis in sacris con-
14 stitutis Ordinibus, si pauperes sint, † nec aliunde commodè viuere, se suosquè decenter alere possint; negotiatio, vel mercatura permittitur; *text.* est *in dict. cap. 1. ne clerici, vel Monachi, & in d. cap. fin. de vita, & honestat. Clericor.* & vtrobique communiter Scribentes, *capit. Quamquam, 4. de censib. in 6. clement. Præsenti, eod. tit. glos. in cap. In summa, 14. quæst. 3. & in capit. Negotiatorem, 88. distin.* latè Guil. Rodoan. *dict. qu. 2. numer.* 16. 17. 41. 42. 45. 46. & 63. Prosper. Farinac. *d. part. 1. fragm. crimin. litera C. num.* 163. *& latiùs numer.* 169. Albert. Troti. *dicto capit.* 52. *num.* 5. Ignatius Lopez *ad* Bernard Diaz *dict. cap. 55. litera A. versiculo, necessitatis tamen causa,* Carol. de Gras. *dicto effectu 6. numero 9. & numero 24. & sequentibus, vsque ad 28.* Stephanus Gratianus *disceptation. forens. capit. 57. numero 27. text.* de iure Regio, *in leg. 45. titulo 6. part. 1.* ibi: *Fueras ende si fuesse algun Clerigo muy menguado.*

Limitanda tamen, & intelligenda hæc sententia erit, dummodò ob negotiationem à
Diuinis † non subtrahantur, nec desistant 15
officiis, quibus debent incumbere, vt habetur *91. distin. per totam, & in capit. Si clericus victum, & in capit. nunquam de consecrat. distin.* 5. notant Ignatius Lopez *vbi proximè,* Rodoan. *dicta quæstion. 2. numer. 9.* Molina *dicta disputat. 342. numero 13.* Grassis *vbi suprà, numer. 40.* Isidor. Moscon *de maiestate militantis Eccles. lib. 1. part. 2. cap. 2. verb. Artificia autem.*

Secundò limitanda, & intelligenda est, 16
dummodo absque mendicatio, † periurio, & cum pretio moderato negotietur Clericus pauper; secundum *Montemar. in pract. Episcop. capit. 77. numero 5. & 15. ex Speculat. & Imola* ab eo relatis: refert & sequitur Farinac. *d. litera C. nu.* 171.

Aduertendum deinde (pro huius materiæ complemento) pœnas contra clericos mercatores impositas, contra clericum, qui rem
aliquam, † vel semel tantum, vt venderet mer- 17
catus est, locum non habere. Non enim is propriè mercator, sed qui plures exercet negotiationes dicitur; *text. in l. 1. §. Licet, & ibi glossa, verbo, Omne, D. de tribut. acti. & in proœmi. instit. §. Cumque hoc, text. in l. Semper, 5. §. Diuus Adrianus, cum lege sequenti, D. de iure immunit. text. etiam in leg. 1. titul. 7. part. 7. vbi* Gregor. Lop. *glos.* 1. Bart. Bald. Felin. Rebuf. Pute. Abil. & alij adducti per Ignat. Lop. *d. cap. 55. vers. Et huius capitis pœnis,* Ioan. Gutier. *de gabel. d. q. 93. num. 41.* hanc communem dicens: licèt & in isto casu soluendam à Clericis contendat gabellam, *num. seq.* post Ignat. Lassart. (vtramque sententiam firmantem) *de decima venditionis, cap. 19. numer. 87.* Ioan. Maria Nouar. *in collect. super pragmat. Regni Neapol. collect. 130. numer. 5.* faciuntque plura per eundem dicta ibidem *collectan. 132. per tot.* Carol. de Gras. *d. effectu 6. numer. 19. & 20.*

Notandum prætereà, Clericum negotia-
torem non dici, qui ex propriis fundis fructus 18
† vendit, vt tenent *Decius Tiraquel. Craueta, Auendan. Rolandus,* & alij, quos refert, & sequitur Salzedo *vbi suprà, versiculo, Ex quibus sequitur,* Molin. Crauet. Marc. Brun. & alij quos refert, & sequitur Gras. *vbi suprà, numero 33.* Ioann. Gutierrez *dict. loco numer. 24. & 26. & numer. 36. & sequentibus,* & Nouarius *d. collect. 130. numer. 6.* P. Ferdin. Rebel. *dicta quæstion. 18. sectio. 2. nu. 9.*

Nec si ad sui, suorumque sustentationem aliqua Clericus emat, quod sibi supererit (et-
iam cariùs, † iusto tamen pretio tunc curren- 19
te) vendere prohibetur, nec ob id negotiator dicetur. Ita tenent Martin. Nauar. *in Manual. Confessor. capit. 25. numer. 110.* (eoquè relato) Ignati Lopez *dicto loco, versiculo, ex quibus sequitur, post medium.* Inferens ex hoc, nec pro eius rei venditione ad gabellam teneri, & sic sæpè consuluisse Ioan. Maria Nouarri. *dicta collecta. 130. numero 4.* Carol. *de* Gras. *suprà numero trigesimo-secundo,* Molina *dicta disputation. 342. numer. 11.* Petr. Cened. *in collectan. iuris Canon. 1. part. collect. 7. numero secundo in fin.*

Idemquè erit, si rem etiam sibi necessariam non reuerendi animo emptam, lucriuè faciendi causa,

20 causa, sed necessitate aliqua cogente, † vendat: Guil. Rodoan. *d. tract. de spolio. Ecclesiast. quæstio 2. numero 48. in fin. & 49.* latissimequè Ioan. Gutier. *de gabel. dicta quæstion. 9 3. numero 17. & sequentibus*, Carol. de Gral. *vbi suprà numero 22.* Marc. Brun. *consil. 18. numer. 293.*

VTRVM CLERICVS PAVper etiam coram iudice seculari, & in secularibus causis Aduocati, vel Procuratoris officium exercere possit?

SVMMARIVM.

1 *Qua ratione à mercatura arcentur Clerici; eadem & Procuratoris, vel Aduocati officium exercere prohibentur.*

2 *Et an tam in foro Ecclesiastico, quàm seculari clerici postulare prohibeantur?*

3 *Clerici in secularibus causis coram iudice Ecclesiastico postulare non prohibentur.*

4 *Clericus in minoribus etiam Ordinibus constitutus in sæcularibus, & coram iudice laico (si beneficium Ecclesiasticum habeat) postulare prohibetur, secùs si non habeat.*

5 *Clericus pauper etiam in Sacris constitutus in vtroquè foro Ecclesiastico, vel sæculari, & etiam in sæcularibus causis postulare non prohibetur reprobata sententia* glossæ in capit. 1. de postuland. *& num. seqq.*

Limita vt numer. 26. & seqq.

6 *Clericis pro miserabilibus personis etiam coram iudice sæculari, proque sæcularibus rebus postulare licet.*

7 *Charitas benè ordinata incipit à se ipso, & plus amat se in vngue pedis, quàm alium in vertice capitis.*

Propter vnumquodque tale, & illud magis, ibid.

8 *Clerico pauperi ex operibus ruralibus victum quærere, corium emere, sotulares facere, vendereque licet.*

9 *Monacho pro necessitate Monasterij sui leuanda, iubente Superiore, in causa ipsius Monasterij, etiam coram iudicibus laicis postulare licet.*

10 *Et etiamsi causa ipsius Monasterij non sit.*

11 *Clericus pauper ad Sacros Ordines absque beneficij, vel patrimonij congrui titulo promotus, contra Episcopum, vt sibi interim de alimentis necessariis prouideat agere, potest: non tamen ad id necessario adstringitur, nec aliis licitis modis victum quærere prohibetur.*

12 *Pauper dum non habet quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contrà veritatem opprimitur.*

13 *Constitutio ne clerici absquè congrui beneficij, vel patrimonij saltem, titulo ad Sacros ordines promouerentur, ne in Clericalis ordines dedecus mendicarent, fuit facta.*

14 *Aduocatorum officium laudabile est, nobile est, nobilitat, & ab eo arcentur infames.*

15 *Officium procuratoris in curia Romana, vel Principis, honorabile est, & ab eo infames arcentur.*

16 *Procuratores etiam extra curiam, viles, vel infames non sunt.*

17 *Episcopus non debet admittere resignationem eius, qui præter beneficium, quod resignare intendit, vnde congruè viuere possit non habet: & si admittat, ad illius clerici alimenta tenetur, resignare firma manente.*

18 *Episcopus poterit Doctorem, vel literatum absque titulo beneficij, vel patrimonij ad Sacros ordines promouere.*

19 *Absque beneficij, vel congrui patrimonij titulo ad sacros ordines promoueri non potest musicus, magister Grammaticæ, pictor, vel alterius licitæ professionis, licet ex eis possit viuere, si aliunde non habet.*

20 *Intellectus ad* declarationem Congregationis Cardinalium ad capit. 2. sess. 21. de reformat. Sacri Concil. Tridentin. *& num. seqq.*

21 *Legislator si aliter voluisset, expressisset.*

22 *Dictio* Alter, altera, alterum, *vel* Alius, alia, aliud, *est repetitiua similium, eiusdemquè naturæ, & qualitatis.*

23 *Si statutum punit delinquentem pœna corporali amputationis pedis, siue altera, arbitrio iudicis; de amputatione membri debet intelligi.*

24 *Et idem si per statutum pœna pecuniaria, seu alia arbitrio iudicis imponatur. Quia tale arbitrium pœnam pecuniariam excedere non potest.*

25 *Clericus an non solùm spontè à litigantibus pro patrocinio oblata accipere possit, sed etiam condignum ab eis exigere salarium?*

Intellectus ad text. in capit. vnic. 15. quæst. 2. *ibid.*

26 *Clericus pauper in causa criminali pœnam sanguinis inferente postulare nequit.*

27 *Et an in causa criminali pœnam sanguinis inferente, reum possit defendere?*

28 *Clerico pauperi, ita demum pro aliis postulare conceditur, dummodo ob id à diuinis non subtrahatur officijs.*

QVÆSTIO IX.

Eadem ratione, qua clerici negotiationibus, commercijs, & mercaturis abstinere iubentur (ne scilicet sæcularibus negotiis se implicent, vt enim inquit *Apostolus ad Timoth. epist. 2. capit. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, vt ei placeat, cui se probauit.*) & Procuratoris, † aduocatiuè of- 1
ficium exercere, tam iure canonico, quàm ciuili, & regio prohibentur.

De iure canonico est *text. in capit. 1. & cap. fin. de postuland.* & vtrobique communiter per scribentes, *capit. Sacerdotibus, 2. in ordine, ne clerici, vel Monachi, vbi* Innocent. Abb. *& alij, capit. credo, 21. quæstion. 3. Speculat. in titulo de Aduocat. numero 5. & in titulo de procuratore, §. 1. versiculo, Item quòd est Episcopus*, Bernard. Diaz. *in pract. criminald. Cano. capit. 57.* verbo,

verbo, Ministri laicorum, num. 1. *& seqq.* Angel. *de* Clauaf. *in summa, §. aduocatus, numer.* 9. Syluester. *eodem verbo, aduocatus, nu.* 2. *versicul. Tertiò si sit clericus*, Guido Papa *decisio* 221. *numer.* 5. Capellan. Tholosan. *decis.* 124. Prosper Farinac. *fragment. criminal.* 1. *part. litera C. numer.* 186. *tomo* 6. Camil. Borrel. *in summa decision. titul.* 7. *de clericis, & Sacerdotibus, numer.* 86. *& titul.* 66. *de procuratoribus, & defensorib. numer.* 69. Petr. Rebuf. 1. *tomo ad constit.* Gal. *titul. de sentent. prouision. articul.* 3. *glos. vltima, numero* 32. plurimos referens Carol *de* Graf. *de effect. clericat. effect.* 11. *numero* 1. Francisc. Viuius *decision.* 151. *numer.* 4. *&* 5. Ioann. Maria Nouar. *in collectan. super pragmat. regni Neapol. collectan.* 158. *num.* 1.

In huiusque rei confirmationem extat etiam *Xiphilini* Patriarchæ constinopolitani statutum, cuius tenorem adducit Enimundus Bonifidius, *Iuris Orientalis, lib.* 2. *de constitutionibus Xiphilini*, 3. eiusque etiam meminit Petr. Greg. *Syntagm. iuris lib.* 49. *cap.* 6. *numer.* 24. Ioann. Paul. Lancellot. *institut. Cano. lib.* 3. *tit. de procuratore, §. postulandum*, Marc. Anton. Cucch. *institut. canonic. lib.* 3. *titul.* 10. *numero* 24. *cum sequentibus*, Camil. Borrel. (constitutionem prædictam ad literam referens) *d. titul.* 7. *numer.* 87. ideo in ea describenda hic non immoramur.

De iure ciuili est *tex. in l. Placet*, 17. *& in l. repetita, propè finem*, 41. *C. de Episc. & cler. auth. de sanctissim. Episcop. §. Sed neque fieri* 6. *coll.* 9. *l. non destinguimus* 32. *§. Sacerdotio, D. de arbitr.*

De iure regio *in l.* 48. *titul.* 6. *par.* 1. *vbi* Greg. Lop. *& in l.* 2. *titul.* 6. *par.* 3. *in l.* 6. *tit.* 19. *lib.* 2. Ordina. *l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *& l.* 23. *tit.* 15. *d. lib.* 2. Ordina. & de nouiori, in *l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *noua reg. collect. & in l.* 15. *tit.* 16. *lib.* 2.

2 Quorum iurium argumento, *Azeued. in d. leg.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *num.* 1. prohibitionem hanc tam coram iudice Ecclesiastico, † quàm sæculari, locum habere voluit, cum vtroque modo clericus se immisceat negotiis, dictorumque iurium exceptiones regulam in contrarium firment.

Cuius tamen sententia, ex ipsorum iurium constitutione improbatur, conuinciturque, ac solùm prædictam prohibitionem in negotiis sæcularibus, coramque sæculari iudice tractandis, intelligendam, colligitur manifestè ex *text.* præcipuè capitali *in d. c.* 1. *de postuland.* Cuius sunt verba: *Clerici in subdiaconatu, & supra, & in ordinibus quoque minoribus, si stipendijs Ecclesiasticis sustententur, coram sæculari iudice aduocati in negotiis, sæcularibus fieri non præsumant.* Ergo à contrario sensu, coram Ecclesiastico iudice postulare cleri nō prohibentur.

3 Nec in sæcularibus negotiis coram iudice Ecclesiastico † agitandis; ita firmat *Abb.* ibidem *num.* 3. *&* 4. communem dicens, & *in cap. fin. num.* 1. *eodem titul.* vbi etiam Cardinal. *in* 2. *quæst.* Bart. Cæpola *in cons. ciuil.* 21. *n.* 7. sic Romanam Curiam obseruare dicens Prosper. Farinac. *fragm. crimi. d. lit. C. num.* 196. Guilliel. Rodoa. *de spol. Ecclesiast. quæstio.* 2. *num.* 22. *versic. Et dicit* Abb. Cuius *text.* decisioni nil de nouo dicta iura addere, aut detrahere videntur Regia. Vidique non semel in Sacris constitutos clericos coram sæcularibus Iudicibus super Ecclesiasticis rebus postulare, causasque defendere. Cùm in casibus à iure permissis eodem regio iure libera clericis in Sacris constitutis ordinibus postulandi concedatur facultas, per *tex. in l.* 23. *titulo* 15. *lib.* 2. Ordinam. Et hic permissus casus sit, ex *dict. capit.* 1. *de postulando*, à contrario sensu, ibi, *Coram sæculari iudice Aduocati in negotiis sæcularibus fieri non præsumant.* Per quem in causis solùm sæcularibus, coramque sæcularibus iudicibus postulare Clericos in sacris constitutos prohiberi, apparet.

In minoribus etiam, si Ecclesiasticum beneficium † habeant, secùs si non habeant, notant Bernard. Diaz *dict. capit.* 57. *num.* 1. *versiculo, quod intellige*, Guil. Rodoan. *dict. quæstion.* 2. *numer.* 24. *&* 25. Farinac. *dict. lit. C. numer.* 193. aduertimusquè *præcedenti quæst. numer.* 13. 4

Paupertatis tamen fauore clericis etiam in Sacris constitutis, qui nullum, aut incongruùm beneficium habent, † aut quo viuere possint sufficienti patrimonio carent; in vtroque indistinctè foro, pro qualibetque causa postulare in ciuilibus conceditur; probat *text.* à contrario sensu, *in dict. capit.* 1. *de postul.* ibi, *Si stipendiis Ecclesiasticis sustententur*; tenentquè ibid. Abb. *num.* 4. Henric. Bohic. *numero* 3. Cardinal. 4. *in fin.* Imol. 7. Butri. 15. Anan. 7. Syluester *in summa, verbo, Aduocatus, num.* 2. *quæstio.* 4. *versicul.* Pan. *tamen dicit*, & (his non relatis) Farinac. *dict. litera C. numero* 202. Guil. Rodoan. *dict. quæstion.* 2. *numero* 22. *in fin.* Martin. Nouarrus *de spolio cleric. §.* 7. *numer.* 5. *versiculo, Eademque ratione*, Hieronym. Gonçalez *in regul.* 8. *Cancellariæ, glos.* 3. *numer.* 28. *& sequentib.* Stephan. Gratian. *disceptatio. forens. lib.* 1. *capit.* 57. *ex numero* 22. *ad numer.* 30. *inclusiuè.* Alphon. Villagut, *in praxi Cano. lib.* 9. *tit. de aduocat. conclus.* 6. *post med, vsque ad finem*, Ioan. Baptist. Marchesa. *de commissionib. de commissione auocat. causar.* 2. *part. §.* 2. *numero* 23. Ioann. Malder. *de virtut. Theolog. & iustit. tractatu* 6. *capit.* 3. *dubio* 8. *versiculo, Secus dicendum*, Carol. *de* Graf. (neminem ex his præter Henric. Bohic allegans) *de effectib. cleric. effectu* 21. *n.* 6. *& seqq.* 5

Cui resolutioni non obstat sententia *glossæ in dicto capit.* 1. contrarium volentis (pauperem nempè clericum huiusmodi aduocationis officium in sæcularibus causis, coramque sæculari iudice exercere non posse, sed contra Episcopum, qui eum ordinauit, vt de necessarijs ei prouideat agere debere) contra quàm tenent omnes proximè relati, faciuntque plura fundamenta. Primò, idem ipse *text. in dict. cap.* 1. à contrario sensu, vt iam perpendimus.

Secundò, ex alio eius capite, quo Clericis etiam coram iudice sæculari, & in sæcularibus causis pro pauperibus, † miserabilibusque personis postulare concessum est, ibi: *Aut pro miserabilibus personis*, notantquè Lelius Zanch. Lanfranc. Balb. Petr. Gregor. Capell. Tholos. & multi alij, quos refert, & sequitur Camil. Borrel. *in sum. decisio. titulo* 66. *de procurat. & defensorib. numero* 70. Guil. Rodoan. *dict. quæstio.* 2. *numero* 20. Ioan. Maria Nouar. *super pragmat. regni Neapol. collect.* 196. *numero* 14. *&* 15. Carol. *de* Graf. *suprà, effectu* 11. *numero* 17. *& effectu* 21. *numer.* 19. Simon. Maiol. *de irregularit.* 6

gularit. libro 2. capit. 5. num. 14. in fin. Paul. Fusc. *in singul. litera C. numero 1.* Iacob. Benius *in tractatu de priuileg. Iurisconsultor. par. 3. priuil. 71. num. 4.*

Absurdum autem esset, vt alienæ inopiæ, miseriæque leuandæ causa clericis coram iudicibus sæcularibus, proque sæcularibus rebus postulare liceret; pro ipsorummet verò necessitate, vtquè propriæ miseriæ, & egestati subuenire possint, denegaretur postulandi facultas, contra benè ordinatæ Charitatis regulas,
7 quæ à se ipso incipit. † iuxtà iura vulgaria in *capit. 3. de supplenda negligentia Prælatorum, & in l. Præses, 6. D. seruitut.* Quæque (vt inquit Baldus *consil. 312.* incipit, *Visis actis, numero 3. ante medium, libro quarto*) plus amat se in vngue pedis, quàm alium in vertice capitis: Aymon Crauetta *consilio 6. numer. 25. & consil. 8. numer. 17.* plura alia in huius rei confirmationem adducens Hieronym. Gonçalez *in dict. regula 8. glos. 2. numer. 31. & 32.* Conuenitque vulgare Aristotel. Posterior. *libro 1.* axioma, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*: ad quod est etiam *text. in l. De accessionibus, 14. §. Itaque, D. de diuers. & temporal. præscript. authentic. Multo magis, vbi* Baldus, *C. de sacrosanctis Eccles. glos. in clement. vnic. in principio, verbo, Pr. fecta, de reliq. & veneratio. Sanctor.* cum adductis *à Nobis in axiom. & loc. communib. iur. lit. P. n. 124.*

Tertiò, quia clerico pauperi ex operibus
8 ruralibus † victum quærere licet, *text. in cap. 1. de celebrat. Missar. c. clericus, 21. quæst. 1. cap. clerici, 91. distin.* Commuque emere, ac inde sotulares facere, & vendere, *glos. in cap. Canonum, 14. quæst. 4.* latè Guiliel. Rodoan. *de spol. Eccles. dicta quæst. 2. nu. 7. 8. & 23. vers. Et licitè emit,* Ioan. Gut. *de gabel. q. 93. nu. 49.* Carol. *de Graf. de effect. cleric. effect. 6. nu. 28.* & latiùs plurimos referens, *n. 36.* Aptius igitur, & digniùs ex aduocationis exercitio sibi victum quætere licebit.

Quartò, quia Monacho pro sui Monasterij
9 necessitate in causa Monasterij, iubente Superiore, etiam coram Iudicibus laicis † postulare conceditur, *cap. 2. de postul. cap. Monachi, 16. q. 1. glos. in d. c. 1. de postul. verb. Stipendiis,* Rodoa. *d. q. 2. num. 27.* Carol. de Graf. *sup. effect. 11. nu. 7. & effect. 21. n. 42.* Prosp. Farin. *d. lit. C. fragm. crim. 1. p. nu. 190.* Martin. Nouar. *in c. Non dicatis, 12. q. 1. n. 99.* Ignat. Lop. de Salzed. *in addit. ad* Bernard. Diaz *in praxi crimi. Cano. cap. 63. glos. 1 limit. 2.* Syluest. *in summ. d. verb. Aduocatus, numero secundo quæst. 6.* Stephan. Gratian. *discept. Forens. d. cap. 57. numero trigesimo-quinto.*

10 Imò non solùm in ipsius pauperis Monasterij causa, sed etiam in aliis, † vt ex lucro Monasterio, eiusque necessitatibus subueniat, postulare concessum est; secundum *Nauar. Rodoa. & Ignat. Lop.* proximè relatos, quos sequitur Hieron. Gonçal. *d. reg. 8. glos. 2. nu. 33. & 34.* allegans etiam Alphons. Villagut. *in praxi. Cano. li. 6. tit. de aduoca. conc. 5.* Ergo pro semetipso, &c.

Quintò, quia licèt clericus pauper absquè beneficij, vel congrui patrimonij titulo ad Sacros Ordines promotus contra Episcopum
11 † agere possit, vt dum de beneficio non prouidet, de alimentis prouideat; iuxta *text. in cap. 2. & 4. c. Cum secundum 16. c. Tuis 23. de preb. & digni. Conc. Trid. sess. 21. c. 2. de ref. Bullamque Pij V.* editam Pontificatus sui anno 5. Idibus Octobris: Non tamen necessariò dicta iura Clericos absquè titulo ordinatos adstringunt, vt contra Episcopum agant, nec aliis licitis modis victum quærere prohibent, *dict. cap. 1. de celeb. Missar. d. c. Clericus victum, 91. dist.* & aliis suprà. Ideoquè ex aduocationis exercitio necessaria sibi poterunt parare. Ita sentit *Hostiens.* (cuius probat sententiam *Abb.*) *in d. cap. 1. de postuland. num. 4.* argumento *d. capit. clericus victum, capit. consilium 2. §. vltimo, de obseruat. ieiunij, & leg. 2. Cod. de patribus, qui filios suos distraxer.*

Item quia, vel propter Episcopi impotentiam alimenta consequi fortsitan non valerent (cum propter paupertatem eius, qui aliàs alere deber, cesset alendi obligatio, vt latiùs *quæstione trigesima-nona numero septuagesimo-secundo.* annotamus) Vel propter nimiam Episcopi potentiam, aut nulla, aut cum maxima incommoditate, detrimentoque alimenta obtinebunt. Pauper enim dum non habet, quod 12
offerat in iudicio, † non solùm audiri contemnitur; sed etiam contra veritatem opprimitur; teste *D. Isidoro lib. 3. de summo bono, cap. 58.* legiturque translatiuè *in cap. Pauper 72. 11. quæstio 3.* Ex quibus hanc firmat sententiam contra prædictam *glossam* Abb. *in d. c. 1. numer. 4.* quem sequuntur Guiliel. Rodoan. *de spoli. Ecclesiast. d. quæst. 2. numer. 23. &* Stephan. Gratian. *disceptation. Forens. d. cap. 57. numero 29.*

Sextò, dictam prohibitionem (ne clerici absquè titulo beneficij, vel congrui saltem patrimonij ordinentur) ne in clericalis ordinis dedecus † mendicarent, sordidumvè quæstum 13
exercerent, fuisse factam, colligitur ex dictis iuribus hanc facientibus prohibitionem & firmat Abb. *in d. cap. 2. numero primo de præbend. & dignitat.* demonstratquè apertè *S. Concil. Tridentin. dict. cap. secundo sess. 21. de reformat.* Cuius est initium. *Cum non deceat eos, qui diuino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, &c.*

Quæ ratio in aduocato cessat, cuius officium † laudabile est, *l. Laudabile, 4. C. de Ad-* 14
uoc. diuerso. iudicium. Hominemque nobilitat, *l. Sancimus, 6. & l. Aduocati, 14. C. de Aduoca. diuers. iudicior.* & diximus pleniùs *quæst. 4. numer. 31. & seqq.* Ab eoque arcentur infames, *cap. Infames 1. & 2. 3. quæstio 7.* Plura in hanc rem tradit Bart. Cassan. *in catalog. gloriæ mundi, par. 7. capit. 18. vsque ad cap. 32.* Petr. Barbos. *ad leg. eum Prætor, 22. §. fin. numer. 127.* & Carol. de Graf. *d. effect. 21. numero octauo & sequentib.*

Idemque & in procuratoribus Curiæ saltem Romanæ, † quorum officium dicitur ho- 15
notabile, nec infamis esse potest, vt obseruant Bald. *in l. Sed & milites, 10. §. Sed & ignominia, D. de excusat. tut.* Ang. *in §. fin. instit. de except.* Mandos. *in reg. 4 Cancel. quæst. 8. col. pen. num. 7.* sequitur (eos referendo) Stephan. Gratian. *d. c. 57. n. 38. & nu. seq.*

Et in procuratoribus in Curia Regis, vel Principis,

Principis, dicunt idem Bald. *in d. §. Sed & igno-*
minia, & alij proximè relati, notatque Didac.
Cou. *pract. quaest. cap.* 19. *num.* 7. vbi simul &
16 *nu. seq.* aduertit, nec alios † extra istos procu-
ratores viles, vel infames esse, nec ob id à
procurationis officio, vel exercitio clericos
arceri, sed ne se negotiis implicent.

Septimum, & finale fundamentum (ab
aliis in proposito non tactum, ex quo non
solùm poterit defendi, clericum pauperem ex
aduocationis officio etiam in foro seculari
necessaria ad victum quaerere, omissa contra
Episcopum actione posse; sed nec illam ad-
uersus eum mouere) est, quia licèt (vt quin-
to dicebamus fundamento) contra Episco-
pum ad sacros Ordines absquè beneficij, vel
congrui patrimonij titulo aliquem promo-
uentem, pro necessariis alimentis detur pro-
moto actio, ne in Clericalis Ordinis dede-
17 cus mendicare cogatur, eaque ratione nec ad-
mittere debeat Episcopus resignationem †
beneficij eius, qui praeter beneficium, vnde
congruè viuere possit, non habet; quòd si ad-
mittat (resignatione firma manente) ad illius
teneatur congrua alimenta, vt ex *Bulla Pij*
V. 6. Idibus Augusti, 1565. & ex altera *Bulla*
Kalend. April. 1568. edita, probat Fari. *in de-*
clar. Concil. Trid. sess. 21. *cap.* 2. *de ref. in verb. Id*
verò beneficium resignare, & ver. Et aliter facta
resignatio: vbi formam praebet Concilium
qualiter sit facienda resignatio quaeque ad
eam debeat informatio, probatiovè praecedere,
aliter resignationem factam annullans.

18 In paupere tamen Doctore, † graduato, &
literato deficiunt supra dicta, ac fallunt. Adhuc
enim *Sacri Concil. Trident.* dispositione stante
d. sess. 21. *cap.* 2. *de refor* poterit Episcopus Do-
ctorem, vel literatum absque beneficij, vel pa-
trimonij titulo ad sacros Ordines promoue-
re, Canonum, Iuriumque praesertim Professo-
rem, quem nec in anxietate, mori, nec in pau-
pertate viuere permittunt Iura; *text. in auth.*
de hered. & Falc. § fin. in fin. coll. 1. & diximus
quaest 6. *n* 40. & 5?. Et ita in specie tenet, con-
suluisseque testatur *Hier. Conçal. in d. reg.* 8.
Cancel. glos. 4. *nu.* 36. & ante eum *Emman. Ro-*
drig. (quem allegat) *in summ.* 2. *p. c.* 15. *de or-*
dine, n. 15. post alios ab ipso adductos, vbi ita
graues, Doctores Vniuersitatum Salmanticae,
& Complutensis hac de re consultos respon-
disse testatur: cuius sunt etiam voti Henriq.
in sum lib. 10. *c.* 17. §. 4. *in com. lit.* G. Vega *in*
sum. p. 1. *c.* 57. *casu* 1. Garc. *de benef.* 2. *p. c* 5. *nu-*
mer. 129. Ex quo enim literatae personae veri-
similiter congrua non deficiet sustentatio,
proque patrimonio scientia sit, *Sacri Conc.*
Trid. intentioni, ac menti fit satis. Ita (post iam
relatos) obseruat *Steph. Grat. discep for. d. c.* 57.
n. 30. Quorum opinioni nec *Concilij* mens, nec
contradicere videntur verba. Ea enim quae ma-
iorem continent difficultatem, illamque pon-
derosius grauant (ibi, *Statuit sancta Synodus,*
ne quis deinceps clericus saecularis, quamuis
alias sit idoneus moribus, scientia, & aetate, ad
sacros Ordines promoueatur, nisi prius legitimè
constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi
ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere
magis scientiam ad Ordines sacros recipien-
dos, quàm ad victum decenter quaerendum
parandumque respicere videntur. Non enim
sicut qui moribus, aetate, scientiaque ad ordi-
nes tantùm recipiendos idoneus est, absque
beneficio promoueri ad Sacros non debet: sic
nec scientia insigni (iuris praesertim) ad vi-
ctum decentem, beneficiumque obtinendum
apta pollens promouebitur. Cùm tam dispar
inter vtrosque sit ratio. In *Toletanaque* dioecesi
ad literaturae titulum (quem sufficientiae vo-
cant) non paucos vidi, audiuique promotos, &
promouentur in dies.

Cui licèt resolutioni *Congregationis Cardi-*
nalium in declarationibus sacri Concilij Tri-
dent. ad d. cap. 2. *verb. pro necessitate, vel com-*
moditate, versic. Quòd si tantum habeat, deter-
minatio videatur obstare; quae etsi tantum quis
habeat, perciperevè ex industria, vel honesto
labore possit (vt puta si sit musicus, † Magister 19
Grammaticae, pictor, vel alterius licitae pro-
fessionis) ex qua congruè, decenterque viuere
valeat: ad sacros Ordines promoueri non ideò
posse, censeat:

Verè tamen non obstat, nec *Congregationis* 20
declaratio nostrum casum comprehendit. †
Non enim in Doctore, Licentiato, vel literato
in Iure, aut Theologia, sed in musico, magistro
Grammaticae, vel pictore loquitur. Quarum
artium, vel scientiarum nulla cum Theologia,
vel Iurisprudentia (etiam quoad propositum
nostrum comparatio est. Quamuis enim su-
pradictae artes licitae sint; haud dubiè tamen
constat, non sic clericos ad victum quaerendum
sicut Theologiam, aut Iurisprudentiam decere,
quarum qualibet honoratiùs, aptiùs, & con-
gruentius vitae comparantur, necessaria. Vnde
cum prohibitio *Concilij* eò tendat, ne propter
clericorum indigentiam oriatur clerico con-
temptus; praedictarumque artium exercitium
ad victum quaerendum aliquantulum clericos
dedeceat, neque ex eo grauitèr, decenter, atque
honorificè vitae necessaria secundùm Clerica-
lem statum percipiantur; quod vtique ex
Theologia, Iurisque prudentia fit: hinc euenit,
musicos, Magistros Grammaticae, vel pictores
absque beneficij, vel sufficientis patrimonij
titulo ad sacros Ordines promouendos non
esse; rectè censuisse Cardinalium Congrega-
tionem. Ideòque eos in prohibitione expressit,
Theologiae verò, vel Iurisprudentiae Professo-
res omisit. Si enim & hos voluisset in prohibi-
tione includere, † vt alios expressisset, iuxtà 21
text. in l. 1. §. *Sin autem ad deficientis, C. de ca-*
duc. tollend. optimus ad propositum text.
(quem ab aliis in id adductum non reperio,
cuiusque verba ob id referre cogor) *in leg.*
Curiales, fin. Cod. de praedijs decurion. sine de-
cret. non alien. libro decimo, Eius verba sunt.
Curiales vendere quidem res immobiles, vel
mancipia rustica prohibemus sine interpositio-
ne decreti. Donationes verò, vel permuta-
tiones, vel quoslibet alios etiam sine decre-
to permittimus celebrare contractus; quo-
niam & sacrae Constitutiones, quae super
hoc à retrò Principibus latae sunt, in pluri-
mis suis partibus de pretio non redhibendo
locutae sunt; vt ex hoc apertissimè detur in-
telligi solùm venditionis decurionibus sine
decreto interdictum fuisse contractum text.
in cap. ad Audentiam, 12. *in fin. extr. de*
decim.

decim.cap. Inter corporalia poſt med.verſ.Unde ſi circà,de tranſlat.Epiſ.gloſ.in cap.Ad audientiam,el 1.verb.Obuentiones in fin.de Eccleſiaſt. edific.gloſſ.fin. circa med. in fin. vè Clerici, vel Monachi. Ita arguit (multis aliis etiam relatis, qui hoc argumentandi modo fuerint vſi) Decius *conſilio* 442. *numero* 9. & propè infiniti, quos refert,& ſequitur Andreas Tiraq. *in leg.ſi vnquam in verb. Libertis, num.* 3. *Cod.de reuoc. donat.* Socin. Iun. *conſ.*100.*num.*11. *circa fin. lib.* 1. *& conſ.* 35. *numero* 28. *lib.*3. Riminald. Iunior. *conſ.* 58. *num.* 55. *lib.* 1. *& conſil.*504. *numero* 48.*lib.*5.*& conſ.*590.*numero* 21.*&* 22. *eod.lib.*Petr.Paul.Pariſ.*conſil.*31.*numer.* 7.*lib.*2. Aymon. Crauet. *conſ.*288. *numero* 3. Barthol. Cœpol. *conſ. ciuil.*25.*numero* 15.*in fin.*Franc. Becci. *conſilio* 21. *numero* 27. *lib.* 1. *& conſil.* 101.*num.*42. *& conſ.* 105. *numero* 33. *eod. lib.* Proſper.Fari.*quæſt.*29. *numero* 22.*pro med.*Nicolaus Intrigliol. *conſil.*3.*n.*48. *& conſil.*13.*nu.* 96 *lib.*1. Aluar.Valaſc.*in praxi partit.qu.*13.*numer.* 91. & ſic in pulchra declamatione 383. concludit *M. Fab. Quintilian.*ibi : *Et lex vbi perire vult hominem, apertè ſignificat: Deſertor occidatur.*

Prouidè igitur, ac data opera Theologiæ, Iuriſvè peritos præteriit; cæteros autem expreſſit *Congregatio*; cum in eis prohibitionis ratio, quæ in muſicis, pictoribus,ſimilibuſque aliis adeſt,deficiat.

Nec ideo cenſeri debent in dicta prohibitione incluſi ex verbo in declaratione adiecto, *Vel alterius licitæ profeſſionis*,ex quo nulla vim prædicta patitur reſolutio. Dictio enim illa
22 *Alterius* † ad alia diuerſæ,vel diſſimilis naturæ non extenditur; cum ſimilium ſit repetitiua, eiuſdemque naturæ, & qualitatis, *text. & ibi gloſ. in l. ſi fugitiui* 3. *Cod. de ſeruis fugit.* vbi not.communiter Doctores, *tex. in auth.ex teſtamento Cod. de collatio.* Ludouic. Roman. *conſ.*92.*numero ſecundo & in l. Damni.* §.*is qui vicinus,n.*2.*D.de damno infect.*Curt.Iuni.*conſ.* 38.*n.*1 .Bertachin. *in reperto.iuris, verb.Alius,* Andre. Tiraqu. *in legis connubial.gloſ.*5. *n.* 48. *ad fin.* Iacob. Menoch. *retinen. poſſeſſ. rem.* 9. *numero* 156.*& de arbitrar.lib.*1.*q.*80.*num.*122. *& caſu* 66.*n.*3.*& conſ.*183.*nu.*19.*& conſ.*200. *n.* 2. *& conſ.*308.*n.*12.*&* 13.Bertaz.*d.clauſ.inſtrum.clauſ.*4.*gloſ.*18. *& clauſ.* 27. *gloſ.* 12. *& gloſ.*19.*num.*1.Brunor. *à ſole in locis communib. verb.dictio.numero tertio* Petr. Surd. *conſil.* 21, *numero* 13.*& conſil.* 77. *numero* 15. *& conſil.* 151. *numero decimo-quinto & conſil.* 282. *numer.*7. *& conſ.*303. *numero* 33. *& de alimen. tit.*9.*qu.*3.*num.*6. *& deciſ.*265.*num.*24.*& deciſ.* 274.*numer.*4.Flamin.Pariſ.*de benefic.reſig. lib.* 2. *quæſt.*15.*numero* 21. Rota Rom.*ex collectis à* Farin.*nouiter nouiſſim.deciſ.*91.*n.*5.10.1. *part.* 1.*& in praxi crimi.quæſt.*17.*num.*51. Sanchez *de matrim.lib.*3.*diſp.*20.*nu.*2.*cum ſeqq.* multos alios referens Auguſtin. Barboſ. *in remiſſionib. Doctor.de diction. dict.*2.*num.*1. *&* 2. Quibus etiam adde Marc.Anton.Nattam *conſ.*198.*n.*4. *deciſ. Pedemont.* 167. *num.* 7.Ioann. Cæphal. *conſ.*53.*num.*66.Tibe.Decian. *conſil.* 54.*nu.*30. *verſic.Natura, lib.*2.Ludouic. Cenſ.*de cenſib.*1. *part.capite* 3.*quæſt.artic.*2.*num.*11.*&* 12.Anton.Gomez *in l.*29.Taur.*num.*1. Aluar. Valaſ. *in praxi partit. quæſtio. decima-tertia, n.* 82.

Vnde cum tam euidens ſit interdictarum artium profeſſores diſcrimen,tantaque diſſimilitudo, nullo modo dictæ clauſulæ virtute prohibitio illa ad Theologos, Iuriſtasvè poterit extendi, adaptarivè, cum eadem natura requiratur, & ſimilitudo. Quo fit,vt ſi ſtatutum punit delinquentem pœna corporali amputationis pedis, *ſiue altera,* † *aut alia*, de ſimili 23
pœna corporali, non pecuniaria. vel capitali, quia diſſimiles,ſunt, ſed amputationis membri intelligi debet.Ita (ex *Barthol. Cœpol. Bald.* & aliis) tradit Proſper. Farina. *d. quæſt.*17. *& num.*15.

Idemque ſi per ſtatutum pœna pecuniaria, 24
ſeu alia, † arbitrio iudicis imponatur,quia tale arbitrium pœnam pecuniariam excedere non poteſt.Felinus *in cap. Sedes,* 15. *numero* 6.*verſic. Et dici pulchre,de reſcript.* Iul.Clar.*in pract. quæſtione* 83. verſic. *Præterea ſi ſtatutum,* Proſper. Farinac.*ſuprà numero* 5.Iacob.Menochius *de arbitrar.libro* 2. *caſu* 80. *numero* 121. *& libro caſu* 59.*numero* 3.Stephan.Gratian. *diſcep. forenſ.cap.*163.*nu.*17. *cum ſequentib.& deciſione* 5.*nu* 8.

Ex his omnibus veram eſſe conſtat, quam aduerſus *gloſſam in d. cap.* 1. *de poſtuland.*ſententiam defendimus, poſſeque Clericum pauperem Eccleſiaſticum beneficium non habentem pro aliis etiam in foro ſæculari, & ſuper ſæcularibus cauſis poſtulare, ſibique ex hoc exercitio neceſſaria comparare.

Nec ſolùm ſponte oblata à litigantibus accipere Clericus poteſt; ſed etiam condignum exigere † ſalarium, non obſtante conſtitutione 25
text.in cap.vnico, 15.*quæſt.*2. cuius ſunt verba. *Obſeruandum quoque decreuimus, ne quis Sacerdotum, vel clericorum,more ſecularium Iudicum, pro impenſis patrociniis munera audeat accipere, niſi forte in Eccleſiis gratuito oblata, quæ non fauore muneris videantur accepta, ſed collatione deuotionis illata. Quòd ſi quis iſta probatur accipere, veluti exactor fœnoris, aut vſurarum poſſeſſor, ſecundùm ſtatuta Patrum ſe nouerit degradandum.* Quem *textum*, alij in cauſis ſpiritualibus, alij in Monachis, & religioſis loqui intelligunt, vt notat Abb.*in d. cap.*1.*de poſtuland.n.*6.

Poteſtque etiam clericis, diuitibus, non pauperibus Eccleſiaſticum beneficium non habentibus adaptari.

In vtriſque verò contra dictum *textum* obtinuit generalis conſuetudo, vt Clerici, quibus poſtulare conceditur (præterquam à miſerabilibus) exigere poſſint debitum pro patrocinio ſalarium: per quam dicti *cap.* conſtitutioni derogatum eſt: vt (poſt *gloſſ. ibidem verbo pro impenſis*) tenet Goſt. & Abb. *in d. cap.* 1. *de poſtul. numero* 6. Syluest. *in ſumma verbo Aduocatus,nu.*2.*quæſt.*4.*prope fin.* Guiliel. Rodoan.*dict.quæſt.*2.*numero vigeſimo-primo,& vigeſimo-ſecundo,* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. capite quinquageſimo-ſeptimo, numer. trigeſimo-ſexto,* Leli.Zanc.*in tract.de priuileg.Eccleſ.priuileg.*53.*numero vigeſimo-ſeptimo, & ſequent.* Carol. *de* Gra. *dict.effectu* 21, *numero* 41.

Limitanda tamen principalis concluſio (quod clericus pauper in Sacris conſtitutus beneficium non habens Eccleſiaſticum,etiã in

causis profanis, & coram Iudice sæculari postulare possit) intelligendaque in causis ciui-
26 libus, † non verò in criminalibus, in quibus saltem pœna sanguinis imponenda venit, à quibus Clericus omnino abstinere debet, *cap. Sententiam, 9. ne Cleric. vel Monach. cap. His à quibus, 30. 23. quæst. vlt. cap. Aliquantos, 2. 51. distinct. gloss. in d. cap. 1. verb. Stipendiis de postul. vbi* Abb. *numer. 4. prope fin.* Syluest. *dict. verb. Aduocatus, num. 2. quæst. 5.* Angel. *de* Clauas. *in summa, §. Aduocatus, num. 1. in fin. nu. 7.* Paul. Lancellot. *inst. Canonic. lib. 3. tit. de procuratorib. §. postulandi,* Simon Maiolus *de irregul. lib. 2. cap. 9. num. 3.* Prosper. Farina. *fragment. crimin. lit. C. num. 189. part. 1. tom. 6.* Carol. *de* Grass. *vbi suprà num. 39. &* 40. Camill. Borrell. *in summa decis. d. tit. 7. de cleric. & Sacerdot. num. 89. & tit. 11. de vita, & honest. clericor. n. 39.*

Quæ sublimitari posse videtur limitatio, si Clericus reum criminaliter accusatum de-
27 fendat, † per *text. in cap. nouissimus, 27. de verbor. signific. & in cap. Reos sanguinis, 7. 23. quæst. 5.* Quia tamen, vel propter defendentis imperitiam, aduersarijvè cauillationes posset reus condemnari; vel etiam propter malitiam, & astutiam ipsius rei posset idem ipse reus iniustè absolui, actorque ad tallionis pœnam condemnari; tutius esse, etiam à rei defensione clericum abstinere, admonet *gloss. in d. cap. Aliquantos, 51. distinct.* Panor. *in d. cap. 1. num. 5. de postulan.* Syluest. *d. verb. Aduocatus, num. 2. quæst. 5.* Lelius Zanc. *de priuileg. Eccles. priuileg. 53. numero 26.* Grass. *vbi suprà, numero 36. & seqq.* Nauar. *consil. 2. num. 3. & 4. in tit. de postul. 1. tom.* Petr. Ced. *collect. iur. Cano. 39. n. 2. part. 1.*

Limita etiam & intellige prædictam prin-
28 cipalem conclusionem, † dummodo ob talis officij exercitium, à Diuinis non subtrahatur, vt in præcedenti limitauimus *quæst. num. 15.*

VTRVM CLERICVS PAVPER tabellionis, vel notariatus officium coram Iudice Ecclesiastico, vel etiam sæculari (quin ob id pœnam incurrat) exercere valeat?

SVMMARIVM.

1 *Tabellionatus officium clericis interdictum est.*

2 *Tam in foro sæculari; quàm Ecclesiastico.*

3 *Et tam in clericis Sacrorum Ordinum, quàm minorum, si beneficium Ecclesiasticum habeat, secus si non habeant: tunc enim non solùm coram Ecclesiastico, sed etiam sæculari Iudice tabellionis officium exercere hi poterunt,* & nu. 4.

5 *Clericus pauper congruum Ecclesiasticum beneficium non habens, etiam in sacris constitutus tabellionatus officium in foro Ecclesiastico exercere poterit, tam in curia Romana, quàm extra existens, contra Couarr.*

6 *Et an etiam in officio sæculari possit esse tabellio?*

7 *Clericis an præcisè tabellionatus officium, an causatiuè per beneficij subtractionem prohibeatur?*

8 *Concilium prouinciale Compostelana prouinciæ, quid circa rem hanc statuerit?*

QVÆSTIO X.

SVperioribus similis subsequitur quæstio. *Vtrùm Clericus pauper tabellionis, vel notarij liberè exercere possit officium?* Quam apertè decidere videtur *tex. in cap. Sicut, 8. ne clerici, vel Monachi,* cuius sunt verba. *Sicut te accepimus referente, &c. Fraternit. tua mandamus, quatenùs clericis in Sacris Ordinibus constitutis tabellionatus officium per beneficiorum subtractionem (appellatione postposita) interdicas.* Ex quo euidenter constat; tabellionatus officium clericis in Sacris existentibus interdici. † 1
Et ibi notant communiter *Doctores,* Ludouic. Roman. *consilio 409. num. 8.* latè Barthol. Cassanæ. *in consuet. Burg. tit. de Iustices, rubr. 1. §. 6. numero 30. cum tribus seqq.* Bonacos. *in communib. opinio. crimin. part. 2. verb. clericus impunè, vers. Sed communis est opinio, Montemaran. in practic. Episcop. c. 77. numero 16.* Prosper. Farin. (alios referens) *Fragm. crimina. part. 1. lit. C. numero 212. tom. 6.* Bernard. Diaz *in pract. crimi. Cano. c. 58. per tot.* Marc. Anton. Cucch. *instit. canon. Maior. lib. 3. tit. 37. num. 10.* Couar. *practic. quæst. cap. 19. n. 8.* Fraciisc. Marc. *decis. 194. num. 1. & seqq. part. 2.* Camil. Borrell. *in summ. decis. tit. 11. de vit. & honest. cler. num. 37.* Iacob. *de* Graff. *in decis. aure. part. 2. lib. 3. cap. 2. num. 17.* Carol. *de* Grass. *de effect. Clericat. effectu 8. numero 1.* Ioann. Roxas *in singular. fidei 133. n. 1.* Mastrill. *decis. 159. n. 1. par. 2.* Hieron. Ceual. *practic. commu. contra comm. quæst. 404. num. 5.* Prouideturque expressè de iure regio per *text. in l. 45. tit. 6. part. 1. versic. E otrosi defendio santa Eglesia, que ningun Clerigo fuesse escriuano de ningun Consejo.* & *in l. 12. tit. 3. lib. 1. & in leg. 15. tit. 18. lib. 2. Ordinam. & in leg. 10. tit. 3. libro 1. noua reg. collect.* & ibi per *Scribentes.*

Huiusmodique prohibitio, tam in foro sæculari, quàm Ecclesiastico † procedit, in neu- 2
troque poterit clericus tabellionatus, vel notariatus officium publicè ob dictorum iurium generalem prohibitionem exercere. Ita notat *gloss. in d. cap. Sicut, & ibidem* Abb. *num. 6.* Ioan. Andr. *num. 9.* Anton. *de* Butrio. *num. 8. versic. si tenetur opinio,* Albert. Trotius *in tractat. de vero, & perfect. Cler. lib. 2. cap. 54. numero 9.* Didac. Couarr. *d. cap. 19. num. 8. post princip. & versic. Secunda conclusio,* & multi alij adducti per Farina. *dict. lit. C. numero ducentesimo vigesimo-quinto.*

Nec solùm in Clericis Sacris initiatis Ordinibus; sed etiam in minoribus † tantùm 3
constitutis, congruum Ecclesiasticum beneficium habentibus superior sententia locum habebit: vt (ex Hostiens. Ant. & Abb. *in dict. cap. Sicut*) tenet communemque dicit Couarr. *dict. capite decimo-nono, numero octauo versiculo quasi ea sit receptior sententia, & versiculo Tertia conclusio, quæ communis est.* Bernard. Diaz. *in dicto capite quinquagesimo-octauo numero 2.* communem etiam téstatur

Farina.

Farina. *ubi supra, numero* 234. Didac. Perez *in d. l.* 12. *titul.* 3. *lib.* 1. Ordina. *gloss. vnic. vers. Qod proced,* Alphons. *de Azeued. in d. l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *noua Reg. Collect. num.* 3. *vers. Sed contrarium est dicendum.* Greg. Lopez *in d. l.* 45. *tit.* 6. *part.* 1. *gloss.* 8. *verb. Escriuano,* Iacob. *de* Graff. *d. numero* 17. Card. *de* Graffis *d. effectu* 8. *num.* 10. Ioan. Bapt. Marchel. *de commiss. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 19.

Secùs si beneficium Ecclesiasticum non habeat; quia non solùm in Ecclesiasticis causis, & coram Iudice Ecclesiastico tabellionis poterit publicè officio fungi; sed etiam apud secula-
4 ria † tribunalia, & in secularibus causis, ex his, quæ notauimus *quæst.* 8. *num.* 13. *& quæst. seq. numero* 4. & in specie Couuarr. *d. num.* 8. *vers. Quarta conclusio, &* Farinac. (plures referens) *d. lit. C. num.* 232. Carol. *de* Graff. *suprà num.* 9. Isidor. Mosc. *de Maiest. Eccles. milit. lib.* 1. *part.* 2. *vers. Nec officium.* Alber. Galeot. *in margar. iur. capite* 10. *numero* 13.

5 Paupertatis verò fauore Clericus in Sacris etiam constitutus beneficium Ecclesiasticum, † ex quo viuere valeat, non habens, tabellionis officium in foro Ecclesiastico exercere poterit, secundum Hostiens. *in d. cap. Sicut, num.* 1. *vers. Secunda ratio, & vers. Alioquin si agerent, & versic. Vnde forsan, & num.* 8. *vers. Ex hoc etiam patet,* Ioann. Andr. *numero* 4. *&* 7. Butri. *num.* 5. Henr. Bohic. *numero* 1. *post med. vers. Ex quo etiam patet,* Anchar. *numero* 9. *in fin.* Abb. *num.* 6. *in fin. & numero* 7. *etiam in fin. & num.* 8. Iaso. *in l.* 1. §. *Huius studij, num.* 8. *vers. Septimò limita, D. de Iustit. & iur.* Franc. Marc. *d. decis.* 194. *num.* 5. *&* 6. *part.* 2. Guilliel. Rodoan. *de spoli. Ecclesiast. quæst.* 2. *num.* 30. *Montemar. in pract. Episcopali, cap.* 77. *num.* 17. Prosper Farin. *d. lit. C. fragm. crimin. num.* 221. *&* 222. Bernard. Diaz *in pract., cum Canon. d. cap.* 58. *num.* 1. *in fin.* Gregor. Lopez *in d. l.* 45. *tit.* 6. *part.* 1. *gloss.* 9. *verb. Tirandole el beneficio.* Didac. Couar. *d. cap.* 19. *numero* 8. *vers. Nam Clericus in sacris.* Licèt *idem ipse ibi, & in vers. Secunda conclusio,* velit hanc intelligere sententiam procedere in Clericis in Sacris constitutis in Curia Romana prædictum officium exercentibus, non verò extra. Cuius contrarium tenent omnes proximè relati, asserentes tam in Curia Romana, quàm extra, si Clericus in Sacris Ordinibus constitutus congruum beneficium non habeat, procedere. Hancque receptiorem professus est, *idem ipse* Couarr. *eod. loco d. numero* 8. *vers. Quasi ea sit receptior sententia*: eam etiam receptiorem dicit Farinac. *vbi supra, num.* 227. Carol. *de* Graf. *d. effectu.* 8. *num.* 18. Sfort. Odd. *consilio* 44. *num.* 19.

Cuius præcipuum fundamentum est *tex. in d. cap. Sicut,* & *nè Clerici, vel Monachi,* in illis verbis, *Per beneficiorum subtractionem, appellatione postposita, interdicas.* Ex quibus huiusmodi prohibitionem directò contra Clericos beneficium habentes, non contra eos, qui beneficium non habent tendere, constat. Faciuntque simul latè duabus præcedentibus dicta quæstionibus, quibus prohibitionem mercaturam exercendi, postulandivè etiam in secularibus, Clericos beneficiatos tantùm comprehendere, non etiam pauperes, ac beneficio Ecclesiastico carentes, ostendimus. Facit etiam *text. in d. l.* 45. *titulo* 6. *part.* 1. *vers. E otrosi,* ibi: *Puedele apremiar su Prelado tollendole el Beneficio que ouiere fasta que lo dexe.* Ex qua deducit ibi *Gregor. Lopez verbo Tollendole el Beneficio,* Clericum etiam in Sacris constitutum si beneficium Ecclesiasticum non habeat † 6
tabellionis etiam in seculari iudicio officio fungi posse: sicque tenere *Hostien. & Abb. in d. cap. Sicut,* licèt hodie casus hic non admitteretur in practica, ex superioribus *Ordinamenti, nouaque Reg. Collect.* iuribus, & ex *lege* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *noua Reg. Collect.* De iure verò Communi pro superiori sententia auxiliatur quoque dictum *Ioann. Andr.* quem refert. *Abb. in d. cap. Sicut, num.* 8. hoc nempè officium non præcisè † Clericis prohiberi; sed causatiuè, scilicet per subtractionem beneficij. De cuius veritate, vide ibi per *Abb.* 7

Tandem per *Concilium Prouinciale Compostelana Prouinciæ, celebratum Salmanticæ anno* 1565. *in actione* 2. *decreto* 25. *in fine,* statutum extat, † vt à quolibet tribunali Ecclesiastico eius Prouinciæ, vbi plures adsunt notarij, vnum notariatus officium possit Clerico in Sacris constituto conferri. De cuius vsu in Ecclesiastico tribunali *Placentia,* testatur *Azeued. in d. l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *noua Reg. Collect. nu.* 3. *in fin.* vbi creatum ad id fuisse Clericum Sacrorum Ordinum, beneficium tamen non habentem asserit. 8

VTRVM PARENTVM PAVpertas impediat filio Religionis ingressum, siuè ad eam voto adstrictus sit, siuè non? Et an post professionem filium egredi compellat? Et quid in parentibus circà filios, vel fratribus circa fratres, vel sorores pauperes?

SVMMARIVM.

1 *Distinctio, siuè quæstionis diuisio.*
2 *Non licet filiis vero non adstrictis Religionem ingredi, eorum parentibus in magna necessitate existentibus, si aut possint eis subuenire: aut probabilis sit spes fore, vt si in seculo manerent, possent, nec est alius, qui subueniat.*
Et quid si Religionis voto adstricti sint? ibid. numero 14.
Et quid si solemniter filius professus est? ibid. num. 15. & seqq.
Et qua necessitas requiratur? ibid. n. 21. seqq.
3 *Filius omni iure parentibus subuenire præcipitur,* & num. seq.
Grauissimam contumeliam infert filius patri, qui cum eius necessitati subuenire possit, illum in necessitate esse patitur, ibi.
4 *Necare dicitur, qui alimenta denegat.*
5 *Ingredi Religionem non est de præcepto, sed de consilio.*
Præcepta propter consilia, aut necessaria, propter voluntaria, omittenda non sunt, ibidem.

 6 *Religio*

6 *Religionis ingressus non liberat ingredientem à debitis ante ingressum contractis, & in eius persona remanet obligatio, & contra ipsum poterit proponi actio; sententiaque ferri.*

7 *Et si ingressus Religionem vnde soluat non habet, si artem decentem sciat, debet eam in Monasterio, vt creditoribus satis faciat, de Superioris licentia, vel absque. ea, si illam nolit concedere, exercere.*

Et an ad id habito etiam, si necesse sit, deposito teneatur? ibid. remissiuè.

8 *Debitor, qui non est soluendo, ingredi religionem non potest, si intra paucos annos in seculo manens, sit probabilis spes fore, vt possit creditoribus satisfacere.*

9 *Professio debitorum an valeat, tam de iure communi, quàm ex Motu proprio Sixti V. & Clementis VIII?*

10 *Seruus absque Domini consensu Religionem ingredi, aut in ea permanere non potest.*

11 *Obligatio filij circa patrem fortior, & potentior est, quàm serui circa Dominum, cum causa, vel obligatio naturalis, accidentali, vel ciuili potentior sit.*

12 *Filij deserentes parentes etiam ratione Diuini cultus, anathematizantur.*

13 *Filij parentes deserentes moraliter peccant.*

16 *Posterior obligatio priori non praeiudicat.*

Res cum suo onere in possessorem transit, ibid.

17 *Filius, qui absque Superioris licentia aliquandiu castra ob parentum affectionem deseruit, emensionis crimine excusatur.*

18 *Professio facta à filio existentibus parentibus in necessitate, de qua* num. 22. & seqq. *valida est, licèt filius professionem celebrans mortaliter peccet.*

19 *Filius in casu necessitatis, de qua supra, non solùm cum habitu, sed etiam eo (si necesse fuerit dimisso) parentibus subuenire debet. Necessitate tamen cessante, statim ad Monasterium tenetur redire,* & num. 20. & num. 28.

22 *Quæ necessitas, vel indigentia parentum requiratur, vt filius obligationis voto non adstrictus Religionem ingredi prohibeatur? aut ante professionem egredi debeat?*

Et quæ in Religionis voto adstricto? & num. 25.

23 *Et an requiratur in actu? siuè quòd probabiliter speretur fore, vt in eam posteà incidant parentes?*

24 *Paupertas grauis modo dicto* num. 22. *superueniens parentibus tempore nouitiatus, ad egrediendum Religionem, si aliter parentibus non possit consulere, filium obligat.*

25 *Filius Religionis voto adstrictus existentibus parentibus in graui necessitate, de qua supra* num. *praecedentibus, siuè votum praecesserit paupertatem, siuè paupertas votum, Religionem ingredi non debet. Et si semper durat indigentia, semper in sæculo manebit.*

27 *Filius Religionem solemniter professus egredi eam tenetur, vt parentum extremæ subueniat egestati, & etiam absque Prelati licentia, si eam non concedat, & habitu etiam (si necesse sit) dimisso, dummodò cum primùm necessitati subueneris reuertatur. Ad quod etiam extranei obligat extrema necessitas, si non sit alius, qui subueniat,* & numero 28.

29 *Et quid si parentes non sint in extrema inopia? sed in graui, modo iam dicto?* & num. 30. 31. & 32.

33 *Suprà dicta locum habent non solùm in parentum primi gradus necessitate, sed & vlterioris, vt in auis, proauis, &c. si non sint filij, qui subueniant.*

34 *Parentes filiis in egestate relictis, Religionem ingredi non debent, iuxta dicta in filiis, quibus æquiparantur, imò & fortior in parentibus est ratio.*

35 *Et non solùm pro primi gradus descendentium necessitate, sed etiam vlterioris iuxta dicta suprà* num. 33.

36 *Frater ob grauem sororis paupertatem Religionis ingressum differre non debet, etiam si Religionis voto adstrictus non sit, nec Religionem egredi tenetur.*

37 *Limita, vt* num. 37. & 38.

QVÆSTIO XI.

QVoniam multi hac de re (quorum propria materia est) egerunt Theologi, non sic latè, vt liceret, in ea diuagabimur. Quod vt aptè fiat, materiamque dilucidè, & clarè comprehendamus, appendicisque loco sit, aliqui erunt distinguendi casus. Quoad primam igitur, & secundam principalem quæstionis partem, quæ filiorum, parentumque obligationem respicit (eisdem enim iudicantur regulis) hi erunt assignandi.

Primus, quando filius etiam voto † non emisso Religionem vult ingredi. 1

Secundus, quando voto emisso.

Tertius, quando non solùm votum; sed etiam professionem emisit.

Quartus, quæ necessitas, vel paupertas sufficiens sit? casu quo ingressum Religionis, vel impedire possit, vel ad egressum compellere.

Quæ picta in filiis, & in parentibus quoque locum habent, vt infrà dicemus: ideoque in eis adiicimus. Vltimò denique loco de fratribus, & sororibus.

Igitur quoad primum casum (argumentis contrariis, vt breuiter procedamus omissis) non licere filiis ingredi Religionem existentibus eorum parentibus in magna paupertate, † vel necessitate, si aut possint eis subuenire, aut probabilis sit spes fore, vt si in seculo maneant, possint, nec sit alius, qui subueniat, dicendum est. Tenueruntque D. Thom. *quodlibet.* 3. *art.* 16. & *quodlibet.* 10. *art.* 9. & 2. 2. *q. vlt. art.* 6. & *quæst.* 101. *art.* 4. *ad* 4. & ibi Caiet. *ad fin.* Angel. *in summ. verb. Religiosus, numero* 11. Syluest. *verb. Religio,* 2. *quæst.* 7. Gerson 1. *part. tract.* 2

tract. de grauato ære alieno, an possit ingredi Religionem, alphabet. 39. lit.Y. Martin. Nauar. *in summ. capit. 14. num. 14.* Emmanuel. Sà, *verb. Religio, num. 2.* Azor *lib. 12. instit. moral. cap. 1. quæst. 8.* Francis. Tolet. *lib. 5. summa, capite 1. num. 5.* Emmanuel Rodrig. *2. tom. summæ, cap. 6. num. 4.* Henric. *in cap. Peruenit, el 2. num. 3. de iureiur.* D. Anton. Gandab. Ioann. *de* Neapol. Rosella, Tabiena. Armill. Castro. Iansen. Corduba, & alij, quos refert, & sequitur P. Thomas Sanchez *in summa super præcep. Decalog. lib. 4. cap. 20. num. 3.* vbi hanc verissimam dicit sententiam: tenet etiam P. Leonard Lessius *de iustit. & iure, lib. 2. cap. 41. dub 3. n. 34.*

Et probatur, primò, quia filius iure Diuino, Naturæ, & Positiuo parentibus subuenire
3 † præcipitur. Diuino, *quarto Decalogi præcepto. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Exod. 20, & Matthæi 5.* Grauissimamque contumeliam, atque iniuriam parentibus infert filius, qui cum eorum necessitati subuenire possit, eos in necessitate iacere patitur. Vtrumque firmat *text. in cap. Caterùm, 20. 86. distinct.* cuius sunt verba. *Caterum Dei traditio est, vt priùs pascas parentes. Nam si iuxta Diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur: quanto magis fames, quæ morte grauior est.* Ne-
4 careque dicitur, qui alimenta † denegat. vulgar. *tex. in l. Necare, 4. de liber. agnos. cap. Qui abstulerit, 12. quæst. 2. cap. Non satis, 86. dist.* Id quod etiam prouerbiis suis protulit Seneca: *Qui succurrere perituro potest, cum non succurrit, occidit* (inquit)

Iure etiam Naturæ, vt testatur *Vlpian. in l. Si quis à liberis, 5. §. Parens* (ibi *Parens quamuis ali à filio ratione naturali debeat*) *D. de liber. agnosc.*

Positiuo, ex *l. Si filius, 3. C. de patr. potest. l. 1. & 2. C. de alend. liber. l. fin. §. Ipsum autem, C. de bon. quæ liber. d. l. Si quis à liberis in princip. cap. Inter cætera, 22. quæst. 4.* Petr. Surd. (plures referens) *de alimen. tit. 1. quæst. 17. num. 1.* Nullo igitur iure parentes in necessitate, ac paupertate deserere, Religionemque ingredi, licet filio.

Secundò etiam probatur, quia ingredi Re-
5 ligionem, non est de præcepto. † *Matthæi 19. Si vis perfectus esse, &c.* Parentibus autem subuenire, de præcepto est, ex proximè dictis: omittere autem præcepta propter consilia, necessariaque propter voluntaria, permissum non est, imò iniustum, & nefas, vt de se patet.

Tertiò, quia filium parentibus in necessitate existentibus subuentionis debitorem esse, constat ex prædictis: ideòque nec ante solutionem liberari posse, nec actum gerere per quem patri præiudicet, vel ab obligatione (etiam per Religionis ingressum) eximatur. Namque Re-
6 ligionis ingressus à debitis ante ingressum côtractis ingredientem non liberat: † Interimque semper in eius persona remanet obligatio: vt tenet Abb. *in cap. Cum I. & A. 21. num. 27. de sentent. & re iudic. & in cap. 1. de oblig. ad ratio. vel non, num. 8. & ibid. Innoc.* Contra ipsumque poterit proponi actio, ferrique sententia; vt *ijdem ipsi* tenent *ibi.*

Quòd si vnde soluat non habeat, artem tamen decentem sciat; tam debet in Monasterio exercere † vt creditoribus satisfaciat, secun- 7
dum *Innocen. vbi supra.* Etiamque absque Prælati licentia, si eam concedere nolit, ex sententia *Molin. Angles Florib. Nauarr.* & aliorum, quos refert P. Sànchez *d. lib. 4. cap. 19. num. 14. vers. Alijs placet, & vers. Ad iunt;* vbi & an ad id teneatur habitu etiam (si necesse sit) deposito? *num. 15. & 16.* Videndusque etiam P. Ferdinand. Rebell. *de obligat. iust. lib. 2. quæst. 17. sect. 4. num. 27. vers. Vtrùm tamen fas sit, & num. 28. & 29.* Vbi an & ad Indos possit etiam absque Superioris consensu proficisci?

Et quòd debitor, qui soluendo non est, Religionem ingredi non possit, † si intra paucos 8
annos in sæculo manens, probabilis sit spes fore, vt possit creditoribus satisfacere; tenet etiam P. Leonar. Lessius *de iustit. & iure d. lib. 2. cap. 41. dub. 3. num. 32* quia æquitas non patitur, vt cum damno aliorum ingrediatur: plurimos huius sententiæ referens Sanchez *d. loco, numero 6.* per quem latissimè *per tot. cap.* Aduertens pariter, *num. 2. 19. & 21.* de iure communi debitorum professionem valuisse, † post 9
modum verò per *Motum proprium Sixti V.* editum anno 1587. inhabiles ad professionem factos fuisse, licèt per alium *Clementis VIII.* edictum anno 1602. quoad hoc, vt professio valeat, fuerit moderatus.

Ex quibus fit, vt neque seruus absque Domini consensu Religionem ingredi, † aut in 10
ea, si ingressus fuerit, permanere possit; *text. in cap. Si quis, 3. 17. quæst. 2. cap. 1. c. 2. cap. Si quis obligatus, 7. cap. De rebus, 8. 54. dist. cap. 1. c. 1. cap. Consuluit, 5. de seruis non ordinand.* Dominic. Soto *in 4. sentent dist. 35. art. 1. ad fin.* Didac. Couar. *pract. cap. 15. numero 1. colum. 3.* Leonard. Lessius *d. loco, numero 31.*

Debitum autem, & obligatio filij erga patrem fortior, & potentior est serui erga dominum obligatione. † Cum illa, iure (vt diximus) Naturæ; hæc, iure gentium sit, *tex. in §. Ius autem gentium, instit. de iure nat. gent. & ciuil.* Illa, secum Naturam (quæ etiam irrationabilia erga genitores mouentur animalia.) Hæc, contra ipsam Naturam, ex hominum dispositione, *d. §. Ius autem gentium.* Illa, naturalis: accidentalis hæc. Obligatioque, vel causa naturalis accidentali, vel ciuili potentior sit, iuxta *l. Qui habent, D. de tutel. l. Filio quem pater. de lib. & posth. l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impet. cap. Præsenti, §. Idem, de præben. in 6.* Sed propter obligationem ergà dominum, Religionem ingredi, aut in ea domino inuito permanere non potest seruus; ergo à fortiori nec filius, qui parentum subuentioni tot titulis deuinctus est. 11

Hanc denique sententiam *Gangrense Concilium* approbauit *sess. 16.* habeturque in *cap. Si qui filij, 1. dist.* vbi anathematizantur † filij 12
etiam Diuini cultus ratione parentes deserentes. Vnde constat, filium parentibus in necessitate relictis Religionem ingredientem (iuxta prædicta) mortaliter † (cum ob id anathematizentur) peccare, vt docent *Martin. Nauar. Francisc. Tolet. Emman. Rod. & Tho. Sanch. n. 1. adductis,* tanquam grauissimi præcepti transgressores. 13

Hæc quoad primum casum. Quoad secundum

dum verò, quando Religionis votum filius
14 emissit, † idem quoque dicendum erit, voto scilicet non obstante, ingredi non debere parentum existente necessitate, nec votum obligare. Ita docent *D. Anton. Ioan. de Neapol. Syluest. Tabien. Castro Pasarel. & Emman. eod. loco*, quo *dicto n. 1. sup.* eos retulimus, prout eos etiam refert, & cum quibus tenet *Tho. Sanc. d. cap. 20. n. 8.* ex rationibus supra adductis, quæ in vtroque pariter militant casu, & aliis ab eisdem traditis.

In tertio quoque (vbi nempè filius Religionem ingressus est, in eaque solemniter profes-
15 sus) † adhuc parentum egestatem operari, vt egredi teneatur, si aliter eis consultum esse non possit, quin ingredi prohibebatur, obligatione parentibus subueniendi iam contracta; tenet Ioan. Maior. *in 4. dist. 38. q. 2.* Martin. Nauar. *in summ. cap. 14. num. 14. & in comm. 3. de regul. numero 45.* P. Leonard. Lessius *de iustit. & iur. d. quæst. 41. dub. 3. numero 34. vers. Si filius.*

16 Posterior enim obligatio priori non præiudicat, † vt *in cap. Veniens, 16. & in cap. Intellecto. 33. de iureiuran.* Cùm ergò omni iure filius patri obligatus sit, nec votum, nec professio filij patri poterit præiudicium afferre, vel generare, transibitque cum suo onere filius in Prælati potestatem, cum ad possessorem res cum suo onere transeat, *cap. Ex literis, 5. de pignor.* cum similibus, de quibus *Nos in axiomat. & locu commun. iur. lit. R. num. 76.* Benè facit pro suprà dicta sententia *text* de iure ciuili *in l. Qui cum vno. 4 §. fin. D. de re milit.*
17 vbi emensionis crimine excusatur filius, † qui ob parentum affectionem aliquandiu absque Superioris licentia castra deseruit: per quem ad casum nostrum infert *Rainer. de Forliuio*, tenetque per eum (vt parentibus subueniat, licere filio Religionem deserere, cum Forliuio) Nellus de Sancto Geminiano *tractat. de Bannitis, 1, par. 2. tempor. num. 48. in fin.* Hippol. de Marsil. *singular. 149. n. 3.* Petr. Dueñas *reg. 66. limi. 10. circa fin.* Ascan. Clem. *in tract. de patria. potest. effectu 17. num. 4.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 69. num. 2. &* Ioan. Bapt. Pontan *eod. tract. de aliment. cap. 9. numero 7.*

18 Professio autem in hoc casu facta valida est, † licèt filius sic professionem celebrans, mortaliter peccet, vt docent Martin. Nauar. *lib 3. consilior. tit. de regul. in 1. editione, consil. 26. num. vnico, & lib. 2. conf. 3. numero vnico,* Emmanuel Rodrig. *1. tom. summæ, cap. 6. num. 4. & tom. 3. de regular. q. 13. art. 5. dict. 4.* quos refert, & sequitur Thomas Sanchez *d. lib. 4. cap. 20. num. 10.* obiectionibus, quæ possent opponi satisfaciens.

Nec solùm in prædicto casu, si necesse fuerit exire Religionem cum habitu poterit filius;
19 sed etiam sine eo, † vt infrà dicemus. Tenetur tamen cessante parentum necessitate ad Mona-
20 sterium statim redire. Ita † Martin. Nauarr. *dict. lib. 3. consil. tit. de regular. 1. editione, consilio 26. numero vnico, & dicto consilio 3. numero etiam vnic. dict. libro 2.* Corrad. *in suis casuum responsis, quæst. 61.* Thom. Sanchez *d. cap. 20. num. 14.*

Restat nunc de quarto, Quæ scilicet paupertas, vel necessitas, vt suprà dicta procedant; requiratur? † An extrema desideretur, 21
vel magna, aut grauis sufficiat? Et an paupertatem præcessisse necesse sit votum, Religionis ingressum, vel professionem? satisvè sit post hæc superuenisse? Qua etiam in re aliqui distinguendi sunt casus.

Aut enim in primo suprà assignato, (quando nempè Religionem absque voti obligatione vult ingredi filius) loquimur: Aut in secundo, quando voti tenetur obligatione: Aut in tertio cum professus fuit.

Primo casu, non requiri parentum extremam indigentiam † ad impediendum filio Religio- 22
nis ingressum, colligitur ex *Diu. Thom. 2. 2. quæst. vlt. art. 6. corpore, & Turrecremat. in cap. 1. distin. 30. art. 1. num. 3.* (prout eos refert *Thom. Sanchez* infrà citandus) dicentes hanc necessitatem contingere, quando commodè parentibus aliter subueniri, quàm per filiorum obsequium non potest: Secùs quando eo non multum indigent, Quibus adhæret *Caiet. 2. 2. q. 101. articulo 4. ad fin.* vbi ait, hanc eam esse necessitatem, quæ filios ad operas suas parentibus exhibendas obligat, neque ad hoc extremam desiderari, sed satis esse necessitatem magnam latitudinem habentem: Sufficere itaque necessitatem, vel paupertatem decentiæ status, scilicet si parentes ad faciendum ea, quæ in notabilem decentiæ status iacturam cederent, cogerentur; vt artem mechanicam exercere, mendicare, aliis famulari cum notabili proprij status diminutione: secùs quando parentes possent vitam transigere, etsi non ita commodè, abundanter, & honorificè; tenentque *Ioann. de Neapol. Diu. Antonin. Angel. Syluest. Cordub. Pasarell.* locis supra in princip. *quæstionis* relatis, eisque adductis *Sanchez* sæpè repetito *libro 4. summæ super præcept. Decalog. cap. 20. numero 4.* vbi hanc necessitatem tunc accidere dicit, quando reverà arbitrio prudentis reputatur non leuis, sed magna, iuxta proximè dicta. Eandem etiam sequi videtur sententiam *Leonardus Lessius* (de graui necessitate simpliciter loquens) *de iustit. & iure dicto libro 2. quæstione 41. dubitat. 3. numero 34.* Ita etiam è nostris (sufficere scilicet in isto casu parentum paupertatem, quæ ad magnam existimationis, & status iacturam congeret, vt quia nobilis aliis seruire adstringeretur, vel mendicare) dicit Petrus Surdus *de aliment. titulo 8. dicto priuilegio 68. numero 4.* ex sententia D. Thomæ *quodlibet. 3. quæstione 5. &* Angel. *de Clausl. in summa verbo Religiosus, quæstione 11.*

Idque (secundum *Thom. Sanchez vbi supra numero 5.*) procedet, siue actu parentes huius-
modi patiantur necessitatem † tempore Religionis ingressus, siue probabiliter speretur fore, 23
vt in eam postea deueniant, contra *Emmanuel Rodriguez 2. tom. summæ, capite 6. n. 4.* cui satisfacit.

Ac ideò id locum habere, si nouitiatus tempore durante, † dicta grauis superueniat parentum egestas, atque ita docere *Ioann. de Neapol.* 24
D. Ant. Tabien. Palac. Emmanuel. Sà, & Nauarr. asserit idem ipse *ibi numero 7.* Quia cum licitè egredi valeat, & perseuerantia solius consilij sit; subueniendi parentibus præceptum anteferendum est. Imò idem quoque erit dicendum in secundo casu, quando scilicet filius votum Religionis

25 Religionis emisit: † voto enim non obstante, ingredi non tenetur, donec parentum necessitas cesset. Idque siue votum præcesserit paupertatem; siue paupertas votum. Vt (ex *Ioan. de Neapol. D. Ant. Syluest. Cordub.* & aliis) tradit *Sanchez ubi suprà num.* 8. Addens ex eisdem fieri inde, quòd si semper durat ea indigentia, semper in seculo manere debebit, ibiq; rationem reddit.

26 In tertio verò casu, quando filius solemniter professus est, † duo sunt distinguendi. An scilicet egestas sit summa parentum; vel non ita maxima, vel extrema; sed grauis modo in præcedentibus casibus dicto.

27 In primo dubium non est, Religionem egredi, † etiam Superiore renitente, & contradicente, vt extremæ parentum egestati subueniat filium professum teneri. Cùm in tali necessitate, & ad subueniendum extraneo, etiam renitente Prælato, si non sit alius, qui subueniat Monachus claustrum egredi teneatur. Ita docent *Caiet. Maior. Adrian. Abulens. Metin. Tabien. Armill. Nauar. Ledesm. Pasarell. alter Metin. Angles Florib. Ludouic. Lopez, & Corrad.* quos refert, & sequitur *Sanch. d. c.* 20. *n.* 14. Tenerique etiam, si ad id opus sit habitum dimit-
28 tere, † Cùm *Cordub. in summ. q. 4. ar. 2. opin. 4. punc. 2. vers. Y no es el mismo*: Redire tamen professum cum primùm necessitati subuenerit, vt & suprà diximus *num.* 20.

In secundò autem (grauis scilicet modo iam dicto non extremæ inopiæ,) An filius
29 professus Religionem exire teneatur, si aliter parentibus subuenire non possit; † tres sunt Doctorum sententiæ. Prima est, teneri egredi, etiam inuito Prælato. Secunda non teneri absque Superioris licentia. Tertia distinguens, an egestas præcesserit professionem, quia tunc tenebitur egredi: secùs si professio egestatem.

30 Primam † sustinent Anchona *de potestat. Papæ, quæst. 5. art.* 1. Guandabo *quod lib. 6. quæst.* 16. Iansen. *in concordant. Euangel. cap.* 60. in ea verba, *Vos autem dicitis.* Viguerius *lib. constit. c. 5. §. 7. in princip.* Cordub. *in regula D. Francisc. cap. 2. q. 6. art. 2. potest. 4. opinion.* Palac. 4. *dist. 38. disp. 1. in solut. ad* 3.

31 Secundam, † Alex. Alens. 3. *par. quæst.* 33. *memb. 4. art. 1. in fin.* D. Thom. *quodlib. 3. artic. 26. & quod libet. 10. artic. 9. & 2. 2. quæst. 101. art. 4. ad 4. Turrecrem. in cap. 13. quæst. 1 art. 2. num.* 6. Henric. *in cap. peruenit, el. 2. numero 3. de iureiurand.* Lyra Supplement Gabriel. D. Antonin Abulen. Armilla, Tabiena, Cord. Emman. Rodrig. Emman. Sà, & alij; quos refert, & sequitur (hanc tanquam veriorem approbans sententiam) Tho. Sanchez *d. cap.* 20. *num.* 17.

32 Tertiam, † Syluest. *verb. Religio, 6. quæst. 9.* Martin. Nauar. *in summa, cap. 14. num.* 14. & *comment. 3. de regul. num.* 48 Anton. Cucus *l. 3 instit. moral. tit. 1. numero* 126. Cardin. Francis. Tolet, *lib. 5. summæ cap. 1. num. 6* Ludouic. Lopez 1. *par. instructorij, cap.* 54. Emmanuel. Rodrig. 2. *tom. summæ, cap. 6. num.* 4. relati à Sanch. *vbi sup num.* 16. Quam etiam sequitur sententiam P. Leonard. Lessius *de iustit. & iure, d. libro 2. cap. 41. dubio 3. num.* 34. *vers. Si filius.*

Nec solùm prædicta pro parentibus primi
33 gradus; sed etiam vlteriorum, † procedere intelligenda sunt; si filiis; vel descendentibus, qui eis subuenire valeant, carent; vt aut Religionem ingredi non debeant: aut eam cogantur deserere, iuxta suprà tradita. Ita *Tho. Sanchez d. cap. 20. num.* 28.

Eadem autem omnia in filiis quoad parentes, eorumque egestatis leuandæ causa dicta; & in parentibus † pro filiorum subuentione locum habent. Cùm eadem, ac maior etiam filios subueniendi, in parentibus sit ratio: vt latè prosequitur Tho. Sanchez *suprà relato loco, num. 34. vsque ad* 40. & Leonard. Lessius *d. dub. 3. num.* 34. 34

Nec pro inopia tantùm filiorum primi gradus leuanda, iam dictis regulis adstringuntur primi gradus parentes (vt illis in necessitate existentibus, Religionem non ingrediantur; vel vt eis subueniant, Religionem, si opus sit deserant) sed etiam vlterioris gradus, † vt auus, proauus, &c. si parentes descendentes non habeant, qui eis possint subuenire; quia parentum loco & ipsi sunt: vt notat *Sanchez vbi supra, num.* 37. 35

Quod attinet ad vltimam quæstionis partem (An scilicet propter sororis; vel fratris pauperiem, vel egestatem prohibeatur frater ingredi Religionem, vel teneatur egredi, si aliter eis subuenire non potest, nec sit alius, qui subueniat?) † vt breuiter procedamus, dicendum est. Ob grauem sororis, vel fratris, modo sæpè dicto, necessitatem (de grauissima enim, & extrema; dubitatio non est, cum quiliber etiam extraneus illi, deserendo etiam Religionem, vt supra *n. 27. &* 28. notauimus, subuenire teneatur) nec ingredi Religionem prohiberi fratrem, nec ingressum differre debere; aut egredi adstringi. Ita docet *Leonard. Lessius dict. c. 41. dub. 3. num.* 34. Etiamsi voto Religionis adstrictus non sit. Quia sororibus, sicut parentibus priuando se tanto bono succurrere non tenetur. Firmat etiam *Sanchez d. cap. 20. nu.* 30. Qui tamen *nu.* 31. iustam existimat causam differendi ingressum (& si votum Religionis adsit quando tempus non est præfixum † voto implendo, licèt impudicitiæ periculum non subsit. Quod ad alios consanguineos non extendendum arbitratur, quorum subsidio tanta non est obligatio. 36 37

Si verò magna sororum esset paupertas, cuius ratione earum pudicitiæ periculum esset, † existimat idem ipse *ibi n.* 32. quòd etiamsi voto fratri tempus præfixum sit, illudquè accedat; poterit ingressum ex prædicta causa differre. In aliis verò fœminis consanguineis eidem periculo expositis, aut fratribus, qui sibi faciliùs possunt prouidere, firmare non audet. 38

VTRVM ET QVANDO propter paupertatem fieri possit, vel debeat beneficiorum, aut dignitatum vnio? Et an ob eam, tàm ex dispensatione, quàm sine illa plura quis beneficia valeat obtinere?

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum vnio odiosa est, ac iuri communi regnans.*
2 *Qualibet Ecclesia suũ debet habere rectorẽ*
3 *Ecclesia pauper, tenuisque redditus poterit alteri*

alteri Ecclesiæ etiam curata vniri.
Ampliatur num.5.
Quid in dignitatibus? Et qualiter hodie ex Sacro Concilio Tridentino dignitatum vnio facienda sit? num.7.
4 *Vnionis necessitas, vel causa probanda est, nec sufficit causæ vel necessitatis nunciatio, alias nulla est vnio,*
6 *Prælatus religionis poterit duo monialium monasteria, si moniales in altero monasterio non possunt decenter, & sine penuria viuere, vnire, monasterioquè euacuato Capellanum deseruire facere.*
8 *Episcopus qualiter, & quæ Seminario puerorum possit vnire?*
9 *Vnio beneficiorum Seminario etiam erigendo, fraude cessante, fieri potest.*
10 *Episcopus reprehenditur, si pauperum Ecclesiarum, necessitateque existente, vniones non faciat.*
11 *Vnionis probatio plenè facienda est.*
12 *Nec solo verbo, aut facto vnio fieri potest, & si fiat irritatur.*
Fructus ex Ecclesia vnita verbo, aut facto solùm, tanquam malè percepti restituuntur, ibid.
13 *Beneficiorum vnio quanto tempore, & quomodò ex temporis diuturnitate probari possit?*
14 *Probari debet modus per quem fuit facta vnio, quia ex vniendi variis modis, varij resultant effectus.*
15 *vnio beneficiorum non solùm pauperum Ecclesiarum respectu; sed etiam ipsius Clerici obtinentis, eiusque attenta conditione fieri potest.*
16 *Limita in eo, qui à principio pauperem Ecclesiam acceptauit,* & num.17.
18 *Rectori, vel vicario congrua debetur portio.*
19 *Qui altari seruit, de altari viuere debet,*
20 *Congrua talis esse debet, vt ex ea rector, vel vicarius commodè, eius conditione attenta, sustentetur,* & num.22.
21 *Incerta non sunt in congruam computanda.*
23 *Rector, seu vicarius, cui semel assignata fuit congrua, quam acceptauit, ea, vel beneficio, quod recepit, debet esse contentus.*
24 *Secùs si à principio sufficiens esset, superueniretque paupertas.*
25 *Congrua erit augenda, beneficiumquè poterit vniri etiam post beneficij, vel congruæ acceptationem, si adeò tenue sit beneficium, vel congrua, vt sui, Ecclesiæque onera sustinere non valeat.*
26 *Ecclesia propter eius pinguedinem, & populi multitudinem, sicut ob paupertatem vniri, poterit dismembrari.*
27 *Et qua solemnitate dismembratio facienda sit?* remissiuè.
28 *Et an ad id citari debeant is apud quem est Ecclesiæ regimen, & ad quem Ecclesiæ fructus pertinent, de illiusque consensu debeat fieri dismembratio?* remissiuè.
29 *Paupertas, iusta est causa concedendi dispensationem ad beneficiorum pluralitatem.* & num 33.
30 *plura beneficia retinere prohibitum est, & vtroque priuatur, qui duo simul incompatibilia retinere intendit.*
Et qui latè de hac egerint materia; ibidem.
31 *Dispensatio ad pluralitatem beneficiorum obtenta, magis dicitur per exquisitos modos & subreptitiè impetrata; quàm legitimè adepta.*
32 *Pontifex propter importunitatem supplicantium sapè praeoccupatus, vel circunuentus, non concedenda concedit.*
34 *Plura beneficia (si primum ad sufficientem vitæ sustentationem non sufficiat) etiam citra dispensationem potest quis obtinere. Et quæ?* & num.36.
35 *Tertium beneficium, si primum, & secundum ad congruam sustentationem non sufficiant, absque Apostolica dispensatione retineri non potest.*
37 *paupertas ob quam licitè quis plura possit obtinere beneficia, qualiter sit consideranda? Et quæ sufficiat, etiam absque dispēsatione? Licèt tutius sit eam obtinere.*
38 *Ecclesia pauper, quæ dicatur, vt vnio fieri possit, vel quis pauper, vt plura beneficia habere possit, Iudicis arbitrio relinquitur.*

QVÆSTIO XII.

Beneficiorum vnio odiosa, † ac iuri communi repugnans est. Cardin. Zabarel. *consilio 96.n.2.* Calderin. *consilio 275.versic. Item vnio est stricti iuris* (aliàs, 13.) *de reb. Eccles. nō alienand.* Petr. Andr. Gambar. *de authorit. Legat. de latere, lib.5.c. De potestat. Legati in vniendo, n.28.* Cardin. Iacob. Puteus *decis. 209.n.5. l.2.* Anton. Faber *in Codice Fabriano l.1.ti.2. definitione 74.* Camil. Borrell. *in summa, decis. tit.28.de prebend.n.58.* Tiberi. Decian. *cons.51. n.8. & n.46. lib.3.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit.V. cōclus.229.n.5.* Aymon Crauet. *cons.258. n.10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.614.n.5. lib.4.* Borgnin. Caualcan. *decis. Fanizian.4.n.8. part.2.* Rota Romā. *Diuersor. decis. 557.n.5. part.1.* 1

Quælibet enim Ecclesia suum debet habere Rectorem, † *cap. Quia nonnulli, 3.c. Conquerente, 6. & toto tit. de Cleric. non resident. capit. Præcipimus, 53.16.q.1. capit. Sanctorum Canonum, 70. distin.* Aymon Crauet. *consil.258.n.10.* Stephan. Gratian. *discep. forens. d.c.614.n.16.* Gregor. Lopez *in l.3.tit.16.p.1.glo.5. colum.2. ante finem,* 2

Ideòque neque propter paupertatem faciendam beneficiorum, dignitatumvè vnionem, dicendum videbatur.

Contrarium tamen absque controuersia verum est. Ecclesia enim pauper, tenuisque reddita † alteri Ecclesiæ non curatæ, vel curatæ per Episcopum poterit vniri. *text. in cap. Vnio, 3. ad finem, 10.q.3. text. in cap. Eam te, 4. in fin.* (ibi: *Nisi ita fuerint tenues in substātia, quòd proprios Sacerdotes non possint conuenienter alere*) *de ætate, & qualit.* vbi etiam not. *gloss. verb. Tenues, text. in c. Postquam, 49.16.q.1. & in c. Ita nos, 25.q.2.* (quæ duo capita in Episcopatibus, qui paupertatis causa ab Apostolica Sede vniri possunt, solentque, loquuntur) *text. & ibi glossa verbo Necessitas in c. Exposuisti, 33. de prebēd. & dignit. text. vbi etiam gloss. verb. Tenues, in c.1. de reb. Eccles. non alienand. lib. 6. clem. 1.* 3

§. Ad

§. *Ad hæc, de stat. Monachor. gloss. in cap. Clericus, verb. Necessitatem, 21. quæst. 1. gloss. in cap. Cum nostris, 6. verb. Iusta causa, vbi etiam not.* Abb *num. 15. de concess. præbend.* Felin. *consilio 2. numero 33.* Oldrald. *consil. 260. in princip. & consilio 261. & consil. 262. & cons. 296. numero 2.* Guido Pap. *consil. 134. (incip. circa processum) num. 2.* Cardinal, Tusch. *practic. conclus. litera V. conclus. 231. numero 1. & sequentib.* Vbi talem necessitatem, vnionisque
4 causam probandam, † nec eius sufficere nunciationem, aliterque nullas vnionem vires habere firmat, & *conclus. 132. num. 1. & conclusione 243. numero 1. & conclus. 244. num. 1.* Petrus de Perusio *in tractat. de vnione Ecclesiarum, cap. 3. num. 1. versic. Tertia causa est, & versicul. Quarta causa est,* Ioann. Baptist. Caccial. *in tractat. de vnionib. artic. 5. num. 1. vers. Tertia causa est paupertas,* Mandos. *regul. 12. de vnionib. quæst. 5. num. 3. ad fin.* Et de iure Regio est *text. in leg. 13. tit. 5. part. 1.* ibi *: E puede fazer de dos Eglesias vna, veyendo que es menester, porque son pobres:* vbi etiam notat Gregor. Lopez *glossa 7. verbo Vna, in princip.*

Idquè hodie ex *Sacri Concilij Tridentini* dispositione laxiores recepit habenas. Quo expressè facultas concessa est Episcopis, vt ex prædicta paupertatis causa, etiam Ecclesias generaliter, siue specialiter reseruatas, aut qualitercumque affectas † possint vnire;
5 *text. est in cap. 5. de reformat. sessione 21.* potestatem ad hoc tanquam Apostolicæ Sedis delegatis Episcopis concedens; eius sunt verba. *Vt etiam Ecclesiarum status vbi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conseruetur: possint Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, iuxta formam iuris (sine tamen præiudicio obtinentium) facere vniones perpetuas, quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris casibus à iure permissis, etiamsi dictæ Ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reseruata, aut qualitercumque affecta. Quæ vniones etiam non possint reuocari, nec quoquomodò infringi vigore cuiuscumque prouisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.*

Quæ & in Religionum Prælatis, quoad
6 Monasteria eis subiecta † ampliatur sententia. Poterit enim talis Prælatus duo Monialium vnire Monasteria, si Moniales in altero Monasterio non possunt decenter, & sine penuria viuere. Ita *Federicus de Senis consil. 29. numero 1. in fin. versic. Plus dico:* vbi & quòd potest educere Moniales ex vno Monasterio, & in aliud eas inducere; Monasterioquè euacuato Capellanum deseruire facere: refert. & sequitur *Cardinal. Dominicus Tusch. pract. conclus. litera V. conclu. 238. num. 1.* Ad quod etiam videndus *tex.* de iure Regio in *leg. 4. tit. 12. par. 1.*

Vniones verò dignitatum, † vel beneficio-
7 rum curatorum cum dignitatibus, vel Ecclesia Cathedrali, nisi consulto Pontifice Summo, facere Episcopus prohibetur, ex eodem *Sacro Concilio Tridentino sessione 24. cap. 13. de reformat.* Conceditur tamen ei paupertatis ratione Ecclesiæ Cathedrali, vel Canonicatibus cum Capituli consensu beneficia simplicia, non tamen regularia vnire posse, vel ad minorem numerum (si per talium beneficiorum numerum vniones Ecclesiæ paupertati prouideri nequeat) præbendas reducere, in eadem *sessione 24. cap. 15. de reformat.*

Pro pauperibus etiam pueris edocendis, eorumque Collegio, † vel Seminario, eius fabrica, puerorum alimonia, ipsorum præceptorum, ministrorumque mercede, licet Episco- 8
po, consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab ipso Episcopo, alter à Capitulo electus sit; duorumque etiam de Clero ciuitatis; quorum alterius electio similiter ad Episcopum; alterius ad Clerum pertineat: ex fructibus mensæ Episcopalis, & Capituli, & quarumcumque dignitatum, personatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum, cuiuscumque Ordinis, etiam regularis, cuiusuis qualitatis, vel conditionis fuerint, & beneficiorum quoruncumque, etiam regularium, & etiamsi iuris patronatus cuiuscumque fuerint, etiamsi exempta, etiamsi nullius diœcesis, vel aliis Ecclesiis, Monasteriis, & Hospitalibus, & aliis quibusuis locis piis partem aliquam, vel portionem detrahere, eamque, necnon beneficia aliquot simplicia cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, & etiam reseruata, vel affecta (sine tamen obtinentium præiudicio) Seminario incorporare, & vnire: vt late (ordinem, formamque præfiniens) statuit *Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 18. de reformat.*

Quòd non solùm in Seminario iam erecto, vel constructo; sed etiam in erigendo, † vel
constituendo in futurum (fraude tamen cessante) locum habet. Ita (post multa hinc inde) concludit Hieronymus Gonçalez *in regul. 8. Cancellariæ, gloss. 5. §. 7. numero 76. & seqq.* sequitur Stephan. Gratian. (sic intelligendus, fraude scilicet cessante) *discept. forens. cap. 145. num. 21. & cap. 178. num. 41. & cap. 358. num. 5.* Licèt contrarium dicat Farinac. *decis. Rotæ Roman. nouit. nouissim. 361. num. 3. & seq. par. 2.* Et post hæc, ita (cum Hieronym. Gonçalez, & Gratiano *supra*) tenentem reperij Oliuerium Beltraminum *in annotationib. ad S. D. N. Gregor. XV. decis. 258. n. 10. lit. C.*

Ampliatur suprà dicta principalis resolutio (ob redditium tenuitatem, paupertatemque posse Episcopum beneficiorum vniones facere) vt non solùm possit, sed etiam eas facere debeat, † reprehenditurque si non faciat, vt (per
tex. *in cap. fin. de Eccles. ædific.*) tenet Ioan. Baptist. Caccialup. *in tract. de vnionib. d. art. 5. n. 3.* Mandos. *d. reg. 12. de vnionib. q. 6. num. 4.* Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. quæst. 26. num. 20. in fine.* Stephan. Gratia. *discept. forens. tom. 4. d. cap. 614. num. 2.* 10

Vnde in suprà dicto paupertatis casu, non odiosas, imò fauorabiles vniones videri: cum id Ecclesiasticæ expediat dignitati, vt vnde viuere decenter Clerici possint, habeant: vtque Sacramenta commodè, aptequè ministrari valeant, firmandum videtur, ex traditisque *à Nobis in axiomat. & locis communib. iur. lit. O. numero 13. 14. & 15.*

Et si aliquod in præsenti versaretur odiū, non tam

tam vniones ipsas; quàm vnionum respiceret probationem. Non enim indiciis præsumptionibus. vel coniecturis, † sed plenè, & perfectè per instrumentum, seu literas vnionis, scripturas authenticas seu priuilegia Apostolica, vel præscriptionem immemorabilem probandæ sunt: vt tenet Aymon Craueta *cons.* 258.*num.* 10. *&* 11.cum aliis adductis per Nicol. Gartiam *de beneficiis par.* 12. *cap.* 2. §. 3. *num.* 226. Cùm per hæc perficiatur vnio, nec solo verbo, † aut facto vniri beneficia possint. Et si ita fiant vniones, passim irritantur, fructusquè interim tanquam malè percepti restituuntur. Vt accidisse testatur *Nicol. Garcia supra*, Benauenti, vbi quędam beneficia erant vnita Seminario, solo verbo (& facto, & per *Nuncium Apostolicum* fuit reuocationis talium vnionum, cum condemnatione restitutionis fructuum sententia lata. De cuius etiam casus contingentia testatur *Zerol. in praxi, part.* 1. *verb. vnio.* §. 8.quos refert, & sequitur Stephan. Gratian.*d. cap.* 614. *num.* 6. *&* 7. Vbi etiam *numer. seqq.* quanto tempore, † & quomodò ex temporis diuturnitate possit probari vnio, ex *Nicolao Gartia, Aymon, Osasco, Puteo, Capntaq.* & aliis multis. De qua etiam materia Ioann. Bapt. Caccial. *in d. tract. de vnionib.art.* 7. & latissimè, per 25. numeros Cardinal. Dominic. Tusch. *dict. lit. V. conclus.* 241.*Ex quibus causis vnio probetur?*

14 Fiatque etiam oportet probatio, modi † per quem fit facta vnio: vt si per viam æqualitatis, accessionis, subiectionis, vel aliis modis, per quos fieri vniones possunt. Cùm varij ex his vniendi modis resultent effectus: de quibus per *glossa & Scribent. in cap. Et temporis, verb. Vnire*, 16. *quæst.* 1. *& in cap.* 1. *verb. Vniendo, Ne sede vacant. aliquid innouet.* Ioan.Baptist. Caccialup. *in dict. tractat. de vnionib.artic.*2.Petrus de Perusio, *de vnion.Ecclesiar.cap.*1.*per. totum.* Ildephonsus Oxeda *de beneficior. incompatibilit.part.*2.*cap.* 3.*num.*2. Mandos. *de resignat gratia, titulo de vnionib.* Hieronymus Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellar.glossa.*5.§.7.*à numero* 26.*cum seqq.* Nicol. Gartia *de benefic.c.*2.*in princ. num.*7.*cum seqq.* Cardin.Dominic. Tusch. *practica.conclus. litera V.conclus.*230.*per totam.* Stephan. Gratia. *dict. cap.*614.*numero* 15.*&* 16. Deque vniendi modis est etiam de iure Regio *textus in l.* 4. *tit.* 12.*part.*1.*vbi* Greg. Lopez.

Non solùm autem beneficiorum vnio ratione paupertatis ipsarum Ecclesiarum, vel Ecclesiæ vniendę; sed etiam ipsius Clerici: † cuius conditione, & qualitate attenta, viuere decenter ex vnius illarum Ecclesiarum fructibus non posset, licèt alius posset: permittitur. Ad quam faciendam sufficientem hanc esse rationem, ex supra relatis iuribus, *num.* 3. colligitur, ex text. præcipuè in *d.cap. Eam te*, 4. *in fin.de etat. & qualit.* in illis verbis, *d. num.*3. transcriptis, *Quod proprios Sacerdotes non possint conuenienter alere.* & ex *Concil. Tridentin. sessione* 24.*capite* 15.*de reformat.* ibi: *In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeòquè tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo docenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia iis vnire, &c.* Vltra prouidens, si huiusmodi ex quibus vniones Dignitatibus, vel Canonicatibus fieri possint, beneficia non adsint, secundum ea, quæ supra *num.* 7. diximus. Ea ita expressè firmat *glos. verbo Necessitatem, in dict. cap. Clericus*, 21. *quæstione* 1. vbi latè, quæ ad id dicatur Ecclesia pauper, vt vnio fieri debeat? Concludens tandem, ad id qualitatem personæ, Ecclesiæque situm considerandum. Quia aliquid vni, quod non alij sufficit, vt *cap. Non cogantur*, 41. *distinct.* tradidimusque latè suprà *quæstione* 4.*à.num.* 11. *cum sequentib.* propiusque ad præsentis speciei terminos accedendo, *numero* 50.*cum duobus seqq.* Et quia minus manenti extra vias communes, quàm in viis sufficit.

Limitat tamen *glos.* prædicta hanc eamdem sententiam, in eo, qui cum á principio sciuisset, † pauperem Ecclesiam acceptauit: Sibi enim id debet imputare, argum.*l. Imperator*, 72.(*aliàs* 70. secundum *Dionys. Gothofredi* impressionem) in §. *Si centum, versic. Enim verò, D.de legat.*2. cuius *glossá* sententiam (singularissimam dicens) sequitur, firmatque *Mar.Ant. Geanens.in pract.Eccles.q.*203.

Non enim subueniendum est eis, quibus culpa potest imputari † cur sibi non prospexerint, *l. Qui bona fide*, 13.§. *De illo, D. de damno infect.l.*3.§.*fin.D.de aqua pluuiá arcen.* Concinit Ouid. *in epis. Oenoni Paridi.*

Leniter ex merito quidquid patiere ferendum est.

Et Amor.lib.1.elegia 14.

Facta manu, culpaque tua dispendia sentis.

Quo fit, vt licèt Ecclesiæ Rectori, vel Vicario congrua debeatur † portio, *cap. Nulli Episcoporum*, 12.*q.*1.*c.* 2. *de supplen. neglig. Prælat.cap.De Monachis*, 12.*cap. Extirpandæ*, 30.§. *Qui verò, de præben. & dignit.* Petr. Rebuff. *in tract. de congr.q.*4.*in princip.* Card. Franc. Manric. *dec.*250.*nu.*1.*& decis.* 269. *n.* 3. Cæsar de Grass. *decis.* 6. *num.* 7. *de præben.* Rot. Roman. *Diuersor. decis.*16. *n.*1, *part.* 1. *& in nouissimis apud* Farin. *decis.* 20.*n.*3.*par.* 1. *& decis.* 449.*num.*5.*part.*2.*& apud Sanctiss. D. N.Greg.XV.* (tunc Rotæ Auditorem) *decis.* 429.*num.*1.*& ibidem* Oliuer.Beltraminus *in eius annotationib.lit.A.*

Cùm qui altari seruit, de altari viuere † debeat iuxta *Pauli* traditionem *ad Corinth.* 1, *cap.*9. *cap. Cum secundum*, 16. *de præbend. & dignit.cap.Ex his*, 12.*quæst.*1. Ioan.à Capistrano *de authorit. Papæ.p.*2.*partis secundæ principalis, num.* 82. cum adductis à *Nobis in axiomatibus, & locis communibus iuris lit. A. num.*231.

Talisque debeat esse congrua, vt ex ea decenter, † & commodè sustentari Clericus possit *glossa in cap.vnico, verbo Absque penuria, de statu regular. libro* 6. Petrus Rebuffus *dict. tract.de congrua, quæst.* 8. *numero* 78. Cardinal. Francisc. Mantic. *dict. decis.* 269. *num.*4.

Ac ideò necincerta sint in congruam imputanda, † Petrus Rebuff. *vbi supra, quæst.*11.*n.* 83.*&* 86.Mantic. (alios referens) *d. decis.* 269.*n.*6.Rota Roman.*part.*2.*Diuersor.decis.*5. *n.*3.*& nouiter nouissim.*1.*par. decis.* 449. *n.* 6. Oliuer.Beltramin. *loco supra relato.*

In

Incongruæque assignatione, personæ ve-
22 niat inspicienda conditio † vt si sit nobilis, literatus, vel in aliqua dignitate constitutus, iuxta *glossa* traditionem *in cap. conquerente, 6. verb. sufficientia, de cleric. non resident.* Rota Roman. *nouiter nouissim d.decis.* 449.*n.*7.*par.* 2.& diximus supra.

Si tamen à principio congrua fuit assignata, illa debet rector, aut vicarius esse conten-
23 tus,† nec erit augéda, cum sibi debeat (vt proximè in beneficio diximus (quòd insufficientem receperit imputare. Ita Petr. Rebuff. *d.tract. de congrua, q.*12. *num.*92. Cardin. Mantic. *decis.*22.*n.*1.*&* *decis.*250.*n.*4.*&* *decis.*255.*nu.*2. Rota Rom. *nouiter nouiss. decis.* 449.*num.*5.*&* *apud S.D.N.Greg.XV.d.decis.*429.*n.*3. vbi etiam Oliuer. Beltramin. *in eius annotat.lit.A.*

Si verò à principio sufficiens cógrua fuisset assignata, vel sufficiens beneficium quis fuisset adeptus, superueniterque ex parochianorum
24 deficientia,† vel alia causa beneficij paupertas, insufficiensque redderetur congrua ob casus varietates, vel carestiam (non quidem momentaneam) aliavè simili ratione clericus viuere decenter non valeret: beneficium posset alteri vniri, foretque augenda congrua, ex *glossa in dict.cap.clericus, verb. necessitatem.* Quia tunc non est, quod clerico possit imputari.

Sublimitanda tamen adhuc suprà tradita erit resolutio (semel scilicèt assignatam congruam, acceptatamque beneficiumvè insufficiens, nec postmodum *augendam congruam; nec beneficium fore vniendum*) nisi adeò tenuis
25 † esset congrua, beneficiumvè insufficiens, vt rector, aut vicarius nequeat se sustentare, Ecclesiæque onera sustinere. Cùm tunc non solùm habeatur rectoris personæ ratio, dequè eius tantùm agatur præiudicio: sed etiam Ecclesiæ, ordinisque clericalis; ne cum illius dedecore mendicare cogatur, aut minus decenter viuere: ac ideò nec ratio illa, *quòd sibi debeat imputare*, locum habet. Ita declarauit *Rot. Rom. nouit.nouiss.decis.*420.*n.*4.*p.*1. *& d. decis.*449. *n.* 5. *notatque* Oliuer. Beltramin. *in annot.ad Alexand. Ludouic.* (tunc Rotæ Rom. Auditorem, postea S. D.N. Gregor. XV.) *ad d.decis.* 429.*lit. A.* sic eam decisionem limitans, & intelligens cum Farinac. *supra d.decis.*420.

Sicut autem propter Ecclesiæ paupertatem fieri potest beneficiorum vnio: sic propter Ecclesiæ pinguedinem, ac diuitias, clerique augmentum potest Ecclesiæ fieri dismembratio,
26 † *text.in cap. ad Audientiam,*3.*de Eccles.ædific.* & notat Abb. *in cap. ex parte,* 1.*notabil.de rescrip. cap. Vacante,*26.*in fin.de præbend.& dignit.* & ita *in vna Toletan.beneficij* 2. *Decemb.* 1579. *apud* Cardin. Seraphin. *decis.*428. fuit conclusum, Nicolaus Garcia *de beneficijs, part.* 12.*cap.*3. *num.*3.*& sequen.* latè Cardin. Tusch. *practic.conclus.litera E.conclus.*272.*per totam.* Estque *lex Regia,*13.*titulo* 5.*part.*1. *versic. En el lugar donde no ay mas de vna Eglesia pueden fazer dos, entendiendo que lo han menester.* & ibi notat Gregor. Lopez *glos.*6. *Dos.* Ita etiam disponit *S. Concilium Tridentin. sessione* 2.*cap.* 4.*de reform.*

Qua autem solemnitate dismembratio fa-
27 cienda sit, † apud Cardinal. Seraphin. *decis.* 1062. *numero secundo* Rota Roman. *nouissim. decisione* 288.*nu.* 1. *& seq.par.*2.*& decis.*119. *num.*11.*&* 12. *& decis.* 239.*numero* 1.*part.*1. vide.

Et an ille apud quem est Ecclesiæ regimen, 28
† & ad quem fructus illius pertinent, citari debeat, de eiusque consensu facienda dismembratio sit? vide Rotam Roman. *nouit.nouissim dict.decisione* 288.*num.*4 *part.*2.*& decis.* 455. *num.*6.*ead.*2.*part.* Seraphin. *dict. decis.*1062. *nu.*2. De quibus omnibus consulendus Oliuerius Beltramin. *in annotat.ad Alexand. Ludouic.decis.*504.*num.*8.*&* 9.

Nunc ad secundam quæstionis partem. In qua breuiter dicendum. Quòd sicut paupertas iustam vniendi beneficia causam præbet: sic & dispensandi, † vt quis plura possit obtine- 29
re. Licèt enim plura quis prohibeatur retinere beneficia,† & si duplici incompatibili benefi- 30
cio frui velit, ac vtrumque retinere, vtroque priuetur: iuxta *text.in cap.de multa,*28.*de præbend. & dignit. cap. Literas,* 9.*de concess.præbend. cap.sanctorum vbi glossa* 70. *distinct. cap. gratia,*7.*& ibid.glossa, verbo non potest, de rescript.in* 5.*Extrauagan. Execrabilis Ioann.* 22. *de præbend.* *Extatque sacri Concilij Tridentini dispositio sess.* 7. *capite* 4. *de reform. & sessione* 24. *capite* 17. De iure regio *text. in l.*3.*tit.*16. *part.*1. *versic. Otrosi, el que ouisse beneficio en vna Eglesia.* & plenè per scribentes in dictis locis, & per Abbat. *in cap.Extirpandæ,* 30.§. *Qui verò, de præbend.* Ioann. de Lignan. *in tractat.de benefic.pluralit.per totum.* Thom. Campeg. *eod.tract.per totam.* Nicola. Gimonte *eodem tractat.à numer.*1.*& sequentibus.* Bernard. Diaz *in praxi criminal. Canon. capite* 58.*verb.beneficia plura possident, per totum, & ibi per eius Additionat.* Ignat. de Salcedo, plurimos hac de materia agentes referens Didacus Perez *in leg.*5. *tit.*6.*lib.*2. Ordinam. *glossa vnica.* Ildephons. Oxeda *de incompat.benefic.*1.*part.capite* 13.*numero* 12. *cum sequentib. & capitibus sequentib.* vbi latissimè de beneficiis etiam simplicibus, vel in commendam, & aliis similibus, de quibus etiam hodie est *textus in dicto capite* 18.*de reformat. dicta sessione* 24. Diu. Antonin. *in summa,* 3.*parte, titulo* 15.*capite* 1.*per totum, & præcipuè* §.6. Lambert. *in tract.de iure patron. libro* 2. *part.*1. *quæstione* 7.*articulo* 15. Albert. Trotius *de perfecto clerico, libro* 2.*cap.* 45. *&* 46. Hieronym. Gonçalez *in regul.* 8. *Chancellar.gloss.*15.*à num.*15. *vsque ad* 43. Carolus *de* Grassis *in tractat. de effectib. clericat. in proœm.nu.*137.

Ad pluraque beneficia obtenta dispensatio, licèt magis per exquisitos modos, & per subreptionem, † quàm legitimè obtenta dicatur; 31
d. extrauagan. Execrabilis Ioann. 22. *de præbend.* Carol. *de* Grassis *vbi suprà dict. numero* 137.

Cùm propter importunitatem supplicantium sæpè præoccupatus, vel circumuentus Pontifex, multa aliàs non concedenda † con- 32
cedat, *l.* 1. *C.de pet. bonor.libro* 10.*cap.Cùm in iuuentute,* 12.*de purgat Canon.cap.*2.*de conces. præbend. cap. si quando,* 5.*& ibi.Abb.num.*1.*de rescript.* Felin. *in cap. Cùm olim, num.*5.*de re iudic.* Guilhel. Cassador. *decis.*39.*num.*5. Martin. Nauar. *in tractat. de oration.cap.*22. Miscellan. Gonçal. *dict gloss.*15.*n.*34.

Paupertas tamen impetrantis, qui vnde decenter, & congruè viuere possit non habet, iusta

iusta ad beneficia plura obtinenda dispensatio-
33 nis causa † est, ex *tex. in cap. Et si illa*, 23. 1. *q.* 7. notant omnes in *d. cap. de multa*, 28. *de preben. & dignit. gl. in d. cap. clericus, verb. Necessitatem*. 21. *quaest.* 1. Ildephon. Oxeda *dict. tract. de incompat. benefic.* 2. *par. cap.* 12. *numero* 55.

Imò nec in hoc casu dispensationem re-
34 quiri, † posseque Episcopum paupertatis ratione plura alicui beneficia conferre, ipsumque ea posse retinere; deducitur ex *leg. Regia*, 3. *tit.* 16. *par.* 1. à contrario sensu, ibi: *Otrosi, el que ouiesse beneficio en vna Eglesia, que le ouiessen dado por titulo, si le fuesse dado a tal beneficio, que pueda viuir en el, non debe auer otro en otra Eglesia teniendo aquel.* & ibi Gregor. Lopez post *Abbat.* ab ipso adductam, *glos.* 5. *col.* 2. *propè med.* Hieron. Gonçalez *dict. glos.* 15. *numer.* 39. *text. etiam in d. cap.* 17. *de reformat. sess.* 24. ibi: *Quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honestè sustentandam non sufficiat; licèt nihilominus aliud simplex sufficiens (dummodò vtrumque personalem residentiam non requirat) eidem conferri*: vbi id expressiùs firmauit *Cardinalium Congregatio*, posse Episcopum habenti vnum simplex beneficium ad eius sustentationem non sufficiens, aliud citra dispensationem Apostolicam conferre.

Licèt autem Episcopus secundum beneficium, si primum sit insufficiens, possit conferre; si tamen nec duo sufficerent, absque dis-
35 pensatione Apostolica tertium † conferre non posse, declarauit eadem *Congregatio ibidem, in verbo, Liceat nihilominus ad aliud simplex sufficiens, versiculo, Episcopus potest.*

Dubitatumque circa hæc fuit in *Congregatione*, an obtinentes dignitates in Cathedrali Ecclesia, quorum præbendæ sunt admodum tenues, nec ad quotidianas distributiones (etiamsi personaliter diuinis laudibus cum aliis in choro inseruiant) admittuntur; possent vacante parochiali intra ciuitatem, eius curam
36 habere, † seruata in reliquis forma *Concilij*, si digni, & idonei per concursum examinati reperiantur? Et censuit *Congregatio* posse, expectandum tamen donec parochialis aliqua huiusmodi vacet, tuncque debere Episcopum S. D. N. consulere, & veros dignitatis, parochialisque redditus exprimere. Habetur in *declarat. ad cap.* 4. *de reformat. sess.* 7. *in* §. *Incompatibilia beneficia, versiculo, An obtinentes.*

Talisque paupertas ob quam beneficiorum pluralitas conceditur; personæ conditione at-
37 tenta † consideranda est. Ita Illephons. Hoxeda, *d.* 2. *par. cap.* 12. *num.* 55. Hieronym. Gonçalez *dict. nu.* 139. vbi quod quantum cuique opus sit, ex personæ qualitate, & locorum diuersitate, vnusquisque sibi iudex erit: addens ad id esse considerandas latè traditas distinctiones per Guiliel. Rodoan. *in tractat. de spol. Ecclesiast. quaest.* 9 §. *Quod dicendum, ex num.* 12. *cum sequentib.* Mart. Nauar. *in tractat. de oration. capit.* 22. *num.* 73. & pleniùs per *Ludouicum Mol. de iustit. & iur.* 1. *parte, disputatio.* 145. *per totam.* Licèt consultiùs sit expressam à sede Apostolica super pluralitate dispensationem obtinere, vt ipse notat, ibid. *n.* 40.

Et quæ in præsenti ad Ecclesiarum vnionem faciendam, pluralitatemque beneficiorum concedendam, sufficiens sit paupertas, iudicis arbitrio relinquendum; tenet (post Petr. Rebuf *in praxi benef. titul. de vnionib. numer.* 36.) Dionys. Gothofred. *in sua praxi, lib.* 1. *tit.* 5. *de stat. homin. cap. Quis diues, quis pauper, quis inops dicatur; versiculo, sic dicas.*

VTRVM CONIVNCTVS pro coniuncto paupere absquè mandato in beneficialibus admittatur?

SVMMARIVM.

1 *In profanis absquè mandato pro coniuncto admittitur coniunctus.*
2 *Præstare debet cautionem de rato coniunctus, ne iudicium reddatur illusorium.*
3 *Et an huiusmodi exceptio debeat ante litem contestatam opponi? valeantque absque huiusmodi cautione iudicium, & acta. In beneficialibus coniunctus pro coniuncto absque mandato non admittitur*, num. 4. *Limita*, n. 9.
5 *Mandatum generale ad omnes lites, & causas, an beneficiales comprehendat?*
6 *Causæ beneficiales spirituales sunt.*
7 *Spiritualia æstimationem non recipiunt.*
8 *In spiritualibus carnalis proximitas non attenditur.*

QVÆSTIO XIII.

Regulare in profanis est, coniunctum, etiam absque mandato, pro coniuncto vs- 1
que ad quartum gradum admitti; † *tex.* est in *l. sed & hæ personæ*, 35. *D. de procur. text. in c. Nonnulli*, 28. §. *sunt & alij, in fin.* & ibi per scribentes, extra *de rescript.* & *in capit.* 1. *de procurat.* de iure Reg. *text. in leg.* 10. *tit.* 5. *part.* 3. Petr. Barbos. *in leg. Cùm prætor*, 12. *num.* 46. *D. de iudic. & in l. si longius*, 18. §. *si filiusfamilias, numer.* 4. & 11. *D. eod.* latè (plures huic regulæ ampliationes assignans) Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. litera C. conclus.* 735. *per tot.* (vt infinitos alios hac de re omittamus agentes.)

Præstare tamen cautionem de rato † debet 2
coniunctus, ne iudicium reddatur illusorium, cum possit absens ratum non habere, quod illius nomine gestum est; *text. in l.* 1. *C. quib. res iudic. non noc.* tradit (ex *Bart. Paul. Ias.* & aliis) Petr. Barb. *in d* §. *si filiusfam. numer.* 4. Card. Tusch. *suprà numer.* 15. Vbi an hæc exceptio cautionis de rato, mandatiuè defectus, ante litem contestatam † opponi debeat? adducit 3
Alexand. *cons.* 47. *num.* 2. *lib.* 7. & *cons.* 176. *incip. visis narratis, in fin. eod. lib.* qui cauendum de rato concludit, si opponatur, procedereque iudicium, & acta si ante litem contestatam non fuerit oppositum.

In beneficialibus autem coniunctum pro coniuncto absque mandato † non admitti; te- 4
statur *Rota Romana in nouis, titul. de procurat. decis.* 6. & *decis.* 35. *numer.* 1. *eod. tit.* Francis. Viui. *decis.* 249. *num.* 5. Camil. Bortel. *in summa decis. tit.* 22. *de beneficiorum gratia, nu.* 55. Cardinal. Tusch. *suprà n.* 33.

Quinimò

Quinimò magna dubitatio eft, An mandatum generale ad omnes lites & caufas, be-
5 neficiales † etiam comprehendat? vel fpeciale ad eas mandatum requiratur? Qua de re latè *Rota Romana d. decif.6.num.3.* & latiùs *decif. 27.d.tit.de procurat.in nouis,per tot.*

Ratio autem quare in beneficialibus (etiam cum cautione de rato) coniunctus non ad-
6 mittatur, eft. † Quia beneficiales caufæ fpirituales funt; *text.in capit. fi annum 3.in princip.* (ibi: *In beneficialibus,& aliis caufis fpiritualibus*) *de iudic.in 6.*& notat,fupponuntque omnes fuprà relati.

Ideòque æftimationem, vel intereffe non
7 recipiunt, † in iifdem terminis, docet *Rota Romana d.decif.35. titul.de procurat. nu.*1.vbi eius *Addi.* in id ipfum allegat *glof. in prag. fanct.in titul.de elect. in verbo. Vtiliorem, &* Innocent. *in capit.querelam, extr.de elect.*Petr. Surd.*confil.364.n.9.*

Neque in huiufmodi fpiritualibus, carnalis
8 proximitas,fiue coniunctio attenditur,† quidquamvè operatur;*text. in d.cap.fi annum,in fin. verficulo. In huiufmodi quoque litibus.* Notat in terminis *Rota Romana d. decifion. 6. numer.* 1. *tit.de procurat.in nouis.*

Paupertatis tamen fauore abfque mandato poteft quis pro coniuncto procurator etiam
9 in beneficialibus † exiftere. Gratiam enim *in forma pauperum,* ad coniunctæ perfonæ inftantiam, abfque aliquo mandato purificari per executorem poffe: Eft *decifio Rota Romana in nouis, titul. de concef.prabend, decif.* 9. Camil. Borrel.*in fumm.decif.d.titul.*22.*num.*93.Ioann. Aloyf. Ricci. *in collect. decif.6.par.collectanea* 2474. *verficulo. Et acceptatio*, ibi: *gratia in forma pauperum,&c.*

VTRVM SPONSALIA DE futuro propter fuperuenientem alterius ex fponfis paupertatem diffoluantur?

SVMMARIVM.

1 *Paupertas fuperueniens fponfalia non dirimit.Contrà* n.2.& fequentibus.

Adhibetur inter has duas fententias diftinctio,n.8.& feqq.

3 *Promiffio etiam iurata intelligi debet* rebus fic ftantibus.

4 *Sponfalia per fuperuenientiam grauis morbi, vel deformitatis, tam corporis, quàm animi diffoluuntur.*& n.6.

Vel fi tempore fponfaliorum aderat, ignorabatur tamen ab fponforum altero, ibid. d. n.6.

5 *Paupertas quolibet morbo, & morte ipfa grauior eft.*

7 *Propter paupertatem diminutionem exiftimationis,& honoris quis patitur.*

12 *Mulier nubens de dote mentionem non faciens, an omnia fua bona in dotem dediffe cenfeatur?*& n.18.

14 *Intellectus ad* text. in l. Neceffario,8.D.de peric. & commod.rei vendit. *Et* ad l.Lutius,11.D.de euictio.& num.16.& 17.

Reprobatur Baldi & Alexand. de Neuo *fententia*.ibid.dict.numero 14.

15 *Sponfalia propter fuperuenientem paupertatem,fi certa dotis quantitas fuit promiffa,eaque foluatur, non diffoluuntur.*

17 *Promiffio dotis expreffa, fiue tacita, eft veluti conditio, fub qua fponfalia celebrantur, qua deficiente, fponfalia non obligant.*

19 *Paupertas fuperueniens fponfalia etiam iurata dirimit.*

20 *Etiam fi fuperueniat fponfo, quàm fponfæ.*

21 *Sponfalia ex eo quòd fponforum altero in eodem ftatu manente; alteri ingentiffima diuitiarum copia accreuit, non dirimuntur.*

22 *Compenfatio an fit admittenda inter fponfos ad paupertatem pariter poft fponfalia deuenientes, ob idquè nequeant fponfalia dirimi?*

23 *Et quid in aliis euenientibus,quando vterque fimiliter deliquit?*

24 *Intellectus ad* text. in capit. De illis, 5. de fponfalib.& matrim.

25 *Paupertas fuperueniens, fponfalia non dirimit, fi alter ex fponfis ita fpondentem adamaret, vt etiam paupertatis cafu præuifo, vel cogitato, matrimonium contraheret.*

Et idem in alio fuperuenienti cafu, vel defectu,ob quem aliàs fponfalia dirimi poffent, ibid.

26 *Ad cuius rei probationem tam in interiori, quàm exteriori foro fpondentis iuramento ftabitur,*& n.18.

27 *Quæ in animo confiftunt, patris iuramento probantur.*

QVÆSTIO XIV.

SI accidat fponfalia de futuro contrahi,interimque antequam matrimonium celebretur, fponfa pauper facta fit, an refilire fponfo liceat? frequens eft dubitatio, fæpè in praxi, foroquè occurrens, vt teftatur Marc. Anton. Genuenf.*in practicab. Ecclef.quæft.*775. Qui ea fe breuiffimè expedit; cum tamen valdè dubia fit, multaquè pro vtraque parte vrgeant argumenta,& opiniones.

Prima fuit *gloffa in cap. quemadmodum,* 25. *de iureiurand. verbo, Oculos*, fimpliciter affe-
rentis, † paupertatem fuperuenientem fpon- 1
falia non dirimere: quam fequuntur Bald.*ibid. num.*8.& Alexand.*de Neuo.num.*16. non ob id folùm fponfalia dirimi poffe contendentes. Cùm per fponfam, quæ fponf.liorum tempore diues erat, fufficientefque ad dotis folutionem facultates habebat, non fteterit. Hancquè fententiam firmat Bald. *ex text.in l.Neceffario,* 8. *D.de pericul.& commodo rei vendit.*& ex *l.Lutius*, 11. *D. de euict.* Quibus cafum fuperuenientem non impedire quominùs contractus valeat, & teneat, ad illiufquè obferuationem, ac pretij folutionem agi poffe probatur. Eandem quoque fequuntur, tenentque Cardinal. Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.3.tit 17. numero* 14.Iacobus Menoch.*confil.*386. *numero* 9. cum quibus tranfit Marc. Anton. Genuenf. *vbi fupr. tricenario.* 16.*dict.quæftio.*775.Petr.Surd.*conf.*364.*n.*9.

Contrarium † (fuperuenientem fcilicet 2
pauperta

paupertatem sponsalia de futuro dissoluere posse) suadent, firmantque plura argumenta, rationes, & iura.

Primò, quia promissio, *rebus sic stantibus*
3 † intelligi debet; *text. in leg. Cùm quis, 38. in princ. & in l. Stichum, 95. §. vsumfructum, D. de solut.* Comprobat pulcherrimè *Seneca de benefic. lib. 4. c. 39.* vbi post multa. *Omnia esse debent, quæ fuerunt cùm promitterem, vt promittentis fidem teneam,* inquit: cum aliis à *Nobis* adductis *in axiomat. & locis commun. iur. lit. D. nu. 105. & lit. P. num 219.*

Imò, & si appositum sit iuramentum promissioni, huiusmodi conditio adiecta censetur; *text in d. capit. Quemadmodum, 25. de iureiurando, & ibi glos. verbo, Conditio, & verbo, Oculos.*

Ergo cum rei status per superuenientem sponsæ paupertatem mutatus, sit, resilire sponso licebit, iustaque sponsaliorum dissolutioni causa erit. *Quid miraris* (inquit vbi proximè Seneca) *cùm conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium?*

Secundò, quia sponsalia propter superuen-
4 tiam alicuius ex morbis, † de quibus in *dict. cap. Quemadmodum*, aut grauiorum, dissoluuntur, vt ibidem prouidet *text. & in capit. fin. de coniug. leprosor.* vbi etiam *glos.* Didac. Couar. *in epitom. de sponsal. 2. par. cap. 5. num. 6.* P. Ferdinand. Rebello *de obligation. iustitiæ, p. 2. lib. 4. qu. 8. section. 8. n. 57.*

5 Sed paupertas quolibet morbo, † imò & morte ipsa est grauior. Dicitur enim *Ecclesiast. cap. 40. Melius est mori, quàm indigere.* Firmatque Imperator *in l. Quisquis, 5. §. filij verò, in fin. C. ad leg. Iul. Maiest.* & dicemus latiùs *quæstio. 51.*

6 Tertiò, quia si animi, vel existimationis notabilis deformitas † sponsorum alteri superueniat (vt si furti, vel alterius criminis turpis damnatus sit) sponsalia poterunt ob id dissolui; vt docet Anton. Cucus *lib. 5. institut. maior. tit. 10. nu. 63. &* Thomas Sanch. *de matrimon. lib. 1. disput. 57. num. 2. circa fin.* Cùm enim propter externam superuenientem deformitatem sponsalia (vt diximus) dissoluantur: à fortiori propter internam, morum, existimationis, & famæ. Quanto enim animus corpore excellentior est: tanto magis morum, existimationis, & famæ macula, vel deformitas, externæ, corporisvè præponderat deformitati, vt in terminis notant *Cucus, & Sanchez*; tenet etiam *P. Ferdinand. Rebello d. 2 par. lib. 4. quæst. 8. sect. 2. numer. 11.* Vbi, quòd non solùm propter furtum, homicidium, similivè delictum superueniens, sponsalia possunt dissolui: sed etiam si iam tempore sponsaliorum tale delictum adesser, per quod dedecus, grauem molestiam, vel damnum sponsus incurreret, si sponsaliorum tempore delictum commissum ignoraret.

Propter paupertatem verò, diminutionem
7 existimationis, & honoris quis patitur, † iuxta *text. in l. 2. §. quid enim, C. quando, & quib. quart. pars debeat.* Ita vt neque in testem pauper, neque ad tutelam, neque ad honores sine magna admittatur controuersia, propter suspicionem, vilipendium, existimationisque ex ea prouenientem diminutionem; vt latè supr. *quæst. 6. numer. 3. & seq.* præcipuè *n. 6. 7. & 15.* ostendimus.

Quare hanc contrarietatē voluerunt multi distinctionis fœdere componere, duos distinguendo casus. Alterum, quando sponsalia cum dotis promissione † contracta sunt: Alterum, 8
quando simpliciter, nec dotis aliqua habita mentione. Vt primo, superueniens paupertas sponsalia dirimat: non secundo.

Primi casus sententiam † probat *text. in* 9
capit. de illis, 3. de condit. apposit. & post alios Didac. Couarr. *de sponsa. 2. par. cap. 5. num. 4.* Gregor Lopez *in l. 7. tit. 1. par. 4. verbo, Excusacion.* Ioann. Brunell. *in tractat. de sponsalib. conclus. 8. num. 6.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 3. cent. 5. casu 455. num. 6. & d. cons. 386. n. 3.* Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. d. lib. 3. tit. 17. num. 14.* Ioann. Gutierrez (communem dicens) *de matrimonio. q. 33. num. 3.* Ex Theologis Dominic. Soto *in 4. distin. 27. quæst. 2. art. 5. casu 6.* Barthol. à Ledesma *de matrimon. dubio 13. casu 10.* Petr. à Ledesma *eodem de matrimon. tractat. q. 43. artic. 3. causa 9.* Emmanuel. Rodriguez *in summ. in secunda editione, cap. 245. num. 5.* P. Thom. Sanchez *de matrimon. lib. 1. disputat. 59. num. 2.* P. Ferdinand. Rebello *de obligat. iustitiæ, d. 2. part. lib. 4. qu. 8. sectio. 8. n. 69.*

Secundam distinctionis partem (quæ sponsalia non dirimi † propter sponsæ superuenien- 10
tem paupertatem habet, vbi absque dotis constitutione, vel promissione contracta fuerunt) sustinet *glossa* suprà in principio adducta *in d. capit. Quemadmodum.* Quæ licèt indistinctè loquatur; in hoc tamen casu intelligendam dicunt *Ioan. Andr. Anton. Imol. Hostiens.* & alij ibidem per *text. in d. capit. de illis, 3. de condit. apposit.* iuxta communem eius intellectum, & *leg. si ita stipulatus fuero. 97. § si tibi nupsero, in fin. D. de verbor. obligation.* Couar. *d. capit. 5. numer. 4.* Petr. Gregor. Syntagm. *iuris, part. 2. lib. 8. capit. 9. num. 9.* Ioan. Matienzo *in rubric. titul. 1. lib. 5. noua reg. collect. glos. 1. numer. 47.* Iacob. Menoch. *dict. cons. 386. num. 3. vol. 4.* Ludouic. Lopez *in 2. par. sui instructorij in materia de matrimonio, capit. 38.* Emmanuel Rodriguez *vbi suprà num. 3.* Thom. Sanchez *d. disput. 59. num. 3.* Ioan. Gutier. *d. cap. 33. numer. 3.*

Fundamentum eorum, qui hanc tuentur sententiam, duplex est. Primum, quòd sibi im- 11
putet † sponsus, qui potuit prouidere de dote cauendo, & non prouidit. Faciunt dicta suprà *qu. 12. n. 16. 17. & 23.*

Secundum, quia mulier nubens de dote mentionem non faciens, bona sua omnia in dotem dare † non præsumitur, vt (post alios) te- 12
net Couar. *d. capit. 4. num. 5.* Roland. à Valle *de lucro dotis, quæstion. 73. per totam, præcipuè n. 3.* Ioseph. Mascard. *de probat. conclus. 577. num. 2.* Petr. Barbos. *in rubric. D. solut. matrim. 4. par. num. 32.* Thom. Sanch. *d. disput. 59. nu. 3.* Gutier. *vbi suprà num. 4.* Petr. Suid. *cons. 94. nu. 3.* licèt malè pro hac parte alleget *glossam in l. Mulier bona, 78. D. de ritu nup.* Qua de re inferiùs dicendum, latè Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. n. 61. & seqq.* vbi plenè de materia, per *tot. cap.*

Adhuc tamen huiusmodi distinctio opinionum varietatem non sedat, neque superioribus adductis argumentis, superuenientem sponsæ paupertatem sponsalia dirimere posse probantibus,

tibus, fatisfacit. Ideoque etiam vbi nulla dotis facta mentione fponfalia fuerunt contracta, 13 paupertate fuperueniente dirimi; † tenuerunt Abb. *in d. cap. Quemadmodum, num.* 10. Ioann. Brunel. *in tractat. de fponfalib. d. concl.* 8. *num.* 6. Angel. *in fumma, verb. Sponfalia, num.* 33. Syluest. *eod. verb. quæft.* 10. *cafu* 9. Martin. Nauar. *in manual. Latino, cap.* 22. *num.* 17. Anton. Cucus *lib.* 5. *inftit. maior. tit.* 10. *numero* 71. Henriq. *de matrim. lib.* 11. *cap.* 14 *num.* 6. Cui opinioni tanquam veriori adhæret P. Thom. Sanch. *d. difput.* 59. *nu.* 4. veriotemque etiam cenfet Ioan. Gutier. *d. cap.* 33. *nu.* 4. Quorum fequitur fententiam Ferdinand. Rebel. *de obligat. iuftitia, d.* 2. *p. libr.* 4. *quæft.* 8. *fect.* 8. *num.* 69. quàm longè veriorem, tenendamque omninò (ex rationibus, & argumentis fuprà relatis, infraquè deducendis) iudico: tenentque fimpliciter Ioan. Aloyf. Ricci. Collectan. 1570. *verf. Excufantur fextò*, Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nupt.* 2. *part. clauf.* 12. *glof. vnic. num.* 7.

Quibus non obftant argumenta contra-
14 ria. Et in primis *Baldi*, † *& Alex. de Neuo* obiectio, tenentium, etiam vbi de dote conuentum fuit, paupertatem fuperuenientem fponfalia non poffe dirimere: aduerfus quos eft communis Doctorum fententia, vt fuprà notauimus. Neque eorum opinioni auxiliatur *d. l. Neceffariò*, 8. *de pecul. & commod. rei vendit.* Imò fi benè perpendatur) contrà eam retorquetur. Poftquam enim ibi *Paulus Iureconfultus* conftituit, poft perfectam venditionem periculum ad emptorem pertinere; de contractu fub conditione celebrato hæc adiicit. *Quod fi fub conditione res venierit, fi quidem defecerit conditio, nulla eft emptio, ficut nec ftipulatio.* Ergo fiuè in fponfalibus fub dotis expreffa conditione celebratis loquamur, fiuè etiam de dote non exprefsè cauendo (quia tacitè illa ineft conditio, *fi dos foluta fuerit, fi res in eodem ftatu manferit*) conditione deficiente, corruet actus, poteruntque per paupertatem fuperuenientem (iuxta eiufdem *text.* difpofitionem) fponfalia dirimi. Idquè ipfum ex infrà dicendis, & ex folutione ad *d. legem Lutius*, clariùs apparebit, eademque hæc confirmabitur folutio. Et prædictam fententiam (ineffe, vel intelligi condemnationem, *fi dos foluatur*, etiam nulla facta de dote mentione) firmant ex pluribus Thom. Sanch. *fupr. difput.* 60. *numero* 1. *&* Ioan. Gutier. *de iuram. confirmat.* 1. *par. cap.* 37. *numero* 3. *propè fin. verf. Imò quod magis.* Faciuntque multa eleganter congefta per Guil. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verb. Dotem quam ei dederat, nu.* 13. *&* 14. *de teftam.*

Planè fi fponfaliorum contractu certa dotis quantitas fuiffet promiffa, eaquè folui poffet,
15 † licèt magnam fponfa bonorum poft fponfalia iacturam feciffet, cogendus fponfus foret matrimonium contrahere, cum obligationem fuam fponfa adimpleat. Ita notat *P. Ferdinand. Rebel.* (in hoc tantum cafu intelligendum, recipiendumque dicens Couar. *de fponfalib. d.* 1. *part. cap.* 5. *nu.* 4.) *in d. tract. de obligat. iuftit. d. fect.* 8. *numer.* 69.

Nec etiam fuprà dictis obftat *text. in dict. leg. Lutius*, 11. *D. de euict.* (quam pro fuæ fententiæ confirmatione adducit *Bald.*) Quia ref-
pondetur, † in illius *text.* fpecie, iam contra- 16
ctum perfectum effe, ex omnibufque fuis partibus abfolutum: ideoque periculum ad emptorem pertinere; proque pretio venditorem agere poffe: neque id cafum impedire, regulare eft. At nos in cafu non fic imperfecto, & abfoluto, fed qui plurimum conditionis habet, loquimur. Promiffio enim dotis, eft veluti conditio
† fub qua fponfalia celebrantur, qua deficien- 17
te (etiam citra fœminæ culpam) fponfalia non obligabunt, iuxta *text. in d. capit. de illis*, 3. *de condit. appofit.* notant Sanch. *d. difput.* 59. *nu.* 2. & omnes ferè iam relati.

Idque etiam dicendum, fi tacita tantum dotis intercedat promiffio, quando nempè de dote actum non eft. Cùm (fecundum veriorem, magifquè communem refolutionem) mulier nubens, nulla de dote mentione facta, om-
nia bona fua † in dotem videatur dare. Quam 18
tenent *glof. in d. l. Mulier bona*, 78. *D. de ritu nupt.* Bart. *in l. fi conftante, num.* 78. *D. folut. matrimon.* Bald. *in l. nulla, numer.* 2. *in fin. C. de iure dot. & in leg. vltim. numer.* 9. *C. de fentent. quæ fine cert. quant. profer.* refert, & fequitur Cardin. Francifc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro* 11. *tit.* 21. *numer.* 27. Thom. Sanch. *d. difput.* 59 *num.* 4. Ioann. Gutier. *d. cap.* 33. *numer.* 4. Anton. Gom. *in l.* 50. *Tauri, numer.* 17. Ferdin. Rebello *fupr. d. numero* 69. quod etiam colligi dicit ex iure regio Lufitaniæ, *lib* 4. *Ordinam. tit.* 7. *& in noua collect. ex eod. lib. titul.* 46. *ad initium*, idque contrà Couar. & alios firmat. Conuenit Ouid. Faftor. *lib.* 6.

Et caput, & Regnum factum eft dotare parentis.

Et quibus omnibus fuprà dictam tenendam fententiam omninò videtur. Eaque retenta, ampliatur, vt procedat, locumque habeat, etiamfi in fponfalibus appofitum fit iuramen-
tum, † vt tenent Anton. Cucus *inftitut. maior.* 19
lib. 5. *tit.* 10. *numer.* 71. Thom. Sanch. *d. difput.* 59. *numer.* 5. *& difput.* 60. *n.* 1. Ioan. Gutier. *repetito cap.* 33. *num.* 4. *& de iurament. confirmat.* 1. *parte dict. capit.* 37. *numer.* 3. *verf. Imò quod magis eft.*

Ampliatur fecundò, vt tam in fponfo, quàm
in fponfa † procedat. Namque fi fponfus 20
fponfaliorum tempore ditiffimus effet, interimque notabiliter pauper efficiatur, ei nubere fponfa non tenebitur: cum eadem in vtroque fit ratio, defectus fcilicet in tali cafu confenfus, propter notabilem illam mutationem, quæ fi à principio adeffet, actum impediret, vt firmant *Cuc. Sanchez, & Gutierrez*, locis proximè relatis.

Diuerfum tamen effet, fi altero fponforum in eodem ftatu manente, alteri ingentiffima
diuitiarum copia accrefceret. † Non enim ob 21
id diffoluerentur fponfalia, cum melior, non deterior fuperuenerit conditio. Notat Sanchez fuprà *d. difput.* 59. *num.* 7. *&* Gutier. *dicto capite* 33. *numero* 4. *verficulo, Nihilominus, in fin.*

Quid autem fi tam fponfus, quàm fponfa
pauperiores † fint effecti? admittenda ne com- 22
penfatio erit? firmaque fponfalia manebunt? Et licèt affirmatiuam probabilem dicat *Ferdinand. Rebello d. fectio.* 8. *num.* 69. *in fine*: Probabiliorem tamen negatiuam, ex natura rei, afferit ibidem, *num.* 70. Quia per vtriufque non

præuisam paupertatem, multò difficiliùs futuri matrimonij redditur onus; maximè si à principio, præscius numquam sic contraxisset.
23 In aliis verò euentibus admittendam compensationem forè;† vt si vterque in hæresim labatur, iterumquè resipiscat, vel si alter alteri parem intulerit iniuriam, quæ sufficiens esset secundum se ad sponsaliorum dissolutionem: nisi fortè in posterum altero renuente, timeantur odia, vel ex vtriusque iniuria matrimonium notabiliter onerosius reddatur. Responderque
24 *ad textum in dicto capite de illis, 5.* † *de sponsalib. & matrimon. numero 71.* Ideo ibi sponsæ (cuius sponsus in longinquas se partes contulerat) contrahendi cum alio liberam concessam facultatem fuisse; quia aderat incontinentiæ timor ob sponsi absentiam, quæ in aliis casibus non subest.

Limitatur etiam suprà dicta principalis
25 conclusio, si sponsus ita sponsaliorum tempore adamasset sponsam, † vt etiam si tunc pauper esset, cum ea matrimonium contraheret. Tunc enim per superuenientem paupertatem sponsalia, non dirimi; suadent argumenta suprà adducta, & notat *Gutierrez dicto capite 33. numero 4. versiculo, Et retenta.* Idemque erit dicendum alio quoque defectu interueniente, si nihilominus eo præuiso, quilibet sponsorum matrimonium contraheret, cum citra spondentis intentionem non sit euentus, ex iam dictis, sentitque expreßè P. Ferdinand. Rebel. *dicta 2. part. libro 4.qu.8.sectione 8.numero 57.*

Ad huiusmodi autem rei probationem
26 (cum ab animo pendeat, hominumque effugiat notitiam) spondentis iuramento † tam in foro conscientiæ, quàm iudiciali stabitur. Quæ enim in animo consistunt, neque in
27 actum prodeunt externum, partis iuramento probari; † communis, & indubitata est sententia, probaturque expreßè per *text. in capit. Cùm in tua, 6.§.fin. qui matrimon.accusar.poss. text.in capit. Pastoralis, 4. in fin.de exception. text.in capit.si verò, 3. in ordine, de sentent.excommunic. & ibid.not.glos.verbo, propria manu, capit.Intellectum, 33.quæstion.2.capit.si verum, 31. quæst. 2.glos. in capit.significasti, 16.verbo. Si ita est, de homic. volunt.vel casua. & in capit. Præsentium, 31. verbo, Iuramento, de testibus; text.in l.non omnes, 5.§.à Barbaris, D.de re militari, l.furti, 6.§.Qui iussu, D.de his qui notat. infamia,* Bart.*in l.inter omnes,§.rectè,numer.2. D.de furtis, glos.ordin. in capite præsumitur, de regulis iuris in 6.* Iason *in §. Sed ista, num.88. & seq. instit. de actionib.* latè Didac Cou. *variar.libro 2.cap.20. numer.1.* Andr.Gail. (communem dicens) *practic.obseruat.lib.2.obseruat. 48.numero 14.& obseruat.105.num.7.& obseruat.106.numer. 5.* Ioseph. Mascard. *de probat. conclus.45.num. 48. & conclus.94.num.5.* Prosper.Farinac.*lib. 1. prax.crimin.quæst.4.nu.21. vers.si verò quis, & in fragm. litera I. numero 235.*
28 Et in terminis nostris, † prædictam sententiam tenet Martin. Nauar. *in summa Latina, capit.18.numero 7. & Hispana, numero quinto.* quem sequuntur P.Thom.Sanchez *de matrim. libro primo disput.62. numero sexto, &* Gutier. *dict.cap.33.numero 9.* Temperans id quoad forum exterius, vt ibi per eum videre est. Hæc licèt specialem paupertatis fauorem non inducant: quia omnino materiæ conuenientia, sciruquè sunt dignissima: hic inserere necessarium duximus.

VTRVM PATER NATVRAlis filiam naturalem pauperem dotare teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Paternum officium est filias dotare.*
2 *Pater filias etiam diuites dotare tenetur,*
ad idque officio iudicis compelli potest.
3 *Et etiam nuptas.*
4 *Et si inconsulto, & inuito patre etiam ante vigesimum quintum ætatis annum, nullaquè dote promissa filia nubat.*
5 *Pater dotem incongruam, qua filia nupsit, augere, eamque congruè dotare tenetur.*
Et quid si congruè ab alio dotata sit? num. 6. & 7.
6 *Pater filiam dotare, etiamsi alter ad eius dotem adstrictus sit, tenetur.*
8 *Pater naturalis tantùm, an filiam naturalem dotare teneatur?* & num.seq.
9 *Dos & alimenta à pari procedunt.*
11 *Iuris canonici dispositione cum ratione tollendi peccati agitur, in vtroque foro standum est.*
12 *Pater tenetur dotare filiam spuriam, illegitimam, vel bastardam.*
Intellige si filia pauper sit, nec aliunde dotem habere possit, & n.16.17.& 33.
13 *Ad idque etiam patris tenebuntur heredes,* & nu.14.
15 *Onus dotandi, cum bonis ex quibus dos constituenda est, transit.*
18 *Clericus filias spurias etiam ex beneficij redditibus (aliis bonis deficientibus) dotare tenetur.*
19 *Pater naturalis etiam pro Religionis ingressu, naturalem tantùm filiam dotare tenetur,* & num.seqq.
Intellige vt, num.22.
Obligatus aliquam dotare, non solùm pro matrimonio carnali, sed etiam spirituali dotem constituere tenetur. ibid.
20 *Dotare filium si velit ad Sacros Ordines ascendere, adstringitur pater,* remissiuè.
21 *Vassalli subuenire Domino pro filia spiritualiter nubente, sicut pro ea, quæ carnaliter nubit, tenentur,* remissiuè.
23 *Filiæ naturali, minor quàm legitimæ & naturali constituenda dos est.*
24 *Dos filiæ naturalis, quantitatem alimentorum, quæ ei debentur, excedere non debet.*
25 *Et si alimentorum quantitatem excedat, pro excessu reuocabitur.*
26 *Et quid si dote ad alimenta commensurata, virum condignum non inueniat pater, an eam augere debeat?*
27 *Cuius generis, vel qualitatis debeant esse alimen*

alimenta, quæ naturalibus præſtanda ſunt? remiſſiuè.

28 *Hodie ad quam vſque ſummam poſſit filiarum dos, vel alimenta aſcendere, legitimis, naturalibus exiſtentibus liberis?*

29 *Intellectus ad* textum in l. Vxorem, 39. §. Pater naturalis, D. de legatis 3. *& num. ſeqq.*

30 *Pater legitimus, & naturalis dotando filiã, de propriis ipſiuſmet bonis, etiamſi filia propria bona habeat, dotaſſe videtur.*

31 *Etiamquè ſi de ipſiuſmet bonis, filiequè pariter ſe illam dotare pater dicat, quia in ſubſidium filia bona intelliguntur adiecta.*

32 *Pater naturalis dotando filiam naturalem, cuius bona habet, non de propriis bonis dotare, ſed animo compenſandi facere præſumitur,* & n. 29.

33 *Nec tenetur filiam naturalem, quæ aliundè ex propriis bonis, vel artificio decenti ſe dotare poteſt, dotare, ſecùs in legitima, & naturali. Et quæ ſit differentiæ ratio?*

QVÆSTO XV.

1 QVam ſcitiſſimum eſt, paternum officium, munuſque filias dotare † eſſe, & probat *l. fin. C. de promiſſion. leg. qui liberos, 19. Digeſtis de ritu nupt. leg. 8. titul.* 11. *part. 4. vbi* Gregor. Lopez *gloſ. 2. verbo, El padre, gloſ. in leg. Cùm poſt, 70. §. gener, verbo, Placuit, D. de iure dot.*

2 Idque etiamſi filia diues ſit, ex dictis iuribus. † Bald. *in d. l. fin. numero quarto Cod. de dot. promiſ.* Cortaſ. *in dict. leg. Qui liberos, num.* 90. communem dicens Ripa *num.* 55. *&* 70. Crot. *numero ſeptuageſimo-tertio,* Pontan. *numer.* 46. Socin. Iun. *numer.* 162. Pett. Barboſ. *in leg.* 1. 4. *part. numero decimo-ſexto. D. ſolut. matrimon.* Alexand. *conſilio* 7. *num.* 10. *libro ſecundo & conſ.* 169. *numero quarto libro* 7. *& in l. Mulier, §. Cùm proponeretur, numero decimo-ſexto D. ad* Trebel. *& in d. l.* 1. *num.* 12. *D. ſolut. matrimon.* Carol. Ruyn. *conſ.* 140. *numero quarto lib.* 4. Didac. Couar. *in cap.* 3. §. 6. *numer. octauo extra, de teſtam.* Gaſpar. Baëça *de dote, capite* 2. *numer.* 26. *& cap.* 5. *num.* 5. *& capit.* 11. *num.* 144. Corduba de Lara *in leg. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, numero quarto Digeſtis de liber. agnoſcend.* Ludouic. Molina de Hiſpano. *primogen. libro ſecundo cap.* 15. *num.* 7. *&* 8. Spino *de teſtam. gloſ.* 11. *à numero duodecimo,* communem dicit Anton. Gamma *deciſ.* 376. *numero* 1. Cardina. Franciſc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro* 12. *tit.* 16. *num.* 15. Borgnin. Caualcan. *deciſ. Fauiſan.* 20. *numero* 18. *& deciſ.* 26. *num.* 24. *par.* 3. Hieronym. Ceual. *commun. contrà commun. quæſt.* 5 *in princ.* Aſcan. Clem *de patria poteſtat. cap.* 6. *effectu* 11. *numer.* 144. Pett. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 6. *nu.* 4. *&* 11. *& quæſt.* 1. *numer.* 9. *tit.* 2. Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. libro ſecundo cap.* 159. *num.* 5 infinitos alios referens Marius Giurba *in conſuetud Senat. Mſſanenſ. cap.* 3. *gloſ.* 1. *numero ſecundo par.* 1. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 11. *numer.* 25. Ioan. Cæphal. *conſ.* 308. *numero* 20. *lib.* 3. *& conſ.* 485. *numero* 16. *lib.* 4. *& conſ.* 501. *numer.* 12. *eod. lib.* Cardina. Domi i. Tuſch. *practic. concluſ. litera D. concluſ.* 780. *num.* 7. 11. *&* 50 Andreas Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 95. *num.* 14. vbi communem dicit, Nicolaus Intrigliol. *conſ.* 20. *numero* 28. 29. *&* 31. *libro* 1. magis communem & ab omnibus receptam dicens, P. Ferdin. Rebel. *de obligatio. inſtit.* 2. *par. lib.* 5. *de contractu dotali, quæſt.* 4. *num.* 1. Ad quod officio iudicis poſſe compelli patrem, notant omnes ſuprà adducti.

Filiamque ideo etiam nuptam dotare † re- 3
neri, docet *gl. in l. Obligam.* 51 *§. l. obligam. D. de action. & oblig.* Iaſ. *in auth. Prætereà, n.* 8. *C. vnde vir, & vxor.* vbi dictam *gloſſ.* communiter receptam dicit, Cornel. Beninc. *de paupertat. ſpeciali.* 3. *in contract. numero ſecundo* communem etiam teſtatur Anton. Gamma *d. deciſ.* 376. & magis communem Petrus Barboſ. *in d. l.* 1. *par.* 4. *numero* 26. Gaſpar Baëça *de dot. cap.* 5. *nu.* 4. Franciſc. Viuius *commun. opinio. lib.* 2. *opinio.* 587. Cæſar Barzius *deciſ.* 29. *numer.* 2. *&* 8. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 6. *& conſ.* 255. *numero* 16. Aſcan. Clem. *de patria poteſtat. effect.* 11. *numero* 13. Ioan. Bapt. Coſta *de ration. rata, quæſt.* 208. *numero* 1. Cardina. Franciſc. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 17. *numero* 12. Marius Giurba (alios adducens) *dict gloſ.* 3. *num.* 6. Vbi idem quoque quamuis
inconſulto, † vel inuito patre nupſerit, & ante 4
25. annum, nullaque dote promiſſa (*ex Surdo, Barzio, Baeça, Coſta, Sanchez, Mantica,* & aliis) dicit; Noſque latiùs dicemus; plenè etiam (hanc firmans ſententiam) Guiliel. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verbo, Dotem, quam ei dederat, à numero trigeſimo cum ſequentib.*

Ampliatur prætereà etſi filia nupta, ſit in-
congruè dotata, † quia eam congruè dotare, 5
dotemque augere tenetur pater. Ita (per *gloſ. in d. §. Lege, cum Bald. & Paulo Caſtrenſ.* ibi relatis) tenet (hanc opinionem, veluti æquiorem amplectens) *Guil. Benedict.* vbi ſuprà *numer.* 42. Caſum aſſignans, in filia quæ parua dote à parente aſſignata matrimonium cum mario, qui eius erat amore captus, neque de dote curauit, contraxit; quia pro ſua, mariti, patrimoniique conditione dotem augere debet pater; tenet etiam Gregor. Lopez *in dict. leg.* 8. *tit.* 11. *part.* 4. *gloſ.* 2. *verbo, El padre, ante finem.*

Ampliatur deinde ab huiuſmodi obligatione non liberari patrem, etiamſi alter filiam
dotare teneatur, † vt ſi ab aliquo deflorata ſit, 6
poſtquam pœnitentiam egerit: Aretin. *conſ.* 17. *num.* 13. *&* 15. Franciſc. Burſat. *conſ.* 215 *numer.* 3. Octaui. Olac. *deciſ. Pedamont.* 107 *numer.* 10.

Vel etiamſi ab extraneo, vel eius marito fuiſſet dotata: Neuizan. *conſ.* 45. *numero* 34. Simon *de prætis conſ.* 138. *numero* 106. Riminald. Iunior *conſilio* 15. *numero* 15. *libro* 1. *& conſilio* 143. *numero* 3. *lib.* 2. *& conſilio* 514. *numero* 1. *libro* 5. *& conſilio* 600. *n.* 6. *eodem lib.* Iacob. Menoch. *conſ.* 183. *numero* 14. *libro* 2. Ioan. Cæphal. *conſ.* 308. *num.* 19. *&* 22. *lib.* 3. *& conſ.* 334. *numer.* 25. *eodem lib. & conſ.* 486. *nu.* 11. *lib.* 4. *& conſ.* 467. *n.* 19. *& conſ.* 578. *numer.* 18. Nicola. Intrigliol. *conſ.* 20. *numer.* 30. *lib.* 1.

Contrarium licèt ſentiat (cum *Baldo Nouello,* quem ibi refert) Gregorius Lopez *d. gloſ. verbo, El padre, ante fin.* in filia nupta, & do-
rata congruenter, † vbi quòd ſi filia dotetur 7
ab

ab alio, si adhuc maritata non est, teneatur eam dotare, secùs si maritata, & congruenter dotata.

8 Hæc autem in filia naturali & legitima, in naturali † autem solùm, spuria, & bastarda, quid dicendum, videre restat. Et non teneri patrem naturalem tantùm, filiam naturalem, vel illegitimam dotare, videbatur firmandum; ex *text. in l. Vxorem, 39. §. Pater naturalis, D. de legat.* 3. per quem ita tradunt Bald. *in l. fin. numero* 8. *C. de dot. promis. & in authentic. Res quæ, numero* 7. *C. commun. de legat.* Bart. *in l.* 1. *numero* 11. *D. soluto matrimon. vbi* Alexand. *numero* 17. Aretin Imol. Roman. & alij, Bart. *in leg. si quis à liberis, §. Vtrum, numero* 3. *D. de liber. agnoscend.* Decius *in l. si certis annis, numero* 9. *C. de pact.* Laurent. Syluan. *cons.* 2. *numero* 16. Nicolaus Boër. *decis.* 127. *num.* 11. And. Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo, Susceperit liberos, numero* 61. *&* 119. *C. de reuoc. donat. & de primogeni. quæstione* 62. *numero* 11. Iason *in §. fuerat, numero* 120. *instit. de action.* Ioannes Campegius *de dot.* 1. *part. quæstione* 17. Palaci. Rube. *in repet. capit. per vestras,* 3. *notab. §.* 32. *numero* 4. *de donatio. inter vir. & vxorem,* Anton. à Padilla *in dict. authentic. res quæ, à numero* 63. *C. commun. de legatis,* Petrus Surd. *de alimentis, titulo* 1. *quæst.* 9. *numero* 7. Petrus Barbosa *in l.* 1. 4. *par. numero* 48. *versiculo, His ita, D. soluto matrimonio,* Hieronym. Ceuallos *quæst. commun. contra commun.* 565. *in principio,* Gregor. Lopez *in dicta l.* 8. *titulo* 11. *part.* 4. *glossa* 2. *verbo, El padre, post principi, sub versiculo, Item procedit,* ibi: *Sunt enim aliqui casus, &c.*

Contraria tamen sentẽtia probatur, ex *authentic. Licet patri, C. de natural. liber.* ex qua naturalibus debentur alimenta, & per consequens dos, cum à pari procedant, † vt voluit 9
glos. in l. Ob æs, 12. *C. de præd. & aliis reb. minor.* quàm ad hoc notant plures relati per Nicol. Euerard. *in locis legal. loco ab alimentis ad dotem,* vbi etiam maiorem in dote, quàm in alimentis dicit inesse rationem, ex Cyn. Panorm. Bald. & aliis, Nicol. Intrigliol. *d. cons.* 20. *nu.* 33. Andr. Gail. *practic. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 95. *n.* 15.

Et per istam æquipparationem, hanc tenuerunt sententiam Bald. Nouel. *de dot. part.* 6. *priuileg.* 16. Ioannes Compegius *eodem tractat. de dot. part.* 1. *quæstio.* 17. Ioan. Lup. *in repet. capit. per vestras,* 3. *notab. §.* 9. *num.* 1. *& §.* 32. *num.* 4. *&* 21. *de donat. inter vir. & vxor.* Didac. Couar. *in epit. de sponsalib. part.* 2. *capit.* 8. *§.* 6. *numero* 11. Andreas Tiraquel. *de iure primog. quæstio.* 62. *numero* 12. communem dicit Ripa *in l.* 1. *numero* 63. *D. soluto matrimon.* Caccial. *in authentic. si qua illustris, numero* 71. *C. ad S.C. Orfician.* Corras. *in dicta l. qui liberos, numer.* 114. *D. de ritu nupt.* Decius *in cap. In præsentia, numero* 29. *& ibid.* Beroi. *numer.* 413. *extra de probat.* pluribus hanc sententiam firmat rationibus Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæst.* 9. *num.* 6. *& seq. & quæst.* 10. *numero quinto & sequentib.* Nicol. Boër. *decision.* 127. *num.* 6. *& sequentibus* Anton. Capit. *decis.* 164. *numero secundo* Marius Giurba *in consuet. Sen. Messan. dict. capite* 3. *glos.* 3. *numer.* 12. *part.* 1. Vincent. de Franch. *decis.* 283. *num.* 11. *&* 25. P. Ferdin. Rebello *de obligatio. instit. part.* 2. *libro* 5. *qu.* 8. *sect.* 1. *numero tertio.* Lara *in dict. l. si quis à liberis, §. Idem respondit, numero* 23. *D. de liber. agnosc.* Petr. Sanz Morquech. *de diuisione bonor. lib.* 2. *capit.* 17. *numero* 27. Tell. Fernand. *in leg.* 10. *Tauri, nu.* 11. Petr. Barbos. *in l.* 1. 4. *part. num.* 49. *D. solut. matrim.* Hieronym. Ceuallos *commun. contra comm. d. quæstion.* 565. *ex num.* 2. *cum seqq.*

Idque de iure canonico † fortius procedit, ex dispositione *textus in capit. Cùm haberet,* 5. *de eo qui duxit in matrimon. quàm pol. per adult. & ibidem glossa fin.* notat Bart. Alexand. Dec. & alij, quos refert, & sequitur Cornel. Benincac. *de paupertat. spec.* 3. *in contract. numero* 6. vbi communem dicit. Idque hodie de iure regio videtur approbatum per *text. in l.* 5. *titulo* 19. *part.* 4. vbi notat Gregor. Lopez *glos.* 5. *verbo, Que suben. in princip.* 10

In hoc etenim casu, iuris Canonici dispositioni (cum ratione tollendi peccati disponat) in vtroque foro, tam Ecclesiastico, quàm sæculari † standum erit, etiam vbi contraria adesset (quæ non adest dispositio, sed conformis, vt ex iam dictis colligitur, ex proximèque dicendis, & responsione ad *text. in d. §. Pater naturalis,* constabit. 11

Suprà dictam etiam sententiam in filia spuria, † illegitima, aut bastarda, firmant Couarruuias *in dict. §.* 6. *num.* 11. Roland. à Valle *cons.* 58. *numero* 1. *& sequentibus, præcipuè numer.* 3. 5. 6. *&* 7. *lib.* 3. Anton. Gamma *d. decis.* 149. *numero* 7. Francisc. Bursat. *consilio* 33. *numero* 21. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 9. *& q.* 12. *num.* 1. *& quæst.* 13. *num.* 2. *&* 3. *& consil.* 310. *num.* 2. *& cons.* 393. *num.* 31. Ludouic. Molin. *de Hispan. primog. d. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 45. *&* 49. Marius Giurba (multos referens) *d. c.* 3. *glos.* 3. *n.* 13. Guil. Bened. *in repet. cap. Raynuntius, verb. Dotem, quam ei dederat, num.* 43. *de testam.* Ioan. Matienz. *in l.* 8. *glos.* 1. *numer.* 36. *tit.* 8. *nouæ reg. collect.* Petr. Barbos. *in d. l.* 1. 4. *part. num.* 42. *D. solut. matrim.* magis communem dicit Philipp. Paschal. *de virib. patr. potestat.* 2. *par. cap.* 3. *numero* 36. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumptio* 189. *numero* 25. Andreas Gail. *pract. obseruat. lib. secundo obseruat.* 88. *numero quarto, & sequentibus.* Vbi hanc communem Doctorem opinionem, & in vtroque foro seruandam asserit; Nosquè etiam diximus *quæstione* 4. *nu.* 64. *& seq.* 12

Ad idquè etiam patris tenebuntur hæredes, ad eosquè huiusmodi transit dotandi obligatio. Sicut enim filiam legitimam, & naturalem dotare patris tenentur hæredes (tradente † *Decio consilio trigesimo-quinto, ex numero sexto.* cum hæres recusare non possit onus, quod nec is cuius hæreditatem suscepit, recusare potuit, vt in *leg. Postulante, quadragesima-quarta, D. ad Senat. Consult. Trebellian.* Iureconsultus Marcellus inquit, docentque Cardinal. Francisc. Mantica *de tacitis & ambiguis conuentionibus, libro duodecimo, titulo decimo-sexto, numero trigesimo-sexto,* Petrus Surdus *consilio* 265. *numero decimo-octauo,* Tiberius Decianus *consilio* 70. *numero decimo-tertio, libro quarto* Vincentius de Franchis *decisione* 178. *numero* 7. *&* 18. alios referens Marius 13

Giurba

Giurba *in consuetudinib. Senatus Messanensis, dicto capit. 3. glos. 3. numero 27.* Petrus Barbosa *in dicta l. 1. 4. parte, num. 6.* Ferdinand. Rebello *de obligatio. iustitiæ, part. 2. libro 3. quæst. 4. de contractu dotali, numero 7. & 13.* Ioannes Gutierrez *practicar, quæstion. 115. numero 2. libro 2.* Cardinal. Dominic. Tuschus *litera D. conclusione 780. numero 3. 34. 63. & 66.)*

14 Sic & circa naturales, & spurias filias † idem quoque dicendum est, cum eas parentes teneãtur dotare; & per consequens eorum hæredes, ex ratione *dictæ legis, Postulante.* Et quia
15 dotandi onus cum bonis transit, † ex quibus constituenda dos est, vt (cum *Bart. Paulo Castrensi, Francisco Ripa, Matthæo de Afflictis, Alex. Gaspare Baeça, Petro Barbos. Marco Antonio Peregrino, Francisco Viuio. Vincentio de Franchis*, & multis aliis) tradunt Mari. Giurb. *loco suprà relato, &* Gutier. *d. quæst. 125. numero 2. vers. Præterea onus dotandi.*

16 Prædicta tamen procedere intelligenda sunt, si filia naturalis pauper † sit, neque dotem possit aliunde habere, vt omnes iam relati notant: secùs si filia naturalis pauper non sit, aliundeque alimenta, vel dotem valet percipere; ab alimentorum, vel dotis constitutione liberi parentes existunt; ex *text. in l. Si quis a liberis, 5. §. Sed si filius, D. de liber. agnosc.* Anton. Abb. & communiter Scribentes *in d. cap Cùm haberet,* Bart. *in l. fin. num. 7. D. de his quib. vt indign.* Ias. *in §. Fuerat, num. 104. instit. de actio.* Dec. *cons. 576. num. 3.* Laurent Calcan. *cons. 62. num. 14.* Didac. Couar. *de sponsal. d. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 9.* Ludouic Molin. *d. lib. 2. cap. 15. num. 46.* Guilliel. Benedict. *in cap. Raynuntius, verbo, Dotem, quam ei dederat, num. 44. & 45.* Bald. *in l. fin. num. 6. C. de dot. promis.* Bart. Roman. Imol. & Alex. *in d. l. 1. D. soluto matr.* vbi communem dicit Ripa *num. 65.* Bolognet. *n. 113.* Crot. *num. 65.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 780. num. 137 & 138. & 158.* Federic. *de Solis in tract. de dote, art. 2. numero 8.* Ascan. Clem. *de effect. patr. potest. effectu 11. nu. 5.* Mari. Giurb. *d. glos. 3. cap. 3. num. 16. & 17.* Didac. Spino *de testam. glos. 11. num. 46. & glos. 16 num. 119.* Petr. Surdus *de alimentis, titulo 7. quæst. 6. num. 3.* Petrus Barbosa *dicta l. 1. 4. parte, numero 62* Rolandus à *Valle consilio 54. numero 53. lib. 2.* Hieronym. Ceuallos *commun. contra commun. d. quæst. 565. num. 3.* dicemusquè infrà in responsione ad *d. paragraphũ Pater naturalis,* diximusque etiam *q. 4. num. 143.*

Sublimitanda tamen est proxima limitatio, & intelligenda si filia naturalis officium, ex quo alimenta, vel dotem percipere potest, decen-
17 ter † & absque dedecore exercere valeat, non aliter. Qua de re latè Nos *d. quæst. 4 §. 3. num. 141.* & pluribus relatis, tradit Ludouic. Molina *d. cap. 15. num. 47.* Et magis specificè in terminis nostris in filia naturali, & illegitima loquendo, docet Guil. Bened. *d. verb. Dotem quam ei dederat, numer. 45. vers. Et illud, quod dictum est.*

Ampliatur autem suprà dicta conclusio (quæ patrem filiam illegitimam pauperem dotare ad-
18 stringit) etiam in nata ex damnabili coitu, † vt in filia presbyteri, quam etiam ex beneficij redditibus (patrimonialibus deficientibus bonis ex *d. capit. Cùm haberet*) alere, vel dotare debere presbyterum; tenent. D. Thom. *2 2 quæst. 185. art. 5. in resp. ad secund.* Ioan. Lup. *in reper. cap. Per vestras, §. 23. num. 13. de donat. inter vir. & vxor.* Petr. Dueñ. *regul. 366. num. 1.* Petr. Nunnez *de Auendan. responso 19. numer. 5.* Cordub. *de Lara in d. l. Si quis a liberis, §. Idem rescripsit, nu. 25. & 26.* Francisc. Burlat. *cons. 255. num. 16.* Ioann Baptist. Costa *de remed subsidia. remed. 66.* Marius Giurba *d. cap. 3. glos. 3. num. 19.* Martin. Nauar. *de spoli. Clericor. §. vltim. numer. 11.* P. Ferdinand. Rebello *de obligat iustitiæ, d. 2. par. lib. 5. q. 4. num. 22.* Didac. Spin. *de testament. 14. parte. glossa rubrica, num. 9. ex glos. per text. ibi in cap Omnino, 31. dist.* Cald. Pereyr. *de iure emphyt. 1. par. de potestate eligend cap. 13. num. 11.* Guillel Benedict. *in repet. d. cap. Raynuntius, verb. Dotem, quam ei dederat, num. 42.* Petr. Anton. Petra *de fideicommis. quæst. 8. num. 462.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 92. numer. 5.* Diximusquè etiam *d. quæst. 4 num. 52. & 68.* Et de fratre Clerico dicemus *quæst. seq.*

Ampliari etiam suprà dicta principalis conclusio poterit, non solùm si filia naturalis nu-
bere velit, carnalequè † matrimonium contra- 19
here, sed etiam spirituale, si Religionem velit ingredi. Namquè aliquam dotare obligatus non solùm, ei, quæ carnaliter, sed quæ spiritualiter, per Religionis ingressum nubit, dotem assignare tenetur, vt docent Bart. *in l. 1. §. Si parens, D. si quis à par. fuer. manum.* Bald. *in l. fin. num. 7. C. de dot. promis.* Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 79. vers. Ceterùm, quia contra, extr. de constit.* Matth. *de Afflict. decis. 349.* Alexand. *cons. 139. num. 6. & 7. lib. 1.* Guillel. Benedict. *loco suprà relato, num. 7.* Iacob. Menoch. *de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 189. numero 91.* Nicol. Boer. *decisione 126. numero 12.* Petr. *de Auendann. responso 17. numero 4.* Petr. Barbos. *in d. l. 1. 4. par. num. 27. D. solut. matrimon.* Andreas Gail. *practicar. obseruat. lib. 2. obseruat. 95. num. 1.* Petr Anton. Petra. *de fideicommissis, quæstione 8. num. 514.* Cardin. Domin. Tusch. *practicar. conclus. litera D. d. conclus. 780. numer. 22. & 48. & conclus. 730. d. litera* D. Thom. Sanchez. *de matrimon. libro 4. disput. 26. num. 7.* Marius Giurba *dicto cap. 3 glos. 3. num. 24.*
Vbi etiam ex plurimis idem in filio dicit, † si ad 20
sacros velit ascendere Ordines. Et in filia do-
mini, † si Religionem profiteri velit, vt vas- 21
salli teneantur ad id domino subuenire, vt in matrimonio carnali tenentur, *num. 25.* De quo latiùs nobis agendum, *quæst. 38*

In nostro tamen casu id procedere arbitror, dummodo maior summa, vel dos ad Religionis
ingressum, † quàm ad matrimonium carnale 22
non requiratur, habita consideratione, quòd naturali, & illegitimæ minor est constituenda
dos, † quàm legitimæ, & naturali; vt notant 23
Abbas *consilio 115. numero 1. libro 2.* Lup. *de illegitim. comment. 2 §. 1. numero 46.* Petr. Surd. *de aliment. titulo 1. quæstione 10. numero 15.* Martin Coller. *eodem tractat, de aliment. libro 1. capite 3. numero 70* Tellus Fernand. *in l. 10. Tauri, num. 2. 11. & 12.* Ferdinand, Rebello *dicta quæst. 4. num. 27.* Andreas Gail *libro 2. obseruatio. 88. num. 8.* Petr. Barbosa *dicta l. 14. part. n. 56. versiculo, Quare ad veram resolutionem; & n. 69. circa fin vers. Pro qua cõcordia.*

Cuius dotis quantitatem ad mensuram de-
24 bitorum alimentorum filiæ naturali taxant,† deberique dicunt Barr. *in authentica, Ex complexu,n.4.C.de incest. nupt.* Riminaldus Iunior *consilio* 475.*numero* 21.*&* 22.Petrus Duennas *regula* 366. *numero* 3. Didacus Couarruuias *de sponsalib.dicta 2.parte,capite* 8.§. 6. *numero* 11. Petrus Barbosa, *suprà n.*69.Didacus Spino *de testamentis*, *glossa* 11. *n.*46.*& glos.*16. *n.*119.Cordub. *de Lara in dicta l. Si quis à liberis*, §. *Idem rescripsit,nu.* 31. Anto. Capic. *decis.*181.*n.*1.Anton Gabriel *lib.6. communium opin.tit.de aliment.conclus.* 1. *num.* 14. Marc. Anton.Pereg.*de fideicommis.tit.*18.*num.* 69. *& cons.*81.*num.*5.*lib.* 5. Petr. Anton. Petra *eod. tractat.de fideicommis.quæst.*8. *n.* 463. *&* 464. Rolandus *à Valle cons.*74.*num.*40.*lib.*1.*& cons.* 85.*n.*6.*lib.*3. Martin.Coller. *de aliment. dicto capite* 3.*num.* 57.Cardinal.Tuschus *dicta conclus.*780. *num.* 105. plurimos alios referens Giurba *dict. glos.*3.*numero* 14. Hercul. Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 83. *numero* 34.*&* 35.

25 Quòd si dos alimenta excedat, pro excessu reuocari, † plurimis adductis, tradit Gail. *d. obseruat.*88.*numero* 8.*Capici.dict.decis.*181. *n.* 1. Ludouic. Molin. *d. cap.* 15. *num.* 50. Ioan. Matienzo *in l.*8.*tit.*8.*lib.*5.*noua Reg. Collect. num.*33.*glos.*1.Hieronym.Gabriel *cons.*25.*num.* 4.*& numer.*15.Roland. *a Valle d.consil.*85.*numero* 6.*&* 9. Petrus Barbos. *supra d.numero* 69. P.Ferdinand. Rebello *de obligat. iustitiæ, d. quæst.*4. *num.* 28.addens, quòd si pater condig-
26 num virum ea dote (commensurata scilicet ad alimenta) non inueniat, dotem † tenebitur augere, quantam patres similis conditionis, filiabus naturalibus in ea patria dare solent. Videndaquè latiùs circa hæc tradita per *Petr.Barbos. d.num.*69.

Et cuius generis, vel qualitatis debeant esse
27 alimenta, † quibus dos commensuranda est,an pro necessitate viuendi tantùm? an conditione qualitatequè personarum, & patrimonij attenta? vide plenissimè (præter alios) Petr.Barbos. *suprà num.*6.*vers. His ita explicatis*, *& seqq.*& Nos etiam latè *quæstione*.4.*numero*.65. 66.*&* 67.

Hodiè autem, ad quam vsque summam possit naturalium filiarum (legitimis stantibus) dos
28 ascendere † vel alimenta; disponit *text.in l.* 10. *Tauri, & l.*7.*&* 8. *tit.*6.*lib.*5.*noua Reg.Collect.* Quæ de quinta solùm bonorum parte legitimis, & naturalibus liberis stantibus, parentibus pro filiorum naturalium alimentis,vel alio modo disponere permittunt, inque maiori vetant quantitate.Et ita notant in specie nostra Didac. Couar *d.cap.*8.§.6.*num.*8.Didac. Perez *in l.*22.*tit* 3.*lib.*1. Ordinam. Ludouic. Molin *d.cap.* 15.*numer* 50.Didac.Spino *vbi suprà glos.* 10.*num.*46.Hieronym.Ceuall. *commun. contra commun.d.quæst.*565.*num.*& diximus *d. quæst.* 4.*num.*66.Intra eam tamen quantitatem, (& si magna sit) poterit naturalis filia dotem pro conditione personarum, & patrimonij (iuxta *text.in l. Si filia*, 41. *in fin. D de leg.* 3.) petere.

29 Quibus non obstat de iure ciuili *text. in d.l. vxorem,*39.§. *Pater naturalis,D. de leg.*3.Cui dupliciter responderi potest.† primò dictum §. non id ad quod pro contraria parte adducitur, probare) patrem scilicet filiam naturalem dotare non teneri) non enim hac de re agit ibi *Consultus*, sed an dos data à patre filiæ naturali,de bonis ipsius patris data censeatur? an de bonis filiæ, ex fideicommisso sibi à marito relicto (cuius erat debitor pater) videatur constituta? Quo casu,licèt donationem non præsumi, dicat *Scæbola*: non tamen ideo filiam naturalem dotandi excludit obligationem.

Idquè præcipuum (inter alia) filia legitima & naturalis habet, quia in eius dotis constitutione mera patris liberalitas † præsumitur, neque animo compensandi, aut de bonis filiæ dotem videtur promisisse, licèt bona filiæ habeat; 30
*text est in l.fin.C.de dot.promis.*Adeo vt si expressè de propriis bonis, & bonis ipsius filiæ, se dotare profiteatur pater; bona filiæ in subsidium† (quatenus patris bona non sufficiant) 31
censeantur adiecta; ex *d.l.fin.*quam sic communiter intelligunt Doctores, vt (pluribus relatis) tradit Iacob.Menoch.*de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.*15.*num.*22. *& seq.* Ioseph. Mascard. *de probat.conclus.*1155. *num.* 5. *& seq.* Cardin. Francisc. Mantic.*de tac. & ambig. conuention. lib.*12.*tit.*19.*à num.* 8. *cum seqq.* vbi plenissimè, plures adducens ampliationes. Anton. Gomez *in l.*50. *Tauri,num.* 21. Nicol. Intrigliol. *cons.* 20,*num.*12.*& seqq.lib.*1. Philip.Pasch[illegible] (communem asseuerans) *de virib. patr. potestat.* 2. *par.cap.*6.*per tot.*præcipuè *num.*3.vt antiquiores omittam.

In patre tamen naturali non ea liberalitas præsumitur,† vt nec compensatio, si filiæ bona 32
pater habeat, admittatur. Quam differentiam agnoscunt omnes; teste Soci.*in l.*1.*n.*41.*D.solut.matr.*& ibid.Pet.Barbos.*n.*49.*vers. Retenta hac opinione.*

Vndè non sequitur necessariò, Pater naturalis dando dotem pro filia, si bona ipsius filiæ habeat, videtur animo compensandi donare; ergo eam non tenetur dotare, vt aduertit Petr. Surd. *de alim. tit.*1.*q.*9.*n.* 8. *vers. Responderi etiam potest.*Quia tenetur filiam dotare naturalem,quando ipsa se dotare non potest,neque ad id bona habet,secùs si habeat,vt monstrauimus suprà.

Ex quo secundus etiam ad *dict.*§.*Pater naturalis*.descendit intellectus.Filiam ibi pauperem non esse, † proque dote fideicommissum 33
habere, eoque casu exstinctum obligationis naturalis vinculum filiam naturalem dotandi, esse Licèt enim pater legitimus, & naturalis etiam filiam diuitem,& quę bona pro dote habet, dotare teneatur (vt plenè suprà ostendimus) secùs pater naturalis,cuius naturalis filia bona habet, vel aliunde se dotare potest. Differentiæ ratio est, quia pater legitimus, & naturalis vtroque iure, naturali, & ciuili filiam dotare tenetur, *d. l.Qui liberos*, 19. *D. de ritu nupt.* cum aliis, naturalis verò, ex præcepto iuris naturalis tantùm, quod non nisi quando filia aliter se dotare non valet;obligat, *d. l. Si quis à liberis,*§.*Sed si filius*, *D.de liber. agnoscend.* Sic tenent, & declarant *d.*§.*Pater naturalis,* Bald.*in l. Neque mater, num.*1. *C. de iure dot.* Bald. Nouell, Campag. Couar.Ioann.Lup. & alij suprà adducti *num.*9. Petr. Surd. *de aliment.d.tit.*1.*quæst.* 9. *num.* 8. vbi ita passim à Doctoribus *d.*§. intelligi, dicit, Bolognet.*in l.* 1.*n.*411.*&* 119. *D. solut. matrimon.* & ibidem Petr,

Petr. Barbos. 4. par. num. 54. vers. Vltimo loco, & num. 55. Cardina. Paleot. de nothis, & spur. cap. 49. num. 5. Fertunius Garcia de vltim fine iur. numero 143. Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verbo, Dotem, quam ei dederat, num. 45. extr. de testam Hieronym. Ceuall. d. quæst. 565. commun. contra commun. num. 2. & seqq. Roland. a Valle (communi Doctorum calculo receptam hanc sententiam dicens) cons. 54. num. 52. & seqq. lib. 2.

VTRVM FILIAM SEMEL dotatam, quæ dotem amisit, pauperquè est, iterum dotare, alerevè, cui iam alimenta dederat teneatur pater? Et quid in fratre circa sororem, vel fratrem?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum, semel dando, vel faciendo, obligationi satisfacit. Intellige, vt* numero. 13.

2 *Frater per pactum, vel statutum sororem dotare obligatus, post primam dotem aliam constituere (nisi aliter expressè actum sit) non tenetur, &* n. 3.

Et quid si per legem adstrictus sit? numer. 14. & 15.

4 *Patrem semel filiam dotasse sufficit.*

Contrà num. 5. & seqq. *quando absquè dolo, vel culpa dotem amisit.*

6 *Et qua filiæ culpa in dotis consumptione, vel perditione ad patris exonerationem sufficiens sit.*

Intellectus ad text. in auth. Quod locum C. de collatio. ibid.

7 *Filius, qui assignatam sibi à patre legitimam dissipauit, profuditquè, aliam non consequitur.*

8 *Habebit tamen moderata à patre alimenta, vt unde viuere possit habeat.*

9 *Si verò absque culpa assignatam amisit legitimam, aliam relinquere tenetur filio pater.*

Non tamen aliam in vita illi assignare.

10 *Dos succedit loco alimentorum, eorumque regulis indicatur.*

11 *Pater filiam, quæ dotem amisit, siue in patris potestate existentem, siue non, iterum dotare tenetur.*

12 *Pater viuente adhuc primo filiæ marito, iteratam dotem filiæ constituere non tenetur.*

16 *Frater Clericus ex iuris dispositione sororem pauperem ex beneficij redditibus (propriis bonis deficientibus) dotare, alereque tenetur, & sic iterum dotare,* & nu. seq.

Limita, vt nu. 20. in fin.

17 *Et non solùm tanquam pauperem dotare tenetur sororem Clericus, sed tanquam sororem, eiusque conditione attenta.*

Et qualiter id faciendum; vt Clericus securus sit?

Dispositio legis Cum plures, 13. §. fin. D. de administ. tut. *etiam fratres Clericos comprehendit.* ibid.

18 *Pater Clericus iterum dotare filiam de redditibus beneficij in aliorum bonorum defectu, prima dote amissa, tenetur.*

19 *Dotare, vel alere post primam dotem, vel alimenta tenetur, qui alere, vel dotare, ex iuris dispositione adstrictus est, si nec dolus, aut culpa dotandi, vel alendi adsit,* & num. 20.

20 *Soror diues sororem inopem, vel fratrem dotare, alereque ex legali dispositioni tenetur, etiamque vt sorori inopi dotem constituat, matrimonio constante, rem dotalem poterit alienare.*

Ideoque & iterum dotara, vel alere, dote absq; dolo, vel culpa consumpta, ibi. & nu. seqq.

21 *Fratris nomine etiam soror comminetur.*

23 *Ascendentes alere, vel redotare descendentes inopes sunt adstricti.*

24 *Filius an & quando matrem pauperem viduam teneatur dotare?* remissiuè.

QVÆSTIO XVI.

AB Obligatione iterùm dotandi, alimentavè constituendi, post primam vicem, liberari patrem, plura iura suadent, Cùm dotandi, vel alendi obligationi, qua pater tenetur, per dotis, alimentorumvè præstationem satisfactum iam sit; Obligatus enim ad aliquid dandum, vel faciendum, satisfacit obligationi, semel dando, † vel faciendo; nec casus superueniens obligationem reuiuiscere facit; probatur ex textu in *l. Boues*, 89. §. *Hoc sermone, D. de verborum significntion. in l. Apud Aufidium*, 10. *D. de option. legat. in l. Serui electione*, 5. *D. de legatis* 1. *in l. Is à quo*, 3. §. *vltimo*, *D. vt in possess. legat. in l. Dotis promissio*, 69. *versiculo*, *Quod enim*, vbi etiam *glossa verbo*, *Vulgatum*, & *in l. Stipulatio de dote*, 64. *de iure dotium*, *in l. Fideicommissa*, 11. §. *Si cui ita*, *D. de legat.* 3. *in l. Diuortio*, 8. §. *Quod in anno*, *D. soluto matrimonio*, *in l. Si is qui Stichum*, 66. *D. de procurat. in l. Si socius pro filia*, 82. *D. pro socio.* Quem *Fulgosi.* ibi. ponderat, & reputat singularem, *num.* 5. ad hoc, vt si inter plures fratres pactum sit, vt dos filiabus ex bonis communibus solueretur; vt semel tantùm dotentur, †) nisi aliud expressè actum fuerit) intelligatur. Ad quod illum etiam expendit *Lucas de Penna*, & alij, quos refert, & sequitur Andreas Tiraquel. *in dicta l. Boues*, *numero* 10. Ludouic. Roman. *in authentica*, *Quod locum*, *numero* 10. *C. de collat.* Ludouic. Molina *de Hispanor. primogen. libro* 2. *capite* 16. *numero* 26. Bartholo. Cassanæus *in consuetud. Burgund. rubrica* 1. §. 4. *verbo*, *Mariage de vne fille*, *numero* 1. 2. & 3. Nicola. Boeri. *decisione* 131. *numero* -. Marc. Anton. Bellon, *decisione Rotæ Genuensis* 63. *numero* 4. & 5. vbi latè. Et plura circa hanc materiam tradit Cardinal. Tusch *practicar. conclus. litera C. conclus.* 598. *per tot.*

Idemque per dictam legem, in statuto † firmat Bald. *in l. final. prima lectura*, *numero* 10. *C. de dot. promis.* vbi stante statuto; vt frater teneatur dotare sororem, si eam semel dotauit; & casu dotem amiserit, non teneri fratrem amplius

ptione commiſiſſe, ei obiiciatur, niſi pariter eo dolo, verſatum fuiſſe, ne ſolidum ſolueret oſtendatur. Rationem reddit Conſultus. *Quia in rerum ipſius adminiſtratione, non erat culpa ab eo exigenda.* Ex cuius reſponſo idem in caſu noſtro dici poterit, non eſſe à filia culpam in rerum dotalium conſumptione exigendam. Cum bona dotalia propria mulieris ſint, non parentum, aut alterius; *text.* eſt *in dict. l. Pater, 71. D. de euict.* ibi: *Non enim ſicut mulieris dos eſt; ita patris dici poteſt.* vbi etiam *gloſſ. verbo, Matrimonio, text. in l. Filium, 4. D. de collat. bonor. in l. 1. §. fin. & in l. fin. de collat. dot.* vbi etiam *gloſſ. in dict. l. 1. verbo, Eius, text. in l. Pater filiam, 14.* (*& ibid. not. gloſſ. fin. in princip.*) *D. ad leg.* Falcid. *text. in l. 3. §. Ergo etiam, D. de minor.* text. optimus *in l. In rebus 30. in princip. C. de iure dot.* Aymon. Crauet. *conſilio 39. num. 4.* Petrus Surd. *conſ.* 196. *num. 27.* Rolandus à Valle *conſilio 86. num. 38. lib. 2.* Marius Giurba (alios referens) *in conſuet. Senat. Meſſan. cap. 1. gloſſa 2. numero 100.* Hercul. Mareſcot. *variarum reſolution. lib. 2. reſolution. 69. numero 2.* Cæſar Banzius *deciſione 130. numero 50.* Qui omnes textum adducunt ſolum in *dicta lege 3. de minoribus.*

Et hoc argumento, hanc reperio tenuiſſe ſententiam in filio peculium ſibi à patre aſſignatum dilapidante, Baldum *in dicta authentica, Contra rogatus, num. 8.* Qua de re Nobis ſtatim erit agendum.

Ex quibus Cyni, ſequaciumque ſententiæ adhærendum puto, dolum, vel latam culpam in filia requirenti, vt à dotis iterata conſtitutione pater liberatus exiſtat. Eoque caſu Doctores indiſtinctè dicentes, non teneri patrem iterum dotare filiam, quæ culpa dotem conſumpſit, de lata culpa, quæ dolo æquiparatur, intelligi poterunt. Quinimò & culpam ad caſum præordinatam requiri; faciunt deducta à Nobis *q. 53.*

Deſiderarique latam culpam, vel dolum filiæ in dotis conſumptione, vt pater à redotandi onere liberetur, ex eo etiam deducitur: Quia licèt pater qui filio in vita legitimam aſſignauit, ſi eam dilapidauerit filius, lata culpa, dolovè conſumpſerit, aliam non teneatur illi
7 aſſignare; † vt teſtantur Socin. *conſil. 75. num. 7. lib. 1* Paul. de Montepic. *in l. In quartam, n. 287. D. ad leg.* Falcid. Oſaſc. *dict. deciſ. 124. num. 5. & 6.* Iacob. Menoch. (de lata culpa nominatim loquens) *de arbitrar. dict. caſu 182. num. 55. & ſeqq.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiſ. artic. 36. num. 143.* Matt. Coller. *de aliment. lib. 1. cap. 2. num. 27.* Marius Giurba *dict. deciſ. 5. n. 10. & 11.* Petr. Surd. *dict. tit. 7. quæſt. 5. num. 1. 2. 3. 4.* (etiam in dolo, vel lata culpa loquens) Hercul. Mareſc. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 69. num. 22.* Proſper. Farinac. *deciſ. 457. num. 1. verſ. Non obſtat.*

Tenetur tamen moderata filio pauperi, vt
8 vndè viuere poſſit habeat; alimenta † concedere; *text. in l. Imperator, 50. ad fin. D. ad S.C. Trebell.* docentque Bald. *in l. 1. §. Ius naturale, num. 7. D. de iuſtit. & iure, & in l. Scimus, in princip. C. de inoffic. teſtam.* Iaſ. *in dict. auth. Quod locum, num. 8.* Hippolyt. de Marſi *ſingul.* 104. Vincent. Herculan. *in l. 2. §. 1. num. 19. D. ſolut. matrim.* Gaſpar Baëza *de non melior. ratione dot. filiab. cap. 16. num. 20. & ſeqq.* Ludouic. Molina *dict. lib. 2. cap. 16. num. 24.* plures referens Lara *in dict. l. Si quis à liberis, §. Idem Iudex, num. 10.* Petr. Surd. *dict. quæſt. 5. num. 8.* Oſaſc. *ſuprà n. 10. & ſeqq.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicomm. d. art. 36. num. 145. verſ. Sed contra,* Petrus Barboſa *proximè referendus* Ioan. Baptiſta Pontan. *de aliment. cap. 2. n. 6. & 7.* plurimos (ſuo more) adducens Giurba *deciſ. 6. num. 3.*

Et ſi abſque culpa legitimam aſſignatam filius amiſerit, † aliam conſequi debere, tenent 9
Socin. *in l. Marcellus, §. Res quæ, num. 3. D. ad S.C. Trebel.* Petr. Barb. (alios referens) *in l. 1. 4. p. n. 141. D. ſolut. matr.* Ferd. Vaſquez Mencha, *controuerſ. illuſtr. cap. 25. n. 14.* Scob. *de ratiocin. d. 2. tom. cap. 18. n. 8.* Non tamen à patre viuente, ſecundum Didac. Spino *de teſtam. dicta gloſ. 18. n. 90.* & Marium Giurba. *d. deciſ. 5. n. 39.*

Vndè ſicut pater filio qui ſibi aſſignatam legitimam profudit, ac lata culpa, dolovè conſumſit, congrua ſaltem alimenta tenentur præſtare ita & dotem filia, quavis culpa, vel etiam dolo amiſſam, ſi ad caſum non fuerit præordinata, ex alimentorum ſuccedit, † eorumque meritur re- 10
gulis, per *text. in l. Filia ſua, 28. §. Titia D. de condit. & demonſtrat.* obſeruant Ioannes Campeg. *de ſtat. q. 6. n. 46.* Cynus, Baldus, & Salicetus *in l. Sancimus, C. de nupt.* Angelus *de Gambellionibus, de teſtam. gloſſa 4. n. 4.* Marcus Antonius Marſillus *in tract. de redditibus Eccleſ. cap. 32. n. 4.* (& nemine relato) Petr. Surd. *de alimentis, tit. 1. q. 10. n. 19.*

Quòd in legitima ſemel conſtituta deperdita locum non habebit, quia ad alimentorum non procedit, datutvè menſuram.

Quibus ſic conſtitutis, ampliatur principalis concluſio (quæ habet, Patrem filiam pauperem, quæ dotem amiſit, iterum dotare teneri) vt tam in filia in poteſtate conſtituta, quàm emancipata † procedat. Sicque hodie 11
in hiſce Hiſpaniarum Regnis, etiamſi per matrimonium à patris poteſtate filia eximatur; vt reſoluunt Ripa *in l. 2. §. Quòd ſi in patris, numero 15. & 16. D. ſolut. matrim.* Nicol. Boër. *dicta deciſione 131. num. 6.* latè comprobans Gaſpar Baëça *de dot. dict. cap. 16. num. 30. cum ſeqq.* Ludouic. Molin. *dicto cap. 16. num. 25.* Petrus Barboſa *in dicta lege 1. 4. parte, num. 139. verſiculo. Limita quarto, D. ſoluto matrimonio.*

Limitanda tamen, & intelligenda, vt poſt primi matrimonij diſſolutionem, † ſi ſecun- 12
dum velit filia contrahere, procedat: ſecùs primo matrimonio durante; quia licèt abſque culpa, vel caſu dos amiſſa ſit; non tenetur pater primo durante matrimonio nouam conſtituere dotem, vt (per *text. in dicta l. Pater filiæ. 71. D. de euict.*) notat Pat. Ferdin. Rebello *de obligat. iuſt. dict. 2. part. lib. 5. quæſt. 4. num. 21.* Petrus Barboſa *vbi ſuprà, num. 14. propè fin.* Ruin. *conſilio 121. num. 8. lib. 5.* Guillelm. Benedict. *in repet. dict. cap. Raynuntius, verb. Dotem quam ei dederat, num. 19.* apud quem diſſentientium hac in re opinionum concordiam vide.

Supereſt vt argumentis legibuſque contrariis quas in principio adduximus, quibuſque obligatum ad aliquid dandum, vel faciendum, ſe-

mel dando, vel faciendo suæ satisfecisse obligationi probatur; respondeamus. Ex quarum legum iuriumque intellectu, responsum quoque ad vltimam quæstionis partem: An scilicet idem in fratre circa sororem, vel fratrem dicendum sit, quod in parentibus circa filios, elicietur.

Solutio igitur ad contraria (præcipuè ad *textum in l. Stipulatio de dote 64. & l. Dotis promissio, 69. versic. Quod enim, D. de iure dot.* & in *l. Si socius pro filia, 82. D. pro socio*) quæ magis obstant, loquunturque in terminis promissionis, & constitutionis dotis, sufficereque dicunt primum obligationis implementum, neque obligationem aliquo postea casu reuiuiscere, nisi expressum ad id pactum sit adiectum) vnico assignatur verbo: Ea scilicet iura
13 non in parentibus, sed in extraneis, † non in adstrictis ad dotandum per naturam, aut legem, sed per conuentionem, aut pactum loqui. Hi namque cum semel obligationis, promissique adimpleuerint vinculum, liberati omninò ab obligatione remanent; secus illi qui naturæ, legisque obligatione tenentur, toties que reuiuiscit obligatio; quoties necessitas superuenit, eo modo, quo suprà ostendimus. Quam distinctionem, iuriumque compositionem tradit Alexand. *in dict. l. si cum dotem §. 1. num. 7. D. solut. matrimon. & ibid.* Bald. Angel. & Immol. adducti cum aliis, per Andream Tyraquel. *in dict. l. Boues, §. hoc sermone, limitat. 9. num. 4.* Ludouic. Molina, *dict. lib. 2. cap. 16. num. 25 versic. si verò* approbatamque dicit sententiam Petrus Surdus *de aliment. dict. tit. 7. quæst. 5. num. 5.* Petrus Barbos. *dict. 4 part. num. 140.* Giurba (qui post hæc scripta ad meas peruenit manus) *cons. crimin. 99. n. 18.* & latiùs (plurimos eferens) *n. 23.*

Vnde deducitur, & infertur, fratrem diuitem dote semel absque sororis dolo latave culpa
14 amissa, sororem iterum dotare, † fratremque inopem cui alimenta dederat, alere teneri: cùm non hominis dispositione, sed legis adstringatur necessitate, *ex l. cum plures 13. §. cum tutor, D. de administ. tuto. ex text. in l. 1. §. Sed nonnullos* (vbi etiam notat *glossa verbo Præstiterit*) *D. de tute. & ratio. distrah. & in l. si quis à liberis 5. §. idem rescripsit verbo Iustè, D. de liberis agnosc.* Ripa *in l. 1. num. 83.* Socin Iunior *num. 99.* Bolognet. *num 128.* Iaso *num. 29. D. solut. matrim.* Ludouic. Molina *de Hispano primogen. lib. 2. cap. 15. num. 60.* Lara *in dict. l. si quis à liberis §. idem rescripsit, num. 92.* Ioan. Garcia *in tract. de expensis, cap. 3. num. 34.* Ioseph. Mascard. *de probationib. conclus. 813. num. 5.* Iacob. Menoch. *consil. 81. num. 2. lib. 1.* Petr. Barbos. *in dict. l. 1. 4. part. num. 124. versic. Octauo, & vltimo, D. solut. matrim.* Nicol. Intrigliol. (de communi asseuerans *conclus. 20. n. 37. lib. 1. & decis. 4. num. 19.* latè Petrus Surdus *de aliment. tit. 1. q. 25. per tot.* infinitos propè referens Marius Giurba *in consuet. Senat. Messanens. cap. 3. gloss. 3. num. 60. part. 1.* & diximus *quæstione 4. §. 3. numer. 156. & sequentibus.*

Hanc ideo iteratam nempe dotem inopi sorori, alimentave fratri pauperi præstare teneri fratrem: sententiam veriorem (contra Bald. & sequaces suprà in principio relatos) iudicauit Alex. *in dict. l. Si cum dotem, §. 1. num. 7. & 8.* eandem dicens in fratre, quàm in patre rationem; quem sequuti fuerunt Ias. *in l. Duobus, §. Si ei qui num. 15. D. de iureiurand. & in dict. l. diuortio, §. Quod in anno, num. 13. D. solut. matrim. & in §. Fuerat, num. 136. instit. de actionib* Bartholom. Cæpol. *in dict. l. Boues, §. Hoc sermone, num. 5. & ibid.* Andr. Tyraquel. *limit. 9. num. 14. in fin.* licèt plures pro contraria adducas Eandem quoque sententiam tenet (contrariam nulla lege, seu efficaci ratione probari posse asserens) Ludouic. Molina *de Hispanor. primogen. dict. lib. 2. cap. 16. num. 26. versic. In hac autem opinionum varietate*: vbi in alimentis, & in dote amissa pariter loquitur. Prædicta enim ratio vtrumque simul, pariterque debet comprehendere casum, cum ad vtrumque ex legis dispositione teneatur frater.

Quare cautè legendus Petrus Barbosa *in d. l. 1. part. 4. num. 141. D. solut. matrim.* dicens, quod si aliquid dedit frater alimentorum nomine fratri, & ille dissipauit, ampliùs alimenta ei præstare non tenetur: allegat *Salycet. in l. 2. in fin. C. de alend. liber.* (quem debuit allegare in *l. 1.*) *& Laram in d. l. si quis à liberis, §. Idem rescripsit, num. 101.* Intelligi namque debet, si dolo, † & culpa dissipauit; non si casu, vel ex 15
animi leuitate, vel iudicij imbecillitate perdidit. Imò ex eodem *Lara ibidem in d. §. Idem rescripsit* tradit *Petrus Surdus de aliment. tit. 7. quæst. 15. num. 11.* tum demum non teneri fratrem alimenta fratri præstare, si eo animo bona dilapidauit, vt à fratre alimenta consequeretur.

Quæ sententia retenta, ex suprà dicta ratione in fratre quoque Clerico † procedere ampliatur, qui de fructibus beneficij, (si alia non habeat) sorores pauperes dotare tenetur, ex 16
text. in cap. Peruenit, 3. de arbitr. vbi id notat Abb. *n. 1. verf. Et credo, quòd bona conscientia.* Alexan. *in l. 1. n. 14. D. solut. matrim.* vbi etiam Iason. *n. 29. & 30. & Ripa n. 33.* Capella Thelossan. *decis. 290. n. 9.* Nicol. Boër. *decis. 129. n. 8.* Ioan. Campeg. *in tr. de dote 1. part. q. 23.* Syluest. *in summa, verbo Clericus, el 4. num. 11. q. 15.* Petrus Surdus *de aliment. tit. 1. q. 25. n. 13. & tit. 8. priuileg. 92. n. 5.* Andr. Tyraq. *de iure primogen. q. 62. n. 2.* Martin. Nauar. *de reddit. Eccles. q. 2. monitione 26. num. 2.* Petrus Barbosa *in d. l. 1. 4. parte, n. 132. & 133. D. solut. matrim.* Ioan. Garcia *de expensis, cap. 3. n. 36.* Guillel. Benedict. *in cap. Raynuntius, verbo Dotem, quam ei dederat, num. 72.* P. Ferdinand. Rebello *de obligationib. iustit. 2. parte, lib. 5 quæst. 4. num. 22.* Cardinal. Francis. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentio lib. 12. tit. 16. num. 31. & 32.* vbi idem pariter in sorore vterina altero tantum latere coniuncta dicit, *decis. Rotæ Rom. in nouissim. congestis à* Prospero Farinac. *2. part. decis. 241. n. 1. ad fin.* & apud Alexandr. Ludouic. (*posteà S. D. N. Greg. XV.*) *decis. 401. num. 2.* Didac. Spino *de testam. gloss. 10. n. 41.* Stephan. Gratian. *discept. foren. cap. 65. n. 14.* Ioan. Bapt. Cost. *de remed. subsidia, remed. 66. n. 2.* latissimè *M. Anton. Marsil. de Ecclesiast. redditib. quæst. 32. n. 5. & sequentibus.*

Nec solùm tanquam pauperem dotare tenetur frater Clericus sororem, sed vt sororem, † ac proinde in dotis constitutione qualitates 17
expressæ in *l. Si filiæ, 41. D. de legat. 3. & in l.*

Cum

Cum post, 70. §. *Gener*, *D. de iure dot.* considerandæ erunt, vt resoluit Ioann. Bologne. *in l.* 1. *num.* 130. *D. solut. matrim.* & alij relati per Larom *in dict.* §. *Idem rescripsit*, *num.* 96. Dummodò non fiat ad pompam, *Additio ad* Capell. Tholossan. *decis.* 289. *ad fin.* Petr. Nuñez *de Auendaño responso* 19. *num.* 14. veriorem sententiam dicit Petr. Barbos. *dict.* 4. *parte*, *num.* 133. P. Ferdin. Rebello *vbi sup.* Qui tamen vt frater securus sit, attendere debere addit, vt per eam largitionem consanguinei non ditescant, siue augeantur, sed tantùm, quantum satis est, ne egeant, tribuatur eisdem. Quod iuxta suprà traditam doctrinam, attenta sororis, & mariti conditione intelligendum erit.

Vnde cum huiusmodi obligatio legalis sit, etiam dote constituta amissa, iterum à fratre Clerico erit dotanda. Cum enim diximus ideò fratrem teneri iteratam constituere sorori dotem, post primam absque dolo, vel culpa amissam; quia eam ex iuris dispositione dotare debet ex *textu in dict. l. Cum plures*, 13. §. *fin. D. de administ. tutor.*; idem & in fratre Clerico dicendum est. Dispositio enim, ac regula *dict. leg. Cum plures*, etiam fratres Clericos comprehendit, vt (ex *text. in cap.* 1. *extra de noui oper. nuncia.*) notat Petrus Barb. *ibi suprà*, *num.* 132.

18 Idemque in patre, † Clerico, in quo ea-
dem, & maior etiam est ratio, ex dictis pariter
quæst. præcedenti, num. 18. Denique ampliari
suprà dicta poterit resolutio, vbicumque ex
legali dispositione, dotandi, vel alendi subsit
19 obligatio, † si iteratam dotem, vel alimenta
prætendens, à dolo, culpaque consumptorum
aut perditorum bonorum (iuxta suprà tradi-
20 ta) sit immunis; vt in sorore † diuite quoad
sororem dotare, patremque alere tenetur, ex dis-
positione *d. l. Cum plures*, 13. §. *fin.* Fratris enim
21 nomine, soror quoque continetur, † *tex. in l.
Tres fratres*, 36. *D. de pactis*, *tex. in l. Lucius*,
78 §. *Mæuia*, *& ibi not. gloss. verb. Sororem*, *D.
ad S.C. Trebell.* Alexand. *&* Paul. *in l. Humani-
tatis*, *C. de impuber. & aliis substi.* Bald. Parisi.
& alij, quos refert, & sequitur Marius Giurba
d. gloss. 3. *cap.* 3. *n.* 59. Tenentque suprà dictam
sententiam Paul. Castren. *consilio* 435. *num.* 4.
lib. 1. Petr. Barbos. *in dict. l.* 1. 4. *parte*, *num.* 133.
versiculo Amplia quintò, Ioann. Baptist. Costa,
dict. remed. 66. *num.* 6. Pat. Ferdinan. Rebello *d.
quæst.* 4. *num.* 18. Nos etiam *quæst.* 4. § 3. *num.*
160. diximus. Adeo vt constante matrimonio,
vt inopi sorori dotem soror diues constituat, do-
talem possit rem alienare, vt ex Palac. Rube.
Baë. Antonio Gomez. Petro Barbos. & aliis in-
frà *quæst.* 22. *num.* 38. tradimus.

Quare & iterum sororem, vel fratrem do-
tare, aut alere, si pauperes sint, teneri soro-
22 rem, † ostendunt, quæ de fratribus circa
sorores tradidimus, propter legalem obli-
gationem. Quæ & in aliis personis, & casi-
23 bus, si adsit, vt in auo, † ac proauo, cum
parentes descendentibus carent, vt diximus
quæst. 4. *num.* 64. in cæteris denique hac obli-
gatione adstrictis idem operabitur. Intelli-
gendo tamen, & limitando hæc omnia, vt
suprà *num.* 12.

An verò, & quando matrem pauperem
24 viduam teneatur dotare filius? † vide Guill.
Bened. *in repet. cap. Raynutius*, *verb. Dotem quam ei dederat*, *n.* 70. *de testament.*

VTRVM FILIA PAVPERIS, etiam maior vigintiquinque annis, quæ in corpus suum peccauit, vel matrimonium sine patris consensu contraxit, dote, vel legitima priuari possit?

SVMMARIVM.

1 *Filia minor vigintiquinque annis sine patris consensu nubens, vel in corpus suum peccans, de iure ciuili, & Regio antiquo hæreditate, doteuè priuari poterat.*
2 *Et quid si digno nupsit?*
3 *Et quid de iure nouiori Authenticor. vel Partitarum?*
4 *An quod filia turpem elegerit vitam, vt exhæredari à patre possit, requiratur? Nec in corpus suum peccasse sufficiat?*
5 *Luxuriosè viuere, vel turpem vitam elegisse, quæ dicatur, vt exhæredari ob id à patre possit? &* num. seq.
7 *Filia quæ peccauit in corpus suum, luxuique dedita, si resipiscat, & pæniteat, an post pænitentiam exhæredari, doteuè, aut alimentis priuari possit?* & n. seqq. *vsque* ad n. 12.
8 *Filia minor vigintiquinque annis, quæ in corpus suum peccauit, si postmodum etiam cum indigno matrimonium contrahat, an exhæredationis pœnam euitet? dotemque consequatur?* n. 9.
10 *Indigno nubere, & turpem vitam agere, æquiparantur in iure.*
11 *Pænitentia an deleat delictum? exhæredationisque pœnam extinguat?*
12 *Filius indignam vxorem parentibus inuitis ducens, exhæredari potest.*
13 *Et quid si dignam inscijs, vel inuitis parentibus ducat?*
14 *De iure Cannnico exhæredari, doteuè priuari filia sine patris consensu nubens non potest* (*contrà* num. 28,
15 *Etiamsi filia sine patris consensu nubens, dotem non promiserit.*
16 *Et etiamsi indigno nupserit.*
17 *Minuenda tamen in hoc casu attenta viri indignitate dos erit.*
19 *Indignus quis in hac materia dicatur? &* num. 20. 21. 22. & 23.
24 *Filij vel filiæ hodie clandestinas contrahentes nuptias inscijs parentibus, sine cum indigno, exhæredationis pœnam patiuntur.*
25 *Filia maior vigintiquinque annis absque patris consensu nubens digno, vel indigno, cum dotis promissione, vel sine ea, in corpusuè suum peccans, dote, vel hæreditate priuari non potest.*
26 *Nec etiamsi post prædictam ætatem publicè filia meretricetur.*
28 *Vel etiam clandestinè, absque parentum consensu matrimonium contrahat.*

De iure consuetudinario ciuitatis Neapolis., si filia decimum sextum ætatis annum excedat, & quòd sine patris consensu nupsit, vel in corpus suum peccauit, exhæredari non potest, n.27.
Vel si vigesimum secundum annum ætatis excedat, ex alia consuetudine, ibi.
Et quid de iure Regio Fori? ibidem.
29 Filia maior vigintiquinque annis, quæ in corpus suum peccauit, sine parentis suè consensu matrimonium contraxit, exhæredari, dotevè priuari à parente sue paupertatis, impotentiaque prætextu non potest. Contra n.30. & seqq.
Post vigesimum quintum ætatis annum, vix possunt filiæ continere, ibid. dict. n.29.
Mulieres ad hoc natura progenuit, vt partus ederent, præcipuumque fœminarum munus est concipere, ibid.
31 Verbum Differre, liberam supponit voluntatem, & potentiam.
32 Differre, vel Negligere, non dicitur, qui non potest facere. Nec differre, qui non negligit, nec negligere qui non potest.
33 Negligentiæ pœnas pati non debet, qui negligens non est.
34 Negligens appellandus non est, qui faciendi potentia caret.
35 Differre dicitur, qui potest non differre.
36 Silere ille propriè dicitur, qui potest loqui.
37 Statutum Potestatis iurisdictionem declinanti pœnam imponens, in Ecclesiastico (qui etiamsi velit non potest coram seculari litigare (locum non habet.
38 Impeditus non dicitur Differre.
39 Paupertatis impedimentum, a mora excusat, impeditque moram committi.
40 Afflicto non est danda afflictio.
41 Pater, qui fecit quidquid potuit pro maritanda filia, nec negligens fuit, nec tamen valuit eam matrimonio collocare infrà vigintiquinque annorum ætatem, si absque patris consensu nubat indigno, vel in corpus suum peccet, poterit eam dote, hæreditateque priuare.
42 Et an vt in prædicto casu filiam exhæredare possit, diligentiam teneatur probare? seque fecisse quod potuerit, idque protestari? vel de paupertate constare sufficiat & num. seqq.
43 Impeditus tenetur facere quidquid poterit, vt impedimentum cesset.
44 Debetque probari diligentia.
45 Nec sufficit probare impedimentum, nisi probetur, quòd quis fecisset illud ad quod adstrictus erat, nisi adesset impedimentum, eritque de hoc necessaria protestatio.
46 Matrimonia absque dote contrahi non solent, & n.49.
47 Non desideratur actus, ex quo nullus (etiamsi fiat) resultat effectus.
48 Diligentia frustatoria adhibenda non est.
49 Sine dote nulli, aut pauci vxores ducere volunt.
50 Facere non tenetur quis, quod factum non prosit, profuturumvè, sit dubium.
51 Paupertas à protestatione excusat.
52 Pater in dubio de maritanda filia agere, sollicitumque esse, præsumitur.
53 Filia quæ vigesimum quintum ætatis annum attigit, licèt non impleuerit, si absque patris consensu nubat, vel in corpus suum peccet, an dote, vel hæreditate priuari possit? remissiuè.

QVÆSTIO XVII.

Frequentissimè versatur hæc in foro quæstio (teste *Ludouico Molina de Hispanor. primog. lib.2. cap.16. num. 5.*) Vtrùm filia in corpus suum peccans, vel absque patris consensu nubens, dote, hæreditatevè priuari possit? Cum sæpè ex voluntate propria parentum neglecta, nubant filiæ, in corpusque suum peccent. Cuius rei cognitio (vt ad institutum nostrum accedamus, ad quæstionisque præcipuè decisionem) necessaria est. De qua multi ex professo egerunt, quorum recitabimus sententias, ordineque dilucido disponemus.

Distinguendum igitur: quòd aut de filia minore vigintiquinque annis, aut de maiori loquimur. Item aut de iure ciuili, vel Regio; aut de iure Canonico. De contrahente publicè, secundùmque Ecclesiæ præcepta, aut clandestinè.

In filia minore vigintiquinque annis, quæ in corpus suum peccauit, vel absque licentia, & voluntate patris matrimonium contraxit, tam iuris Canonici, quàm ciuilis, & Regij variant Interpretes. Alij ex vtroque iure differentiam constituentes; alij negantes, alij ex dignitate, vel indignitate contrahentium pœnæ locum esse, vel non esse contendentes. Quælibetque sic iuribus, & authoritatibus fulcitur; vt impossibile penè sit, quæ earum verior, aut communior sit, secernere.

Igitur de iure ciuili locum exhæredationi, † dotisvè priuationi in prædicto casu esse; probat *text. in l. Filiam, 19. & in authen. Sed si post c. de inofficios. testam. auth. vt cum de appellat. cognosc. §. Aliud quoque capitulum, vers. Si alicui ex prædictis, coll.8. l.2. & l.5. tit.1. de los casamientos; lib.3. Fori leg.5. tit.7. parte 6. versic. E otrosi, quando el padre quisiesse casar su fija, & l.10. tit.1. versic. Pero si aquel, partit.4.* Tenentque Ias. *in §. Fuerat, num. 121. institut. de actionib.* Ioann. Campeg. *in tractat. de dote priuileg. 13. num. 3.* Ioann. Lup. *in repet. cap. Per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 3. versic. Sed si filia contraheret sine patris mandato, vel consensu, num. 1. & per §§. sequentes vsque ad §.10.* Petr. de Rabena *singular. 198.* Ferdinand. Vasquez, Menchac. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 623.* Emmanuel à Costa *in l. Gallus, §. Et quid si tantum num. 192. D. de liber. & posthum.* Gaspar Antoni Thesaur. *quæst. forens. libro 1. quæst. 70. num. 1. 2. & 3.* Andr. Fachin. *controuers. libro 3. cap. 44. versic. Affirmat enim Castrensis,* Carpan. *ad statut. Mediolan. statut. 2. num. 161. & 162. part. 1.* Francisc. Bursat. *consil. 215. num. 7. & 10.* Federic. *de Solis de dote artic. 2. num. 8.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. littera D. conclus. 780. num. 156.* Marius Giurba *in consuetud. Senat. Messanens. cap. 3. gloss. 3. num. 34. part. 2.* Ascan.

Clemens

Clemens *de virib. patr. poteſtat. cap. 6. effectu* 11. *num.* 17. Petrus Surdus *de aliment. titul. 7. quæſt.* 4. *num.* 1. *& ſeqq.* Didacus Perez *in l.* 1. *titul.* 1. *lib.* 5. *Ordinam. ſuper verbo Encubiertamente, verſic. Clandeſtinum matrimonium*, *pag. mihi* 39. Didac. Spino *de teſtam. gloſſ.* 20. *num.* 66. Thom. Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 24. *num.* 14. Hieronym. Ceuallos *commun. contra commun. quæſt.* 5. *n.* 1. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 5. *n.* 45.

Alij ex eodem iure diſtinguunt, quòd aut
2 filia nubit digno, † vel indigno; vt primo caſu, dote, vel hæreditate priuari nequeat; ſecundo poſſit. Quorum fundamentum eſt *text. in l.* 3. *§. Si emancipatus*, D. *de bonor. poſſeſſ. contra tab.* ibi: *Nam ſi tam ignominioſam duxerit vxorem filius, vt dedecori ſit tam ipſi, quàm patri, mulierem talem habere: dicemus ex ea natum ad bonorum poſſeſſionem, aut admitti, cum poſſit auus, iure ſuo vti, eumquè exhæredare*, text. etiam in *dict. auth. Sed ſi poſt*, à contrario ſenſu, & in *dict. auth. Vt cum de appellatio. cognoſci. §. Aliud quoque verſic. Cauſas.* In qua fuerunt ſententia (Poli *gloſſ.* 1. *in. cap. fin.* 32. *quæſt.* 2.) Bald. Goffred. Anchar. Ioann. Lup. & alij relati à Sanchez *dict. diſp.* 24. *num.* 2. plurimos etiam adducens, & magis communem dicens Petr. Surd. *de Aliment ti* .1. *quæſtione* 6. *numero* 5. *&* 17. Andr. Fachinæ. *controuerſ. dict. cap.* 44. *verſ. Cæterum diuerſam*, Philip. Paſcha. *de virib. patriæ poteſtat. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. *& ſeqq.* communem dicens Ferdinand. Rebello *de obligatio. iuſtit.* 2. *part. libro* 2. *quæſt.* 14. *ſect.* 2. *num.* 16. *&* 19. Gregor. Lopez *in d. l.* 1. 4. *part. num.* 33. *&* 34. *D. ſolut. matrim.* Garcia Maſtrill. *deciſ.* 63. *n.* 1. *& ſeq. vſque ad* 10. pro qua eſt etiam ſententia *text. in d. l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *Fori legum.*

Imò ex nouiori Authenticorum iure tria ſi-
3 mul concurrere † debere, vt Filia, quæ inſciis vel inuitis parentibus contrahit, dote, vel hæreditate priuari poſſit, voluerunt alij. Primum, filiam matrimonio collocare, dotemque pro patrimonij viribus, eorumque conditione aſſignare velle parentes. Secundum illi matrimonio repugnare filiam, ſimulque vitam turpem eligere. Tertium, minorem vigintiquinque annis eſſe. Quod ex *text. in dict. auth. Vt cum de appella. cognoſc. §. Aliud quoque capitulum in fin.* colligunt, ibi: *Si alicui ex prædictis parentibus volentibus filiæ ſuæ pro ea præſtare; illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Si verò vſque ad vigintiquinque annorum ætatem, &c.* Cui concordat de iure Regio *text. in dict. l.* 5. *titul.* 7. *part.* 6. *dict. verſ. E otroſi, quando el padre.* Nec ſufficere inuitis parentibus filiam nubere, vt exhæ-
4 redari poſſit, niſi ſimul vitam turpem † eligat, tenuit *gloſſa in cap. Quintauallis, verb. Exhæredare, extra de iureiurand.* Hoſtienſ. *in cap.* 1. *de deſponſa. impuber. poſt princip. vbi* Ioann. Andr. *num.* 8. Anton. 4. Cardina. 2. Abb. 5. Alexan. de Neuo 9. Iaſo *in dict. auth. Sed ſi poſt in fin.* Emmanu. à Coſta *in dict. l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, numero* 177. Iulius Clarus *libro* 3. *recept. ſent. §. Teſtamentum, numero* 41. verſic. *Quid ſi filio*, Syluester *in ſumma* verb. *Hæreditas*, 2. *quæſtion.* 7. Dominic. Soto *in* 4. *diſtinct.* 29. *quæſt.* 1. *artic.* 4. *ad* 4. Ludouic. Molina *de iuſt. & iure tract.* 2. *diſput.* 176. *numero* 13. Ioann. Lup. Bertrand. Tabiena, & alij, quos adducit Thomas Sanchez *dict. lib.* 4. *diſputatione* 24. *numero* 3. latè Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 213. *numero* 31. *& ſeqq. & numero* 45. *& ſeqq.* vbi non ſufficere filiam indigno nubere; ſed vt turpiter, & obſcœnè viuat, requirit eamque veriorem dicit, ex prædictiſque iuribus ea tria requiri, colligit etiam Sanchez *dict. loco num.* 4.

Et in hoc caſu luxurioſè viuere, † turpemvè vitam elegiſſe intelligunt eam, non quæ 5
ſemel, aut bis in corpus ſuum peccauit, ſed quæ ſæpiùs. Vt enim mulier luxurioſà viuere dicatur, meretricem fieri neceſſe eſt, ex ſententia Didac. Couarru. *in cap. Raynuntius in princip. num.* 15. *& ibidem.* Guillielm. Benedict. *verbo Dotem, quam ei dederat, numero* 36. *&* 37. *de teſtament.* & plurium aliorum, quos refert, & ſequitur Stephan. Gratian. *dicto cap.* 204. *numero* 31. *& ſeqq.* & probat in ſpecie relatam aſſertionem *text. in dict. §. Aliud quoque capitulum*, in iam deſcriptis verbis, tenentque Ludouicus Molina *de iuſtitia, & iure* 1. *tomo tractatu* 2. *dicta diſputatione* 176. *numero* 13. Stephan. Gratian. *vbi ſuprà, & numero* 50. *& ſeqq.* Thom. Sanchez *dicta diſputatione* 24. *numero* 6. Quin imò *dicta l.* 5. *titulo* 7. *parte* 6. non ſolùm vt filia meretricetur;
ſed vt in lupanari † publicè ſui corporis quæ- 6
ſtum faciat, vt ob id exhæredari poſſit, requirit, ibi, *E deſpues deſto fizieſſe vida de mala muger en puteria.* Quæ tamen iuxta ſuprà traditam doctrinam, & *text. in dict. §. Aliud quoque capitulum* (ex quo ſumpta eſt) & *dict. l. Si filiam*, 19. *C. de inoffic. teſtam.* (quæ in filia, quæ turpem vitam elegit meretricando, licèt non in lupanari loquuntur) reſtringenda, ac limitanda eſt. Sic eam limitant, & intelligunt Gregor. Lopez ibidem, Molina, & Sanchez dictis locis ſuprà Stephan. Gratian. *dicto cap.* 204. *num.* 41. Quæquè dicatur meretrix (præter iam relatos) videre licet per propè infinitos, quod adducit Petr. Cened. *in collect.* 140. *num* 1. *part.* 2.

Ex quibus deducitur, quod ſi filia ab huiuſmodi crimine abſtineat, pœniteatque, † nec in 7
luxurioſa vita perſeueret, poſt pœnitentiam exhæredari non poterit alimentis, dotevè priuari, eliciturque etiam *ex text. in l. Imperialis*, 23. *C. de nupt. & ex cap. Ferrum*, 50. *diſt.* tenentque *Speculat. in tit. qui filij ſint legitimi num* 16. Alex. *in l.* 1. *num.* 33. *D. ſolut. matrim. & ibi* Ripa *num* 71. Ioann. Bolognet. *num.* 95. Petr. *de Rabena dict. ſingul.* 198. Ioan. Campeg. *de dote, priuileg.* 13. *num.* 3. Riminald. Iuni. *conſil.* 57. *à num.* 30. Aymon. Crauet. *conſil.* 721. *num.* 5. Gaſpar Bacca *de non melior. ratione dot. filiab. cap.* 28. *num.* 11. Gregor. Lopez *in dict. l.* 5. *gloſſa* 7. *verbo Desheredar*, Octauian. Olaſ. *deciſ.* 124. *num.* 14. Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. litt. D. dict. concluſ.* 780. *num.* 157. Francisc. Burſat. *conſilio* 215. *num.* 9. Didac. Segura *in l. Vnum ex familia, §. Sed ſi fundum, num.* 73. *D. de leg.* 3. latè Petr. Surd. *de alimen. d. tit.* 7. *q.* 4. *num.* 24. *& ſeqq.* Marius Giurba *d. cap.* 3. *gloſſa* 3. *num.* 38. communem dicit Cordub. de Lara *in l. Si quis à liberis, §. Idem Iudex, num.* 60. *D. de liber. agnoſc.* Gaſpar Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *dicta quæſt.* 70. *num.* 2. Cardin.

Francisc.Mantic.*de tacit.& ambig. conuent. lib.* 12.*titulo* 16.*num.*13.& 14. Stephan.Gratia. *dict. cap.* 204. *num.* 48. vbi vnum (si verum esset) notabile addit. Quòd si filia minor viginti-quinque annis peccauerit in corpus suum, postmodumque matrimonium etiam cum indigno
8 contrahat, † sibi dos debebitur, quasi matrimonium sequutum retrotrahatur, omnemque maculam abstergat. Cui tamen sententiæ repugnat. *Senatus Pedemontani decisio*, de qua testatur Gaspar Anton.Thesaur. *suprà num.* 13. *& seq.* vbi fuit iudicatum, & concludit, filiam quæ cum amasio ante matrimonium luxuriosè
9 vixerat, persequens posteà matrimonium, † exhæredationis, priuationis dotis, vel alimentorum pœnam non effugere; etiamsi sub spe, & promissione coniugij se carnaliter cognosci permisisset: vt etiam refert Philipp. Pascha. *d.* 2.*part.cap.*5. *num.*43. firmantque statim proximè numeris seqq. adiicienda.

Suprà dicta tamen contradictoribus non carent, tenentes non solùm turpem vitam, luxuriosamque vt filia exhæredari possit, non requiri; sed si indigno nubat sufficere. Quia in iure æquipatantur, *indigno nubere*, & tur-
10 pem vitam ducere, † vt optimè (post Petr. Barbos. ibi relatum) considerat, ponderatque P.Ferdinand.Rebell. *de obligat. iustit.* 2. *parte, lib.*2.*quæst.*14.*sect.*2.*num.*16.*vers. Quòd si obiicias.* Riminal.Iuni.*consilio* 133.*num.*17. Cardin. Tusch. *practic. conclus. littera E. conclus.* 577. *num.*14.

Nec etiam turpem vitam ad exhæredationem (eo modo quo diximus) necessariam esse sed satis fore, si semel aut bis in corpus suum
11 peccauerit, † filia; neque pœnitentia huiusmodi delictum aboleri tenuit Felin. *in cap. Rodulphus, num.*6.*de rescrip.* Fieret enim (secundum eum) illusoria exhæredandi potestas, si tam facili negotio possent liberi exhæredationis pœnam effugere, siue sit in delictis, quorum offensa principaliter, & directè patrem respicit; siue non principaliter, sed per quandam consequentiam, vt cum filia in corpus suum peccat. In vtroque enim casu verius arbitratur, per pœnitentiam, etiamsi semel tantum, aut bis in corpus suum peccauerit delictum non aboleri, cùm semel exhæredandi potestas extiterit. Tenet etiam verioremque reputat sententiam Emmanuël à Costa *in d. l. Gallus*, §.*& quid si tantum, num.*191. *&* 292. quem refert, & sequitur (licèt mendosè *n.*101. eum allegans) Pater Ferdinand. Rebello *vbi suprà, num.* 17. Quamvis enim non ita grauissima patrem afficiat iniuria filia, quæ semel, aut bis in corpus suum peccauit, sicut quæ turpem sæpesæpius sui copiam faciendo vitam elegit; vnicus tamen coitus grauiter patrem offendit. Ita etiam Corduba de Lara, *d.loco* (contra eandem, quam dixerat communem) verioremque affirmat Petr. Surd. *d. tit.* 7.*quæst.*4.*num.*34. *versic. Hæc opinio*, Philipp. Paschal.*d.cap.*5. *n.*43.

12 Dicta autem in filiabus, & in filiis, † quoque indignam, ignominiosamque ducentibus vxorem parentibus inuitis, intelligenda sunt, vt (*ex d.* §. *Si emancipatus* de filio nominatim loquente) tenent Curtius Iunior *in authen. Non licèt, num.*27. *& seqq. C. de liber. præter.* Ioan.Lup.*in d.cap.per vestras*, §.7.*num.*2. Petr. Surd.*de aliment.d.tit.*1. *quæst.*6. *num.* 5. *&* 17. *versic. Sed si verum dicere fas est*, magis communem hanc dicens (tam in filia, quàm in filio nominatim loquendo) sequitur Philipp. Pascha. *d. cap.*5. *num.* 15. Verumque de iure communi asserens Didac.Perez *in d. l.*1. *tit.* 1. *l.b.*5. *Ordinament.super verbo En cubiertamente, versic. Et sic legem Tauri limitabis, folio mihi* 36. Quam etiam sententiam videtur approbare *text. in l* 11.*tit.*1. *part.*4. vbi notat expresè Greg.Lopez *glossa fin.*

Quinimò, & si cum digna, † matrimo- 13
nium filius inuitis parentibus contrahat, posse exhæredari, tenuit Ferdin. Vasquez Menchac. *de success.creat.d.lib.*1.§.10. *n.*634. Cui tamen non assentio.

Suprà dicta de Iure Ciuili, vel etiam Regio procedunt; de iure verò *Canonico* (de quo etiam aliqui ex iam relatis loquuntur) non posse patrem filiam, sine eius consensu nubentem, dote, vel hæreditate priuare, † ma- 14
gis communis opinio est, correctasque esse iuris Ciuilis leges, nec vim habere, eò quia matrimonij libertas neque directè neque indirectè impediri potest, *text. in c.cum locum* 14.*cap.requisiuit* 17.*de sponsalib.c.*1.*desponsimpuber.cap.cum causa* 6.*de raptor.cap.sufficiat*, 27. *quæst.*2. *cap. fin.*32.*quæst.*2. *Concil. Tridentin. sess.* 24. *cap.*1. *de reformat.matrimon.* tenet *glossa fin. in d. cap. fin.* 32. *quæst.* 2. *& in cap. de raptoribus*, 36. *quæst.*1. Panormitan.*consil.*12.*à num.*1. *lib.*1. vbi latè, & *consil.*65.*lib.*2.*in princip. vers. Ad primum redeundo, & in d. cap. Cum causa, num.* 5. *de raptor. & in cap.*1. *num.*8. *de sponsalib. & in cap.Ecclesia, num.*15.*de constitut.* vbi Felin. dicit communem, *num.*59. Decius *num.* 36. *& in l. Nuptias* 30. *à num.* 8. *vsque ad fin. D. de regul. iur. vbi eius Additi*, magis communem dicit, *num.* 7. *littera A.* Alexand de Neuo *in d. cap.*1. *num.* 23. *&* 24. *in capit. Gemma, numer.* 11. *de sponsalib. & in cap.*1. *num.* 10. *de desponsimpub.* Iaso *in d.auth.Sed si post*, *n.*6.*&* 7. Paul. Parisi. *consil.* 29. *num.*62. *lib.* 3. Ioan. Campeg. *de dote*, 1. *part. quæst.* 13. Guillelm. Benedict. *in d. cap. Raynuntius, verbo dotem, num.* 42. Ioan. Lup. *in d. cap. Per vestras, notab.* 3. §. 9. *& aliis seqq. &* §. 31. *num.* 1. Roderic. Xuar. *in d. l.* 2. *tit.* 1. *libro* 3. *Fori, num.* 20. Gregor. Lopez *in d. l.* 10. *titulo* 1. *part.* 4. *gloss. verbo Pueda.* Didac. Couarr. *super* 4. *Decret.* 2. *part. capite* 3. §. 8. *numero* 5. *&* 6. Ludouic. Molin. *de Hispano. primogen. dicto libro* 2. *cap.*16. *num.* 6. Ildephons. Azeued. *in l.*2. *tit.*1. *libro* 5. *noua Reg. Collect. num.* 5. *& ibid.* Ioann. Matienso *glossa* 4. *num.* 2. Fuluius Pacia. *de probat. lib.*2.*cap.* 3. *num.* 108. *& seqq.* Ioan. Gratian. *reg.* 83. *num.* 11. Olan. *in concord. iuris*, vbi de correctione legum Partitar. *num.* 71. Angel. Syluest. Nauar. Victoria, Veracruz, Corduba, Henriquez, Emman. Rodrig. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. *de matrim. d.lib.* 4. *disput.* 25. *num.* 2. Ludouic. Molina *dict.* 1. *tom. tract.* 2. *disp.* 176. *num.* 22. *vsque ad num.* 26. Ioannes Gutierr. *practic. quæst. lib.* 2. *quæst.* 5. *per totam, & quæst.* 1. *à num.* 2. *& num.* 28. Emmanuel à Costa *in l.Cum tale.* §. *Si arbitratu, num.*4. *versic. His etiam consequens est, & num.* 5. *D. de condit. & demonst.* Michaël Crass. *inter commun. opiniones, verbo Dos, & in* §. *Testamentum*,

tum, quæst.42. num. 5. & seq. Iacob. Menoch. *de præsump. lib.4. præsumpt.* 189. *num.* 60. *& seqq. & de arbitrariis, lib.* 2. *casu* 453. *num.* 8. Petrus Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 6. *& seq.* Gaspar. Anton. Thesaur. *d.quæst.* 70. *num.* 5. vbi de communi, & quod durum esset in praxi ab ista sententia recedere. Philipp.Pascha. *de virib. patr, potest. dicta* 2. *parte. cap.* 5. *num.* 16. Petr. Barbos. *in d.l.* 1. 4. *parte, num.* 36. *in princip. & num.* 39. *versiculo Contrarium nihilominus, D. solut. matrim.* Didacus Perez *in d. l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. in verbo Encubiertamente, versic. Et sic legem Tauri limitabis,* ibi. *Tum quia actus est approbatus, folio mihi* 36. Hieronym. Ceuall. *commun. contr. commun. quæst.* 5. *num.*2. *&* 3. Anchartan. Regiens. *q. familia lib.* 2. *quæst.* 46. *num.* 7. Andr. Fachin. *controuers. dict. lib.*3. *cap.*44. *versic. Tertia est sententia,* quam communem dicit; & defendit vsque ad finem, *Cæsar Barz. decis.* 29. *num.* 6. *& seqq. num.* 34.

Quæ sententia, etiamsi filia sine patris con-
15 sensu nubens, dotem non promittat, † procedit. Adhuc enim eam tenetur dotare pater, secundum Paul. Castr. *in auth. Res quæ num.* 7. Iason. *num.*15. Curt. Iunio. *num.* 25. *C. commun. de leg.* communem profitetur Ripa *in d. l.* 1. *num.*57. *D. solut. matrim.* Decius *in d. reg. Nuptias, num.* 11. Socin. *cons.* 57. *num.* 2. *lib.* 4. Didac. Couarr. *d. cap.* 3. §. 8. *num.* 7. refert, & sequitur Ludouic. Molina. *d. cap.*16. *num.* 7. Thom. Sanchez. *d. lib.* 4. *disp.* 26. *num.* 11. *&* 12. apud quem latè hac de re *num. seqq.* tenet etiam Andr. Fachin. *controuers. d. lib.* 3. *cap.* 45. *versic. Contrariam sententiam habuerunt,* Gaspar. Baëça *de non melior. rat. dot. filiab. capite* 18. *per totum,* Hieronym. Ceuallos *dict. quæst.*5. *num.* 4. Ioan. Gutier. *dicta quæst.* 1. *num.* 4. Paz *in praxi,* 5. *tom. cap.* 6. §. 12. *num.* 12. Gar. Mastrill. *d. decis.* 63. *num.* 10. *& seqq.*

16 Etiamque si indigno † nupserit filia, & absque dotis etiam promissione, quia adhuc dotem ei præstare tenetur pater, vt (*ex Immol. Alex. Iaso. Decio,* & aliis) tradit Ludouic. Molin. *suprà num.*8. vbi hanc opinionem (considerato iuris rigore) veram dicit. Ioan. Lup. *in d. notab.* 3. §. 10. *in princip. &* §. 13. *num.* 1. *&* §. 15. *num.* 1. *&* §. 16. *per tot.* latè Thom. Sanch. *d. disputat.*26. *num.* 14. *& seq.* Fachin. *d. cap.* 45. *versic. Et ego in eam sententiam sum proclinior,* Mastrill. *supra numero* 13. Michaël Crass. *in* §. *Testamentum, quæstione*
17 42. *num.* 6. vbi communem dicit.

Minuendam tamen in hoc casu dotem attenta viri minori dignitate, † vel indignitate; docent Molina *vbi suprà* Gaspar. Anton. Thesaur. *d. quæst.* 70. *num.* 10. *in fine.* Mastrill. *d. loco num.* 21. alios referens (qui tamen id in specie non dicunt) Philipp. Paschal. *d. cap.* 5. *num.* 39. Cardinal. Tusch. *dict. litera E. conclusione* 577. *num.* 14. Laurent Syluan. *consilio*
18 2. *num.* 41.

Contrariam tamen sententiam (posse scilicet etiam de iure Canonico patrem filiam absque eius consensu nubentem exhæredare, † doteue priuare) non paruæ sustinent authoritatis Doctores, in qua fuerunt *glossa in cap. De raptoribus, verbo Excusata,* 36. *quæst.* 1. Felin. *in dict. cap. Ecclesia, num.* 59. *de constit.* Ioan. Lupus *in d. cap. Per vestras, notab.* 3. §. 3. *num.* 9. *&* §. 8. *per tot.* Bald. Nouell. *de dote,* 6. *part. priuileg.* 16. *numero* 6. Ferdinand. Vasquez Menchac. *de success. creat. lib.* 1. §. 10. *num.*618. *& seqq.* Didac. Perez *in dicta l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 8. *Ordinam. versic. E si qualquiera, folio mihi* 284. Montal. *in d. l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *Fori leg. P.* Ludouic. Molin. *dict. disp.* 176. *num.* 26. *& seqq.* Soto, Viguer, Vega Salon, Ledesma, & alij, tam Iuristæ, quàm Theologi, quos adducit. *P.* Thom. Sanch. *dicta disp.* 25. *num.* 1. *propè fin.* vbi hanc probabilissimam sententiam dicit, reprobans *Veracruz* ibi relatum, non esse absoluendos parentes, qui in hoc casu filias exhæredant, dicentem. Tenent quoque dictam suprà sententiam. Paul. Paris. *consil.* 29. *num.*35. *lib.*3. Laurent. Syluan. *d. cons.*2. *num.* 43. *&* 44. vbi hanc magis communem dicit; Petr. Barbos. *in d. leg.* 1. 4 *part. num.* 36. *versic. Sed his non obstantibus, & numer. seqq.* quam defendit, contrariis respondens: sequitur etiam *P.* Ferdinan. Rebello *de obligat. instit.* 2. *part. lib.*2. *quæst.* 14. *sect.* 2. *num.* 16. eandem amplectitur, sibiquè veriorem videri asserit, magisque communem Philipp. Paschal. *dict.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 17. *& seqq.* vbi eam latè comprobat, multisque firmat argumentis; plenè etiam Gaspar. Anton. Thesaur. *d. quæst* 70. *num.* 7. *& seqq.* Quam opinionem à benè instituta Republica minimè relegandam esse, asseuerat, in eamquè rem sanctos Patres in Oecumenicis Concilijs (de quibus ibi, num. 8. mentionem facit) respexisse, sibi videri dicit; firmiusque hanc probat sententiam, si filia indigno nubat, *num.* 10. In quo etiam casu loquitur *gloss. in dict. cap. De raptoribus,* Montal. *in d. l.* 2. *& ibidem Roderic. Xuar. num.*28. & alij relati à Sanchez *d. disp.* 25. *num.* 3. Laurent. etiam Syluan. *d. cons.*2. *num.* 43. *&* 44. Philipp. Paschal. *d. loco;* & hanc eandem (sibi contrarium) tenere Couarr. *de sponsal. d. par.* 2. *cap.* 3. §. 8. *num.* 7. *versic. Hæc verò omnia,* aliis etiam adductis testatur Thesaur. *dict. num.* 10. Octauian. Osasc. *decis. Pedemont.* 153. *n.*3. Gaspar. Baëça *de non melior. rat. dot. filiab. dict. cap.*18. *num.*2. *ad fin.* Capell. Tholoss. *quæst.*289. *& ibi eius Addit.* Petr. Paul. Paris. *dict. cons.* 29. *à num.*28. *libro* 3. Hieronym. Gabr. *cons.* 153. *num.*2. Petr. Barbos. *dict.*4. *part. num.*38. *in princ. & num.* 39. *propè med. versic. Et hæc de primo casu, & num.* 40. *versic. Sed his non obstantibus.* Pat. Ferdinand. Rebello *dict. quæst.* 14. *num.*16.

Quis autem in hac materia *indignus* dicatur, 19
† videre est apud *Thomam Sanchez,* & plurimos ab eo relatos suprà *disput.* 27. *num.*22. *& seqq.* vbi quòd vel dicitur indignus coniux, cui alter matrimonio copulari absque dedecore iuxta ciuitatis mores nequit, ex *dict. l.* 2. *tit.* 1. *lib.*3. *Fori leg.* ibi: *Y si ella casare con alguno que no sea conuenible para ella, y para su linage,* & ex text. *in l. Si adulterium cum incestu,* §. *Stuprum* (ibi: *Contumacia iuris, & sanguinis contumelia*) *D. ad leg. Iul. de adult.* in idque plurimos congerit, *num.* 23. Quibus etiam addendus Petr. Surd. *de aliment. tit.*1. *dict. quæst.*6. *num.*21. *& seq.* plures etiam referens Philipp. Paschal. *dict. cap.* 5. *numero* 67. Andr. Gail. *practic. obseruat. lib.*1. *obseruat.* 95. *numero* 18. *& seqq.* Garsia Mastrill. *dict. decisione*

cisione 63. *num.* 24. latissimè Giurba *in consuetud. Senat. Messan. cap.* 3. *gloss.* 4. *num.* 10. *part.* 1.

20 Vel etiam *indignus* dicitur; cum quo † matrimonium ob aliquod impedimentum, nisi in eo sit dispensatum, consistere non potest; pluribus adductis firmant Sanchez *suprà, numero* 26. & Giurb. *dict. n.* 10. *vers. Indignus etiam is est.*

21 Dicitur etiam indignus ex bonis animi, † vt si coniux malis moribus imbutus sit, ex *l. Sed ea*, 12. D. *de sponsal.* ibi: *Indignum moribus, & turpem sponsum*: tradunt similiter ex pluribus Sanchez *num.* 24. & Giurb. *dict. num.* 10. *vers. Indignus etiam iudicatur*, Ex bonis
22 etiam fortunæ † indignum dicente, vt si pauperior notabiliter sit, Sanchez *num.* 25. Giurb. *dict. num.* 10. *versic. Indignus demque*, & aliis relatis Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *num.* 85. Nisi aliunde excessus hic compensetur, vt si pauperior nobilior sit.

Aqua tamen indignitatis causa dissentiunt multi, qui affirmant, indignum dici, qui in-
23 dignitate turpi affectus est, † vt si sit infamis, non si imparis sit conditionis. Ita tenent Angel. *in summa, verbo Dos, num.* 4. *& ibidem* Syluester *quæst.* 4. Tabiena *quæst.* 3. *num.* 4. Armilla *num.* 6. Specul. *conscientiæ tract.* 2. *cap.* 53. relati à Thom. Sanch. *supra num.* 22. tenet etiam Mastrill. *dicto num.* 42. & firmat Andreas Gail. *dicto num.* 18. *& sequentib.* Indignum dicens malis moribus imbutum, & qui turpitudine, vel infamia laborat, non qui inferioris sit conditionis. Ideoquè nec paupertatem, imò nec ignobilitatem, quæ culpa contrahentis non prouenit, indignitatem inducere, ex eo, quia paupertatem, & ignobilitatem nemo sapiens maledixerit, vt inquit *text.* (quem notabilem dicit) in *cap. Illa cauenda*, 15. *quæst.* 1. *& text. in l. Humilem*, 7. *C. de incest. nupt.* Et faciunt, quæ à Nobis notata sunt *quæst.* 4. *num.* 34. *& quæst.* 7. *num.* 43.

Altercationes, & dubia hæc, vbi palam, & in Ecclesiæ facie, licèt contra patris consensum filij contrahunt, locum habent: si verò insciis parentibus, siue cum digno, siue cum indigno
24 clandestinas contraxerint nuptias, † exhæredationis patiuntur pœnam per constitutionem *text. in leg.* 49. *Tauri*, quæ est *lex.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *nouæ Regiæ Collection.* Quæ cum ius Canonicum clandestina matrimonia prohibens, coadiuuent, absque dubio procedunt, earumque pœnæ, *glossa in clemen. Romani, verbo Tolli, de election.* & in terminis docent Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. Ordina. *verbo Consejeramente, y no á furto*, Anton. Gomez. *in dict. leg.* 49. Taur. *num.* 2. Azeued. *in dict. leg.* 1. *num.* 42. *& ibid.* Ioann. Matienço *glossa* 7. *num.* 4. Gregor. Lopez, (ita iudicatum asserens) *in dict. leg.* 10. *tit.* 1. *par. tit.* 4. *verbo Puede ad fin.* Didac. Couarru. *de sponsal.* 2. *part. cap.* 16. *à num.* 6. Ludouic. Molina *de Hispano. primogen. dict. lib.* 2. *cap.* 16. *à num.* 6. Petr. Barbos. *in l.* 1. 4. *part. num.* 35. *&* 38. *D. solut. matrim.* Pat. Ferdinand. Rebello *de oblig. iustit. dict. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 14. *sect.* 2. *num.* 20. Petr. Cened. *in Collect. iuris Canonic. p.* 2. *collectan.* 58. *num.* 5. Didac. Spino *de testam. glossa* 15. *num.* 74. Hieronym Ceuall. *commun. contr. commun. q.* 5. *num.* 7. *& seq. & quæst.* 104. *num.* 38. latè de hac materia Pat. Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 47. præcipuè *num.* 4. vbi quòd siue filia digno, vel indigno nubat, prædictarum legum dispositio locum habebit, ex Acosta, Henriquez, & aliis: dictarumque legum validitatem *num.* 12. *& seq.* defendit, Gaspar. Anton. Thesaur. *dict. quæst.* 70. *num.* 11. *&* 12. valdè Molinam extollens loco suprà relato, Iacob. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 11. *de sponsalib. num.* 9. versic. *Contrarium consului.* plenè etiam in terminis *dict. leg. Tauri* Philip. Pascha. *de virib. patr. potestat. dicto cap.* 5. *ex num.* 57. *cum seqq.* Francisc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 2. *different.* 7. *num.* 63. plenissimè ex professo *d. legis* 49. *Tauri* materiam prosequens de eius robore, & valore agens Ioannes Gutierrez *practicar. quæst. lib.* 2. *quæst.* 1. *per tot.* præcipuè *à num.* 13. *cum seqq.* P. Vasil. Ponti. Legionens. *de matrim. lib.* 5. *cap.* 37. *de pœnis matrim. clandestini, num.* 14. Steph. Grat. *discep. forens. cap.* 213. *à num.* 8. *cum seqq.* ostendens (post *Gregor. Lopez, Ludouic. Molin. iustriam. Hieron. Ceual. Veracruz. Gutierrez*, & alios) earum legum pœnas etiam post *Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.* locum habere. Per quod cum clandestina matrimonia non valere, nullaque esse disponatur: ex actu nullo infligendam pœnam non esse, dicendum videbatur: cuius contrarium constanter idem ipse defendit, traduntque suprà relati, & latè *Sanchez d. lib.* 3. *disput.* 2. *per totam.*

Adhuc tamen suprà dicta omnia in filia minore vigintiquinque annis, absque patris consensu nubente, vel in corpus suum peccante procedunt: secùs si filia maior vigintiquinque annis † sit, quæ licèt post prædictam ætatem 25
in corpus suum peccauerit, vel absque patris nupserit consensu, siue digno, siue indigno, siue cum dotis promissione, siue sine illa, nequaquam eam dote, vel hæreditate pater priuare potest: vt expressè iura omnia in principio relata, tam iuris communis, quàm Regij determinant. & ibid. notant Scribentes, Francisc. Ripa *in l.* 1. *num.* 57. D. *solut. matrim.* Philipp. Franc. *in cap. vnic.* §. *Porrò, num.* 1. *&* 2. *de desponsi. impub. lib.* 6. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 189. *num.* 58. Gaspar Baëça *de non melior. rat. dot. filiab. cap.* 18. *num.* 2. multò veriorem hanc sententiam dicens Thom. Sanchez *dict. lib.* 4. *disput.* 26. *num.* 11. Cardin. Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentio. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 17. Marius Giurba *in consuet. Senat. Messanens. d. cap.* 3. *gloss.* 3. *num.* 39. Ascan. Clem. *de patria potestat. cap.* 6. *effect.* 11. *num.* 36. Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 2. *different.* 7. *num.* 58. quadrupliciter *numeris seqq.* hanc declarans sententiam, Carp. *ad statut. Mediolan. statut.* 278. *num.* 163. *part.* 1. Francis. Bursat. *consil.* 215. *num.* 10. Martin. Coller. *de aliment. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 37. Petr. Surd. *eod. tract. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 24. *& tit.* 7. *quæst.* 4. *n.* 37. Petr. Cened. *in pract. Canon. quæst.* 13. *n.* 16. Ludou. Mexia *ad leg. Toleti*, 1. *part. fundamen.* 2. *num.* 34. Hieronym. Ceuall. *commun. contra comm. q.* 5. Didac. Spino *de testam. dict. gloss.* 20. *num.* 67. Philipp. Paschal. *de virib. patriæ potestat. dict.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 63. Cæsar. Barzi. *decis.* 29. *n.* 3. Pater. Ferdinand. Rebello *de obligat. iustit. dict.* 2. *part. lib.* 2. *quæstione* 14. *sectione à numero* 14.

Quod

Quod & in prædictæ ætatis filia publicè
26 etiam meretricante † procedere, (quàm nec exhæredare, nec dote priuare ob eam rationem patrem posse) docet *gloss. in dicto cap. Quintavallis de iureiurand. verb. Exhæredaret. post med.* Symon de Prætis *de interpretat. vltim. volunt. lib. 1. solut. 4. num. 24.* plurimos referens Didacus Spino *dicta glossa 20. num. 67.* Pater Ferdinand. Rebello *suprà num. 15.* Marius Giurba *dicto num. 39.* Philipp. Paschal. *loco iam relato, num. 64.* Addens, de iure
27 consuetudinario ciuitatis Neapolis † sufficere si mulier decimumsextum excedat annum: & Cæsar Barzi *dicta decision. 29. num. 5.* quod de consuetudine, quæ duo de viginti annorum ætatem habet, satis longè nubiles annos excessisse dicitur. Lex verò *6. titul. 1. de los casamientos dict. lib. 3. Fori leg.* triginta requirit annos, intra quos matrimonio collocare filiam pater possit; quo tempore durante, si ipsa turpem vitam elegerit, pœnam poterit exhæredationis pati. Cuius tamen non adest vsus; ideòque ad iuris communis legumque partitarum dispositionem recurrendum erit, eique standum. Licèt per *dict. l. Fori* iuris communis & Partitarum in præsenti placitum in filiabus maioribus 25. annis loquens, limitet Didacus Perez *in dict. l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordinam. super verb. Encubiertamente, vers. Clandestinum, colum. 2.* ad trigesimumque velit extendi.

Quodque maius notabiliusque est, prædictam conclusionem, procedere, etiamsi filia
28 maior vigintiquinque annis clandestinè † matrimonium absque parentum consensu contrahat. Adhuc enim hodiè Regiarum Legum, (quarum suprà mentionem fecimus) dispositione stante, dote, hæreditatevè per patrem priuari filiam non posse (re meliùs considerata, sententiam mutans) docet Pater Thom. Sanchez *de matrimonio, tom. 1. lib. 3. disput. 47. num. 5.* pro qua etiam adducit Veracruz *in 3. part. Spec. art. 20. conclus. 2.* & Henric. *lib. 11. de matrimonio cap 6. num. 3.* præcipuè non extante (vt non extat) Caroli V. pragmatica, quam aliqui factam fuisse dicunt exhæredationis pœnam etiam ad filiam maiorem vigintiquinque annis extendentem.

His sic præhabitis, dubium succedit nostrum, An filia maior 25. annis, quæ in corpus suum peccauit, vel matrimonium absque patris consensu contraxit, dote, vel hæreditate priuari, paternæ paupertatis prætextu possit; quia eam pater decenter dotare; matrimonioque locare non valuit? In qua exhæredationi, dotisvè priuationi post prædictam ætatem locum
29 non fore, † suadet generalitas *textus in dicta leg. Filiam, & in dict. authen. Sed si post*, cum aliis in principio adductis. Quæ solùm ad illam respexerunt iura ætatem, postquam, liberam filiabus insciis, vel inuitis parentibus contrahendi matrimonium facultatem dedere; nec animaduersione, aut exhæredationis pœna dignam putarunt filiam, quæ post eam ætatem in corpus suum peccauit, aut turpem vitam elegit; sed earum fragilitati parcendum, nubendique desiderio. Cum in eâ ætate vix fœminæ continere valeant, secundùm Marium Giurbam *in consuet. Senat. Messan. dicto cap. 3. glossa 3. num. 39. in fin.* minùs rectè Petrum Cenedum allegantem. Quod & agnouit Iustinian. *in authen. de non elig. secund. nubent. §. Sin autem* (cuius non meminit Giurb.) eiusque sunt verba. *Sin autem non valuerit (cum forsitan, & iuuenis hoc non patiatur, nec possit contra furorem naturæ resistere) coll. 1.*

Ideòque cum lege permittente sine parentum consensu post prædictam ætatem contrahant, vel etiam (quoad exhæredationis pœnam vitandam) in corpus suum peccent: eam incurrere non debent, ex vulgari regula *text. in l. Grachus 4. C. ad leg. Iul. de adulter. in l. Sancimus 22. C. de pœnis, & cap. Qui peccat, 24. quæst. 4.* Nec alia (cum nec lex distinguat) facienda distinctio erit, ex iurib. vulg. Satisque cohibetur, ac punitur filiarum audacia, constitutarum pœnarum metu, si intra prædictum vigintiquinque annorum spatium in corpus suum peccent, sine parentumvè licentiâ nubant absque eo quòd etiam post illam ætatem aliquam ob id pati debeant pœnam. *Cum mulieres ad hoc natura progenuerit, vt partus ederent & maxima eis cupiditas in hoc constituta sit.* vt Imperator Iustinianus, inquit, *in l. 2. C. de indict. vid. it. tollend. & in authentic. de restitut. & ea quæ parit. in 11. mens. Collat. 5. §. Vnum,* ibi, *Porrò partum hunc esse opus naturalis concupiscentiæ*, cui consonat Vlpian. *in l. Quæritur 14. §. 1. D. de ædilit. edict.* ibi: *Maximum enim ac præcipuum munus fœminarum est concipere.* Vnde Aristot. Physicor. *lib. 1.* materiam appetere formam, sicut fœminam marem asseruit. Hacque ratione meritò dixit *glossa in l. Non exigimus 2. §. Si non propter, verb. Grauida, D. si quis cautionibus*, naturali mulierum vitio (in hisce terminis loquens) parcendum.

Ad quæ prædicta iura pœnam filiabus post illam ætatem, sine parentum consensu nubentibus, vel in corpus suum peccantibus remittentia, respexisse videntur. Ac ideò interesse, an pater diues sit, vel pauper, sed quo quomodo filiam excusandam, patremque eam exhæredare dotevè priuare non posse; videbatur dicendum.

Contrarium nihilominus si pater pauper sit,
† qui decenter pro conditione sua filiam intra 30
dictam ætatem maritare non valuit asserendum est: posseque tunc patrem filiam vigintiquinque annis maiorem exhæredare, dotevè priuare nec ad dotis teneri constitutionem, licèt post illud delictum, vel peccatum à filia perpetratum dotare eam congruenter posset. Intelligendo tamen in casu quo minorem vigintiquinque annorum filiam dote, vel hæreditate (iuxta à Nobis latè suprà tradita) priuare pater posset.

Suprà dictaque sententia firmatur. Primò, quia iam relata iura parentibus filias post vigesimumquintum ætatis annum, absque eorum consensu nubentes, vel in corpus suum peccantes exhæredandi facultatem denegantia, non tam filiarum fauorem, quàm (ob tantam in maritandis filiabus desidiam, ac negligentiam) parentum odium respiciunt, vt tenent omnes hac de re agentes, suprà que relati, *num. 25.* & manifestè eadem ipsa iura demonstrant, *in d. auth. vt cum de appellat. cognosc. in §. Aliud quoque*, ibi: *Si verò vsque ad vigintiquinque annorum ætatem peruenerit filia, & paren-*

tes distulerint eam marito copulare : & *in dicta
auth. Sed si post* , ibi : *Sed si post* 25. *annum
te differente* , *&c.* Ergo à contrario ſenſu , ſi
pater non differat , quia non poteſt , pauper-
que eſt ; poteſtas ſibi erit in prædicto caſu fi-
liam maiorem vigintiquinque annis non aliter,
quam minorem exhæredandi. Verbum enim
31 Differre † in dictis iuribus adiectum liberam
ſupponit voluntatem , & potentiam , ac ne-
gligentiam pariter in eo qui aliàs facere poſſet
ex text. in authentic. Dos data , *C. de donat.
ante nupt. in l. Creditor oblatam* , 102. *iuncta
glossa fin. ibid. in l. Si soluturus* 39. *in l. Qui
decem* 72. D. *de solutionibus in l. Ab hostibus*
15. §. *fin. iuncta l. sequenti* , *D. ex quibus cau-
sis maior. in cap.* 2. §. *Si autem Episcopus* , *ex-
tra de concess. prebend.* notant Paul. Caſt. &
alij *in dicta lege. Filiam* , *C. de inoffic. testa-
ment.*

52 Ideòque *differre* non dicitur , † vel *neglige-
re* , qui non poteſt facere , *l.* 1. *in fin. C. de an-
nal. except.* Salycet. *in l. Quod te mihi* , *nu-
mer.* 24. *versic. Secundo quia* , *D. si cert. petat.*
Nec *Differre* , qui non negligit facere , nec
negligere , qui non poteſt , *text. in l. Tnais* , §.
1. *D. de fideicommiss. libert.* Salyc. *in dicta l.
Quod te mihi* , *num.* 26. Ac per conſequens,
qui negligens non eſt , negligentiæ pœnam
33 pati † non debet , *l.* 3. *D. de separat. l. Ab
hostibus* 15. §. *fin. & l. sequenti* D. *ex quibus
causis maiores* , *l. vltim. in fin. C. de Posthum.
hered. institut.* tradit in ſimili P. Leonard. Le-
ſius *de iustit. & iure lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 19. *n.* 100.
vers. Secundo.

Pater autem , qui filiam congruè dotare non
valet , negligens dici nequit , nec appellandus
34 eſt , † qui faciendi facultate caret , iuxta ſuprà
dicta , & probat etiam *text. in l. Pupillus* 24. *in
fin.* D. *quæ in fraud. credit. & cap. Nunciatum*,
74. *dist.*

Differreque ille dicitur , qui poteſt non *dif-
35 ferre* ; † text. *in l. Eius est nolle* , 3. D. *de regul.
iur. in l. Pater Seuerinam* 100. D. *de condit. &
demonstrat.* vbi nolle nubere, non dicitur, quæ
viri potens non eſt , ex quo matrimonium con-
trahere non poteſt , *text. in l. Quis sit fugitiuus*
17. §. *Idem ait si seruus* D. *de ædilit. edict. &
in l. Nolle adire* 4. D. *de acquir. heredit.* Et
per *dict. legem. Eius est nolle* , dixit Abb. *con-
silio* 22. *lib.* 2. (*incipit Quidam Ioannes*) *num.* 3.
36 Illum propriè dici *silere* , † qui poteſt loqui. Et
facit *text. in l. Ab administratione* , 8. *C. de le-
gat.* per quem Bald. ibi (poſt Iacob. Butr.) ad
ſtatutum imponens pœnam declinanti iuriſdi-
ctionem Poteſtatis , vt non habeat locum in
37 Eccleſiaſtico , † qui etiam ſi velit , non poteſt
coram ſeculari litigare , infert ex vulgari regula
text. in cap. Si diligenti , *de foro comp.* plura ſi-
milia adducens Decius *in dicta leg. Eius est
nolle.*

38 *Differre* denique non dicitur impeditus , †
*glossa in cap. Quam sit.*6. *de elect. in* 6. *in* §.
Electus verò , *verb. Distulerit* , *text. in cap.* 2.
iuncto cap. Quia diuersitatem , 5. *de concess. præ-
bend.* notat Abb. *in cap. Cum esses* , *num.* 34.
propè fin. de testam.

Validiſſimum autem (in hoc præcipuè caſu)
præſtat impedimentum paupertas. Quæ & re-
39 gulariter moram committi † impedit , ab ea-
que excuſat , vt ſuo diximus loco , probatque
text. in dicta l. Quod te mihi , 5. D. *de rebus
credit. glossa in l. Vinum* 22. *verb. Cùm petitum
circa princip.* D. *eod. tit. & in cap. Mora sua, ex-
tra de regul. iur. in* 6. Cacialup. *in l. Omnes po-
puli* , *num.* 105. D. *de iust. & iur.* Ripa *in dicta l.
Quod te mihi* , *num.* 40. Paul. Caſtrenſ. *in l. Si
reus* , *num.* 9. D. *de procur.* Marc. Mantu. *singul.*
198. *num.* 1. *& sequentibus.* Matthæ. de Afflict.
decis. 377. *num.* 1. Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1.
quæst. 48. *num.* 37. Sforc. Oddus *in tract. de restit.
in integr.* 1. *part. quæst.* 11. *art.* 9. *num.* 49. Sebaſt. de
Medic. *de casibus fortuit.* 2. *part. quæstione* 4.
num. 32.

Pro hac etiam ſententia vulgare facit axio-
ma , de quo in *l. Iure succursum* , 7. D. *de iure
dot. in l. Diuus* 14. *de offic. præsid. in cap. Ex par-
te* 5. *de cleric. ægrot.* cum ſimilibus. Afflicto † 40
ſcilicèt non eſſe afflictionem dandam , vt &
ait Apoſtol. ad Phippenſ. *cap.* 2. *Ne tristitiam
super tristitiam haberem.* Potiúſque miſeris
miſerandum , vt inquit *text. in dict. cap. Ex par-
te* : optimus etiam ad propoſitum *in l. Ex con-
ducto* 15. §. *Si vis* , D. *locat.* ibi : *Ne suprà dam-
num seminis amißi* , *mercedes agri præstare co-
gatur.* Quare ſufficiet miſero patri egeſtas ſua,
quin ſcelus illud , iniuriamque à filia in corpus
ſuum peccante , abſque eiuſvè conſenſu (indi-
gno ſaltem) etiam poſt ætatis 25. annum nu-
bente , ſibi illatam , exhæredationis pœna vin-
dicare prohibeatur , cum per patrem , quo mi-
nus filiam nuptui traderet non ſteterit , nec eius
nuptias diſtulerit paupertate impeditus. Quo
quidem caſu , eadem pœna , quæ minoribus
vigintiquinque annis filiabus ſic contrahentibus
vel in corpus ſuum peccantibus imponitur ; lo-
cum etiam in maioribus habebit. Deficiente
enim ratione legis , vel cauſa (patris ſcilicèt
negligentia) effectus quoque (pœnæ nempè
remiſſio) deficiet , ex iuribus vulgatis , plenè-
que à *Nobis* congeſtis in *axiomat. & locis com-
mun. iuris lit. L. num.* 22.

Suprà dictam deniquè ſententiam expreſsè
firmant Ludouic. Morot. *consil.* 99. *num.* 59. *&
sequenti* , & Philipp. Paſchal. (eum referendo)
de virib. patr. potest. part. 2. *dict. cap.* 5. *num.* 66.
vbi quòd ſi pater in maritando condigno viro
filiam negligens non fuit , † quodque potuit 41
fecit , nec tamen valuit ; facultas illi erit filiam
exhæredandi , priuandivè dote , ſi poſt dictam
vigintiquinque annorum ętatem in corpus ſuum
peccauit , vel abſque patris conſenſu indigno
nupſit , aſſeueranter proferunt.

Ex quibus indubitata remanet hæc opinio,
contrariorumque patet reſponſio. Non itaque
obſtat , *Naturali vitio mulierum forè parcen-
dum* , vt protulit *gloss. verb. Quia naturale in l.
Fluminum* 24. §. *Vitium* , *per text. ibi* , D. *de
damno infect.* & *glossa* 1. *in l.* 2. §. *Si non propter*
D. *si quis caut.* Cui irridet Bald. dicitque illam
truffam *ibid. in* §. *Si quis in iudicio* , *num.* 4.
Præſtaretur enim aliàs eis peccandi anſa , quod
nullo modo dicendum , aut ferendum eſt.
Nec naturali vitio parcendum , vbi caſus pro-
uideri , vitarique (ratione duce) potuit ; do-
cet Vlpian. *in l. Si seruus* 27. §. *Si fornicarius
ad fin.* D. *ad legem Aquil.* & decernit in termi-
nis Iuſtinian. Imper. *in dicta auth. de restit. &
ea , quæ parit in vndeci. mense* , *dict.* §. *Vnum.*

Qui

Qui in *dict.* §. *Sin. autem*, *dict. auth.de non elig. ſecundo nuben.* Naturalis vitij ratione non illicitum excuſat, licèt honeſtati aliquantulum luxet habenas.

Dubium autem verſatur, An vt pater pauper filiam in prædicto caſu exhæredare poſſit,
42 diligentiam teneatur probare, † ſeque quidquid potuit, feciſſe? Et probationem, proteſtationemque requiri, nec ſolam paupertatem ſufficere, ex eo deducitur, quia impeditus te-
43 netur facere quidquid poteſt † vt impedimentum ceſſet, docente *Prapoſ.in capit. Ex ratione, num.*27.*&* 28. *de appellat.* iuxta *text.* & notata per *Bart.& Doct.in l.*2. §. *Quod diximus*, *D. ſi quis cautionib.* Nicol. Boër. *decis.* 40. *num.* 5. Matthæ. *de Afflict. decis.* 29. & alij relati per Azeued. *in l.*14. *tit.*7. *lib.*4. *noua Reg. Collect. num.*24. *& in l.* 2. *tit.* 18. *num.* 50. Facit text. *in l. Capite trigeſimo*, 19. D. *ritu nuptiar.* (aliàs incipit, *Qui liberos*) *in fine*, ibi: *Prohibere autem videtur, & qui conditionem non quærit.*

44 Debetque probari diligentia, † *l. Qui commeatus* 14. D. *de re milit.* Alexand. *conſil.* 49. *lib.*2. *Afflict.dict.decis.*29.*n.*1. Stephan. Gratian. *decis.*34.*num.*18. Paul. Æmill. Verall. *in decis. Rotæ Roman.*72. *littera I. verb. Impedimentum, per totam, præcipuè, n.*6.*part.*2. Iacob.Menoch. *de arbitrar.lib.*2. *centur.*2. *caſu* 118. *num.*7. *& caſu* 153. *num.*15.

Nec ſufficit probare impedimentum, niſi probetur pariter, quòd quis feciſſet illud ad
45 quod erat adſtrictus, † ni impedimentum adeſſet. Ideò quando notorium non eſt, quem propter impedimentum non feciſſe, proteſtari debet, vt aduertit Felin. *in cap. Ex tranſmiſſa, in princip. de Præſcript.* Alexand. *in l. de pupillo*, §. *Si quis ipſi Prætori, num.*1. *&* 9. (vbi eſt *text.* ſecundum vnam lecturam, communiter approbatam) Cardin. Iacob. Pute. *decis.* 436. *num.*4. *lib.* 2. communem hanc ſententiam dicens Verall. *ſupra, decis.*73.*lib.*2. Nicola Boër. *dict. decis.*40. *num.* 4. Marc. Anton. Natta *conſilio* 158. *num.* 5. Franciſc. Becci. *conſilio* 104. *num.* 3. Aymon. Craueta, Pariſ. Crot. & alij quos refert, & ſequitur Petr. Surd. *conſil.* 12. *num.* 21. *& conſil.* 369. *num.* 42. *& conſil.* 374. *num.*28.*& conſil.*437. *num.*36. Vincent. Caroc. *ſingul.*110. Licèt contrariũ velit Paul.Caſtrenſ. & alij quos refert Nicol. Boër. *decis.*40.*num.*5. per text. *in l. fin.* D. *quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſeruetur*, reſpondens *textui in d. l. Qui commeatus*, ita ibi contigiſſe de facto. Qua de re videndus *d.loco Boër.*

Sufficereque ſi de paupertate conſtet, abſque aliqua diligentiæ proteſtatione, vel probatione, in caſu præcipuè, noſtro, cum regu-
46 lariter ſine dote non contrahantur † matrimonia, vt (cum experientia) docent Socin. Iun. *conſilio* 8. *num.*12. *lib.*2. Purpur. *conſilio* 461. *num.*10. Aymon. Craueta *conſilio* 40. *num.*1. *in fin.* Hercul. Mareſcot.*variar.reſolut.lib.*1.*cap.*8. *num.*11. Proſper. Farinac. *nouiſſ.decis.Rot. Rom.* 2.*part.decis.*124.*num.*2. Inanemque diligentiam
47 fore, cum nullus indeprouemiat effectus, † ac per conſequens neceſſariam non eſſe; firmandum abſque dubio videtur, ex ratione *text. in cap. Per tuas* 32. *de ſimonia, in l. Hæc ſtipulatio* 14. §. *diuus.* D. *vt legat. ſeu fideicommiſſ. nomin. caueat. in l. Aliquando* 13. §. *fin. in l. Debitrix*, 24. §. *vltim.* D. *ad S. C. Vellei. in l. Apud Iulianum* 11. §. *fin. in l. Ille à quo* 13. *in princip.* D. *ad S. C. Trebell. in l. Ad probationem* 21. *in fin.* C. *de probat.* & ex latè deductis per Surd. *de aliment. tit.*1. *quæſt.*25. *num.*1.2.*&* 3. & ex Senecæ ſententia *declamat. lib.*5. *declamat.*8. *Quia non obiicitur* (inquit) *quod non nocet obiectum.* Et in ſpecie, diligentiam ſi fruſtratoria ſit † non 48
eſſe adhibendam, dixit Fellin. *in cap. Ex tranſmiſſa, num.*2.*&* 6. *de præſcript.* quem refert & ſequitur Hieronym. Gonzal. *in regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 12. *num.* 89. Paul. Æmil. Verall. *deciſione* 89. *ſeu* 10. *numero* 3. *part.* 3. *littera R.*

Nullamque in Præſenti efficacem decentemvè poſſe à patre adhiberi diligentiam conſtat. Indecens enim foret, indecorum, ac turpe, paſſim homines vt cum filiabus incongruè vel omninò indotatis matrimonium contraherent, inuitare. Quod fieri, nec lex, nec ratio ſuadet cum pauci nullivè ſint, qui ſine dote † vxores 49
ducere (vt diximus) velint, *l. Si donaturus*, 9. §. 1. *de condict. cauſ. dat. l.*4. §. *Sed etſi mulier*, *l.*5. §. *Si eum qui*, D. *de dol. mal. except. l.* 1. D. *ſolut. matrim.* Et per conſequens imputari patri non poſſet, ſi non fecit, quod factum non profuiſſet, † dubiumvè foret an 50
factum prodeſſet, ex ſententia *Baldi conſ.*145. *num.*4. *verſ. Item non tenetur*, *lib.* 3. Crauet. *conſ.*83. *num.*5. Becci. *conſ.* 100. *numero* 10. Surd. *decis.* 160. *num.*6. *& deciſione* 326. *numero* 69.

Prædictam denique ſententiam (proteſtationem ſcilicèt non requiri, ab eaque paupertatem excuſare, † ac ſi de ea conſtet, ſuffi- 51
cere) obſeruant Felin. *in cap. Si qui teſtium, num.*10.*verſic. Ad idem, de teſtib.* Paul. Æmill. Verall. *dict. decis.* 73. *lib.*2. ita ſeruare *Rotam Romanam* affirmans, æquiorem, ex multis, dicit, Stephan. Gratian. *dict. decis.*34. *num.*19. *& ſeqq.*

In dubioque præſumi patrem de maritanda filia agere, † deque viro digno, & æquali 52
nuptui tradendo ſolicitum eſſe, probat (ex *dict. auth. Vt cum de appellat. cognoſc.* §. *Cauſas*) Ludouic. Molin. *de iuſtit. & iure*, 1.*tom. tract.* 2. *diſp.*176. *num.* 12. Thom. Sanchez *de matrim.lib.*4.*diſp.*24.*num.*5. Philipp. Paſcha. *d. cap.* 5. *num.* 37. Conducit Ouidi. *de remedio Amoris*, *lib.*2.

Hunc filia nubilis angat.

Vtrum autem hæc exhæredationis pœna in filia, quæ poſtquam vigeſimumquintum ætatis annum attigit, † non tamen impleuit, 53
abſque patris conſenſu nupſit, vel in corpus ſuum peccauit, locum habeat? videndus Petr. Barboſ. *in dict. l.* 14. *part. num.* 41. *ad fin.* D. *ſolut. matrimon.* & latè P. Thom. Sanchez, *dict. diſput.* 24. *num.* 9. plenè etiam Melchior Phœb. *in deciſ. Luſit. deciſ.* 45. ferè per totam.

***

VTRVM VLTRA DECIMAM bonorum suorum partem, quæ promissionis tempore habebat possit hodiè promittere pauper arrhas?

SVMMARIVM.

1 *Arrha hodiè dicuntur, quæ olim donationes propter nuptias appellabantur. Et statuta de iure communi in donationibus propter nuptias, in arrhis hodiè locum habent.*

2 *De arrharum natura, & an à donationibus propter nuptias differant? remissiuè.*

3 *De iure communi, donationes propter nuptias ad dotis mensuram ascendere poterant, non excedere.*

4 *Arrharum constitutio ad decimam bonorum mariti partem, quæ matrimonij tempore habebat, fuit coarctata.*

Neque huic constitutioni, aut prohibitioni potest renunciari. Et quæ sit pœna tabelliones huiusmodi in instrumento apponentis renunciationem? ibid. *remissiuè.*

5 *Qui ita pauper est, vt matrimonij tempore arrhas constituere non possit, nec de bonis futuris eas promittere poterit. Contrà* num. 6.

QVÆSTIO XVIII.

1 ARrhas hodiè in Hispaniâ, quæ olim donationes propter nuptias † appellabantur, dici, constat ex *text. in l. 1. titulo 11. part.* 4. vbi notat Gregor. *gloss. 4. verb. En España propriamente arras.* Inferens inde, statuta de iure communi in donationibus propter nuptias loquentia, in hodiernis arrhis locum habitura. Probatur etiam suprà dicta assertio *in l. 87. tit. 18. part. 3.* vbi etiam Gregor. Lopez, *& in l. 3. tit. 15. gloss. 4 verb. O el arra, part. 6.* Deque
2 arrharum natura, † & an, & à donationibus propter nuptias differant? latè apud eundem Gregor. *suprà*, Palac. Rub. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. num. 2. & §. 12. n. 1. & §. 17. num. 5.* Roderic. Xuar. *in l. Quoniam in prioribus, ad legem Regni, quæst. 5. num. 10. C. de inofficios. testam. & in l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori leg. num. 1. & 2.* Illefons. Montalu. *in rubric. dict. tit. 2. lib. 3. Fori*, Didac. Couarru. *in 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 7. numero fin.* Gaspar Baeça *de non melior. ration. dot. filiab. cap. 2. num. 10. & cap. 5. num. 18. & cap. 8. num. 24.* Anton. *de Meneses in auth. Res quæ, num. 25. C. commun. de legat.* Anton. Gomez. *in l. 50. Taur. num. 12. & ibidem* Tell. Fernand. *num. 5.* Ioan. Matienzo *in rubric. tit. 2. lib. 5. Nouæ Reg. Collect. num. 6.* plenissimè Aluar. Valasc. *consult. 2. per tot.*

Quæ quidem propter nuptias donationes, vel arrhæ, licèt de iure communi ad dotis men-
3 suram summamque, † possent ascendere, non verò vltra, *text.* est in *l. si constante 19.* (vbi notat, rationemque reddit Dionys. Gothofred. *verb. Eiusdem quantitatis littera H.*) *C. De donat. ante nupt.* alia iura, & authoritates refe-rens Gaspar Baeça *d. tract. de non melior. rat. dot. filiab. cap. 1. num. 10.* De iure verò Regio, ad decimam † bonorum partem arrharum constitutio, datioque fuit coarctata, per *text. in l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori leg.* Cuius decisio comprobata est per *leg. 5. Taur. & l. 2. tit. 2. lib. 5. Nouæ Reg. Collect.* prohibentes simul earum fieri renunciationem, neque valere decernentes, pœnamque tabellionibus eam renunciationem in instrumentis apponentibus infligentes.

Decima autem bonorum mariti pars habita consideratione bonorum, quæ promissionis tempore maritus habet æstimandâ, computandaque est, vt ex dictis iuribus colligitur, & notant ibi Scribentes.

Ex quibus matrimonij tempore pauperem, † nec arrhas constituere valentem, si eas pro- 5
mittat, cum minima, vel nulla bona habeat, quorum respectu fieri decimæ partis computatio possit; neque obligari, neque de bonis postreà quærendis (cum promissionis tempus attendendum ad id diximus) arrharum promissionem valere, videbatur firmandum.

Contrarium nihilominùs statuit celebris, ac 6
singularis textus *in leg. 2. tit. 2. dicto lib. 3. Fori leg.* vbi disponitur, quòd si ita pauper sit maritus, vt vnde vxori arrhas præstare possit non habeat; promittere tamen eas de bonis postmodum quærendis valeat, firmaque & efficax talis promissio erit, proque arrhis sic promissis, quandocumque poterit vxor maritum conuenire, computabunturque secundùm bona, quæ ipse petitionis, connuentionisque tempore possidet, vt non ampliùs decima eorum parte recipiat. Quam legem extollunt, notabilemque dicunt, & in praxi seruari testantur Rodericus Xuarez *in dicta leg. 1. tit. 2. lib. 3. Fori leg. num. 10.* Palac. Rube. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 24. num. 2.* Antonius Gomez. *in l. 50. Tauri, num. 15. versic. Vnum tamen est*, vbi eam notabilem, & quotidiè practicari dicit, & ibidem Castillo *num. 5.* Gaspar Baeça *dict. tract. de non melior. rat. dot. filiab. cap. 31. num. 10. in fine.* Aiota *in tract. de partit. 1. part. cap. 7. num. 18.* Ioan. Matienz. *in dict. l. 2. tit. 2. lib. 5. nouæ Reg. Collect. gloss. 2. num. 5.*

VTRVM ACQVISITA constante matrimonio communicari, ac diuidi inter virum, & vxorem debeant, licèt alter coniugum inops esset? nullaque, aut inæqualia ad matrimonium attulisset bona?

SVMMARIVM.

1 *Acquisita constante matrimonio, inter coniuges ex iuris Regij dispositione communicantur.*

2 *Nisi alter coniugum nulla ad matrimonium bona attulisset, quia acquisitorum non fit tunc communicatio. Contrà* numero 3.

4 *Minus dicitur attulisse, etiam qui nihil attulit.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO XIX.

SAncitum iure Regio extat, acquiſita conſtante matrimonio inter coniuges communi-
1 canda, † *text.* eſt in *l.* 1. *tit.* 3. *delas ganancias del marido, y de la muger, lib.* 3. *Fori leg. & in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect.*

Nunc an dictarum legum diſpoſitio, etiamſi alter coniugum inops eſſet, nullaque ad matrimonium bona attuliſſet, locum habeat, oritur dubium!

2 Et non procedere. † neque lucra durante matrimonio acquiſita inter coniuges communicanda; ſed eius tantùm eſſe, qui ad matrimonium bona attulit; non etiam eius, qui nulla adduxit: pluribus argumentis, & mediis (iuridicis quidem, & efficacibus) tenet Alphonſ. Montal. *in dict. l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 3. *Fori leg. ſuper verbo de Rey,* verſic. *Quæritur, ſi maritus venit ad matrimonium diues, & opulentus, vxor autem pauper, & ſine dote, vel è contrà?* ſic *dict. legis* diſpoſitionem limitans. Cuius fundamenta (quia apud ipſum videri poterunt, & apud *Roderic. Xuar.* qui de verbo ad verbum ea tranſcripſit, illa approbans, rectáque ſibi videri dicens, *in dict. l.* 1. *num.* 39. *&* 40. ne in idem incidamus) omittimus, remiſſione ad eos facta, & ad *Barthol. Caſſaneum* (qui cum illis tenet) *in conſuet. Burgund. rubric.* 4. §. 2. verb. *Mariee, num.* 2. *&* 3. *& verb. Et acqueſtez num.* 14. verſ. *Limita ſecundo, & num.* 15. de ſimili loquens conſuetudine legéque municipali.

3 Contrariam † verò ſententiam (communicanda ſcilicet lucra conſtante matrimonio acquiſita, coniugi, qui nulla ad matrimonium bona attulit, quia habet, quod ſibi imputet, coniux) tenuit in pari caſu Nicola Boër. *deciſ.* 22. *n.* 31. tenuit etiam (licèt poſtea ſententiam mutauerit) Barr. Caſſan. *dict. rubr.* 4. §. 2. *verb.* Mariee, *num.* 3. Vbi quòd ſic iudicaret, & conſuleret, ſi caſus eueniret: ex quo lucra conſtante matrimonio facta, ratione matrimonij tantùm communicantur, ex illius Ducatus conſuetudine, priuataquè lege (vt & noſtris cauetur.) Et de communi vſu teſtatur Roderic. Xuar. *in dict. l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *Fori, dict. num.* 40. *prope fin.* vbi quod diuidi acquiſita conſtante matrimonio, etiamſi ad illud alter coniugum nil attuliſſet, ſeruari ſemper vidit. Sequitur (eundem etiam in Regno Perù vigere vſum aſſerens.) Ioann. Matienz. *in dict. l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. gloſ.* 1. *num.* 8. Pro qua benè facit ſententia *text. in l.* 4. *eodem lib. & tit. nouæ Reg. Collect.* quæ æqualiter communicari lucra matrimonio durante facta, licèt alter coniugum minùs altero ad matrimonium attuliſſet, iubet.
4 Minuſque † dicetur attuliſſe, etiam qui nihil attulit, ex ratione *legis minus* 32. D. *de verbor. ſignificat.* Ita etiam obſeruat Petr. Sanz. Morquecho *de diuiſ. bonor. cap.* 15. *num.* 11. (aliiſque relatis Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 6. *n.* 34. *part.* 1.

VTRVM INCERTITVDO vitiet actum, etiam vbi paupertatis fauor adeſt? aut eius cauſas ſuſtineatur?

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo paupertatis fauore actum non vitiat.*

QVÆSTIO XX.

QVis latiſſimè quæſtionem hanc per quinquaginta tres numeros proſequutus eſt Cornel. Beninc. *de paupertate tract.* (cui nihil addendum ſupereſſe videtur) (*in* 3. *ſpeciali in vltimis voluntatibus*: latè paupertatis fauore incertitudinem actum non vitiare, † eiuſque ra- 1
tione ſuſtineri comprobans: non in ea immorabimur, remiſſione ad ipſam alioſque quos de nouo hac de re latè agentes addimus, contenti. Hi ſunt Andr. Tyraquel. *de pia cauſa, priuileg.* 5. *&* 56. Ioán. Gutierez *de iurament. confirmat.* 1. *part. cap.* 64. *per tot.* Cardinal. Franciſc. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 43. *& ſequentib. & de tacit. & ambig. conuentio lib.* 14. *tit.* 30. *per tot. & deciſ.* 235. *num.* 10. Hieronym. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 100. *num.* 18. apud quos, quæ ſigillatim Benincas. proſequitur, videri plenè poterunt.

VTRVM PAVPERTAS donationem præſumi faciat?

SVMMARIVM.

1 *Donationis titulus non præſumitur, vbi alia (etiam leuis) poteſt ſumi coniectura.*
2 *Donare, eſt perdere.*
3 *Perdere, vel iactare ius ſuum, nemo præſumitur.*
4 *Potiùs error, quàm donatio præſumitur, &* num. 7.
5 *Et etiam vbi fauor dotis adeſt.*
6 *Potiùs fatuitas, quàm donatio præſumitur.*
7 *Et potiùs actus nullitas, delictum, fraus, & ſimulatio præſumitur.*
8 *Paupertatis ratione præſumitur donatio, ſi à diuite pauperi in moderata quantitate fiat.*

QVÆSTIO XXI.

DOnationis titulus vbi alia (etiam leuis) ſumi poteſt coniectura non præſumitur
† *text.* eſt *in l. Campanus,* 47. *D. de oper. libert. in* 1
l. Cum de indebito, 25. *D. de probat. in l. Cum aurum* 50. *in l. diſpenſatorem,* 62. (*& vtrobique per Scribentes*) *D. de ſolut. in l. Eleganter,* 24. §. *Qui reprobos* (vbi etiam notat Dionyſ. Gothofred. *littera C. verbo Reddendis*) *D. de pignor. actio.* Bald. *in l.* 1. *n.* 3. *verſ. Item quia in dubio videtur potiùs negotium geſſiſſe, quàm donaſſe C. ad S.C. Trebel. & in l. fin. num.* 12. *de dot. promiſ.*

Aretin. *in l. Si procuratorem, num.* 11. *D. de cond.caus.dat.*Ludouic.Roman.*cons.*445.*num.*7. Alexand. *in l. Senatus*, §. Marcellus, *D. de legat.* 1. *& in l. Si & vsusfructus*, §. *Dos legata, num.*4.*D.ad leg.Falcid. & cons.*168.*num.*9. *lib.*2.*& consil.*114.*in fin.lib.*3.*& cons.*40. *num.*4. *vbi etiam eius Addit. lib.*4. *& cons.*87.*num.*15. *lib.*6. Ias.*in l.*1.§. *Denique, num.*13. *D. ad Trebel.& in l. Si fundum per fideicommissum, n.*19. *versicul. Item pro ista solutione, D. de legat.*1. Matthæ.de Afflict.*decis.*43.*num.*24.*& decis.*80. *num.*4.Andreas Tyraquel.*in l. Si vnquam, verbo, Donatio, num.*169.*C.de reuoc.donat.*Cornel. Benincac. *de paupertate speciali* 1. *in contractib. num.*1.Petr.de Anchar.*consil.*32.*num.*10.*& seqq. & cons.*106.*in princip.& cons.*180. *num.*12. Aymon.Crauet.*cons.*77.*num.*14. *& cons.*142. *n.*26. *& consilio* 149. *num.*9. Anton. Capir. *decis.*180. *num.*11.*& seqq.* Cardin.Tusch. *pract*. *conclus. littera D.conclus.*702. *per tot. præcipuè num.*4. apud quem plures vide ampliationes, Petru. Sanz. Morquecho *de diuis. bonor. lib.*2. *cap.*17. *num.*36. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art.*50. *num.*38.

Donare enim nihil aliud est, quàm perdere,
2 † *l.Filiusfamilias*, 7. *D.de donat. l. Contra iuris regulas* 29.§. *Si filius*, D. *de pact. l. Si filius fam.*4. *D. ad S.C.* Macedon. cum aliis adductis per *gloss. in dict. l. Filiusfam. verbo, Vt perdat.* Facetè Valer.Martial.*epigram.lib.*1. *epigram.*62. *de Lino.*

Dimidium donare Lino, quàm credere totum.
Qui mauult, mauult perdere dimidium.

Perdere autem, vel iactare velle ius suum
3 nemo præsumitur, † vulgaris *text. in dict. l. Cum indebito*, 25. *de probat. cap. Super hoc*, 5. *extra de renuntiat.*

4 Potiùsque error, † quàm donatio præsumitur, *gloss.& ibid.*Bald.Angel.*& alij in l. Generaliter*, 13. *verb. Eamque causam, C. de non numerat.pec.*Thom.Grammat.*decis.*68. (*incip. In causa magnifici Tiberij*) *numer.* 3. Cuman.*consuet.* 37. *in fin.* Beninc. *suprà*, & alij infrà referendi.

5 Quod etiam licèt dotis fauor adsit † procedit: potiùs enim errorem, quàm donationem præsumi; firmat Bald.*cons.*120.*lib.*5.Paul.Castr. *cons.*96.*in fin.lib.*2.*versicul. Vnde potiùs præsumitur*, Corne.*cons.*124.*num.*6.*lib.*1. Tuscuh. *dict. conclus.*702. *num.*30. latè Ioseph. Mascard. *de probat.conclus.*571.*n.*13.

6 Et potiùs fatuitatem, † quam donationem præsumi; tenet etiam Bald.*in dict.l. Generaliter, num.*17.*C. de non num.pec.* Ias. *in l. Ex hoc iure num.*57.*de iust.& iur.*Bolognet. *in l. Cum quid, num.*62.*D.si cert. pet.* Cornel. Beninc. *vbi suprà num.* 4. plura in hanc rem *num. seqq.* congerens latè etiam Aym.Crauet.*cons.*666.*num.*8.*& cons.* 192.*num.*7. Vbi quòd potiùs fatuitas, & error etiam in facto proprio, quàm donatio præsumitur.

Potiùsque errorem, fatuitatem, actus nul-
7 litatem, † imò & delictum, fraudem, & simulationem præsumi, plenissimè Francisc. Becci. *cons.*90.*num.*18.*& cons.*52.*num.*70.*& seqq.* Cardinal. Tusch.*dict.litt.*D.*conclus.*702.*num.*32.52. 53.*&* 54.Marc.Anton. Macerat. *dict. resolut.*23. *num.*12.

Paupertatis ratione præsumitur donatio, si à diuite † pauperi in moderata quantitate fiat, 8 *text.in cap. Et si quæstiones*, 18.*de simonia, vbi* Abb. *num.*3. *& alij gloss.*2. *in fin. in l. Si filij tui* 16.*C. de donat. inter vir. & vxor.* Bart. (quem cæteri communiter sequuntur) *in l. Cum quid, num.*11. D. *si cert. petat.* Paul. Castrens. *in l. Si fundum, la* 2.*num.*3.*D.de legat.*1.Francisc.Ripa *in l.*2.*in princip.num.*24 *D.si cert.pet.* Benincac. *dict.speciali* 1.*num.*26. Bertrand. *cons.*102.*n.*11. *lib.*1.Iacob.Menoch.*de præsumpt.lib.*3. *præsumption.*24.*num.*4. Sebastian. de Medic. *de casibus fortuit.*2.*par.quæst.*4.*num.*16. Vincent. Carot. *in tract.de deposito, par.*2.*quæst.*25. *versic. Primus est, si quantitas sit parua, dans sit diues, & accipiens pauper, præsumitur donatio.*

VTRVM PROHIBITA alienari, propter paupertatem alienari possint.

SVMMARIVM.

1 *Lex prohibitiuè loquens, formam incommutabilem inducit.*
2 *Etiamsi lex in nudis prohibitionis terminis quiescat, nec clausulam irritantem adiiciat.*
3 *Factum contra prohibitionem legis non tenet, etiamsi in tempus habile conferatur.*
4 *Rerum dotalium alienatio nulla est.*
5 *Prohibitio hominis, & legis æqualiter operatur. Et prohibitio alienationis ex causa à testatore facta, dominij translationem impedit.*
6 *Prohibitio alienationis in contractu facta, dominij translationem non impedit, licèt aduersùs alienantem detur ad interesse actio.*
7 *Prohibitio alienationis apposita in donatione causa mortis, idem quod in testamento facta operatur, dominijque translationem impedit*, & n. 10.
8 *Donatio causa mortis, quoad ordinationem in multisque casibus, contractui æquiparatur.*
9 *Quo ad effectum autem, vltimæ voluntatis sortitur naturam.*
11 *Alienatione prohibita, omnis actus dominij translatiuus, vel ex quo alienatio sequi potest, videtur prohibitus.*
12 *Et tam vtilis, quàm directi dominij impeditur translatio.*
13 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio, quia ex ea dominium vtile transfertur.*
14 *Prohibitus alienare, nec ad longum tempus locare potest.*
15 *Et longum tempus in hoc casu, quod dicatur?* & n.16.17. & 18.
19 *Prohibitus alienare in emphyteusim dare non potest.*
20 *Nec vsumfructum concedere.*
21 *Nec annum censum super re alienari prohibita constituere. Limita, & intellige, vt* ibid. ad fin. *remissiuè.*
22 *Nec vir cum vxoris consensu, nec vxor cum consensu viri, nec vterque simul censum in fundo dotali imponere possunt.*
23 *Emphyteuta absque domini consensu super*

re emphyteutica cenſum conſtituere nequit.

24 *Alienare prohibitus, conſtituere non poteſt hypothecam in re ſtabili. Contrà* numero 25. & numero 26. *Intellige vt* num. 27.

26 *Emphyteuta tam Eccleſiæ, quàm priuati poteſt abſque Domini conſenſu rem emphyteuticam hypotheca, pignori, vel ſeruituti ſubiicere.*

28 *Prohibitus alienare, nullam imponere poteſt ſeruitutem.*

29 *Nec ſeruum dotalem manumittere.*

30 *Nec dotalis debitoris obligationem nouare.*

31 *Nec alienationi poterit tacitè, nec expreſſè conſentire.*

32 *Nec in contractu rei alienari prohibitæ fideiuſſor exiſtere.*

33 *Nec ſuper ea compromittere, aut tranſigere.*

34 *Nec in teſtamento de re, cuius alienatio prohibita eſt, diſponere poteſt, vel hæredem in ea inſtituere.*

35 *Prohibitio alieationis nequaquam neceſſariam alienationem includit.*

36 *Contrauenire non dicitur, qui ex neceſſaria cauſa alienat.*

37 *Neceſſarius actus à quacunque generali prohibitiua etiam, diſpoſitione cenſetur exceptus.*

38 *Dos conſtante matrimonio, vt propinquorum neceſſitati ſuccurratur, ſororique pauperi à diuite ſorore dos conſtituatur alienari poteſt.*

39 *Filia an repetere poſſit dotem à viro, vt pauperem patrem alat?*

40 *Res Eccleſiæ ad Diuinumque cultum conſtituta in laicos alienari prohibentur, etiamſi ipſorum laicorum ſint, potiúſque debent comburi.*

41 *Pro pauperum ſubuentione, ne frigore, aut fame pereant, vel pro captiuorum redemptione, vel pauperum carceratorum liberatione res Eccleſiæ alienari poterunt.*

42 *Etiamſi pauper, captiuus, vel incarceratus culpa ſua (ad caſum non præordinata) in paupertatem, captiuitatem, vel carcerem deuenerit.*

43 *Res alienari prohibita, fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiecta, pro ſuis, ſuorumque alimentis, redemptione, vel excarceratione à paupere grauato alienari poterit.*

44 *Vel etiam pro filia dotanda, ſi pauper ſit, vel dote reſtituenda, pro Religioniſuè ingreſſu, &* n. 48. & 49.

Vel pro dotis parte, ſi incongruè filia dotata ſit. Vel etiam nuptiarum apparatu, n. 56. & 57.

45 *Siue alienationis prohibitio tacita ſit, ſiue expreſſa, poterit dicta alienatio fieri.*

46 *Et quid ſi ex cauſa dotis nominatim inhibeatur alienatio? &* n. 47.

48 *Pater ita dotare filiam pro matrimonio ſpirituali, ſicut pro carnali tenetur.*

50 *Pater ſicut poteſt pro filia legitima, & naturalis dote bona fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiecta alienare, ſic & pro naturali tantùm.*

51 *Pater filiam naturalem tantùm pauperem dotare tenetur.*

52 *Diſpoſitio* auth. Res quæ, C. communia de legat. *an etiam in tranſuerſalibus locum habeat? Et in quibus tranſuerſalibus? &* n. 53.

54 *Et an in penitus extraneis?*

55 *Ad omnes teſtatoris deſcendentes, tam extantes, quam futuros extenditur.*

58 *Semel bona alienata pro dote, etiam ſoluto matrimonio (ſi apud mulierem, vel eius liberos remaneant) libera exiſtunt, ſecùs ſi ad patrem reuertantur.*

59 *Alienatio neceſſaria eatenus admittitur, quatenus neceſſitas vrget.*

60 *Res alienari prohibita, etiam pro neceſſaria cauſa alienanda non eſt, ſi eius fructus ſufficiant.*

61 *Extare debent fructus tempore quo dos, vel alimenta præſtanda ſunt, ne alienatio fiat.*

62 *Deficientibus neceſſariis fructibus ad rei venditionem (etiamſi magni valoris ſit) procedendum erit.*

63 *Et pretij reſiduum in alterius minoris fundi, vel rei emptionem conuertitur.*

64 *Emphyteuta irrequiſito domino rem alienans emphyteuticam, à iure ſuo cadit.*

65 *Et quid ſi ſaluo iure, vel conſenſu domini, nec aliter, nec alio modo, vel aliis ſimilibus clauſulis alienet? remiſſiuè.*

66 *Emphyteuta irrequiſito domino ex cauſa neceſſaria rem emphyteuticam alienans, in commiſſum non cadit.*

67 *Etiamſi culpa ſua (ad caſum non præordinata) emphyteuta, vel alienare prohibitus in paupertatem deuenerint.*

68 *Homo liber vendi, aut pignorari non poteſt.*

69 *Et qualiter puniatur creditor hominem liberum à debitore ſcienter recipiens?*

70 *Ignorantia creditoris, vel eius in quem hominis liberi alienatio fit, excuſat à pœna; non tamen contractum validat, ſed facit alienantem de euictione teneri.*

71 *Et idem ſi vterque ignoret. Si vterque ſciat, imponitur pœna vtrique, &* n. 72.

73 *Propter neceſſitatem famis licet patri filium vendere. Limita,* n. 80.

74 *Et etiam pignorare, vel permutare, &* num. 75.

76 *Et non ſolùm ratione famis, ſed & alia ſimili, &* n. 77.

78 *Et quid in matre?* n. 79.

79 *Dictio* Si quis, *tam fœminas, quàm maſculos comprehendit.*

81 *Dominus etiam ſupremus Princeps non poteſt vaſſallos inuitos alienare.*

82 *Niſi in famis neceſſitate.*

QVÆSTIO XXII.

EA Eſt prohibitionis natura, ſiue Legis, ſiue Hominis vt contra eam factum nequeat ſuſtineri. Lex enim prohibitiuè loquens. 1 † formam incommutabilem inducit. Ita dicunt. Ferdinand. Vazquez Menchac. *de ſucceſ. creat. lib. 2. §. 14. requiſito 13. num. 72.* Ioann. à Caſtillo *de vſufruct. cap. 54. num. 36.* Franciſc. Becci. *conſ. 62. num. 43. & conſ. 66. n. 9.* Maluaſ. *conſ.*

*conf.*57.*num.*23. Achil. Pedroch. *consilio* 37.*n.*21. & 22.

Idque etiamsi lex in nudis prohibitionis terminis quiescat, † nec clausulam irritantem adiiciat, procedit, quia nihilominus adiecta censetur; *text.in l. Non dubium*, 5.*C.de legib.* ibi: *Vt legislatori, quod fieri non vult, solùm prohibuisse sufficiat*: per quem ita tenet Ias. *ibi num.*17. Paul. Castrens. *notab.*3. & alij communiter, Decius *in cap.*2.*num.*12.*& ibi* Felin. *n.*1. *extra de testib.* Beroi.*conf.*83.*num.*2.*lib.*3. Corset. *conf.*12. *num.*16.*lib.*1. Bart. Cassanæ. *conf.* 39. *num.*36. Roderic. Xuar.*in l.*13.*tit.* De las deudas, *post num.*38. *cum sequent. lib.* 3. *Fori leg.* Marius Giurba *in consuet. Senan. Messan. cap.*14. *gloss.*4. *num.*1. *part.* 1. Martin. Monter. *decis.*1. *num.*1.*&* 2.*& decis.*12.*num.*7. Alex. Trentacin. *variar. resolut. lib.*1.*tit.de legibus, resolut.*1. *n.*3. communem dicens, & *num.* 16. Vbi ampliat etiamsi actus contra legis prohibitionem factus in tempus habile † conferatur, allegat Ripam *in l. Nemo potest*, *num.*121 D.*de legat.*1. Imol. & Ias. *in l. Gallus, in princip.* D. *de liber. & posth.*

Indeque fit rerum dotalium alienationem ob iuris prohibitionem, † nullam esse, nec ex ea ius aliquod transferri, *text.in princip. instit. quibus alienar. licèt, vel non, l.*1.D.*de fundo dotal. l. vnic.* §. *Et cum lex Iulia*, *C. de rei vxor. action. l. Quædam*, 62.D.*de acquir. rerum domin.* Nec super ea censum constitui posse, dicemus infrà.

5 Idemque Hominis, † quod Legis operatur prohibitio, *dict.l.fin. C. de reb. alien.* Si enim testator alicuius rei alienationem ex causa prohibuerit, eius alienatio nulla erit, dominijque impediet translationem; *text. in l. Cum pater*, 79. §. *Libertis, iuncta glossa verbo, Ne id alienaret* (communiter approbata) *D. de legat.* 2. *vbi* Paul. Castr. *num.*4. *text. in l. Peto*, 71. §. *Fratre*, vbi idem Paul. de Castr. *num.*2. *circa med. D.eod. l. Pater filium*, 36. §. *Fundum*, *D. de legat.*3.*text.in l. Filiusfam.*114. §. *Diui, el.*2. (vbi communiter Scribentes) *D. de leg.* 2. Bart. *ibi num.*6.*vers. Certè*, Paul. Castr. *num.*7. *versiculo, Interdum*, Ias. 1.*lect.num.*66. magis communem dicens, & 2. *lectura, num.* 100. Ripa *num.*47. Crot. *num.* 92. Ferdin. Loaz. *num.* 114. Carol. Ruin. *conf.*43. *num.*13.*lib.*5. Paul. Castren. *in l. fin. num.* 7. *C. commun. de legat.* plures referens Andr. Tyraquel. *de legib. connubial. gloss.*7.*n.*57. Ludouic. Molin. *de Hispano primog. lib.*1.*cap* 12. *num.* 29. versiculo, *Primò hac inuestigatio, & num. seqq.* vbi quid in hodiernis maioratibus? & *eod. lib.*1.*cap.*16.*num.*32.*&* 33. dictam etiam sententiam tenet Michaël Cras. *in tract. de successionib.* §. *Fideicommissum*, *quæst.* 56. *num.*6. Corne. *conf.*294.*num.*8. versiculo, *Multo autem minus, lib.*3. Riminald. Iun. *conf.*20.*num.*27.*lib.*1. Socin. Senior *consilio* 49. *num.* 13. *& conf.* 75. *num.*17. *lib.*1. Ferdinand. Vasquez Mencha *de succes. creat. lib.*1 §.10 *num.*87. communem dicens, & ab hac in iudicando, & consulendo non esse recedendum tenet Marc. Anto. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 40. *num* 39. versiculo, *Rursus textum illum*, Ioann. Cephal. *conf.*272.*num.*35. Francisc Marzar. *de fideicommiss.*2 *part. quæst.*45. *num.*59. Petr. Surd. *conf.*116. *num.*18. 19. *&* 20. *lib.* 1. Hercules Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.*61. *num.* 4. Petra *de fideicommiss. quæst.* 3. *num.*2.*& sequentibus, & quæst.*6.*n.*30. Francisc. Becci. *conf.*97.*num.*6. *lib.*1. *Rota Roman. nouissimar. ex congestis à Prospero* Farinac. *decis.* 318. *num.*2. *part.*1. Cardin. Seraphin. *decis.*521. *n.*13. Ludouic. Censeo *de censibus*, 1.*part. cap.*2. *q.*1. *art.*6.*n.*6. *& decis.* 45. *n.*2. quas post prædictum tractatum adiecit.

In contractibus † autem facta alienationis prohibitio, licèt dominij translationem non impediat, ad interesse tamen actionem tribuit, *text.in l. Ea lege*, 3.*C. de condit. ob caus. vbi gloss.* verb. *Alienaret*, *l. Si ita quis*, 135. §. *Ea lege*, *D. de verb. oblig. l.*43. *tit.*5. *part.*5. *vbi* Gregor. Lopez, *verbo, Non vale*, Ludouic. Molin. *dict. lib.*1. *cap.*12. *num.*30. vbi latè *num. seqq.* an in maioratibus hodiernis huiusmodi inter prohibitionem in contractu, vel in vltima voluntate differentia procedat? *Menchac. dict.* §.10.*num.*82. huius rei, discriminique rationes reddens, Cardin. Domi. Tusch. *practicar. conclus. littera P, conclus.*895.*n.*5. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*189.*num.*109. 6

Quid autem de prohibitione alienationis in donatione causa mortis apposita dicendum? an vltimæ voluntatis, contractusvè naturam assumat? Et idem de ea, quod † de prohibitione in testamento facta iudicandum, breuiter respondetur. Licèt enim causa mortis donatio, quoad ordinationem † contractui æquiparetur, & in multis casibus ei similis sit; *text. in l. Tam is*, 25. D. *de donat. caus. mort. l. Post legatum*, 5. §. *Qui mortis causa*, *D. de his, quib. vt indig. l. Etiam*, 11. (*& ibi not.* Gottofred. *verbo, Donationes, littera V.*) D. *de inoffic. testam.* *glos. in l.*2. D. *de dot. præleg.* Petr. Surd. *conf.*71 *n.*11. 7 8

Quoad effectum † autem, vltimæ voluntatis sortitur naturam; *text.in* §.1. *instit. de donat. l. fin. C. de codic. iuncta leg. fin. C. de donat. caus. mort. l. Non videtur, D. eod. titulo*, Petr. Surd. *dict. consilio* 71. *n.*8. 9

Sicquè alienationis in ea factam prohibitionem dominij translationem † impedire, dixit in specie Raphaël Cuman. *in dict. l. Filiusfam.* 114. §. *Diuus, D. de legat.*1. *ad fin. & conf.*218. (incip. *Filiusfamilias suam vltimam voluntatem condidit*) cuius dictum refert (pluribus comprobans) Ias. *in dict.* §. *Diui*, 1. *lectur. num.*8. *cum sequentib.* sequitur Ludouic. Molina *d.c.*12. *num.*34. 10

Et alienatione prohibita, omnis actus † dominij translatiuus, vel ex quo alienatio sequi potest, prohibitus videtur, *text.in l. fin. C. de reb. alien. non alienand. & in Extrauag. Ambitiosæ extra de rebus Eccles. non alien. gloss. &* Doctor. *in dict. l. Si ita quis*, 135. §. *Ea lege, D. de verbor. obligat. l.*1. *C. de fundo, dotali*, facit *l. Oratio*, 16. *D. de sponsalib.* Decius *conf.*445. *num.*2. Anchar. *conf.*402.*num.*5.*& seqq.* Alexand. *consilio* 41 *n.*5. *lib.*6. Riminald. Iun. *conf.*585.*n.*76. Marc. Ant. Natta *conf.*110.*n.*11.*& conf.*543.*n.*14. Francisc. Becc. *conf.*52.*n.*2. Ioann. Cephal. *conf.*153.*n.*109. *& conf.*377. *num.*26. Iacob. Menoch. *conf.*101. *n.*22.*& conf.*1013.*num* 18.*& conf.*1099.*num.*19. vbi de communi Arias Pinell. *in l.*1. *part.*3.*n.*18. 19.*&* 20. *C. de bonis matern.* Petr. Anton Petra *de fideicommis. quæst.*8.*num.*44. 45.*&* 109. Marius Giurba *in consuet. Senat. Messanens. cap.* 14. *gloss.*4.*n.*4. 5.*&* 6. *part* 1. Ioseph. Sesse *decis.*121. *num.*10.*& decis.*30.*num.*16. Ioan. Petr. Fontanel. 11

de

de pact. nupt. clausula 4. gloss. 1. num. 79. Petr. Cened. *pract. quest. part. 1. q. 11. n. 11. & 12.* Ioan. à Castillo *de vsufruct. d. c. 54. à n. 1.* P. Ludouic. Molin. *de iust. & iur. disp. 464. n. 1. alter* Molina *de primog. l. b. 1. cap. 21. n. 25.* Pelaëz *de maiorat. part. 4. quæst. 1. n. 8.* Bursat. *cons. 377. à n. 1.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 56. num. 18. & decis. 278. n. 2. decis. 254. n. 29. & decis. 326. n. 27.* Tiberi. Decian. *cons. 62. n. 9. lib. 4.* Cald. Pereyra *de emphyteus. extinction. cap. 5. num. 57.* Cardinal. Tusch. *pract. conclus. littera A. conclus. 257. n. 1. & littera P, conclus. 898. num. 1. & sequentib. & conclus. 900. n. 1. & sequentib.* vbi latissimè Ioan. Aloys. Ricc. *collect. 466.* Aurel. Corbul. *de iure emphyteu. cap. 14. ampliat. 49. num. 2.* Ouidius *de Amic. eod. tract. de iure emphyt. q. 94. n. 5. & seqq. & q. 14. n. 3.* Nicolaus Intrigliol. *cons. 30. n. 62. & n. 63. lib. 1.*

12 Et tam vtilis, quàm directi dominij impeditur translatio, Castillo *dict. cap. 54. n. 1.* Menoch. *dict. con. 1023. n. 15. P.* Molina *dict. disput. 464.* Marius Giurba *dict. glos. 4. n. 13.* & alij ex proximè relatis, faciliusque ex infrà dicendis apparebit.

Hinc fit, quòd cum locatio ad longum tempus dicatur alienatio, † cum ex ea dominum
13 vtile transferatur, *l. 1. & 2. D. si. ager. vectig.* Dyn. Bart. & alij per *text. ibi & in l. 1. §. Quod autem ait, D. de superficieb.* latè Andr. Tiraquel. *de retract. linag. §. 1. gloss. 14. num. 79.* Didac. Couarru. *lib. 2. variar. cap. 16. num. 1.* versiculo, *Ex quo apparet*, Ludouic. Molina *de Hispane. primog. lib. 1. cap. 21. num. 16.* Molin. Theolog. *de instit. & iure, tom. 2. disput. 445. num. 6.* Anton. Gamma *decis. 16. num. 3.* versiculo, *Solent aduocati*, vbi de communi Caldas Pereyra *supra, cap. 1. num. 9. & cap. 2. num. 1.* vbi etiam de communi, Stephan. Gratian. *discept. Forens. c. 460. n. 55. & cap. 520. num. 6.* & alij ex proximè referendis.

Ideo prohibitum alienare, nec ad longum
14 tempus locare posse, † est communis Doctorum resolutio, vt (post alios) tenent Ias. *cons. 29. num. 1. & per tot. lib. 1.* Andre. Tiraquel. *suprà num. 82.* Riminald. Iun. *cons. 384. num. 17.* Iul. Clar. *in §. Emphyteusis, quæst. 19. ad fin. & in §. Feudum, quæst. 33.* Couar. *dict. cap. 16. n. 1. & sequentib.* Ludouic. Molin. *dict. cap. 21. n. 5. & seqq. alter* Molina *dict. disput. 464. num. 1.* versic. *Alienatio duobus modis*, Ioan Matienz. *in l. 7. gloss. 1. num. 13. tit. 11. lib. 5. nouæ Reg. Collect.* Arias Pinel. *dict. 3. part. num. 66.* Marius Giurba *supra num. 10.* Anton Gomez *in l. 40. Taur. n. 4.* Anton. Gamma *vbi supra, & decis. 350.* Petra *de fideicommiss. dict. quæst. 8. num. 8.* Ioseph. Ludouic. *decis. Lucens. 64.* Petr. Cened. *dict. quæst. 11. num. 14. ad fin.* Cardinal. Tusch. *dict. littera A, conclus. 257. num. 17. & 19.* communem dicens, *& conclus. 261. num. 5. & 7.* Cald. Pereyra *dict. cap. 1. num. 10. & cap. 4. num. 43. in fin. & num. 44. & sequentib. & cap. 5. num. 32. de emphyt. extinct. interit. & reuocat.* Camil. Borrel. *in summa decis. tit. 16. de locatione bonor. num. 3.* Ioan. Curiet. *id l. Nemo potest, num. 5. D. de legat. 1.* Ioan. Aloys. Ricc. *collectan. 694.* Aurel. Corbul. *de iure emphyteut. part. 1. tit. de causa priuationis ob alienationem, ampliatione 25. & 48.* Ouid. *de Amicis eod. tractat. quæst. 15. n. 5. & sequentibus*, Cæsar. Barzius *decisione 17. num. 24.* Alexand. Trentacin. *variar. resolut. lib. 2. titul. de minoribus, resolutione 9. numero 38.*

Diciturque in hoc casu longum tempus, † 15
si ad decennium locatio fiat, *glos. in dict. l. 2. in fin. D. si ager vectig. vel emphyt. pet. & id l. Cum de in rem, vers. 6.* verb. *Longo, D. de vsuris,* Paul. Castrens. *in l. Si filiofamilias, 26. §. si vir in quinquennium, num. 1. D. soluto matrimonio,* Andr Tyraquel. *de retract. linag. d. §. 1. gloss. 6. num. 9. in fin.* communem dicit Didac. Couarr. *cap. 16. dict.* versiculo, *Ex quo apparet*, Cardin. Franciscc. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 45. num. 11.* Hieronym. de Monte *in tractat. finium, cap. 5. num. 18.* Arias Pinel. *dict. 3. part. num. 63.* Roland. à Valle *cons. 9. num. 16. lib. 3.* vbi testatur de communi, propè infinitos referens communem, ac magis communem asserens Vincent. Carot. *in tract. de locat. & conductio tit. de locatione ad longum tempus, q. 1. num. 2. folio mihi 54.* Cardinal. Tusch. *dict. conclus. 257. n. 17.* Emmanuel Suarez *in Thesaur. recept. sententiar. littera C, num. 197. & littera T, num. 3.* Caldas Pereyra *de emphyteus. extinct. dicto cap. 1. num. 9.* & alij ex proximè suprà relatis.

Vel etiam si ad nouem annos † cum pacto 16
de renouando locationem de nouennio ad nouennium locatio fiat; Alexand. *cons. 265. lib. 2. & cons. 104. n. 6. lib. 3.* Ias. *in l. Manumissiones, num. 6. D. de iustit. & iure*, Felin. *in cap. Quæ in Ecclesiarum; num. 87. extra de constitut.* Marius Giurba *dict. cap. 14. gloss. 4. num. 10.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 30. num. 48. & 49. & lib. 2. tit. 22. num. 10. & lib. 13. tit. 45. num. 14.* plures referens, communemque asserens Vincent. Carot. *de loc. tit. de location. de nouennio in nouennium, quæst. 4. num. 1. folio mihi 55.* Qui *n. 2.* idem vbi de quinquennio † 17
in quinquennium fuit pactum, dicit, quia hæc simul iuncta, faciunt longum tempus, ex *Lappo allegat. 12. & ibi* latè Mandos. *in addition.* Anton. de Padilla *in l. Quoties plures, num. 8. D. de legat. 2.* Dyn. Alexand. & alij, quos ibi adducit; latè comprobat, & firmat Borgnin. Caualcan. *decisione Fausan. 43. num. 6. & 9. p. 1.* Secus si
absque tali pacto de renouando † locationem 18
de nouennio in nouennium, vel de quinquennio in quinquennium locatio fiat, quia ad longum tempus non dicitur; tenet idem met Carot. *dict. tit. de locatione ad longum tempus, quæst. 1. num. 23. & dict. tit. de locatione de nouennio in nouennium, quæst. 4. num. 5.* versiculo, *Limita aliud esse, si fiat de nouennio simpliciter*; Nicol. Intrigliol. *consilio 29. num. 54. lib. 1.* Francisc. Marzar. *de fideicommis. quæst. 38. num. 51. part. 2.*

Sic nec prohibitus alienare, in emphyteusin 19
† dare poterit, *text. in dicta l. fin. C. de rebus alienis non alien. ibi: Nec emphytheuseos contractus, dict. Extrauag. Ambitiosæ*, Cardinal. Francisc. Manti. *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 7. numer. 2.* P. Ludouic. Molina *dicta disputat. 464.* Petrus Antonius Petra *dicta quæstion. 8. num. 32.* Ioan. Petr. Fontanel. *dicta clausula 4. gloss. 13. num. 1. & 5.* Marius Giurba *dicto cap. 14. numero 12.* Ludouic. Molin. *de Hispanor. primog. dict. cap. 21. numero 22.* Francisc. Marsar. *dict. quæst. 38.* Ioan. Aloys. Ricc. *dict. collectan. 466. vers. Infero sextò.*

Nec vsumfructum † concedere, vel super illa re constituere, *d.l.fin. C.de reb. alien. non alien.ibi : Sed & vsusfructus dationem*, Bald. in *l. Proprietatis,num.1.C. de dot. promis. & consilio.415. in princip. lib.1.* Andr. Tiraquel. *de retract. linag.d.* §.1.*glos.7. num.41.*Ludouic. Molin. *de Hispan. primogen. lib.1.cap.20.n.3.* Petr. Cauall. *cons. 147.num. 16. lib.2.* Anton. *à Quesada diuers. quæst. iur. cap.fin. num. 20.* Petr. Barbos. *in l. vsufructu. 58. num.15. versiculo, item & iuxta hac,& num. 16. D.soluto matrimonio*, Giurba *d. glos.4. num. 15.* Aldroband. *consilio 56. num. 43.* Castillo *de vsufruct. d. cap. 54. num.3.* Cardina. Tusch. *practicar. conclus. litera A, conclus. 261. num. 8.* Francisc. Bursat. *cons.377. num.1.& 4.* Iacob. Menoch. *cons.1032.num.13.* Achil. Pedroch. *consilio 7. num.71. & 82.*

Nec annuus census † super re alienari prohibita constitui potest, cum census impositio alienatio dicatur. Bald. *in cap. Ad audientiam, el 2. num. 11. de rescript.* Petr. Fall. *in pract. censuali,verbo. Huiusmodi census super rebus, num. 41.* Felician. *de Solis de censibus, tom. 2. lib. 2. cap. 4. num. 4.* Ludouic. Velasquez. *de Auenda. eodem tract. de censibus, cap.62. num. 7. Rota Roman. diuersor. decision. 480. num.1. & 2. part. 1. & decis. 121. num. 5. part. 2.* Et ita sæpè resolutum apud eandem *Rotam Roman.* testatur Ludouic. Cens. *de censibus, decis.9. num.3. & decis. 45 num. 1. & 2.* (quas post prædictum de censibus tractatum locauit) & plures alios referens *idem ipse detract. part. 1. cap. 2. quæst. 1. art.6.num.5.& 6.* Vbi hanc adeo veram dicit conclusionem, vt nefas esse credat, de filius veritate dubitari, eamquè magis communem dicit Ioan. Aloys. Ricci. *d. collect. 466. vers. Infero primò*, Paul. Æmil. Verall. *decision. 17. part. 1.* tenet (resolutum ita fuisse dicens *in Rota*) *Marta in summa succes. legal.3. par. q. 3. art. 5. num. 3.* Limitans *num. seqq.* si in fructibus duntaxat rei alienari prohibitæ census imponatur.

22 Vndè neque viro cũ consensu vxoris, † neque vxori cum consensu viri, neque vtrique simul censum in fundo dotali imponere licere; apud *Senat. Messanens.* in praxi receptum testatur *Marius Giurba d. sp. cap. 14. glos. 4. num. 23.* multos pro hac sententia allegans, qui tamen id in specie non probant. Qua de re consulendi Petr. Foller. *proximè relato loco, num. 22.* Guil. Rodoan. *de reb. Eccles. non alienand. in titul. de const. annu. cens. num. 20.* Felician. *de cens. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 13. 14. & 18.* latissimè Velasq. *de Auend. eodem tract. de cens. c. 79. per tot* Ludouic. Cens. *de cens. 1. par. cap.2. quæst. 1. art. 5. num. 6. & seqq. vsque ad fin.* Garsia Mastril. *in addition. ad Petr. Gregor. in tract. de censibus, quæst. 5. num. 105. & seqq.*

3 Hinc est, quòd neque super re emphyteutica † absque Domini consensu emphyteutæ censum imponere licebit, ex *text. in d. l. fin.* cum absque Domini consensu alienare prohibeatur, *l. 2. C. de iure emphy.* censusque constituto alienationis species sit, vt *sup. num. 21.* diximus, & tenet hanc sententiam Virgi. Boccac. *in tract. de cens. p. 2. n. 76.* Aurel. Corbul. *de iure emphy. c.14. de causa priuationis ob alienationem irrequisito Domino factam, ampliatio. num. 1.* præcipuè *num. 16.* Velazq. *de Auend. num. 16.* Velasq. *de Auend. de censib. cap. 67. per tot præcipuè num. 3.* dicitque eam magis veritati consonam P. Azor *instit. mor. p. 3. lib. 10. c. 7. q. 4.* Marti. Bonac. *de contract. disput. 3. quæst. 4. punct. vnic. num 12.* latè, ac nouissimè (pluribus modis contrariis respondendo) firmat Ouid. *de Amic. de iure emphy. quæst. 20. ex num. 5. cum seqq.*

Multas hac in re videre licet distinctiones (præter assignatas à proximè relatis) apud *Felician. de Solis de cens. d. 1. tom. lib. 2. cap. 4. ex num. 15.* Gaspar. Rodrig. *de annuis reddit. lib. 1. quæst. 3. num. 5.* Ludouic. Cens. *de censib. 1. par. cap. 2. quæst. 2. art. 2. per tot.* Apud quos etiam quid in vassallo, & aliis Dominis vtilibus tantùm, videri poterit, & apud Felician. *vbi supr. ex num. 19* Ludouic. Cens. *d. loco, art. 1. & 2. per tot.* & apud alios adductos per *Mastrill. in addit. ad Petr. Greg. d. q. 5. n. 154.*

Neque alienare prohibitus hypothecam in re stabili constituere potest; † *text. in l. d. fin. C. de reb. alien. non alien.* ibi : *Vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi*, & in *l. 1. §. Eam rem, D. quæ res pigno, obligar. possint, l. Si vsumfructum. 23. §. In summa. D. de liberali caus. cap. 1. §. Hac edictali de prohibita feud. alienat. per* Federic. *d. Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienand.* Bald. *in cons. 21. lib. 1.* Additi. Felini *in cap. fin. num. 8. vers. Alienare, de accusat.* Didac. Ceua. *lib. 2. var. resolut. à cap. 16. num. 2.* Anton. Gom. *in l. 40. Tauri, n. 83.* P. Molina *d. disp. 464.* Ioan. Matienz. *in l. 2. glos. 14. num. 1. tit. 10. lib. 5. nouæ Reg. Collect.* Ioan. Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 21. num. 2.* Auendan. *de cens. cap. 76. num. 3.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. litera A. conclus. 257. num. 28.* Caldas Pereyr. *de emphyt. extinct. interitu, & resolut. cap. 5. num. 31. & in l. Si curatorem habens, glos. Venundedisti, num. 3. C. de in integr. resti.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu 432. num. 9.* Ludouic. Cens. *de censib. 1 par. cap. 2. quæst. 2. art. 2. n. 7.* Iacob. Cancer. *var. resol. cap. 12. num. 40.*

Licet contrariam † profiteantur sententiam Aretin. *cons. 75. num. 2.* Plotus *cons. 19. num. 20.* Iul. Clar. *in §. Emphyteusis, quæst. 18.* Cardin. Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 28. n. 51.* Anton. Gamma *decis. 108. per tot.* Reyger. Thesaur. *iuris, litera A. verbo, Alienatio. 182.* Vincent. Carot. *decis. 117. num. 9* Barnab. Comazan. *decis. 10. n. 14. & seqq.* negans (ex verbi saltem proprietate) alienationis verbo hypothecam contineri.

Et quòd res emphyteutica tam Ecclesiæ, quàm priuati possit hypothecari, † pignorari, vel super ea absquè Domini consensu seruitus imponi, quin ob id à iure suo cadat emphyteuta est *glossa in l. fin. C. de iure emphyteut. verbo, aliis vendere, versic. Item an pignorare*, quam sequuntur omnes teste Ias. *ibi num. 78.* plenè Aurel. Corbul. *de iure emphyteut. cap. 14. limitat. 33. num. 1. & seqq.* infinitos pro hac sententia adducens, sequitur Ouid. *de Amic. de iure emphyt. quæst. 14. num. 4. & seqq.* vbi contrariis respondet Ludouic. Cens. *de censib. dict. 1. part. cap. 2. quæst. 2. art. 2. n. 3.* Statil. Pacific. *de Saluiano interdicto, inspectione 3. c. 2. num. 25. & seqq.* qui omnes hanc communem dicunt, multisque aliis firmant.

Inter

Inter alias autem ad contraria solutiones; ea
præcipuè assignatur; Alienare prohibitum posse
27 rem in pignus dare, in tacita † prohibitione,
non in expressa, vt pluribus relatis, tradit Stati-
lius Pacific. *vbi suprà num.* 45. Ludouic. Cenf.
(ita apud Rotam pluries iudicatum asserens)
loco proximè relato num.6.7. & 8. Magnam ta-
men adhuc vim pati videntur contraria iura in-
distinctè loquentia. Cuius nunc omittimus dis-
putationem, vt ad propositum, & institutum
nostrum redeamus, & quia abundè per iam re-
latos de his actum, quique in casus contingen-
tia consuli poterunt.

Et secundùm suprà dictam distinctionem,
quod communiter dicunt Doctores, *Alienare*
28 *prohibitum nullam imponere seruitutem † posse*,
recipit intellectum *dicta l.fin.C. de rebus alienis.
non alien.* ibi: *Similiquè modo & seruitutes mi-
nimè imponi. capit. Nulli extra de reb. Eccles.
non alien.* Bald. *in l. In Prouinciali, C. de serui-
tut.& aqua*, Ias.*in dict.l.fin.num.*147.*&* 148. *C.
de iure emphyt.* Arias Pinel.*in l.1.3. par. num.*18.
C.de bon.matern. Didac.Spino *de testam glos.*19.
*à num.*76. Velazq.de Auendaño *de censib.c.*76.
*num.*3. Marius Giurba *dict.gloss* 4. *num.*14. Car-
din. Tusch. *dict.littera A,concl.*261.*n.*18.*& lit-
tera P, conclus.*898. *& conclus.*900. *per tot.* vbi
latè Anton. Gomez.*in l.*40. *Tauri, n.*85. versic.
Sed his non obstantibus.

29 Item nec seruum dotalem manumittere †
poterit. Iacob.Thomingi.*decis.*49. Marius Giur-
ba *dicta glossa* 4.*num.*17. Ioan.Aloys.Ricci. *dict.
Collectan.*466.vers. *Infero septimò*: de qua te latè
Petr.Barbos.*in l.*1.5.*part.num.*80.*&* 81. *D.soluto
matrimon.*

Nec dotalis debitoris obligationem nouare,
30 † iuxta *text.gloss.&* DD.*in l. Si cum dotem*, 23.
§. *Si mulier, D. solut. matrimon.* tenet Marius
Giurba *loco proximè relato*, adducit etiam Sforci.
Oddum *de restit.in integrum, q.*13.*n.*59.*&* 62.
& alios.

Nec alienare prohibitus alienationi expressè
31 † poterit consentire, *text.in l. Cum quis possit*,
126.§. *Cui autem donare, D. de reg. iur.* Nec
tacitè, cum alienare videatur, *text. in l. Alie-
nationis verbum*, 28. *D. de verbor. signif.* Marc.
Anton.Natta *cons.*571. *n.*11.

32 Eaquè ratione nec fideiubere † in contractu
rei alienari prohibitæ, quia fideiubendo aliena-
tioni consentire videtur: Ioan. Steph. Lam-
berteng. *de contractib. gloss.* 1. *n.* 50. Anton.
Hering. *de fideiussor. cap.* 15. *num.* 115. Marius
Giurba *dict. cap* 14. *gloss.*4. *n.*18. alios in id re-
ferens.

33 Nec super tali re poterit compromittere, †
cum ex compromisso alienatio qui possit, vt
tenent Canonistæ *in cap. Cum tempore de ar-
bitris*, Bart.*cons.*159.*num.*4.*& seq. lib.*1. Ias. *in
dict.l.fin.num.*119.*C.de iure emphy.* Paul. Castr.
cons. 400. *propè fin.* vers. *Contrarium, lib.* 2.
Cornel.Benincac.*de paupert. speciali* 10. *in con-
tractib.num.6.in fin.* Andr. Tiraquel.*de legib.con-
nubia.l.*16.*gloss.*5.*num.*203. Cald Pereyr. *de em-
phyteus.extinct.cap.*5.*num.*44. Cardinal. Tusch.
*littera P, dict.concl.*898.*num.*1.*& conclus.*900.
*num.*6.*& littera C, conclus.*501.*num.*3. *& litte-
ra A, concl.*261.*n.*14 latissimè Ouid. de Amic.
*de iure emphyt.quæst.*94.*ex num.*5. *præcipuè n.*9.
vsque ad finalem, Arias Pinel.*in dict.l.*1.3. *par.
num.*44.*C. de bonis maternis.* Idem (ex pluri-
mis) in transactione dicens, *ibidem in versic.
Idem posset quis dicere in transactione*, Stepha-
nus Gratianus *disceptation.Forens.cap.*379.*n.*10.
& 11. Ioan.Aloys. Riccius *dict. Collect.*466.vers.
Infero secundò.

Nec in testamento de re cuius alienatio pro-
hibita est, disponere † poterit, vel hæredem 34
in ea instituere, *text.*est *in l. Si quis prioris*, 8.§.
*Certum, vbi etiam gloss.verbo, Instituendo, C.
de secund.nupt.& in dict.l. Peto*, 71.§. *Fratre,
vbi* Bart.*not.num.*2.*& dict.l. Si ita quis*, 135. §.
*Ea lege, D. de verbor. obligat. & in l. Ex hoc
edicto*, 9. §. *Alienare, D. de alienat. iudi. mu-
tand.causa fact.* Andr. Tyraquel. (multos refe-
rens) *de retractat. linag.* § 26. *glossa* 1. *num.*5.
communem opinionem testatur Vasquez Men-
cha.*de success. creatio. lib.* 1. *dict.* §. 10. *num.*91.
Caldas Pereyra *de emphyteus.extinct.cap.*5.*n.*42.
Cardinal.Tusch. *littera A, conclus.* 257. *n.* 10.
*& conclus.*263. vbi latissimè, Octauian. Osasc.
*decis.Pedemont.*85.*num.*3. *&* 11. Ioan. Aloysius
Ricc. *dict. Collectan.* 466. versic. *Infero octauò.*
Ita concludit Francisc. Marzarius *de fideicom-
missis*, 2. *parte, q.* 41. *num.*55. communem di-
cens, Petrus Surdus *consilio* 10. *n.* 12. *& con-
silio* 357. *n.*6.

Suprà dicta tamen omnia in alienatione vo-
luntaria, non verò in ea, quæ propter necessi-
tatem, vel paupertatem fit, procedunt. Pro-
pter illam namque (prohibitione non obstante)
poterit fieri, alienatio, alienatæquè rei trans-
ferretur dominium. Prohibitio enim alienatio-
nis, necessariam † nequaquam includit; *text.in* 35
*l.*1.*D. de fundo dotal. l. Alienationes*, 13. *D. fa-
mil. erciscund.l. Diuus*, 5. (& ibi communiter
Doctores) *D.de peti. hæredit.l. Mulier*, 22. §.
*Cum proponeretur, D.ad Senat.C.Trebell.l. Qui
potuerunt*, 27.*D.de manumiss. testament.text.&
ibi* DD.*in l.Filiusfam.*117.§.*diui, el* 2.*D.de le-
gat.*1.*dict.l.Peto*, 71.§. *Prædium*, D. *de legat.*
2. *l. Pater filium*, 36. D. *de legat.* 3. Alexand.
*cons.*206.*num.*4. *lib.*6. Riminald. Iun. *cons.*528.
*num.*27. Andreas Tiraquel.*de retract. linag.*§.1.
*gloss.*14.*num.*9.*&* 11. *& in legib. connubia. l.*16.
*gloss.*8.*num.*200. Cornel.Benincac. *de paupertat.
special.*4. *in contractib.num.*31.*&* 37.*& speciali*
10. *ibidem num.* 18. Roland. à Valle *cons.* 21.
*num.*13. *& seqq.* (vbi latissimè) *lib.*1. Aymon.
Crauera *cons.*25.*num.*3.*&* 4. *& cons.*6. *num.*91.
Ludouic.Mexia *de taxat.panis, concl.*5.*n.*133.
Anton.Gomez.*in dict.l.*40.*Tauri, num.*87. Fla-
min.Paris.*de resign.benefic. lib.*5. *quæst.*6.*n.*162.
Arias Pinell. *in dict. l.*1. 3. *part. num.* 49.*col.*3.
vers. *Notum enim est in iure, C.de bonis matern.*
Petr.Surd.*de aliment.tit.*8.*priuileg.*56. *num.* 39.
*& tit.*9. *quæst.*26.*num.*121. *& quæst.*32.*num.*12.
idem cons. 351. *num.*12.*& sequentib. cons.* 367.
*num.*16.*& num.* 42. *& decis.*254. *num.*6. *& de-
cis.*86.*num.*8. Cardinal. Tusch. *dicta littera A,
conclus.*262.*à num.*1.*& num.*18.*& seqq.& litte-
ra N, conclus.*18.*& lit.D, concl.*791.*n.*12. Federic.
*de Solis in tract.de dote, quæst.*36. *num.*6. Tiber.
Decian.*cons.*11.*num.*54.*lib.*4. Martin.Collet.*de
aliment.lib.*2.*cap.*2.*num.*50. Ioan.Petr.Fontanel.
de pact. nuptialib. clausula 4. *gloss.* 18. *part.* 5.
*num.*3. Ioan.Cephal. *cons.*311. *num.*18.*& cons.*
315.*num.*31. Polidor.Ripa *obseruat.*215.*num.*4.
Petr.Anton.Petra *de fideicommis.quæst.*8.*n.*255.
& 256. Lamberteng. *de contract. gloss.* 1.*num.*2.
Marius Giurba sæpè dicto *cap.*14.*gloss.*6.*num.*8.

Gaspar.Rodrig.*de annuis reddit. lib.2.quæst.15. num.*81. Carpan.*ad Statut. Mediolan. cap.*300. *num.*61. *part.1.& part.2.in cap. Collegiis*, verb. *Vel à Iudice*, *num.*225. Martin.Monter.*decis.*1. *num.*11. Iacob.Menoch.*de arbitrar.lib.2.cent.2. casu* 182. *num.66.& sequenti*, Stephan. Gratian. *disceptation. Forensium*, *cap.* 377. *num.* 15. & *cap.*511. *num.*9. Aurel. Corbul. *de iure emphyteut. cap.*14. *De causa priuationis ob alienationem irrequisito domino factam*, *limitatione* 20. *per totam*, Caldas Pereyra *de iure emphyteut. libro* 4. *cap.*5. *de emphyteus. extinct. num.*50.& *cap.*16.*num.*22. Ouidi. *de Amic.eodem tract.de iure emphyteut.quæst.*16. *num.*3. & *sequentibus*, Francisc. Hieronym. Leo *decis.*90. *num.* 21. Nicola. Intrigliol. *consilio* 3. *num.* 58. & *consilio* 13. *num.* 77. & *sequenti*, *lib.*1. eleganter Anton. Faber *in suo cod. definit. lib.* 2. *tit.*9. *definit.*2.

Nec contrauenire dicitur, qui ex necessaria
36 causa † alienat, iuribus proximè relatis, & tenent Riminaldus Iunior. *consilio* 147. *num.*21. Francisc.Becci. *consilio* 100.*num.*6. plures referens Marchabrun. *consilio* 76. *num.*28. Fabius Turret.*consilio* 6.*num.*6.*lib.*3. Iacob. Menochius *de præsumptionibus*, *lib.*4. *præsumptione* 189. *num.*106.& *consilio* 381.*num.*82. Marius Giurba *dict.glossa* 6.*num.*2. Ioan.Iañez Parlador. *rerum quotidianarum*, *lib.2.capite fin.5.part.*§.3.*n.*37. apud quem etiam aliquæ inter voluntariam, & & necessariam alienationem, differentiæ potuerunt videri, *different* 128. *per tot.*

Semperquè necessarius actus à quacumque
37 generali dispositione (etiam prohibitiua) † censetur exceptus, *text. in l.*2. §. *Itidem agitatum*, D. *ad leg.Rhodi.de iact. l. Generaliter*, 3.§. *Spurios*, D.*de decurionibus*, Andreas Tyraquel. *de legib. connubialibus*, *dict. glos.*8. *à num.*184. *ad numerum* 204. præcipuè *num.* 200. & 201. Aymon.Craueta *consilio* 49.*n.*91. Hieron. Marilian.*decis.*76.*n.*9.

Vndè licèt prohibitam esse rei dotalis alienationem dixerimus, nemineinquè lateat; vt ta-
38 men propinquorum necessitati succurratur, † constante matrimonio poterit dos alienari; *text. in l. Quamuis*, 21. & *l.seq.*D.*soluto matrimonio*, *vbi* notant Baldus, Cuman. & *alij*, *text. in l. Mutus*, 76. §. *Manente* (*vbi glos.fin.*alias concor.allegat) D. *de iure dotium*, Gerardus Maynardus *decis.Tholosan.*21. *lib.*3.*num.*9. pluribus firmat Petr.Surd.*consilio* 367.*num.*14.& 15.& *num.*40. Palacius Rube.*in repetio. rubric. de donationib. inter virum & vxorem*, §. 49. *num.* 3. Gaspar Baëça *de non melior. ratione dot. filiab. cap.*11. *num.*45. Anton. Gomez. *in l.*50.*Tauri*, *num.* 25. *ad medium.* Petr. Barbosa *ad leg.*1. *part.4.num.*133. versiculo, *Amplia*, & *num.*134. D.*soluto matrimonio*; vbi contrarietatem sedare contendit, quoad alienationem rei dotalis ad sororem inopem dotandam (in hoc namque casu *Palac. Rube. Baëç. Gomez*, & *Barbos.* nominatim loquuntur.)

Vtquè pauperem patrem filia alat, dotem à
39 viro repetere † potest, secundum Cornel. Benincac.*de pauperr. speciali* 1.*in iudiciis,num.*62. *in fin. per text.in d.*§.*Manente*, allegarquè etiam Socin.Iunior. *consilio* 54.*num.*26.*in fin.* Contrarium tamen dicit *gloss. in d.*§. *Manente*, verbo, *Reddit*, marito restituere nolente, nisi ad inopiam vergat.

Item licèt res Ecclesiæ ad diuinum cultum constitutæ, & consecratæ in Laicos alienari pro- 40
hibeantur, *cap.*1.*de pignoribus*, *cap. Ad hæc*,4.*de religios.domib. cap.Ea quæ*, & *cap.seq.*1.*quæst.*3. *c. Si fortè*, 16. *quæst.*4. *cap.*1. *de reb. Eccles. non aliend. in Extrauag. communib. cap.Mancipia*, 3. *in fin.de rer. permut. cap. Quæ semel*, 4. 19. *quæst.*3.*cap. Semel Deo dicatum*, *de regul.iur.in* 6. Etiamsi res consecratæ ipsorum laicorum sint, *cap. Comperimus*, 14. *quæst.*6. Potiusquè comburi debeant, *cap.Ligna*,38. & *cap.seq.de consecra. dist.*1. *text. in l.Sancimus nemini*,17.C. *de sacrosanct.Eccles.gloss.vnic. propè fin. in dict. cap. Quæ semel*, latè Cornel. Benincac. *de paupert. speciali* 4. *in contractib. num.* 1. & *seqq.* & *speciali* 10.*ibid.num.*16.& *sequentib.*plenè etiam Card.Tusch.*practic.conclus. litt. A*,*conclus.*271. 272. & 273. & multi alij suprà *num.* 14. adducti.

Vt tamen pauperum necessitati subueniatur,
† ne frigore, aut fame pereant, vel vt à carce- 41
ribus liberentur, ad captiuorumque redemptionem, sacratæ res, ad cultumque Diuinum dicatæ alienari poterunt, *text.* est *in d.l.Sancimus*,17. vers.*Excepta videlicet causa*, *cap. Sicut omnium*, *cap. Aurum*,*cap.Gloria Episcopi*,12.*quæst.*2. exornat lateque comprobat Didac. Couar.*lib.2.var. d.cap.*16.*n.*8.& 9. Cornel. Benincac. *d. speciali* 4. *in contract. num.* 19. & *sequentibus*, Guil. Rodoan. *de reb. Eccles. non alienand. casu* 30. *quæst.* 1. §. *Extantibus prædictis*, *numero* 5. & 6. & *rubric.* 20. *per totam.* Nicola. Boërius *decis.*128.*num.*3. Euerard.*in topic. legal. loco A pari*, *num.*3. Ioan. Gratian. *regula* 185. *num.*5. Petr. August. Morla *in Emporio iuris*, *part.* 2. *tit.*1.D.*de legib.quæst.fin. num.*26. Petr. Surd. *de aliment.tit.*6.*quæst.*12.*num.*11. & *tit.*4. *quæst.* 9. *num.*4.& 5.Nicol. Intrigliol. *consil.* 1. *num.*186. (communem asserens) *part.*1. Ioan.Maria Nouar.*in praxi electionis*, & *variat.fori*, *quæst.*44. *num.*5.& *seqq.sect.*2. Marc.Anton.Genuens. *in practicab.Ecclesiast.quæst.*199.*num.*2. Hieronym. Buccaro.*de differ.*100. *n.*15.

Qui omnes id firmant etiamsi pauper, captiuus, vel incarceratus culpa sua, non tamen 42
ad casum præordinata, ad paupertatem, captiuitatem, vel carcerem deuenerit; estque sententia *glossæ vnicæ in cap. Sacrorum*, 72. *quæst.* 2. quam sequitur (singularem, ab omnibusque approbatam, & communiter receptam dicens) Petr.Surd. *consil.*367. *num.*42. & 43. Iacob. de Graffis *decis. casuum conscient. cap.* 96. *part.*7. *lib.*2. Ludouic. Mexia *in pragm.taxæ panis*, *conclus.*2.*n.*8. & Nos latiùs *q. fin.*

Res etiam à testatore alienari prohibita, fideicommisso, vel restitutioni subiecta, pote-
rit à paupere † grauato pro suis, & suorum 43
(quos alere tenetur) alimentis, redemptione, vel excarceratione alienari: Bart. *in auth. Res, quæ C.commun.de legat.num.*9.& 10.Paul.Castr. *num.*13.Ias.31.Curt.30.Anton.à Padilla, 78.qui hanc communem profitetur sententiam, reiecta *glossæ ibi verbo*, *Obligationem*, contrarium tenentis Dionys. Gothofred. *ibidem*, *verbo*, *Sine donationis*, *littera I*, Barth. Socin. *regula* 3. & *reg.*324. Ludouic.Molina *de Hisp. primog. lib.*4. *cap.*6.*num.*8.& 9.Petr.Surd.*dict.tit.*6.*quæst.*22. *num.*11.& *dict.consil.*367.*num.*42. & 43. Anton. Gomez.*in dict.l.*40.*Tauri*, *num.*87.*vers.Octauo.* Franc.Marzar.*de fideicommiss.*2.*p.quæst.*40.*n.*53.

Ioan.

Ioan.Vincent.Honded.conf.72.num.7.lib.1.Hieronym.Gabri.conf.153.num.17.lib.2.Iacob.Menoch. conf.247. num.9. lib.3. & de præsumption. lib.4.præsumpt.191.num.1.& feqq. præcipuè n.7. & præsumpt.192.num.1.pleniffimè Nicol.Intrigl. de fubftit.cent.3. quæft.73. num.393. & feqq. & num.410.& feqq. Marc.Ant.Pereg. de fideicommiff.art.2.num.82.Vincent.Fufar.de fubfti.q.536. n.1. & 3.

Vel etiam pro filia in fubfidium dotanda
44 † text.in dict.auth.Res quæ, vbi Bart.num.3. per text.ibi, & in dict.l. Mulier, 22.§. Cum proponeretur, D.ad S.C.Trebell. & in l. A filia, 62. D.eod.communem dicit Iaf.in dict.l. Filiusfam. 117.§.Diuus, num.59.Ripa num.70 Ferdin.Loazes num.341.D.de legat.1. Iaf. in dict. auth. Res quæ num.24.& ibi communiter Scribentes,plenè Iacob.Menoch.de præsumpt.lib.4.præsump.lib.4. præsumpt.189.num.1.& feqq. & præsumpt. 190. num.1.& feqq.& de arbitrar.cafu 182. num.68. lib.2.& conf.33.vbi latè conf.95.n.190.conf.127. num.28.conf.105.num.132.conf.735.num.20. vbi de magis communi, & conf.1078. num.1. & 2. Anton. Gomez. in dict. l. 40. Tauri, num. 87. Francifc.Viuius decif.18.num.6. Stephan. Gratian. difcept. Forenf. cap.43. num. 27. & 34.& cap.65.num.6.Hercul.Marefcot. variar. refolut. lib.2.refolut.69.num.1.& feqq. infinitos referens Marius Giurba (communi omnium calculo hanc receptam dicens) in conf. Meffan. cap. 1. gloff.2.num.101.dict.par.1. Petr.Surd. de aliment. tit.1.quæft.27.num.4. & quæft. 31. num.15. Cardin.Tufch.lit. D. conclus. 747. vbi latè, Andr. Gail.practic.obferuat.lib.2.obferuat.lib.137.n.17. Gregor.Lopez in dict.l.6. tit.1.par.6. verb. Que no la puedan vender, Roderic. Xuar. in l. Quoniam in prioribus, limit. 2. num.10. C. de inofficiof. teftam. Didac. Caftillo in dict. l.40. Tauri, num.22.Tell.Ferdinand.in l.20.Tauri; num.14. Gafpar Baeça de non meliorand.ration.dot.filiab. cap.8.num.3.& feqq.Hieronym. Zeuallos commun.contra commun.quæft.743.num.1. Arias Pinel.in dict.l.1.par.3.num.102 C.de bonis maternis, Andreas Fachin.controuerfiar.lib.4. cap.47. Borgnin.Caualcan.decif.82.num 106.par.3. Nicol.Intrigliol.conf.3.num.8. & 9. lib.1. Profper. Farinac.decif.Rotæ Roman.511.n 1.

Qui omnes idem tam pro conftitutione dotis quàm pro eius reftitutione dicunt, vt vtroque res fideicommiffo, vel reftitutioni fubiectæ (fi alia bona vnde reftitutio fieri poffit,non extent) alienari poffint. Tenet etiam (poft gloff. & DD. in dict. auth. Res quæ) Couarruu. variar. lib.3. cap. 6. num.10. verf. Quartò non tantùm, Molin.vbi fuprà, num.14.Marefcot.dict.cap.69. num.4. Cardin.Seraph. decif.678. num.5. Menoch.dict.cafu 182.num.63.& feqq.& confil.33. dict.n.12.cum feqq.

Et fiue alienatio prohibita fit tacitè (vt quia bona fideicommiffo, vel reftitutioni fimpliciter
45 fubiiciuntur) fiue etiam expreſsè † (vt quia nominatim alienari prohibentur) communem dicunt Iaf.in dict.auth. Res quæ, num. 24. & D. Anton.de Padilla, num.25.veriorem, & magis communem Didac. Couar. lib. 3. variar. dict. cap. 6. num. 10. verf. Secundò hoc vt tract. Ludouic. Molina de Hiſpano. primog. lib. 4. cap.6. num.10. Roland. à Valle conf. 85. num. 7. lib. 1. vbi communem, ab eaque in iudicando, & confulendo recedendum non effe dicit, & conf. 81.num.7.lib.2.& conf.27. num.4. lib.4. Hercul. Marefcot. dict.cap.69. num.7. Iacob.Menoch. d. præsumpt. 89.num.96.& de arbitrar. lib.2.cent. 2.dict.cafu 182.& num.69.Nicol.Intrigliol.dict. conf.3.num.6. vbi de magis communi, & recepta teftatur, Francifc.Marzar. de fideicommiff.2. par.dict.quæft.48.num.71.magis communem dicens, Michaël Craffus in §. Fideicommiffum, quæft.57,num.2. vbi etiam de magis communi, Tiber.Decian.confilio 10. num.6. lib.2. communem pariter afferens.

Quinimò eandem fententiam in cafu, quo prohibitio facta effet à teftatore expreſsè inhibendo, ne dotis etiam ratione † fieret aliena- 46
tio, tenuerunt Paul. Caftrenf. conf. 80. dubio 1. lib.1.Guid.Pap.decif.69.num.1.& feq. Andr. Tiraquel.de primog.quæft.61.n.4. Alban. conf.522. num.6.Iacob.Menoch. de præsumpt. 189. n.116. verf. Contrariam opinionem, latè Petr.Surd.decif.62.num.11.vbi ita iudicatum teftatur, Hercul.Marefcot.dict.lib.2.ref.69.num.6. verf. Contrariam, & num. 17. Michaël Craf. in dict. §. Fideicommiffum, quæft.95.num.3.& 4.Francifc. Burfat. conf.179. num.8. lib.2. hanc magis communem dicens, Ioan. Baptift. Cofta de remed. fubfidia remed.6.num.6.Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiff.art. 42.n.6. verf. Contraria verò, vbi communem firmat, & num. feqq. Francifc. Milanef.decif.7.n.41. & 42.lib.1. Ioan.Cephal. conf. 683. num.9. & 10. plures referens Marius Giurba in confuet.Senat.Meffanenf. c.14. gloff.7. & dict.cap.1.gloff.2.num.103. Hieronym. Ceuallos dicta quæft.743. num.2. Paul. Æmil. Gal. de exceptio. part. 2. titul. 4. except. 7. numer. 64. Quam fententiam amplexa fuit Rota Roman. diuerfor.decif.449. n.1. part.1. Rota Bononien. in collectis à Gypfio decif.47.num.7.& 11. vbi de receptiori, eamquè tenet (contra Couarru. & alios) Andrea. Fachine. lib.4.controuerf.cap.48. Francifc.Marzar. dict.q.48.num.72.verf.Contrariam tamen.

Qua tamen in re † (præter Couarru. Greg. 47
Lopez, Anton. Gomez, & alios iam relatos) videndus Molina de Hiſpano. primogen.d.lib.4. cap.6. num. 11. 12. 13. & 14. ac etiam Marius Giurba vbi fuprà dict. cap.1. gloff.2. num. 103. & 104.

Sicut autem res fideicommiffo, vel reftitutioni fubiectæ vel alienari prohibitæ, pro dote ad matrimonium contrahendum alienari poffunt; ita & pro dote filiæ monafterium ingredienti conftituenda. Cum vtroque cafu parentibus filias dotandi † fubfit obligatio. Bald. in 48
l.fin. num.5. C. ad Senat. C. Trebelli. Alexand. conf.139.num.7.lib.2. Petr.de Anchar. conf.108. num. 4. Felin. in cap. Ecclefia Sanctæ Mariæ, num. 79. verficulo, Cæterum, extra de conftit. Nicol.Euerard. in locis legalib. loco à matrimonio carnali ad fpirituale, n.4. Petr.de Auendañ. refponfo 17. num.4.Gregor Lopez in l.8. verbo, El padre, tit.11.part.4. Iacob. Menoch. d. præsumpt. 189. num. 91. & Nos diximus quæft.15. num.19.

Quare dictam in cafu noftro fententiam † 49
tenuerunt Bart. in dict. auth. Res quæ, num. 7. Bald.num.13. Angel. num.4.in fin. Salyc.num.1. dicit communem Iaf.num.18.& 23. Ferdinand. Loazes in dict. l. Filiusfamil.§. Diui, num.138. D. de legat. 1. Cornel. Benincac. de paupertate fpecial. 10. in contractib. num.20. & fequentibus, Iacob.

Iacob.Menoch. d. præsumpt.189. n.90. Hercul. Marescot.d.resol.69.n.9. P.Thoma Sanchez de matrim.lib.4.disp.26.num.7.vers.Et hac ratione. Anton.Gomez in d.l.40.Tauri, num.87. versic. Septimò intellige, Petr.Anton.Petra de fideicommiss.quæst.8.n.418. Marc.Anton.Peregrin. eodem tract.art.42.num57.Nicola.Intrigliol.de substit.. centur.3.q.79.n.238.

Nec solùm pro filia legitima, & naturali
50 dotanda, sed etiam naturali † tantùm, si aliundè eam pater dotare non possit, Ias. in dict. authentic.Res quæ,num.7.D.Anton.à Padilla n.64. Petra de fideicommiss. d. quæst.8. n.468. Anton. Peregrin. eodem de fideicommiss. tract. art.41. num.50.& art.42.num.38.& consilio 15. num.4. lib.5.Molina d.cap.6.num.9.Aldouin.consil.103. num.16.Menoch.d.lib.4.præsumpt.189.num.25. Stephan.Gratian.discept.65.num.7.& 8. Marius Giurba d.cap.1.gloss.2.num.102.Cardin.Tusch. littera D, conclus. 747. num.4. & conclus. 780. num.136. Nicol.Intrigliol. de substitut.centur.3. quæst.73.num.196. Alexand. Raudens.decis.161. num. 268. Cum etiam Naturalem tantùm pau-
51 perem teneatur pater dotare, † ex suprà relatis, & dictis latè q.15.ex n.8. cum seqq.

Suprà dicta autem omnia, non solùm pro testatoris descendentibus,sed etiam in transuer-
52 salibus, † ad eosque dict. auth. Res quæ dispositionem ex rationis generalitate extendendam; tenuit (cum Corneo) Curtius Iunior in dict. authent.Res quæ,num.13. post gloss. in §. Quam ob rem.in verb. Sufficeret,in auth.De restit.& ea quæ parit, & ibi Iacob. de Beluis. Rimin. Iun. cons. 324. num. 12. & Iacob. Menoch. cons.33. n.41.

Licet communis sit in contrarium (admit-
53 tendam nempè in transuersalibus d.auth.dispositionem non esse, sed in testatoris prohibentis descendentibus tantùm) tenentque communiter DD.in d.auth. Res quæ,& in d.l. Mulier,22. §. Cum proponeretur, D.ad Trebel.Ferdin.Loas. in dict.l.filiusfam. §.Diui, n.361. Didac.Couar. d.lib.3.var.resolut.cap.6.num.10.versic. Primum illud, Ludouic.Molin.d.lib.4.cap.6.n.6 Vincent. de Franc. decis.241.num.1.& 3. Gaspar.Anton. Thesaur.in additio.ad patrem,decis.192.num.11. in fin. Padil.Pinel.Cephal.Petr.Paul.Æmil.Gal. Farinac.& plurimi alij, quos refert, & sequitur Mari.Giurb.d.cap.14.gloss.7.n.9.

Consulendi tamen circa hanc rem erunt Iacob. Menoch. d. præsump. 189. num 41.& sequentib. Anton. Gomez in d.l.40.num.87. vers. Tertiò Notabiliter, ibi: Unum tamen est, &c. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiss.art.42. n.50.& 51. Steph.Gratian.discept. Forens.c.65. n.7.& seqq.

54 Et in penitùs extraneis † d. auth. dispositionem locum habere, resque alienari prohibitas ad dotis constitutionem alienari posse; tenuit gloss.in auth. De restituen. & ea, quæ par. in §. Quam ob rem,verb.Si non suffecerit.ad fin.quam sequitur (singularem dicens) Bald. Nouel. de dot.6.priuil.13. communiter tamen ex iam relatis improbatur.

Facultas verò alienandi, remquè pro descendentium necessitatibus distrahendi, tam ad ex-
55 tantes, quàm futuros, † (ex verosimili testatoris mente) extenditur, vt firmat Paulus Castrensis in d.l. Mulier, 22. §. Cum proponeretur, num. 2. Curt. Iunior in dict. authent. Res quæ, num.11. & 12. vbi communem dicit, Anton. à Padilla num. 91. quam sequitur (magis sibi placere asserens) Molina dict. cap.6. num. 5. Petra dict. quæst.8. num. 394. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens.26. num. 96. Hercules Marescot. dict.lib.2.cap.69.num.23. vbi ita fuisse decisum testatur, contra Alciati opinionem, coram Cardin. Seraphino, & sic post longam disputationem tenuisse Senat. Pedemont. asserit Antoninus Thesaurus decisione 192. num. 11. argumentis Alciati contrarium tenentis responso 640. satisfaciens, sequaciumque sententiam improbans, Iacob. Menoch. d. præsumpt.189. num. 18. & seqq. Prosper Farinac. decis. 457. num.2.

Et non solùm pro ipsamet dote, siue pro dotis parte † (si incongrua sit dos) poterit in 56
prædictis casibus alienatio fieri, dosquè augeri, Bald. Castrens.& Ias.in dict.auth. Res quæ, vbi etiam Curti.Iun.num.45.Iacob.Menoch. (alios referens) lib.4.dict.præsumpt.189.num.24. versicul. Extenditur primò, & num.155. & sequentibus, & cons 33.n.22.lib.1. Hercul. Marescot. dict. capit.69. num.25. & sequentib. vbi quæ in isto casu dos congrua dicatur, Cardina. Seraphin. dict.decis.678. num.1.7.& 8. Farinac. vbi suprà num.1.Stephan. Gratian.decisione 19.n.5. Anton. Thesaur.decis.192.n.3. Aurel. Corbul. de iure emphyt. cap.14. limitat.20. & limit.30. constatque apertè ex d. authent. Res, quæ. & expressiùs in corpore vndè sumitur, in d. auth. de restituend. & ea quæ parit in vndeci. mens. d. §. Quam ob rem, collat.4.

Sed etiam pro nuptiarum apparatu, † expen- 57
sisque in nuptiarum celebratione fieri solitis, cum sint de connexis, & appendicibus. Ita(post Salic.in dict. auth. Res quæ, num. 5. Aug. Bero. cons.113. num. 44. lib. 2. & alios) tenet Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiss. dict. art. 42. num.80. Menoch. sæpè repetito loco, n. 24. in fin. vers. Extenditur secundò, Marescot. dict. cap.69.n.14.& 15. qui testatur hanc amplexam fuisse Rotam in Bononien. fideicommissi de formagl ar.is, de anno 1577.coram fælic. record. Clemente Papa VIII.tunc Auid.iure.

Semel autem pro dote bona alienata,† etiam 58
soluto matrimonio si apud mulierem, vel eius liberos remaneant, libera existimt, licèt secùs si ad patrem reuertantur. Ita Bart. in d. auth. Res quæ, num.8. cuius opinio communis est, quem sequuntur Ias. ibi num. 30. Curt. Iuni. (communem etiam dicens) num. 27. vers. Secunda est, Marescot. dict. loco, num. 34. 35. & 36. Peregrin. supra, num.20. Menoch. dict. cons.33.num.9.& dict. præsumpt. 189. ex n.188. vsque ad n.193. Vbi etiam late vsque ad n.198. Quid si mulier dotem ex bonis fideicommissi constituit, & moritur maritus, deinde ipsa mulier,an talis dos ad fideicommissum reuertatur? ad hæredesve extraneos transeat?

Necessaria autem alienatio eatenus admittitur, quatenus necessitas † vrget, text. in l.Ma- 59
gis puto. 5. §. Item Prætor, D. de reb. eorum, l. Et si sine, 8. §.1. D.de minor.l.1.ad fin. D. de feriis,l.fin.D.exercit. actio. l. Senatus, 16. D. de offic. Præs. Bart. in l.1.§.Nunciatio, num.28. D. de noui oper. nunciat. Bald. consilio 40. num. 3. lib.1.Decius cons.403. num. 18. & 21. Aymon. Craueta cons. 100. num.193. & 194. Marescot. suprà, num.16. Giurba dict. cap.14. gloss.6. n.3.

Petra

Petra *de fideicommiſ. dict. quæſt.* 8. *num.* 311. Tiber. Decian. *conſ.* 20. *n.* 89. *lib.* 5. Alex. Raud. *deciſ.* 30. *n.* 220.

Vndè ſi pro dote, alimentis, aliavè neceſſaria cauſa alienatio facienda ſit, fructuſquè fideicommiſſi, vel rei alienari prohibitæ ſufficiant,
60 † ad eius alienationem procedendum non erit, *ex text. in dict. l. Mulier*, 22. §. *Cum proponeretur*, D. *ad Senat. C. Trebel.* & ibi. communiter Scribentes, Roman. *conſilio* 232. *num.* 3. Iaſ. *in dict. authentic. Res quæ*, *num.* 33. verſiculo, *Duodecimò limita*, Nicola. Intrigliol. *conſilio* 13. *num.* 83. *lib.* 1. Petra *de fideicommiſ. quæſt.* 8. *n.* 384. 460. *&* 489. Peregrin. *d. tract.* 1. *artic.* 42. *n.* 71. *idem* Intriglio. *de ſuſtit. cent.* 2. *quæſt.* 73. *n.* 318.

Quod tamen ſi tempore quo dos, vel alimenta præſtanda ſunt, vel alienatio facienda eſt
61 fructus ſufficientes extent, limitandum, intelligendumque eſt, ex ſententia Angeli, & Cuman. *in dicto* §. *Cum proponeretur*, Iaſo. loco proximè relato, Ioannis Lup. *in repetition. rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 14. *num.* 1. refert, & ſequitur Molin. *dict. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 15. Petra & Peregr. *ſupr.* Intrigliol. *dict. loco*, *n.* 315. Iacob. Menoch. *conſil.* 247. *num.* 39. *& conſ.* 852. *numero* 10. *& ſeq. & lib.* 4. *præſumpt.* 189. *numero* 162.

Fructibus verò ſufficientibus non extanti-
62 bus, ad rei venditionem etiam magni valoris † erit procedendum, Bald. *in dict. auth. Res quæ*, *num.* 4. Paul. Caſtr. *num.* 5. Padilla *num.* 109. Molina *ſuprà num.* 16. Ioan. Bapt. Coſta *de ratione rata*, *quæſt.* 123. *num.* 11. & ita in Rota Roman. *diverſ. deciſion.* 771. *part.* 1. fuit concluſum.

63 Pretium autem quod ſupereſt, † in alterius minoris fundi, vel rei emptionem debet conuerti Coſta *ſuprà num.* 12. Pereg. *dict. art.* 40. *num.* 26. Anton. Sola *ad conſtit. Saband. titul. de feudis. par.* 2. *gloſſ.* 4. *num.* 9. Alexand. Raudenſ. *dict. deciſ.* 30. *num.* 221. *&* 222. Octauian. Oſaſc. Tiber. Decian. & alij, quos refert, & ſequitur Marius Giurba *dict. cap.* 14. *gloſſ.* 6. *n.* 4.

Latè hac in re immorati ſumus, ad ſimileſque caſus, in quibus regulariter alienatio prohibita eſt, paupertatis verò ratione licita, ac permiſſa; procedendum Nobis erit. Superioribuſquè adiungendum, quòd licèt emphyteuta irrequiſito domino rem emphytheuticam alie-
64 nare non poſſit, † quòd ſi alienet, à iure ſuo cadat, *text. in l. fin. C. de iure emphyt.* vbi Bart. Bald. Salycet. Iaſ. & alij, *text. in cap. Potuit extra de locato*, vbi communiter Scribentes, Iaſ. *in l. Non ſolùm*, §. *Morte*, *num.* 23. *D. de noui oper. nunciat.* Cagnol. *in authent. Qui rem*, *n.* 23. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alciat. conſ.* 106. *numero* 4. *lib.* 4. *& conſilio* 115. *in princip. eodem libro*, *& conſ.* 757. *num.* 1. Petr. Paul. Pariſ. *conſ.* 86. *num.* 13. *lib.* 4. Socin. Iun. *conſ.* 70. *n.* 14. *lib.* 3. communem dicens. Iul. Clar. *recept. ſentent. lib.* 4. §. *Emphyteuſis*, *quæſt.* 13. *in princip.* Bald. *in capit. Cumana*, *num.* 2. *de electio.* Corne *conſ.* 166. *num.* 4. *lib.* 2. Guid. Pap. *deciſ.* 162. *n.* 1. *in fin.* Matthæ. *de Afflict. deciſione* 97. *num.* 1. Ioann. Cephal. *conſilio* 95. *n.* 21. *lib.* 2. latè Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 14. *per totum* plures ampliationes huic regulæ ſequentibus quæſtionibus aſſignans, Marc. Anton. Peregrin. *conſilio* 15. *num.* 21. *&* 23. *libro* 1. Anton. Faber. *in codice ſuo definit. lib.* 4. *titul.* 41. *definitione* 7. *num.* 7. Gaſpar. Gaballi. *Mil eloquio* 212. fusè Camil. Borrel. *in ſumma deciſion. tit.* 33. *num.* 68. *& ſequentibus.* Ouid. de Amic. *de iure emphyt. in explicatione text. in dicto cap. Potuit*, *num.* 8. *& quæſt.* 1. *num.* 1. *cum ſequentibus.* Vbi quid ſi emphyteuta irrequiſito domino eius ſaluo iure, † vel conſenſu 65
nec aliter, nec alio modo, vel aliis ſimilibus clauſulis alienet; latèque etiam Vincent. Carot. *de locat. titul. de iure emphyteut. quæſt. principali*, *folio mihi* 92. *num.* 5. *& ſeqq. & quæſt. ſeqq.*

Si tamen ex neceſſariâ causâ † irrequiſito 66
domino alienet; in commiſſum non cadit Bart. *in dict. l. Pater filium*, *D. de legatis* 3. *& in l. Et ideò D. de contradiction. furtiua*, *& in l.* 1. *C. de præd. minor.* Bald. *in l. Voluntas & in l. Quoties*, *C. de fideicommiſſ.* Decius *in authentic. Prætereà num.* 12. *C. vndè vir*, *& vxor*, Matthæ. de Afflict. *deciſ.* 191. *per totam*, Cornel. Benincac. *de paupertat. dict. ſpeciali* 10. *num.* 19. Hieronym. Gabriel. *conſil.* 92. *per totum*, *præcipuè num.* 5. *&* 6. Aurel. Corbul. *dicto cap.* 14. *De cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino*, *limitatio.* 30. *& limitation.* 20. *n.* 2. Ouid. de Amic. *dict. tractat. quæſt.* 16. *ex num.* 3. *cum ſequentibus*, & alij ex ſuprà relatis, *num.* 35.

Idquè etiamſi culpa ſua † alienare prohibitus 67
(non tamen ad caſum præordinata) in neceſſitatem deuenerit, extenditur, vt in ſpecie notat Iaſ. *in dicta authentic. Res quæ*, *num.* 20. Crot. *in dicta l. Filiusfamil.* §. *Diui*, *num.* 64. *& ibid.* Ferdinand Loazes *num.* 142. Arias Pinel. *in authentic. Niſi triennali*, *num.* 46. *C. de bonis maternis*, veriorem hanc ſententiam putans, latiùſque Nos *quæſt.* 54. *num.* 17. *& ſeqq.* dicemus

Item licèt hominis liberi alienatio, † vendi- 68
tio, vel pignoratio à iure prohibita ſit, *l. Si emptionem*, 34. §. *Liberum hominem*, *& l. Liberi* 70. *D. de contrahenda emptione*, *text. in* §. *fin. inſtit. eodem*, *l. Ne ratius*, 63. *D. de condiction. indebiti l. Cum quis*, 38. §. *Quia hominem*, *l. Qui res*, 98. §. *Aream*, *D. de ſolut. text. in* §. 1. *inſtitut. de inuti. ſtipulat. l.* 3. *tit.* 13. *par.* 5.

Etſi fortè pater filium creditori ſuo ſcienter 69
pignorauerit † (præterquam quod obligatio non tenet) creditor illum ſcienter recipiens, relegationis pœna punitur; *text. in l. fin. cum gloſſ. D. quæ res pignor. oblig. poſſ. text. in capite Lator*, 2. *in ordine*, *iuncta gloſ.* 1. *extra de pignor.*

Quamuis autem creditoris ignorantia, † vel 70
illius cui hominis liberi alienatio fit, excuſet à pœna, non tamen alienationem valere facit: operatur tamen, vt alienans de euictione teneatur; *tex.* eſt *in l. Minor*, 39. §. *Pater ſciens*, *D. de euictio.*

Imò etiamſi emptor, & venditor eius conditionem ignorent, † alienatio non tenet euic- 71
tionemque præſtare debet alienans, *l. Si ſibi*, 25. *C. de euictio.* Etſi vterque ſciat, † vterque 72
punietur, iuxta *text. in dicta l. fin. D. quæ res pig. auth. Imò*, *C. de action. & obligation. & in auth. vt nulli iudic.* §. *Quoniam verò contingit*, *collaction.* 9. *& in l.* 3. *tit.* 13. *part.* 5. latè Cornel. Beninc. *de paupertat. ſpeciali* 5. *in contractib. num.* 1. *& ſeqq.* Conuenit quod Deu-

teron.

teron. dicitur *cap.24. Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suum de filiis Israël, & vendito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui.*

73 Tamen paupertatis, famisque ratione licet patri filium vendere; † *text. & gloss. in l.* 2. vbi Bald. & alij, *C. de patrib. qui filios distraxe. gloss. in cap. Discipulos, 26.* verbo, *Fame, extra de consecrat. distin. 5. gloss. & Doctor in dict. cap. 2. de pignor.* Bald. *in cap. Ex rescripto num.* 4. vbi etiam Abb. *num. 7. de iureiurand.* Imol. *in l. 1. n. 6. D. de vulgar. & pupill. substit.* Andr. Tyraquel. *de retract. consang §. 26. gloss. 1. num. 5. & 17.* Cornel. Benincac. *vbi supra num.* 15. Cagnol. *in l. Non debet, num. 4. D. de regul. iur* Didac. Couar. *variar. resolut. lib. 3. cap. 14. num.* 4. Ludouic. Molin. *de Hispano. primog. lib. 4. cap. 5. num.* 13. Gerard. de Petra Sanct. *singul. vltim. num.* 16. Hippolyt. de Marsil. *singul.* 101. Mantua *sing.* 77 *& singul.* 547. Ascan Clem. *de patr. potest. cap. 5. effect.* 1. Philipp. Paschal. *de viribus patr. potest. cap. 1. num. 6. & seqq. part.* 1. Vincent. Carot. *de remed. contra praeiudic. senterg. vel damnos. execut. except. 25. num.* 10. Asini. *in praxi iudic. in principio, cap. 2. num.* 20. Carol. de Grassis *de effectibus clericat. effectu* 43. Estque hodie pro hac sententiâ *text. in l. 8. & 9. tit. 17. part. 4. text. in l. 3. tit. 13. part. 5.* versiculo, *El segundo es.* Diciturque *Esdrae lib. 2. cap. 5.* in principio. *Filij nostri, & filiae nostrae multae sunt nimis accipiamus pro pretio eorum, frumentum, & comedamus & viuamus,* & apud Ouid. Metamorph. *lib.* 8.

Et tandem demisso in viscera sensu.
Filia restabat, non illo digna parente,
Hanc quoque vendit inops.

74 Nec solùm patri, vt famis necessitati subueniat, filios vendere licet; sed etiam pignorare, † magis communem sententiam dicit (ex Amesc. *de potest. in seipso. lib. 2. cap. 14. num. 27.*) Philipp. Pasch. *vbi supr. num.* 10. Qua de re controuersia hodiè esse non potest, stantibus dictis proximè *Partitae* legibus in pignore nominatim loquentibus.

Amplia secundò, vt sicut vendi, vel pignorari ob famis necessitatem filius potest; ita & cum
75 fundo† vndè se pater alat, permutari, vt pluribus rationibus firmat Arias Pinel. *in rubr. C. de bonis matern. 2. par. n. 26.* quem sequitur Philip. Pasch. *vbi suprà num.* 11. & ex *Sacra pagina* suprà relata Esdrae authoritate probatur; licèt contra teneat Bald. *in d. l. 2. C. de patr. qui fil. distra. num.* 5.

Ampliatur tertiò, vt non tantùm ratione fa-
76 mis †(vt voluit Couar. *d. lib. 3. var. c. 14. n. 4.* vers. *Tertiò etiam,* & Greg. Lopez *in d. l. 8. tit. 17. glos. 1.* verbo, *De gran fambre, partita* 4. post Baldum
77 *in d. l. 2. n. 6.*) Sed etiam alia simili † ratione, vt si pater ab hostibus captus sit, pro eius redemptione, ob rationis paritatem, vt per Cornel. Benincac. *dict. speciali 5. in contract. num.* 16. latèque defendit Arias Pinel. *loco iam relato, num.* 27.
78 Ampliatur quartò in matre, † *ex d. l. 2.* & di-
79 ctione illa, *si quis,* ibi abiecta; quae † tam foeminas, quàm masculos comprehendit; *text. in l. 1. D. de verb. significat. in l. Quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. l. 3. §. 1. D. de negot. gest.* ex rationisque paritate latè comprobat Cornel. Beninc. *suprà num. 17. cum seqq.* Quamvis contra teneat *gloss. in d. l. 2.* quam defendit Petr. Rebuff. *de priuileg. scholast. priuil. 177. n. 5.* Pinel. *sup. n. 22.* & Pasch. *d. cap. 1. n 12.*

Tamen suprà dictam principalem *d. legis 2.* conclusionem, praecedentesque ampliationes limita in filio Clerico; † qué nec ob famis necessi- 80
tatem alienare potest pater, secundùm Hostiens. *in c. Iudaeorum* (quem sequuntur ibi communiter Scribentes) *de aetate, & qual.* Anan. *in c. Si quis, col. 2. vers. Tu adde, de furt.* Hipp. de Mars. *in rub. de fideiuss. n. 222. & d. sing. 101. n. 2.* Gerard. de Petra Sanct. *d. sing. 100. n. 16.* Hieron. Cagnol. *in l. Non debet, n. 4. D. de reg. iur.* Greg. Lopez *in d. l. 8. tit. 17. p. 4.* verb. *Pueden vender,* Philip. Pascha. *d. c. 1. n. 16. & 17.* Camil. Borrel. *in repet. prag. Odia litium §. 1. gloss. 3. n. 250.* Vinc. Carot. *d. except. 25. num. 10.* Carol. de Gras. *de effect. Cleric. dict. effect. 43.*

Item licèt dominus vassallos inuitos alienare non possit, † neque feudi dominium in alium eis 81
renitentibus transferre; *text. est in c. 1. §. Ex eadem lege, de lege* Corrad. *& in cap. Imperialem, §. Praeterea* Ducatus *in fin. de prohibita feudi alienatione* per Federic. *gloss. 1. in l. Inuitus, 34. D. de fideicommiss. libert.* Felin. *in cap. Dilecti, n. 1.* (*vbi caeteri Scribentes*) *extra de maior. & obed.* Bald. *in cap. Generali, n. 2. si de feud. fuerit controu. inter domi. & agn.* & latiùs *consil. 326. lib. 1. & consil. 327. n. 5.* Aym. Crauet. *cons. 54. n. 3. & cons. 241. n. 6. lib. 2.* Hieronym. Grat. *consil. 147. num. 5. & seqq. lib. 2.* Petr. Duen. *regul. 2. 5.* Roland. à Valle, *consil. 1. n. 34. & seq. lib. 1.* Franc. Bursat. *consil. 160. n. 1. lib. 2. & cons. 350. n. 1. lib. 4.* Vincent. de Franc. *decis. 17. n. 2.* Anton. Gabriel *lib. 5. commun. conclus. tit. de iure quaesito non tollend. conclus* 8. Iul. Clar. *in §. Feudum, q. 28.* Petr. Surd. *cons. 208. n. 17. lib. 2.* latiùsque *cons. 3 23. n. 1. & seq. lib. 3.* (qui etiam in Supremo Principe aliquam de suis ciuitatibus alienare volente loquuntur) Iacob. Menoch. *consil. 377. n. 10. & cons. 264. n. 30. & cons. 32. n. 20. & in tract. de recup. possess. remed. 10. n. 81.* Ioan. Cephal. *consilio 18. n. 23.* Petr. Greg. *in tr. de concess. feudi part. 7. q. 4. n. 18.* Octauia. Osas. *decis. Pedemont. 139. num. 25.* Marc. Anton. Natta *consilio 506. num. 15.* latè Garsia Mastril. *consilio vnico, num. 3. & seqq.* Philipp. Paschal. *dict. cap. 1. ex num. 25. cum seqq. vsque ad num. 68.* copiosè etiam Cardinal. Tusch. *pract. conclus. littera V, conclus. 30. & littera F, conclus. 125. & 126.*

Vt tamen necessitati, famique succurrat, † 82
poterit dominus vassallos inuitos, & renitentes alienare. Ita tenet Cornel. Beninc. *dict. speciali 5. in contractib. num.* 24. quem sequitur Paschal. *vbi suprà, num.* 24. communem dicens, sicque tenere DD. ex ratione *dict. l. C. de patrib. qui fil. distraxe.*

* *
*

VTRVM

VTRVM PAVPER CVI res vendita, non tamen tradita fuit, ei, cui vendita fuit, & tradita, præferatur?

SVMMARIVM.

1 *In re duobus in solidum diuersis temporibus vendita, is, cui res priùs tradita est, licèt posterior fuerit in contrahendo, præfertur.*
Amplia n.4.5.6.7.& 8.
2 *Dominium rei venditæ apud venditorem, dum eam emptori non tradit, remanet.*
Emptor solùm actionem personalem ad interesse contra venditorem rem venditam non tradentem habet, ibid.
3 *Dominium absque rei traditione transferri non solet.*
9 *Pauperes, quibus res tradita non est, priores in contrahendo, diuitibus, quibus rei traditio facta postmodum est, præferuntur.*
Amplia, n.14.
10 *In piis causis dominium absque traditione Pauperes, & Ecclesia æquiparantur,* ibid.
11 *Dominium rei dotis causa promissæ, absque traditione acquiratur.*
Et an possessio quoque absque apprehensione ex ea causa transferatur? remissiuè, ibid.
12 *In omnibus casibus, in quibus absque traditione dominium transfertur, primus emptor, vel contrahens, cui rei traditio facta non est, secundo, cui facta est, præfertur.*
12 *Traditio ficta operatur, vt primus contrahens secundo, cui traditio facta est, præferatur.*

QVÆSTIO XXIII.

IN re duobus diuersis temporibus vendita in solidum, eum præferri, cui priùs rei tradi-
1 tio facta est, † etiamsi posterior in contrahendo fuerit; disponit text. *in l. Quoties, 15. C. de rei vendic. & in l. Qui tibi, 6. C. de hered. vel act. vend. vbi not.* Bald. Paul Ias. *& communiter Scribentes, l. Sine autem, 11. D. de Publician. in rem acti, glos. in cap. Qui prior, 54. vers. Ex duobus emptoribus, extra de reg. iur. in 6. text. in l. 50. tit. 5. part. 5. vbi glossa 1. & l. 14. tit. 13. ead. part.* (vbi de re duobus pignorata) Alexand. *consil. 92. n. 11. lib. 5.* Corne. Gozad. & alij, quos refert, & sequitur Cornel. Beninc. *de pauper. t. speciali 6. in contract. n. 1* Anton. Gomez *variar. tom. 2. cap. 2. num. 20.* vbi latissimè, Didac. Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 19 in principio,* & latè *per tot.* de intellectu *dicta l. Quoties,* Andreas Tyraquellus *in tractatu de constitut. 1 parte num. 21.* Ioannes Gutierrez *in l. Nemo potest, num. 40. D. de legat. 1.* & latiùs *de iuramento, confirmat. 1 part. cap. 30. num. 1. & seqq.* Ildephons. de Azeued. *in l. 3. tit. 8. libro 8. nouæ Reg. Collect.* Iacobus Menochius *consilio 1153. num. 45.* Marsil. *singul. 82.* Petrus Augustinus Morla *in Emporio iuris, 1. part. tit. 9. D. de contrahend. empt. in principio numero 48.* Pater Ludouicus Molina *de iustit. & iure, tract. 2. disputat. 369. num. 1. & seqq.* Ioannes de Salas *de emptione & venditione dubio 46. numero 2. & seqq.* Pater Leonardus Lessius *de iustit. & iure, libro 2. cap. 21. dubio 19.*

Ratio est, quia ex solo contractu, vel titulo venditionis absque traditione † dominium, vel ius aliquod rei venditæ in emptorem non transfertur, sed apud venditorem manet, de eaque validè potest disponere, tantumque contra eum actio personalis ad interesse emptori conceditur, *text. in dicta l. Qui tibi, 6. C. de hæreditate, vel actione vendition. l. penultim. C. de rei vendicat. & ibi not. glossa, l. fin. §. Lutius Titius D. donationibus l. Si ager, 51. D. de rei vendic. glossa 1. in §. 1. institut. de Inutilib. stipulat. l. Alienatum 67. D. de verb. signific.* 2

Dominium enim absque rei traditione † transferri non solet, *l. Traditionibus. 20. C. de pact. l. Nunquam, 31. D. de acquir. rer. domin. §. Per traditionem, institut. de rer. diuision.* Quam rationem probant apertè suprà dicta iura, eamque in specie tradit *glossa in dicta l. Quoties, 15. & ibi* communiter Scribentes; & veram ac fundamentalem dicit Antonius Gomez *dicto libro 2. cap. 2. num. 20. colum. 1. circa fin.* Couar. *dicto cap. 19. in principio,* Gregorius Lopez *in dicta l. 50. tit. 5. part. 5. glossa 1. colum. 1. in fin.* Antonius Pichardus *in principio institut. de empt. & vendit. num. 25.* Ioannes Matienço *in l. 7. tit. 11. lib. 5. nouæ Reg. Collect. glossa 6. n. 24.* 3

Quod & in vēditione iurata † obseruatur, quia & in ea secūdus emptor, cui res tradita fuit, priori præfertur emptori. Ita tenent Immol. *in c. Cum contingat, n. 85. de iureiur.* Ias. *in d. l. Quoties n. 36. & consilio 5. n. 1 vers. Nec obstat lib. 3.* Ant. Gomez *d. c. 2. n. 20. vers. Septimò principaliter extēde,* Couar. *d. c. 19. n. 8. in fin. vers. Decimò, an sit locus? & in Epitome de sponsal. 1. part. c. 5. n. 9. & in c. Quamuis, §. 4. n. 2.* Ioan. Gutier. *d. cap. 30. n. 4.* Roland. à Valle *consilio 6. n. 24. lib. 1. & cons. 62. n. 4. lib. 1.* Petr. August. Morla *vbi suprà d. n. 48.* P. Molina *d. disp. 369. n. 10. vers. Octauum,* Ioan. de Salas *d. dubio 46. n. 3. ad fin.* Pat. Ferdin. Rebello *de oblig. iustit. lib. 9. q. 17. sect. 3. n. 22. par. 2.* Pat. Ludouic. Torres *de iustitia disput. 59. dubio de iniustitia emptionis, & venditionis, n. 3. vers. Tertiò notandum est.* 4

Tantúmque operatur traditio, vt licèt tempore, quo res vendita, ac tradita est, venditoris non fuerit, † postmodumque eius dominium nactus sit, ac eam alteri vendat, traditio conualidatur, efficiturque dominus prior emptor. *text.* videtur *in d. l. Sine, 11. §. Si duobus, D. de Publician. in rem actione,* & obseruat in terminis Roman. *cons. 270.* Hippolyt. de Marsil. *sing. 82.* Ias. *in dicta l. Quoties, num. 36.* Couarru. *dicto cap. 19. ante num. 8.* aliis relatis Caldas Pereyra *de empt. & vend. c. 11. n. 9.* Cardin. Tusch. *pract. concl. litt. V, concl. 64. n. 10.* Anton. Gabriel. *commun. opin. titul. de emption. & vendit. conclus. 2. num. 7.* 5

Nec solùm in venditionibus; sed etiam in locationibus, † conductionibusque *dict. legis. Quoties* dispositionē procedere, iudicauit Rota *in antiq. tit. de locato, & conduct. decis. 2.* Cornel. Beninc. *dicta spec. 6. in contract. num. 4.* latè comprobat, & defendit Anton. Gomez. *dicto cap. 2.* 6

cap.2. num.20. colum.1. post princip. versic. *secundò principaliter extende*, Gregor. Lopez *in dicta l.50.tit.5.part.5.glossa 1.*versic. *Et in quantum vbi* Iaſ. P. Molina *dict. disput.369. num.6.* Couar. *dicto cap.19.num.8.*Anton.Gabriel *commun.concluſ.tit.de empt.& vendit. dicta concl.2. num. 5.* Marc. Anton. Natta *conſ. 261. num. 10.* Nicol.Moſius *de contract. tit.de locat. quæſt. de natura locationis, num.11.* Vrſil. ad Afflict. *decis.238. num. 7.* Borgnin. Caluacan. *deciſ. 25. num.19.part. 2.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.12.n.7.* Marta *voto ſiue deciſ.35.num.13. & 14.*Cardinal.Dominic.Tuſch.*practic.concluſ. littera L, concluſ.429.& littera C, concluſ.605. num 2.* Marius Giurba *deciſ.59. num.4.* Marius Muta *deciſ.35. num.11.* Vincent. Carot. *in tractat. de locat. & conduct. tit. de locatione duobus facta, 4.parte, num. 5.* vbi magis communem dicit ex Cœphalo *conſilio 718.num.37. vol.5.* & aliis, vbi latè multas huic aſſignans ampliationes, *num.ſeqq.* Hieronym.Ceual. (communem dicens) *commun. contra commun. lib. 3. q.756 num. 51.*

8 Item tam in contractibus onerosis, quàm lucratiuis † ſecundus, cui rei traditio facta eſt, præfertur, *text.eſt in dicta l. Quoties, §.fin.* & ibi communiter Doctores, Cornel.Beninc. *vbi ſuprà, num.5.* Anton.Gomez. *dicto cap.2.n.20. colum.2. in principio*, Pater Ioannes Salas *dicto dubio 46. num.3.* P. Molina *dicta diſputat. 369. num.6.*

Paupertatis tamen fauore *dicta l. Quoties*

9 diſpoſitio pauperes † non comprehendit. Namque ſi pauperes priùs contraxerunt, etiamſi eis res tradita non ſit, diuitibus, quibus poſtmodum rei traditio facta eſt, præferuntur. Ita tenet in terminis Bald. *in dicta l. Siue, 11. §. Si duobus, num.2. D de Publician.in rem act.*Hippolyt.de Marſil. *de ſingul. 82. incip. Volo, n. 5.* verſic. *Quinto limita*, Cornel.Beninc. *dicta ſpeciali 6. numero 16,* cum aliis *numero* referendis *ſequenti*, præcipuè in verſiculo. *Et quod pius locus.*

10 Specialitatis ratio eſt, quia in piis cauſis † dominium abſque traditione tranſit, *text. in l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. gloſſa, & Doctores in cap.2. extra de conſuetud.gloſſa* (communiter recepta) *in dicto §. Si duo*, verbo *Petentis, in princ. & in l. Si ager, 50.alias 51.* verb. *Rectè agit*, verſ. *Idem in donatione, & venditione facta Eccleſiæ, D. de rei vend.* Decius *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.246. extra de conſtit.ſuprà num.*18.latè Andreas Tyraquel. *de priuileg.piæ cauſæ priuileg.107.* Ex æquiparatione (ſæpè facta) Eccleſiæ ad pauperes, qua in iſto caſu nominatim vtitur Beninc. *dicto n. 18. & 19.* & Bald. *vbi ſuprà dicto num. 2.* Et quòd pius locus in caſu *dicta l. Quoties*, licèt alij ſit facta traditio, præferatur; tenet etiam Petrus Sanz Morquecho *de diuiſione bonor. lib.3. cap.7. num.21.* Pat.Molina *vbi ſuprà, num.7.* communem dicens Couarr.*dicto cap.19. num.2.* P.Salas *dicto dubio 46.n.4.* Anton.Gomez Leſſius & alij ſuprà adducti.

11 Eaque ratione & dotis † promiſſæ dominium abſque traditione transferri, tradunt communiter Doctores *in l. In rebus, 30.* (vbi eſt *text.*) *C. de iure dot. gloſſa 1.in l.2. C. de inoffic. donat.* Decius *in l. Si donatæ, num.5. C.de collat.* Iaſ. *in dicta l. Traditionibus, num. 20. C. de pact. & conſ. 147. lib. 2.* Baldus Nouell. *in tractatu de dote, parte 7. priuileg. 10.* Franciſcus Burſatus *conſilio 120. num. 14.* communem omnium Scribentium ſententiam dicit Antonin. Theſaurus *deciſione 48. num. 1.* vbi etiam *numero 2.* An ſicut transfertur dominium; transferatur quoque abſque apprehenſione poſſeſſio? latè vide.

Et generaliter in omnibus caſibus, in quibus abſque traditione dominium transfertur, primus contrahens cæteris præfertur, † etiam 12 quibus facta traditio eſt, *gloſſa, & Doctores in cap. Si tibi abſenti, de præbend. & dignit. libro 6.* Abbas, & Canoniſtæ *in cap. Continebatur, de his, quæ fiunt à Prælatis*, Abbas *in cap. Suggeſtum, 1. notabili, de iure patronat. & conſilio 91. num.7. lib.1.* Gozadin. *conſilio 13.* Beninc. *dicta ſpeciali 6.n.20.*

Idque fictam operari traditionem, † tenet 13 Baldus *in præludiis feudorum, numero 29.* Decius *in regula contractus, numero 16. & 18. D. de regulis iuris*, vbi hanc concluſionem ſatis notam dicit, Ioannes Andreas *in addition. ad Speculat. titulo de emptione, & venditione, §. Sciendum*, verſiculo, *Nota quòd ſi res vendita*, Oldradus, Iaſ. Abbas, Butrius, & alij, quos refert; & ſequitur (hanc comprobans ſententiam) Antonius Gomez *dicto cap. 2. num. 20.* verſiculo. *Quartò principaliter extende, & in l. 45. Tauri, numero 92.* Hippolyt. de Marſil. *dicta ſingul. 82.* Ludouicus Molina *dicta diſput.369. num.4.* Ioannes Gutierrez *dicto cap.30. num. 5.*

Suprà dicta autem ſententia (poſterioribus emptoribus; quibus rei traditio facta eſt, præferri pauperes) non ſolùm in pauperibus congregatim viuentibus admittenda videtur; † ſed 14 etiam ſeparatim: cum & illorum pia ſit cauſa, earumque (vt ſæpè diximus) fruantur priuilegio, pariterque vtroſque complectatur. Faciunt dicta à *Nobis quæſtione 30. numer. 8. & ſequentibus.*

VTRVM DIVITES neceſſaria pauperibus vendere compellantur?

SVMMARIVM.

1 *Inuitus nemo rem ſuam vendere, aut alienam emere cogitur.*
2 *Nec locare.*
3 *In re ſua quilibet arbiter, moderatorque exiſtit.*
4 *Diuites vendere pauperibus frumentum, comeſtibiliaque iuſto coguntur pretio,* & num.6.
5 *Iudices ſeculares, an compellere Clericos, vel Religioſos ad venditionem frumenti tempore neceſſitatis, taxamque à ſeculari Principe impoſitam ſeruandam, illorumque fructus ob id ſequeſtrare, tam de iure Regio, quàm communi poſſint?*
6 *Vbi quis vendere compellitur, intelligitur iuſto ſoluto pretio.*
7 *Propter neceſſitatem, vel paupertatem etiam minùs iuſto pretio vendere quis compellitur Vel etiam locare*, & n 8.
9 *Pauperes inter pares petentes emphyteuſin, cuius*

cuius facienda est renouatio, præferuntur.

QVÆSTIO XXIV.

1 INuitus nemo rem suam vendere cogitur, † aut alienam comparare, *text.* est *in l. Inuitum*, 11. *C. de contrah. empt. text. in l. Nec emere*, 16. *C. de iure deliber. text. in l. Possessores*, 12. *C. de fund. patrimon. lib.* 11. *text. in l. Nemo exterus*, 8. *C. de Iudæis.* Nec etiam iusto pretio, *text. in l. Non enim*, 9. *D. de act. rer. amot. text. de iure Reg. in l.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. vbi latè exornat Gregor. Lopez *glossa* 1. Angel. *cons.* 351. (*incipit, Generosus Miles*) *num.* 2. Nicol. Boër. *decis.* 322. *num.* 2. Barth. Socin. *regul.* 425. *incip. Vendere rem suam nemo compellitur*, Ias. *in princip. instit. de actionib. num.* 2. & 4. Fabi. de Monr. *in tract. de empt. & vendit. quæst.* 3. *princip. n.* 38. 39. & 40. plenè Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus.* 117. *num.* 1. & *seqq.* & *littera V, conclus.* 59. *num.* 1. & *seqq.* Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 51. *in fin.* Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam.* vers. *Quæritur vtrum quis compellatur, fol. mihi* 117. & *in l.* 2. *tit* 23. *lib.* 2. *glos.* 1. vers. *Tandem quæro, fol. mihi* 433. Hieronym. Buccaron. *de differ. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 100. *n.* 18. pulchrè Ioan. Mar. Nouar. *quæstion. forens. lib.* 1. *quæstione* 32. *numero* 5. 6. & 7.

2 Nec locare † quis inuitus compellitur, *text. in l. Inuitos*, 11. *C. locat.* Aut alios contractus facere, qui à principio liberi esse debent, latè Cornel. Beninc. *de paupert. special.* 7. *in contract. n.* 3. & *seqq.*

3 In re enim sua quilibet moderator, † & arbiter existit, vulg. *text. in l. In re mandata* 21. *C. mandat.* Grauisque est iniuria, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, vt in terminis nostris inquit *text. in l. Dudum*, 14. *C. de contrah. empt.* & notat Dionys. Gothofr. *in dict. l. In re mandata, littera C*, verb. *Moderator*, in id Ciceronem pro Balbo, & Roscio Americo adducens; notat etiam Roland. à Valle *consilio* 21. *num.* 8. & 9. *lib.* 1. Matth. de Afflict. *de iure prothom. cap.* 1. *num.* 1. Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 27. *num.* 2. & *seqq.* pluribus hoc exornans axioma, Nouar. *dict. q.* 32. *num.* 6. necnon & *Nos in axiomat. & locis communib. iur. littera R, num.* 49. *cum quinque seqq.*

4 Necessitatis tamen paupertatisque ratione † coguntur diuites comestibilia pauperibus vendere, *text.* optimus (vbi notant Bart. Bald. Ias. & alij) *in l.* 1. *C. de Episc. aud. text. in l.* 1. §. *Cura carnis*, D. *de offic. Praefect.* verb. *Doct. in cap.* 1. *extr. de empt. & vend.* Cornel. Beninc. *dict. spec.* 7. *in contract. num.* 12. Angel. *d. consil.* 351. (*apell. Tholoss. quæst.* 447. vbi etiam eius *Addit. num.* 2. & 3. Socin. *vbi suprà fallen.* 15. Fabian. de Monr. *dict. loco, num.* 38. *in fin.* Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. *num.* 3. Didac. Perez *in dict. l.* 2. *tit.* 23. vers. *Iste tamen circa med.* Anton. Gomez. *dict. cap.* 2. *num.* 51. vers. *Secundus casus est*, Cardinal. Tusch. *dict. conclus.* 59. *num.* 7. & 8. Francisc. Viui. *commun. opin. lib.* 1. *opin.* 433. Hieronym. Buccaron. *dict. loco, num.* 19. Ludouic. Mexia *in pragmat. taxa panis conclus.* 1. *num.* 4. plenè Petr. Cauall. *resolut. crimin. cent.* 1. *casu* 9. *per tot.* Indeque *Prouerbior. cap.* 11. dicitur, *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium.* Estque hodiè *text. in l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect.* vbi Ioan. Matienço *glossa* 9. *num.* 6. Ex qua lege in vers. *Y porque por esperiençia*, poterunt etiam seculares † Iudices ad talem venditionem Clericos compellere, illorumque fructus sequestrare, vt per Ioan. Gutierr. *pract. quæst. lib.* 1. *q.* 13. Et in terminis iuris communis ita resoluit Petr. Cauall. *vbi suprà num.* 6. & *seqq.* licèt *num.* 10. Religiosos ad vendendum, taxamque à seculari Principe assignatam seruandam, non nisi per Ecclesiasticum Iudicem compellendos (in præfati iuris communis terminis) contendat. 5

Prædictaque ampliatur conclusio, quia licèt vbi quis vendere compellitur, intelligatur, *iusto* † *soluto pretio*, iuxta *text. in dict. l.* 1. §. *Cura carnis*, D. *de offic. Praefect. vrb.* notantque omnes proximè adducti: Propter necessitatem tamen, vel paupertatem, etiam viliori † cogitur quis pretio vendere. Ita dixit notabiliter Bart. *in dict.* §. *Cura carnis*, (*apell. Tholoss. à decis.* 447. *in addit. num.* 3. Socin. *dict. regul. & fallent.* Fabian. de Monre *dict. quæst.* 3. *num.* 40. Mexia *vbi suprà, num.* 5. Petr. Cauallus (multis relatis) *d. loco, n.* 5. 6 7

Id quod in locatione † quoque (ex affinitate, quam cum emptione, & venditione habet) pluribus firmant Cornel. Beninc. *dict. speciali* 7. *quæst.* 18. *num.* 19. & 20. & Petr. Cauall. *dict. casu* 9. *num.* 3. idem in mercibus panisque affirmans, cum ad hominis vitam necessaria sint, victusque nomine contineantur; & in omnibus aliis ad humanam vitam necessariis, *num.* 4. 8

Quibus etiam conuenit, quod licèt (vt diximus) in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, nec alteri quàm cui velit, vendere, aut locare cogatur: si tamen emphytheusis finita sit, eiusque renouatio facienda inter pares petentes, pauperes † præferri debere, tenet singulariter Petr. de *Anchar. cons.* 80. quem refert, & sequitur Cardin. Dominic. Tusch. *pract. concl. lit. P, concl.* 165. *n.* 11. 9

VTRVM DEBITOR pauperis in mora etiam ante interpellationem constituatur?

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio requiritur, vt debitor in mora constituatur. Intellige* vt n. 3. 4. & 5.

Et an etiam vbi dies obligationi adiectus est, requiratur interpellatio? n. 6.

Nulla intelligitur ibi mora fieri, vbi nulla petitio est, d. n. 1.

2 *Et an vnica, vel trina ad constituendum debitorem in mora interpellatio requiratur?*

3 *Dies interpellat pro homine, partisque interpellationem supplet.*

4 *Siue dies ab homine, siue à lege appositus sit, tacitèque subintelligatur.*

5 *Potentior est mora, quæ ex aduentu diei; quàm quæ ex hominis interpellatione contrahitur.*

6 *Episcopus qui concessit facultatem parocho recedendi ab Ecclesia vsque ad diem certum, si intra diem non veniat, an possit eum absque aliqua interpellatione beneficio priuare?*

7 *Debitor in diem, vel sub conditione, per aduentum diei, vel conditionis absque interpellatione constituitur in mora. Amplia vt* n.8. & 10.

9 *Iuramentum interpellationem supplet, iurantemque absque intepellatione in mora constituit,*

11 *Paupertas debitori nota, expressa interpellationis defectum supplet, & vt absque expressa interpellatione debitor in mora constituatur, efficit.*

12 *Et tam in foro exteriori, quàm interiori.*

13 *Debitor minoris absque interpellatione in mora constituitur.*

14 *Et idem in debitore Ecclesiæ, quia minoribus æquiparatur.*

15 *Pauperes, & Ecclesia æquiparantur remissiuè.*

16 *Pauperes minoribus æquiparantur, eorumque gaudent priuilegiis.*

17 *Et Fisco. remissiuè.*

18 *Debitor Fisci absque interpellatione in mora constituatur.*

QVÆSTIO XXV.

1 VT debitor in mora constituatur, à creditore interpellationem fieri † omninò requiritur, nec ante interpellationem committitur mora, *text.* est *in l. Mora*, 32. *D. de vsur. in l. Vinum*, 22. *& in l. Lecta*. 40. §. *Pactum autem*, *D. si cert. pet. text. in l. Si ex legati causa*, 23. *& in l. Nemo rem suam*, 82. §. *fin. & in l. Si insulam*, 84. *D. de verb. oblig. text. in l. Titia testatores*, 36. §. *Si alteri*, *D. de legat.* 1. *gloss. in l. Quod te mihi*, 5. verbo *Factum* (*& ibi* Bart. *num.* 12. Alexand. *num.* 8. Ias. *num.* 19.) *D. si cert. pet.* Aymon. Crauet. *cons.* 89. *n.* 4. Æmil. Ferret. *in tract. de mora*, *num.* 8. Marc. Anton. Bauer. *in eod. de mora tract.* 2. *part. num.* 1. Anton. Pichard. *eod. tract. num* 43. Franc. Becci. *cons.* 75. *num.* 17. *& cons.* 150. *n.* 20. Cardin. Domin. Tusch. *practic. conclus. littera I*, *conclus.* 325. *per tot.* Francisc. Viui. *commun. opin. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 22. *de vsur. & mora*, *num.* 108. Carol. de Grass. *in tract. de except. ad stat. exclud. omnes excep. exceptione* 32. *num.* 101. *cum tribus seqq.* Rota Rom. *Diuers.* 1. *part. decis.* 476. *num.* 1. *& seqq.* Nulla enim intelligitur ibi mora fieri, vbi nulla petitio est, vt inquit Scæuola *in leg. Nulla*, 99. *D. de reg. iuris*.

2 Quinimò plures requiri interpellationes, † neque vnam ad constituendum quem in mora sufficere tenuerunt Corras. Miscelan. *cap.* 6. Æmil. Ferret. *vbi suprà*, *ex dict. num.* 8. pro qua sententia plura iura, & rationes adducit Anton. Pichard. *dict. tract. de mora*, *num.* 50. *&* 51. Licèt contrariam (vnicam scilicet, siue iudicialem, siue extraiudicialem ad moram inducendam, interpellationem sufficere, quæ communis est) sequatur *idem ipse ibi*, *num.* 66. Quia de re latè Cardinal. Tusch. *dicta littera I*, *conclus.* 326. communem, & magis communem sæpè hanc dicens, plures etiam *ex num.* 7. enumerans casus, in quibus trina requiritur interpellatio. Et cum communi tenet etiam Iacob. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 220. *num.* 26. quam certissimam ab omnibusquè approbatam dicit Ioann. à Castillo *controuers. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 61.

Et licèt suprà dicta principalis conclusio (quòd scilicet vt quis in mora constituatur, debeat necessariò interpellari) communiter procedere intelligatur, vbi dies obligationi adiectus non est, † secùs vbi certus est præfixus: 3
quia tunc dies ipsa partis supplet interpellationem, pro homineque interpellat, *text. in l. Traiectitia*, 23. §. *De illo*, *D. de action. & oblig. text. in l. Magnam*, 12. *C. de contrah. & commit. stipulat. l. Ad diem*, 77. *l. Si fundum*, 114. *D. de verb. oblig. l. Pecuniæ fœnebris*, 9. §. *Vsurarum*, *D. de vsur. l. Libertus*, 18. §. *Manumissis*, *D. de alim. & cib. legat. l. Fundus*, 4. §. *Marcellus*, *D. de leg. commiss. l. Traiectitiæ*, 9. *D. de nautic. fœn. l. Quoties in diem*, 59. *sup. de verb. oblig. l. Æmil. Largianus*, 59. *D. de minor. l. Celsius*, 27. *D. de recept. arbitr.* text. de iure Regio *in l.* 18. *& in leg.* 35. *tit.* 11. *part.* 5. *& in leg.* 8. *tit.* 14. *ead. part.*

Idque siue dies ab homine appositus sit, siue à lege, † tacitève subintelligatur, *text.* 4
in l. 2. *Cod. de iure emphyt. text. in l.* 1. §. *Exactio*, *Cod. de rei vxor. act. cap. Potuit*, 4. *extra de locat. & in cap. licet canon.* 14. *de elect. in* 6. *l.* 28. *tit.* 8. *part.* 5. *l.* 4. *tit.* 17. *lib.* 3. *Fori leg. & ibid.* Montal. verbo *Non ge lo pidio*: notant communiter Scribentes in dictis locis, Marc. Anton. Bauer. *in tract. de mora*, 2. *part. num.* 1. *&* 2. Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 25. *column.* 3. *ante fin.* Greg. Lopez *in dict. l.* 18. *tit.* 11. *part.* 5. *verb. A dia cierto*, Didac. de Segura *in dicta l. Si ex legati causa*, *num.* 5. *D. de verb. oblig. & ibid.* Didac. Perez *in eius addit.* Anton. Pichard. *dict. tract. de mora*, *num.* 67. Anchar. Regien. *decis.* 68. *num.* 13. Ioan. Gutier. *de iuram. confirm.* 1. *part. cap.* 56. *num.* 1. *&* 2. Rota Rom. *Diuers. part.* 1. *decis.* 476. *n.* 2. *& seqq.* Rota Genuens. *decis.* 139. *n.* 1. Castill. *d. lib.* 2. *controuers. cap.* 1. *n.* 62.

Potentiorque fit mora ex aduentu diei, † 5
quàm quæ ex interpellatione contrahitur, *ex dict. l. Ad diem*, 77. *D. de verb. oblig.* Ias. *in dict. l. Si ex legati causa*, *num.* 12. *D. eod.* Iacob. Menoch. (plures referens) *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 220. *num.* 46. *&* 47. Anton. Pichard. *dict. tract. de mora*, *n.* 68. Rota Genuens. *decis.* 144. *num.* 2.

Adhuc tamen sunt, qui dicunt, etiam in obligationibus, in quibus certus dies appositus est, interpellationem necessariam esse † vt mo- 6
ra committatur, incurraturque pœna, *ex glossa in cap. Quoniam contra*, 5. §. *Si verò aliter*, *verbo Canonibus*, *vt lite non contestat.* Quæ vult, quòd si Episcopus facultatem concessit Parocho recedendi ab Ecclesiâ vsque ad diem certum, si intra diem non redierit, non poterit Episcopus absque noua citatione, vel interpellatione illum Ecclesia priuare: aliisque fundamentis (licèt non multum vrgentibus) hanc tenuerunt opinionem, præcipuèque validioribus rationibus eam comprobans Æmil. Ferret. *dict. tract. de mora*, *num.* 13. contrariis respondens, in eis deberi pœnam à consensu, non à mora: & quia vbi *Iureconsulti* de mora inducenda loquuntur, non moram ex tempore fieri; sed ex persona dicunt; vt in *d. l. Mora*, 32. *D. de vsur.*

&

& in l.In minorum, 3, C. in quibus causis in integr.restit.non est necess. & in l.3. D. de adimen. leg. ponderans etiam pro eadem sententia textum *in d.l.Traiectitia,23.§.de illo, D. de action. & oblig.*ibi: *Si interpellatus moram ipse fecerit,* &(his non relatis) plura pro hac congerit(etsi à communi non recedendum dicat) Castillo *d. lib 2.c.1.n.63.*

Quæ tamen contra communem sententiam locum absque dubio habet,proceditque.vbi ad
7 diem incertum † obligatus quis est, vel sub conditione. Adueniente enim die, vel conditione ante interpellationem non constituetur debitor in mora. Non enim æquum est, vt cum primùm quis obligatur, & in mora constituatur statim,vt docet Iacob.Menoch. *conf.131. num.5.6.7. & 22. & conf. 133. num.10. & seq. & conf.134 n.25.lib.2.& consil.1013.n.7.8.& 9. lib.11.* (vt alios hac de re agentes ab eoque relatos omittam.)

Idque ampliatur, licèt iuramentum interce-
8 dat. † Quamvis enim iuramentum interpella-
9 tionem suppleat, † iurantemque in mora absque interpellatione constituat; vt docent communiter Doctores *in cap.Breui, de iureiurand.* Rimin.Iuni.*cons.67.num.2. lib.1.* Ias. *in l,Quod te mihi, num.22.* (vbi etiam Purpurat.*num.97.*) D.*si cert. pet.* Ripa *respons. 199. num.1.* Franc. Crem.*singul.123.* Barth.Socin. *regul.269.num.7.* Ioan.Lup. *in repet.cap.Per vestras,§.fin.num.32. de donat. inter vir. & vxor.* Simon de Præt. *cons.23. num.28.* Marc. Anton.Natta *cons. 426. num.20.& 21. & cons.479.n.11.& seq.* Aymon. Crauet. *consil.64. num.2. lib.1.* Roland.à Valle *cons.6. num. 42. lib. 1. & consilio 8. num.41. & cons.57.num.45. & cons.77. num.18.& 19. eod. lib.1. & consil.25. num.23. lib. 2.* Anton. Gabr. *commun.opin.tit.de iureiurand. conclus.2.* magis communem dicens, Stephan. Gratian. *discept. forens.lib.3. cap.579. n.12.& 13.* Steph Aufrer. *in addit.ad Capel.Tholos.quæst.407.* vers.*Quintò nisi,* Hippolyt. Bonacos. *commun. opin. tomo 1. lib.4. tit.22. de vsur. & mora, num.52. & ibid.* Michaël.Cras.*num.108.* vers. *Ideò prædicta declarantur.* Anton.Capit. *decis.106.n.3.* Seraph. *de priuileg.iuram. priuileg.47.* communem dicit Vincent. Carot. *de iuram.decis.quæst.22.num.9.* Ioan.Bapt.Villalob.*in ærario commun.opin.*verb. *Interpellatio,* Petr. Cened.*in collect.iuris Canon. 2.part.collect.141.num.2.* Octauian.Ofasc. *decisione 49. num.7.* Cæsar. Barzi. *decis.16. num 23. & decis. 43. num. 7. 8. & 9.* Achil. Pedroch. *consil.1. num.221. lib.1.* Fabi. Turret. *consil.74. num.14.lib.1.* Petr. Surd. *cons.221.num.40.lib.2.* Camill. Borrel. *in summ. decis. tit. 60. de iuramento, num.59.& cons.64. num. 63. & cons 99. num.38. centur.1.* Rota Rom. *Diuersor. decis.3. num.1. part. 2.* Ouid. *de Amic. de iure emphyt. quæst. 27. numero 3. post* Aurel. Corbul. *in eod. de iure emphyt. tractat. tit. de caus.s priuat. ob non solutum canonem, ampliat. 40. à n.1. vsque ad num.4.* Rota Genuens.*decis.139. n.3.*

Vbi tamen obligatio ad diem incertum, vel sub conditione facta est, iuramentum in-
10 terpellationem non supplere, † interponendamque vt debitor in mora constituatur; tenuerunt Seraphin. *de priuileg. iuram.dict.priuileg.47.in fin.* Iacob. Menoch.*dict.cons.134.n.22.* quos refert, & sequitur Anton. Monach. *decis. Bonon.4.puncto 7.num.14. & 15.*Steph.Gratian. *d.cap.579.n.14.*

Licèt autem adeò ad constituendum quem in mora necessaria sit interpellatio; Paupertas tamen (debitori nota) efficit, † vt absque in- 11
terpellatione (expressa saltem) in mora constituatur debitor: tradunt Bart. & Doct. *in l. Si quis mihi bona, §. Sed si mandauit* (per textum ibi) D.*de acquir.hæredit.* Ias.*in dict.l. Vinum, num.15.* D.*si cert.pet.*vbi Deci. *num.13. & Purpurat.num.37.* Ioan.Bapt. Lup. *in comment. leg. Curabit,§.6,num.120.C.de act.empt.* Petr.Surd. *decis.240.n.4. & decis.341.n.4.*

Idque multò fortiùs in foro conscientiæ,† ex 12
sententia D.*Thom.2.2.q.33.in fin.art.1.* Ricard. Angel. & plurium aliorum,quos refert,& sequitur Ioseph.Mascard.*de probat.2.tom.concl.934. n.37.*Ioan.à Castillo *controuers. dict. lib.2.cap.1. n.66.*

Quæ ex alio etiam capite (æquiparationis scilicet Ecclesiarum, minorumvè cum pauperibus) confirmari posset assertio. Quia minor absque interpellatione † debitorem in mora 13
constituit, *text. in dict.l. In minorum, 3 C. in quibus casib. in integr. restit. non est necessar.* & ibi communiter Scribentes, Didac. Couarruu. *variar.lib.3.cap.17.num.4.* Ferdinand. Vasquez Menchac.*controuers.vsu frequent.lib.1.cap.9.n.5.* Hercul.Marescot. *variar. resolut. lib.2.cap.124. n.16.* Muñoz. de Escobar. *in tract. de ratiocin. cap.15. n.32.*

Qui idem (per minorum, & Ecclesiarum exæquationem) in Ecclesiis † dicunt, *ex text.* 14
in cap.1.& cap.Auditis, de in integr. restit. vbi glossa verbo *Minoris, glossa in l.Respublica,* verb. *Solet,*& *ibi* Bart.*C.ex quib.caus.maior.* Hancque sententiam firmat expresè *gloss.in §. Ex maleficiis,* verb. *In iudicium, instit.de actionib.* quam sequuntur Ias. *ibi num. 31.* Ludouic. Gomez *num.49.* Faber. & alij multi, quos refert & sequitur Didac. Couar. *suprà dict.n.4.* Mench. & Marescot.Andr.Tiraquel. *de priuileg. piæ causæ, priuileg.141.*

Pauperes autem & Ecclesiam æquiparari, † 15
sæpè diximus, *quæst. 23. num. 10.* aliisque in locis.

Minoribus etiam pauperes æquiparari, † eo- 16
rumque gaudere priuilegiis; tenet Bald. *consil. 465.num.2.lib.1. & cons.381.n.3 lib.3.*quem, & alios refert, & sequitur Sebastian. de Medic. *in tractat. de casib. fortuit. 2. part. quæstion. 4. num.8.*

Et æquiparatione etiam pauperum ad Fiscum †(de qua latè Nicol.Euerard.*in locis lega-* 17
lib.loco à Fisco ad Ecclesiam, vel piam causam) firmari posset. Fisci namque debitorem absque interpellatione in mora constitui,† est *text.* (& 18
ibid. notat *glossa verb. Infertur*) *in l. Cum quidam.17. §. Fiscus ex suis,* D. *de vsur.* Alexan. (alios referens) *in dict. l.Quod te mihi ,n.8.*D. *si cert.pet.*Hercul.Marescot. *dict. lib.2. cap.124. num.19.*

P 3 VTRVM

VTRVM AD INTERESSE damni emergentis, vel lucri cessantis teneatur pauper?

SVMMARIVM.

1 *Debitor statuta die non soluens, ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, tàm de iure Ciuili, quàm Canonico tenetur.*

2 *Intelligitur in creditore solito negotiari. Et etiam quandoque in non solito negotiari,* vt n.16.

3 *Creditor articulare, & probare se negotiari solitum debet, vt interesse lucri cessantis à debitore consequi possit.*

4 *Et qualiter probatio facienda sit? quidquè debeat creditor in probatione deducere?*

5 *Et an certum, & determinatum lucri cessantis interesse probare sit necesse? Vel sufficiat verosimile, ac per coniecturas, & præsumptiones? &* numero 6. 7. 8. & 10.

11 *Creditori, qui semiplenè interesse lucri cessantis, vel damni emergentis probauit, iuramentum pro certo, & determinato deferri debet, poteritque si non deferatur, appellare.*

12 *Creditor non consequitur interesse lucri cessantis etiam post moram, si aliam pecuniam habeat otiosam, qua negotiari potuisset, neque ob non solutam pecuniam lucrum amisit.*

13 *Nisi pecunia, quam otiosam habebat negotiationi destinata non esset, sed in fortuitos casus, necessitatesque separatam repositamque habebat, nec ea ad negotiationem fuit vsus. Limita,* vt numero sequenti.

15 *Interesse damni emergentis etiam non solito negotiari (damno probato) debetur.*

16 *Lucrum cessans etiam non solito negotiari, si pecuniam paratam, destinatamquè pro emptione fundi, census, aliovè lucro habebat, præstandum est.*

17 *Et quid tunc probandum sit?*

18 *Interesse lucri cessantis, vel etiam damni, emergentis, non nisi post moram, tàm in foro interiori, quàm exteriori debetur,* & num.19.

20 *In contractus initio etiam ante moram de damno emergenti potest pacisci, illudque debebitur.*

21 *Et quid in lucro cessantes &* n.22.

23 *Et an certum, & determinatum lucrum etiam ante moram possit in pactum deduci?* & n.24.& 25.

26 *Exigi an possit, vel pacisci totum lucrum speratum? Vel quid inde deduci debeat?* & n.27.

28 *Interesse lucri cessantis æstimationem, modumque à conditione personarum, negotiationis modo, Regionisquè consuetudine recipit, ex quibus pactum licitum, vel illicitum iudicari poterit.*

29 *Lucrum conuentum non statum in initio contractus de sorte principali licet extrahere.*

30 *Pacisci de lucro non potest, nec illud exigere, qui neque coactus, neque rogatus mutauerit; sed sponte pecunias alteri obtulit, licèt negotiationi exposita essent, lucrumque sit probabile, neque mutans alias pecuniis exponendas habeat. Limita* vt num.seqq.

32 *Dammum emergens, & lucrum cessans absque pacto, vel alia mora, si vis in tractu interuenit, debetur.*

33 *Et quid si iusta sit coactio, vel vis?*

34 *Vt in superioribus proximis casibus lucrum cessans debeatur, negotiatorem oportet esse mutuantem.*

35 *In contractibus stricti iuris nullum interesse intrinsecum continetur de iure.*

36 *Et ideò in eis interesse extrinsecum lucri cessantis venit.*

37 *In contractibus bonæ fidei venit interesse intrinsecum ex ipsa re proueniens.*

38 *Interesse lucri cessantis an veniat, debeaturque in contractibus bonæ fidei?* & numero 39.

40 *Lucrum cessans in contractibus bonæ fidei venit, etiamsi multo plus intersit, excedatquè fructuum valorem rei cuius pretij solutio dilata est, modumquè vsurarum, quem leges ciuiles legitimum arbitrabuntur, si illud poterat creditor lucrari.*

41 *Quæ sit huiusmodi sententiæ ratio?*

42 *Intellectus ad* text. in l. fin. D. de peric. & commod. rei vend.

43 *Pauper ad interesse lucri cessantis, vel damni emergentis non tenetur. Limita,* n. 45. & 46. *Amplia,* n.47& seqq.

Paupertas facit moram cessare, ab eaquè excusat, ibid. d. n.43.

44 *Quæ paupertas, vel necessitas ab interesse lucri cessantis, vel damni emergentis excuset?*

Obligatus ad restitutionem, si commodè restituere non valet, an interim de lucro cessante, vel damno emergenti teneatur? ibid.

47 *Debitor qui tempore statuto probabiliter se soluere non posse cognouit, an ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis teneatur? Et quid de eo, qui de impotentia soluendi non cogitauit?*

48 *Vxori nullum interesse, vel lucrum pro restitutione dotis competit, etiam si mariti hæres post annum à die mortis mariti in mora restituendi esset.*

49 *Et quid si vxor pauper esset? & pro alimentis, aliisvè necessariis sumptibus pecuniam sub vsuris acciperet? vel aliter ex dotis retardata solutione læderetur,* & num.seqq.

50 *Vxori diuiti nec damnum emergens etiam post annum à die mortis mariti debetur.*

51 *Mulier pauper an post anni luctus lapsum absque alia interpellatione possit interesse damni emergentis è mariti hæredibus, vel etiam vsuras consequi.*

QVÆSTIO XXVI.

DEbitor post diem statutam non soluens (& sic moram committens) ad interesse non solùm damni emergentis; sed etiam lucri
1 cessantis tenetur, † *text.est in l. Non vtique*, 3. *§ fin. D.de eo, quod cert. loc. l. At qui natura*, 20. *§.Non tantum, D.de negot gest.l.Socium, qui in eo*, 61. *D.pro socio, l.Si fundus*, 36 *§.Nam si vendiderit, D.locat. l. Si commissa*, 13. D. *rem rat. haber.l.Venditor*, §. *D.de euict. l.2.& ibi gloss.* 1. *C.de vsur.gloss.in l.Curabit*, verb. *Ratio* (*vbi* Bald. *n*, 1.& communiter DD.) *C.de action.empt.*

Idque tam de iure Ciuili, quàm Canonico procedit, petique huiusmodi interesse potest, *text.*est *in c.Conquestus*, (*& ibi not.glossa magn.*) *de vsur.text.in cap. Peruenit, de fideiussor.c. Sacro, vbi* Innoc. *de sentent.excommun.idem* Innoc. *in c.1.n.2.de vsur.*Abb.*in d.cap. Conquestus,n.6.* perpetuò menti tenendũ non solùm in damno emergenti, sed etiam in lucro cessante dicens. Idque repetiit *in cap.Nauiganti,n.14.eod.tit.de vsur.& in cap.Cum venerabilis, n.16.& seq.& in c. Peccati venia,q.6.princ.de regul.iur.in 6.& in cap. Dilecte,notabili vlt.de foro compet. & in cap.P.& G.n.2.*(vbi etiam Felin.*n.1.*). *de offic.& potest.iudic.deleg.& in d.cap.Venerabilis,n 7. de rescript.*Ioan.Cald.*in d.c. Nauiganti,q.3.* Petrus de Anchar.*in clem.1.§.Sane,de vsur.D.Tho.2.2. q.62.art.4.& q.87.artic.2.vbi* Caietan. Syluest. *in summa,verbo Vsura.1. q.19.* Gabriel. Angel. Ioan.Maior.Archiep.Florent.& alij, quos referunt,& sequuntur Didac.Couar.*var.resol.lib.3. c.4.n.1.& 2.*Pat.Leonar. Lessius *de iustit.& iur. lib.2.c.20.dub.10.n.6. & seqq. Canonistæ in cap. Salubriter de vsur.*Paul.Ias.& alij *in l. Censum Capuæ,D.de eo,quod certo loco,* Alex.*consil.*100. *n.3.lib.6.Ruinus consil.*104.*n 3.& 7.lib.4.*plures congerens Andr.Tyraq. *in tract.de retract.linagier,gloss.*18.§.1.*n.*71.Ioan.Baptist Lupus *in tract. de vsur.* (quem edidit *super dict.l.Curabit,C.de actionib.empti*) *comment.*1.§.6.*n.*103.*& seq.* vbi tam antiquo,quàm nouo iure interesse lucri cessantis,& damni emergentis deberi,concludit.Latissimè Ioan.Gutierrez *de iurament.confirm.1.p. c.2.n.3.& seq.vbi n.4.*de interesse lucri cessantis; communem,& magis communem dicit,& sic in *Hispania* scite,& vidisse iudicatũ, per literasque executoriales confirmatũ in Regali Pinciæ Cancellaria,Ioan Hieronym.Campanil.*in suo diuersorio iuris Canonici, rubr.*11. *cap.*10. *n.*21.*& 42.* Marc.Anton.Bellon. *decis.Rotæ Genuens.*1.*n.*43. *& decis.*19.*n.*10. *& decis.*30.*num.6.decis.*34.*n.*3. *decis.*41.*n.6.decis.*78.*n.*12. *decis.*81. *n.*8.*decis.*86. *n.2.decis.*89.*n.3.& decis.*134.*n.*3.Flamin.Cartar. *in decis. Rotæ causar.execut. Genuæ decis.*38. *n.*1. Borgnin.Caualcan.*decis.*13.*n.7.lib.*2. plures referens Carolus *de Grassis de except ad statut. exclud.omnes except.except.*32.*ex n.*5.*cum seqq.* Alex.Trentacinq.*var.resol.lib.1.resol.1.de interesse,n.*18.*& n.*25. versic. *Ex prædictis habes*, vbi quòd interesse lucri cessantis potuit indistinctè tempore Iureconsultorũ, & Iustiniani peti, omniquè Iure etiã Pontificio esse permissum, concludit,Roland à Valle *consil.*35.*n.*4.*lib.*1.Petrus Surd.*de aliment.tit.*1.*q.*45.*n.*28.*& seq.& consil.* 485.*n.4.& decis.*345.*n.*10.Ioan.Mohedan.*decis.* 4. *n.1.de vsuris*,Hieron.Magon.*decis.Florentina* 35.*n.5.& decis.*103.*n.*11.Octauian.Osasc.*decis.* *Pedem*.143.*n.*1. Burgos de Paz *consil.*49.*n.*1. *& per tot.*Ioan.Gratian.*regul.*243.*in princip.*vbi de cõmuni,Iacob.Menoch.*de arbitrar.lib.2.cent.3. casu* 119.vbi latè,Andr.Gail. *pract.obseru.lib.2. obseru.5.n.*15.Ioach.Minsing.*singul.obseru.cent.4. obseru.56. per tot.*Anton. Gamma *decis.*110.*n.*3. Marta *decis.siue voto* 165.*n.*5. Marc. Anton. *de Amat.decis.*124.*n.*2.

Quæ tamen conclusio intelligenda est, ac tunc demum procedit, si creditor solitus sit negotiari, † secùs in eo, qui negotiari solitus non 2
est; ex *text.in d.l.3.§ fin.D.de eo,quod cert. loco,* ibi: *Quòd si merces solebat comparare,& an lucri ratio habeatur, non solius damni? Puto & lucri habendam rationem*:text.*in l.Si sterilis,*22.*§.Cum per venditorem,* D. *de actionibus empt.* Tradunt Bart.*in d.§.fin.& in l.vnic.n.*25.*C.de sentent. quæ pro eo,quod interest,& in l.Nummis,n.*5.(vbi etiã eius Addit.)D.*de in litem iuran.*Paul Cast *ibid. n.6.in fin.* Ias.*n.*18. communem dicit Syluest. *in summa*,verb *Vsura*, *el* 1.*n.*9, Didac.Couar. (de communi asserés)*var.resol.lib.3.c.4.n.5.col.3.*de cõmuni,& magis cõmuni Rolád.à Valle *d.cons.* 35.*n.4.& seqq.*præcipuè *n.*11.*& 12.lib.*1.Matth. *de Afflict.decis.*20. *n.*2. cõmunem quoque dicit Ludouic.Mexia *in l. Reg. Toleti,de los terminos, in 2.fundamen.2.partis,n.*24.Ioan. Gutier.*d.c.*2. *n.4.circa princ. vers. Alius, & secundus casus,* Plot.*de in litem iurã.*§ 52.*n.*17.Ludouic. Gomez *in §. Actionum,n.17.in fin.instit.de actionib.* Petr. Surd.*de aliment.d.tit.1.q.45.n.39. & seq.* (plures referens, idem in muliere non solita negotiari sentiens) *& cons.*368.*n.*5.Anton.Capit. *decis.*19.*n.*7. Alex. Trentacinq. *d.lib.1.de interesse,resolut.1.n.17.decis. Genuæ.*50.*n.*3. *& decis.* 97.*n.*1.Iacob. Menoch.*d.casu* 119.*n.*3. Osasc.*d. decis.*43.*n.*3. Hieronym. Magon.*dict.decis. Florent.*103.*n.*8. Marta *d.voto* 165.*n.*8. Andr. Gail. *pract.obseru.lib.2.obseru.3. n.6.* vbi communem dicit, Minsinge *dict.obseru.*56.versic. *Caterum.* Card.Iacob.Puteus *decis.*231.*lib.*1. Ioann.Hieronym. Episcop. Campanil.*d.rub.*11.*c.*20.*n.*24. communem dicens Vincent. Carot. *in tract. de locat.tit.de lucro cessante moroso,n.4.& seqq.*(vbi latissimè de hac materia) *folio mihi* 41.Cardinal. Francisc. Tolet.*in summa, lib.5.c.*33.*n.*1. Alias erit vsura,cum lucrum non cesset ei,qui nullam cum pecunia negotiationem exercet.

Vnde qualitas hæc, *quòd creditor solitus sit negotiari* articulanda, † probandaquè omnino 3
erit,vt debitor ad lucri cessantis interesse teneatur.*glossa in d.l.3.§ fin.* D. *de eo quod cert. loco,* Petr. Rebuff. *in d. l.vnica C. de sentent. quæ pro eo,quod interest*, *n.*103. Plot. *de in litem iurand. dict.§.52.n.*17.Alex.*consil.*401. *lib.*5. Decius *in cap. Cum venerabilis*, *n.*14. *extra de except. & consil.*59. *n.*5. Corset.*sing.* 269. verb. *Qualitas,* Ioan.Baptist.Lupus *d.comment.*1 §.6.*n.*117.Cæsar Vrsil.*ad Matth.de Afflict. dict.decis.*20. *n.*2. Aymon Crauet.*consil.*320.*num.*1. Petr. Surd.*de aliment.d.tit.1.q.45.n.*39 Alex.Trentacinq.*dict. resol.* 1.*de interesse,n.*32.Laurent.Syluan.*cons.*10. *n.8.p.*1.Roland.*à Valle d.cons.*35.*n.*1.*& 12.*Petr. Barbos.*in l.de diuisione, n.*28.(& meliùs *n.*47.) D.*solut.matrim.* Castillo *controuers.lib.2. cap.*1. *n.*40.*cum seqq.*Marta *d.voto* 165.*n.*8. Card. Puteus *d.decis.*231 *lib.1.*Andr.Gail.*d.obseru.6. n.4. lib.2.* Vincent. Carot.*d.tit.de lucro cessante moroso,n.*16. (plurimos referens) *folio mihi* 42.

Nec creditorem simpliciter se negotiari solicet

tum ostendere sufficit, sed deducere, ac pro-
4 bare debet † qualem consueuisset mercaturam exercere; quamque summam quotannis, vel mensibus lucrari sit solitus, docere: integroque tempore, quo debitor fuit in mora eandem potuisse mercaturam exercere. Quam probandi)in præsenti)proxim tradunt Paul Cast.*in l.1.n.15. C.de summa Trinit.& fide Catholic.& in d.l.3. §.fin.n.3.D.de eo,quod cert.loco,vbi etiā* Salycet. *in princip.*& Iason.*num.6.* Andr.Gail.*vbi suprà,* Steph.Bertrand.*consil.127.lib.8.* vbi latè,Petrus Surd.*consil.485.n.5.lib.4.* Ioan. Hieronym.*dicta Rubr.11.c.20.n.24.*Mohedan.*decis.102.& decis.* 280. Card.Seraph *decis.714.in principio.*

5 Et certum, † ac determinatum lucri cessantis interesse à creditore probandum fore; tenent Aymon Crauet.*cons.320 n.6.* Francisc. Bursat. *consil.68.à n.22.lib.1.* Ioseph.Mascardus *de probation.concl.933.n.17.*Cald.Puteus *d.decis.231. n.1.lib.1.*Petrus Barbos.*in d.l.De diuisione,n.27. D.solut.matrim.* Ioan. à Castillo *controuersiar.d. lib.2.c.1.n.47.* Petr. Surd.*decis.69.num.9.*Iacob. Menoch.*de arbitrar.lib.2.dict.casu 119.n.3.*Alex. Trentacinq. *dict. resol.1.n.27.*

6 Neque in hoc casu verosimilem † sufficere probationem,vel præsumptiuam, sed necessariò concludentem,ita vt certum, & determinatum, vel quasi,probetur lucrum,tenent Petr.Surd. *de aliment.d.tit.1.q.45.n.42.* Menoch. *vbi suprà,d. n.3.* versic. *Rursus*, & 4. (vbi hanc opinionem magis cōmunem,& tenēdam dicit)Petr.Barbos. *in iam relato loco d. n. 27. & 28.* latè Stephan. Gratian.*discept.forens.lib.1. cap.67.n.9.10. & 11. & lib.2.c.244.n.13.& c.240. n.5.*

Contrarium tamen(sufficere,nempè interesse
7 per coniecturas,vero similitudinémque probari) docent Angel. *in l.Continuus.§.Cum ita,& ibid.* Paul.Castr. *n.5. D.de verb. oblig.* vbi quòd pro huiusmodi interesse consequendo, probare creditori sufficit, alios consimiles negotiatores tantùm cōsueuisse lucrari,quod & ipse si pecuniam haberet, lucrari verosimiliter potuisset, *idem* Castrens. *in d.l.3.§.fin. D. de eo quod cert. loco,* Bart.*in l. vnic. in fin. C. de sent. quæ pro eo quod interest.& ibid.* Bald.*n.48.* Ias.*in d.§ fin.n.7.* Qui nec creditorem probare necesse habere requirit, tales merces præ manibus habuisse, vel negotia, vt si pecunia debito tempore soluta fuisset, tantùm cum ea potuisset lucrari. Prædictam quoque sententiam firmant Aretin. *in dict. l.Continuus,§.Cum ita post n.7.*Alex.*cons 41.post n.2.& num.9.lib.5.*Paul Castr. *in l.Cunctos populos post num.15.*vers.*Ego dico,C.de summa Trinit.& fide Cathol.& ibid.* Ioan. Bapt.Caccialup. *n.84.* vbi ita semel iudicari vidisse asserit, Hieron.Cagn. *in l.Quatenùs,n.26.& 27. D. de reg.iur. & expressiùs in d.l.vnic.n.42.& 43.* vbi ita in practica obseruari testatur, *& in d.l.Curabit,n.66.67.68. & 69. C. de actio. empt.* sic sæpè practicari per excellentiss. Senat.Illust. Ducis, & Principis sui vidisse asserens.Et hanc praxim cēsuisse Rotam amplectendam; testatur *Rota Genuensis decis.1. n.45.& decis.139.n.9.*latè hanc comprobans sententiam: Ita etiam Castillo *d. c.1.n.47. & seqq.* Steph.Gratian.*d.c.67.n.16.*Petr.Surd.*decis.249. n.9.* Hieron. Campan. *d.n.20.n.24.* vers. *Est tamen verum, & n.42.*vers.*Nec dicatur,* Borgnin. Caualc.*decis.21.num.31.p.4.*pleníssimè Vincen. Carot.*de locato,dict.tit.de lucro cessante moroso, q.1.n.5.6. & 7.* Differentiam inter solitum, vel non solitum negotiari constituens: vt primo casu † non certa,& euidens lucri cessantis requiratur probatio,sed verosimilis sufficiat; secùs in 8
secundo,in non solito,nempè negotiari, ex pluribus ibi relatis. Quam distinctionem *Rota Genuens.* aliique suprà adducti approbant.

9 Vtramque autem opinionem bonam † esse (pro qualibet rationes allegans) ostendit Alexand. Trentacinq.*dict. lib.1. vt de interesse, resolut.1.num.32.* Ideóque Iudicis arbitrio † re- 10
linquendum asserit, ex Menoch.*d. casu 119. in fin.*Marc. Anton. Natta *consilio 370.n.6.*Hieronym. Magon.*d.decis.103.n.9. decis. Accoramb. inter cons.*Farinac.*cons.15.n.84.85.& seq.*Ioann. Hieronym.Campan.*d.c.20.*Vnde Socin.*in cap. Dilecti,n.6.ext.de foro compet.*carpit Iudices, qui ex eo, quòd certitudinaliter creditores de lucro cessante non ostendunt, ac probant; debitores absoluunt; eósque vt animum suum ex coniecturis informent, ex eísque quantitatem definiant,admonet.Sequitur.Petr Rebuff.quem refert, & commendat Hieronym. Magon.*decis. Florent.32.n.8.*Campanil.*d.n.24.* versic. *Est tamen verum.* Eandem etiam tenet (communem dicens sententiam) Card.Francis.Tolet.*in summa,lib.5.c.33.n.2.*versic.*Tertia est.Rota Genuens. d.decis.1.n.45.colum.2.circa princip.*

Quinimò, casu quo creditor semiplenè interesse probauerit, sibi ad probationem certi, &
determinati interesse deferendum † iuramen- 11
tum;iustamque appellationis causam esse,si non deferatur; tenent Stephan.Gratian.*d.c.67.n.12.* post Philipp.Corneum *consilio 22.n.8. in fin.volum.4.*Addit.*ad Decium in l.Quatenus,n.5.D.de regul.iur.*Plot.*in l.Si quando, n.427. C.vnde vi secundum primam impressionem, & in tractatu de in litem iurand.§.19.n.30.* (magis communem, etiam in foro conscientiæ in solito negotiari dicens) & *§.11.n.31.& §.12.n.7.* Francisc. Bursat.*d.cons.68.n.38.*Anchar. Regiens.*q. familiar.33.n.16.part.2.*quos refert,& sequitur (magis communem hanc dicens) Vincent. Carot. *d.tit de lucro cessante, q.1.n.8.folio mihi 42.*

Limitanda tamen,& intelligenda suprà dicta sententia(quæ creditori negotiari solito soluendum lucri cessantis interesse firmat)si ex eo,quòd sibi tempore debito solutio facta non sit,lucrum
non fecerit, † quia aliam pecuniam ad nego- 12
tiandum præ manibus non habuit, ob illiusque solutionis defectum tantùm lucrum, interesseque non acquisiisse, vel cessasse, ostendat. Ita Ioannes Bolognetus *in d.l.vna,n.120.C.de sent.quæ pro eo,quod interest,*Aymon.*d.cons.320. n.2.ad fin.*Petr.Barbos.*in d.l.De diuisione, n.28.* Castillo *controuers.lib.2.c.1.n.43.& seqq.* Ioannes Gratian.*d regul.243.n.5.*Card.Tolet.*d.c.33. n.2.*Leonard. Lessius *de iustit.& iure,lib.2.c.20. dub.10.n.87.* Secùs si pecuniam aliam otiosam, qua potuisset negotiationem exercere, haberet, cum ob id tunc lucrum non cessauerit.

Adhuc tamen sublimitanda hæc eadem limitatio est, etiam lucrum cessans ei, qui pecuniam
otiosam habet deberi, † si eam negotiationi 13
destinatam non habeat, imò ab eâ separatam, repositamque pro fortuitis,inopinatis casibus;ac necessitatibus (quod prudentiæ est) neque ad negotiationem ea fuit vsus. Ita tenent Martin. Nauar.*in Manuali,c.17.n.212.* Ioan.Bapt. Corrad.*in respon.casu conscient.p.1. q.229.* vers. *Ad quæsitum decimò respondendo,dicimus,*Ioan Hieron. m.

ronym. *dict.rubric.*11.*cap.*20.*num.*24.*propè fin.* P.Molin.*dict.tract.*2.*diſp.*316.*num.*5. Id tamen limitantes, niſi adeò magna eſſet ſumma repo-
14 ſita,† vt & neceſſitatibus ſufficere poſſet,& notabilis adhuc ſupereſſet quantitas.

Quod autem non aliter deberi creditori ob retardatam ſolutionem intereſſe lucri ceſſantis, quàm ſi negotiator ſit, diximus: in intereſſe
15 damni emergentis † non requiritur, nec qualitas illa *negotiationis* deſideratur, debebiturque damno tantùm probato, vt notant Alex. *conſ.* 141.*num.*3.*lib.*5.*per text.in dict. l. Nummis*, 3. *iuncta gloſſ.* ad verb. *Sua die, D. de in litem iurand. & text. in l. Liber homo, la* 2.§.*fin. D. de verbor.oblig.* Ioan. Bapt. Lup. *dict. comment.* 1. §.6. *num.*103. & 116. Ioan. Hieronym. Campanil.*vbi ſuprà, num.*23. Andr.Gail. *dict. lib.*2. *obſeruat.*6. *n.*6.

Item & ei, qui licèt negotiari ſolitus non
16 ſit, pecuniam tamen deſtinatam ad emptionem † prædij, vel cenſus, aliudvè lucrum habebat, quod ob defectam pecuniæ ſolutionem non fecit, deberi lucrum ceſſans; communem teſtatur (alios adducens) Palac.Rube.*in repet.cap. Per veſtras*,6.*notabili, num.*8.*de donat.inter vir. & vxor.* Roland.à Valle *dict. conſil.* 35.*num.*5. & 6. *lib.* 1. latè Ioan. Gutierrez *de iuram. confirmat.dict.*1.*part.cap.*2.*num.*6. Caſtillo (propè infinitos referens) *dict.cap.*1.*num.*45 Petr.Surd. *de aliment.dict.tit.*1.*quæſt.*45.*num.*40. verſ. *Sed quod attinet*,& *num.*41. vbi quod tunc proban-
17 dum eſt, fundum venare adeſſe, † voluiſſeque creditorem emere, deſtitiſſe tamen, quia pecuniam non habebat: *idem* Surd.*deciſ.*345.*n.*17. Pat. Leſſius *de iuſtit, & iure, lib.*2.*c.*20. *dub.*11. *num.* 84. & *ſeqq. Additio* Anton. Gamma *ad deciſ.*110.*n.*3.*in fine.*

Suprà dicta autem omnia poſt debitoris mo-
18 ram † procedere intelligenda ſunt; ante eam enim lucri ceſſantis intereſſe nullo modo deberi, perivè poſſe; communis, & concors omnium reſolutio eſt, de qua dubitauit nullus, teſte Caſtillo *dict.cap.*1.*num.*57.& 58.quam firmat ex Paulo de Caſtr. Anton. Gabriel. Ploto, Couarru.Maſcard.Cagnol And. Gaill. Nauarr. & plurimis aliis. Quibus etiam adde Borgnin. Caualcan. *deciſ.*10.*num.*20.& 22.*part.*2.& *deciſione* 2.*num.*27.& 28.vbi latè, & *deciſione* 13. *num.*7.& *num.*62.*dict.part.*2.Petr.Sud.*deciſ.*80. *num.*2. & *deciſ.* 260. *num.* 5. plures addentem Marium Giurbam *in conſuet. Senat. Meſſanenſ. cap.*15.*gloſſ.*6.*num* 8.& 9.*part.*1.Steph.Gratian. *diſcept.forenſ.lib.*2.*cap* 302.*n.*8.Carol.de Graſſis *de excep.ad ſtat. exclud. omnes except.* 32. *n.*52. Pat. Ferdinand. Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.*8. *q.*5. *n.*2.

19 Idemquè eſt in damno emergenti, † quod ante moram non deberi, tam Theologos,quàm iuris Pontificij & Cæſarei Authores conuenire, tàm in exteriori, quàm interiori foro, tenent (poſt alios) Didac. Couarr.*var. reſolut. lib.*3. *cap.*4.*num.*2. verſ. *Deinde*, Ioann. Bapt. Lupus *d.commento.*1.§.6. *num.*109. Petrus Barboſ. *in l.*2.*in princip.num.*48. *part.* 1. *D. ſolut. matrim.* Vincent.Honded.*conſil.*50.*num.*23.*lib.*1. Alex. Raudenſ.*deciſ.*17.*num* 6. quos cum aliis refert, & ſequitur Caſtillo *vbi ſuprà, num.*75.aſſerunt etiam (ex D. Thom.qui hanc tenet, *quæſt.*13. *de malo, artic.*4.*ad* 14.) Dominic.Soto *de iuſtit. & iur.lib.*6. *quæſt.*1. *artic.*3. *concluſ.*3. Martin. Nauar.*in comment.de vſura, num.*46.& *in Manuali, cap.*17.*num.*211.Pat.Ludouic. Molina *de iuſtit.& iure, tract.*2.*diſputatione* 314.*num.*11. & 12. Pat. Ferdinand. Rebello *vbi ſuprà d.n.*2. communem dicens (aduerſus Conrad. *Turrecrem.*& alios in foro conſcientiæ teneri mutuatarium de damno, quod mutuans incurrit mutui occaſione, etiam ante moram, licèt non in foro exteriori putantes) contra quos eſt in vtroque foro prædicta communis ſententia *deciſioque*; *Rota apud Farinatium deciſ.*362. *num.*1. *part.*2.

Poteſt tamen à principio, contractuſque 20
initio do damno emergenti etiam ante moram paciſci, † illudque debebitur, vt tradunt Petr. Rebuff.*in dict.l.vnica in princip.num.*13.verſic. *Imò licèt, C.de ſentent. quæ pro eo, quod inter.* *Virgin.de Bocea.in tractat.vti poſſidetis, cap.*18. *num.*70. Villagut. *in tractatu de vſuris, q.*81. *num.*30.& *quæſt.*19.*num.*3. Andr. Gaill.*practic. obſeruat.lib.*2. *obſeruat.*5. *num.*16 refert, & ſequitur Caſtillo *dict.cap.*1.*n.*71. & 75. Ferdinan. Rebello *dict. quæſt.*5. *num.*4. abſque controuerſia id receptum dicens, aſſentit. Molina *d. loco n.*7 & 8.

In lucro verò ceſſante, † maxima contro- 21
uerſia eſt: Multi enim in contractus initio paciſci non poſſe, vt etiam ante moram lucri ceſſantis debeatur intereſſe,inutileque tale pactum eſſe (tanquam fraudibus viam aperiens) tenuerunt, in eaque extiterunt ſententia Innocen. And.Calderin. Laurent. à Rodulph. Anchar.& alij, quos refert Couar.*dict.cap.*4.*num.*5.verſic. *Item & illud*, Riminald. Iun.*conſil.*218. *n.*106. Ioan. Vincent. Honded.*conſ.*36.*num.*10. *lib.*1. quorum probat placitum Marius Giurba *in conſuet.Senat. Meſſanenſ.dict.cap.*15.*gloſ.*6. *num.*9. & communem videri fuiſſe ſententiam aſſerit Pat. Rebello *vbi ſuprà dict.n.*4.verſic. *Quoad intereſſe.*

Contraria nihilominùs communis & recepta 22
† eſt (poſſe etiam lucrum ceſſans ante moram in pactum deduci, valideque exigi) & tenuit, defenditque (poſt *Hoſtienſem, Abbatem, Ananiam, Ancharranum, Decium Romanum, Alexandrum, Ioannem Lupum, Caietanum, Conradum, Adrianum, Sotum,Gabrielem,Angelum, Syluestrum, Carolum Molineum, Medinam*, & alios quos refert) Didac. Couar.*vbi ſuprà* communem, obſeruandamque dicens,ac veram,dummodo fraus & dolus creditoris abſit, & veroſimilis ſit lucri certitudo, ac verè ſit lucrum ceſſans, Card.Franciſc.Tolet.*in ſumma lib.*5.*cap.*33.*num.*4. P.Ferdinand. Rebello *dict. num.*4. verſ. *Nihilominùs tamen*, vbi hanc ab omnibus ferè receptam dicit, quam etiam veriorem iudicauit Rota, *vt teſtatur*, Cæſar de Graſſis *deciſ.*187. *num.*3.4. & 5. *tit. de vſur. & deciſ.*188.*num.*1. Pat.Leonard. Leſſius *de iuſtit. & iure lib.*2.*cap.*20.*dub.* 10.*num.*72.& *dub.*11. *num.*97, Vincent. Carot. *de locat. tit. de lucro ceſſante conuentionali, q.*2. *num.* 2. plures referens, veriorem que & magis communem dicens *fol.mihi* 43. latè comprobat (ſic per *Luſitanum Senatum* iudicatum referens) Gabriel Pereyra *deciſ.*84.*n.*1.

Quod non ſolùm in intereſſe incerto, & in genere per pactũ deducto procedit;ſed etiamſi in pactum à principio certum, & determinatum intereſſe lucri ceſſantis etiam ante mo-

ram deducatur (cum qualitatibus, de quibus
23 suprà proximè, † quod scilicet absit fraus, & dolus, verosimilisquè sit lucri certitudo, ac verè sit lucrum cessans) procedit pariter: vt (post Couarru.*dict.cap.4.num.5.* vers. *Septimò eadem inspecta radice*, & ab eo relatos) tenent plurimi, tàm Iuristæ, quàm Theologi, quos refert, & sequitur Castillo *controuersiar. lib.* 2. *dict. cap.*1. *num.*67. *& seqq.* vbi hanc veriorem libenter dicit, latissimè omnium, plurimos congessit Steph.Gratia.*discept. forens. lib.*1. *c.*387. *num.*1. *& seqq.* & tenent multi ex suprà proximè relatis, præcipuè Rebello, & ab eo adducti Cæsar de Grassis *dict. decis.*187. *num.*3.4. *&* 5. vbi ita tenuit Rota, *& decis. Rotæ Diuersor.*340. *num.*2.5. *&* 4. latè Vincent.Caror. *suprà, num.*3. *& seqq.* vbi veram, & magis communem hanc sententiam dicit, & quòd cautius erit in practica ab initio quid certum, & taxatum pacisci, vt illud sit verisimile, & taxatum secundum leges, *num.*4.*ibid.* plures etiam huius sententiæ sequaces recenset Ioan.Hieronym.Campan.*d. rubr.*11. *c.*20. *n.* 21. *vers. Ex quorum verbis suadetur.* Cui videtur assentiri Gaspar. AntonThesaur. *quæst. forens.lib.*3.*cap.*71.*n.*2. Gabr. Pereyra *d.num.*1. *in fin.*

Contrariam tamen in hoc casu sententiam
24 † aperto Marte defendunt multi, eamquè tenent Decius *consil.*119.*num.*12.*lib.* 1. Plot.*in repet. leg. Si quando, num.*452. *& seq.C.vnde vi*, qui de magis communi opinione testatur, Marr. Freccia *in tract. de præsentat. instrum. part.*7. *quæst.*11. Alban.*consil.*629. *num* 6. *vbi* Vincent. Anibal *in addit. littera A, & consil.*211. *num.*1. Borgnin.Caualcan. *decis.*35. *num* 17. *lib.*1. Est *decis. Rotæ apud* Farinac. *in* 2. *parte, decis.* 7. *num.*2.*& decis.*11.*decis.*325.*num.*1.*& sequentib. decis.*331. *per tot.* vbi plenissimè, *& decis.*362. *num.*3. Quibus in locis id etiamsi creditor mercator sit, negotiarique solitus, firmant. Rota Romana *Diuers.decis.*315.*num.*7.*part.*2. Ioann. Hieronym. *loco suprà relato*, Anton. Monach. *decis.Lucensi* 1.*num.*28. *& decis. Bononiensi* 1. *num.*45. *&* 46. Acerrimè hanc tuetur opinionem Marta *decis.sine voto* 165.*per tot.* Carolus de Graff. *in tract.de except.ad materiam statuti exclud.omnes excep.except.*32.*num.*59. qui *num. seqq.* eam quatuor limitat modis. Primò, quan-
25 do partes taxarent interesse minùs, † vel non ampliùs, quàm ex forma statutorum, vel consuetudinis reperitur taxatum. Secundò, quando à principio fuisset pactum, vt si debitor non solueret in tempore conuento; tot pro centenario ratione interesse soluere teneatur, & tempore, quo interesse solui debebat tantùm, vel maius esse, fuit probatum. Tertiò, quando à principio per viam annui redditus, vel census taxa facta esset. Quartò, quando ab initio inter socerum, & generum de soluendo tot pro centenario ratione dotis in tempore non solutæ, pactum esset. Quia in his validum est à principio de certa, & determinata quantitate pro interesse pactum: vt *ibi per eum.* Ad quæ etiam videndus Steph. Gratian.*suprà d. c.*387. *ex n.*10. *cum seqq.*

Ex quibus, quàm varij in hoc sint Doctores, quamque sit dubia hæc quæstio, apparet. Sed si tale pactum ab initio de certo interesse, lucroque reddendo initum, cum qualitate iam dicta *num.*23. validum esse (quæ magis communis est) teneamus; adhuc tamen aliquibus venit limitanda modis.

Primò, quia non totum lucrum, vel interesse speratum exigi debet, in pactumvè deduci, sed minus, laborum, † periculorum, & 26
expensarum, quas fecisset, vel subiret in negotiatione, ex qua lucrum prædictum, vel interesse creditor prætendebat, consideratione habita. Ita Ioan.Bapt. Corrad. *in respons. cas. conscient.quæst.*229.*in addit.* versic. *Demum*, Par. Dominicus Bañez *ad* D. Thom. *quæst.*78. *artic.*2. versic. *Denique ad iudicandum*, Episcop. Campanil.*dict.cap.*20.*num.*28 Cardin.Francisc. Tolet. *dict.cap.*33.*num.*6.*&* 7. Pat. Leonard. Lessius *de iustit.& iure*, *dict.lib.*2. *cap.*20. *dubio* 11. *num.* 96. Anton. Gamm. *decis.*110. *num.* 14. Pat. Molina *dict. disput.* 316. *num.* 6. 7. *&* 8. Ferdinand. Rebell. *dict. lib.*8. *quæst.*6. *num.* 3.

Laborem tamen personale ab eo, † qui 27
coactus, & non libens mutuat, non esse deducendum (quia sicut operatus, qui cogitur ab aliquo non laborare, laborem à mercede deducere non tenetur, sed integrum, eiusque mercedem exigere: ita nec mutuans, qui operas suas præstare, laboresquè exhibere promptus erat) firmat Card. Tolet. *supra dict. numero* 6.

Prædictum autem interesse, vel lucrum, à conditione personarum, † negotiationis mo- 28
do, regionisquè consuetudine, æstimationem modumque recipit. Aliquando enim ad rationem quinque pro centenario, vt per Borgnin. Caualcan. *decisione* 22. *num.* 27. *& seq. lib.*4. *& decisione* 35. *num.*20.23.*&* 25. *part.*1.*& decisione* 13.*num.*68.*part.*2. *& in indice*, verb. *Interesse.* Cæsar de Grassis *dict.decis.*187. *&* 188. *tit. de vsur.*

Quandoquè ad sex, ad septem, octo, vel decem, vt per eundem Caualc. *dicta decis.* 22. *num.*29. vbi quòd in prædicta quantitate poterit fieri conuentio, malequè facere partes pacta huiusmodi (cum fraus non subsit) tanquam illicita reuocare volentes. Carol.de Grassis *dict. except.*33. *num.* 58. vbi etiam in Regno *Ciciliæ* ad rationem decem pro centenario taxationem fieri dicit. Ita pariter (ex pluribus Genuæ decisionibus) tradit Flamin. Cartar. *decis. Rot. caus. execut. Genuæ* 38. *num.*1. Et ad rationem vnius pro quatuordecim, aliquando pro decem & octo, & aliquando pro viginti, testatur in Hispania Ioann. Gutierrez *de iuram. confirmat.*1.*part. dict. cap.*2. *num* 4. *col.*1. *circa princip.* provt dominis Regiis Auditoribus secundùm creditorum consuetudinem negotiandi videtur.

Limitatur secundò d. conclusio, vt non statim in initio lucrum conuentum cessans de
sorte extrahere † liceat: vt si lucrum conuen- 29
tum erat decem pro centum mutuatis, non statim decem extrahi, præstarique nonaginta, sed integra centum debent, lucrumque à debitore spectare. Ita Martin. Nauar. *in Manuali dict. cap.*17. *n.*212. vers. *Quinta*, Corrad.*dict. q.*229.*in addit. vers. Id etiam est obseruandum*, Dominic.Bañez *dict.quæst.*78.*art.*2.*vers. Denique poterunt*, refert, & sequitur Episcop. Campanil.*d.c.*20.*n.*27.Card.Tolet. *supra d. cap.*33. *n.*5. P.Molina *d. disp.*316.*n* 9. Ferdin.Rebell. *d. lib.*7.*q.*6.*n.*4.

Limita

Limitatur tertiò, intelligiturque procedere ſuprà dicta ſententia, vbi quis co-
30 actus, † vel ſaltem rogatus pecunias mutuat; non verò cum ſpontè eas alteri non rogatus, nec requiſitus offert. Tunc enim nullomodo abſque vſuræ labe de lucro poterit paciſci, quamvis tales pecuniæ verè negotiationi ſint expoſitæ, lucrumque ſit probabile, nec ipſe aliàs exponendas habeat. Cùm enim ſpontè ipſe ſuas pecunias à negotiatione auferat; non lucrum ab alio exigere poteſt; & in hoc conueniunt omnes, teſte Card.Tolet.*vbi ſuprà num.3.* Qui tamen *num. 4. in fine* addit, eum qui non coactus, neque rogatus pecunias mutuauit, ſi
31 tamen non lucro, ſed † charitate ad ſubueniendum proximo motus, ei mutuat, poſſe de lucri ceſſantis intereſſe paciſci.

Cum autem dicimus, requirimuſque coactionem, vt creditor habere, paciſcique lucrum ceſſans poſſit: non de coactione in qua vis interuenit, ſed de ea, quæ per rogationem inducitur, intelligendum eſt. Si enim in contractu vis à
32 principio interueniat, † (vt ſi Regi, vel alteri compellatur quis mutuare, propterea quod ſibi mortem minatus, ſit vel iniuſtam ab eo vexationem timeat) vt lucri ceſſantis, vel damni emergentis intereſſe in pactum deducatur, non eſt neceſſe: quia etiam abſque eo, & abſque alia mora debetur, vt (ex doctrina D. *Thom.2. 2.quæſt.62.artic.4.*) tenent Dominic.Sot.*de iuſtit. & iur.lib.6 quæſt.1.artic.3.concluſ.3.* Martin.Nauar.*in Manuali, dict. cap.17. num 211.* quos refert, & ſequitur (communem dicens) Ferdinand. Rebello *dict.lib.8.quæſt.5. num.3.* Quam concluſionem (ex *text.*etiam *in l.Si quis vxori, 53 §.Si ſeruus, qui ſurreptus eſt,D.de furt. & ex l.3. D. de cond.furtiua, iuncta regula Peccatum, extra de reg.iur.in 6.*) elicit,tenetquè Petr Surd. *conſ.23.n.8.*

33 Et tam in iniuſtè, quàm in iuſtè coacto † (vt ſi coactus iuſtè à Principe propter belli inſtantis neceſſitatem,vel aliam publicam mutuaſſes, non ſolùm te poſſe de lucro ceſſante, & damno emergenti paciſci; ſed etiam Principem ad reſtitutionem huiuſmodi intereſſe in conſcientia teneri, licèt nullum ea de re pactum præceſſerit) firmat Pat. Molina *de iuſtit. & iur. diſput.315.num.1.2.3.& 4.* De quo videndus P. Ferdinand.Rebello *vbi ſup.d.n.3. verſ. Propoſitam concluſionem.*

Vt tamen ſuprà dicta procedere poſſint,cre-
34 ditorem negotiari ſolitum eſſe,† ex defectuque negotiationis ob pecuniam per vim, coactionemque ablatam, lucrum ceſſiſſe, neceſſe eſt. Si enim nullo intereſſe priuaretur, quantumcumque mutauerit coactus, nihil mutui ratione abſque vſuræ labe recipere poterit: vt firmant in ſpecie Martin.Nauar.*d.c.17. num.vlt.* Rebell. & Molina *dictis locis.*

Vſque adhuc de intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ad quod per moram debitor creditori ſolito negotiari adſtrictus eſt ex mutuo, vel aliis contractibus ſtricti iuris (in quibus nullum intereſſe intrinſecum continetur,de
35 iure, † vt in *l.Nummis,3.D.de in litem iurand. l. Liber homo, 118.§.fin. D.de verb.oblig.l. Socium, qui in eo, 61. D.pro ſocio*: Ideòque venit
36 in eis extrinſecum † lucri ceſſantis, vt dicunt Raphaël.Cuman.Paul.Caſtren. & Franc. Aret. *in dict. l. Liber homo, §.fin.* quos refert, & ſequitur. Alexand.Trentacin.*variar. reſolut. dict. lib. 1. titulo de Intereſſe, reſolut. 1. numero 21.* Laurent. Syluan. *conſ. 10. num. 24.*) egiſſe videmur.

In contractibus verò bonæ fidei (cum in eis intereſſe intrinſecum † ex ipſa re proueniens ve- 37
niat, *text. in l. Si ſterilis, 22. §. Cum per venditorem, D.de actionib.empt.*) dicta in mutuo, aliiſque ſtricti iuris contractibus, locum non habere: nec intereſſe extrinſecum *lucri ceſſantis* in contractibus bonæ fidei deberi, dicendum videbatur.† Qua ratione ita tenet Bart. *in l. vnica.* 38
C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, in d.l. Nummis, in d. l. Liber homo, §.fin. & in l. Iulianus, D.de actionib.empt. (quem refert Alex. Trentacinq. communiter receptum dicens ex Iaſo. ibi adducto,loco proximè relato *d. reſol.1. num. 22.*) latè. Laurent Syluan. *d. conſil. 10.* plures huius ſententiæ refert. Anton. Capit. *deciſione 19. num. 8* In qua fuit etiam Card.Iacob. Pute. *deciſ. 231. lib. 1.*

Contrarium tamen (eodem nempè modo damni emergentis, ac lucri ceſſantis contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris † rationem 39
habendam, non ſolúmque intereſſe intrinſecum ipſius rei, ſed etiam extrinſecum,lucrum nempè ceſſans venire) eſt magis communis Doctorum reſolutio, quam tenuerunt (ex ratione *d. l.3.§. fin. D. de eo quod certo loco*) Socin. *conſil.156. num.11.lib.2.& conſilio 25.num.18. lib.4.* communem dicit Ioan.Gratian.*d.regula 243.num.6.* Ferdinand. Vaſq. Menſcha. *controuerſ. vſufreq. lib.3.cap.60.num.21.& ſeqq.* referens in id Sot. *de iuſtit.& iure,d.lib.6.quæſt.1.art.5.* & Medin. ſequitur Ioan.à Caſtillo *controuerſ.d.lib.1.qu.1. num. 37. & ſequentibus*, firmatque Andr.Gail. *pract.obſeruat.lib.2.dict.obſeruat.6.num.3.* Marc. Anton.Natta *conſilio 569.* Petr.Barboſ. *in l.de diuiſione,5.num.26.D.ſoluto matrim.* Vbi id verius,& receptius, neque ab hac recedendum, in negotiari ſolito, aſſerit, Hieronym. Gabr. *conſilio 26.* Franciſc. Marc. *deciſ. Delphin.167.n.6. & 7.p.2.* Iacob.Menoch.*de arbitr. lib.2. cent.2. caſu 119.num.2 & conſilio 110.num.52.* Anchar. Regienſ. *quæſt.famil.33.num.13.part 2.*& (multis relatis) hanc tenet ſententiam Hieronym. Magon. *deciſione Florent.32. num.5. & 6.* Cardinal. Seraphin. *deciſione 714. numero 3.* plenè Vincent. Carot. *tractatu de locato, de lucro ceſſante moroſo, quæſt.1. per tot.* intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis in contractu locationis, & conductionis venire, exigique à conductore moroſo poſſe, *num.* præcipuè 4. aſſerens.

Quod etiam ſi longè plus interſit lucrum 40
ceſſans, † excedatque valorem fructuum rei, cuius pretij ſolutio dilata eſt, modumque vſurarum, quem legitimum leges ciuiles arbitrabantur, ſi illud poterat creditor lucrari, ampliant, & extendunt multi, communemque dicit Ferdinand. Vaſquez Mencha. *ſupra numero 22. & 23. & cap. 50. num. 7.* ſequitur Ioann. Gutier. *dict. cap. 2. 1. parte de iurament. confirmat. num. 4.* Petr. Barboſ. *dict. loco, numero 25. & dict. num. 26.* verſic. *Item poteſt.* Ratio eſt (ſecundum huius partis ſequaces.)
†Tum quia debitor non tam ratione fructuum, 41
quos percipit ex fundo; quàm perfidiæ ratione, ad intereſſe tenetur. Tum quia cum de intereſſe agatur, non quantum creditoris poſſi-

dere fundum, quem à se abdicauit, intersit; sed quantùm habuisse pretium, quod ex fide, & conuentione habiturus erat, interfuerit, inspiciendum est.

Et ad textum (qui contrarium suadet) *in l. fin.D.de peric.& commod.rei vendit.* (cuius sunt verba: *Venditori si emptor in pretio soluendo moram fecerit, vsuras duntaxat præstabit, non omne omninò, quod venditor mora non facta consequi potuit, veluti si negotiator fuerit, & pretio soluto ex mercibus plus, quàm ex vsuris quærere potuit*) respondent, qui prædictam opinionem defen-
42 dunt, procedere † vbi lucrum incertum est: Superiorem verò sententiam, vbi certum est, quodque manus hominis negotiari soliti velut euasit. Estque communis intellectus, secundum plures, quos refert, & sequitur Ioann. Gratian. *d. regul.*243.*num.*6.Ioan. Gutierrez *dict.c.*2.*num.*7. quem sibi placere dicit Petrus Barbos.*vbi suprà, num.*27.*&* 28.Alium etiam intellectum assignat Castillo *dict.cap.*1.*num.*39.*ad dict.l.fin.* multumque eius interpretatione elaborat Laurent. Syluan. *dict. consilio* 10. *per totum*, & eius vestigia sequutus Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.*1.*dict.resolut.*1.*de interesse.*

Alia in præsenti (vt ad institutum nostrum, quæstionemque redeamus) facimus omissa; An scilicèt ad prædictum lucri cessantis, vel damni emergentis interesse teneatur pauper? In qua (cum omni iure, tamque in foro conscientiæ, quàm iudiciali deberi ex suprà dictis constet) pauperes quoque ad id teneri firmandum videbatur. In contrarium tamen se veritas habet. Paupetem enim ad interesse lucri cessantis, vel
43 damni emergentis † (vbi saltem ante moram superuenit paupertas) non teneri, cum ante moram, nec lucrum cessans, nec damnum emergens (vt *num.*18.*&* 29. prædiximus) debeatur, paupertasque moram cessare faciat, ab eaque excuset, vt *quæst.*17.*n.*39.aliisque notauimus locis, firmarunt Matthæ.*de Afflict.decis.*10.*n.*3. Ioan. Lup.*in repet.cap. Per vestras.de donat.inter vir. & vxor.notab.*6.*num.*5. Petr. Rebuf.*in d. l.vnic. glos.fin. num.*32. *C.de sentent. quæ pro eo quod interest*, Roland.à Valle *dict. consilio* 35. *num.*25. *part.*1.Ioan.Gutier.*de iuram. confirm.*1.*part.dict. cap.*2. *num.*4 *col.*2. Sebast.de Medic. *in tractat. de casib.fortuit.*2 *part.quæst.*4.*n.*27. Marta *decis. siue voto* 18.*num.*5.*& dict. decis.*165.*n.*10. Rota *Genuens. decis.*99. *num.*3. P.Leonard. Lessius *de iustit.& iure, lib.*2.*cap.*20. *dubio* 10. *num.*70. *& cap.*10. *dubio* 1. *n.*17. assentit P.Ferdin. Rebello *de oblig.iustit.d.lib.*8.*q.*7.*num.*4.Maurit.Apicella *allegat.*6. *num.* 25. Vincent. Carot. *dict. tit. de lucro cessante moroso; quæst.*1. *num.*19. *d.fol.*42.
44 Qui hanc sententiam in necessitate extrema † procedere vult, quosdam in id allegans: qui tamen non eam, sed suprà relatam simpliciter assertionem probant. Cum eo tamen in extrema necessitate loquitur etiam, *Ioan. Lup. loco iam citato.* Alij verò tam ex Iuristis, quàm Theologis non ita magnam necessitatem requirũt, sentiuntque ad huiusmodi interesse excusationem sufficere, si debitor absque magno detrimento præstare debitùm non possit: & expressiùs aliis, docet *P. Lesius vbi suprà d. n.* 70. excusati dicens debitorem, si in tantam paupertatem inciderit, vt soluere quin se in extremam, vel grauem necessitatem coniiciat, non possit: secùs si potest, quamvis non sine magno rei familiaris detrimento. Quia tunc, vel soluere ad diem constitutum, vel in animo esse paratus interesse cõpensare tenebitur. Et *dub.*1.*n.*17. etiam obligatum ad restitutioné, si commodè restituere non valet, de lucro cessante, vel damno emergenti ex dilatione non teneri (quia nec esse in mora, neque ad id principaliter se obligasse, sed per accidens videtur) asserit. Quod tamen in eo qui non ex delicto obligatus est, secùs si ex delicto, vt furto, rapina, &c. intelligendum videtur. Ita notat P. Ferdin.Rebel. *de obligat. iust.lib.*2. *quæst.*17.*sect.*4. *num.* 22. *in fin.* *&* 23. Obligatumque ad restitutionem, ex dilatione ad lucri cessantis, damnique emergentis interesse (quando saltem restitutionem propter detrimentum in bonis externis differt, secùs in internis) esse adstrictum, obseruat P. Ludouicus Molina *de iustit. & iure, lib.* 3. *tract.*2. *disput.*754. *in fin.* tenetque expressè idem Lessius *dict.lib.*2. *c.*16. *dubio* 1.*num.*32.

Constat igitur, pauperem si magna laboret egestate, solutionevè debito tempore facta, in grauem se coniiciat, ad lucri cessantis, vel etiam damni emergentis interesse (iuxta prædictas Doctorum sententias) non arctari, teneri vè. Quod tamen limitat Petrus Rebuffus *in dicta l. vnic.glossa fin. num.* 31. quando creditor in pari † existit necessitate. Pro cuius sententia faciunt 45
etiam à Nobis *quæst.seq.num.*20.*& sequenti*, dicenda.

Limitari etiam potest, si paupertas post moram † interuenisset, secundùm August. Beroi. 46
*cons.*193. *num.*28. quem refert (licèt mendose) sequiturque Vincent. Carot. *dicta quæst.*1. *n.*19. & supponunt alij suprà relati.

Ampliari autem d. poterit sententia. Primò, vt procedat etiamsi à principio adesset paupertas, probabiliterque iudicaret debitor statuto tempore soluere non posse. † Habet enim 47
quod sibi creditor imputet, quòd cum tali contraxerit, siue eius sciuerit, siue ignorauerit conditionem, *ex text. in l. Qui cum alio, D.de regul.iur.*& latè à Nobis deductis *quæst.*45. Cum & paupertas (vt sæpè diximus) moram committi impediat, nec ante moram lucri cessantis, vel damni emergentis interesse regulariter debeatur.

Licèt contrarium in suprà dicto casu velit P. Ferdinand.Rebel.*de oblig.iust.dict.lib.*8.*quæst.*7. *num.*5. Ea ratione, quòd qui sic promittit, peccat contra iustitiam obligando se ad id, quod implere in termino constituto non posse præuidit. Quæ sententia quoad forum interius, ad peccatumque contrahendum, non quoad exterius, & contentiosum (ex proximè dictis rationibus, & *in dict. quæst.* 54.) procedere poterit: vbi præcipuè non doloso, & iniquo animo, speque non soluendi impotentia fretus debitor contraxit. Quod si impotentiam statuto termino soluendi non præuidit, de eavè (præsentis tantùm memor necessitatis) non cogitauit, cum melior semper speretur conditio, in diesque ditari (iuxta dicta à Nobis *quæst.*4.§.2.*num.*118.) quis præsumatur: nec interesse lucri cessantis, damnivè emergentis deberi; nec peccatum, aut iniustitiam committi, dicendum venit.

Ampliatur secundò è concursu, si creditor pauper sit, licèt aliàs nec post moram ad interesse lucri cessantis; vel damni emergentis teneretur

retur debitor:quia adhuc creditori pauperi prædictum ſoluendum erit intereſſe. Vxori enim nullum intereſſe, vel lucrum pro dotis competit reſtitutione,† etiamſi mariti hæredes in mora reſtituendi poſt annum eſſent, vt tenent DD. *in l.Exigere dotem,D.de iudic.*Alexand.*conſ*.74.*num*.12.*& ſeqq. & conſilio* 141.*num.* 4. *& ſeqq. lib*.5.Aymon.Crauet.*conſil*.189.*n*.7. Purp. *conſilio* 117.*n*.14 *lib*.1.pleniſſimè Roland.à Valle *conſil*.55.*lib*.2.*per tot.* Ioan.Cephal. *conſ* 133.*n*.130. *& ſeq.lib*.1.Borgnign.Caualc. *deciſ*.3.*n*.30.*p*.1.ad ſaturitatem(ſępè communem,ac magis communem,nec ab hac in iudicando,& conſulendo recedendum dicens) Card.Tuſch.*pract.concl.litt. D, concl.* 741. *per tot.* propè infinitos cumulans (quem poſt hæc ſcripta vidi) Ant. de Amato *var.reſolut.reſol*.49.*n*.84. *& ſeqq.*multis id amplians modis.

48

49 Si tamen mulier pauper eſſet,† pro alimentiſque,vel aliis neceſſariis ſumptibus pecuniam ſub vſuris acciperet, vel aliter ex dotis retardata ſolutione lęderetur;huiuſmodi intereſſe,damnumque emergens poſt annum petere poterit, debetque conſequi ſecundùm Bald.*conſil*.137.*n*.3.*lib*. 5.Alex.*d.conſ*.141.*n*.3.*lib*.5. *& conſil*.200.*n*.7.*lib*. 6.Rimin Iun.*conſil*.304.*n*.4. *&* 14. *lib*.3. Socin. *conſil*.57.*lib*.4.Crot.*conſil*.198.*n*.20. *&* 21.*lib*.2. Purp.*conſil*.385.*n*.4.*lib*.1. Franc.Burſat.*conſil*.8. *& conſil*.9.*n* 46 *& ſeq.lib*.1 quos refert,& ſequitur Caualc.*vbi ſuprà*, *n*.31. Couar.Ant.Gomez, Surd.Thoro, plurimique alij,quos pariter refert, ſequiturque Antonius de Amato *dicto loco, num*.92.

50 Cum mulieri diuiti nec damnum emergens etiam poſt annum † deberi, ſibique imputandum, cur litem non mouerit (ex Rinald. Sen. *conſ*.265.*num*.22.*&* *num*.26.*& ſeq.lib*.2.*& conſil*.694. *lib*. 4. *&* Riminald. Iuniore *dicto conſilio* 304.) teneat idem ipſe Borgn.Caluac.*d.deciſ*.3.*num*30. Faciuntque præcedenti quæſtione dicta.

51 Solam tamen paupertatem non ſufficere, † vt poſt moram, annique lapſum poſſit mulier etiam damni emergentis intereſſe à mariti hæredibus conſequi, ſed interpellationem, vel petitionem fieri neceſſe eſſe, ne maluiſſe lucrum, quàm pecuniam videatur, tuncque alimenta illi deberi, vel vſuras alimentorum loco ſentiunt ſuprà relati, & in ſpecie notat Alexand. *dict. conſ*.74. *num*.15. *lib*.5. & vtramque qualitatem *interpellationis, & paupertatis*, in hoc caſu neceſſariam eſſe, tenet (poſt Pariſ. ab eodem relatum) Roland. à Valle *dict. conſ*. 55. *num*. 18. *lib*. 2. Licèt contradicant alij, perque anni lapſum, abſque alia hominis interpellatione moram in præſenti contrahi, poſt illumque dotis non reſtitutæ deberi vſuras, firmant Surd. *conſ*. 221. *num*. 41. *& de alimentis, tit*. 1. *quæſt*. 45. *num*. 3. Ioſeph. Ludouicus Lanar. Cuma. multique alij relati, ſequutique ab Anton. de Amato *dict. reſolut*.49. *numero* 92. *&* 93.

VTRVM, ET QVANDO ad reſtitutionem teneatur pauper?

SVMMARIVM.

1 *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

2 *Reſtitutio ſtatim facienda eſt, quia preceptum de reſtituendo tanquam negatiuum, vel à negatiuo deſcendens, obligat ſemper & ad ſemper.*

3 *Differens per multum tempus reſtitutionem, an multa committat peccata? vel idem continuetur? remiſſiuè.*

4 *Precepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper.*

5 *Paupertas à reſtitutione ſtatim facienda eum qui animum deliberatum habet reſtituendi, excuſat. Ampliatur,*n.9.10.12.17.18. 22.23. & 24.

Limitatur num.19. 20.21. 25.& 26.

6 *Et etiamſi quis iuraſſet, ſe reſtituturum, vel quid aliud facturum, ſi paupertate, vel impotentia impediatur. Limita*, vt n.7. & 8.

9 *Non ſolùm grauiſſima, vel extrema paupertas à reſtitutione ſtatim facienda excuſat ſed etiam grauis. Limita*, *vt* numero 11.

10 *Et quæ dicatur grauis paupertas, vel neceſſitas in præſenti?*

11 *Grauis neceſſitas (modo prædicto) à reſtitutione ſtatim facienda, ſiue debitum ex contractu licito, ſiue illicito proueniat, excuſat.*

13 *Interpretatio* ad Concil.Trident.ſeſſ.25 de reform.cap.12.

Detrahens decimas excommunicatur, nec abſoluitur, niſi plena reſtitutione facta, ſi commodè poteſt, aliter abſolui debet. ibid.

14 *Interpretatio* ad text.in Clement. 2. de hæretic.

*Inquiſitores, vel Commiſſarij pretextu officij pecuniam extorquentes, excommunicantur, nec (preterquam in mortis articulo ante integram ſatisfactionem abſolui poſſunt; niſi paupertate reſtituere impediantur.*ibid.

15 *Quis hodiè ab huiuſmodi excommunicatione Inquiſitores abſoluere poſſit? remiſſiuè.*

16 *Interpretatio* ad Motum proprium *Clement. VIII.* de largitatione munerum interdicta Religioſis,& ad Mot. propr. *Gregor. XIII.* de datis, vel acceptis pro iuſtitia, vel gratia.

*Abſolutio denegatur ante realem reſtitutionem eius quod quis à Religioſis accepit, vel antequam erogatum ſit pauperibus, quod pro iuſtitia facienda receptum eſt, niſi moraliter reſtitutio fieri non poſſit, vel per abſoluendum non ſtat quominùs reſtitutio fiat.*ibid.

21 *In pari neceſſitate potior eſt conditio creditoris. Et quid ſi neceſſitas ſit extrema?* num. 22. *Et quid in graui neceſſitate*

modo iam dicto? n.23.

26 *Grauius peccat, ac punitur, qui veniæ peccat spe.*

27 *Ad beneficium cessionis bonorum non admittitur, qui sub eius spe contrahit.*

28 *Constitutus in graui necessitate, an ad restitutionem eius, quod in tali necessitate abstulit, si ad pinguiorem fortunam deuenerit, teneatur?*

QVÆSTIO XXVII.

1 TRitissima iuris regula est, peccatum non dimitti, † nisi restituatur ablatum, *text. in cap. Peccatum*, 4. *de regul. iur. in 6. cap.* 1. 14. *quæst.6. cap. Qui rapit.* 14. *quæst.5. cap. Cum tu*, 5. *de vsur.* Diuus Thom. 2.2. *quæst.*62. *art. vlt.* D. Antonin. 2. *part. summæ*, *tit.* 2. *cap.* 8. *in fin.* Syluest. *verb. Restitutio* 5. §.1. Palac. Rub. *in repet. rubri. de donat. inter vir. & vxor.* §.65. *num.* 35. Marta *decis. fine voto* 18. *num.* 1. & omnes passim Doctores. Probaturque etiam *Ezechielis* 33. *Non permittitur venia, nisi rapina reddatur.* & ex illo Matthæi 22. *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* & ad Roman. 14. *Reddite omnibus debita.* & Tobiæ 2. *Si furtiuum est, non licet nobis de eo aliquid edere, aut contingere.*

2 Statimque restitutio facienda est, † quippè cum restituendi præceptum in septimo *Decalogi* comprehendatur, ad semperque, & pro semper obliget. Quamvis enim præceptum *de restituendo*, sit affirmatiuum, quia tamen à negatiuo deriuatur, & in eo continetur, ad semper, eo modo quo negatiuum à quo deriuatur, & in quo includitur, obligat. Restituendique præceptum, negatiuum est, quatenus tacitè, & virtualiter non tenere alienum inuito domino iubet. Ita dicunt Caietan. *in summa de restitut.* §.6. Syluest. *verbo, Restitutio*, 5. Scot. *in* 5. *distinctione* 15. *quæst.*2. §. *De quarto*, Palud. *in* 4. *dist.*15. *quæst.*2. *artic.*6. *ex illo Leuit.*6. *Non remanebit apud te opus mercenarij tui.* Sot. *de iustit. & iure*, *lib.*4 *quæst.*7. *artic.*4. post D. Thom. *sup. relat.* Gabriel. *in* 4. *dist.*15. *quæst.*2. *conclusione* 2. Mercad. *de restitut. cap.*1. Martin. Nauar. *eod. tract. de restit. lib.*1. *cap.*1. *num.*17. *& in cap. Nouit*, 6. *notab.* §. *Tertio præsuppono*, *num.*74. Hieronym. Zeual. *commun. quæst.*729. *num.*2. Ioannes Gut. Canonic. *quæst. lib.*1. *cap.*40. *num.*1. P. Ludouic. Molina *de iust. & iure*, *lib.*3. *tract.*2. *disput.*716. *num.*3. & 4. *disput.*753. *n.*2. versiculo, *Idcirco autem*, vbi de communi, P. Ferdinand. Rebel. (communem quoque dicens) *de iustit. & iure*, *lib.*2. *quæst.*17. *sect.*1. *num.*1. & *seqq.*

3 Et verùm per multum tempus restitutionem differens, multa committat peccata? † vel idem peccatum continuetur? vide per suprà relatos, præsertim Molinam *dictis locis*, Ferdinand. Rebel. *d. lib.*2. *q.*17. *sect.*2. *per totam*, vbi plenissimè.

4 Præcepta autem negatiua obligare † semper, & pro semper, notant D. Thom. 2.2. *quæst.*33. *art.*2. *Archidiac. in cap. Si peccauerit*, 2. *quæst.*1. Abb. *in cap. Nouit*, *num.* 36. *de iudic.* Martin. Nauar. *in manual. cap.*17. *num.*54. & 61. Zeual. *vbi suprà num.* 3. Petr. Binsfeld. *in tractat. de iniur. & damno. dat. in rubric.* 2. *part. notabil.*6.

Paupertas tamen à restitutione statim facienda † eum, qui animum deliberatum restituendi habet, excusat, *text. in dict. cap.* 114. *quæst.*6. *in capit. Quamquam de vsur. in* 6. *vbi gloss. & in capit. Cum tu*, *eod. tit. gloss.* Dyn. & Anchar. *in dict. cap. Peccatum*, *vbi* etiam Couarruu. 1. *part. in prin. num.*2. D. Thom. 2.2. *dicta quæst.*62. *art. vltim.* Syluestr. verbo, *Restitutio*, *quæst.*5. *num.*2.3.4. & 5 Ioannes Gut. *dict. cap.*40. *num.*3. Ludouicus Molina *de iustit. & iur. lib.*3. *dict. tract.*2 *disput.*754. *n.*2. latè Pater Ferdinand. Rebel. *de oblig. iustit. lib.*2. *quæst.* 17. *sect.* 4. communem dicens. Nemo enim ad moraliter impossibile, neque ad id, quod proprias excedit vires, tenetur, satisque est quoad Diuinam Maiestatem, vt quiliber, quod in se est, ad emendationem faciat. 5

Quod etiam si quis se restiturum, vel quid aliud facturum iurasset, † si propter paupertatem, vel impotentiam restituere, aut facere non possit, procedere, est *text. in cap. Querelam*, 10. & *in cap. Breui*, 17. *de iureiurand. & vtrobique gloss.* alia, verbo, *Interesse*, alia, verb. *Facultas.* Necessitas enim à periurio excusat. *dict. iurib. sup. & cap. Si nulla*, 23. *quæst.*8. *cap. Presbyteros*, 50. *distin.* Hostiens. *in dict. cap. Querelam*, *num.*1. *in fin. vbi* etiam Bald. *num.*4. Alexand. de Neuo *num.* 3. *Doct. in cap. P. & G. de offic. & potest. iud. de leg.* Bald. *in* §. *Porrò*, *n.*5. versic. *Deinde nota. Quæ fuit prim. caus. benefi. amitten.* Octauia. Olasc. *decis. Pedemont.* 92. *num.*35. Hieronym. Grat. *responso.*121. *num.* 4. *lib.*1. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 74. *num.*542. Prosper Farinac. *de falsitat. quæst.*160. *num.*130. Anton. Hering. *de fideiussorib. cap.*19. *num.* 13. Tiber. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.*11. *num.*18. Stephan Gratian. *decis.*34. *n.*21. & 22. Gregor. Lopez *in l.*33. *tit.*18. *par.*3. *glos.*1. *in fin.* Sebastian. de Medic. *de casib. fort. part.*2. *q.*4. *num.*36. 6

Nisi difficultas, seu impotentia seruandi iuramentum, † iurantis culpa fuerit causata. Ita limitant Ioannes Bologn. *in l. Si quis maior*, *num.* 20. versiculo, *Secundo casu*, *in fin. C. de transact.* post Bald. Angel. Abb. & alios, de quibus per eum ibi, Farinac. *vbi suprà*, *num.* 131. Seraphin. *d. priuil.* 74. *n.*208. 7

Vel nisi tempore præstiti iuramenti † de difficultate, seu impotentia constaret, nisi ex proxima, & rationabili causa crederet iurans se illud posse adimplere, Alex. de Neuo (alios referens) *in dict. cap. Querelam*, *num.*3. & *seq. de iureiurand.* Seraphin. *suprà num.* 207. Vincent. Mancin. *in tract. de iuram. par.*5. *effect.* 14. *n.*6. Farinac. *d. loco n.*132. 8

Ampliatur secundò suprà dicta principalis conclusio, vt non solùm grauissima vel extrema paupertas, aut necessitas à restitutione statim facienda, sed etiam grauis † excuset, quando non nisi cum magna difficultate restitutio posset fieri, quia tunc eam differre licet, secundum Caiet. Armil. & Gabriel. quos refert, & sequitur P. Ferdinand. Rebello *de oblig. iust. lib.*2. *q.*17. *sect.*4. *n.*21. 9

Magna autem debitoris difficultas, grauis iactura, vel detrimentum, ex personarum conditione † cognoscitur, inducirurque. Quia si vir nobilis, sit, nec statim soluere, nisi se omni famulorum obsequio, atque equorum priuet, possit; suique consimilium cogatur abstinere consortio: vel si ciuis primarius, non nisi ita 10

se

ſe priuet, vt artem mechanicam ſibi inſuetam, ſubire: vel manuales operas exercere cogatur; differre reſtitutionem, donec abſque ſtatus ſui iactura poſſit, licebit. Neque vt reſtitutio ſtatim fiat, multò minùs quàm valeant, ſua bona vendere, vel aliud ſimile graue pari detrimentum compellitur. Vt quia ſibi inutilis foret ars, ex qua ſeque familiam ſuam alit, vel ſi inſtrumenta, libros, aut capitale, cum quo lucraretur victum, cogeretur vendere. Quibus quidem caſibus differri reſtitutionem poſſe tenent Scot. *in 4. ſentent. diſt. 15. quæſt. 2. art. 4.* D. Anton. *in ſumm. 2. part. tit. 2. cap. 8. col. 5.* Caietan. *2. 2. quæſt. 62. art. 7.* Dominic. Sot. *de iuſtit. & iure lib. 4. quæſt. 7. artic. 4.* Ioannes de Neap. *quodlibet. 9. quæſt. 21.* Syluest. verbo, *Reſtitutio, 5. quæſt. 3.* Petr. de Anchar. *in cap. Peccatum, de regul. iuris in 6. col. 9.* vbi etiam Didac. Couar. *in princip. num. 2.* Archidiac. *in cap. Si res, 14. quæſt. 6.* Ioannes Lup. *in repet. cap. Per veſtras, de donation. inter vir. & uxor. §. 65. num. 50. & 51.* Gaſp. Baeça *de inope debitore, cap. 1. num. 51.* Martin. Nauar. *in manual. cap. 17. num. 56.* Ioannes Gutier. Canonic. *lib. 1. dicta q. 40. num. 7.* Matta *deciſ. ſiue voto 18. num. 2. & ſeqq.* Iacob. de Graſſis *in deciſ. conſcient. cap. 32. parte 1. lib. 1. num. 16.* referens Nauar. *in manuali cap. 26. num. 2. & cap. 27. num. 47. 48. & 73.* P. Ferdinand. Rebello *de oblig. iuſt. dicto lib. 2. quæſt. 17. ſect. 4. num. 22. & 26.* Ludouicus Molina *de iuſt. & iur. lib. 3. tractat. 2. diſput. 754. num. 2. col. 3.* verſiculo, *Quando detrimentum*, el 2. Thom. Sanch. *in precept. Decalog. lib. 2. cap. 20. num. 19* Leonardus Leſſius *de iuſt. & iure lib. 2. cap. 16. dubio 1. num. 15. 21. 22. & 25.* Vbi verum intelligit (quòd ſcilicèt quis ratione ſtatus ſui à reſtitutione ſtatim fa-
11 cienda excuſetur) ſi ſtatum ſuum iuſtè † obtineat, ſecùs ſi iniuſtè, rationem ibi reddens.

Quæ ſententia (ſecundùm communem) ampliatur procedere, non ſolùm vbi debitum ex contractu, vel cauſa iuſta prouenit; ſed etiamſi
12 ex delicto, † vel cauſa iniuſta, vt furto, rapina, & ſimilibus deſcendat; adhùc enim in ſuperioribus caſibus poſſe reſtitutionem differri, eſt ſententia D. Antonini *in dict. 2. parte cap. 8. col. 4.* Nauar. *dicto cap. 17. num. 56.* Couar. *in dicto cap. Peccatum, in principio, num. 2.* verſic. *Nec enim ad hanc excuſationem*, Matt. *dict. voto 18. num. 11.* firmant aſſeueranter Molina *dicta diſputat. 754. num. 2. col. 4.* verſiculo. *Dubium autem eſt*, Leſſius *dicto lib. 2. dubio 1. c. 16. num. 19. & 22.* tenendam dicit Gutier. *dicto cap. 40. num. 12.* verſiculo, *Non deſunt*, *in fin.* Petr. Ferdinand. Otero *diuerſar. quæſt. iur. 1. part. quæſt. 27 num. 7. & 8.* vbi quòd vſurarius in foro animæ vltra id quod facere poteſt non tenetur, quòdque publicè hanc fuit ſequutus ſententiam, Ioannes Maria Nouarr. *in collect. ſuper pragmat.* Regni Neapolit. *collect. 230. num. 11.*

Licèt contrarium in hoc caſu tenuerint Caietan. verbo, *Reſtitutio, quæſt. 6.* Sot. *dicto lib. 1. quæſt. 7. art. 4.* quibus etiam aſſentit P. Ferdinand. Rebello *de oblig. iuſt. dicto lib. 2. quæſt. 17. num. 21.* Contra quos aſſerunt omnes proximè relati, firmiorque aduerſa redditur, ac tenenda opinio.

Ex quibus plurium iurium infertur deduciturque interpretio. Intellectus in primis *ad Concil. Trident.* † *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 12.* quod 13
contra detrahentes decimas, ita ſtatuit. *Detrahentes decimas excommunicentur, neque ab hoc crimine (niſi plenâ reſtitutione ſequuta) abſoluantur.* Vt intelligatur, *ſi commodè* (iuxta ſuprà dicta) *reſtituere poſſint.* Ita in terminis tenent, & declarant Martin. Nauar. *in manual. Latin. cap. 17. num. 59.* Molin. *de iuſt. & iur. tomo 3. diſputat. 756. in fin.* Emmanuël Rodriguez *in 1. tom. ſummæ in 2. editione, cap. 87. num. 8.* Henriq. *lib. 13. de excommuni. cap. 28. num. 1. in comment. littera R*, quos refert, & ſequitur P. Thomas Sanchez *dicto cap. 20. libro 2. numer. 19.*

Infertur ſecundò declaratio ad text. in † *Clement. 2. de hæretic.* vbi Inquiſitoribus, vel Com- 14
miſſariis, & aliis, ne prætextu officij Inquiſitionis, quibuſvis modis illicitis pecuniam extorqueant, ſub excommunicationis ſententia ipſo facto incurrenda iubetur. *A qua non poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta. Nullis priuilegiis, pactis, aut remiſſionibus ſuper hoc valituris.* Si tamen propter paupertatem Inquiſitores, vel Commiſſarij extortam pecuniam reſtituere non poſſint, ab inferiore extra mortis articulum poſſe abſolui, tenuit *gloſſ. ibidem* verbo, *Satisfecerint* Cardin. *num. 5.* Imola *num. 7.* Bonifac. de Vitalin. *num. 92.* Tabiena verbo, *Excommunicatio, 5. caſu 4. quæſt. 17. num. 18.* Syluest. verbo, *Excommunicatio, 9. caſu 42. num. 8.* Martin. Nauar. *in ſumma Hiſpanic. cap. 27. num. 143. & in Latin. 142.* refert, & ſequitur Sanchez *ſuprà* (aduerſ. Suar. ibi adductum) teneteque dictam ſententiam Proſper Farinac. *in tract. de hæretic. q. 185. §. 7. num. 142. & num. 143.* Vbi etiam *num. ſeq.* quis hodiè, † poſſit ab huiuſmodi excom- 15
municatione Inquiſitores abſoluere tradit.

Deducitur tertiò declaratio *ad Motum proprium* † Clement. VIII. *de largitione munerum* 16
interdicta Religioſis: Vbi abſolutio ante realem reſtitutionem recipientibus à Religioſis munera denegatur, in hæc verba: *Adeò vt reſtitutione ipſa realiter non facta, neque etiam in foro conſcientiæ abſolui poſſint.* Et *ad motum proprium* Gregorij XIII. *de datis, & acceptis pro iuſtitiâ, vel gratiâ*, vbi ſic diſponit. *Nec quiſquam admittatur ad abſolutionis gratiam; niſi priùs erogatum eſſet pauperibus quantum ille dediſſet, vel recepiſſet.* Vtrumque enim. *Si moraliter poſſit fieri reſtitutio*, intelligi debet. Ita interpretatur Clementis VIII. *Motum proprium* Soſa *in eius expoſitione, num. 96.* & Gregorij XIII. Nauar. *in comment. ipſius, num. 38.* & P. Molina (eundem *Motum proprium* Gregor. XIII. explicans) *de iuſtit. & iur. dict. tom. 1. diſput. 92. col. 3.* verſiculo, *Pœna*, quando per abſoluendum fiat, quominùs reſtituatur, intelligit. Sequitur P. Sanchez ſæpè *dict. n. 19.*

Non ſolùm autem ob paupertatem, vel impotentiam, magnumvè in propriis bonis (modo iam dicto) detrimentum, differre reſtitutionem licet: ſed etiam (imò & à fortiori) vbi ex reſti-
tutione (ſi ſtatim fieret) magnum animæ † 17
debitoris, vel ſuorum immineret periculum: veluti ſi debitor, vxor, aut filij præ inopia veriſimilitet

similiter periclitarentur de peccato mortali, nevè vxor, vel filiæ se prostituant, ne filij fiant latrones nevè ipse in desperationem præ impatientia incidat, adesset timor: docent D. Anton. *d.2.p.c.8.* Scot. *dist.15.q.2.§.vlt.* Henriq. *quodlibet.6.q.24.* Mart. Nauar. *d c.17.n.57.* quos refert, & sequitur P. Leonard. Lessius *d.lib.2.dub.10.c.16.n.21.* communem dicens P. Ferdin. Rebello *d.lib.2.q.17. sect.4.n.27.*

18 Idemque erit dicendum (differri scilicet restitutionem posse) quando absque famæ † notabili detrimento nequiret statim fieri restitutio. Si enim notabile detrimentum in propriis bonis exteriùs ab obligatione statim restituendi excusat: longè maiori cum ratione notabile detrimentum in bonis altioris ordinis (vt in fama, vita, ac corporis salute) excusabit. Ita P. Molina *de iust. & iur. d.lib.3.tom.2.disp.754. n.2. col.4.* versic. *Sicut autem*, & communem dicens P. Rebel. *vbi suprà, sect.3. num. 19. & 20.* vbi limitationem vide.

Aliquibus autem modis venit intelligenda, ac limitanda suprà tradita principalis conclusio vt procedere possit, differreque restitutionem liceat.

19 Primò enim requiritur vt procedat, quòd non lautè, † & sumptuosè, sed valde moderatè, ac parce debitor viuat; id solùm expendens, quod sibi, suisque absque magna status sui indecentia necessarium est; vt tenent omnes suprà in principio adducti.

20 Secundò prædictam principalem conclusionem procedere, limita, & intellige, si magnum detrimentum ex retardatione solutionis, vel restitutionis creditori non sequeretur, † secùs si sequeretur: vel si in eadem, simili, aut paulò minori indigentia creditor existeret, eique rei familiaris, & status simile immineret periculum. Tūc enim (licèt cum prædicto debitoris incommodo & detrimento) restitutio statim facienda est. Ita tenent Syluest. d. verbo, *Restitutio, 5.q.5.* versic. *Quartò quæro*, Marta *d.decis.18.n.8. & 10.* estque communis Doctorum sententia, secundùm P. Lessium *d.lib.2.dub.10.n.15.19. & 31* Molina *d. lib.3.disp.754.n.2.* versic. *Quando verò* Gutier. *d.*

21 *q.40.n.10.* Quia in pari necessitate † potior est conditio creditoris, vt not. Lessius *d. n.19.* Id ta-

22 men in extrema † necessitate limitans. Quia in pari extrema necessitate potior est conditio possidentis. Licèt Scot. Ricard. & Palud. (de quibus per Syluest. *vbi sup. q.2.*) in pari necessitate etiā extrema, statim esse restitutionem faciendam, teneant. Quod intelligit Nauar. *in man. d. cap.17. n.60.* de re aliena stante, vt restitui statim debeat. Cum quo etiam Ioan. Gutier. *d. lib.1. Canonic. c.40.n.5. & 12.*

23 Imò *supr.n.20.* addit P. Lessius, etiam in graui † necessitate, in qua ratione morbi, famis, vel nuditatis, sit constitutus debitor, non statim restituere debitorem teneri; etiamsi creditor in parem necessitatem inciderit, modò debitor, illum in eam non coniecerit, siue ex furto debitum sit ortum, siue ex contractu, probabile, & fortè verius dicens; melioremque non solùm in extremâ necessitate; sed etiam in graui, possidentis videri conditionem comprobans.

24 In rei itaque solùm familiaris, † vel status indecentiæ æqualis, vel paulò minoris periculo, potiorem creditoris conditionem esse; statimque restitutionem faciendam, tenet idem ipse Lessius *suprà dicto num.31.* Non enim (secundùm eum) tantùm iuris iactura rei familiaris, quantum extrema, vel grauis egestas tribuit.

Si autem restitutioni obnoxia res extat, † 25 nec debitor extrema laborat egestate statim eam restituere tenetur, licèt statum mutare cogatur. Restitutionis enim tunc admittitur dilatio, cum in re propria damnum quis patitur secùs in re aliena, quando ipsa extat; ex sententia Fratr. Angles *in suis floribus Theolog. quæst. in quæst. de restitutione, pag. 158.* quem sequitur Ioann. Gutier. *dicto cap. 40. num. 12.* qui in casu, in extremâ etiam necessitate idem censet.

Limitari tertiò etiam principalis conclusio potest, vt licèt res non extet, statim restitutio facienda sit, etsi graue damnum in rebus propriis, aut status patiatur debitor, si eo animo † 26 rem consumpsit alienam, vt à restitutione excusaretur, veniæque consequendæ spe. Cum grauiùs peccet, ac puniatur, qui veniæ spe delinquit, *text. in cap. Illud, de cleric. excommunic. depos. & ibi* Abb. *num.5. cap.1. & ibid.* Abb. *de immunitat. Eccles. cap. Quando quis de consecrat. distinct. 4.* Et in terminis hanc tenet sententiam Dyn. *in dicto cap. Peccatum, num. 11. de regul. iuris, in 6.* Cuius quidem authoritate Ias. *in §. fin. num.20. institut. de actionibus* dixit. † eum qui sub spe cessionis bonorum contrahit, 27 ad eam non admitti, vbi Bartolum quoque allegat *in l.1.§.1. D. si quis testam. liber esse iussus sit*, de Præfecto vrbis Romæ multa propterea contrahente debita, quòd Imperator nouiter creatus in eius aduentu habeat debita contracta dissoluere, referentem. Pro quibus & dicta à Nobis *q. 54.* faciunt, pluraque tradit Mastril. *in comm. ad indult. generale, c.6.n.6. & seqq. &* Scacc. *de commerc. §.7.glos.5. n.151. & seqq.*

Sed si quis alienam rem non eo animo, mente & spe consumpserit; sed quia cōstitutus in graui erat necessitate, eaque indigebat, ac verè pauper erat, ad restitutionem † posteà etiamsi ad pin- 28 guiorem deuenerit fortunam, non teneri, improbabile non esse dicit Syluest. verbo, *Furtum, q.5.* P. Lessius *d.lib.2.c.16.dub.1.n.18.* alios etiam referens, idem (ex Angel. de Claua *in sum.* in verb. *Furtum, num.37.* Tyraq. *de caus. cess. limit.12.n.1.* Claro *in §. Furtum, n.25.* & aliis tenet Nicol. Intrigl. *sing.6.n.3. lib.2.*

Qua de re videndi Didac. Couar. & ab eo relati *in d.c. Peccatum, 2.p.§.1.n.4.* latè Hieronym. Ceual. *commun. contra commun. q.729. per tot.* vbi pro vtraque parte plures rationes, iura, & authoritates adducit, Petr. Surd. *de alim. tit.8. priuil.39. num. 11. & seqq.* Ioan. Bapt. Lup. *de vsur. comment.4.§.4.n.64.* & plures relati per Cened. *ad Decretum, collect.48. n.5.*

* *
*

VTRVM

VTRVM A SOLVTIONE mercedis, vel ſalarij aliàs debiti, excuſet paupertas?

SVMMARIVM.

1 *Labor ſine mercede eſſe non debet. Et omne officium exigit ex honeſtate pecuniam.*
Nemo liuis ſtipendiis militare cogitur, ibid.

2 *Parochus pauper etiamſi proprijs manibus victum quærere valeat, an & qualiter Diuina officia parochianis ſubtrahere, denegareque ob non præſtitas oblationes poſſit.*

3 *Iudicibus laboris ratione ſportulæ etiam præter ſalarium, tam apud* Hiſpanos, *quàm alios debentur, ſoluunturque.*
Ampliatur n.4.5.& 6.

7 *Aduocatis, cauſarumque Patronis pro modo litis, fori conſuetudine, Aduocatique facundia, congruam debetur ſalarium.*
Amplia n.13.& ſeqq.vſque ad n.20.

8 *Aduocatus cui benè non ſatisfit, benè ſtudere non poterit.*

9 *Aduocatorum labor vix æſtimationem recipit.*

10 *Aduocatus non debet ab incepto patrocinio deſiſtere, cauſamque deſerere.*

11 *Et qualiter Aduocatus, vel Patronus cauſam deſerens puniatur?*

12 *Limita* n.12.

20 *Filiusfamilias Aduocatus de ſalario, vel lucro ex aduocatione quæſito liberè teſtari poteſt. Nec vſumfructum patri acquirit, nec poſt patris mortem cum fratribus illud conferre tenetur.*

21 *Aduocati in teſtando de tali ſalario, vel lucro militari potiuntur priuilegio, etiamque poſt pupillarem ætatem in eo ſubſtituere poſſunt.*

22 *Procuratores, Notarij, & Tabelliones licitè pro ſuis ſcripturis, & labore pecuniam exigunt, & eis aliiſque officialibus ſalarium debetur.*
Ampliatur, n.23.& 24.

25 *Medico pro labore, non pro ſanitate reſtituta, ſalarium debetur.*
Ampliatur n.28.29.& 30.

26 *Iuſtior quam aliorum Profeſſorum eſt Medicorum cauſa.*

27 *Magis Medicis pro ſalario, quam Aduocatis fauendum eſt.*

31 *Medicus, qui à principio gratis curare non incœpit, an poſſit infirmum, ſi ſibi ſalarium non ſoluatur, deſerere?*

32 *Magiſtris pro docendi labore ſalarium, mercesque debetur. Et qua actione Medicus, vel Magiſter pro ſalario conſequendo agat? ibi remiſſiuè.*
Ampliatur n.33.& 34.

35 *Pro ſalario ab Vniuerſitate Doctori, vel Magiſtro legenti conſtituto, bona ipſius Vniuerſitatis tacitè cum priuilegio prælationis ſunt hypothecata*, & num.38.
Limita n.39. *Amplia* n.40.

36 *Cauſa dotis, & ſtudij æquiparantur.*

37 *Inſtrumentum continens Doctoris honorarium prius celebratum (ſicut dotale) præſumitur.*

40 *Aduocatus pro ſalario litis, quam defendit in re illa etiam creditoribus anterioribus habentibus expreſſas hypothecas præfertur.*

41 *Pauper ſportulas Iudici ſoluere non tenetur, nec ab eo exigi poſſunt.*
Pauperis cauſa de plano, & ſine expenſarum, vel ſportularum ſolutione expediri debet, ibid.

42 *Nec etiam à volentibus, ſpontéque offerentibus ſportulæ accipi debent.*

43 *Aduocati gratis pro pauperibus poſtulare tenentur. Ampliatur* n.44. & ſeqq.ad 50.*incluſiuè. Intellige*, vt n.53. *Limitatur* n.51.& ſeqq.*vſque* ad n.58. *excluſiuè.*
Aduocati in Hiſpania cum ad exercitium aduocationis admittuntur, pauperes, viduas, & orphanos defenſuros ſe iurant, ibid.n.43.

58 *Victus an victori in expenſis, quas non fecit, quia Aduocatus, Procurator, vel alij Officiales eum gratis iuuarunt, teneatur? remiſſiuè.*

59 *Et quid in Aduocato, qui propriam ipſe cauſam defendit, vel alius pro eo gratis patrocinatus eſt? remiſſiuè.*

60 *Procuratores gratis pauperes adiuuare debent, ſalariatique ſicut Aduocati exiſtunt.*

61 *Notarij, & Tabelliones gratis pauperibus ſcripturas, & acta conficere, ac exhibere tenentur. Ampliatur* num.ſeq.

63 *Nuntij, & Executores gratis pauperibus inſeruire tenentur. Si tamen in cauſa pauperes obtinuerint, ſumptus in executione factos refundere, ac reſarcire debent.*

64 *In cauſis pauperum ad Magiſtratus eius loci, ſub quo teſtes domicilium habent, vt eos recipiant, ne pauperes grauentur, conſueuit Camera commiſſiones decernere.*

65 *Medici gratis pauperes curare debent. Ampliatur* num.ſeq.
Et an ad reſtitutionem eius, quod à paupere acceperunt teneantur? ibid.
Et quæ ad prædictam obligationem concurrere debeant? ibid.
Qui poteſt languentem à morte liberare, nec liberat; mortem videtur infligere, ibid.

67 *Magiſtri, ac Præceptores pauperes diſcipulos gratis docere debent.*

68 *Pauper incarceratus cuſtodiæ expenſas, ſalariumque ſoluere non debet. Et qualiter circa id iure prouideatur Regio?*

69 *Legatus Papæ, Epiſcopus, vel alius Prælatus Eccleſias, diœceſimque viſitans, à pauperibus Clericis procurationem exigere non poteſt.*

70 *Procurationes huiuſmodi (ſi à pauperibus non exigantur) licita ac debitæ omninò ſunt, nec longiſſimo temporis ſpatio ab earum præſtatione exemptio præſcribi poteſt.*

71 *De iure Regio Fori legum, vniuerſali Hiſpaniæ conſuetudine comprobato, pro* admini

administratione rerum, personaeque pupilli decima pars fructuum bonorum illius, tutori debetur.

72 *Nisi pupillus pauper sit, vixquè ipsius redditus sibi alendo sufficiant.*

QVÆSTIO XXVIII.

1 Laborem sine mercede esse, † nec Natura patitur, nec Ius; *text. in auth. De iudicibus*, §. *Si quis autem*, versic. *Ne autem collat.6. text. in l. fin. C. de statu. & imaginib. propè fin. text. in cap. Cùm secundum Apostolum*, 16. *extra de Praebend. & Dignit. text. in cap. Ex his*, 12. *quaest.*1. *text. in cap. fin.*7. *quaest.*1. vbi etiam not. *gloss.* 1. *& gloss. in cap. Charitatem*, 12. *quaest.* 2. Dignus namquè est operarius mercede sua, Paul. ad Timoth. *epist.* 1. *cap.*5.

Nec stipendiis propriis militare quis cogitur; *text. in cap. Iam nunc*, 8. §. *fin.*28. *quaest.*1. latè Andr. Gail. *practic. obseruat. lib.* 1. *obseruatio.* 151. *num.* 10. *& sequenti.* Omnemquè laborem praemium exigere, dixit Hippolyt. *de Marsil. singul.* 693. & est *text. in capit. Ad nostram*, 11. *de reb. Eccles. alien. vel non.* Diciturquè Sapientiae 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus*, notat Ioan. à Capistrano *in speculo conscientiae*, *num.* 265. Et omne officium exigere ex honestate pecuniam, dixit Bald. *in l.*2. *num.*3. *C. de oper. libert.* Cornel. Benincac. *de paupertat. speciali* 1. *in iudiciis*, *num.*2. *&* 3. Nosquè fusè *quaest.* 6. *ex num.* 40. cum plurimis sequentibus, *& num.* 84. Francisc. Auiles *in cap. Praetor. capit.* 17. verb. *Menestrales*, *num.*1. *&* 2.

Idque adeo procedit, vt dixerit *glossa* singularis in *cap. Omnis Christianus, de consecrat. dist.*1. *glos.*1. quòd si parochiani pauperi Paro-
2 cho oblationes nō praestent, † poterit Parochus diuina officia illis denegare: quam pro notabili allegat Decius *in cap. cum inter*, *num.*54. *&* 55. *de exceptionibus* id procedere addens, licèt Presbyter suis manibus victum quaerere possit, quem sequuntur multi alij relati à Ioann. Gutier. statim referendo Hipolyt. *de Marsil. singul.* 682. Cornel. Benincac. *vbi suprà numero* 4. Et est hodiè *text.* expressus de iure Regio *in l.*9. *tit.* 19. *part.*1. ibi: *Pero puedelos constreñir de esta manera, non les diziendo las horas.* & ibi Gregor. Lopez *glos.*1. vbi tamen (ex D. Thom.2.2. *quaest.*86. *articulo* 1. *in fin.*) huiusmodi subtractionem Sacramentorum non per ipsum Sacerdotem (ne pro Sacramentorum exhibitione aliquid exigere videatur) sed per Superiorem vult esse faciendam ità etiam Didac. Couar. *variar. resolut. lib.*1. *cap.*17. *numero* 3. versiculo, *Illud tamen est considerandum*, Azeued. *in l.*1. *titulo* 5. *numero* 9. *lib.*1. *noua Reg. Collect.* Ioann. Gutier. *Canonicar. quaest. libro* 2. *cap.* 21. *numero* 52. Anton. à Padilla *de reddit. Eccles.*3. *part. cap.*4. *numero* 12. Et videtur *text. in dict.* 19. *part. in fin.* Praedictam glossam tunc demum post admonitionem, & excommunicationem propter non solutas oblationes intelligit, procedereque dicit Benincac. *de paupertat. speciali* 6. *in iudiciis*, *n.*17.

3 Laboris quoque ratione Iudicibus † sportulae debentur, iuxta *text. in* §. *Tripli, institut. de actionibus, authentic. Vt Iudices sine quoquo suffrag.* §. *Volumus*, *collat.* 2. *authentic. De Iudicib.* §. *Ne autem circa hoc labor*, *collat.*6. *authent. Offeratur*, C. *de lit. contestat.* Ias. *in dict.* §. *Tripli*, *num.*46. Roland. à Valle *cons.*87. *num.* 1. *& sequentibus*, *lib.*2. Ioan. Baptist. Costa *de ratione ratae*, *quaest.* 86. *per totam*, Francisc. Bimius *consilio* 103. *lib.*2. Garsia Mastril. (alios referens) *de Magistratib. lib.*1. *cap.*22. *num.*1. vbi, quòd quasi in omnibus partibus nondum salarium, sed etiam sportulae debentur. Et ex *Hispaniae* legibus praeter salarium, quod Iudicibus Ordinariis (vt *quaest* 6. *n.*87. diximus) conceditur; etiam huiusmodi constituuntur, designaturque sportulae *tot. titulo* 10. *lib.*3. *noua Reg. Collect.*

Infirmo † quoquè, vel cum causa, licentiaque absenti debetur Iudici salarium. De infirmo diximus *quaest.*6. *num.*93. In eo, qui licentiatus recedit, est *text.* singularis, & expressus in *l. Hac lege*, 14. (ibi: *Vt qui liberam proficiscendi licentiam pronunciatione commeatus adepti fuerint, sine qualibet stipendiorum, aut emolumentorum deductione peregrè degant.* vbi etiam not. *glos. verb. Deductione*, *&* Bart.) C. *de proximis sacrorum scriniorum, caeterisque qui in sacris scriniis militant*, *lib.*12. *glos.* etiam *in l. Desertorem*, 3. §. *Si ad diem*, verb. *Commeatus*, D. *de re milit.* Bald. *in l. Si ea conditione*, C. *de condit. insert. in fin.* Ludouic. Roman. *singul.* 453. Dec. *consil.*70. *numero* 2. *prope fin.* vers. *Nam certum est*, Ioan. Bolognet. *cons.*71. *num.*5. Francisc. Ripa *in tract. de peste*, *tit. de priuileg. cent. caus. pest. numero* 121. Paris. *de Pute. in tract. Syndicat.* verb. *Licentia*, *numero* 3. Roncagal. *in l. Nemo est*, *numero* 30. D. *de duob. reis*, Ioan. Cephal. *cons.*70. *numero* 4. *& cons.*71. *num.*12. *lib.*1. Petr. Surd. (alios referens) *cons.* 41. *num.*1. plenè Marc. Anton. *de Amat. decis. fine*, *casu* 52. *à num.*8. *cum sequentibus*, Ioan. Maria Nouar. *in praxi election. & variatio fori*, *q.*35. *n.*13. *sect.*2. 4

Iudiceque ante anni finem mortuo, † integri anni eius haeredibus debet praestari salarium, *text. in l. Diem functo* 3. (vbi not. omnes) D. *de offic. Assessor.* optimi *text. in l. Si quis in sacris*, 11. *ad fin.* C. *de proxim. scrin. lib.*12. *& in l. fin. C. de domest. & protecto. eod. lib.*12. *& in l. Post duos*, 15. *C. de Aduocat. diuersor. iudicior. & in l.*3. *C. de agentib. in reb. lib.*12. Amodae. Iustini. de Castello *in tract. de Syndicat. num.* 107. Paris. de Pute. *in eod. tract. de Syndicat.* verb. *Si officialis*, *num.*1. *&* 2. Petr. Surd. (communem dicens) *dict. cons.* 42. *n.*3. Ioan. de Capistran. *in speculo conscient. num.*56. Petr. Laudens. *in tract. de priuileg. Doct. quaest.*4. *n.*13. *circa med.* 5

Etiamquè si partes inter se concordauerint, † à liteque destiterint, ac ideo sententiam non tulerit; si vt eam ferre posset, studuerit, per eumquè quominus sententiam proferret, non steterit, salarium percipit iudex. Ita (post Bart. Bald. Ioan. Andr. & Nico. *de Neapol.* ibi relatos) tenet Ias. *in dict.* §. *Tripli*, *num.*58. *institut. de actionib.* vbi etiam eius *Addit. littera K*, Hippolyt. de Marsil. *singul.*693. Ioann. à Capistran. *vbi suprà num.* 56. Decius *dict. cons.*70. *numero* 2. *propè fin. & cons.* 108. *numero* 15. Vincent. Carot. *tract. de locat. quaest.*8. 6

tit.

tit. de fructib. & lit. expens. numero 14. vbi de communi, & ita de facto in quadam causa, in qua fuit habitus actus pro conseruato, quo pendente, fuit allegatus suspectus Iudex, & aperitio alteri commissa, vidisse testatur. Eoque casu sportulas priori iudici deberi (stante quòd studuerit, & laborauerit) statuit. Sæpeque de facto in litibus coram Iudicibus Ordinariis illiteratis agitatis contingit; quarum determinatio, vel decisio literatis committitur, qui frequenter post consumptum tempus; impensumque laborem recusari à parte solent: quibus labori, salarium soluendum, haud dubium est, vidique solutum non semel. Debetque profitetur, decisumque extat apud Anton.Fab. *in suo Cod.de fin.lib.*3. *tit.*2.*de fin.*1.*n.*1. *& definit.*8.

7 Aduocatis † quoque causarumque Patronis pro modo litis, Fori consuetudine, Aduocatique facundia congruum debet præstari salarium; *text. in l.*1. §. *In honorarijs* (& ibi communiter Doctores) D. *de var.& extraordin. cognit. cap. Non licet*, 11. *quæst.* 1. *cap. Non sanè*, 14. *quæstio.* 5. *cap.*1. §. *Nec etiam, vbi glos.de foro compet. lib.*6. *glos.in l.*1. §. *Ait Prator, el* 1, *verb. Non habebunt*, D. *de postuland.& in l.*1. *verbo, Costruxerint, C. de sufrag. & in capit. Statutum*, §. *Assessorem*, *verb. Moderando, extra de rescript. in* 6. *& in cap. Decima, verb. Negotio, in fin.*16.*quæst.*1. Guid. Pap *quæst.*102. *& quæstio.*109. Cornel. Benincac. *de paupertat. speciali* 1. *in iudic.num.*1. Capella Tholosan.*decis.*481. Francisc. Marc.*decisio. Delphi.* 637. *num.*11. *volum.*1. *& decisio.* 1061. *numero* 1.*eod. lib.* Camil. Botrel. *in summa decis.titulo* 65.*de Aduocatorum officio, num.*52. *& sequentibus*, Flores Diaz. de Mena *variar. quæst. lib.*1. *quæst.*8.§ 1. *num.*46. de iure Regio *text.in l.*6. *&* 14. *tit.*6. *part.*3.*& in l.*10. *&* 11. *tit.* 16. *lib.*2. *noue Reg. Collect. & in l.*1. *tit.*9. *lib.*1. *Fori leg.vbi* Alphons.*de Montaluo, verb. Si ayuda.*

Non enim, vt alienis quis negotiis intendat; familiares dimittere debet curas, vt inquit Cornel. Tacit. *lib.* 11. *annalium*, relatus à Borrel. *suprà numero* 51. propè fin. Nec si

8 non benè Aduocato satisfiat, † benè poterit studere, teste Cardinal. *in Clement.* 1. verbo, *Excellentissimus, de reliq. & venerat. Sanctor.* quem sequitur Federic. Scot. *consilio* 27. *n.*7. *lib.*4. *tom.*1. Mart. Nauar. *in manual. Confessor. cap.*25.*n.*30. *in fin.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.*2. *cap.*35. Camil. Borrel. *dict.tit.*65. *num.*56.

Imò vix Aduocatorum labor æstimationem

9 † recipit, *text.* singularis *in l. Si pater*, 35. *in fin.* D.*de donat.*notat Hieronym.Magon. *decis. Florent.*12.*n.*1.

Vndè licèt ab incepto patrocinio desistere

10 † non debeat, causamque Patronus, deserere, iuxta illud *Ouidij de Ponto, lib.*2. *Elegia* 6. *ad Gracinum.*,

Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci,
Turpe laborantem deseruisse ratem.

Et Tristium, lib.5. Elegia 6.

Fluctibus in medijs nauem Palinure relinquis,
Ne fuge, nevè tua sit minor arte fides.
Nunquid Achilleos inter fera prælia fidi
Deseruit leuitas Automedontis equos?

Et ibi

Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes.

Elegans ad propositum Pauli Iureconsulti responsum *in l. In commodato*, 17.§.*Sicut autem*, D.*commod.* ibi: *Neque enim impunè peritura deseret, suscepisset enim fortasis alius, si is non cœpisset.*

Aduocatoquè, ac Patrono causam deferenti pœna † imponatur, nec salarium soluatur, vt 11
(ex Bald. & Paris. de Puteo) tradit Vincent. Corot. *in tractat. de locato, quæstione* 8. *titulo de fructibus, & litium expens. numero* 33. *folio mihi* 26. Hodieque Aduocatum, vel Procuratorem non finientes causam pœnis ius Regium feriat. *in l.*22. *tit.* 16. *lib.* 2. *noua Reg. Collect.*

Nisi post incœptam causam † iniustam esse, 12
cognouerint, quia non solùm tunc eam possunt; sed tenentur deserere, *textus in l. Rem non nouam*, 12. §. *Patroni autem* (ibi: *Sed & si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent, ab huiusmodi communione se penitus separantes*) C. *de iudiciis, & in d. l.*22. *noua Collect.* Alphonsus de Montaluo *in dict. l.*1. *tit.* 9. *lib.*1. *Fori leg.* verb. *Bozero*: Optimè Horat. *epistol. lib.* 1. *epistol. ad Lollium.*

Ergo

Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri.

Expresiùs Quintilianus instit. orator. libro 12. cap.7. *Neque verò pudor obest* (inquit) *quominùs susceptam cum melior videretur, litem, cognita interdicendum iniquitate, dimittas, cum priùs litigatori dixerit verum. Nam & in hoc maximum (si aqui iudices sumus) beneficium est, vt non fallamus vana spe litigantem*, & ibi, *Et certè non conuenit ei, quem oratorem esse volumus, iniusta tueri scientem.*

Si tamen de salario Aduocato, Patronoquè, pars non satisfaciat † (quantumcumque iusta 13
sit causa) poterit eam dimittere, ac etiam aduersatio fauere, ex sententia *glossæ*, verbo, *Præstare, in fin. in l.* 1. *C. de Aduocat. Fisci*, quam sequuntur Emanel. *de Claris aquis singul.* 253. Francisc. Marc. *decisione* 644. *num.*3. *part.*1. Petr. Cened. *in collect. Iuris Canonic. collect.* 28. *num.* 19. *part.*1. eleganter ad propositum M. Fabi. Quintilian. institut. orat. dicto lib. 12. cap. 7. *Nec enim video* (inquit) *quæ iustior acquirendi ratio, quàm ex honestissimo labore, & ab his, quibus optimè meruerint: Quique si nihil inuicem præstent, indigni fuerint defensione.*

Idquè etiam in Aduocato Ecclesiæ, † qui si 14
eam adiuuare promisit, salarium tamen ei non potest Ecclesia, denegare illi suum poterit patrocinium, vt tenet Bald. *in cap. Breui, n.*3. *de iureiurando*, Vincent.Carot. *de locat.d.quæst.*8. *tit.de fruct.& lit.expens.n.*10. Borgnin.Caualcan. *decis.*41.*n.*46.*part.*1.

Proquè infirmitatis tempore † à principio 15
conuentum salarium Aduocatis fore præstandum; tradidere Matthæ. *de Afflictis in constit. Regni Siciliæ, rubric.* 82. *de salariis Aduocat. numero* 6. Azeued. *in l.*10. *titulo* 16. *libro* 2. *noue Reg. Collect. numero* 5. *in fin.* Ioann.

Gutier. *practicar. quæst. lib.1. quæst. 32. numero 3.* Flores Diaz de Mena *variar. quæst. lib.1. quæst.8.§.1. num.57. lege etiam 9. tit.8. part.5.* stante.

Etiamquè si mortuus Aduocatus sit, eius
16 hæredibus † salarium anni incepti deberi, docent Bart. *in l.1.§. Diuus, num.12. D. de var. & extraordin. cognition.* Cur. Iuni. *in dicta l. Diem functo, num.53. & ibid.* Ias. *num.48.* & Alciat. *num.15. D. de offic. Assessor.* Sebastian. *de Medic. in tractat. Mors omnia soluit, 3. part. num. 26.* Ioann. Baptist. Villalobos *in commun. opinion.* verbo, *Aduocatus, num. 66.* & verbo, *Salarium, num. 4.* Emmanuel Suarez *in Thesaur. receptar. sentent.* verbo, *Aduocatus, num.102.* & verbo, *Mortui, num. 237.* Flores Diaz *de Mena dict. §.1. num.53.* addens id per *dict. l. Partitæ* correctum non esse, communemquè dicit, & sequendam sententiam *ibidem num.54. & 55.* nisi ad certam causam Aduocatus esset salariatus, ex Azeued. *in l.20. numero 4. tit.16. lib.2. nouæ Reg. Collect.* quo quidem casu locum *Partitæ lex* habere poterit. In salariato verò pro anno, iuris communis dispositio seruanda erit, vt tenent suprà adducti, & cum eis etiam Ioann. à Capistrano *in speculo conscientiæ, numero 56.* Marc. Anton. Natta *consilio 452. lib. 2.* Camil. Borrel. *in summa decis. dict. tit. 65. de Aduocatorum officio, num.123.* Ioann. Cephal. *consilio 70. num.4. volum.1.* And. Gail. *pract. obseruat. lib.1. obseruat.44. num.12.* Ioachin. Mynsing. *singul. obseruatio. centur. 2. obseruatio. 8.* Petrus Surdi *consil.42. numero 3. lib. 1.*

Huiusmodiquè salarium etiamsi partes ami-
17 cabiliter se componant, deberi, † dixit *gloss.* verbo, *Euentu, in l. finali, D. mandat.* quia finiuisse, vel vicisse causam videtur, etiamsi alius tertius composuerit, vel quia per eum quominùs vinceret, non stetit; ex *text. in l. In iure ciuili 122.* (*vbi Decius numero 1.*) *D. de regulis iuris, l. Iure ciuili, 24. D. de condit. & demonstrationibus*, docuit *gloss. in l. vnica, C. de suffragio*, verbo, *Petere dubitasset*, Guido Papæ *quæstione 121. numero 2.* vbi communem dicit, Cagnol. *in dicta l. Diem functo, num.156. & 157. D. de offic. Assessor.* Decius *consilio 70. numero 2. & consilio 108. numero 5.* Ludouic. Roman. *consilio 85.* Cornel. Benincac. *de paupertat. special.1. in indic. num. 6* Caccialup. *in tractat. de transaction. quæstion. fin. numero 8.* Cæsar. Contard. *ad leg. vnicam, limitatio.8. numero 2. C. si de moment. posse.* Borgnin. Caualcan. (ita patrem suum obtinuisse asserens) *decis.41. numero 48. part. 1.* Vincent. Carot. *dict. titulo de fructibus, & lit. expens. quæst. 8. numero 14.* Petr. Cened. *dict. Collect. 28. numero 4. in fin. part.1.* Hieronym. Magon. *dict. decis. Florent.12. num.3.* Pro qua benè etiam facit sententia *text. in l. Qui operas, 41. D. locati*, ibi: *Aduocati quoque si per eos non steterit, quominus causam agant, honoraria reddere non debent.*

Et licèt de salario cum Aduocatis conuen-
18 tum non sit, † adhuc eis salarium mercesque debetur congrua, ex *text. in dict. l.1. §. Aduocatos, & §. In honorariis*, (& ibi communiter Scribentes) *D. de var. & extraordin. cognitio.* Petr. Duen. *regul.63.* Nicol. Bellon. *in §. fin. instit. quibus modis re contra. oblig. & in princip. institut. de obligat. num.5.* Flores Diaz *de Mena dict. §.1. numero 46.* Camill. Borrel. *dict. titulo 65. num.66.* Iacob. Bennius *in tractat. de priuileg. Iureconsult. 3. part. priuileg.73. in princip.* Petrus Cened. *dict. collect. 28. num. 9.* versiculo *Salarium*, Hieronym. Magon. *dict. decisio.12. num. 4.* Vincent. Carot. *dict. quæst. 8. num.8. & ibid. in addit.* ita decisum fuisse in *Rota* asserit, *in vna Toletana die 14. Maij 1568. ex cons. Federic. de Senis 218. & coram domino Sarmiento, die 30. Aprilis eiusdem anni, ex Granut. Theoremate 12. numero 4. & 8.* Ioannes Gutierrez *de iurament. confirmat. cap. 64. numero 2.* qui allegat. *leg 10. 11. 12. & 20. dict. titulo 16. lib. 2. nouæ Reg. Collect.* Borgnin. Caualcan. *dict. decisione 41. num. 46.* Marc. Anton. Natta *consilio 376. numero 2.* & ita *in causa Zamorensi inter Gundisaluum de Monte, & Episcopum Zamorensem, & eorum hæredes die 11. Februarij 1547.* fuit conclusum, teste Cardin. Iac. Puteo *decisione 11. in fin. lib.3. Pontan. de alimentis, cap.16. num.5.* Cardinal. Tusch. *pract. conclus. lit. A, conclus. 230. n.1.*

Licèt etiam nullum laborem † in cartarum 19
reuolutione, in consulendovè Aduocatus fuerit perpessus, adhuc sibi salarium deberi, tenent Ioann. Andr. *ad Specul. in titulo de Aduocat. salar. §. Sequitur, circa princip.* contra *gloss. in cap. Non licet, verb. Iustum, 11. quæst.3. Tirmi*, verbo, *Aduocatus*, Imol. Alexand. & alij, quos refert, & sequitur Vincent. Carot. *dicta quæstione 8. num. 11.* Petrus Rebuff. *de priuileg. scholast. priuileg.46. numero 1.* In foro etiam conscientiæ in præteritorum laborum memoriam, obseruant Archidiac. *in dicto capit. Non licet*, Ias. *in §. Sed istæ, num.115. instit. de actionib.* Carot. *vbi suprà*, vers. *Ampliatur, 6.* Petr. Laudens. *de priuileg. Doctor. quæst.37. num. 15.*

De taliquè salario, vel lucro filiusfamilias 20
Aduocatus potest liberè † testari, nec vsumfructum patri acquirit, nec post patris mortem illud cum fratribus confert, *text. in l. Fori tui culminis, 4. & in l. Cum Aduocatio, 8. C. de Aduocat. diuersor. iudicior. l. Velut. Castrense, 7. de C. de Assessoribus*, Bald. *in l. fin. num.3. C. de inofficioso testamento, & in l. Cum oportet, numero 16. C. de bon. quæ liber. vbi eius Addit. littera C.* Ias. *in rubric. C. de procurat. in fin.* Cornel. Banincac. *de paupertat. special. 1. in indic. numero 8.* Capell. Tholosan. *decisione 10.* Ascani. Clemens *de patria potestate, effectu 2. numero 6. & effectu 9. numero 2. & sequentibus*, plures referens Camill. Borrel. *in summa decis. dicto titulo 65. numero 120.* Ioan. Lupus *in rubr. de donat. inter vir. & vxorem, §.62. num. 21.* Et hanc sententiam non solùm communem, sed magis communem (à qua in iudicando, & consulendo recedendum non est) dicit Vincent. Carot. *in tractat. de locato, tit. de fructib. & litium expens. quæst.8. num.49. & sequentibus*, vbi plenissimè, Iuli. Clar. *in §. Testamentum, quæst.17. in fin.* vbi etiam magis communem dicit, Francisc. Viuius *commun. opini. lib.1. opinione 149.* Ioan. Anton. Mangil. *in tractat. de Imputationibus, quæstione 26. numero 27. 28. & 29.*

In

In testandoque de tali salario, vel lucro militari potiuntur priuilegio Aduocati, ac etiam
21 post pupillarem ætatem † in eo substituere possunt, ex sententiâ Didaci Perez *in l. 2. tit. 19. lib. 2. Ordinament.* verbo, *Llamen a los Abogados*, versiculo, *Octauo subtiliter quæri potest*, iuxta notata *per gloss. in l. vnica, C. quando non petent. part. & argument. legis final. C. de inofficioso testamento, iuncta l. In testamento, 1. C. de testam. milit.*

22 Procuratores etiam, † Notarij, & Tabelliones pro scripturis, suisque laboribus licitè pecuniam exigunt, & eis aliisque officialibus salarium debetur; *text. in l. fin. C. de Principib. agent. in rebus, lib. 12. text. in l. In sacris, la 3. 11. in ordine, §. Modum insuper, C. de proximis sacror. scriniorum, cæterisque qui in sacris scriniis militant, eodem lib. 12. gloss. in cap. Statutum. §. Notarium*, extra *de rescriptis in 6. gloss. & Doctores in cap. 1. de Simonia*, Bart. & *Scribentes in l. Argentarius* (*vbi* Alexand. *n. 4.* testatur de communi) *D. de edend.* Azeued. *in l. 30. tit. 6. lib. 3. noua Reg. Collect. & num. 1. & 2.* iureque Regio de horum salariis fit mentio *per totum titulum 26. 27. & 28. lib. 4. noua Reg. Collect. & l. 4. tit. 20. lib. 2. l. 11. tit. 12. eodem lib. 2. & l. 11. & 12. tit. 16. eodem lib. & l. 27. tit. 25. lib. 4. & tit. 30. & 31. eodem lib. 4. l. 1. tit. 29. ibid. l. 16. tit. 22. lib. 2.*

Quòd si Tabellioni, vel Notario salarium
23 non soluatur, scripturas edere † non cogitur, *gloss. in l. Argentarius, 10. §. Ideo autem*, verbo, *Absimiles, in fin. D. de edend. vbi* Paulus Castrensis, & alij Cornelius Benincac. *dict. special. 1. in iudiciis, num. 13* Constat ex suprà relatis Regibus iuribus. Et Procuratorem, cui salarium non soluitur, posse à causa desistere diximus *suprà n. 13.*

Notariisque Procuratoribus, & Sollicitato-
24 ribus salarium etiam non conuentum † (de generali saltem consuetudine, & æquitate, & verosimili contrahentium, vel litigantium mente) deberi, tradit latè Ioannes Botta *consilio 43. & est decisio Antonij Gamma 115.* Flores Diaz de Mena *variar. quæst. dict. lib. 1. quæst. 8. §. 1. num. 71.* Vincent. Carot. *dicta quæstion. 8. num. 8.* versiculo, *Idem in Procuratore, & numero 97.* versiculo, *Limita vt non procedat.*

25 Medico † etiam (pro labore, non pro sanitate restituta) salarium, mercesque condigna debetur, *l. Medicos in fin. C. de professor. & medic. text. in cap. Non sanè, 14. quæst. 5. gloss. in cap. Qui studet, 1. quæst. 1.* Vt enim *de benefic. lib 6.* inquit Seneca *Mercedem non meriti,*
26 *sed occupationis suæ ferunt.* Imò iustiorem † Medicorum, quàm aliorum Professorum causam, dixit *text. in l. 1. §. Medicorum D. de variis, & extraordinar. cognition.* firmatque Bald.
27 *in l. 1. num. 6. C. mandat.* magis Medicis † pro salario, quàm Aduocatis asserens fauendum; traditque Matthæ. de Afflictis *in Constitut. Neapol. lib. 3. rubric. 33. de probationibus except. medic. cap. Quia nunquam, num. 4.* refert, & sequitur Hieronymus Magon. *decis. Florent. 11. num. 1. & 2.* Nicol. Bellon. *in principio institut. de obligat. num. 5.* Paulus Granutius *Theoremat. 12. num. 5.* latè (arguendo ad partes) Vincentius Carot. *de locato, parte 2. gradu 4. de Medico, quæstione 1. numero 1. & sequentibus, folio mihi 120.* Ioannes à Capistrano *in speculo conscientiæ, num. 165.*

Idque etiamsi infirmus nolit curari, † Me- 28
dicumque exosum habeat, procedit ex ratione *text. in cap. Qui emendat, 45. distinctione glossa in cap. 1. incip. Prouidendum, 83. distinct.* quæ ab omnibus commendatur, eamque incognitam, & singularem dixit Ludouicus Roman. *singul. 124.* Hieronymus Cagnol. *in l. Inuite, num. 6. & 7. D. de regulis iuris*, Decius *consilio 191. num. 11.* Andreas Tyraquellus (plurimos referens) *de retract. conuent. §. 7. gloss. 1. num. 10.* & pleniùs *in tractat. de nobilitate, cap. 6. num. 38.* Ripa *in tractat. de peste, cap. fin. de remed. ad curand. pest. num. 103.* Didac. à Segura *in repet. l. 1. §. Si vir, num. 113. D. de sequestra. possess.* plenissimè Gomez Arias *in l. 27. Tauri, num. 104.* fusè Vincent. Carot. *de locat. dicta parte 2. gradu 4. de Medico, quæstione 2. ex num. 4. cum sequentibus*, quam veriorem, & æquiorem dicit, *num. 7.* contrariisque respondet Paul. Granut. *dict. theoremat. 12. num. 5.*

Et etiam infirmo decedente, † *dicta glossa* 29
in summa 83. distinct. Francisc. Marc. *decisione Delphina. 644. num. 6. volum. 1.* Vincent. Carot. *dicto gradu 4. de Medic. quæst. 5. num. 6.* Hieronymus Magon. *dicta decis. Florent. 11. num. 11.*

Et licèt à principio non fuerit certum sala-
rium † Medico assignatum, nec super eo con- 30
uentum, quia nihilominùs Iudicis officio peti poterit, *ex dicta l. 1. D. de var. & extraordin. cognit.* Ripa *de remed. ad curand. pest. num. 124.* refert, & sequitur Hieronymus Magon. *suprà num. 4.*

Posseque Medicum (qui à principio gratis curare non incœpit) si sibi merces, salariumque non soluatur, † infirmum deserere retenuerunt multi, *ex text. in l. Per hanc, C. de erogat. milit. anno. lib. 12.* 31

Distinctionemque istam, *An à principio gratis, vel mercede curare incœperit*, vt primo casu de damno si infirmum derelinquat, teneatur; non verò secundo, obseruant Ioannes Faber *in §. Item* versiculo; *Præterea* (*aliàs §. Præterea*) *instit. ad leg. Aquil.* Francisc. Marc. *suprà num. 1.* Licèt deserendum infirmum non esse, sed coram Iudice pro salario agendum; idemmet dicat Faber, æquiorem asserit Carot. *dicto gradu 4 de Medico, quæst. 16.* Quibus Ouidij auxiliatur sententia *de Ponto lib. 2. d. Elegia 6. ad Grecinum.*

Quem semel excepit, nunquam Podalirius ægro.
Promissam Medicæ non tulit artis opem.

Caiyque in l. Idem iuris, 8. D. ad leg. Aquil. ibi: *Sed & qui benè secuerit, & dereliquit curationem, securus non erit; sed culpæ reus intelligitur.*

Magistris † etiam pro docendi labore sala- 32
rium, mercedemque præstandam, latet neminem, & est *text. in dicta l. 1. §. 1. de var. & extraord. in l. 2. D. de aliment. pupill. præst. l. Ius alimentorum, 3. §. Item ad institutum, D. vbi pupilli educari debeant, l. Attilius Regulus, 27. in fin. D. de donat. vbi glossa*, verbo, *Mercede*, siue sit promissum, siue non, Iudicis of-

ficio deberi dicit, *l. Qui filium*, 4. *D. vbi pupilli educ. debe. l. Cum plures*, 13. *§. Cum tutor, D. de administrat. & peric. tutor, cap. Reuertimini*, 17. *quæst*, 1. Liciteque pro tali labore salarium exigere posse, si de publico salariati non sint, docent D. Thom. 2.2. *quæst*. 1. *art*. 3. *circa medium*, plura iura, & Doctores referens Petrus Laudens. *in tractat. de priuileg. Doctor. priuileg*. 83. *num*. 38. *&* 39. Vincent. Carot. *dicto gradu* 4. *tit. de ambasiatore infirmo, quæst*. 8. *in quæst. de Magistris*, vbi qua agat Medicus, vel Magister pro salario actione, monstrat.

Ob salariumque non solutum, si magnam eâ ratione incommoditatem patiatur, à legen-
33 do desistere † Magistrum posse (quin salarium temporis, quo destitit, amittat) tradit Felinus *in cap. Quia nonnullis, de Magist*. allegans Abbat. *in cap. Peruenit, el 2. col. 2. de iureiurand*. Petrus Laudens. *dicto tractat. quæstion*. 17. *num*. 34.

Quòd si Doctor per annum legere promisit,
34 anteque moriatur, † integri anni salarium eius debent habere hæredes, secundùm Bart. *in dict. l*. 1. *§. Diuus, num*. 17. *D. de variar. & extraord. cognit*. Petr. Laudens. *vbi suprà q*. 4. *n*. 13. & alij ex iam relatis *n*. 16.

Proque ab Vniuersitate Magistro, vel Doctori legenti constituto salario bona ipsius Vni-
35 uersitatis † cum priuilegio prælationis tacitè hypothecata existunt. Cum causa dotis, studij-
36 que æquiparentur, vt † *quæst*. 4. *num*. 62. diximus (præterque ibi adductos) latè tradunt Flores Diaz *variar. lib*. 1. *quæst*. 8. §. 1. *num*. 70. Petrus Sanz Morquecho *de diuisione bonorum, lib*. 4. *cap*. 13. *num*. 51. *& sequentibus*, plures casus; in quibus causa dotis, & studij pari potiuntur priuilegio, referens, inter aliaque *num*. 55. addens instrumentum Doctoris honorarium continens
37 priùs celebratum † (sicut de dotali dicitur) præsumi ex Alexand. & Doctoribus *in l*. 1. *D. soluto matrimonio*, Decio *in l. In ambiguis pro dotibus, D. de regulis iuris*, plenè Alciat. *ad l*. 1. D. *soluto matrimonio, num*. 42. vbi multos alios similes cumulat casus. & (pluribus relatis) tradit Stephan. Gratian. *discept. Forens. cap*. 157. *n*. 24. *&* 25.

38 Suprà dictamque † sententiam tenent Angel. & Ripa, *in dicta l*. 1. D. *soluto matrimonio*, quos refert, & sequitur Petr. Rebuff. *de priuileg. scholast. priuileg*. 118. *num*. Vbi ita cuidam Primario, cui salaria, & victus debebantur consuluisse dicit, vt venditioni bonorum se opponeret: & licet alij creditores anteriores tempore essent; tamen illum Primarium præferendum, dictosque creditores eidem soluisse firmat: quod benè notandum aduertit: tenet etiam Ias. *in dicta l. Diem functo, num*. 21. D. *de offic. Assessor*. Alciat. Socin. Barbos. & plurimi alij, quos refert, & sequitur Stephanus Gratianus *vbi suprà* (communem dicens ab eaque non esse recedendum) *num*. 17. *& sequentibus*, Flores Diaz de Men. *variar. q. dict. lib*. 1. *q*. 1. §. 1. *num*. 70.

Non tamen expressas anteriores hypothecas
39 habentibus † pro salario præferuntur Doctores, sicut nec mulieres pro dotibus præferuntur: iuxta *text. in l. Assiduis*, 12. *C. qui potior. in pignor. habeant, & l*. 33. *tit*. 13. *parte* 5. Ita tenent Vincent. de Franc. *decis*. 51. & Vincent. Carot. *de locat. dicta parte* 2. *gradu* 4. *de Medico, quæst*. 11. *num*. 2. *in additio. folio mihi* 124.
Vbi idem in Aduocatis, † Procuratoribus, 40
carceris Custodibus, ac Medicis dicit, ad quos in hoc casu valere asserit argumentum. Et in Medico idem quoque tenet Vincent. de Franc. *dicta decis*. 51. *num*. 7. In Aduocatisque tenuerunt dictam sententiam (habere scilicet tacitam pro salario in bonis debitoris cum prælationis priuilegio hypothecam) omnes proximè *ex n*. 35. adducti.

Imò fortiùs (ex plurium sententia) tradit eleganter Stephanus Gratian. *dicto cap*. 257. *num*. 26. *& sequentibus*, præcipue *num*. 28. Aduocatos pro causæ, quam defenderunt, salariis anterioribus creditoribus expressas, etiam hypothecas habentibus in illa re præferri, ex ratione *legis Interdum, D. qui potior. in pignor. habe*. quòd saluam rem fecerint.

Paupertatis tamen fauore, in omnibus suprà dictis casibus, aliisque similibus infrà etiam adducendis salarium, mercedemque persoluere nequaquam pauperes adstringuntur.

In primis enim sportulas Iudici non tenentur 41
præstare, † nec ab eis exigi possunt, *text. est in authentic. De mandat. Princip. §. Sit tibi quoque, collatio*. 3. ibi: *Si tamen sufficientes in datione consistant, alioquin gratis lites audire*: vbi etiam notat *glossa* verbo, *Gratis*, & ibi communiter Doctores. Conuenit *text. in authentic. De Iudicibus, §. Hoc autem dicimus, collatio*. 6. ibi: *Qui enim ita parua quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria sic pauperem fraudat. text. & ibi glossa in cap. Statutum* 11. *§. Insuper, in fin*. verbo, *Pauperes, extra de rescriptis libro* 6. Cardinal. *in Clem. Statutum, oppositione* 1. *de electione*, Ias. *in §. Tripli, numero* 54. *&* 55. *institut. de actionibus*, plures referens Andreas Tyraquellus *de nobilitate cap*. 29. *num*. 40. Antonius Grauatius *in annotat. ad Octaui. Vestr. in praxi libro* 4. *cap*. 4. verbo, *Paupertas, numero* 31. Ioannes à Capistrano *in speculo conscientiæ numero* 59. vbi quòd licet vtraque pars assessori sportulas, vel salarium præstare debeat; excusabitur tamen pauper. Tenet etiam Rolandus à Valle *cons*. 87. *numero* 23. *&* 24. *libro* 2. Constitoque de paupertate, vt omnia gratis fiant iubetur: plures hanc firmantes sententiam refert Garsia Mastrillus *de Magistratibus, libro* 1. *cap*. 22. *numer*. 19. 20. *&* 21. Ioachin. Mynsing. *singul. obseruatio. centuria* 4. *obseruatione* 47. *numero* 4. Vbi, quòd pauperis causa de plano, & sine expensarum, vel sportularum solutione expediri debet, Robert. Marant. *de ordin. cognit*. 4. *parte distinctione* 9. *numero* 77. Gerardus de Petra Sanct. *singul*. 73. Petrus Rebuffus *de priuileg. scholast. priuileg*. 90. *numero* 1. *&* 4. Andreas Gail. *practicar. obseruation. libro* 1. *obseruatione* 43. *num*. 15. *&* 16. Petrus Roiz. Maure. *decisione Lituanica* 4. *numero* 293. Fului. Pacian. *de probationibus lib*. 1. *cap*. 54. *numero* 61. versiculo, *Sed nec etiam*.

Ampliaturque hæc conclusio, vt etiamsi
pauper sponte, † aliquid pro salario, vel sportulis offerat, nec tunc id Iudex recipere debeat, 42
proba

probaturque *ex text. in dicto cap. Statutum,* 11. §. *Insuper* (*& ibidem not. glossa*, verbo, *Recipere*) *de rescriptis*, *libro* 6. *& in cap. Exigit*, 2. (ibi, *Vel etiam à volente*, notatque *ibidem glossa*) *de censibus*, *& exact. eodem libro* 6. *in l.* 1. *C. de salgamo hospitib. non praestand. libro* 12. ibi: *Sed nec volentibus*, *&c.* & *in l. fin.* §. *Vt autem*, *C. de re milit. eodem libro* 12. Lupus *allegatione* 37. (incip. *Stante constitutione*) *dubio* 2. latè Andreas Tyraquellus *de nobilitate dicto cap.* 29. *numero* 40. Gaspar Baëça *de decim. tut. cap.* 10. *num.* 12. Petrus Royz. Maur. *vbi suprà*.

Dictaque in Iudicibus, in Aduocatis quoque
43 que † locum habent, pro pauperibus enim gratis patrocinari tenentur, *glossa in dicto cap. Statutum*, 11. §. *Insuper*, verbo, *Pauperes*, *de rescriptis in* 6. Decius *in cap. Ex epistolæ*, *num.* 212. *de probationibus*, Ias. *in dicto* §. *Tripli*, *num.* 45. *institut. de actionibus*, plenè Tyraquellus *dicto cap.* 29. *num.* 39. Cornelius Benincacia *de paupertate special.* 1. *in iudic. num.* 9. Guido Papæ *decisione* 561. Rolandus à Valle *consilio* 87. *num.* 25. *libro* 2. Gaspar Baëça *de inope debit. cap.* 12. *num.* 14. *& de decim. tutor. dicto cap.* 10. *num.* 12. Antonius Scap. *de iure non script. libro* 3. *cap.* 105. *ex num.* 8. Fuluius Pacianus *vbi suprà dicto cap.* 54 *num.* 61. Antonius Grauatius *in annotat. ad Octauian. Vestr. in practic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *& lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 32. Pelagius *de planctu Eccles. lib.* 2. *cap.* 46. versiculo, *Sed & pauperi*, Iosephus Ludouicus *decisione Perusin.* 111. *num.* 8. 9. *&* 10. Ex eo *dicto num.* 9. inferens, pauperem in isto casu ad antidota non teneri. Iacobus Bennius *de priuileg. Iureconsult.* 3. *part. priuileg.* 71. *n.* 8. Iacobus Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 369. *ex num.* 3. Auiles *in cap.* 7. *Prætor. glossa. An de llenar. num.* 3. Azeuedus *in l.* 16. *tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect. num.* 1. *& seqq.* Petrus Cenedus *Collect. iuris Canon.* 28. *num.* 13. *parte* 1. Ioannes Baptista Caccialup. *in tract. de Aduocato*, *quæst.* 3. *num.* 10. Thom. Accius *in tract. de infirm. parte* 2. §. *Aduocati*, *num.* 6. *&* 7. Ioannes Papon. *lib.* 6. *tit.* 4 *arrest.* 4. Ioann. Girardi *epigrammat. legal. in distichis*, *scholio* 64. Camillus Borrellus *in summa decis. dict. tit.* 65. *de Aduocatorum officio*, *num.* 37. Garsia Mastrillus *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 19. *& seq.* Gregorius Lopez *in l.* 6. verbo, *Llanamente*, *tit.* 22. *parte* 3. *& in l.* 16. *tit.* 9. *parte* 2. Didacus Couarru. *practic. quæst. cap.* 6. *num.* 4. Flores Diaz de Mena *variar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 8. §. 1. *num.* 52. Barbosa *in remission. ad leges Reg. Lusitan. lib.* 2. *tit.* 90. *ad* §. 11. Ferdinand. Vasquez Menchac. *de success. creat.* §. 2. *num.* 128. Montal. *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *Fori leg.* verbo, *Si ayuda*, Ioachin. Mynsinger. *singul. obseruat. cent.* 4. *obseruat.* 32. Iacobus Simanc. *de Catholic. instit. tit.* 5. *num.* 5. Cabedo *in decis. Lusitana* 214. *num.* 7. *part.* 1. Vincentius Carot. *in tract. de locat.* 1. *parte tit. de fructibus*, *& litium expens. quæst.* 8. *num.* 12. *folio mihi* 24. Sebastianus de Medic. *de casibus fortuitis*, *part.* 2. *quæst.* 4. *n.* 11. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordinam pag.* 400. versiculo, *Sextò dubitatur*, Andreas Gaill. *pract. obseruat.* 43. *ex num.* 10. *cum seqq.* Sebastianus Guazin. *in præfatione*, *tract. ad defensam*, *num.* 5. Ex Theologis (præter Diuum Thomam Alexandr. de Ales, Angel. & alios per Tyraquellum, & Baëçam *locis proximè relatis* adductos) adde idem tenentes Dominic. Sot. *de iustit. & iure*, *lib.* 5. *quæst.* 8. *artic.* 4. Syluest. verbo, *Aduocatus*, *num.* 10. Martin. Nauarr. *in summa confessor. num.* 30. *in fin.* Ioannes Malder. *Episcop. Antuerpiæ*, *de virtut. Theolog. & iustitia*, *& Religione*, *tract.* 6. *cap.* 3. *de iustitiâ rei*, *& aduocati*, *dubio* 8. facit quod legitur Ecclesiastici cap. 7. *Pauperi porrige manum tuam*: & Iob. *cap.* 29. *Pater eram pauperum*, *& causam*, *quam nesciebam*, *diligentissimè inuestigabam.*

In Hispaniæque Regnis cum in Regalibus Audientiis, Cancellariis, Supremoque Senatu admittuntur Aduocati, defensuros se pauperes, viduas, & orphanos iurant.

Nec si pauper mercedem Aduocato offerat † eam recipere potest: Aduocatusque à 44 paupere scienter mercedem, vel salarium recipiens peccat. Ita (post Alberic. Ias. Hostiens. Abbat. Felin. & alios, quos refert) tenet Gaspar Baëça, *dict. cap.* 12. *de inope debitore*, *num.* 15. Gerard. de Petr. Sanct. *singul.* 73. *num.* 4. Ioannes Baptista Caccialup. *in tract. de transac. quæst.* 3. *num.* 10. Petrus Rebuffus *de priuileg. Scholast. priuileg.* 90. *num.* 7. Cornel. Benincac. *dicta speciali* 1. *in iudiciis*, *num.* 10. Tyraquellus *de nobil. dict. cap.* 29. *num.* 39. Didacus Perez *vbi suprà* dicto versiculo, *Sextò dubitatur*, Barthol. Cassan. *in consuetud.* Burgund. *rubric.* 6. §. 6. *num.* 4. Flores Diaz de Mena *dict.* §. 1. *n.* 52. Roland. à Valle *dict. consuetud.* 87. *num.* 28. *lib.* 2. Andreas Gail. *dicta obseruat.* 43. *n.* 14.

Et nolens pro egenis patrocinari † mortali- 45 ter peccat Lupus *in tract. de illegit. & naturalib.* quem refert, & sequitur Sebastian. Guazin. *de defensione reorum*, *defensione* 24. *cap.* 2. *num.* 8. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 71. *& ibidem*, Caiet. Petr. Aragon. & Michaël Salon. Francisc. Viuius *decis.* 159. *num.* 2. *& seq.* Hieronymus Treutler. *disput. selectar. parte* 1. *disput.* 8. *Thesi.* 1. Camill. Borrell. *dict. tit.* 65. *num.* 39. Vincentius Carot. *dict. tit. de fruct. & lit. expens. quæst.* 8. *num.* 45. Et quando id procedat? quæque ad id paupertas requiratur? latiùs infrà.

Imò Aduocatum salarium à pauperibus, extorquentem † ad restitutionem teneri (ex 46 Syluestro, & Angel.) asseruit Flores Diaz de Mena *vbi suprà dict. num.* 52. In omninò tamen paupere, qui vel nullo modo soluere, vel cum maximo incommodo alimentorum suorum, & familiæ potest, id practicari dicens.

Vtque absque mercede pauperem adiuuet potest cogere Aduocatum † Iudex; *glossa* 47 Host. Abb. Felin. & alij *in cap.* 1. *de offic. iudic.* Decius *in cap.* 1. *num.* 46. *de probat. l. Regia*, 6. *tit. part.* 3. ibi: *E si por auentura fuesse tan cuytada persona, que non ouiesse de que lo pagar*, *deuele mandar el Iuez que lo faga por amor de Dios*, *è el Auogado es tenudo de lo fazer.*

Ad idque etiam sub officij priuatione † 48 Aduocatum compellere, *text. in l. Prouidendum*, 7. §. *Si quis verò*, *C. de postulan. l.* 1.

§. *Et*

§. *Et vrbe*, D.*de offic.Praefect.vrb.l. Moris*, 9. D.*de poenis*, Ludouic.Roman.*singul.*259. Didac.Couar.*practic. dict. cap.6. num.4.* Andreas Gaill.*dict.obseruat.*43. *num.*11. Roland.à Valle *dict. cons.*87.*num.*29.Azeuedus *in dict.l.*16. *num.*3. estque *de iure Regio text. in l.*5. *tit.*19. *lib.* 2. *Ordinam.*

Partibus enim (pauperibus praecipuè mi-
49 serabilibusque personis) de Aduocato † debet omninò Iudex prouidere, *text. in l.* 1. §. *Ait Praetor*, D. *de postulan.text. in l. Nec quidquam*, 9. §. *Aduocatos*, D. *de offic. Procons. & Lega.* vbi haec Vlpian. *Aduocatos quoque petentibus debebit indulgere: plerumque foeminis, vel pupillis, vel aliàs debilibus vel his, qui sua mentis non sunt, si quis eis petat, vel si nemo sit, qui petat, vltrò eis dare debebit dict.l.*6.*part. & dict.l.*1. *tit.* 9. *lib.*1. *Fori leg.* Bart. *in l.*4. §. *Hoc autem iudicium*, *num.* 1. *circa fin.* D. *de damno infect.* Nicolaus Boër. *decis.*325. Capell. Tholoss. *decis.*481. Ioannes Votta *cons.* 64. *num.*12. latè Royz. Maur. *decis. Lituan.*4. *num.* 298. Couarr. *dict. num.* 4. Petrus Gregorius *lib.*49.Syntagm. *cap 6.n.*16. Thom.Actius *tract.de infirmi.part.*2.§. *Aduocati*, *num.*1. Camill. Borrell. *in summa*, *decis. dict.tit.*65.*de Aduocatorum officio*, *num.*36. Andreas Gaill. *dict. obseruat.*43. *lib.*1. *num.* 10. Blanc. *in l.fin.num* 31. versiculo, *Propterea superflua, & inanis*, D. *de quaestionibus*, Prosper. Farinac. *praxis crimin. quaest.*39. *num.*95. Sebastian.Guazin. *dict. tract.ad defensam*, *defensione* 24. *cap.*2. *num.*8. Ioachin. Mynsinger. *singul. obseruation. centur.*4. *obseruat.*32.*n.*1.

Mortaliterque peccare Iudicem de Aduo-
50 cato pauperi non prouidentem † docent Syluest. verbo, *Aduocatus quaest.* 8. *num.*11. Nicolaus Anton. Grauat. *in annot. ad Octauian. Vestr. in praxi*, *lib.* 4. *tit.* 4. *de dolo,& contumacia*, verbo, *Paupertas*, *num.* 32. *lit. l.*

Quae omnia de Aduocato dicta, nisi iustis,
51 † & legitimis causis se apud Iudicem excusare possit, procedunt, vt probat *text. in dicta l. Prouidendum*, §. *Si quis verò*, C.*de postul.* à contrario sensu, ibi: *Si quis vero monitus à Iudice ea excusatione, quae nequeat comprobari cuicumque parti patrocinium denegauerit, &c.* firmaturque argumento *text. in l. Humanitatis* 23.*C.de excus.tutor.& in l.Non solùm*,12.§.*fin.* D.*eod.in l.Si longiùs*,18.D.*de Iudici. & in cap. Si pro debilitate* 3.*extra de offic. & potest. iudic. deleg. & ibi* Felin.*num.*4.*in fin.* Andr.Gaill. *d. obseruat.*43.*num.*9.& 12. Ioachin. Mynsing.*d. obseruat.*32.*cent.*4. *num.*5. & est *text. in dict.l.* 16.*tit.*16.*lib.*2. *nouae Reg. Collect.* ibi: *Saluo si los tales no los pudieren ayudar por algun impedimento legitimo.*

Iusta autem (inter alias) erit excusatio, si
52 Aduocatus pauper † sit,& si tale patrocinium propriis negotiis,vt se,suosque alat,ad victumque necessaria quaerat, superesse non posset. Tunc enim patrocinium imponere non teneatur,secundum Syluest.verb. *Aduocatus*,*d. q.*8. *n.*11.Ioan.Malder. *de virtut. Theologi.tr.*6. *c.*3. *dub.*8. vers. *Item limitanda responsio*, vbi tunc pro paupere Aduocatum patrocinari adstringi, detrimentum quando solum aliquod in sibi superfluis subiturus esset, dicit.

Excusari item poterit Aduocatus, si is, qui patrocinium desiderat, moderatum soluere valeat salarium, nec soluat; si nec in extrema,
† aut graui (modo statim assignando) inopia 53
existat; si enim huiusmodi prematur egestate sub peccati mortalis reatu adiuuare gratis pauperem tenetur. Extremaque necessitas hoc in casu dicitur, vbi litis aestimatio, & ea, quae pauper in iudicio exigit, ad se ipsum alendum, ne fame pereat, necessaria sunt, nec possit aliundè patrocinium habere. Si verò necessitas (iuxta huiusmodi necessitatis qualitatem) extrema non sit; venialem culpam esse, resoluit D. Thom. (sic à *Caietano intellectus*) 2.2. *quaest.*71. *artic.* quem refert, & sequitur Couar.*practic. dict.cap.*6. *num.*4. *propè fin.* Felin.*in cap.*1.*num.*11. vers. *Simili de offic. iudic.* vbi necessitatem extremam desiderat, vt quia si pauper causam amitteret, pereundum illi foret, sequitur Palac. Rube.*in repet.rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §.65. *num.*43. Petr. Royz. Maur.*decis. Lituan.*4.*n.*299.Didac.Perez *in dict.l.*1.*tit.*19.*lib.*2.*Ordina.*versic. *Sextò dubitatur*, Vincent. Carot. *de locat.quaest.*8. *d. tit.de fructib.& lit. expens. num.*12. versic. *Cui adde, el.*2. Andr. Gail. *practic. obseruat. dict. lib.*1. *obseruat.* 43. *num.* 18. Martin. Nauar. *in Manual. cap.*25. *num.*29 Ioan. Malder. *dict. tract.*6. *cap.*3. *dub.*8. versic. *Secùs dicendum si leuis*, P.Leonard.Lessius *de iustit.& iure*, *lib.*2. *cap.*31.*dub.*7 vbi,quòd tunc, qui patrocinium praetendit, in extrema dicitur necessitate; cùm illi crimen, ob quod plecter dus sit capite, vel omnibus spoliandus bonis,& in extrema coniiciendus inopia, nisi defendatur, imponitur. Idemque in graui necessitate tenet, vt si iniustè putaretur damnandus pauper ad triremes, publicam flagellationem, ad durum carcerem, vel amissa lite grauem contracturus morbum; quia tunc sub mortali peccato (ex ipsius sententia) suum patrocinium exhibere tenetur Aduocatus, dum ipse aliquo modo superfluum suo statui habeat: id est, modò praeter illam operam, quae illi ad statum suum sustinendum necessaria est, aliquid temporis, vel industriae (vt dicebamus) supersit, ex Syluest. (quem & ipse allegat) cum Soto *de instit. & iure*, *lib.*5. *quaest.*8. *art.*1. Caietan. & aliis: cuius etiam sententiae fuit Couar. *dict. cap.*6. *n.*4. *in fin.* Licèt P. Lessius *supra* adducat *Nauar.in cap.*25. *num.*20. putantem, Aduocatum non nisi in extrema necessitate teneri (quando scilicet ex patrocinio vita pauperis, vel ipsi coniunctorum, vt patris, matris, vxoris, prolisvè, pendet) sub peccato saltem mortali pauperem adiuuare.

Vt autem patrocinari pro paupere teneatur Aduocatus, non sufficit de praesenti pauperem, qui patrocinium desiderat, esse si ad pinguio-
rem deuenturum fortunam † speratur; quia 54
tunc cum obligatione soluendi, non aliter adiuuare eum tenetur Aduocatus, prout in sacro Palatio cum Notariis seruari asserit *Rota in antiq. decis.* 2. *de constit.* & ita credere id in vsu Regno in nostro esse, dicit Azeued. *in d.l.*16. *tit.*16.*lib.*2.*nouae Reg. Collect. num.*3. quem tamen vsum reprobat; motus quia praesens rei status considerandus est: firmaturque ex *d.l.*1. §. *Ait Praetor*, D. *de postul.* Pro consuetudine tamen facit,quia(vt suprà proximè tradidimus) ita demum pauperē cogitur Aduocatus iuuare, cum ei aliter consultum esse non potest: Cum autem

autem per cautionem poſſit ei eſſe conſultum. Aduocatuſquè ſua non fraudetur mercede; huiuſmodi obligationem ſubterfugere cliens pauper non debet. Cum nullum inde ſibi ſequatur damnum, nec inquietari ob mercedis ſolutionem, dum melior non ſuperuenit conditio, poſſit. Ad quod etiam *l.* 20. *Stili*; & in ſpecie notat Vincent. Carot. *de locat. d. quaſt.* 8. *tit. de fructib. & lit. expenſ. num.* 12. *poſt. princip. verſic. Vnde in hoc habes.* Prædictamque ſententiam (abſque dicto pacto pro paupere pro patrocinari Aduocatū non adſtringi) tenet P. Ludouic. Torres, *in* 2. 2. *D. Thom. quaſt.* 71. *art.* 1. *num.* 2. Mouetur, quia tunc non ſimpliciter egens (cum ad aliqua ius habeat) ſed tantùm præſentis temporis reſpectu dicitur. Sicut non ſimpliciter egens appellatur, qui in aliquo tenetur ſatisdare loco, in quo bona non habet, ſi in alio habeat. Et ita quoad Notarios decidit *Sabaudia Senatus*, vt refert Anton. Faber. *in ſuo Cod. definit lib.* 3. *tit.* 2. *defin.* 2.

Non tamen ſic duros corde Aduocatos eſſe oportet (qui præſertim commodè miſerabilium negotijs poſſunt intendere) vt ferè nihil miſericordiæ, omnia cupiditati tribuant, ſed multa ex charitate faciunt, vt & Domini ſui talentum non abſcondat, & turpe nomen)
55 quo voraciſcimi † Reipublicæ canes, pauperumquè excoriatores vt, & procuratores, Tabelliones, Notarijquè appellantur) elidant, vt per *Bar. in rep. l. Omnes populi*, 5. *quaſ. princip. D. de iuſtit. & iur.* Iaſ. *in* §. *Tripli. num.* 30. *inſtit. de action.* Vincen Garot. *vbi ſupra num.* 2. Accipitreſquè pecuniæ appellauit eos *Plato*. Qua de re latè etiā Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordinam. verb. Malicia*, Andr. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 47. *& ſeqq. Roland. à Valle d. conſ.* 87. *num.* 31. *& ſeqq. part.* 2.

Excuſari præterea poteſt Aduocatus, ſi extra
56 ipſius domicilium † patrocinium petatur exhiberi, nec enim per diuerſa ire tenetur loca, ſed præſentes debent eſſe partes, ſibiquè occurere, neceſſitaſquè debet in promptu apparere, & ſic cum leui Aduocati incommodo. Ita concludunt (poſt Diu. Thom. Michael. Solon. Petr. Aragon. Syluest. Dioniſ. Chart. Ioan. Bapt. Caccialup. & Hippolyt. Rimin. quos refert, & ſequitur) Franciſc. Viuius *deciſ.* 159. *num.* 6. *&* 7. & nouiſſimè) eis etiam relatis) Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. d. tit.* 65. *de Aduocatorum officio. num.* 67.

57 Item legitima erit excuſatio, ſi in loco vbi lis vertitur, pauperum Aduocatus, † cui ſalariū ob id ſoluitur, exiſtat. Qui hodiè in omnibus ferè partibus ſunt, nec ſolùm in Regiis Audientiis; Cancellariis, ſupremoquè ſenatu de publico pauperum Aduocatis ſalarium ſoluitur, vt per *Conar pract. d. cap.* 6. *num.* 4. ſed etiam in aliis Dominorum, Comitum, Ducum, vel Marchionum locis huiuſmodi pauperum Aduocatos ſalariotos ferè ſemper vidi. Et ſic fieri in *Gallia* regno teſtatur Petrus Rebuff. *de priuileg. Scholaſtic. priuileg.* 90. *num.* 5. *&* Nicol. Boer. *deciſ.* 314. *nu.* 6. apud *Germanos, Hiſpanos*, aliaſquè nationes obſeruati, affirmat (ex pluribus) Camill. Borrell. *in ſumma deciſ. d. tit.* 56. *num.* 40. 41. *&* 42. Idemquè in *Curia Romana* ſeruari aſſerit Sebaſtian. Guazin *d. defenſione* 24. *cap.* 2. *num.* 8. & in multis etiam aliis locis, ac partibus (de quibus facit mentionem) Lupus *in tractat. de illegitim. & natural. reſt.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 111. *num.* 10. Vincen. Carot. *de locat. dict. quaſt.* 8. *tit. de fructib. & lit. expenſ. numero* 11. *verſic. Cui adde ab eo non allegatos*, Octauian. *Veſter in praxi, libro* 2. *cap.* 7. *numero.* 2. 3. *&* 4.

Vbi igitur pauperum adſunt Aduocati, ſtipendium de publico, à Rege, vel Dominis habentes, legitimè alij ſe excuſant Aduocati: cum ratio ob quam pauperes adiuuare defendereque tenentur ceſſet, & eſt *text. in d. l.* 16. *tit.* 16. *lib.* 2. *noua Reg. Collect.* Aduocatis pauperes adiuuate, ſi Aduocati ſalariati in populo deſint, iubens.

Conſultò quæſtionem omitto illam (quæ hic benè ingeri poſſet.) An victus ad expenſas † victori, qui eas non fecit, quia Aduocatus. Procurator, Notarius, vel alij officiales pro eo gratis patrocinati ſunt, ſibique debitam remiſerunt mercedem, teneatur? De qua latè (poſt antiquiores) egerunt Comel. Beninc. *d. ſpeciali* 1. *in indic. ex num.* 20. *vſquè ad fin.* Nicol. Boer. *deciſ.* 210. *& ſingul. ſuis verb. Expenſa, num.* 10. Aſin. *in praxis*, §. 23. *ampliat.* 66. Hieronym. *Grat. conſil.* 108. *num.* 7. *volum.* 1. Sebaſtian. *de Medic. de regul. iur. Reg.* 7. *limit.* 15. Franciſ. Burſ. *conſ.* 194. *num.* 17. *lib.* 3. Emmanuel. Suarez. *in theſaur. recep. ſentent. lit S. num.* 1. *& lit. A. num.* 109. Ioan. Bapt. *Villalob. lit. S. num.* 6. plenè Ioſeph. Ludouic. *d. deciſ.* 111. *per tot.* Latè etiam Vincent. Carot. *dict. quaſt.* 8. *n.* 23. *& ſeqq. folio mihi* 25. *& in annotationibus poſterioribus ibidem*, Ioan. Matienç. *in l.* 7. *tit.* 11. *gloſſ.* 3. *num.* 31. *lib.* 5. *noua Reg. Collect.* Petr. Cened. *in collect. iuris Cano.* 1. *part. collect.* 28. *num.* 11. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 23. *& ſeq.* Petr. Barboſ. *ad leg. Eum quem temerè, in princip. num.* 160. *D. de iudic.* 58

Et in Aduocato, † qui vel propriam ipſe 59
cauſam defendit: vel alius pro eo gratis patrocinatus eſt victorque extitit, an patrocinij ſalarium expenſaſque quas fuiſſe, facturus habere debeat? vide Bart. *in l. fin. ad fin. C. de fructib. & lit. expenſ.* Hippolyt. *de Marſil. in l. Patre, vel marito, num.* 68. *D. quaſt. Aſin. in praxi*, §. 32. *cap.* 3. *num.* 19. Nicol. Boer. *dict. deciſ* 210. *num.* 3. *& ſeqq.* Iacob. Bennius *de priuileg. Iure conſ. part.* 3. *priuileg.* 73. *num.* 4. Emman. Suarez *d. verb. Aduocatus, num.* 103. Ioach. Mynſing. *ſingul. obſeruat. cent.* 1. *obſeruat.* 1. *per tot.* Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 154 *num.* 16. *& ſeq.* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quaſt.* 39. *numero.* 11. Iacob. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *caſu* 154. *n* 5. Petr. Cened. *d. collect.* 28. *num.* 10. Camil. Borrel. *d. tit.* 65. *de Aduocat. offic. numero* 111. *& ſeq.* Petr. Barb. *in d. l. Eum, quem temerè, in princip. numero* 261. *cum. ſeqq. vſquè ad* 266. Gregor. Lopez *in l.* 8. *tit.* 22. *par.* 3. *gloſſ.* 1. *ad fin. Cumia in ritib, Sicilia, cap.* 73 *à num.* 28. Burſat. *d. conſil.* 294. *num.* 18.

Circa Aduocatos, eorumquè mercedem ſumus immorati, tùm quia neceſſarium, tùm quia

quia infrà dicendis suprà dicta inseruient, vt
60 in Procuratoribus, † qui similiter pauperes gratis adiuuare tenentur, vt multi ex suprà relatis in Aduocatis notant, præcipuè Vincent. Carot. *de locat. part. 2. grad. de Medico, folio mihi 120. ex quæst. 1. ad fin.*

Et in nostra *Hispania* similiter Procuratores pauperum salariati existunt, vt constat ex *lib. 26. tit. 4. & in lib. 28. tit. 5. lib. 2. noua Regia collect.*

61 Notarij † pariter, ac tabelliones gratis pauperibus scripturas, & acta conficere, ac exhibere tenentur, ex *text. in l. Tam de mentis, 21. in fi. & ibi gloss. fin. C. de Episcop. Audien.* quam ad hoc not. Alex. *in l. Argentarius, n. 4. D. de edend.* Felin. *in cap. Si qui testium, numero 10. versic. Alios casus, de testib.* Franc. Ripa *in l. Centurio, numero 35. D. vulg. & pupil. substit.* Petr. Folleri. *in pract. crimina. 2. part 2. partis, vers. Recipiantur defensiones reorum, numero 27.* Rota *in antiq. d. decis. 2. tit. de constit.* Ludouic. Roman. *in repet. l. Si verò, §. De viro, fallent. 25. vers. Sexto, D. solut. matrim.* Bald. *in cap. Sedes, numero 6. extr. de rescript.* Cornel Beninc. *de paupert. d. speciali 1. in iudic. numero 14.* Petr. Rebuff. *de priuileg. Scholast. d. quæst. 90. numero 4.* Gaspar Baeç. *de decim. tut. cap. 1. numero 31. & cap. 10. numero 13.* Didac. Couar. *d. cap. 6. numero 4.* Petr. Royz Maur. *decis. Lituanic. 4. numero, 294. & seqq.* Sebastian. *de Medic. de casib. fortuit 2. part. quæst. 4. numero 11.* Gregor. Lopez *in l. 6. verb. Llanamente, tit. 22. part. 3.* Francis. Viui. *decis. 159. numero 4.* Camil. Borel. *in summa decis. tit. 66. de procurat. & defensorib. numero. 76.* Andr. Tiraq. *de nobilit. cap. 29. numero* Andr. Gail. *pract. obseruat. lib. 1. d. obseruat. 43. numero 11.* Vincent. Garot. *de locat. d. quæst 8. de fructib. & lit. expen. numero 12. folio mihi 24.* Roland. *à Valle d. cons. 87. numero 30. cum seqq. lib. 2.* vbi etiam *numero 34. Afflictum* adducit *in constit. Regni, in constitut. Appellationum tempora, in 5. notat. versic. Rursùs quæro*, dicentem, Iudicem ad quem, posse Notarium Iudicis à quo stante paupertate appellantis, vt det processus sine salario copiam, compellere, per *d. l. Tam de mentis, cum glos.* quem etiam sequitur Neuezian. *cons. 44. numero 13.* Anton. Grauat. *in addict. ad Octauian. Vestr. in praxi, lib. 4. cap. 4. de dolo, & contum. litera I. verb. Paupertas numero 33.* Ioann. Bapt. Marquesan. *de commissio. part. 2. de commissione auocationis causarum, §. 2. numero 30.* Et hodiè de iure Regio id ipsum. dispositum extat in *l. 2. tit. 18. lib. 4. noua Reg. Collect.* ibi: *Y el escriuano sea apremiado de le dar el processo del pleyto sin dineros.* Imò & cum tabelliones recipiuntur, nullas à pauperibus pro actibus, scripturis exhibendis exacturos iurant, in Regalibusque schedulis à supremo indiarum senatu de aliquo in tabellione recipiendo ad noui orbis audientiarum iudices missis, clausula hæc de hoc iuramento in primis præstando adiicitur.

62 Sub pœnaque offici priuationis † poterit præcipere Iudex tabellioni, vt acta, scripturasque pauperi absque mercede exhibeat, ac præster, ex iuribus suprà *numero 48.* adductis in specie notat (post *Couar.* & alios ibi relatos.) Azeued. *in d. l. 16. tit. 16. lib. 2. noua Reg. collect. num. 3.*

Nuncij † quoque, & executores gratis pauperibus inseruire debent, & ita in Camera obseruari, ibique dari nuncios, qui pauperum executiones gratis faciant; testatur Andr. Cail. *d. obseruat. 43. numero 19.* vbi tamen addit, quòd si in causa pauperes obtinuerint sumptus in executione factos refundere, & resarcire debent. Simulquè in causis pauperum commissiones decerni † ad Magistratus eius loci, sub quo testes domicilium habent vt eos recipiant, nè pauperes grauentur, consuetum asserit *ibidem.* 63 64

Medici † etiam gratis pauperes curare debēt *text. in cap. Non satis in fin. 86. dist.* Qui enim potest languentem à morte liberare, nec liberat; mortem videtur infligere, *text. in cap. 1. 83. distinct. Scribentes in cap. Ad aures, 7. de ætate, & qualit.* Cornel. Beninc. (post *Abb. Andream, Barbat.* & alios ibi adductos) *dict. speciali 1. num. 17.* Specul. Archidia. Felin. Lucas *de Penna*, & alij quos refert & sequitur Gaspar Baeça *de decim. tut. d. cap. 10. numero 15.* Franc. Ripa *in tract. de peste in remed. ad curan. pestem, §. Medicorum, numero 101.* vbi testatur de communi Petr. Royz Maur *d. decis. 4. num. 300 & seq.* Tiraquell. *d. cap. 29. numero. 44. & 45.* vbi id tam iurium, legumque, quàm medicinæ Professorum authoritatibus comprobat. Ex constitutionibus Siciliæ Medicos (inter cætera) gratis se pauperes curatores iurare, tradit Andr. Gaill. *d. obseruat. 43. num. 11.* Roland. *à valle dicto cons. 87. n. 38. 39. & 40.* vbi de communi, Sebastian. *de Medic. dicta quæst 4. numero 11.* Gregor. Lopez *d. l. 6. verb. Llanamente tit. 22. part. 3.* Fulu. Pacian. *d. cap. 54. num. 63.* Florez Diaz *de Mena variar quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 1. nu. 52.* vbi quòd Medicus aliquid à paupere accipiens, ad restitutionem tenetur, Petrus Plaça *de delict. cap. 26. num. 4. vers. Ægrotos tam pauperes*, Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2 cap. 3. num. 6.* Mandos. *in praxi, tit. de ingratitud. cap. 101. vers. Pauperes infirmos* Martin. Nauar. *in Manu. c. 25. num. 64.* Pet. Cenet. *collect. Cano 163. num. 2.* Ioan. *à Capistr. in speculo conscient. numero 266.* Vrsil. *ad afflict. decis. 123.* Vincen. Carot. *de locat, d. 2. par. grad. 4. de Medico, q. 3. ex n. 1.* Qui tamen *n. 8. fol. mihi 121* suprà dictam veram. intelligit doctrinam, tribus concurrentibus requisitis, siue in foro interiori, siue exteriori: scilicet opportunitate locorum, temporum, rerum. *Locorum*, quia non per modum quærere indigentes infirmos tenetur Medicus, sed si illis occurrat sufficit, iuxta illud *Exodi 23. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, duc ad eum. Temporum*, quia non futuræ necessitati occurrere, aut prouidere, sed præsenti homo tenetur. *Rerum*, quia consulere, coniūctisquè sāguine curā impēdere debet homo. 65

Medicus autem gratis infirmos paupere medicari recusans, poterit à Iudice cogi Abb. & Felin. *in c. Si pro debilitate de offic. delegat.* Imò & officio priuari, secundum Bart. *in l. Archiatri, C. de profess. & medic. lib. 10.* quē refert & sequitur Vincent. Carot. *sup. d. q. 3. n. 9.* 66

Magistri

67 Magistri etiam, & præceptores discipulos suos pauperes † gratis docere tenentur, *text.* & ibi scribentes *in c.1. de Magist. glo. fin. in d. cap. Statutum*, 11. §. *Insuper, de rescript. in 6. & in cap. de quibusdam, 37. dist.* Andr. Tiraqu. *d. cap.* 29. *nu.* 42. Petr. Royz. Maur. *d. decis.* 4. *nu.* 304. *& duobus seqq.* Roland. *à Valle sup. nu.* 41. Petr. Rebuff. *d. priuileg.* 90 *nu.* 6. Vincent. Carot. *de locato.* 2. *par. tit. de ambasiatore infirmo, q.* 8. *in quæst. de Magistris.* Horat. Lutius *de priuileg. Scholastic. priuileg.* 88. *Concil. Triden. sess.* 23. *cap.* 18. *de reformat. & sess.* 5. *cap.* 1. *de reformat.*

68 Sic nec pauper incarceratus † custodiæ expensas, salariumque persoluet, Cornel. Beninc. *de speciali* 1. *in indic. num.* 6. Petr. Surd. *de aliment. titulo* 1. *quæst.* 72. *nu.* 2. Sebastian. Guazin. *de defens. reor. defensione* 6. *cap.* 1. *num.* 4. *circa priuilegium carceratorum*, Ioan. Aloys. Ricci. *collect. decis. par.* 4. *collect.* 1115. *vers. Hinc est*, & de iure Regio *text. in l.* 20. 21. 22. & 23. *tit.* 12. *lib.* 1. *noua reg. collect.* quibus propter iudicis, aliorumvè officialium, carcerisque custodis sportulas, vel salarium, constito de paupertate per ipsorum pauperum iuramentum, non esse detinendos in carcere pauperes: neque pro dictis expensis, ac mercede fideiussorem esse præstandum, aut aliquo modo (sub pœnis in dictis legibus contentis) esse admittendum, prouidetur.

Suprà dictis quoque adiungendum, Papæ legatum, Episcopum, aliumvè prælatum Ecclesias suas, diœcesimque visitantem, à pauperibus
69 clericis procurationem † exigere non posse, *text.* est in *cap. Placuit*, 1. *q.* 2. per quem ita tenet *gloss. in c. Cùm instantia*, 17. §. *Sane, verb. Prægrauari, de censib. & ibid.* Abb. Ioan. Andr. & Hostien. *& in cap. Procurationes, eod. tit. DD. in capit. Cùm Apostolus, eod. titul. gloss. fin. in cap. venerabili, vigesimo-quarto, eod. de censib. tit.* Marian. Socin. *in tract. de visitat. lib. undecimo, quæstio.* 8. *vers. Octauo quæro*, Andr. Tiraq. *de nobilit. d. c.* 29. *num.* 43. Lucas de Penna *in l. fin. in ver. rerum angustias, C. de his, qui num. liber. se excus. lib.* 10. Gaspar. Baec. *de decim. tut. c.* 10. *numero* 14. Petr. Royz. Maur. *d. decis.* 4. *num.* 307. Franc. Marc. *decis. Delphinat.* 198. *numer.* 4. 2. *part.* Remig. de Gaonny *in tract. de charitat. subsidio. quæst.* 37. *num.* 12. & 13. Ioan. Aloys. Ricci. *in praxi variar. resolut.* 115. *numer.* 3.

Cùm aliàs procurationes huiusmodi licitæ,
70 † omninoque sint debitæ, nec longissimi quidem temporis ab earum præstatione exemptionem concedat spatium, *text. in d. cap. Cùm instantia*, 17. *& in d. cap. Venerabili*, 24. vbi notat *glossa verb. Non soluerunt de censib. text. in cap. Cùm ex officij*, 16. *de præscrip.* Franc. Marc. & *alij ex proximè relatis.*

Denique, licèt de *iure regio* ex dispositione *legis* 2. *tit.* 7. *libro tertio fori leg.* (vniuersali *Hispania* consuetudine approbata) pro administratione rerum, personæque pupilli decima
71 pars fructuum † bonorum illius, tutori debeatur; si tamen pupillus pauper sit, cuius bonorum redditus vix ipsi pupillo alendo sufficiant; ab huiusmodi decimæ præstatione liberatur, ex sententia (quam latissimè defendit) Gasparis Baëç. *de decim. tut. dict. cap.* 10. *ex num.* 17. probabiliorem sibi videri dicens, & ita si casus sibi occurreret iudicaturum se asserens: prò qua alia etiam adiecit Ioann. Gutierrez, *de tut.* 3. *part. cap.* 12. *num.* 1. & 2. licèt postmodum contrariam (& si non multum vrgentibus, quibusque facilè responderi potest argumentis) defendat.

VTRVM MERCES, VEL salarium in principio, vel in fine operis pauperibus soluendum sit?

SVMMARIVM.

1 *Merces, vel salarium in fine operis soluendum est.*
2 *Medici ab infirmis salarium exigere, nisi postquam eos curauerint, non debent.*
3 *Nec aduocati ante finitam causam honorarium debent exigere. Contra* ibid. & numero 4.
4 *Salarium ex dispositione legis, vel statuti debitum, in principio solui debet.*
5 *Procuratoribus, & Nuntiis an ante finitam litem salarium soluendum sit?*
9 *Nuntius (Hispanè* Alguazil*) cui executio facienda commissa est, non antè decimam eius habere debet, quàm creditori petenti de debito satisfecerit.*
7 *Pensio domus, vel prædij in fine anni soluenda est, nisi aliter consuetudo, vel partium conuentiones seruandum suadeant. Et quid si ad plures annos sit facta locatio, an omnium annorum finis, vel primi anni ad solutionem expectandus sit?* n. 9.
8 *Intellectus ad* text. in l. Placuit, 4. C. de coll. fund. patrimo. lib. 11.
10 *Legatum pensionis* pro vna domo, *in fine anni præstari sufficit.*
11 *Officialibus, vel operariis in fine operis soluendum est salarium* & n. 12.
13 *Et quid in ædificatoribus, vel his, qui ad aliquod magnum opus operas suas locant?*
14 *Paupertatis fauore etiam ante operarum præstationem (in parte saltem) salarium soluendum est.*
15 *Pauperi, qui de suo expendit in opere, tenetur in conscientia conductor illud præter salarium resarcire.*

QVÆSTIO XXIX.

Congruit præcedenti, quæstio: *Vtrùm merces, vel salarium in fine, vel principio operis soluendum pauperi sit?* Quæ si ordinariis regulis iudicanda, vel decidenda foret; in fine mercedem pauperi soluendam, omninò dicendum esset. Non enim antè mercedem deberi; † communis est resolutio, ex *tex.* 1
in l. Diem functo, quarta Digestis de offic. Assess. glos. Bart. & *DD. in l. Ædem*, 3. *C. locati*, Bald. Immol. & *DD. in l. Diuortio in princ. D. solut. matrim.* firmatquè Ias. *numero* 38. Bart. Bald. & alij *in l. Nec patronis*, 6. (per illum text.) *C. de oper. libertor.* Ioann. Bolognet. *in d. l. Diem functo, nume.* 18. & 19. Cornel. Beninc. de

de pauper. speciali 8. in contractib. nu. 1. & seqq. Paul. Roman. *de pensionib. Ecclesiast. cap. 5. n. 1. & seqq.*

2 Sic non nisi post curationem (nisi aliter se habeat consuetudo) debere medicos exigere salarium; † tradunt Bart. *in l. Archiatri* (per illum tex.) *C. de professor. & medic. lib. 10 specul. in tit. de salariis, §. nunc de procuratorum, n. 7.* Francisc. Ripa *de peste, ver. de remed. ad curand. pestem, num. 127.* vbi hanc communem dicit, *Bart.* etiam *in l. 1. §. diuus, num. 16. D. de var. & extraord. cognit.* Bald. *in l. 1. qu. 8. C. de suffragio,* Ias. *in d. l. diem functo, num. 12* Felin. *in cap. Presbyterum, nu. 4. extra de homicid.* Petr. Duennas *regul. 63. ampliat. 1. nu. 1.* Cornel. Beninc. *suprà, num. 8.* Francisc. Viui. *commun. opin. part. 2. opinion. 176.* Emmanuel. Suarez *in thesauro recept. sentent. lit. M. nu. 122.* Vincent. Carot. *de locato. 2. part. gradu 4. de Medico, quæst. 5. num. 2. & seqq.* bonum esse *numero 5.* addens, dietim medicis vt infirmos inuisere non recusent, satisfacere. Tenet etiam suprà dictam sententiam Hieronym. *prauidell. de peste, & eius priuileg. titulo de iudiciis, versic.* Bart. *in l. Medicos, n. 5.* Ioach. Minsing. *singular. obseruat. cent. 2. obseruat. 7. n. 3.* Et facite elegans *tex. in l. Thais, 41. §. Lucius Titius, el 2. D. de fideicommiss. libert.*

3 Nec aduocati † à clientibus suis ante finitam causam honorarium postulare possunt, ex *text. in d. l. Archiatri, 9. C. de professor. & medic.* per quem ita tenet ibi *Bart.* vbi quòd sicut medico salarium non nisi infirmo ac sanitatem reducto debetur; ita nec aduocato lite durante. Facit *text. & ibi* aduertit *gloss.* licèt cum hac non remaneat) *in leg. 1. verb. consequantur, C. de suffragio,* Innoc. Ioann. Andr. Anton. *de Butr.* & communiter Doctores in *cap. propter sterilitatem, extra de locat.* communem, tenendamquè dicit Ias. *in d. l. diem functo, num. 11. & 12. D. de offic. assessor.* Matth. de Afflict. *decis. 123. num. 2.* per *text. in l. Quisquis, 6. C. de postul.* Cornel. Beninc. *de spec. 8. in contractib. num. 9.* Vincent. Carot. *dict. 2. part. gradu 4. de Medico, quæst. 5. num. 3.* Hieronym Prauidell. *d. loco suprà, nu. 6.* Petr. Rebuff. *de sentent. prouis. art. 7. gl. 7. num. 3.* Ioach. Mynsing. *dict. obseruat. 7. n. 2.* Hieronym. Magon. *decis. Florent. 12. n. 5 in fin.* communem, crebriùsque receptam dicens.

Licèt in contrarium vrgeat *text. in leg. Properandum, 11. §. Illo procul dubio, C. de iudic.* vbi notat *gloss. verb. protrahantur, & in d. l. 1. C. de suffragio, & in l. Venditor, 14 §. si constat, verb. Salarium, D. commun. prædior.* Hancquè tenent Specul. & Ioann. Andr. *in tit. de Salar. §. sequitur, vers. Sed quando soluetur:* eamque vt veriorem amplectitur sententiam Alexan. *in d. l. diem functo, numero septimo.* Ex eo, quia quando ex

4 dispositione legis, † vel statuti salarium debetur, soluendum ab initio est, vt *in dict. l. 1. §. Diuus, D. de vari. & extraord. cognit.* vbi tradit Bart. *nu. 5.* Marc. Anton. *de Amat. in decis. Rotæ Prouinciæ Marchiæ, decis. 52. num. 21.* vbi & *numero 5.* ex constitutione Rotali salarium Prætoribus, Auditoribusque Rotæ assignatum, quolibet mense præstari, notat, vt vnde se congruè valeant sustentare, habeant. Hieronym. Magn. *dict. decis. Florent. 12. numero quinto.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. litera S. conclus. 10. num. 1. 2. & 3.* Idem in Doctoribus, Iudicibus, & aliis, qui scientiam, vel dignitatem aliquam exercent, profitenturque, & in his, quibus à lege salarium debetur, dicens. Et sic cum aduocatis, quibus salarium constitutum non est; statim enim eis non expectato litis fine honorarium soluitur, quotidiè fieri videmus.

Procuratori etiam, vel nuncio † lite durante 5
salarium soluendum non esse, tenuerunt Cyn. & Bald. *in l. 1. C. mand.* Ias. *in d. l. Diem functo, nu. 13. D. de offic. Assessor.* Cornel. Beninc. *d. special. 8. num. 9.* Ioach. Mynsing. *d. cent. 2. obser. 7. n. 4.*

Cum quibus tamen hodiè, sicut cum aduocatis; seruari videmus, statimque si salaria non existant, salarium procuratoribus solui: necnon & nunciis (quos vulgò Alguaziles vocamus) 6
nisi in executiones facientibus: † Hos enim decimam sibi debitam, antequam executio finita sit, partiquè petenti de debito satisfecerint, habere non posse, prouidet *tex. in leg. 7. titulo vigesimo primo, libro quarto noua Regiæ Collect.*

Locatori quoque domus, vel prædij in fine 7
anni, † vel temporis locationis pensio soluenda est, *gloss. in leg. Defuncta, 65. verb. Percepturum, D. de vsufruct. & ibidem* Albert. *numero 1. gloss. in l. diuortio in princip. & ibid.* Ias. *numero 38. D. solut. matrim. gloss. fin. versic. Tu dic. in dict. leg. Ædem, 3. C. de locato, & ibid.* Oddofred. *numero quinto.* Bart. Bald. Salyc. & communiter Doctores *in leg. Sed addes, 21. §. si quis cum in annum, D. locat. & in l. Quero, 56. §. Inter locatorem, D. eod. & in leg. 1. D. de migrand.* Bart. *in l. seruus communis, §. fin. num. 5. D. de stip. seruor.* Oddofred. & communiter Doctores *in leg. si si vno, paragrapho Item cum quidam, d. tit. D. locat.* Innoc. & Canonistæ *in dict. cap. propter sterilitatem,* Ias. *in l. 2. numero 180. C. de iure emphyt.* Angel. *consil. 22 numero 12.* Ioan. Lup. *in repet. cap. Vestras, §. 2. numero 11. de donat. inter virum & vxor.* Anton. Gomez (communem dicens, adducensque etiam *text. & leg. 4. titul. 8. part. 5.*) *variar. tom. 2. cap. 3. numero decimotertio.* Pet. *de Gumbar. de offic. legat. rubric. de pension. quæst. 26. numero 601. & quæst. 23. num. 559.* Paul. Roman. *de pens. Ecclesiast. capite 5 per tot.* Hieronym. Gigas *de pension. quæst. 93.* Communem veriorem que in puncto iuris testatur Vincent. Carot. *de locat. 4. part. gradu 4. de necessitate vsus, verb. Recusatio, quæstio. 13. nu. 5. fol. mihi 200.* Hieronym. Magon. *decis. Rotæ Lucens. 69 n. 3.* Borgnin. Caualcan. *decis. 44. numer. 75. part. 1.*

Nisi aliter, vel consuetudo, vel partium conuentiones seruandum suadeant; vt notant omnes proximè relati. Præter quos addendus etiam Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. litera P. concl. 273. n. 1. & litera C. conclusione 609.*

Nec superioribus obstat *text. in l. Placuit, 4. C. de collat. fund. patrimo. lib. 11.* tribus terminis 8
† in anno pensionem soluendam statuens; quem ad hoc singularem reputat Bald. *in leg. quidam æstimauerunt, D. si cert. pet. & Ias. in lege secundo num. 217. Cod. de iure emphyt.* Quia in fundis publicis emphyteuticis procedere, loquique intelligendus est, vt (ex pluribus) tradit Anton. Gomez *variar. d. lib. 2. cap. 3. num. 13.*

Quid

9 Quid autem dicendum, si locatio ad plures annos facta sit? † An omnium annorum, totiusque temporis finis ad solutionem expectandus? an cuiusque tantum anni? Cuius dubitationis decisio à modo, formaque locationis, vel contractus videtur pendere. Si enim sub vna annorum numeratione, & pretij celebretur locatio; vnica etiam fiet solutio temporisque locationis finis erit expectandus: Si verò sub diuersa annorum numeratio ne locatio facta est, vel sub vna, sub diuersis tamen præstationibus, in cuiuslibet anni fine solutio fiat necesse erit. Veluti si domum, vel fundum pro annis octo loco pro scutis, vel modiis centum, vnica locatio est, & pensio vna, quæ in fine locationis præstanda erit. Si autem locatio ad annos octo pro scutis centum quolibet anno fiat; in fine cuiuslibet anni fiet quoquè præstatio. Ita in effectu docet Cyn. *in d.l. Ædem, C. de locat.* Vincent. Carot. *d. 4. par. gradu 4. de necessitate vsus, quæs. 13. num. 17. 18. & 19.* apud quem de hac materia latè.

10 Et iuxta prædicta dicebat eleganter Bart. *in l. Habitationes, n. 1. D. de vsufruct. legat.* quòd si quis alicui pensionem *pro vna domo* † legauerit, tale sufficit in fine anni præstari legatum, cũ pensio domus in fine anni solui debeat. sequitur Ias. *in dict. l. Diuortio, n. 38. in fin. D. soluto matrim.* Cornel. Beninc. *d. speciali 8. in contract. n. 10.* Vincen. Carot. *vbi supra, num. 6.* Petr. Follet. *in pract. cens. in verb. quæ quidẽ executio, n. 7.*

11 Officialibus etiam quibuslibet salarium, vel mercedem in fine † operis deberi (nisi aliter se habeat consuetudo) tenet *Nouell. regul. 183.* adductus per Vincen. Carot. *supra de necessitate vsus, verb. Recusatio, q. 3. q. 13. principalis, n. 2. folio mihi 202.*

12 Operariisq; in fine operis † salarium soluendũ, neq; post laborem detinendam mercedem, disponit *Regia lex 3. titulo 5. lib. 7. Ordinam.* iuxta Leuitici. c. 19. *Non morabitur opus mercenarij tui vsq; mane.* & Tobiæ 4. *quicumquè tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces morcenarij tui apud te omnino non remaneat.* & Deuteronom. cap. 24. *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduena, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante Solis occasum.* Docent è nostris Bart. *in l. 1. §. Diuus, n. 16. D. de var. & extraordin. cognit.* Gaspar Caual. Milleloq 694. Vincen. Carot. *vbi sup. q. 2. q. 13. principalis, n. 1. vers. Si verò, folio mihi 201.* Ildephons. Montaluus *in l. 3. tit. 10. l. 3. Fori leg. verbo A placo.* Sic de facto aurifices, cerdones, pellipatios, & sutores obseruare addens.

13 Quoad ædificatores verò, eosvè qui operas suas ad aliquod magnum locant opus, † veluti domum, Ecclesiam, vel simile, finem ad integri salarij solutionem expectandum non esse; sed successiuè præstandum; probat *text. in l. Insulam, 60. §. fin. D. locati,* Ludouic. Roman. *cons. 348.* Petr. Rebuff. & alij, quos refert, & sequitur Vincent. Carot. *sup. d. quæst. 13. n. fin. in addit. d. fol. 201.* Montal. iam *relato loco.* Talis enim intellectus, vel interpretatio contractus, nimis eis esset onerosa: secùs in aliis, quæ sic longum tempus laborem, & sumptus non desiderant.

Paupertatis tamen fauore, si pauper operas suas sub certa mercede locasset (in parte saltem) etiam ante operarum prǽstationem, † in earumque initio, mercedem petere posse, sibique præstandam, si personæ ratio, necessitasque deposcat, idque tacitè videri conuentum; docent. Barr. *d. l. 1. §. Diuus. num. 16. D. de var. & extraordin cogni.* Ioan. Bolognet. *in d. l. Diem functo, num. 21. D. de offic. Assessor.* post Bald. *ibid. num. 6.* Cynus, Bald. & doctores *in l. 2. C. de locato,* latè Cornel. Benin. *dict. speciali 8. numero 16. & sequentib.* eleganter hanc sententiam comprobans. Ideoquè architectum, fabrum murarium, vel rusticum, si pauperes sint, in principio operis salarium exigere posse, tenent (præter iam relatos) Specul. & Ioan. Andr. *in tit. de salariis, §. Sequitur, vers. Et quando, Summa Angel. verbo Locatio, numero 12.* Ioannes Lupus *in repet. cap. Per vestras, §. 11. num. 14. de donat. inter vir. & uxor.* Vincent. Carot. *d. q. 2. quæstionis 13. principalis, n. 1. & 2. fol. 201.* Ildephons. Montal. *in d. l. 3. tit. 20. lib. 3. Fori leg. verb. A placo,* Francis. Auiles *in cap. Prætor. c. 17. verb. Menestrales, n. 3.* 14

Et si mercede conuenta soluta, de suo pauper expendisse † ostendat; illud in conscientia (præter salarium) de suo resarcire tenetur conductor, secundum *Addit. Angel. in d. verb. Locatio, nu. 12. lit. C. in fin.* quem refert, & sequitur Vincent. Carot. *d. q. 2. quæstionis 13. principalis; n. 3. & 4.* 15

VTRVM PAVPERTAS iusta restitutionis in integrum sit causa? Et an casu, quo iuxta restitutionis causa sit, iure minorum, vel Ecclesiarum, an verò maiorum, ex clausula generali, *Si qua mihi, &c.* competat?

SVMMARIVM.

1 *Pauperibus competit in integrum restitutio.* *Ampliatur* num. 6.
Et an ex capite generali, vel iure minorum, & Ecclesiarum? n. 7. & seqq.
Paupertas, & absentia æquiparantur.
3 *Comparatur etiam infirmitati paupertas.*
4 *propter absentiam, vel infirmitatem restitutio in integrum conceditur.*
5 *Paupertas à mora, & à contumacia, excusat,* remissiuè.
6 *pauperi etiam contra tres conformes sentẽtias in contradictorio iudicio latas restitutio conceditur.*
9 *Pauperes aduersus omissam petitionem bonorum Prætoris intra centum dies vtiles, prout minores, dummodò intra quadriennium, siue pauperes certi Hospitalis, vel loci sint, siue pauperes in genere, restituuntur in integrum.*
Pauperes iuris interpretatione semper minores dicuntur: & quando, & qualiter restringatur? ibid.
Ecclesia quadriennium ad restitutionem in integrum datur, ibid.
10 *Pauperes ad restitutionem obtinendam minores dicuntur.*

QVÆSTIO XXX.

QVoad primam huius quæstionis partem, An scilicet paupertas iusta sit in integrum restitutionis causa? omissis per Sfort. *Oddum in tractat. de in integ. restit. 1. par. quæst. 11. ar. 9. num. 43.* argumentis adductis (quæ nihil commune cum materia in integrum restitutionis habere videntur) communis resolutio est, in integrum restitutionem † pauperibus competere.
1 Pro qua est *text.* (ad id ab omnibus adductus) *in l. Si Procuratorem, 8. § Igitur si ignorauerunt, D. mandat. & auth de ijs, qui ingred. ad appell. §. Alij, coll. 5. & cap. Ex ratione*, 8. extra *de appellat.* cum similib. de quibus latiùs *quæst. sequenti.* & tenent prædictam sententiam Abb. *in cap. Ex literis, n. 7. & seq. de in integr. resti.* & (post alios, quos refert) Cornel. Beninc. *de paupert. q. 4. prin. num.* 18. vbi de communi, Cardin. *conf.* 187. *n.* 5. Ægi. Bellam. *dec.* 44. *in fin* Sfort. Odd. *vbi sup. num.* 44. *& seqq.* Aymon Crauet. *conf.* 172. *n.* 7. Pet. Rebuff. 1. *tom. ad constit.* Gall. *tit. de sentent. prouision. art.* 3. *glo. vlt. num.* 19. Iosep. Mascar. *de probat. conclus.* 1280. *n.* 7. Marius Giurba *decis.* 18. *num.* 2. Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. P. conclus.* 165. *numero* 9.

2 Pro qua etiam facit, quia paupertas, & absentia † æquiparantur, vt (ex *Baldo, &* aliis tradit Sfort. Odd. *suprà, n.* 48. Paupertas item
3 & infirmitas, † Bald. *in l. fin. num.* 5. *C. de condit. insert. & in l.* 2. *§. Si quis in iudicio, num.* 9. *& ibid.* Alex. *n.* 3. *D. si quis caut.* & latiùs infrà *q.* 36. notabimus.

Propter absentiam autem, vel infirmitatem
4 restitutionem competere, † planum est, *l.* 1. *D. ex quibus causis maior.* traditque latè Sfort. Odd. *d. tract.* 1. *part. quæst.* 12. *artic.* 5. *per tot.* & faciunt dicta à *Nobis quæst.* 17. *num.* 39. vbi
5 paupertatem à mora † excusare, tradidimus. A contumacia quoque, vt latè *Nobis in secunda parte* (Deo dante) erit agendum. Ex quibus indubitabilis hæc remanet opinio.

6 Quinimò & contra tres conformes † sententias restitutionem pauperi concedi, obseruat Guil. Cossador. *decis.* 10. *de rescript.* etiam in contradictorio iudicio latas, Octauian *Vester in praxi, lib. 4. c. 4. de dolo, & contum. n.* 10.

Dubitabilior est secunda quæstionis pars; ex quo scilicet capite restitutio in integrum pauperibus concedatur? Circa quam in medium *Sfort. Odd.* proferam sententiam, qui in *d. tract.* 1. *par. q.* 3. *art.* 7. *num.* 56. distinguit, quòd aut pauperes restitutionem in integrum prætendentes, sunt Collegiati, & vniuersitatem aliquam faciunt, aut non. Primò casu † absque dubio re-
7 stitutionem ex eodem capite, quò & aliis piis locis, & Ecclesiæ competit, pauperibus competere asserit, idq; in terminis deducere Bald. *conf.* 377. *n.* 3. *l.* 3. *& conf.* 465. *num.* 2. *& seq. lib.* 1. *& in l, Quamuis, n.* 2. *C. de fideicomm.* quem mendosè allegat, nil enim hac de re hic *Bald.* nec in adducto *conf.* 377. egit; firmauit tamen *conf.* 381. (incipit, Quæstio subtilis) *num.* 2. *&* 3. *lib.* 3. *& d. conf.* 465.

In secundo verò casu subdistinguit *Sfort.* quòd aut pauperes læsi sunt ex eo, quia paupertas fuit causa læsionis, quòd rebus suis superesse non potuerint; & putat restitutionem ex clausula generali, paupertatis ex capite competere: Aut læsi sunt simpliciter, & imperitia propria, vel eorum, qui executores sunt eisdem relictorum, & tunc notabiliter, & verè dici posse existimat competere pauperibus ex eodem capite, quo piis causis, & locis restitutionem. Ex eo, quia tale legatum dicitur pium, pro eoquè debent fauoribus, & priuilegiis, quibus aliç piæ causæ, locavè pia gaudere. Quæ multùm notanda, neque ab aliquo in terminis decisum, tactumvè reperiisse aduertit.

Ex qua tamen differentiæ rationem idem in pauperibus collegiatim viuentibus, quam aliis dicendum videtur, cum vtrorumque causa pia dicatur; nec solum quod in testamento eis legatum relictum sit, eorum causam piam facit, sed fauor eis miserabilitatis pietatisque ratione concessus, vt latè deduximus *q.* 52. *num.* 45. *& seqq.* & expressiùs *num.* 54. *&* 55. nec solidam huius secundi capitis *Sfortia Odd.* distinctionis; discriminisque rationem inuenio. quare in vtroque casu iure minorum † in integrum resti- 8
tionem pauperibus competere, siue pauperes sint certi Hospitalis, vel loci, siue pauperes in genere; testatur Cardi. Dom. Tusch. *pract. concl. li. P. conclus.* 165. *num.* 9. vbi quòd pau- 9
peres aduersus omissam bonorum petitionem † Prætoris intra centum dies vtiles, prout minores, siue sint certi Hospitalis, vel loci, siue in genere, in integrum restituuntur, ex *Bald. conf.* 377. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 3. quem debuit *d. conf.* 381. allegare. qui *d. num.* 3. aduertit, quòd etsi pauperibus in genere, vt minoribus, per restitutionis in integrum remedium succurratur: infrà quadriennium tamen id esse intelligendum. Quia licet semper minores iuris interpretatione sint; nè in infinitum tempus extendatur, ad quadriennium (ad Ecclesiæ similitudinem, ex *cap.* 1. *de restit. in integ. lib.* 6.) coarctatur. Minoresq; ad restitutionem obtinendam censeri pau- 10
peres; † dixerat etiam idem ipse Bald. *conf.* 465. *num.* 2. *lib.* 1. Guido Pap. *decisione* 436. *num.* 22. Cadin. Tusch. *suprà num* 10. Firmanturque prædicta ex notatis à *Nobis q.* 23. *num.* 14. & ex proximis sequentibus quæstionibus dicendis, quæ in hac cessare quasi cogunt.

VTRVM CONTRA pauperem in tempore non appellantem, appellationemvè non prosequentem currat tempus?

SVMMARIVM.

1 *Sententia à qua infrà decem dies non fuit appellatum, firma manet; in remque iudicatam transit.*
2 *Hodie intra quod tempus debeat à sententia definitiua appellari? vel etiam ab interlocutoria vim definitiua habente, vel grauamen irreparabile per definitiuam à iudicibus inferioribus lata, continente?* & num. 3.
Et in sententiis definitiuis à superioribus Iudicibus, Regiisque Senatoribus latis intra quantum tempus debeat supplicatio proponi? num. 6.
Et quid in interlocutoriis ab iisdem Regiis Senato

Senatoribus latis? num.4.
Restitutio non conceditur aduersus lapsum trium dierum intra quos supplicatio à sententia interlocutoria Iudicum superiorum proponi debet, n.5.
Et quid in paupere? n.28.& seq.
7 *Appellationis, vel supplicationis terminus currit de momento ad momentum.*
8 *Diesquè etiam in honorem Dei feriati computantur in eo.*
Et idem in computatione lapsus anni fatalis ad appellationem prosequendam, numero.10.
9 *Appellationis causa infra annum à die interposita appellationis terminari debet, aliter deserta remanet appellatio.*
Et vtrùm id vsus admiserit: ibid.
11 *Non appellans, vel appellationem intra prædicta tempora non prosequens ob paupertatem, excusatur, illæsumque sibi conseruat ius, nec contra eum tempora currunt.*
Ampliatur n.20.26.& 28.
Limitatur n.27.
12 *Et an ipso iure desinat currere tempus ad appellandum, vel ad prosequendam appellationem datum, aut per restitutionem pauperi succurratur?*
Appellationem ob paupertatem non prosequens, secundum fatale ipso iure conceditur, ibid.
Et an etiam tertium? ibid.
Verba de præsenti in lege adiecta, dispositionem ipso iure inducunt, ibid. *vers. Quodque.*
13 *Appellationis tempora contra pauperem, etiam hodie, & in locis, in quibus pauperum sunt aduocati, procuratoresque, non currunt*
14 *Et an contra pauperem appellationis tempora currant, siue appellatio in inscriptis facienda sit, siue non?* & n.19.
15 *Expressio causæ non requiritur in appellatione à sententia definitiua, fierique viua voce potest.*
16 *Et idem in appellatione ab inter locutoria vim definitiuæ habente. Limita* n.seq.
18 *In aliis verò interlocutoriis sententiis, grauaminis causa in appellatione exprimenda est.*
20 *Procurator pauper an ob paupertatem ab interpositione appellationis excusetur?*
Intellectus ad text.in l. Si Procuratorem. 8. n. Igitur si ignorauerunt, D. mandatiti, ibid.& num.14.
21 *Paupertas non excusat Procuratorem ab onere denunciandi.*
22 *Pauper non appellans, vel appellationem ob paupertatem non prosequens, id cum paupertatis iurata assertione protestari debet. Limitatur* num.seq.
23 *Paupertas notoria à protestatione excusat.*
24 *Quæ paupertas ad præstandum excusationem à lapsu fatalium, temporisque appellationis, sufficiens sit?* & n.25.
29 *Minori tutorem, vel curatorem habenti pro actu à tutore, vel curatore omisso (cum eum obligatum habeat) restitutio non datur, si modò tutor, vel curator soluendo sit: aliter secus.*
30 *Ecclesia contra Prælatum cuius culpa læsa fuit, regressum habet, nec in integrum, si Prælatus soluendo sit. restituitur.*

QVÆSTIO XXXI.

Constituta habent tempora Iura intra quæ si pars contra quam sententia lata est, aliquodvè per eam sibi grauamen illatum fuisse contendat, retractarique desideret, non appellauerit, appellationemvè prosequatur: ab appellationis beneficio, eiusvè prosequutione appellantem excludunt.

1 Igitur si intra decem dies † post sententiam latam pars non appellauerit; firma sententia manet, in remque (vt aiunt) iudicatam transit, contra quam recursus non datur, *text.* est *in auth. Hodiè, C. de appellat. cap. Anteriorum, 28.2.q.6.cap. Quoad consultationem, 15. de sent. & re iud. cap. Romana, 3.§. Si verò, c. Non solùm, 7. cap. Consertationi, 8. de appellat. libro 6. l. 22. tit. 23. part. 3.* Ex ratione de qua *Nos quæstione 51. numero 6. vers. Quarta & vltima.* 2

Qui terminus hodie ad quinque† tantùm dierum spatium redactus est, per *text. in l. 1. tit. 16. lib. 3. Ordin. & l. 1. tit. 18. lib. 4. noua Reg. Collect.* Idemque & in appellatione ab interlocutoria † vim definitiuæ habente., vel grauamen per definitiuam irreparabile continente, statuit *l. Regia, 3. eod. tit. & lib. noua Reg. Collect.* Idque in prolatis ab inferioribus Iudicibus interlocutoriis sententiis; in interlocutoriis verò à superioribus Iudicibus, Regiisque Auditoribus, tres † tantum ad supplicandum conceduntur dies; quibus elapsis, supplicationi locus non est. Ita disponit *l. 1. tit 19. lib. 4. noua Reg. Collect.* A cuius trium dierum transcursu † restitui *eadem lege* minoribus etiam denegatur. 3 4 5

In sententiis verò definitiuis à Iudicibus superioribus, † Regiisque Senatoribus latis; idem, qui de iure communi (decem scilicet dierum) ad appellandum terminus dabatur; ad supplicandum conceditur, ex *eiusdemmet legis* dispositione, quem si partes præsentes sint, à die latæ sententiæ; sin verò absentes, à die notificationis currere, decernit. 6

Isque appellationis, siue supplicationis terminus de momento † ad momentum currit idemque ipse notificationis latævè sententiæ in casu proximè dicto dies computatur, *glo. &* Bart. *in l. 1. §. Dies, num. 3. D. quando appell. sit, gl. in clem. Sicut appellationem. 3. verb. à die in princip. extra de appell.* Paul. Castr. *in d. auth. Hodie, nu. 1. C. de appell.* Alex. Trentac. (hic alios referens) *variar. resolut. lib. 2. de appellationibus, resolut. 6. num. 4.* Greg. Lopez. *in d. l. 22. tit. 23. par. 3. gl. 5. verb. Diez dias, in prin.* Camill. Borrel. *in 2. p. summ. decis. tit. 33. de appell. nu. 881. & seq.* alios adducens, latè etiam Sebast. Guaz *in. de defen. reor. defens. 36 cap. 1. n. 2. & seq.* 7

Inquè Dei honorem dies computantur † feriati, *text. in l. 1. C. de feriis*, per quem ita tenet, & summat ibi Bald. Alex. Trentac. *vbi sup. nu. 2.* Andr Gaill. *pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 129. nu. 5.* Camill. Borrell. *d. loco, numero. 884.* 8

Sin

Sin verò à sententia legitimo fuerit tempore appellatum, discutitur causa; debet tamen
9 intra annum † à die interpositæ appellationis terminari, aliter deserta manet appellatio, sententiaque firma, *auth. Ei qui appell. C. d. temp. appel. cap. Cum sit Romana*, 5. *extrà de appellat. libro 6. d. clem. Sicut appellationem, de appellat.* estque de iure Regio *tex. in l.* 11. *tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* Plura hac de re, & qualiter huiusmodi desertionem non admiserit vsus videri poterunt per Gundisal. Suarez *de Paz in praxi annot.* 2. *de Instantia, ex num.* 13. *cum seqq.*

Et in hoc quoque anno dies computari feriatos † *est text. in l.* 2. §. *Illud etiam* (*vbi glos. verb. Praecedentes*, declarat) *C. de temporibus appellat. glos.* 1. (alia iura adducens) *in d. l.* 1. *C. de ferijs* : & apertè prouidet *l. Regia*, 24. *tit.* 23. *part.* 3.
10

11 Si quis autem propter paupertatem † intra prædicta tempora non appellet, appellationemvè prosequatur, excusatur, illæsumque sibi conseruat ius, neque in rem iudicatam sententia transit, nec fatalia currunt; *text.* est in *l. Si Procuratorem.*, 8. §. *Igitur si ignorauerunt* (*vbi* Bart. & communiter doctores) *D. Mandat. text. in cap. Ex ratione*, 8. *extra de appell.* Bart *in l. Inuitus*, *num.* 6. & 7. Alex *num.* 11. Curt. *num.* 17. *C. de Procurat.* Bald. *in l.* 2. §. *Si quis in iudicio*, vbi etiam Alex. *n.* 3. *D. Si quis caut.* idem Bald. *in l. fin. num.* 5. *C. de condit. insert.* Abb. *in d. c. Ex ratione, num.* 5. Felin. *num.* 2. Decius *num.* 19. *extra de appell.* idem Decius *cons.* 436. *num.* 2. & 22. Felin. *in cap. Si qui testium*, *num.* 10. *de testib.* Quintillian. Mandos. *de monitorijs quæst.* 37. *num.* 2. Nicol. Boer. *dec.* 247. *num.* 16. Cornel. Beninc. *de pauper speciali* 3. *in indic. num.* 17. & *seqq.* Guid. Pap. *decis.* 436. *num.* 21. Matthesil. *singul. vl.* & *ibid. eius* Addit. Franc. Crem. *sing.* 121. Mantua sing. 31. *nu.* 4. Gattelian. Cott. *in suis memorabilib. verb Paupertas Cassador. decis.* 6. *de appellatio. nu.* 1. & *seq.* & *num.* 6. Hieronym. Gigas *de pensionib. quæst.* 80. *num.* 5. Alexand. Trentacin. *variar. resolut. d. lib.* 2. *tit. de appellationibus. resolut.* 6. *num.* 5. Sebastian. *de Medic. de casibus fortuit.* 2. *part. quæst.* 4. *num.* 10. & *in tract. Mors omnia soluit*, 1. *part. num.* 103. *p.* 4. *propè med. vers. septimò excusat à desertione, ne appellanti fatalia currant*, Marius Giurba *decis.* 19. *numero* 3. & *num.* 12. Carpan. *ad statut. Mediolani*, *cap.* 131. *num.* 64. Cumia *in ritib. Magn. Curiæ*, *ritu*, *suo ordine* 81. *num.* 19. Anton. Grauat. *in annotat. ad octauian. vestrum in praxi*, *lib.* 4. *cap.* 4. *tit de dolo*, & *contum. num.* 27. *verb. Paupertas, versic. Item paupertas excusat. ab appellando*, Roland. à Valle *consil.* 87. *num.* 51. *lib.* 2. Francisc. Viuius *decis.* 268. *num.* 5. *lib.* 2. latè Stephan. Gratian. *decis.* 34. *per tot.* Fuluius Pacian. *d. probat. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 64. Iacob. Mynsing. *singul. obseruat. cent.* 4. *obseruat.* 97. *per tot.* Andr. Gaill. *practic. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 142. Hieronym. Ceual. *in tractatu de cognit. per viam violent. quæst.* 112. *num.* 1. vbi quòd Iudex Ecclesiasticus appellatione remota exequendo, contra lapsumquè temporis exceptionem inopiæ non admittendo, vim faceret. Suprà dictam quoquè tenent sententiam Laurent. Syluan. *cons.* 69 *numero* 17. *part.* 2. Antonin. Thesaur. *dec.* 10. *numero* 5. Sigismund. Scacci. *de appellationib. quæst.* 12. *numero* 162. & *seqq.* nouissimè Camil. Borrel. *in* 2. *p. summæ decis. tit.* 33. *numero* 1180. & *seq.* Robert. Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 1. *numero* 56. Alex. Raud. *de analog. cap.* 22. *numero* 185. Bernard. Græuæ. *conclus. pract.* Came. Impet. *conclus.* 142. *numero.* 3. & *seqq. lib.* 1. Anton. *à* Quesada *in suis quæstionib. iuri.*, *cap.* 31. *numero* 24. & *sequentibus* Ioan. Aloif. Ricci. *in praxi variar. resolut. resolutione* 115. *numero* 3. *in fin. text.* de iure Reg. in *l.* 2. *tit.* 18. *libro.* 4. *nouæ collect. vbi* Azeuedo *numero* 45. Menchac. *controuers. illust. cap.* 41. *numero* 1. & *seq.* ipso iure † desinere 12
tempus currere ad appellandum datum *nu.* 5. addens : veriùs tamen forte videri, tempus ipso iure currere, restitutionem verò concedi, per *leg. fin. C. de longi temp. præscript.* Pro qua sententia faciunt dicta per *Ioannem Maur. in tract. de restitut. cap.* 362. vbi iustissimam esse paupertatis causam ad restitutionem pro appellatione exercẽda dicit, ex *text. in auth. de his, qui ingredi ad appelland.* §. 1. aliisque iuribus, & authoritaribus, eundemque huiusmodi in integrum restitutionem effectũ operari, ac si in rem iudicatam non trãsiisset sententia; ita in terminis testari asserens *Dominos de Rota decis.* 446. *sub tit. de restitut. in integr.* Nic. Boer. *decis.* 247. *numero.* 13. *cum sequentib.* Qua de re fusè Laurent. Syluan. *d. consil.* 69. *numero* 19. & *seq. part.* 2. vbi quid operetur restitutio, vel quòd ipso iure tempus non currat? Sigismund. Scacci. *de appellat. quæst.* 15. *numero* 45. & *sequentib.* vbi quòd appellans, ob paupertatem appellationem non prosequens, secundo ipso iure consequitur fatale; ad quod est *text. in d. cap. Ex tenore*, 8. *de appel.* & tenet Cornel. Beninc. *dicto speciali* 3. *in indic. numero* 18. aduertens pariter, quod si primum, & secundum fatale in quibus appellationem prosequi, & terminare non potuisset esset lapsum tertiũ ipso iure illi non competeret fatale, sed per restitutionem in integrum paupertatis intuitu, ex generali prætoris clausula, de qua in *l.* 1. *in fin. D. ex quib. caus. maior. gloss. in d. auth. Ei qui*, *verbo manet* (communiter recepta) *C. de tempor. appellat.* plures referens sequitur Paz *in praxi*, *d. annot.* 2. *de instantia*, *num.* 14. & 15. reprobans *glossam in d. capite Ex ratione*, *de appellat.* volentem etiam tertium fatale ipso iure legitimè impedito concedi, nec restitutione opus esse. Pro qua facere videtur *text. idem ipse ibi*, quęque *quæst. seq. à numero* 12. dicemus. Primumque aut secundum fatale, instantiamvè non currere, tenent etiam Nicol. Bor. *decis.* 247. *numero* 14. Neuzan. *cons.* 41. *numero* 6. Guid. Pap. *de appellat. quæst.* 15. *numero* 21. Andr. Gaill. *pract. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 142. *numero* 2. Antonin. *Sola ad decreta Sabaud. tit. de sentent. glos.* 6. *n.* 9. Mari. Giurba *d. decis.* 18. *numero* 16. Antonin. Thesaur. *dicta decis.* 10. *numero* 5.

Quodque pauperi non appellanti appellationemvè in tempore non prosequenti tempus ipso iure non curat, restitutioque necessaria non sit; suadet etiam *text. in d.* §. *Igitur si*

ipſo iure non currat, reſtitutioque neceſſaria non ſit; ſuadet etiam *tex.in d.§. Igitur ſi ignorauerunt*, ad quod cum in illis verbis, *Excuſata eſt eorum inopia*, pondero: Verba enim de præſenti in lege adiecta, diſpoſitionem ipſo iure inducunt, *glo.*optima in *l.1.verb. Efficerentur, C.ne liceat potentioribus glo.in l.Si quis maior,41.verb.Infamia,iuncto text. ibid.verb. Notatur, C.de tranſact.* quam ſequuntur ibi Bart. Bald.Paul.Salyc.& alij, *gloſſa in l.ſi quis in tantam,7.verb. Earumdem,verſ. Super quarto quæro,C.vnde vi*, pleniſſimè (propè infinitos huius ſententiæ referens) Andreas Tiraq. *in l. Si vnquam, verb.Reuertatur,n.21.C.de reuoc. donat.*ad quem,& ad Proſp.Farinac.*in 2.par. fragment. crimin. lit. L, n.60.* remittimus Lectorem.

Ampliandamque, & intelligendam prædictam arbitror concluſionem, regulamque *d. §. Igitur ſi ignorauerunt*, vt procedat locumque etiam hodiè, † & in locis, in quibus paupe-
13 rum adſunt Aduocati Procuratoreſque, habeat. Tum quia hi de iure communi gratis pauperibus patrocinium tenebantur præſtare (vt latè *quæſt.28.* oſtendimus) & tamen appellationis tempora contra eos non currere, ex eodem communi iure (Regio poſtmodum confirmato per *dictam legem 2.titulo 18. lib.4.nouæ Reg. Collect.*)ſtatutum videmus.Tùm quia licèt pauperum Aduocati,Procuratoreſque ſalariati exiſtant; tardi adhuc in pauperum ſubuentione, ob præſentis honorarij, ſtipendijque ſolutionis defectum eſſe ſolent. Qua de cauſa facilè poſſet appellandi proſequendiuè appellationem prætcrire tempus. Quæ fundamentalis *d.§. Igitur ſi ignorauerunt dictæque legis ſi Procuratorem,8. D.Mand.* videtur ratio.Cumque vt ab his expenſis liberetur pauper, debeat (iuxta modum ſaltem *legis 15. tit.12.lib.1.Recop.*)de paupertate docere,ſumptuſque aliqui fiant, neceſſe ſit temporiſque conſumptio; excuſatio prætenditur legitimè. Licet parum his forſan attentus diſſentiat *Anton. Theſaur. d. deciſ. 10. numero 5.*

Fallunt tamen, limitanda, intelligendaque ſuprà dicta veniunt, quando in ſcriptis facienda appellatio † ſit, non ſi viua voce appellare
14 ſufficiat,cum ad id expenſæ fiant non ſit neceſſe. Ita tenet Guido Pap. *dec. 426.n.22. & in tract.de appellat.q.15.n.21.*Guill.Bened.*in cap. Raynuntius,verb.Vxorem nomine Adelaſiam, n. 144.de teſtam.* Addit. *ad Mattheſil. ſingul. vlt. numero 1.* vbi in appellatione à definitiua, in qua cauſæ expreſſio † neceſſaria non exem-
15 plificat, *text.in l.Scio,3.& ibi gloſſ.ff. D.de appell.gloſſ.& communiter DD. in cap.Cum in Eccleſia,extra de appellat.* Idemque in appellatione ab interlocutoria vim definitiuæ habente,
16 † tenet in terminis Peruſin. *in cap.1.numero 6. de appellat.in 6.* communem dicit Decius *in in cap.peruenit,el 2. extra de appellat.* refert,& ſequitur Paz *in praxi in procemio ſextæ part. 1. tom. numero 34.* qui *numero 35.* hanc veram reſolutionem dicit, niſi quando in aliquo caſu à iure, vel à Principe † prohibita appella-
17 tio ſit: quia tunc tam in appellatione à definitiua, quàm ab interlocutoria vim definitiuæ, habente exprimi cauſa debet, ſecundùm *gl. in c.Romana,§.Si autem,verb.Mandetur,de appellat.in 6.* communiter receptam ex *Decio in in capit.Ad noſtram, numero 13. extra de appellat.* Aliter verò in appellatione ab interlocutoria, † quæ in ſcriptis,cauſaque grauami- 18
nis expreſſa, porrigenda eſt, *text.in cap.1. de appell. in 6. clement. Appellanti,5.eod.tit.* Bald. *in l.Minoribus, numero 5. C. de his quibus vt indignis.* Ludouic.Rom. *ſing. 774.* Qua de re & eius in foro obſeruantia vide *paz vbi ſuprà*, & latiſſimè Scacciam *de appell. q.4. art.4. per tot.*

Prædictam etiam ſententiam, ac diſtinctionem (non excuſari pauperem, quando ſine ſumptibus fieri poteſt appellatio) † obſeruat Ste- 19
phan.Grat.*deciſ.34.numero 6.& 7.*Iacobus Pute. *deciſ.436.numero 5.lib.2.* vbi & quòd paupertas ratione modicæ impenſæ in conſideratione non eſt. Licet adhuc in iſto caſu contrarium teneat Guill.Caſſader.*d.deciſ.6.in prin. tit.de appell.* excuſare aſſerens paupertatem etiam ab appellatione viua voce facienda. Rationem reddit, quia eſſet reſtringere, & diuinare, arctareturque pauper ſtatim appellare, cum tamen in eius ſit electione, vel viua voce, vel in ſcriptis hoc facere: refert quoque *Grat.ſuprà,numero 5.*

Prima tamen ſententia verior, iuſtiorque videtur. Cum enim præſentis excuſationis ratio, ſit paupertas, ſumptuumque faciendorum impotentia; vbi ſumptus neceſſarij non ſunt, non excuſabit.Et præter iam relatos) ſuprà dictam ſequuti ſunt, tenueruntque diſtinctionem Robert.Lancellot.*in tract. de attentat. 2.p.c.12.ampli.1.numero 116. & 117.* Carpan. *in ſtat.Mediol.cap.131.numero 64.* Ioach.Myſing.*ſing.obſeruat.cent.4. obſeruat.97. n.3.* Bernar.Græu.*d.concluſ.142.num.8.*

Dicta autem in principali paupere non appellante, appellationemvè non proſequente: idem quoque & in procuratore † paupere di- 20
cendum eſt, *text. in d. l. Si procuratorem, §. Igitur ſi ignorauerunt.*Licet Anton. à Queſada *in ſuis quæſtionibus iuris,q.31.numero 26.* non ſuaderi dicat, ad ſolam appellationis interpoſitionem vllam poſſe tam acrem, aut adeò duram conſiderari paupertatem, quæ ab appellationis interpoſitione, etiamſi in ſcriptis redigi debeat, excuſare valeat: cum ea impenſa paruiſſimi poſſit eſſe momenti. Reſpondetque contrariis, *d.* præſertim *§. Igitur ſi ignorauerunt*, in appellationis proſequutione intelligi poſſe. Quo ſpiritu dicit interpretatum fuiſſe *textum illum* Boër. *deciſ. 247. numero 14.* Qui tamen id nequaquam aſſerit: affirmat aut Bart. *in d. l. Inuitus, numero 7. codice de procurat.* Nullo tamen modo huiuſmodi intellectus *d. §.* conuenit, adaptatiuè poteſt, cum expreſſè in appellationis propoſitione loquatur,non in proſequutione,vt ex eius verbis conſtat, ibi: *Auxilium appellationis omiſerunt*: & ibi: *cæterum dolo verſati ſunt, ſi non prouocauerunt.Quid tamen ſi paupertas eis non permiſit? Excuſata eſt eorum inopia.* Semper itaque prouocationis initium, non etiam proſequutionem d.lex reſpicit: legitimamque Procuratori pauperi appellationem interponendi, (vbi ſaltem in ſcriptis facienda ſit) excuſationem præſtat, vt in principali tradidimus. Non enim minimas, quandoque ad appellationem iuridicè interponendam expenſas fieri neceſſe eſt; imò ſæpè magnæ re-

quiruntur, vt si actorum inspectionem requirat; vt tandem considerat, tenetque idem ipse *Quesada suprà numero* 27. Satisque etiam vbi in voce fieri posset appellatio, non currere pauperi appellationis tempora, suadent verba *dicti* §. *Igitur*, rationisque Guillielm. Cassadori supra in id relati.

Licèt autem ab appellandi onere Procuratorem excuset paupertas; non tamen ab onere
21 denunciandi, † cum nullus, vel minimus ad id requiratur sumptus: tradit *Sigismund. Scacci. in tract. de appell. quæst.* 5. *num.* 22.

22 Nec etiam à protestandi onere, † cum iurata paupertatis assertione, quam facere debet non appellans, vel appellationem ob paupertatem non prosequens, cum nec ad hoc sumptus aliqui requirantur, notant Antonin. Thesaurus *d. decis.* 10. *numero* 5. Tho. Gramm. *voto* 31. *numero* 13. Marius Giurba *d. decis.* 18. *num.* 16. *& seqq.* vbi quod debet in actibus constare. *Cumia in ritib. Magnæ Curiæ, ritu* 76. *numero* 60. Muscatell. *de appellat. part.* 2. *gloss. Secundum fatale, numero* 18. *& gloss. primum, per tot.* Sigismund. Scaccia *eodem de appellat. tract. d. quæst.* 15. *numero* 48. Nicol. Intrigliol. *singul.* 221. *lib.* 1.

23 Si tamen notoria paupertas esset, † à protestando excusaret, nec tempus curreret, vel instantia, vt (ex Bald. & Felino) tradit Cornel. Beninc. *de paupert. quæst.* 4. *numero* 22. quem sequitur Antonin. Thesaur. *vbi suprà, &* Giurba *d. decis.* 18. *numero* 17. Notandaque ad hæc, quæ diximus *quæst.* 17. *num.* 44. *& seqq.* præcipuè *n.* 48.

Dubium tamen est, quæ ad excusationem ab interpositione appellationis, lapsuque fatalium sufficiens sit paupertas? In quo vltimam
24 indigentiam, omnimodamque inopiam (ex Vlpiani sententia in *dict. l. Si Procuratorem*, 8. §. *Igitur si ignorauerunt, D. mandati*) requiri, dicendum videtur, in sæpè repetitis illis verbis. *Quid tamen si paupertas eis non permisit? Excusata est eorum inopia.* Vbi non quamlibet paupertatem, eo modo quo latè diximus *quæst.* 4. huiusmodi excusationem præstare; sed *inopiam* (cuius diuersam à paupertate significationem esse notauimus *quæst.* 1. *numero* 14.) videtur manifestè sentire. Cum enim *Consultus* ibi de *paupertate* quæreret, de *inopia* respondit.

Sed & in hac specie, vt à lapsu fatalium, temporisque appellationis excusetur, *quis pauper*
25 *per dicatur*; Iudicis arbitrio † relinquendum (ex sententia *Baldi in cons.* 5. *in fine, lib.* 1. Alex. *consil.* 37. *in princip. lib.* 7. *& con.* 91. *num.* 3. & alij tenet Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera* P. *conclus.* 160. *num.* 4. deduciturque ex adductis à *nobis quæst.* 4. *numero* 75. *&* 76. *& quæst.* 1. *n.* 19.

Huiusmodique fauore etiam pauper, qui
26 culpa sua † in paupertatem deuenit, gaudet, secundùm Francisc. Viui. *decis.* 268. *numero* 8. quem refert, & sequitur Alex. Trentacin. *variar. resolut. lib.* 2. *tit. de appellationibus resolut.* 6. *numero* 5. sic sæpè iudicatum vidisse asserentem.

Non tamen gaudebit, qui à patre expensas,
27 litisque sumptus consequitur, † consequiuè potest, iuxta ea, quæ latè *quæst.* 38. tradidimus, nec tunc paupertatis excusabitur prætextu. Ita tenent Felin. *in cap. Si qui testium, numero* 9. *de testibus &* Stephan. Grat. *d. decis. trigesima quarta numero decimo.*

Circa hæc autem insurgit dubitatio ex *text. in d. l.* 1. *tit.* 19. *lib.* 4. *noua Reg. Collect.* quæ supplicationem intra triduum proponi iubet, restitutionemque aduersus huius temporis lapsum etiam minoribus, tutores, vel curatores habentibus denegat; an in paupere locum habeat? In qua locum quoad pauperes prædictam legem non habere, † si Iudex paupertatem in 28
causa fuisse perspexerit, concedendamque restitutionem, imò necessariam non esse, nec tempus aduersus pauperem in præsenti currere; ex latè suprà dictis, dicendisque *sequenti quæstione, à numero* 12. *& sequentibus*, respondendum videtur. Diuersamque in hoc casu minorum, pauperumque inuenio rationem, vt illis denegetur; his autem restitutio (ad minus) concedatur. Quia illi tutorem, vel curatorem negligentem obligatum habent, † nullumque inde patiuntur detrimentum, quod 29
paterentur hi. Contra tutoremque, vel curatorem dari in isto casu minori recursum, securumque esse aduersus temporis lapsum, est *text. in l. Si tutoris*, 23. *C. de administr. tutor.* traditque (ex communi) Sfort. Odd. *in tract. de restit. in integr. quæst.* 22. *artic.* 3. *numero* 22. vbi quod si instantia perit tutoris, vel curatoris culpa, aduersus instantiæ lapsum minor non restituitur, si tutor, vel curator soluendo sit, quia contra tutorem, vel curatorem datur illi recursus: secùs si soluendo non sit, tunc enim in integrum minorem restitui, asserit (cum eo) Aurel. Corbul. *in tract. de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 27. *num.* 19. *&* 21. Idem (ex multis) in Ecclesia † dicens, quæ potest contra Prælatum cuius culpa læsa fuit, habere regressum, nec tunc restitutionem Ecclesiæ concedendam, si Prælatus soluendo sit (ex *d. l. Si tutoris*, & aliis iuribus, ibidem numerisque sequentibus adductis) firmat. 30

VTRVM PRÆSCRIPTIO decennalis, vicenalis, vel tricenalis contra pauperem currat?

SVMMARIVM

1 *Præscriptio quo iure, quibusque rationibus fuerit introducta?* & numero secundo, tertio & quarto.
3 *Præscriptio quid sit?*
4 *Præscriptionem tacitè videtur comprobare, qui eam compleri passus est.*
5 *Imperator an possit Ecclesiæ concedere, vt contra eam non currat præscriptio?*
6 *Præscriptio an possit per partes renunciari? remissiuè.*
7 *Præscriptionis tempus contra quaslibet personas spatio decem, viginti, vel triginta annorum terminatur.*
8 *Et quid contra pauperes, vel Ecclesiam?* & n. 9. & 10.
11 *Contra pauperes incertos, & in genere, an currat præscriptio?*
12 *Et quid contra pauperes certos?* & num. seqq.

Legitimè

Legitimè impedito ipso iure non currit tempus, ibid.

13 *Et etiam si impedimenti origo impediti culpa (ad casum non praeordinata) eueniat.*

14 *Et an tam in impedito impedimento facti, quàm iuris, procedat?* & numero sequent.

15 *Impedito impedimento facti, siue reo, siue actori datur restitutio.*

17 *Præscriptio non currit contra eum, qui negligens non est.*

18 *Pauper quoad hoc negligens dici non potest.*

19 *De paupertate, vel impedimento constare debet, vt & paupertas prosit, impedimentumque excuset.*

20 *Impedimentum non excusat eum, qui illud potuit remouere, nec dicitur impeditus, qui remouere impedimentum potest.*

21 *Vt impedimentum excuset, an protestatio requiratur?*

QVÆSTIO XXXII.

1 PRæscriptio ob publicum fauorem, † ne dominia rerum in incerto essent, vtque aliquis daretur litium finis, à Iure ciuili fuit introducta, *tex.* est in *l.1. De vsucap. & in l. fin. D. pro suo*, Angel. Aretin. *cons. 72.* (incip. *In casu supra dicto*) *numero 19. & seqq. & cons. 91.* (incipit. *Nulli dubium*) *in princ.* Ioan. Fransc. Balb. *in tractat. de præscript. 1. part. quæst. 4. princip. numero 1.* Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera P. conclus. 520. numero 3.* Dionys. Gothofred. *in d. l. 1. littera B. verb. Publico, D. de vsucap. tex.* de iure Reg. in *l. 1. tit. 29. part. 3. & ibid.* Gregor. Lop.

2 In odiumque negligentium, † Petr. de Ancharran. *cons. 5. num. 12. & sequenti, vers. Superest de quarto*, Cardinal. Tusch. *supra numero 1. & d. l. Partitæ.* Deprehenditur ex præscriptionis diffinitione tradita per Ioan. Andre. *in cap. Possessor, de regul. iur. lib. 6.* communiter approbata, teste Francisco Balbo *suprà quæstio*

3 *1. numero 3.* quam sic definit. † *Præscriptio est ius quoddam ex tempore congruens, legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens.* Imò præscriptionem

4 tacitè visus est comprobare, † qui præscriptionis tempora compleri passus est, consentireque, & alienare censetur, *text. in l. Alienationis verbum, 28. D. verb. signif. gloss. & Canonistæ in cap. Audi, extra de præscriptio.* tradit (ex pluribus) Franc. Balb. *de tractat. de præscript. 1. part. quæstio 5. num. 2. 3. 4. 5. & 6. & ibid. Addition. litt. C.*

Vndè nec Ecclesiæ concedere potest Impe-

5 rator, ne contra eam vlla currat † præscriptio, secundum Angel. Aretin. *de cons. 72. numero 7. & sequentib.* communem dicens *n. 9.* Cardin. Tusc. *de conclus. 520. num. 6* huius rei declarationem vide, & ea etiam de re Gregor. Lop. *in d. l. 1. tit. 29. part. 3. gloss. 1.* vbi & an præscri-

6 ptionis possit per partes † renunciari?

Præscriptionisque tempus contra quaslibet

7 personas spatio decem. † viginti, vel triginta annorum terminatur, *l. 1. & toto titulo, C. de præscript. longi tempor. l. Sicut, 3. l. omnes, 4. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum, l. 18. 19. 21. & 22. d. tit. 29. par. 3. l. 63. Tauri, l. 6. tit. 15. lib. 4. noua Reg. Collect.* Cuius temporis transcursus omne extinguit ius, ex dictorum Iurium constitutione.

Paupertatis tamen fauor effecit, vt si aliquid pauperibus relictum, donatum, venditum, alterve quomodocumque debitum sit, ad eosque pertineat, minori spatio quadraginta † 8 annorum non præscribatur: *text. in auth. De Ecclesiast. tit. §. Pro temporalibus, collat. 9.* docentque Bald. *in auth. Quas actiones, numero 3. &* Ias. *numero 1. C. de sacrosanct. Eccle.* Abb. *in cap. 2. num. 10.* extra *de præscript. (vbi est text.)* Imol. *in c. fin. eod. tit.* Francisc. Balb. *de præscript. 1. part. 5. partis, quæst. 1. numero 5.* Cornel. Benincac. *de paupert. quæst. 4. principali, numero 25.* Sebastian. *de Medic. in tractat. de casibus fortuit. 2. part. quæst. 1. numero 35.* Didac. Couar. *in regul. Possessor, 2. part. relect. §. 2. numero 3. versic. Imo & hac,* Anell. de Amat. *cons. 38. numero 23.* Dionys. Gothofred. *in praxi, lib. 1. tit. 5. de statu hominum*, vbi de priuilegiis miserabilium personarum agit.

Qui omnes ex pauperum cum Ecclesia æquiparatione (contra quam minori quadraginta † 9 annorum spatio non præscribitur, *d. auth. Quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* & notant proximè relati) id firmant.

Ac etiam si pauperibus quid specialiter † 10 relictum sit, ad eosvè res pertineat, *d. §. pro temporalibus* locum esse, assentiunt suprà adducti, firmaturque ex dictis à *Nobis quæst. 23. numero 14. & quæst. 30. numero 8. & seqq.*

Si enim aliquid in genere † pauperibus relin- 11 quatur, nullam contra eos præscriptionem currere; tenuerunt Anton. & Imol. *in capit. Nihil, de præsumpt.* Licet contradicat *ibid. Panorm. numero 10. & 11.* & (ex ipsius fundamentis, quamuis eo non relato) Didac. Couar. *in d. regula Possessor. part. 2. §. 2. n. 3. de vers. Imò.*

Ex alio etiam capite contra pauperes certos, & in specie præscriptio non currit, quod nempè agere non valent. Si enim ita quis paupertate premeretur, vt illi experiundi potestas non esset; contra eum non curreret præscriptio. Cum legitimè impedito † tempus non currat, 12 *l. 1. in fin. C. de annali exceptio. l. 1. D. de diuers. & temp. præscript. l. In rebus, 30. §. Omnis, C. de iure dot. l. 1. in fin. C. de bon. quæ liber. capit. Quia diuersitatem, 5. extra de concess. præbend. auth. Nisi tricennale, in eius secunda parte, C. de bon. matern. gloss. in l. Sicut, 3. verb. Seruanda, C. de præscript. trig. vel quadrag. annor.* Bald. *in l. Præses, num. 6. & in d. l. In rebus numero 3. C. de iure dot.* Francisc. Balb. *de præscription. 1. par. 6. part princip. 1. quæst. numero 15. & 16.* Couarr. *in cap. 3. de testam. numero 6.* Arias Pinel. *in dict. auth. Nisi tricennale, numero 42.* Roland. à Valle *cons. 79. numero 15. lib. 1.*

Nec in hoc casu restitutione opus est, ipsoque iure desinit tempus currere, ex proximis relatis iuribus. Imò etiamsi impedimenti origo culpa † proueniat impediti, si modò ad 13 casum culpa præordinata non sit, *text.* est singularis, & vnicus *in d. cap. Quia diuersitatem, 5. de concess. præbend.* Vbi sex menses dati Prælatis Ecclesiasticis ad beneficia conferenda, aduersus Episcopum sua culpa suspensum, vel dum ad Apostolicã Sedem accessit, apud

apud eamq; remansit, non currunt. Quem *text.* ad hoc extollit Iason. *in §. Rursus, n.26. & ibi* Gomezi.*n.15.instit.de actio.* reputatque singularem Alexand. *cons.58.n.10. lib.5.* Decius *in l.1.lect.1.num.27.C.qui admitti, Igneus in l.2. §. Si conditioni,n.85. D.ad S. C.* Syllani. Francisc. Bald. *d.1.part.6.part.num.21.vers.Amplia tertiò.* Bartholom. Cassanæ.*in consuet. Burg.rubric. 11.§.1.numero* 38. Paul. Paris. *cons.* 104. *numero* 145. *libro primo* Aymon Crauet. *cons.* 201. *numero* 29. Arias Pinel. *in d. authent. Nisi tricennale, numero* 46. *codice de bon. matern.*

Vndè tam in impedito impedimento iuris,
15 † quam facti, in neutroque casu præscriptionem currere infertur, deduciturque ex eodem *tex.in d. cap. Quia diuersitatem*, vtrumque, æquiparante, in eiusdemque pariter disponente, in *suspensionis* nempè impedimento facti *eundi*, & *redeundi*, vt *ibidem* notat Panormit. *numero* 3. Arias Pinel. *vbi supra numero* 47. Comprobatque hanc sententiam *text. in capit. Transmissa*, 10. *in fin. de præscript.*

Licet in impedimento facti præscriptionem ipso iure currere; † impedito tamen restituere restitutionem dari; communior resolutio sit, ex Bart. *in l. Senatusconsult. numero* 2. *D. Si quis autem, D. de itin. actuque priuat.* Bald.*in l.fin.§. Donec, numero* 2. *codice de iure deliber. & in d.l.Sicut,in fin.C. de præscript.trigint. vel quadragint. annorum, & in l. 1. numero* 22. *oppositione* 22. *Codice qui admitti*, Paul. Castrens. *in l.2. §.si quis in iudicio, numero* 4. *D.si quis cantion.* Iason *in dicto §. Rursus, numero* 24. *instit. de action.* Panormit. *in d. cap.Ex transmissa, numero* 13. *& ibidem* Felin. *numero* 8. *de præscript.* Nicol. Boër. *decis.* 40. *numero* 3. Francisc. Balb. *de præscript. d.1. part.6.part.quæst.1.numero 21. vers. Et quamuis*, Bartholom. Cassanæ, *in consuet.Burg. rubric.1.§.8.numero* 2[illegible]. Arias Pinel. *in d.authent. Nisi tricennale, numero* 42. assentit Petr.Surd. *cons.* 251. *num.7. 9. & sequent.* Vbi huiusmodi restitutionem tam reo dari, quam actori defendit. Tenet etiam prædictam distinctionem *idem ipse* Surd.*cons.268. numero* 34. Octauian. Osasc.*decis.69.numero* 16. Azeued.(in terminis *leg.63.Tauri, & l. 6. tit. 15. lib. 4. nouæ Reg. Collect.*)*ibid.numero* 20. *&* 21.

Pro qua tamen inter Iuris, factique impe-
16 dimentum † distinctione, congruam non video assignatam rationem, nec responsionis ad *text.in d.cap.Quia diuersitatem, & in d. cap. Ex transmissa*, nec iura per eius sequaces adducta illam probant.

Quare in puncto iuris primam opinionem veriorem iudico. Indeque fieri, vt contra pauperem nequaquam currat præscriptio. Et in specie obseruat Pinel.*sup.numero* 46. Firmaturque præterea, quia cum in odium etiam negligentium præscriptio fuerit inducta (vt prædiximus) negligentia cessante contra eum,
17 qui negligens non est † præscriptio non curret, vt probat expressè *text.in d. cap. Quia diuersitatem*, Petr. de Anchar. *cons.5. incip. Pro parte nobilis, num.12. & seqq.* quem refert & sequitur Cardin. Dominic. Tuch. *practic. conclus. littera P. dict. conclusion.* 570. *numero* 1.

Pauper autem quoad hoc negligens dici non potest, † vt latè *quæst.17.numero* 32. *& seqq.* ostendimus. Contra eumque tempus non currere, *quæstione* quoque præcedenti monstrauimus.

Vt autem suprà dicta procedant, de paupertate, † vel impedimento constare debet, ex deductis à nobis *quæst. 5. num.11.* Et quòd impedimentum non potuerit remouere; aliàs 18
impedimentum non excusat † eum, qui illud remouere potuit, *gloss.in d.cap.Quia diuersitatem, verb.Suspensionis*, & ibi notant Butr. & Panorm. communem dicentes, Bald. *in l. sed si Pretorem, §. 1. D. ex quibus caus. maior.* Dec. *cons.677.numero* 3. Nec enim dicitur impeditus, qui impedimentum remouere potest, *idem* Dec.*in cap.In nomine,numero 5.de testibus*, tradit latè Fransc.Balb.*de præscript.d.1.par.6.part. numero* 23. Roland.à Valle *cons.79.numero* 18. *part.1.* Petr. Surd. *cons.8.num.25.* Paul. Æmil. Veral.*decis.72.num.1.4.5.6. & 7. part.2.*

Protestationemque † etiam requiri, nec aliter impeditum excusari; tenuerunt Felin.*in dict. capit. Ex transmissa, numero 5. & 6. de præscript.* Alexand. *in l. De pupillo, §. Si quis ipsi Pratoris,numero 9. & 27. D. de noui oper. nunciat.vbi* Ias.*numero* 2. *Idem* Iason *in l.Qui aliena,§. Celsus, numero 26. D. de acquir. hæredit.* Matthæ, *de Afflict. decis. 29. numero 2.* Paris. *cons.101.numero.94.& cons.34.numero 20.lib. 1.* Arias Pinel.*in d.auth.Nisi tricennale, numero 43.vers.Ampliatur 4. C. de bon. matern.* & est communis, teste Paulo Æmil. Veral. *d. 2. par. decis.73.num.1.* 19

Contrariam tamen sententiam (regulariter protestationem non requiri, impedimentumque ad excusationem sufficere) tenuerunt Alexand. *in l. 2. §. Quod diximus, ad fin. D.si quis cautio, & cons.112. lib.1.* Dec. *cons.566. num.5.* Andre.Tiraquel. *de retract. linag. §. 9. gloss.3.num.20.* aliisque relatis hanc veriorem, & tenendam dicit Arias Pinel.*sup.d.numero 43. vers.Mihi autem*, Francisc.Beccius *cons.104. n. 13. & seqq.* eamque seruat *Rota*, teste Paul. Æmil. Verallo *sup.num.1.& 2.* Petr.Surd.*cons. 268.numero* 41. Et circa hæc videnda, quæ dicta *quæst.17.numero 43.& seqq.& quæst. præcedenti,n.23.* diximus: Secundum enim ibi relatam sententiam hæc quoque intelligi poterit, si de impedimento nempè notoriè constet.

VTRVM PAVPER BIENnio, vel triennio pensionem emphyteusis soluere cessans, à iure suo, in commissumque cadat?

SVMMARIVM.

1 *Cessans biennio in Ecclesiasticis, vel triennio in secularibus pensionem soluere emphyteusis, à iure suo cadit. Ampliatur pluribus modis*, n. 2. & seqq. *vsque ad* n. 21. exclusiuè.

4 *Emphyteuta debito tempore canonem, vel pensionem non soluens, quando a domino expelli propria authoritate non possit?*

7 *Ex æquitate ſolet Rota excuſare emphyteutam magnam ſoluentem penſionem, ne ob defectum ſolutionis paruæ quantitatis à iure ſuo cadat.*

12 *Minoribus, vel etiam pupillis, aut infantibus reſtitutio aduerſus non ſolutum canonem, aut etiam ex clauſula generali non datur, ſi tutores, vel curatores, qui ſoluendo ſint, habeant; contra quos minoribus actio datur*, num. 12. *Secus aliter*, num. ſeq.

Et idem in Ciuitate, Caſtro, vel Villa adminiſtratorem habentibus, qui ſoluendo ſit, num. 14.

13 *In dubio tutorem, vel curatorem ſoluendo eſſe præſumitur.*

17 *Iurans penſionem ſoluere emphyteuſis quolibet anno, ſi primo anno deficiat cadit ab emphyteuſi.*

18 *Et quid in eo qui cum iuramento ſoluere quolibet anno quinquaginta vſque ad decem promiſit? an ſi vno anno deficiat, pro omnibus virtute iuramenti poſſit conueniri?*

19 *Conductor expelli poteſt (alio non expectato) à re conducta, ſi iurauit ſoluere, & in vnius termini ſolutione deficiat.*

20 *Penſionarius penſionem beneficij in tempore litteris ſtatuto non ſoluens, beneficio priuatur. Limitatur in paupere*, n. 27

21 *Emphyteuta, qui ob paupertatem debito tempore canonem non ſoluit, excuſatur, nec à iure ſuo cadit, expellendusvè à poſſeſſione erit, ſi ſoluere paratus ſit. Ampliatur, licèt in paupertatem ad caſum non præordinata ſua culpa deuenerit*, n. 28

22 *Et etiamſi iuramentum appoſitum ſit, quia adhuc ob paupertatem excuſatur.*

Paupertas excuſat à mora, à periurio, & à pœna ibid.

23 *Et an paupertas excuſet iurantem, quando tempore contractus adderat difficultas?*

24 *Ceſſans ſoluere, quia fuit incarceratus, vel quomodolibet impeditus, à iure ſuo non cadit.*

25 *Iurans non opponere compenſationem ſi paupertate prematur, iuramento non obſtante, poterit compenſare.*

26 *Vaſſallus non præſtans Domino ſeruitium ob paupertatem, excuſatur.*

Et quis ad hoc pauper dicatur? ibid.

29 *Litera gratiarum de beneficijs conceſſæ, infrà ſex menſes expediri debent.*

30 *Qui ob paupertatem prædictas literas expedire infrà ſex menſes non poteſt, à conſtitutione regulæ Cancellariæ, de literis non expeditis, excuſabitur.*

QVÆSTIO XXXIII.

1 CEſſans biennio † in Eccleſiaſticis, vel triennio in ſecularibus penſionem emphyteuſis ſoluere, à iure ſuo, in commiſſumquè cadit, *text.* eſt *in cap. Potuit. 4. de locat. in auth. Qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ. in l. 2. (& ibi gloſ. verb. Triennium, vbi* Iaſ. *num.* 10. *&* 54. dicit communem) *C. de iure emphyteut. in authent. De alienat. & emphyt.* §. *Si verò quis aut locator, collat. 9. gloſ. fin. in* §. *Adeò*, & ibidem Scribentes, *inſtit. de locat. text.* de iure Regio *in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. E aun dezimos*, Ludouic. Romam. *ſingul.* 561. Bart. Paul. Alex. & alij, quos refert, & ſequitur Cornel. Beninc. *de paupert. ſpeciali 9. in contractib. num. 1. & ſeqq.* Alber. Brun. *conſ. 41. num. 23.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſi. 54. num. 1. & deciſ. Lucenſ. 46. n. 10.* Iul. Clar. *in* §. *Emphyteuſis, quæſt. 8. verſ. Aut verò emphyteuta*, Didac. Couar. *variar. lib. 3. cap. 7. num. 1. verſ. Ex hac verò differentia*, Cardinal. Tuſch. *lit. E. concluſ. 192. num. 1. & ſeqq.* vbi plures ampliationes, limitationeſquè aſſignat, Franciſc. Viuius *deciſ. 501. num. 1.* Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. tit. 33. de emphyteoſi, & emphyteota, num. 95. & 174.* plenè Aurel. Courbul. *de iure emphyteut. cap. 15.* Rota Roman. *Diuerſor. deciſ. 691. in princip. 1. par. & deciſ. 572. num. 1. ead. 1. par. & deciſ. 30. num. 1. par. 3.* P. Ludouic. Molina *de iuſtit. & iure, tom. 2. diſput. 453. num. 1.* Barnab. Cornaza. *deciſ. Lucenſ. 46. num. 1.* Flamin. Chart. *deciſ. Genuenſ. 75. n. 10.* Ioan. Anton. Trigona *ſingul. 33. num. 1.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. cap. 31. numero 1. par. 1.* Paul. Æmil. Veral. *deciſ. 180. num. 1. lib. 1.*

Ipſoquè iure † abſque aliqua ſententia, vel 2
declaratione, canonem prædicto tempore non ſoluentem, in commiſſum (domino volente) incidere, eleganter (ex iuribus in principio adductis) defendit (communem ſententiam aſſerens) Allexand. *conſ. 6. num. 19. & ſeqq. lib. 3.* latè etiam comprobant. Salycet. *in d. l. 2. quæſtio 3. num. 28. & ſequent. C. de iure emphy. & ibid.* Iaſ. *num. 12. & ſequenti, &* Bald. *in 2. lectura, num. 3.* Coral. Ruinus *conſ. 154. n. 6. lib. 1. & conſ. 57. num. 11. lib. 4.* Philipp. Corne. *conſ. 165. numero 22. vſque ad 28. lib. 2.* Caſſador. *deciſ. 2. numero 1. tit. de locato*, communem teſtatur Anton. *de Butrio in d. capit. Potuit, numero 18. extra de locato*, Decius *conſ. 146. numero 7. in fin.* & ab hac opinione recedendum non eſſe quam communis Doctorum ſententia, & conſuetudo approbauit, teſtatur, Iul. Clar. *lib. 4. receptar. ſentent. in d.* §. *Emphyteuſis, quæſt. 9.* eámquè, ſequitur lateque defendit (plurimos congerens) Aurel. Corbul. *de iure emphyteut. cap. 15. ampliat. 45. numero 1. & ſeqq.* Ioan. Gutier. *d. cap. 31. numero 2.*

Hincquè deducitur, poſſe dominum emphyteutam canonem non ſoluentem per dictum tempus, propria authoritate † expellere, 3
poſſeſſionemquè rei emphyteuticæ ingredi: quam probat ſententiam *text. in d. l. 2.* (ibi: *Volenti ei licere eum prædijs emphyteuticarijs repellere*, vbi notat *gloſ. d. verb. Repellere*: & ibi: *Sed omnimodo eo, ſi dominus voluerit, repellendo*) *C. de iure emphyt. text.* etiam *in d. auth. De alienat. & emphyteuſi*, §. *Si verò, quis, aut locator, collat. 9.* ibi: *Et eijcere de emphyteuſi, text. in d. auth. Qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ibi: *Hac lege repelli poteſt.* Tenent Federic. *de Senis conſ. 170. circa fin. verſ. Præterea ſi fuiſſet*, Bald. *conſ. 503. lib. 5. in princip.* communem, & magis communem dicit Alexand. *conſ. 131. lib. 4.* communem etiam dicit *Socin. Senior conſ. 167. num. 15. lib. 2.* & magis communem Socin. Iun. *conſ. 35. in fin. lib. 3.* Gozadin. *conſ. 39. in fin. numero 25.* Abb. *conſ. 67. numero 2. lib. 2.* Iul. Clar. Corne, Dec. & alij, quos refert, & ſequitur Cardina. Dominic. Tuſch. *littera E. concluſ. 191. numer. 1. & ſeqq.* pluribus modis amplians, & declarans, Bald. *in d. l. 2. n. 13. & ibid.* Salycet *n. 11.* Iaſ. *num. 109. C. de iure emphyt.*

phyt. idem Bald. *conf.*518. *numero* 1. & 2. *lib.*5. estquè etiam communis Canonistarum *in d. capit. Potuit*, vbi hanc tenent Butri. *num.*18. Imol. 31. & 32. Bero. 153. *vers. Præmissis tamen non obstantibus*, & Abb. *numero* 13. hancquè sententiam amplexa fuit *Rota Roman. diuersor.*3.*p.decis.*30.*per tot*, communem, & veriorem, ab eâquè recedendum non esse, dicit Ioan. Gutier. *de iurament. confirm. d. cap.*31. *n.*2.1.*p.* licèt id via ordinaria coram iudice peti, semper vidisse addat, Hieronym. Gabriel. *conf.* 88. *numero* 23. *lib.*1. Ludouic. Molin. *de contract.* 2 *tomo disputat.* 453. *numero* 23. vbi de communi, Aluar. Valasc. *de iur. emphyt. quæst.* 18. *numero* 9. Aurel. Cobul. *eod. tract. tit. de causa priuat. ob non solutum canonem, quæst.*12. *num.*1. Ouid. *de Amic. d. tract. de iure emphyt. quæst.*31. *num.* 1. 2. & 3. & si ipse contrarium teneat. Prædictam quoque sententiam defendunt multi alij relati per Petr. Barbos. *in l. Si de vi*, 37. *numero* 288. *D. de iudic.* & *numero* 289. Emmanuelem Rodrig. *in quæst. regul.*1. *par. quæst.*38. *art.*2. adducentem, qui *Bullam Py V.* concessam fratribus SS. Trinitatis, in Regno Portugalliæ, vt propria authoritate possint emphyteutam non soluentem pensionem in tempore debito expellere, refert; & post longam disputationem opinionem hanc receptiorem, indistinctè probandam dicit, eamque confirmat *numero* 313. cum multis seqq. Hæc deniq; sententia hodie approbata de iure Regio est, per *text. in d.l.*28. *tit.*8. *par.*5. ibi: *Los señores della sin mandado del juez la puedam tomar*, & *ibid.* Gregor. Lopez *glos.*15. Quam tamen limitat, & intelligit ibi, nisi emphyteuta de facto
4 resisteret, † vel nisi dominus pro expellendo emphyteutam adiuit iudicem, non protestans, vt expellendi ius sibi saluum remaneret; vel nisi emphyteuta se soluisse diceret, tempusvè solutionis nondum elapsum; cum per negationem res efficiatur dubia. De quibus omnibus latiùs eum ibi, Doctoresquè in proximè relatis consule locis.

5 Liteque etiam durante, † inducitur, completurquè caducitas. Si enim super caducitate ante tempus biennij, vel triennij completum, lis contestata sit, eaquè pendente impleatur; caducitatem incurri, iungiquè tempora; probant Anton. Capiti. *decis.*16. *numero* 6. *vers. Sed quoniam*, Achilles *de Graffis* (ita resolutum fuisse dicens) *decis.*1. *tit. de locato*, Cardin. Iacob. Pute. *decis.*426. *lib.*3. *in princip.* sic resolutum adseuerans, Paul. Æmil. Verall. *decis.* 299. *num.*1. *lib.*1. Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.*15. *ampliat.*16. *numero* 5. hanc sententiam sequutos fuisse Dominos *de Rota in vna Romana Casalis Trufellæ, sub die* 29. *Ianuarij* 1582. *in manuscriptis* asseres, Petr. Surd. (alios referens) *decis.*6. *numero* 1. quam tamen sententiam sibi duram videri aduertit, contra eamque tenet *numero* 2. & *seqq.* qui adhæret Camil. Borrel. *in summa decis tit.*33. *de emphyteosi, emphyteota, ac iure emphyteotico, n.*155. & 156. *part.*1. vbi declarat.

6 Vniusque nummi defectum † caducitatem inducere, etiamsi canon, vel pensio magna sit, obseruat *glos. in d. auth. Qui rem, verb. Repelli potest*, *C. de sacrosanct. Eccles. in princip.* licèt in contrarium postmodum inclinet Specul. *in tit. de locato*, §. *Nunc aliqua*, & *ibi* Ioan. Andr. *in eius addit. quæst.*29. *numero* 40. Bald. *in rubric. C. de contrahend. empt. quæst.*10. *numero* 18. Alberic. *in d. auth. Qui rem*, *numero* 4. Alex. *in l. In executione*, §. *Item si ita numero* 5. *D. de verbor. obligat.* vbi etiam Paul. Castrens. *numero* 1. *in fin.* Ias. (de magis communi attestans) *in d.l.*2. *numero* 53. *vers. Sexto decimo quæro*, *C. de iur. emphyt.* Andr. Tyraquel. *de iudic. in rebus exiguis*, *versic. Quinquagesimo primo*, & *de retract. conuent.* §. 4. *glos.* 6. *numero* 26. Oldrad. *consil.*29. *numero* 2. Ioann. Crot. *in repet. legis* 4. §. *Cato*, *num.*29. (vbi magis communem dicit) *D. de verbor. obligat.* Gozadin. *cons.*57. *numero* 15. & *cons.*69. *numero* 8. Imol. *in d. capit. Potuit*, *numero* 47. *extra de locato.* Marc. Anton. Natta *cons.*479. *numero* 7. & *sequenti*, *lib.*3, Guil. Rodoa, *in tractat. de reb. Eccles. non aliend. quæst.*18. *de remissione merced. num.*10. Cardina. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera E. d. conclus.*192. *numero* 4. 10. 11. & 12. Anton. Gamma *decis.*41. *numero* 2. & *decis.*116. *numero* 1. Aluar. Valasc. *consult.* 86. *numero* 6. & 3. vbi hanc tenet, in punctoquè iuris defendit Petr. Benint. *decis. Bononiens.* 6. Camil. Borrel. *in summa decis. d. tit.* 33. *de emphyteosi, & emphyteota, numer.*96. Carol. Ruy. *cons.*167. *numero* 10. *lib.*1. Alexand. Raudens. *variar. resolut. lib.*1. *cap.*17. *numero* 27. Paul. Æmil. Veral. *decis.* 182. *numero* 2. & *decis.*30. *numero* 3. *lib.*1. latè Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 5. *per tot.* Cardinal. Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 2 *tit. tit.*27. *numero* 14. in hanc (de rigore iuris) inclinat P. Ludouic. Molin. *d.* 2. *tomo disputat.* 453. *numero* 13. plenè etiam Ouid. *de Amicis de iure emphyt. quæst.*7. *ex numero* 3. & *seqq.* Petr. Surd. *decis.* 221. *numero* 21. Bernard. Cornaz. *decis. numero* 33. Vincent. Carot. *decis. siue casu* 6. *numero* 8. Stephan. Gratian. *discept. Forens.* 1. *tomo cap.*152. *numero* 7. 9. & 11. Roland. *à Valle cons.*17. *numero* 14. (communem dicens) *lib.*2.

Ex æquitate † verò ob tam paruæ quantitatis 7
defectum, vbi magna pensio debetur, estquè constituta, à caducitate emphyteutam excusare solet *Rota*, vt testatur Cardinal. Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. d. lib.*22. *tit.*27. *num.*14. *in fin.* & *numero* 56. & Ouid. *de Amic. d. quæst.*7. *numero* 9.

Nec ab emphyteusi ob non solutum cano- 8
nem cadens, melioramenta † in re emphyteutica facta recuperat, sed pariter ad dominum pertinent; *text.* est in *d. authent. Qui rem in fin. C. de sacrosanct. Eccles.* ibi: *Non repetiturus si quid impedit nomine meliorationis*, & ibi notat *glos. text. in d.l.*2. *C. de iure emphyt.* ibi: *Nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum quæ emponemata dicuntur, vel pœna opponenda*: tenentquè Bald. *in rubric. C. de iure emphyt. n.*4. & *in l. fin.* §. *Emptor autem, n.*6. *C. commun. de legat.* & *in l. In rem actio*, §. *fin. in fin. D. de rei vendic.* & *in* §. *Si vassallus. Hic finit lex Frederici*, vbi etiam Aluarot. & Afflict. *numero* 6. frequentionem Doctorum sententiam dicit Decius *cons.*518. *numero* 1. & 2. Bart. & Castrens. *in l. Colonus*, *D. locati*, idem Castrens. *cons.*237. *in fin. lib.*1. Augustin. Bero. *quæst.*19. *numero* 2. & *q.*94. *numero* 4. *ver. Aut vasalli magna impensa*, Cuman. *cons.*57. *numero* 5. Bartol. Cœpol. *cons.*25. *numero* 19. Panormit. *cons.*

conſ. 74.*n.*1.*verſ.circa ſecundũ,lib.*1.Decius *in d.auth. Qui rẽ n.*14.Guido Pap. *deciſ.*438.*n.*1. Iul.Clar.(ex cõmuni Doct.ſententia) *lib.*4. *recept.ſentent.*§.*Emphyteuſis, quaſtio* 45. Frãciſc. Sarmient. *ſelectar. opin. l.*3.*c.*4. *in princip.* latè Aurel. Corbul. *de iure emphyt. capit.*15. *ampliat.*36. Vincent. *de Franch. deciſ.* 191. *numero* 1. *& per tot.* Camil. Borrel. *d.tit.*33. *numero* 220. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*117. *numero* 33. vbi dicit communem, Anton. Faber. *in ſuo codice definitionum, lib.*4. *tit.*42. *de iure emphyt. & feud. definit.*24.

9 Quæ & in Eccleſia † ab alia Eccleſia, vel à priuato rem in emphyteuſim habente procedunt. Si enim per biennium Eccleſiæ, vel triennium priuato canonem non ſoluat, in commiſſum cadit, *gloſ.in capit. Conſtitutus.*6.§. *cum autem, verbo, Iuxta ratam.de Religioſ. domib.* vbi Panormit. *numero* 18. Bald. *in l.Placet, numero* 9. *C.de ſacroſanct. Eccleſ.& ibi eius Addit. littera E. & in d.auth. Qui rem numero* 4. *vbi* Hioronym.Cagnol.*numero* 61. *& ſeq.* teſtatur de cõmmuni Iaſ. *in d.l.*2.*numero* 48.*C. de iure emphyt.* adducens quoque *gloſ.in d.auth. Qui rem, & in d.capit. Potuit*, Thom. Parpal. *in repet.d.l. Placet numero* 120. vbi hanc magis communem Canoniſtarum ſententiam eſſe, aſſerit, *& ibid.* Iaſ.*numero* 161. *lectur. & numero* 18. *lectur.*2. plures refert, lateque materiam proſequitur Aurel. Corbul. *de iure emphyt.d. cap.*15. *ampliat.* 27. *per tot.* Cardin. Dominic. Tuſch. *d.concluſ.*192.*numero*29. *lit.* E.Gregor. Lopez *in d.l.* 28.*tit.*8. *part.*5. *gloſ. verb. Por dos años.*

Imò plus voluit Specul. *in tit.de emphyteuſi, n.*25.*&* 26. Eccleſiam à iure ſuo cadere, em-
10 phyteuſimque amittere, ſi per biennium † priuato à quo emphyteuſim habebat, penſionem non ſoluit; vt par ſit cum ipſo priuato emphyteuſim ab Eccleſia habente; licèt contra dicat Iaſ.*in d.l.*2. *numero* 50. contrariumque verius putet, ne illud, quod in Eccleſiæ fauorem conceſſum eſt,in eius retorqueatur odium, contra leg. *Quod fauore,*6.*C.de legib.* cum ſimilib.

11 In minoreque † 25. annis (quis Eccleſiæ æquiparatur, *text.in cap.*1. *de in integ. reſtit.*) probat dictam ſententiam expreſſus *text. in l. Si tutoris,*23. *C.de adminiſtrat. tutor. vbi notat.* Bart. & Salycet. *in princ.* Specul. *in d.tit. de iure emphyt. numero* 24. Bald. *in l.*2. *numero* 3. *C.ſi aduerſ.vendit.pignor.* Guid Pap. *deciſ.*435. *numero* 1. *& ſeqq.* Thom. Grammat. *deciſ.*52. *num.*1. Iaſ.*in d.l.*2. *numero* 48.*C.de iure emphyteut.*vbi idem dicit ex *Speculat.Martino de Fano*, & alijs. Quod & Ciuitate tradit ex pluribus Aurel. Corbul. *de iure emphyt. d. cap.*15. *ampliat.*28. *numero* 1. *& ſeqq.per tot.* Cardinal. Tuſch. *d.concluſ.*192. *numero* 28.

12 Quin etiam & in pupillo, † & infante idem obſeruari contendit Corbulus *ſuprà, ampliatione* 29. *numero* 1. *& ſeqq.* Neque reſtitutionem eis concedi, non ſolum vt minoribus: ſed neque ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta cauſa*, ſi tutores, vel curatores, qui ſoluendo ſint, habeant, ex ratione (præter alias) *text. in d.l. Si tutoris,*23. quòd ſcilicet minori, pupillo, vel infanti aduerſus tutorem, vel curatorem, qui huiuſmodi damnum ob non ſolutum canonem reſarcire tenetur, poſſit eſſe conſultum;traditque ex pluribus(communem dicens) *numero* 12. *& ſeqq.* & notauimus *quæſt.*31. *numero* 29.*&* 30. In dubioque tutorem, vel cu-
ratorem, ſoluendo eſſe † præſumi, aſſerit Hie- 13
ronym. Gratus *conſ.* 119. *ad fin. lib.*1. Sfort Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 48. *art.*8. *numero* 67. quos refert & ſequitur *ipſe Corbulus d. ampliat.*29. *numero* 14. Idem in Ciuitate, † 14
Caſtro, vel Villa adminiſtrationem, qui ſoluendo ſit habentibus, quod in minore, vel pupillo, vt non reſtituatur firmans ex prædicta *legis Si tutoris* ratione. Secus ſi vel curatorem, aut adminiſtratorem non habeant,vel habeant, non tamen ſoluendo, traditque ex pluribus. *ſuprà n.*6. & latiùs, ac expreſſiùs *ampliat.*30. *per tot.*

In locationeque † ad longum tempus prin- 15
cipalem concluſionem procedere, vt ſi per biennium, aut triennium penſionem ſoluere ceſſet conductor, à iure ſuo, quemadmodum emphyteuta cadat, probant *text.in d.auth. Qui rem, C.de ſacroſ. Eccleſ.& in d.auth. De alienat. & emphyt.* §.*Si verò quis aut locator, collat.*9. traditque Angel. *in.*§.*Scire, in princip. in auth. De non alienand.* Abb. *in c.propter ſterilitatem, vltim. not.* extra *de locato*, Iaſ.*in d.l.*2. *num.*39. *C.de iure emphyt. & in d auth. Qui rem, n.*15. *in fin.* Carol. Ruin. *conſ.*153. *numero* 10. *lib.*1. Andre. Tyraquel.*de retract. linag.* §.1.*gloſ.*14. *numero* 48.Aurel. Corbul.*d.tract.d.cap.*10. *ampliat.*23.Nicol.Boër.*deciſ.*234.*numero* 3.Marc. Anton.Natta *conſ.*36.*num.*3. Cardinal. Tuſch. *d.concluſ.*192.*numero* 9. Vincent. Carot. *de locato, tit. de effectu locationis ad longum tempus, quæſt.*6.*numero* 1.*folio mihi* 59.vbi communem, & veriorem dicit.

Idemque ſi in aliqua ſolutionis penſionis parte inquillinus, † vel conductor deficiat, 16
tenet (ex Bald. Alexand. & alijs Andre. Tyraquel. *de retract. conuent.*§.4. *gloſ.*6. *numero* 26. eſtque *text. in l.Ædem,*3. (ibi: *Si penſionem domino inſolidum ſoluiſti*) *C.de locato.*

Quòd ſi empyteuta cum iuramento † ſolue- 17
re penſionem quolibet anno promiſit, ſi primo anno deficiat ab emphyteuſi (non expectato biennio, vel triennio) cadere, tradunt Bald. *in capit.Querelam,numero* 2.*verſ. Nota quòd propter duas cauſas, & ibi* Felin. *numero* 8.*de iureiurand.* per text. *in l.Si quis maior.*41. *C.de tranſact.vbi* Iaſ.*numero* 12.Franciſc.Curt.*numero* 18. Bologne.*numero* 33.Thom.Parpald.*numero* 11. *&* 54. vbi communem dicit Ripa *notab.*3. Hieronym.Cagnol.*n.*32.*&* 51.& nouiſſimè *ibidem* Barthol. Berthaz. *in eiuſd.leg. repet.n.*269. *cum ſeqq.* Decius *in cap. Ex parte, n.*7. extra *de reſcript.& in d.auth.Qui rem,n.*10.*verſ. Octauò,C. de ſacroſanct. Eccleſ.*Alexand.*conſ.*85.*lib.*1. Anton.de Petruc.*in repet.leg.*1. *effectu* 24.*nu.*236. *D.de iureiurand.* Grat.*conſ.*81. *n.*3. *in fin. lib.*1. Curt.Iun. (de communi atteſtans)*in l.Lecta, numero* 26.*D.ſi cert.pet.*Ripa *in d cap.Ex parte, numero* 20.*&* 21. Auguſtin. Bero.*conſ.*126.*numero* 7.*lib.*1.*& conſ.*119.*num.*11. *& conſ.*125. *numero.*2.*eod.lib.*Ioan.Anton.Trigon.*ſingul.*33. *numero* 2.Guil.Caſſado, *deciſ.*2.*per tot.tit.de iureiurand.* Guil. Bened.*in cap.Raynuntius, verb. Teſtamentum,el* 3.*numero* 27.*de teſtam.* Gozad. *conſ.*57.*poſt num.*19. *verſ. Non obſtat,* Iul.Clar. *recept.ſentent.lib.*4.§.*Emphyteuſis, quæſt.*8.*verſ. Et hoc idem,*latè Aurel.Corbul. *de iure emphyt. cap.*15. *ampliat.* 40. *per tot.* Albert. Brun. *conſ.*

conſ.46.numero 2. Anton. Gabriel. *commun.concluſ. tit.de tranſact. concluſ.*1. *numero* 41. Vincent. *de Anna. ſing.* 286. Cardinal. Dominic. Tuſch. *d.lit.E.concluſio.*192.*numero* 74.*& liter. M.concluſ.* 373. *numero* 39. Camil. Borrel. *in ſumma deciſ.d.tit.*33.*de emphyteuſi,numero* 249. *& tit.*60. *de iuram. numero* 72. Marc. Anton. Natta *conſ.*479.*numero* 11.*& ſeqq.lib.*3.*& conſil.*426.*numero* 21.*lib.*2. Alexand. Raudenſ.*variar.reſol.lib.*1. *cap.*17. *numero* 11.*& variar.lection.lib.*1. *cap.*29. *numero* 24. Roland. *à Valle conſ.*6.*numero* 42.*& conſ.*8. *numero* 41. *& conſ.* 77.*numero* 18.*lib.*1.*& conſ.*25.*numero* 23. (vbi de magis communi) *lib.*2. Proſper Farinac. *fragm. crimin.*2.*par lit. I.numero* 1143. Ouid. *de Amic. de iure emphyt.q.*27.*numero* 1.2.*&* 3. licèt *numero ſeqq.* contrarium, defendat Paul. Æmil.Veral. *deciſ.*300. *numero* 1. *lib.*1. Cæſar. Barzi. *deciſ.*16. *numero* 3. Marc. Anton. Bauer. *in tractat.de virib. iurament. numero* 22. vbi de communi, Ioan.Gutier. *de iurament.confirm.*1. *par.d.cap.*31 *numero* 7. communem etiam dicens Stephan.Gratian. *diſceptat.Forenſ. cap.*19. *numero* 6. vbi de communi Doctorum ſententia, Ludouic. Molin. *d.diſput.* 453. *numero* 4. licèt (cum Couar. ibi relato) contrarium dicat Ioſeph. Ludouic. *deciſ.Peruſi.*22.*n.*14. Pyrrh. Maur. *in tract.de ſolutionib.oblat.& retentio capit.*95. *numero* 2. vbi *per tot. cap.* An qui cum iuramento quinquaginta quolibet anno vſque ad decem ſoluere promiſit, ſi vno anno deficiat,
18 † pro omnibus virtute iuramenti conueniri poſſit? diſſerit, allegatque Bertazol. *poſt tract. de clauſul.in repet.d.leg. Si quis maior, quæſt.*47. *numero* 641. concludentem,quòd ſic,licèt inter debitum antiquum,nouumque diſtinguat,vt in debito antiquo iurato poſſit debitor ad totam ſummam adſtringi, ex vnius termini ſolutionis defectu: ſecùs ſi debitum ſit nouum, quia tunc non ad totam ſummam; ſed pro illo tantùm tempore decurſo,maturato,& non ſoluto compelli poterit. Hancquè ſolutionem æquiorem, & veriorem videri dicit Pyrrh.Maur.*vbi ſuprà.* Qua etiam de re vide Petr.Ioann.Anchar.*quæſt. famili. lib.*1.*quæſt.*64. *numero* 1.*& ſeqq.*

In locatione etiam in qua iuramentum ap-
19 poſitum eſt, † ſufficere vnius termini ſolutionem deficere, vt conductor (alio non expectato) expelli poſſit, tradunt Alexand. *d.conſ.*85. *lib.*1. Marc. Anton. Bauer.*d.tract.de virib.iuram. numero* 19. Roland. *à Valle d.conſ.*6.*numero* 43. *libro* 1. alios referens ſequitur Stephan.Gratia. *d. cap.*19.*numero* 7.

20 In penſionibus etiam Eccleſiaſticis † principalis procedit aſſertio: ſi enim beneficij Rector in tempore de quo in literis fit mentio, penſionem non ſoluat, beneficio priuatur, vt latè per Hieronym. Gigantem *de penſionib.Eccleſ. quæſt.*78. *per tot.*

Paupertatis tamen fauor præfatæ principalis concluſionis vires eneruat, ceſſareque facit. Emphyteuta enim, qui per triennium à cano-
21 nis ſolutione ob paupertatem † ceſſauit, excuſatur, neque à iure ſuo cadit, expellendusvè à poſſeſſione erit, ſi ſoluere velit, vt eſt communis, & recepta ſententia, quam tenent Speculat. *in tit.de emphyteuſi, num.* 40. Bald. Petr. Foller. & alij, quos refert, & ſequitur Cornel. Beninc. *de pauperta. ſpeciali* 9. *in contract. numero* 9. *& ſeqq.* Iaſ. *in d.l.*2. *numero* 53.*verſ. Sextodecimò quæro, & verſ. Secundò potes limitare,* Sebaſtian. *de Medic. de caſib. fortuit.*2. *par. quæſt.*4.*numero* 19. Iul.Clar.*in d.§. Emphyteuſis, quæſt.*8. *verſ. Hoc autem,* Petr. Surd. *de aliment.tit.*1. *quæſt.*48.*num.*37. Franciſc.Burſat. *conſ.*440. *numero* 20. *lib.*4. vbi quòd ita conſuluit, & in facto obtinuit, Franciſc. Milanenſ. *deciſ.*17.*numero* 38.*lib.*2. Camil. Borrel.*in ſumma deciſ. d.tit.* 33. *de emphyteuſi, & emphyteuta, numero* 166. Aurel.Corbul. *de iure emphyt. d.cap.*15. *limitatio.*29. *numero* 1. Alphonſ.Villagut. *deciſ.*1. *numero* 65. Vincent. Carot. *de locato, & conduct.*2. *par. de effect. locat. ad longum temp. quæſt.*6. *numero* 38. *fol.mihi* 61. Cardin.Dominic.Tuſch.*pract. concluſ. d.lit. E.concluſ.*192. *numero* 195. Ludouic. Molin. *de contract.lib.*2. *tomo, d.diſput.*453. *numero* 13.*verſ.In priori verò euentu,* Cardin. Franciſc. Mantic. *de taci. & ambig. conuent.lib.*22. *titul.*27. *numero* 54. Maurit. Apicel. *allegat.*6. *num.*10. Ioan. Aloyſ. Ricci, *collect.*2163. *verſ. Item eſt aduertendum, quòd paupertas.*

Quæ etiam vbi iuramentum appoſitum eſ-
ſet, † procederet concluſio, adhùcquè in canonis ſolutione ob paupertatem ceſſans excuſatur, nec à iure ſuo cadit, ſic tenet Bald. *(per text. ibi) in d.cap. Querelam, numero* 5.*de iureiurand.* Franciſc. Rip.*in l. Quod te mihi,num.*40. *D.ſi cert. petat.* Cornel.Beninc. *ſup.num.*13.*& ſeq.* Petr.Surd.*d.quæſt.*48.*numero* 37. vbi quod paupertas excuſat à mora, à periurio, & à pœna, Didac. Couar. *variar. reſolut. lib.*2. *cap.*1. *numero* 9. *verſ. Quoties verò,* Ioan. *de Arnon. ſingul.*62. Ioan. Anton. Trigon.*d.ſingul.*33.*numero* 4. Cardin. Mantic. *d.tit.*27. *numero* 54. Vincent. Carot. *vbi ſup. numero* 38.*&* 39. veriorem, & magis communem ſententiam dicens, Emmanuel.Suar.*in ſuo theſauro recept.ſentent. lit. D.n.*70. vbi limitat, niſi tempore contractus adeſſet difficultas, † quod præcipuè ſi 23
veroſimiliter tempore conſtituto, vel quo ſolutio facienda eſſet, futurum eſſe, vt non poſſet ſoluere putaret, poſſet procedere, diximuſquè *quæſt.*26.*numero* 8. vbi etiam pro prædicta principali ſententia plures retulimus *numero* 6. Et faciunt latè tradita per Hieronym. Gigan. *de penſionib. Eccleſiaſt.quæſt.*75.*per tot.* vbi, quod ceſſans ſoluere, quia fuit incarceratus, † vel 24
quomodolibet impeditus, à iure ſuo non cadit, Vincent.etiam Carot. *d.*2. *par.quæſt.*6.*num.*40. Quodque tradit Petr. Ioan. Anchar. *lib.*1.*quæſtion.familiar. quæſt.*2. *numero* 5. vbi quod non opponere compenſationem † iurans, ſi pau- 25
pertate prematur, iuramento non obſtante. poterit compenſare, adducit Petr. Paulum Pariſ. *conſ.*121. *numero* 41.*lib.*1. Andr. Tyraquellum *de retract.* §.3. *gloſ.*3. *numero* 6. *&* Hieronym. Gratum *reſponſo* 121.*n.*4.*lib.*1.

Et idem, quod in emphyteuta dictum eſt,
in vaſſallo † quoque ſeruitium Domino ob 26
paupertatem non præſtante, excuſariquè, tradunt Iſern. *in capit. Imperialem, numero* 39. *verſiculo, Si propter paupertatem, & in capit.* 1.§. *Sed nec eſt alia numero* 35. *verſiculo, Si verò non poſſunt. Quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* refert, & ſequitur Camil. Laratha *conſ.* 5.*numero* 149. vbi pauperum in præſenti, & excuſari dicit,qui ſolùm Caſtrum redditus ducatorum 150. habebat,quia decenter alere vxorem filios, & familiam non poterat, Cæſar. Vrſil.

ta

in addit. ad Matthæ. *de Afflict. decis.* 179. *nu.* 6. vbi, quòd vassallus multos filios habens, ob eorum sustentationem à seruitio excusatur.

27 Excusari etiam pensionarium, qui propter paupertatem † tempore constituto non soluit; latè defendit Hieronym. Gigas *de pensionib. Ecclesiast. quæstione* 80. *per tot.* Sebastian. *de Medic.* (mendosè eum referens) *de casib. fortuit. d.* 2. *par. quæst.* 4. *num.* 4.

28 Prædictàque etiamsi emphyteuta ob culpam suam † (non tamen ad casum præordinatam) in paupertatem deuenerit, procedunt, amplianturquè, vt latè suo loco dicemus, notauimusquè etiam *quæstione* 32. *numero* 13. & in specie, & terminis nostris tradit Aurel. Corbul. *de iure emphyt. dict. capit.* 13. *limitat.* 19. *numero* 2. Syluan. *de feudi recog. quæst.* 77. *numero* 5. Ioan. Aloys. Ricci. *dict. collect.* 2163. *vers. Sed tunc prodest.* Licèt contradicat Ioann. Anton. Trigon. *d. singul.* 33. *num.* 5. Qui tamen, si paupertas ad casum fuisset præordinata, intelligendus erit.

29 Pro suprà dictorum confirmatione adiiciendum etiam, quòd licèt per regulam Cancellariæ *de liter. non expedi.* (de qua per Ludouic. Roman. *consil.* 340. *dub.* 2. & Ludouic. Gomez *in regula de annali possessore, quæstione* 19. *in princip.*) quaslibet gratiarum literas de beneficiis concessas infrà sex menses † fore expediendas, sit prouisum; si tamen ob paupertatem † cui gratia, vel beneficium concessum

30 est, eas infrà dictum tempus expedire nequiuerit; excusabitur, à dictaquè regulæ constitutione. Et iustam in hoc casu excusationis causam paupertatem esse; ostendit *Rota Roman. Diuersor. part.* 1. *decis.* 676. tenetquè Ioann. Aloys. Ricci. *d. collect. decis.* 6. *part. collect.* 1197. *vers. Et primò vt paupertas excuset à regula de literis non expeditis.*

VTRVM CONTRA DIVITEM VT SIBI SVBVENIAT, AGERE POSSIT PAUPER?

SVMMARIVM.

1 *Sub mortali peccati reatu diues pauperi in extrema constituto necessitate subuenire tenetur, ex bonis etiam quibus quis ad statum suum indiget, modò non ad naturalem necessitatem leuandam.*

2 *Pauper etiam subuenire pauperi in extrema existenti indigentia, quoad actum interiorem, sicut diues quoad actum exteriorem tenetur.*

3 *Bona operatio voluntaria esse debet, nec inuitus quis ad bonum opus peragendum adstringitur.*

Bonum nullum nisi voluntarium, ibidem.

Eleemosyna ex voluntate facienda est, ibid.

4 *Diuites, vt pauperibus subueniant, Iudicis officio compelli possunt.*

5 *Pauper habet actionem ad petendum panem, quem auarus detinet. Et quando?* num. 6.

7 *Diuites possunt per excommunicationem ad faciendum eleemosynam pauperibus compelli.*

QVÆST. XXXIV.

NEgatiua pars in hac videtur quæstione tenenda, asserendùmquè non posse pauperem contra diuitem agere, vt sibi subueniat; idquè siue necessitas, paupertasquè extrema sit, siue non. Quia licèt pauperi in extrema constituto necessitate teneatur † sub mortiferi peccati reatu, subuenire diues, *Matthæi cap.* 25. 1
ibi: *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere, &c.* & ibi: *Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi potum, &c.* & Isai capit. 58. *Frange esurienti panem tuum,* & Ioann. 3. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo Dei charitas manet in illo?* Subueniendumquè existenti in extrema necessitate, etiam ex bonis, quibus quis ad statum suum indiget, modò non ad naturalem necessitatem subleuandam, est, *text. in cap. Non satis,* 14. *& cap. Pasce,* 21. 86. *dist.* D. Thom. 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 5. *& quodlibet.* 8. *artic.* 12. Abb. *in cap. Si verò, numero* 6. *de iureiurando,* Archidiac. *in cap.* 1. *distinct.* 1. sic intelligens *glossam ibi,* vbi etiam Felin. *in fin.* alios referens, Gaspar Baeça *de inope debit. cap.* 11. *num.* 16. Syluest. Ioan. Maior, Cardin. Turrec. Abulens. Ioann. à Medin. & alij, quos refert, & sequitur (latè hanc sententiam comprobans) Didac. Gouar. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 14. *numer.* 5. Franc. Ripa, *in l.* 1. *numer.* 119. *D. solut. matrim.* Palac. Rube. *in repet. cap. Per vestras,* §. 13. *numer.* 3. Cornel. Beninçac. *de paupert. speciali* 5. *in indicys, num.* 18. *& seqq.* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 99. *per tot.* Ludouic. Mexia *de taxa panis, conclus.* 1. *num.* 6.

Nec solùm diues, sed etiam pauper † (desiderio saltem) ad subuentionem hanc in tali necessitate tenetur, eleemosynamquè quoad interiorem actum, sicut ad exteriorem diues, præstare. Vterque enim pariter ad amandum proximum obligatur vt docet, Martin. Nauar. *in cap. Quiescamus,* 42. *disti. numero* 11. Pro qua etiam sententia adduco illud *Tobiæ* 4. *Quomodò potueris esto misericors.* Ouidyquè *Tristium lib.* 1. *Elegia* 8. 2

Est etiam in miseris pietas, &c.

Et Amorem lib. 1. Eleg.

Officium pauper numeret, studiumquè fidemquè.

Adhuc tamen quoad forum exterius non videtur concessa actio pauperi in qualibet existenti necessitate contra diuitem vt sibi subueniat, neque ad id (præcipuè in non ita extrema) cogi posse Bona enim operatio † voluntaria esse debet, *text. in cap. Præsens,* 4. 20. *quæst.* 3. *cap. Non est,* 10. 15. *quæst.* 1. *cap.* 1. *de decim. lib.* 6. Nullusque ad bonum opus peragendum inuitus adstringitur. *d. iurib.* cum (vt inquit *text. in d. cap. Præsens*) *Nullum quippè bonum, nisi voluntarium:* dixeratquè Sen. epist. libr. 9. epist. 68. *Quia nihil honestum est, quod ab inuito, quod d. coactò fit. Omne honestum voluntarium est,* ait Matthæ. *de Afflict. decis.* 151. 3

per tot. præcipuè *numero* 2. prosequitur latè in terminis nostris Cornel. Beninc. *d. speciali* 5. *in iudic. numero* 1. *& seqq.* Iustinus Martir. *in apologia* 2. *pro Christianis ad Antoninum Pium. Quibus copia suppetunt* (inquit) *hi si volunt, suo quisque arbitrio, quod vult largitur. Iustum enim operari, voluntarium est*, vtquè inquit Aristotel. Ethicor. 5. *& lib.* 3. Quisquis est dominus suarum operationum à principio vsquè ad finem. Indè Psalmista, *Psalm.* 53. *Voluntariè sacrificabo tibi:* tradunt in specie dictam sententiam Camil. Borrel. *in summa decis. tit.* 18. *de oblationib. & pijs eleemosynis, numero* 15. apud quem plura circa hanc materiam vide *tot. tit.* & Cardinal. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. litera E. conclus.* 107. *numero* 4. *&* 5.

Paupertatis tamen fauore concessum esse
4 Iudicis officio † compelli posse diuites, vt pauperibus subueniant, tenuit *glos. in cap. Sicut hi, verb. Esurientium.* 47. *dist. & in capit. Domino, verb. Necesse.* 50. *dist. glos.* 1. *in fin. in capit. Exigunt.* 1. *quæst.* 7. Panormit. *in capit. cum causam, numero* 7. *de elect. & in cap. Si quis, in fin. de furt.* vbi etiam Annan. Felin. *in cap.* 1. *numero* 6. *de offic. iudic. & in addit. ad* Abbat. *in cap.* 1. *col.* 4. *versiculo, Et allegat. bonum text.* 1. *distinct.* idem Abb. *in cap.* 1. *de empt. & vendit. numero* 7. Decius *in capit. Ex epistola, numero* 224. *de probatio.* Andre. Tyraquel. *de nobilit. cap.* 29. *numero* 46. Cornel. Benincac. *d. speciali.* 5. *numero* 17. *& sequentibus*, Petr. Rebuf. *de priuileg. scholastic. priuileg.* 90. *numero* 10. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 9. *per tot.* Petr. Royz. Maur. *decis. Lituanic.* 4. *numero* 298. Didac. Couar. *lib.* 3. *variar. capit.* 14. *numero* 5. Hieronym. Goncal. *in regul.* 8. *Cancellar. glos.* 2. *numero* 21. Iacob Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. casu.* 182. *numero* 43 Petr. *de Auendañ. de exequend. mandat.* 2. *par. cap.* 10. *numero* 10. vbi plura ad propositum adducit, Ludouic. Mexia *de taxa pan. conclus.* 1. *numero* 5. Sebastian. *de Medic. de casib. fortuit.* 2. *par. quæst.* 4. *n.* 16. Martin. Nauar. *in capit. Quiescamus.* 42. *distinct. numero* 58. *tomo* 2. *fol. mihi* 225. Achilles Petroch. *cons.* 8. *numero* 164.

5 Habereque pauperem actionem † ad petendum panem, quem auarus detinet, dixit Speculat. *in titulo de instrum. edit.* §. *Nunc verò aliqua de vltima voluntate, numero* 66. eumquè sequitur Hieronym. Gonçalez *vbi suprà numero* 21. In extrema que necessitate † actionem
6 in præsenti pauperi dari, firmat Sarmien. *de reddit Eccles.* 3. *p. capit.* 4. *à numero* 3. *cum sequentibus*, præsertim *numero* 5. ex Caietan. 2. 2. *quæst.* 118. *articulo* 3. Licèt in non extrema, etiam Iudicis officium deneget.

Possequè diuites ad faciendum pauperibus eleemosynam compelli, etiamquè excommuni-
7 cari, † tenet Hieronym. Zanet. *in tractat. de foro conscient. & contentios. numero* 129.

VTRVM IVDEX POSSIT, vel debeat impartiri officium suum non requisitus? vel partes ad concordiam reducere, vbi causa pauperis, aut miserabilis personæ vertitur?

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet officium suum impartiri nisi petenti.*
2 *Et etiamsi ad ipsum Iudicem dispositio dirigatur, quia debet intelligi, si petatur.*
3 *Statutum dictans, quòd cum sapientis consilio teneatur Iudex causam expedire, si à parte fuerit petitum, vt hoc modo causa expediat, intelligitur.*
4 *Et idem si ex forma statuti cogere affines ad compromissum teneatur Iudex.*
5 *Vel quod alicui ad aliquid agendum terminus detur. Nam si à parte fuerit petitus, intelligi debet.*
6 *Iudex poterit publicatis attestationibus testes admittere, nisi pars opponat. Et procuratorem in criminalibus, parte non opponente,* ibid.
7 *Si lex aliquid ipso iure fieri disponit, si à parte petatur, debet intelligi.*
Clausula, Ipso iure, non absolutam resolutionem operatur, sed demum parte petente, ibid.
8 *Promittens præsentare aliquem infrà octo dies, si fuerit requisitus, intelligitur, nec antè requisitionem (iuramento etiam interueniente) tenetur.*
9 *Iudex parte non petente sententiam ferre non potest, aliàs sententia erit nulla.*
10 *Iudex ex officio, etiam non requisitus dabit curatorem ad litem ei, qui lite pendente curatore cœpit indigere, quia furiosus, vel prodigus factus est.*
11 *Pauperibus, miserabilibusquè personis (nemine etiam petente) de Aduocato prouidere tenetur ex officio Iudex.*
12 *Iudex officium suum (etiam non petitum) impartiri debet, licèt priuatam vtilitatem respiciat, si miserabiles respiciat, personas, & actum pium.*
13 *Pauperes sunt personæ miserabiles, & eorum causa piæ, remissiuè.*
14 *Alimentorum in causa officium suum (licèt non petitum) impartiri debet Iudex.*
15 *Et in causa dotis.*
Causa dotis est causa pia, ibid.
16 *Episcopus potest compellere hæredem ad soluendum legatata pauperibus relicta, vel pia, & etiam ante annum.*
17 *Iudex ad concordiam, vel compromissum partes compellere nequit.*
18 *Fallit, si pauper litiget cum diuite.*
19 *Vbi animæ periculum vertitur, officium suum non petitum licèt Iudici impartiri.*

QVÆSTIO XXXV.

INseruire debet actioni Iudex, nec officium, nisi petenti † impartiri potest, *text.* est in 1
l. Dies. 4. §. *Hoc autem iudicium, D. de damno infecto*; vbi ita Vlpian. *Hoc autem iudicium certam conditionem habet, si postulatum est. Cæterum, qui non postulauit, experiri non potest. Postulare autem hic propriè dicimus, pro tribunali petere, non alibi. text.* (vbi Bart. *& Scribentes*) in *l. De pupillo.* 5. *paragrapho Qui opus, D. de noui oper. nunciatio.* vbi hæc idem Vlpian. *Qui opus nouum nunciat, iurare debet non calumniæ causa*

opus

causa opus nouum nunciare. Hoc iusiurandum authore Praetore defertur. Idcirco non exigitur, vt iuret is qui nunciat, antequam iusiurandum Praetore authore exigatur.

Innocent. *in capit. Ad nostram*, el 2.extra *de iureiurand. & in capit. Literis, de restit. spoliat.* Anton. *de Butri. in cap. 1. opposit. 1. de libelli oblat.* August. Beroi. *in capit. Solicitè, de restit. spoliat. & in cap. 1. num. 40. de iudic.* Ferret. *consf. 42. num. 5.* Francisc. Viui. *in sylua opini. opinione* 418. Vincent. Carot. *in tractat. de remed. contra praiudicial. sententias, vel damnosas executiones, except. 132. num. 1.* Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. litera l. conclus. 395. num. 36.* Iacob. Nouell. *in tractat. ad defensam, cap.* incip. Solet *communi sententia dici, numero 3. folio mihi* 77. eleganter Marc. *de Mantua singul. 336. num. 3.* notans, hac fere semper regula *Christum* Saluatorem nostrum vsum fuisse, nec filiam *Cananea* à dæmone vexatam absquè requisitione, ac petitione liberasse, *Matthai 15.* nec cæcum à natiuitate, *Luca 16.* ibi: *Quid vis, vt tibi faciam?* ob idquè, nec quartum mortuum suscitasse, quia petitum non fuerat, sed Lazarum tantum, filium viduæ, & Archisynagogi. Sequitur Vincent. Carot. *d. exceptio. 132. numero 64.* Marius Giurba *decisione 70. numero 17. & decis. 13. num. 7.*

2 Nec si dispositio ad ipsum Iudicem dirigatur, † loquaturquè per verba ei obligationem, ac necessitatem imponentia intelligi namquè debet, *si petatur.* Ita *Ias. in repet. leg. Admonendi, numer. 316.* Caccialup. *numero 171.* Curt. Seni. *num. 226.* Ioan. *de Prato. num. 10. D. de iureiurand.* Hippoly. *de Marsil. in l. Maritus, num. 20. D. de quastion. & in practic. in §. Sequens, numero 48.* Anton. Capit. *decis. 35. numero 1.* Vincent. Carot. *vbi suprà num. 4.* Andre. Gail. *lib. 1. obseruatio 108. num. 3.* Seraphin. *de priuileg iuram. priuileg. 33. num. 196.* Nicol. Intrigliol. *in singul. ad constit. Regni Sicil. singular. 119.*

Sic si statutum dicat, quòd Iudex cum consilio sapientis causam teneatur expedire; *si à*
3 *parte † fuerit petitum, vt hoc modo causam expediat,* intelligi, obseruant Alexand. *cons. 122. lib. 2.* Francisc. Ripa *in d. l. 4. §. Hoc autem iudicium, num. 3. D. de damno infecto,* Carol. *de Gras. de exceptionib. ad statut. exclud. omnes except. except. 32. num. 107.*

Idemque si Iudex ex statuti forma affines, & coniunctos ad compromissum cogere teneatur;
4 quia *dummodò à parte † petatur*, intelligitur, Ias. *in l. Vniuersa, num. 4. C. de precib. Imperat. offerend.* Petr. Duennas *regul. 36. limit. 1.* Butr. Alexand. & Marant. quos refert; sequiturquè Vincent. Carot. *dict. except. 132. num. 5. vers. Hinc etiam*, Ripa *vbi suprà num. 4.* Carol. *de Grassis d. except. 32. numer. 210.* Camil. Borrel. *in repet. pragmat. Odia litium, §. 6. glos. 1. num. 4.*

Et statuto dictante, vt alicui detur ad aliquid
5 agendum terminus, *si à parte † fuerit petitus,* intelligi tradunt Ias. *in d. l. Admonendi, num. 10. & sequenti, D. de iureiurand.* Alexand. *in l. Debitoribus, num. 6. D. de re iudic.* Machel. patrocin. 45. *num. 7.* Carol. *de Gras. vbi sup. numero 111.* plura similia ex *num. 100.* vsque ad *num. 116.* adducens, tradit etiam alia Petr. Surd. *cons. 124. num. 1. & 2 lib. 1.*

Nec ex officio repellere aduersarium, nisi pars opponat, tenetur Iudex, parteque non contradicente, poterit publicatis attestationibus, † pu- 6
blicatione non obstante, testes Iudex admittere, Ias. *in l. Patre furioso, n. 20. D. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, & in d. l.* Amonendi. *num. 12. D. de iureiurand.* Aymon Craueta *cons. 65. num. 2.* Anton. Gabri. *commun. conclus. lib. 1. tit. de testib. conclus. 21. n. 77.* cum aliis, quos refert, sequiturquè Vincent. Carot. *d. except. 132. n. 15.* Inferens ex *num. 16.* quòd licèt in criminalibus non admittatur procurator, *text. in l. penult. §. Ad crimen, D. de public. iudic.* parte tamen non opponente, admittitur, nec processus est nullus, *glos. magist. in cap. 1. verb. Criminales*, extra *de iudic. lib. 6 Speculat. in tit. de procurat. §. 1. num. 9. vers. Sed pone*, Hippolyt. *de Marsil.* (communem dicens) *in l. 1. §. Sequitur, D. de quastionib.* Sebastian. Banti. (multos huius sententiæ referens, communemquè, ac magis communem, nec ab ea esse recedens) *de nullitatib. proces. ac sentent. titulo de nullitate ex defectu inhabilitatis, seu mandati comparentium, numero 177.* perperè relatus cum Ægid. Bellamer. & aliis, per Vincent. Carot. *d. except. numero 16.* Licèt contrariam sententiam veriorem, & magis communem dicentem, referat Anton. Gabrielem *conclus. 10. numero 84. de maleficiis*, alios etiam adducit *Bantius vbi sup.* qui pro prima cum iam relatis tenent.

Etiamquè si lex aliquid *ipso iure* † fieri dis- 7
ponat, adhùc intelligitur *si petatur*, *glos. in l. Scimus, 36. verb. Ipso iure, C. de inofficios. testament.* cuius Ias. *ibi numero 1.* communem sententiam dicit, *glos. in l. Si constat, 4. verb. Ipso iure, C. de compensat. glos. in l. Vniuersa, 4. verb. Prabeatur. C. de precib. Imperat. offerend. Rota Roman. in antiq. decis. 25. numero 4. titul. de appellationib.* tradit latè Decius *consilio 138. numero 5. vers. Et ideo his pramissis, & numero sequent.* Roland. *à Valle consil. 81. num. 8. l. 3. decis. Bononiens. 37. nu. 22.* Sebastian. *de Medic. in tract. de compensation. par. 2. quast. 21.* Vincent. Carot. *d. loco, num. 10. & 11.* vbi, quòd clausula, *Ipso iure*, non absolutam resolutionem, sed parte demum petente operatur. Tenet etiam Ioan. Cephal. *con. 50. numero 1.* latè Marta *in tractat. de clausul. part. 1. clausul. 291. numero 1.* post *Decium*, & alios *in l. De pupillo, §. Meminisse, numero 18. D. de noui oper. nunciatio.* propè infinitos referens Marius Giurba *decis. 13. num. 8.*

Idemquè etiamsi lex certum terminum Iu-
dici, vel Iudex parti, † præfixerit, quia nec 8
tunc exequi, nisi requisitus adstringitur, iuxta latè deducta per *Paul. Castrens. cons. 100. lib. 2.* Vbi concludit, quòd si aliquem infrà octo dies præsentare promisi, intelligitur, *si fuero requisitus*, nec ante requisitionem teneri promittentem, asserit, sequuntur Francisc. Ripa *in dict. l. Quarta, §. Hoc autem iudicium, numer. 10. D. de damno infect.* Iacob. Menoch. *cons. 132. num. 14. vers. Sextò*, Herculan. *de cautione de non offendendo, capit. 23. numero 26.* Anton. Gabriel *commun. opini. tit. de solutio. conclus. 9. numero 2.* quos refert, & sequitur Vincent. Carot. *d. except. 132. numero 13.* idem etiam dicens, vbi iuramentum appositum est, plurimos in hanc sententiam refert, & sequitur Prosper Farina *prax. crimin. 1. p. quast. 34.*

*quaest.*34.*n.*125. Andre. Fachin. *controuers. lib.* 9.*cap.*77.

Denique, vt alias huic principali regulæ ampliationes, quæ per suprà allegatos poterunt videri omittamus; ex eius ratione descendit, sententiam non posse ferre Iudicem parte
9 non petente, † aliàs fore nullam, nec executionem mereri, ex *tex. in d. l.* 4. § *Hoc autem iudicium* (vbi not. Alex. *n.*25.) *D. de damn. infect. tex. in auth. Qui semel* (ibi, *Qui si causam persequi differat; reo postulante, tribus edictis citetur*) *C. quomodo, & quando index, text. in l. Properandum*, 11. §. *Et siquidem* (vbi not. Ias. *numer.*4. *&* 5.) *C. de iudic.* allegat Paul. Castrens. dicentem, vidisse aliquando processum in quo continebatur sententia; & quia non apparebat ad cuius instantiam fuisset lata, pronunciatum fuisse, sententiam nullam; adducitquè etiam *glos. notab. in l. Sancimus*, §. *Cum autem, in verb. Per contumaciam, C. ad S. C. Trebel.* quæ Iudicem debere facere scribi in actis ad cuius petitionem actum faciat iudicialem, dicit: *text.* est etiam *in l. Ad peremptorium*, 68. *& in l. Et post edictum*, 73. *D. de iudic.* docentquè Roman. *singul.* 570. *& ibid.* Nico. Pig. & Gab. Sar. *eius Addition* Sebastian. Bant. *de nullit. sentent. tit. De nullitate ex defectu proces. siue ordinis indiciarij, numero* 98. Vincent. Carot. *d. except.* 132. *numero* 17. *vers. Ampliatur* 7. Angel. *consilio* 267. (incip. *Constitutio S. R. E.*) *num.* 2. *vers. Quod autem. dicta sententia, & in l. Si quis libertatem*, §. *Quoties, numero* 4. *D. de petit. heredit.* Petr. de *Anchar. conf.* 167. (incip. *Visis diligenter*) *num.*4. latè (plures huic conclusioni ampliationes assignans) Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. litera S. conclus.* 157. *per tot.*

Ex omnibus his igitur, nec in pauperum, miserabiliumquè personarum causa officium non petitum impartiri Iudicem posse; videbatur firmandum. In contrarium tamen se veritas habet. Pro qua facit *text. in l. Sancimus, la* 2. 28. *in ordine*, §. *Sed & si quis, C. de administrat. tutor. vbi* Bart. casum nouum, & singularem dicit, quòd iudex ex officio,
10 etiam non requisitus, dabit curatorem † ad litem ei, qui lite pendente curatore cœpit indigere, quia furiosus, vel prodigus effectus sit. Ad quod est etiam *text. in l. Fulcinius*, 7. §. *Adeo autem, vers. Planè si non defendatur, D. quib. ex caus. in possess. eatur.* obseruantquè Bald. *in cap.* 1. *numero* 20. *de milite vassallo, qui contumax est*, Ripa *in d. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, numer.* 41. *D. de damno infect.* alios referens Vincent. Carot. *d. tract. de remed. contra praiudic. sentent. d. except.* 132. *num.* 22. estquè communis, teste Caldas Pereyra *in l. Si curatorem habens, in princip. numer.* 25. *C. de in integ. restit. minor.* 25. *annis*, Roland. *a Valle cons.* 20. *num* 5. *lib.* 2. Et magis in terminis nostris est *text. in l. Nec quidquam*, 9. §. *Aduocatos, D. de offic. Proconf.* cuius sunt verba: *Aduocatos quoque petentibus debebit indulgere, plerumquè fœminis, vel pupillis, vel alias debilibus, vel iis, qui suæ mentis non sunt, si quis eis petat; vel si nemo sit, qui petat, vl-*
11 *trò eis dare debebit.* † Inter quæ præcipuè notanda verba illa, *vel aliàs debilibus*, quibus pauperes continentur, vt & diximus latiùs *quaest.*28. *num.*49. *&* 50. & in specie notat etiam Vincent. Carot. *d. except.* 132. *numero* 16. Et per *d.* §. *Aduocatos*, tenet Bart. *in dict. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, numero* 1. *&* 2. *D. de damno infect.* Officium suum etiam non petitum impartiri Iudicem debere, licèt priuatam vtilitatem respiciat, si miserabiles † respiciat personas, & 12
actum pium: Idem firmat Cyn. & Bald. (per *text. ibi*) *in l. Mulierem, C. si mancip. ita venier.* idem Bald. *in d. l. Nec quidquam*, §. *Vbi decretum, D. de offic. Proconsul. & in authent. Adhac, in fin. C. de vsur.* latè Alexand. *in d.* §. *Hoc autem iudicium, numero* 1. *& sequentibus, & in l. Diui*, 89. *numero* 7. *D. ad leg.* Falcid. plures refert Vincent. Carot. *d. except.* 132. *numero* 31. Petr. Rebuf. 1. *tom. ad constit.* Gal. *tit. de sentent. prouision. art.* 3. *glos. vltim. numero* 25. *& seqq.* Andre. Tiraquel. *de pia causa, priuileg.* 152. & est communis, secundum *Viuium in sylua commun. opini. opin.* 418. *num* 9. Aymon. Craueta *cons.* 190. *num.* 8. *& seq.* vbi multa circa pupillorum educationem ponit, circa Ecclesias, & pauperes; Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. litera I. conclus.* 396. *num.* 15.

Pauperes autem miserabiles personas esse, † eorumquè causam piam, dubium non est, 13
diximusquè *in prefat.* & *quaest.* 52. *numero* 14. & (simpliciter in pauperibus loquendo) Cornel. Benin. (post alios quos refert) *de paupert. quaest.*4. *princip. num.* 13. Auiles *in capit. Prætor. cap.*6. *num.*5. & Montal. ab eo adductus, & alij ex proximè relatis.

Hincquè, fit in alimentorum † causa offi- 14
cium suum (licèt non petitum) impartiri debere Iudicem; *text.* est *in d. l. Diui*, 88. (*aliàs* 89.) *D. ad leg.* Falci. & *ibi* Alexand. *numero* 7. Ripa *in d.* §. *Hoc autem iudicium, numero* 26. Aretin. *in capit.* 1. *numero* 23. *vers. Secundò, quia*, extra *de probat.* Andre. Tiraquel. *d. priuileg.* 152. Cordub. *de Lara in l. Si quis à liberis*, §. *Vtrùm, numero* 11. *D. de liber. agnosc.* Vincent. Carot. *vbi suprà numero* 36. Petr. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 4. Crau. & Tusch. locis proximè relatis.

Inquè dotis † causa, est *text. in l. Si cum* 15
dotem, 23. §. *Ego autem tempore, D. solut. matrim. text. in l. Profectitia*, 5. *ver. Sed si proponas, D. de iur. dot.* Cum pia sit, *l. Cum is*, 32. §. *Si in ea opinione si mulier, suprà de condict. indebiti*, vbi latè Ias. traduntquè Alexand. *in d.* §. *Hoc autem iudicium, numero* 5. *&* 6. Andre. Tiraquel. *de priuileg. pia caus. in prefat. vers. Item cum dos*, Francisc. Viuius *opini.* 57. *nu.* 9. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 115. *num.* 16. Vincent. Carot. *d. except.* 132. *num.* 34. Hæc tamen iuxta dicta à *Nobis quaest.* 52. *numer.* 15. *& seqq.* intelligendo, si pauperi alimenta, vel dos debeantur.

Hinc etiam fit, posse Episcopum (instante nemine) † ad soluendum legata pauperibus re- 16
licta, vel pia, hæredem compellere, *authent. de Ecclesiast. tit.* §. *Sin autem heres, collatio.* 9. Tiraquel. *d. tractat. priuileg.* 149. Alexand. *in d.* §. *Hoc autem iudicium d. legis* 4. *D. de damno infect. numero* 7. Idquè facere posse Iudicem, si Episcopus sit negligens, docent Bart. *in d. l. Nec quidquam*, §. *Obseruare, numero* 1. *D. de offic. Proconsul.* Vincent. Carot. *d. except.* 132. *numero* 30. Aymon Craueta *d. cons.* 190. *numero* 10. Didac. Conar. *in capit.*

Si

Si hæredes, numero 4. de teſtament. Vbi quòd etiam ante annum ad præſtationem legati pij hæredem compellere Iudex poteſt, per *tex. ibi in dict. capit. Si hæredes*, & *Nos* in 2. huius tractatus parte (Deo dante) dicemus.

17 Sic licèt ad concordiam, † vel compromiſſum partes nequeat compellere Iudex; *text.* eſt *in authen. vt litig. iurent, §. Quia verò lex* (quem ad hoc notabilem dicit ibi Angel.) *collat.* 9. ibi *Aut cogere transactiones, aut pacta quadam cum ſuis aduerſarijs exponere, tex. in l. 4. D. de curat. dotis ab his, l. Non diſtinguemus, 37. §. Quæſitum, D. de recept. arbitris gloſſ. in l. Furti 6. in §. Qui iuſſu, D. de his qui not. infam. & ibid.* notat Bart. *tex. in l. Si dictum, 56. §. Si compromiſero, D. de euict. text.* (*& ibi* Bald. *numero 1. & 2.*) *in l. Ex ſtipulatione, 7. C. de ſentent. & interlocut. omni. iudic.* idem Bald. *in l. 1. §. Quies, numero 2. D. de offic. Præfecti vrbis*, Bart. Paul. Alexand. Alexand. & Iaſ. *in l. Quidam exiſtimauerunt, D. ſi cert. petat.* Alexand. *in l. 1. §. Et poſt operis, numero 7. D. de noui oper. nunciation.* Abb. *in cap. 1. numero 1. de trieug. & pace*, Socin. Iun. *conſ. 24. numero 9. lib. 1.* Bart. Bal. & Iaſ. *in l. Æquiſſimum, D. de vſufruct.* Matth. de Afflict. *deciſ. 149. numero 5.* Lanfranc. *de Oriano in tractat. de arbitr. quæſt. 45.* Iacobus Nouel. *in practi. & theoric. cauſar. criminal. in cap.* quod incipit, *Quoniam docet experiētia, n. 57. fol. mihi* 226. Vincent. Carot. *de remed. contra praiud. ſent. de except. 132. numero 19.* Camel. Borel. *in ſumma deciſ. tit. 63. de compromiſſis, §. 2. gloſſ. 3. numero 5.* Franciſc. Viui. *deciſ. 57. numero 10.* Iacobus Menoch. *conſ. 469. numero 22. volum. 5.* Petr. Barboſ. *ad l. 1. art. num. 231. & ſequenti. D. de iudic.* Hieronym. Magon. *deciſ. Lucenſ. 73. numero 11.*

18 Si tamen litiget cum diuite † pauper, ne opprimatur. potentia, ſumptibus, incommodis, longiſque ambagibus, ac dilationibus vexetur, ad concordiam eos poterit ex officio compellere Iudex. Bene facit *tex. in l. illicit. 6. §. Ne potentiores, D. de officio Præſid.* prædictamque ſententiam tenet Sebaſtian. *de Medic. in tractat. de caſib. fortuit. 2. part. quæſt. 4. numero 28.* ita voluiſſe referens Cardinal. *in capit. fin. treug. & pac.* Ferret. *in tractat. de feriis, & induciis, numero 24.* ſentitque Abbatem *in d. capit. 1. n. 2. treug. & pac.*

Pro qua etiam facit, quia vbi animæ pericu-
19 lum vertitur, † (vt in præſenti) officium ſuum (etiam non petitum) impartiri debet Iudex, *tex.* eſt *in cap. Placuit, 9. diſt. 90. gloſ. in capit. Cupientes, §. Vel ſi perſonas, verb. Contumacia de electione, in 6.* Franciſc. Ripa *in d. l. 4. §. Hoc autem iudicium, numero 24. D. de damn. infect.* Abb. *in rubric.* extra *de treug. & pac.* Vincent. Carot. *d. exceptio. 132. n. 33.*

VTRVM A COMPARENDO CORAM IUDICE EXCUSET PAUPERTAS? DEBEATQUE PRO IUREIURANDO À PAUPERIBUS RECIPIENDO IRE, MITTEREVÈ IUDEX?

SVMMARIVM

1 *Iudex pro iureiurando à perſonis egregiis, vel valetudinariis recipiendo, ad earum domum mittere debet.*
2 *Paupertas vilitas appellatur.*
Nobilitas appellatur.
3 *Nobilitas paupertate amittitur. Contra numero 10.*
4 *Diſpoſitio* legis ad perſonas, 15. D. de iureiurand. *ad pauperes extendenda non eſt.* Contrà num. 7. & ſequentibus.
5 *Pars, quæ teſtes producit, expenſas pro eundo, ſtando, & redeundo, eis debet præſtare.*
6 *Secundumque perſonæ conditionem ſunt præſtandæ, remiſſiuè.*
7 *Contumax in comparando non dicitur, qui ob paupertatem comparere abſque verecundia non poteſt.*
11 *Nobilitas diuitiis conſeruatur, fulcitur, & augetur, ſine quibus, ſi non mortua, inter mortua tamen, & obſcura, quaſique manca, & inutila dici poteſt.*
12 *Valetudinarij, & paupertate preſſi æquiparantur. Et quando hoc locum habeat, vel non?* n. 15.
Paupertas idem operatur quod mors, ibid.
13 *Æquiparatorum eadem debet eſſe ratio.*
14 *Pauper infirmus dicitur.*
15 *Æquiparatorum non ſemper idem, niſi eadem ſit ratio, eſt iudicium.*
16 *Intellectus ad* text. in cap. Si qui teſtium, 8. de teſtibus, & n. ſequentibus.
18 *Pars producens teſtes non teneatur ad damna, etſi ad expenſas teneatur.*
19 *Teſtis vltra expenſas capiens, corruptus dici poteſt.*
20 *Pauperes à tutelæ adminiſtratione, vt curiis domeſticis vacare poſſint, excuſantur.*
21 *A contributione, & ſeruitiis, præſertim perſonalibus, remiſſiuè.*

QVÆSTIO XXXVI.

Paulus Iuriſconſultus *lib. 6. ad edictum, in l. Ad perſonas, 15. D. de iureiurand.* ad perſonas ſolùm egregias, † vel valetudinarias pro iu- 1
reiurando recipiendo, mittendum; in hæc ſtatuit verba. *ad perſonas egregias, eoſque qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iuſiurandum.* Vndè nullo modo huiuſmodi fauore pauperes benè valentes frui poſſe, deducitur. Tantùm enim abeſt, vt egregiæ perſonæ pauperes ſint, vel à nobilitate, claritateque paupertas; vt vtilitas † potiùs appelletur *in l. 2. §. Quid enim* (ibi: *Et paupertatis detegi vilitatem, &c.*) *C. quando, & quibus quart. pars debeat. lib. 10.* Imò, vt & qui nobiles ſunt, propter paupertatem nobilitatem amittant, † nobi- 2
leſque eſſe deſinant, vt inſinuauit Bart. *in l. 1. n. 47. C. de dignit. lib. 12.* Ioan. de Platea, Socin. & alij relati per Gaſpar. Baeçam *de inope debitore, cap. 16. n. 1.* Facitque illud *Euripidis philoſophi in Hecuba. Scis ne* (inquit) *quòd nobiles quidem mortalium dum pauperes ſunt, non ampliùs clari exiſtant.* Plura circa hæc *quæſtione 6. n. 1. & ſeqq.* præcipuè à *n. 3.* tradidimus.

Nec ea ſolùm ratione, quod egregiæ perſonæ pauperes non ſint, ad eos *dicta legis ad perſonas*

4 dispositio † extendi non debet; sed neque impotentiæ. Cum pars, quæ testes producit (si hoc casu, alteriusque in causa loquamur) pro eundo,
5 stando, & redeundo necessarios † teneatur præbere sumptus, vt determinat *text. in c. Statutum, 11. §. Proferendo, in fin. de rescript. lib. 6. l. Quoniam, 10. C. de testibus l. Eos, 6. §. Si quis autem, C. de appellat.* plenè post Surd. Menoch. multosque alios ibi relatos, Bernard. Græuæ. *concl. Came. Imper. concl. 99. numero 1. & seqq.*
6 *lib. 1.* Secundumque personæ † deponentis conditionem præstandos, *quæst. 4. n. 19.* aduertimus. In propria verò causa, non comparandi excusationem nequaquam paupertatem præstare, rationes indicant assignatæ.

Quibus tamen non obstantibus dictæ *legis ad personas* dispositionem ad pauperes (etiam
7 rectè valentes) extendendam, † nec ad Iudicem ire cogendos, coramque eo deponere, si ita paupertate premantur, vt eis indecorum id sit, neque absq; verecundia, paupertatis ratione possint comparare, probat *tex. cum glo. ibi in cap. Si qui testium, 8. de testib. & attestat.* Cuius sunt verba. *Si qui testium valetudinarij sunt, & senes, vel debilitate confecti, aut paupertate depressi, ita quòd non possint ad vestram præsentiam adduci: ad ipsos recipiendos mittatis personas idoneas, & discretas.* Probat etiam *tex. cum glossa fin. in l. Inuiti, 8. D. de testib. Inuiti* (inquit Scæuola) *testimonium dicere non coguntur senes, valetudinarij, milites vel illi, qui cum Magistratu Reipublicæ causa absunt, vel quibus venire non licet.* vbi *gloss. verb. Non licet*, de illis qui sine decore apparere non possunt (iuxta *text. in l. In eadem, 10. §. in vinculis, & ibid. gloss. D. ex quib caus. maior.*) intelligit.

8 Nec tunc contumax † in comparando, qui aliqua ex relatis causis (& sic paupertate) se potest excusare, indicatur, dict. iuribus sup. Felin. Alex. & alij, quos refert, & sequitur Anton. Grauat. *in addit. ad Octauian. Vestr. in pract. lib. 4. cap. 4. tit de dolo, & contum. numero 7. verb. Paupertas, in princip.* Qua de re plura Nos in secunda cuius tractatus parte. Prædictamque
9 sententiam † tenuerunt etiam Ludou. Roman. *singul. 173.* vbi sic de facto (per *d. gloss. in cap. Si qui testium*) Romæ decisum fuisse asserit, eiusque *Additio*, alios eiusdem sententiæ refert, Cornel. Beninc. *de Paupert. speciali 10. in indic. num. 30. cum seqq.* Ioan. Arce *ab* Otalora *de nobilitate, cap. vlt. 5. part. numero 16.* veriotem hanc sententiam dicit Vincent. Carot. *in tract. de iurament. litis decisorio, quæst. 5. decimetert. quæstion. principal. numero 10. 11. & 12. folio mihi 311.*

Ratione igitur indecentiæ, vel dedecoris vitandi, pauperes, nobiles, vel etiam honestas personas (quibus pro earum conditione indecorum esset coram Iudice comparere) memorato frui fauore non ambigitur. Non enim
10 priuat verecundia, † aut nobilitate paupertas, vt est *text. in l. Humilem, 7. C. de incest. nupt.* vbi (ex sententia *Imperatorum Valenti, & Martiani*) humilis, vel abiecta fœmina minimè iudicatur, quæ licet pauper, ab ingenuis parentibus nata sit. Per quem suprà dictam sententiam probant *ibi* Bart. Bald. & alij multi; quos refert, & sequitur Andr. Tiraquell. *de nobilit. capite 25. numero 5. cum seqq.* Cornel. Beninc. *d. speciali 10. in indic. d. numero 30* Gaspar. Baeça *de inope debitore, cap. 16. numero 17. & 18.* Bonus de Curt. *in tract. de nobilitate, part. 7. numero 4.* Nobilitas enim siue à maioribus descendens, siue propriis acquisita meritis, externis non pendet, egetvè diuitiis, vt nominatim inquit *Bonus de Curt. suprà d. numero 4.* Animi addens nobilitatem nil cum diuitiis habere commune, sicut nec habet cum possessione proprietas. Plura nos in huius rei confirmationem tradidimus *quæstione 6. numero 70.*

Etsi verum sit diuitiis conseruari, fulciri, † 11
imò & augeri nobilitatem. Sicut enim Fides sine operibus mortua est; ita & nobilitas sine diuitiis, si non mortua quidem; inter mortua tamen, obscura, & quasi manca, mutilaque dici potest, vt notat Bonus de Curt. *d. loco,* vbi & *Rodericum Episcopum Zamoren. in Speculo humana vitæ, lib. 5. cap. 6.* adducit dicentem: *Sunt diuitiæ non formaliter inducentes claritudinem generis, sed instrumentaliter, tanquam signum nobilitatis*: tenet etiam Baeça *dicto capite 16. numero 2.* Facit illud Iuuenal. *satyr. 3.*

Hand facile emergunt, quorum virtutibus obstat.
Res angusta domi.

Non solùm autem honestatis, verecundiæque ratione huiusmodi gaudere debet priuilegio pauper: sed ex alio eiusdem *legis ad personas* capite (quo id ipsum in valetudinariis, vel infirmis constituit, & dicti *cap. Si quis testium*) idem obseruandum voluerunt aliqui. Ea ratione, quia valetudinarij, & paupertate pressi † 12
æquiparantur, *l. Illud, 16. C. de Sacros. Eccles.* Bald. *in l. Non exigimus, §. Si quis in iudicio, numero 9. D. si quis cantion. & consil. 465. numero 2. lib. 1. & consil. 381. numero 3. & in l. fin. numero 5. codice de condit. insert.* Marc. Mant. *sing. 31. numero 4.* Franc. Monald. *consil. 45. numero 2. lib. 2.* Sebast. *de Medic. in tract. de casib. fortuit. 2. part. quæst. 4. numero 8. & in tract. Mors omnia soluit, 1. parte, numero 103. pag. 3. in fine, versic. Tertiò paupertas idem opperatur, quod mors.*

Æquiparatorumque † eadem debet esse ra- 13
tio, *glossa in cap. Si postquam, 33. §. fin. verb. Prouisione, de electione, lib. 6.* Ias. *in authent. Quas actiones, numero 19. C. de Sacrosanct. Eccles.* latè, & eleganter Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera E. conclus. 308.* vbi per triginta quatuor numeros hanc comprobat, *& lit. C. conclus. 1041.*

Imò pauper infirmus † dicitur teste Sopho- 14
cle *in Creusa*, in hæc verba.

Sunt autem nonnulli, qui
A morbis immunem laudant.
At mihi nullus videtur,
Qui pauper sit, vacare morbo,
Sed ægrotare perpetim.

Prout eum Andr. Tiraq. refert, *in tract. de nobilit. cap. 3. num. 12.*

Ex quibus, dictam sententiam, intellectumque ad *d. l. ad personas, & ad d. cap. Si qui testium*, non solum in paupere nobili, vel honesta persona, cui ob id indecorum esset coram Iudice ad testimonium ferendum comparere; sed etiam quolibet alio paupere (per dictam infirmitatis, paupertatisque

pertatisque æquiparationem, dictorumque iurium dispositionem) locum habere; tradit Corneł. Benin. *d. spec.* 10: *in iudic. num.* 33. *& seqq.*

Vt tamen verum fatear, in hoc secundo capite difficilior mihi hæc redditur sententia. Quia licet paupertas, & infirmitas æquiparentur; id vbi eadem est ratio,

15 † & vbi paupertas actui gerendo, sicut infirmitas impedimento esse posset, procedet. Æquiparatorum enim non semper idem iudicium est, nisi eadem sit ratio; secùs si diuersa, vt notant Ias. & cæteri communiter *in l.* 1. *n.* 9. *D. de verb. oblig.* Sed in præsenti paupertas (sublato verecundiæ, dedecorisque impedimento) nullum aliud impotentiæ ratione actui gerendo præstare potest: igitur non idem quod infirmitas operabitur.

Impotentiamque impedimento esse non posse; quo minùs pauper coram Iudice ad deponendum compareat; constat ex eo, quod suprà notauimus, testi producto ad deponendum necessarias præstandas forè à parte producente expensas. *Testiumque* in *d. cap. Si qui testium*, vel

16 in primo capite, † vbi absque dedecore comparare pauper coram Iudice in propria causa non posset; vel in testibus officio Iudicis receptis, quibusvè expensæ præstandæ non forent, qui per impotentiam comparendi excusati existerent, poterit intelligi.

17 Potuit prætereà *tex. in d. cap. Si qui testium* † non tantum ad impotentiam (cum ad expensas teneatur producens) sed etiam ad damna

18 (ad quæ non tenetur) † respicere, iuxta *text. in cap. In nostra*, 8. *de iniuri. & damno dat.* ibi: *Cum igitur aliud sit damnorum restitutio, quàm satisfactio expensarum:* docetque in specie Bald. *in l. fin. in fin. C. de fruct. & lit. expens. glos. margin. in d. cap. Statutum*, 11. §. *penult. in fin. super verb. ministrari, de rescript. in* 6. ad id inferens, &

19 notans, quia si testis † vltra expensas caperet, diceretur corruptus. Qua de re plenissimè (omnino videndus) Bernard. Græuæ. *in pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *concl.* 99. *per tot. à n.* præcipuè 16.

Iura enim valdè pauperum commodis prouident, & ne damna patiantur, à curisque domesticis subtrahantur, multa in eorum fauorem specialiter concessa extant. Ideóque & à tutelæ

20 † administratione excusantur, *text. in l. Paupertas* 9. vbi etiam notat *glo. D. de excusat. tutor. & in* §. *Sed & propter paupertatem, instit. eod.*

21 *tit. & ibid.* Accurs. Et à contributione, † seruitiisque (præsertim personalibus) immunes existunt, vt quæstione dicemus *sequenti*. Et hic est nouus, verusque (meo iudicio) intellectus ad *tex. in d. cap. Si qui testium*, eiusque vera hæc decidendi ratio.

Ex quo deprehenditur, colligiturque manifestè, pauperes non solùm honestatis, verecundiæque ratione, vel ex infirmitatis cum paupertate æquiparatione ad comparendum coram Iudice deponendi causa non esse compellendos; etsi eis pro eundo, stando, & redeundo, offerantur expensæ: sed etiam damni incommodique vitandi, quod pauper, eiusque familia ex illius absentia perpeti posset.

VTRVM A DECIMARVM præstatione Deo, hominibusvè debitarum excuset paupertas?

SVMMARIVM.

1 *Decimarum multæ sunt species, & de earum natura, & differentia, remissiuè.*

2 *Decimæ in honorem Dei Opt. Max. debitæ, iure Diuino præstari debent.*

3 *In cognitionemque vniuersalis dominij, & de iustitia debentur.*

Iniustitia propter inopiam facienda non est, ibid.

4 *Decimæ dicuntur Ecclesiæ, possuntque ab ea (secundum probabiliorem sententiam) vendicari.*

5 *Pauperes si extrema non premantur inopia decimas præstare tenentur. Contra* n. 7 *&* 8.

6 *Ecclesia, vel eius ministri debent misericorditer cum pauperibus agere, tantumque eis relinquere, quo viuere possint.*

8 *Pauper qui ob paupertatem decimas non soluit, an data possibilitate, cum ad meliorem fortunam deuenerit, eas restituere teneatur?*

9 *Ordines Mendicantium an & ex quibus decimas præstare teneantur?*

10 *Paupertas à decimæ Papalis præstatione excusat eum, qui præter congruum sui ipsius, & familiæ victum non habet.*

11 *Et à decimis, tributis, taliis Regiisque collectis, aliisvè Dominis temporalibus debitis. Intellige vt duobus* n. seqq.

14 *Munera ordinaria, quæ dicantur? remissiuè.*

15 *Pauperum tutoribus decima aliàs pro labore præstari solita, non debetur: remissiuè.*

QVÆSTIO XXXVII.

Decimarum multæ sunt species, † aliæ namque Deo Optimo Maximo, eius Ecclesiæ, Ministris, ac Prælatis, aliæ Regibus, Dominisque temporalibus. aliis etiam priuatis personis officij ratione debentur. De quibus latè (præter alios) agit Card. Dom. Tusch. *pract. concl. lit. D. concl.* 63. *per tot.* vbi quòd sunt prædiales aliæ personales, aliæ spirituales, aliæ temporales, aliæ Papales, & Episcopales, vel beneficiales. De quarum omnium natura, & differentia plenè *concl. sequent. vsque ad concl.* 70. inclusiuè; & ex *concl.* 81. *ad concl.* 86. exclusiuè tractat. A quarum decimarum præstatione videndum nobis est, an paupertas excuset? Et in primis in decima in Dei Optimi Maximi honorem debita. A qua paupertatem non excusare, videtur dicendum, cum huiusmodi decimæ iure Diuino † debitæ sint *Exodi* 22. *Leuit.* 27. 2
Deuteronom. 12. 14. *&* 16. *Num.* 4. *&* 18. Et de iure Canonico *text. in cap. Decimas*, 16. *q.* 1. *cap. Paroquianos*, 14. *& cap. Tua*, 26. *de decim. cap. Cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.* Estque sine controuersia sententia, vt tradunt Hiero. Ceuall. Bellug. Petr. Gregor. Matthæ. de Afflict. Ioan. Paul. Lancellot. Pet.

Pet. Foller. Daniel. Ventor. Iacobus Menoch. Ioseph. Ludouic. Pet. Ceued. Anton. Capit. Francisc. Marc. Anastat. Germ. Ioann. Ferrat. Montan. Anton. Scapp. Angel. Gambel. & alij, quos refert, & sequitur Camill. Borrel. *in summa decis. tit. 19. de decimis, numero 1.* propè infinitos Sacræ Paginæ locos in hanc rem congerens, planè etiam Didac. Perez *in l. 1. tit. 5. lib. 1. Ord. gl. 1. verb. Temporales, vers. vlterius, & quintò*, Cardin. Tusc. *dicta littera D. conclus. 62. n. 4. & seqq.*

3 In recognitionemque † vniuersalis dominij Deo Optimo Maximo debentur, *text. in d. cap. tua nobis, 26. de decim.* Cornel. Beninc. *de pauper. speciali 6. in iudic. numero 2.* Anton. Capit. *decis. 20. numero 5.* Anton. Faber. *in suo Codice, lib. 1. tit. 3. de Episcop. Cleric. & Monachis, definit. 1.* & de iure Regio est *text. in d. l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordinam.*

Vnde, etiam à pauperibus huiusmodi erunt præstandæ decimæ; quia cum debitæ & ipsi Deo de iustitia sint, vt defendit *P. Suarez de Relig. lib. 1. c. 36. numero 1. vers. Supponimus item* nō est propter inopiam iniustitia facienda, iuxta notata infrà. *quæst. 39. n. 4.* Quinimò non solùm debitæ sunt; sed ipsius Ecclesiæ ex Diui-
4 na reseruatione dici, posse, ideóque vendicari † (secundum veriorem sententiam) profitetur Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Ecclesiast. quæst. 200. numero 1.* Qua de re plenissimè ad vtramque partem Suarez *proximè relato loco à numero 2. cum seqq.*

Ac ideò præstandas à paupere esse, nisi ex-
5 trema prematur paupertate † (cum tunc omnia sint communia) tenet Abb. *in cap. cum homines, ex numero 5. cum seqq. de decim. & ibid.* Ioan. Andr. post *glos. in cap. Quia tua, 12. quæst. 1. gloss. fin. in fin. Raymund. in summa de decimis vltra med. vers. Quid si aliquis longo tempore,* Hostiens. *in summa de decim. §. Virùm præscribantur, vers. Octauo quæritur de his, qui longo tempore,* Barthol. Bellencin. *in tract. de charitatiuo subsidio, quæst. 77. numero 2.* Angel. de Clauas. *in summa, §. Decimæ, numero 13.* & multos alios (mendosè tamen) huius sententiæ (quos ipse sequitur) refert Camill. Borrell. *in summa d. tit. 19. numero 83.* Marc. Anton. Genuens. *d. quæst. 200. Sarmiento de redditib. Eccles. 3. par. cap. 4. n. 12.*

Addit tamen Cornel. Beninc. *sup. numero 29.* Ecclesiam, vel eius ministros debere cum pau-
6 pere misericorditer † agere, tantumque ei relinquere, quo viuere possit, & per hoc decimarum solutionem in totum, vel in partem remittere, ex D. Thom. *2. 2. quæst. 87. art. 4. in fin.* cui videtur assentire Vincent. Carot. *decis. 52. numero 6.* approbatque Genuens. vbi suprà: & firmat *text. in cap. Quoniam,* quod est fina. *16. quæst. 1.* nouissimè Hieron. Buccar. (neminem ex suprà dictis allegans) *de different. inter Iudic. ciuil. & crimin. de differ. 100. numero duodecimo.*

Contrarium tamen (ad harum nempè de-
7 cimarum solutionem non teneri pauperem, † si vltra sibi, familiæque necessaria non percipiat) sentit, licet non firmet *gloss. fin. in cap. Quia tua, 12. quæst. 1.* Non enim debet quis sibi necessaria subtrahere, vt Ecclesiæ det, vel pauperibus, nec per consequens tunc iniustitiam committere, qui se à tali onere, solutioneque substrahit, iudicabitur, ex *text. in cap. Non mediocriter, 24. de consecrat. dist. 5. cap. non satis, 14. 86. dist.* Firmantque hanc sententiam *Doctor antiquus* adductus à Ioan. Andr. & Abbat. *in d. cap. cum homines, de decim.* Palac. Rubeus *in repet. rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 65. n. 46.* Franc. Marc. *decis. Delphinat. 198. n. 6.* Idque verum, & æquitati consonum censet Didac. Perez *in l. 2. d. tit. 5. lib. 1. Ordinam. glos. vnic. vers. præterea dubitatur.* Necessitate vero
cessante, dataque possibilitate † teneri decimas 8
Ecclesiæ restituere credit, argumento *tex. in cap. Quod pro necessitate, 41. 1. quæst. 2. & cap. Magnæ, 7. de voto, & voti redemptit.* cum *gloss.* & aliis iuribus ibi per eum adductis. Imò nec in hoc casu ad restitutionem decimæ teneri pauperem, qui solum sibi, familiæque suæ necessarios fructus recollegit, licet ad pinguiorem deuenerit fortunam; obseruat Hier. Cenall. *communium contra commun. q. 729. n. 22.* in prædictamque sententiam (pauperem in præsenti à decimarū solutione excusari) inclinat Vincent. Carot. *d. decis. sine casu 52. n. 6.* Et in facti contingentia, cum propter magnam paupertatem, & onera cuiusdam Vniuersitatis Regni Neapolitani eius incolæ à solutione decimarum Parocho facienda excusationem prætenderent; fuissetque in Curia Episcopali illius diœcesis lis mota, ab eiusque Episc. causa *oanni Aloysio Riccio* commissa; ad soluendas decimas, si ob id necessariis ad victum priuarentur, pauperes non teneri, resoluit, vt videre est apud ipsummet Rixium *in sua praxi variar. resolut. 155. per tot.* Qui postquam pro negatiua, rationesque deduxit, hæc *n. 1.* adiicit. *Contrarium tamen resolui, scilicet non teneri pauperes ad soluendas decimas, si ob id substraherentur necessaria ad victum; & fui motus ex eo, quòd quando aliquis non recolligit de vsufructu, nisi quantum sibi sufficit, & eius familiæ; in hoc casu paupertas ipsum excusat. Et facit: nam nemo tenetur sibi subtrahere necessaria, vt illa det pauperibus, vel Ecclesiæ, cap. Non mediocriter, de consecr. distinct. vlt. & istam partem tenet* Maluc. *Doctor antiquus, in cap. licet, de censibus quem refert* Ioan. Andr. *in d. cap. Cum homines, de decim. vnde secundum* Panorm. *ibi, talis non debet soluere decimam, sed Ecclesia debet remittere tantum, quo viuere possit, quia Ecclesia debet pauperibus de suo subuenire: allegat notata per gloss. in cap. Quicumque, 16. quæst. 7. Quinimò secundum* Panorm. *in d. cap. Cum homines, vbi esset tanta inopia alicuius, quod si solueret decimam fame periret; non tenetur ad soluendas decimas, nam tempore necessitatis omnia sunt communia, & licitè potest aliquis furari in extrema necessitate ad sustinendam vitam, cap. Sicut, 47. distinct. cap. Si quis, de furt. tunc enim non dicitur furtum. Et pro ista parte facit, quòd licèt regulariter non debeat solui pecunia pro qualitate, vel pro specie, l. 2. §. mutui datio, D. si cert. pet. & maximè in decima, quæ debet solui de frumento ex certo prædio, prout suprà dictum fuit, sicut in censu pro directo dominio; tamen istud intelligi, nisi casus necessitatis obstet, quando scilicet non posset reperiri, quia tunc benè posset vnum pro alio solui, vt in authent. de fideiss. §. pec. col. 1. in auth. Hoc nisi, C. de solut. & maximè in Ecclesia debitrice, quia si non habet vnde soluere pecuniam, tunc in subsidium potest dare in solutum aliquas* res

res mediocres Ecclesiæ, vt in authent. de alienat. emphyt. §. Quæcumque, verf. Verò secundum prædictum, coll. 9. in auth. Hoc ius porrectum, C. de Sacrof. Ecclef. Ergo videtur idem ius è contrà, quando laicus est debitor Ecclesiæ in casu necessitatis, &c. Quod & alijs argumentis numeris seqq. confirmat, quæ & Nos prosequimur infrà

9 Hucque singulare illud ius aliquantulum respicere videtur Franciscorum, † Augustinianorum, aliorumque Ordinum Mendicantium, vt fructuum in horum fundis perceptorum, quos proprijs sumptibus, siue manibus colunt, decimas nullas debeant, aliorum debeant. Secundum quam distinctionem iudicatum fuisse in *Sacro Sabaudiæ Senatu contra Augustinianos Seysselli, & S. Petri de Arbigny, in causa Franciscanorum De la Cambre, & Canonicorum eiusdem loci. 3. id. Iul.* 1588. testis est Anton. Faber. *in suo Cod. definit. lib. 1. tit. 3. definit. 1.* Qua de re plenissimè Suarez *de Religione lib. 1. cap. 18. à numero 2. cum seqq.*

10 Ita & fortiori ratione à decima Papali † persoluenda paupertas excusat eum, qui præter congruum, decentemquè sui ipsius, & familiæ victum non habet; sic (post alios quos allegat) tenet Bartholom. Bellecin. *de charitatiuo subsidio, quæst. 77. numero* 1. Nicol. Boër. *decis.* 135. *num.* 3. Gaspar. Boëça *de decim. tutor. cap.* 10. *num.* 10. Ioann. Gutierr. *de tutel. 3. part. cap. 12. n. 6.* diximusquè etiam *quæst. 28. n. 69.* & latiùs *quæstione* dicemus *sequenti.*

11 Idem & in decimis, tributis, † talijs, & collectis Regibus alijsvè Dominis temporalibus debitis, à quibus excusat paupertas, *l. 4. §. Inopes, D. de muner. & bonor. cap. Licèt. 4.* extra *de censib. glos. in l. Omnes, la. 1. 3. in ordine, verb. Compelletur, C. de annon. & tribut. lib.* 10. Facit *text. in l. Honor. 14. §. De honoribus. D. de muner. & bonor. & in l. Illicitas. 6. §. Nè tenuis, D. de offi. Præsid. & text. in l. Indictiones. 2. C. de annon. & tribut. lib.* 10. tenentque Bald. *in auth. Defuncto, numero 12. C. ad Senat. conf. Tertul. & in l. Etiam, numero 17. C. de execut. rei iudic.* Cornel. Beninc. *de paupert. speciali 4. princip. numero* 26. Francis. Marc. *decis. Delphinat.* 198. *numero 5. par. 2. & dec.* 489. *numero 9. & decis.* 490. *numero 7. lib.* 1. Palac. Rube. *in repet. cap. Per vestras, §. 1. verf. Nota secundò, numero 8. vbi eius* Addit Hippolyt. *de* Marsil. *sing.* 819. Sebast. *de Medi. in tractat. de casib. fortuit. 2. par. quæst. 5. numero* 13. Generard. *de Petrasanct. sing. 73. & singul. 101. in fin. verf. Et prædicta faciunt,* Remig. de Gonny *in tract. de charitat. subsid. quæst. 37. numero 10. & 11.* Quintill. Mandos. *demonitor. quæst. 37. numero 4. & 5.* Petr. Royz. Manr. *decis. Lituanic. numero* 283. Petr. de Auendaño *de exeq. mandat. 2. part. cap. 14. numero* 33. Roland. à Valle *consil. 46. numero 20. & seqq. lib.* 1. Cardin. Tusch. *litera C. conclus. 447. num.* 16. Marius *de Apicella allegatione 6. num.* 34. Aniles *in cap. Prætor. 33. verb. Probres, numero* 4. Nicol. Festas *in tract. d. extimo, & collect. 4. part. cap. 2. numero* 60 Pro hacque sententia faciunt de iure Regio *text. in l. 10. & 11. tit. 13. lib. 9. nouæ Rec. Collect.*

Intelligendum tamen est, huiusmodi exemptionem in collectis, talijs, vel tributis extraordi-
12 narijs, † & personalibus procedere, locumquè habere; secùs in realibus, & ordinarijs, in quibus pro rata cum alijs contribuere pauper, miserabilisquè tenetur, vt ex Bald. & alijs proximè relatis colligitur, & notat in specie Flores Diaz de Mena (post Bart. & Ioann. *de* Platea *in dict. l. Omnes, C. de annon. & tribut. libro* 10. Nicol. Fest. & alios) *variar. quæst. lib. 2. quæst. 21. numero* 130. Ioann. Aloys. Ricci. *d. resolut.* 115. *numero* 3. Sebastian. *de Medic. in tract. Mors omnia soluit, part. 1. numero* 103. *pag. 4. verf. Quintò paupertas excusat ab oneribus personalibus,* Alexand. Raudensis *de analog. lib. 1. cap. 40. numero 23. & seqq.* vbi eum, qui intolerabili paupertate premitur, id est, qui operibus tantùm suis viui, † ab omni onere, con- 13
tributionequè excusari, ex plurium sententia resoluit. Apud quem etiam *numero 35. & seq.* quæ onera ordinaria, † extraordinariavè dicantur, 14
licet videre. Qui ordinaria, quæ in corpore iuris clauduntur; extraordinaria verò, quæ per accidens, & variabilia à Magistratibus, Vniuersitatibusvè indicuntur, esse; pluribus iuribus authoritatibusque confirmat.

Sic nec pauperum tutoribus † decima) aliàs 15
pro labore debita) præstanda est, vt *quæst.* 28. *numero* 72. tradidimus.

VTRVM PROPTER paupertatem gabellam, pedagium, vectigal, seu tributum imponere liceat?

SVMMARIVM

1 *Gabella quotuplex sit? de multiplici eius significatione, quidque sub se comprehendat?* remissiuè.
Quid sit Tributum, Vectigal, seu Pegium? ibid. remissiuè.
2 *Gabellarum, pedagiorum, vel vectigalium nouæ impositiones, siue exactiones tam Ciuili, quàm Canonico iure, & Regio improbatæ sunt.*
3 *Gabella odiosa est, & contra eam in dubio iudicandum.*
4 *Principi nequè pro bello gerendo licet subditos talliare. Limita* num. 10. & seqq.
5 *Princeps voluntariè subditos suos talliare, neque pro ratione suæ coronationis, vel quia natus est sibi filius, vel quia vult filiam maritare, ob aliudvè simile non potest.*
6 *Princeps, qui proprio ipsius commodo absque iusta causa gabellam, seu vectigal imponit; maximam iniustitiam committit, & rapinam, mortaliterquè peccat, ac ministri exigentes, si notoriè iniusta sit exactio.*
7 *Princeps non debet absquè iustissima causa per noui vectigalis impositionem subditos bonis suis priuare, solitisquè stipendijs, ac tributis contentus esse debet.*
8 *Et aliter faciens, ad exacti vectigalis restitutionem tenetur.*
9 *Princeps subditis suis grauis existere non debet; sed boni potiùs pastoris, parentisquè vicem præstare.*
10 *Propter necessitatem, vel paupertatem licet Principi vectigal, seu gabellam imponere subiectis. Amplia* num. seqq.

13 *Ius collectandi est de Regalibus, neque aliis, quàm imperatori, aut Regi, siue ab eis facultatem habentibus permissum est.*

14 *Et an Regi solum Romanorum electo huiusmodi ius competat?*

15 *Talliari possunt vassalli non solùm pro Regis, sed alterius Domini pauperis redemptione, debentque contribuere.*

16 *Vassalli pro filia Domini maritanda, si Dominus eam maritare non valeat, collectari possunt.*

17 *Et etiam pro filia naturali tantùm, vel spuria.*

18 *Et pro Religionis ingressu.*

Vassalli sicut pro matrimonio carnali, sic pro spirituali Domino subuenire tenentur, ibid.

19 *Et possunt etiam talliari pro nepte Domini, vel Baronis nuptui tradenda.*

20 *Intellige,* vt num. sequent. *Si pater pauper sit.*

21 *Auus dotare neptem si habeat patrem diuitem, qui eam dotare possit, non tenetur.*

22 *Et quando dicatur pater dotare posse, vel non? Dicaturque in præsenti pauper?*

23 *Vniuersitas absque facultate collectam imponere non potest.*

24 *Limitatur ratione paupertatis.*

25 *Iure Regio prohibitum est vniuersitati pro necessitatibus suis collectam vltra trium millium marapetinorum summam imponere, sub grauibus pœnis.*

26 *Et an in alienatione, vel impositione, quæ ob necessitatem vrgentissimam saltem fiat, locum dicta lex habeat?*

27 *Episcopi pauperes sumptus, vel charitatiuum subsidium à subditis petere possunt.*

28 *Ad idque poterunt subditi per Episcopum compelli.*

29 *Ecclesiastica etiam districtione, excommunicationisque sententia.*

30 *Appellatio in hoc casu executionem exactionis charitatiui subsidij pro alimentis impositi, non suspendit. Amplia n.32.*

31 *Nec in pensione data, vel assignata pro alimentis Clerici pauperis.*

33 *Charitatiuum subsidium à Clericis pauperibus nullum, aut paruum pro sua, suorumque sustentatione beneficium habentibus, exigi non debet.*

34 *Si sufficiens ad suum, suorumque victum sit, ad integrum tamen subsidij onus non superfit, pro excessu tenebantur.*

35 *Et quid in subsidio, quod hodiè in Hispaniarum Regnis Clerici soluunt?*

36 *Vt beneficia debilia non dicantur, quæ requirantur? Beneficium idem, paruum, vel magnum respectu conditionis personæ dici potest.*

38 *Arbitrarium Iudici est, quod beneficium magnum, vel paruum dicatur.*

39 *Vt beneficium dicatur tenue, ad ipsius solùm redditus, non ad bona patrimonialia inspiciendum est.*

QVÆSTIO XXXV.

1 Qvotuplex sit gabella, † de multiplici eius nominis significatione, quidquè sub se comprehendat, hac in disputatione disserere omitto. Qua de re latè Syluest. *verb. Gabella, el* 1. Card. Dominic. Tusch. *pract. conclus. lit. G. concl.* 1. *per tot. & concl.* 7. *&* 8. Card. Franc Tolet. *in summa, lib.* 5. *c.* 72. *numero* 1. *&* 4. vbi, in horum nominum determinatione Doctores sibi non constare, vnumque pro alio accipi solere dicit. Quidque sit *Tributum?* & vnde dicatur? ipse Card. Tusch. *lit. T, concl.* 391. Quid vectigal? *littera V. conclus.* 33. vbi *n.* 3. nomen esse generale, omne id quod Fisco penditur, debeturq; comprehendens, firmat ex Cuman. *consil.* 162. (*incip. Visa copia*) *in princ.* Quid *Pedagium*? Idem quoque *lit. P. concl.* 203. Ex quibus omnibus constat; sæpè huiusmodi confundi nomina, vnumque quandoque pro alio sumi, Carol. *de Grassis de effectib. Clericat. effectu* 3. *n.* 2.

Igitur gabellarum, pedagiorum, vel vectigalium nouas impositiones, † siue exactiones 2
tam Ciuili, quam Canonico, Regioque iure esse prohibitas; constat ex *nigro, & rubro C. vectig. noua instit. non posse, l. Locatio,* 9. §. *Earum, D. de public. & vectig. cap. Super quibusdam,* 26. extra *de verbor. signi. cap. Prohibemus,* 7. *de censib. cap. Quamquam,* 4. *eod. tit. lib.* 6. *Concil. Trident. sess.* 2. *de reformat. c.* 20. de iure Reg. *tex. in l. fin. tit.* 7. *part.* 5.

Ideóque odiosam † esse gabellam, contra 3
eamque in dubio iudicandum, docet Bartol. *in l. Si pupillus,* 21. *num.* 3. *ad leg. Falcid.* Curt. Iun. *consil.* 339. *numero* 5. Angel. *cons.* 385. latissimè *Cardin. Tusch. d. littera G. conclus.* 21. *per tot.*

Vndè, neque pro bello gerendo † licet Prin- 4
cipi subditos talliare, ex *tex. in l. vnic.* §. *Merito igitur* (ibi, *sine nouis expensis publicis constitutis,*) *C. de Iustin. codice confirm.* & ex *authen. vt Iudic. sine quoque suffrag.* §. *Illud videlicet, in fin. vers. Nos autem, collat.* 2. Ita tenet Guid. Pap. *singular.* 13. vbi & quòd Imperator, vel Rex vo-
luntariè † talliare subditos ratione suæ corona- 5
tionis, vel quia vult filiam maritare, obque aliud simile non potest; adducit *ext. in l. fin. in fin.* (ibi, *Expensis propriis statuam collocari præcipimus*) *C. de statu. & imag.* Paul. Castr. Ioan. Faber. & alij, quos refert, & sequitur Nicol. Boer. *decis.* 126. *n.* 6.

Principemque proprio ipsius commodo † 6
absque iusta causa gabellam, seu vectigal imponentem, maximam iniustitiam committere, mortaliterque peccare; docent Innocent *in cap. Innouamus, de censibus,* Tabiena *in summa, verb. Pedagia, n.* 4. Caiet. *in summ. verb. Vectigalia,* Syluest. *verb. Gabella,* 3. *n.* 2. latè Roland. à Valle *cons.* 91. *n.* 30. *&* 34. *& seqq. lib.* 2. vbi, Principem tunc & manifestam committere rapinam, & mortaliter peccare, ministrosque exigentes, si notoriè absque iusta causa exactio, vel imposito, affirmat.

Non enim debet Princeps sine iustissima
causa † per noui vectigalis impositionem 7
subditos bonis suis priuare; solitisque stipendiis, ac tributis debet esse contentus, vt inquit Afflict. *in tit. Quæ sint Regal. verb. vectigalia, num.* 8. Lucas de Penna *in lege* 1. *numero* 8. *codice de superindict. lib.* 10. Roland. à Valle *d. cons.* 91. *n.* 32. *& cons.* 1. *num.* 57. *eod. lib.* 2.

Aliterque faciens ad exacti vectigalis resti-
tutionem † tenetur ex sententia D. Thom. 2. 2. 8
quæst.

*queſt.*53. quem refert, & ſequitur Roland. à Valle *d.conſ.*91.*numero* 32.Afflict. *d. verb. Vectigalia*, *numero* 8. Hoſtienſ. *in ſumma tit. de cenſib.§.Ex quibus,verb.Breuiter puto*, Azeued. *in l.*1.*tit.*11. *lib.6. noua Reg. Collect. numero.*1. *& ſeqq.*

Nec enim grauis ſubditis ſuis debet exiſtere
9 Princeps, cum boni potiùs Paſtoris, † Parentiſque vicem eis præſtare debeat, *tex. in cap. Cum Apoſtolus*, 6. §. *Prohibemus*, *verſ. Cum enim dicat Apoſtolus,de cenſib. Auth. neque virum*, *quod ex dote eſt*, *circa fin.& ibi not.gloſſ. verb. Dicimus autem*, *collat.*8. Et tanquam Pater communis debet ſubditorum commodis inuigilare,*tex.in auth.Vt diuina iuſſion.ſubſcript. habeant glorioſ. Quæſtor. coll. in princip. & in auth.vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, in princip. coll.*2.Senec.de clement.lib.1.cap.13.(de Principe loquens) *E contrario is cui cura ſunt vniuerſa,quamuis alia magis,alia minus tuetur,nullam non Reipublicæ partem tanquam ſui nutrit, inclinatus ad mitiora.*& cap.14.*Quod ergo officium eius eſt?*(inquit)*Quod bonorum parentum.* Debentque ſtudere, vt non exactores Principes; ſed Rectores nominentur; non vt illos legaliter amplectantur,iuxta *tex.in capit. Quia cognouimus*,6.10. *quæſt.*3. *text. in cap. Conquerente*,7.*de reſtit.ſpoliat.* latè Lucas de Penna *in l.*1.*n.*3.*& ſeqq.C.de ſuperindict.lib.*10.traditque Ariſtot. *lib.*8. *Ethic.* vbi, quòd Rex ad ſubditos, ſicut Paſtor ad oues ſe debet habere.Idemque aſſerit Homerus ad Hemetr. *frat. de gubernando Imperio*, Xenoph.*lib.*8.*de pædia Cyri.* Boni autem Paſtoris eſt tondere pecus,non deglutire,vt per Suetonium. & Oroſ.quos refert, & ſequitur Roland.à Valle *dicto conſ.*91. *num.* 42. plura circa hæc adducens *ex numero* 39.

10 Propter neceſſitatem † verò, vel paupertatem, licitè Princeps vectigal, ſeu gabellam imponere ſubiectis poteſt,*textus in dict.l.*1. *C. vectig. noua inſtit. non poſſe*, ibi: *Sed ſi adeò tenuis eſt patria tua,&c.* & in *d.l.fin.d.tit.*7. *par.* 5. ibi: *Por mejorar algun lugar que està muy pobre*: & alia ferè iura pro contraria parte relata; Bald. & Paul.Caſtrenſ.*in l. Neminem*, *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Socin. Iun. *conſ.*98. *num.* 10.*lib.*3.vbi, priùs debere Principem de ſuo ſe præmunire marſupio, quod ſi non ſufficiat, ſubditis imponere colectam poſſe, non aliter, dicunt,*idem* Bald.*in cap.conquerente*,16.*num.*5. *verſic.Quæro vtrùm Reges*, extra *de offic.Indic. ordinar.*vbi regis menſa non ſufficiente, charitatiuum ſubſidium poſſe Principem ſubditis imponere, firmat, Paul.Pariſ.*conſil.*25. *n.*65. *lib.*1.Lucas de Penna *in dict.l.*1.*n.*10. *C.de ſuperindict.lib.*10. Matthæ.de Afflict. *in tit. Quæ ſint Regal.verb. Extraordinaria in princip.& in rubric.eiuſdem tit.n.*85. Guido Pap. *quæſt.*551. *num.* 11. *& dict. ſingul.* 13. Roland. à Valle *conſil.*1. *num.*51. *lib.*2.*& num.*62. *& ſeqq.* vbi latè *& d conſil.*91.*n.*22.*cum ſeqq.eod.lib.*2.Auguſtin.Berol. *conſil.*81.*n.*7.*& ſeqq.lib.*1.Nicol. Boer.*d.deciſ.*126. *num.*6.*& ſeq.* Petr. Surd. *de aliment. tit.*1. *quæſt.*57. *num.* 7. & fuſiùs *tit.* 7. *quæſt.*30.*num.*10.*& ſeqq.*Syluеſt.*verb.Gabella*, *el* 3. *numero* 8. Cardinal. Tolet. *in ſumma cap.* 74.*num.*5.*lib.*5.

Quod non ſolùm quoad vaſſallos immediatos Principis procedit; ſed & mediatos, †
11 quibus etiam neceſſitate exiſtente collectam imponere poteſt. Ioannes Blanch. Afflict. & alij, quos refert, & ſequitur Roland. à Valle *dict. conſilio* 1. *numero* 76. *& ſequent. libro* 2.

Quod & in Dominis † inferioribus, ſuperioremque recognoſcentibus locum habet. 12
Licèt enim collectandi ius ſit de Regalibus, † nec aliis,quàm Imperatori, aut Regi, 13
ſiue ab eis facultatem habentibus competat, ſitque permiſſum; *text.in dict. cap.Super quibuſdam*, 26. *de verbor. ſignific. & in l. Vectigalia*, 10. *D. de publica & vectig. cap.vlt. quæ ſint Regal. in vſib. feudor.* Philipp. Cornel. *conſ.* 333. *numero* 3. *libro primo* VVeſembe. *conſ.* 27. *à numero* 10. *cum ſequent. libro primo* Iacobus Menoch. *conſil.* 32.*numero* 70. *libro primo*. Petr. Salazar.*de vſu*, *& conſuetud. capite* 2. *numero* 2. *&* 3. alios referens Flores Diaz. de Mena *variar. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 21. *numero* 11. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. G. concluſ.* 1. *numero* 9. *&* 10. *& lit. D. concluſ.* 26. *numero* 5. *& litera* P. *concluſ.* 203. *numero* 12. *& litera V. concluſ.* 32. *per tot.* Syluеſt. *dict. verb. Gabella*, *el* 3. *numero* 2. Cardinal. Tolet. *vbi ſupra*, *cap.*73. *numero* 1. Roland. à Valle *d. conſil.* 1. *numero* 14. *libro* 2. *& dict. conſil.* 91. *numero* 1. *& ſequent. eod. lib.* Azeued. *in l.* 25. *titulo* 6. *libro* 3. *noua Reg. Collect. numero* 1. & latiùs in *l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *numero* 1. *& ſequent.* de iure Regio *tex.in l.*1.*& ſequent.tit.*11.*lib.*6.*noua Reg.Collect.*

Adeò, vt quod de Rege dicimus, in Rege tantùm Romanorum † electo, nondum co- 14
ronato intelligant quidam quo tempore non Imperator, ſed Rex Romanorum appellatur Quod ſenſit Hoſtienſ. *& Summa Angelic.* relati à Syluеſt. *d. verb. Gabella*, 3. *numero* 2. *verſ. Secundò hoc poſſunt Reges*, vbi hunc videri fuiſſe ſenſum *dict. cap. Super quibuſdam*, faceteque *dictam legem Vectigalia*, 10. dicit.

Tamen pro redemptione † non ſolùm Re- 15
gis, ſed etiam alterius Domini pauperis tenentur contribuere vaſſalli, poſſuntque taliari. Ita tenet Nicol. Boer. *d. deciſ.* 126. *numero* 10. quod plures ab eo relatos dicit voluiſſe Doctores, idemque Auguſt. Bero. *dict. conſil.* 81. *numero ſeptimo & ſequentibus lib.*1.

Nec ſolùm pro ipſius Domini paupertate leuanda; ſed etiam filiorum, vaſſalli ſubuenire tenentur. Pro filia enim Domini maritanda, † 16
ſi Dominus eam maritare non poteſt, vaſſalli poterunt collectari. In eam venerunt ſententiam Matthæ.de Afflict. *deciſ.*265.*numero* 55. Boer. *d.loco,n.*6.*& ſeqq.* & ferè omnes alij ſuprà *n.*10. relati.

Nec dùm pro filia legitima, & naturali maritanda, ſed etiam naturali † tantùm, vel 17
etiam ſpuria: latè Nicol. Boer. *deciſ.*227. *numero* 2. *& ſeqq.* Vrſil. *in addit. ad* Afflict. *deciſ.*265.*num.*58. Vincent.de Franch. *deciſ.*42. *in princip.* pluresque ex proximè infrà referendis.

Et pro Religionis ingreſſu.† Quia ſicut pro 18
matrimonio carnali, ita pro ſpirituali coguntur vaſſalli Domino ſubuenire. Annan. *ſingul.* 13. Matthæ. de Afflict. *deciſ.* 348. Vrſil. ad eundem Afflict. *deciſ.* 265. *num.* 59.

Bartol. Caſſan. *in conſuet.* Burg. *rubric.* 1. §. 4. *gloſſa Mariage numero* 4. Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro* 2. *caſu* 181. *numero* 3. *&* 4. Marc. Anton. Natta *conſil.* 296. *numero* 4. Mozi. *de feud. rubric. de natur. feud. numero* 63. Bortin. *de ſeruit. vaſſall. part.* 4. *cap.* 6. Thomas Sanchez *de matrimon. libro* 1. *diſputat.* 33. *numero* 31. Anton. Scapp. *de iure non ſcripto, lib.* 2. *capite* 29. *numero* 4. Iacob. Cancer. *variar. reſolut.* 3. *cap.* 11. *numero* 213. Camill. Borrell. *de præſtant. Reg. capite* 20. *numero* 35. *& conſil.* 40. *numero* 11. Marius Giurba (plures alios referens) *in conſuet. Senat. Meſſanenſ. cap.* 3. *gloſ.* 3. *numer.* 25. *part.* 1. Ioan. Aloyſ. Ricci. *collect.* 65. *part.* 1. *verſic. Item an debeatur monachanti filiam.*

Nec tantùm pro filia maritanda; ſed etiam
19 pro Domini, vel Baronis nepte † nuptui tradenda, adiuuare debent Dominum vaſſalli Petr. Gregor. *de feud. par.* 7. *quæſtione* 8. *num.* 9. Borrin. *de ſeruit. vaſſall.* 4. *parte, capite* 7. Freccia *in tractatu de ſubfeud. libro* 2. *authoritate* 2. *numero* 17. Molfeſ. *ad conſuet. Neapolit. part.* 6. *quæſt.* 4. *numero* 13. latè Vincent. *de* Franch. *deciſ.* 215. *per tot.* Ioann. Aloyſ. Ricci. *dict. collect.* 65. *verſic. Item debetur, ne auo neptem collocanti*, Garſ. Maſtrillus *deciſ.* 1. *numero* 7. Marius Giurba *dict. cap.* 3. *gloſſa* 3. *numero* 23.

20 Quod ſi pater pauper † ſit, nec dotare poſſit filiam, intelligendum eſt: quo quidem caſu, auus neptem dotare tenetur; in eoquè Doctores proximè adducti loquuntur. Si enim
21 pater diues ſit, filiamvè dotare poſſit, † à dotandi neptem obligatione auum liberat, vt probat *text. in l. Dotem dedit.* 6. *D. de collat. bonor.* vbi teneri auum propter filium neptes dotare, & ſic filio principaliter onus incumbere dotandi, conſtat. *text.* etiam *in l. Profectitia.* 5. §. *Si filius, el.* 2. *D. de iure dot.* (prout illum *text.* ad hoc inducit Ruin. *conſil.* 138. *numero* 1. *ad fin. lib.* 4.) *text.* quoque *in l. Non quemadmodum.* 8. *D. de liber. agnoſ.* firmatquè Bald. *in authent. Res quæ, numero* 12. *C. commun. de legat.* dicitquè receptam ſententiam Iaſ. *in l.* 1. *D. ſolut. matrimon. numero* 27. Ripa *numero* 74. Socin. Seni. *numero* 46. Socin. Iun. *numero* 195. Alex. *numero* 19. Alciat. *numero* 98. Bulgarin. *numero* 30. Bolognet. *d. numero* 120. Palac. Rub. *in repet. cap. Per veſtras*, §. 24. *notabil.* 3. *numero* 1. Campeg. *de tot.* 1. *par. quæſt.* 18. Aymon. Crauet. *conſ.* 219. *numero* 3. Aretin. *conſil.* 17. *à numero* 13. Franc. Viuius *commun. opin. lib.* 2. *opinio* 99. Iacob. Menoch. *conſ.* 81. *numero* 48. magis communiter receptam ſententiam dicit Petrus Barboſ. *in d. l.* 1. 4. *parte, numero* 111. *D. ſolut. matrimon.* vbi pluribus iuribus, rationibuſquè eam firmat, licèt poſtmodum contradicat: tenent etiam Intriglio. Gabr. Cauale. Franch. Carpa. Surd. & alij propè infiniti, quos refert, & ſequitur Marius Giurb. *loco prædicto, numero* 22. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 259. *numero* 1. 3. *&* 7.

Diciturquè pater in præſenti pauper, nec
22 dotare poſſe, † ſi deducto ære alieno, vel dote, ſalua dignitate, & conditione ſua viuere nequeat. Aretin. *d. conſil.* 17. *numero* 16. Iaſ. *in* §. *Fuerat, numero* 116. *inſtit. de action.* Giurba *d. cap.* 3. *gloſ.* 3. *numero* 23. tradit (ex Bald. Oldral. Immol. & alijs) Corn. Benin. *de pauper. ſpec.* 3. *in contract. numero* 24. *& ſeqq.* Vincent. Caroc. *in tract. de patre filiam ſimpliciter dotante, quæſt.* 11.

Ampliatur præterea ſuprà dicta principalis concluſio, in Vniuerſitate, quæ licèt abſquè Regia facultate † (ex traditis ſuprà *num.* 13.) 23
collectam imponere non poſſit, *text. in l.* 1. *C. vectig. noua inſtit. non poſſ.* cuius hæc ſunt verba: *Vectigalia noua, nec decreto Ciuitatum inſtitui poſſunt d. l. fin. titulo* 7. *part.* 5. *vbi gloſſa* 1. *&* 2.

Propter paupertatem † tamen, etiam abſquè 24
Principis facultate imponere vectigal, ſeu collectam poteſt: pleniſſimè Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 43. *per tot.* Azeued. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *nouæ Reg. Collect. numero* 1. *& ſeqq.* propè infinitos referens Flores Diaz *de* Mena *variar. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 21. *numero* 12. *& ſeqq.* Anton. Theſaur. *deciſ. Pedem.* 257. *numero* 4. *&* 8.

Et licèt de iure Regio per *d. l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *nouæ Reg. Collect.* ſub grauibus Vniuerſitati prohibitum ſit pœnis, † pro neceſſitatibus ſuis 25
collectam vltra trium millium morapetinorum ſummam imponere: adhùc tamen eam vult procedere Ioan. Yañez Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 5. *part.* § 3. *numero* 36. in alienatione, vel impoſitione voluntaria. † 26
Quem tamen (propter aperta dictæ legis verba) minùs rectè ſenſiſſe obſeruat Ioan. Gutierr. *de gabel. lib.* 7. *quæſt.* 168. *numero* 18. Si tamen vrgentiſſima ſit neceſſitas, etiam *dictæ legis* diſpoſitione ſtante, poſſe Vniuerſitatem abſquè Regia facultate collectam vltra prædictam ſummam imponere, profitetur Flores Diaz *de* Mena *vbi ſuprà numero* 48. ita tenentes adducens Auendañ. *in cap.* 14. *Prætor. numero* 8. Azeuedum *in l.* 25. *tit.* 6. *lib.* 3. *nouæ Reg. Collect. numero* 5. *&* Mexiam *concl.* 1. *numero* 62.

Ampliatur deinde principalis concluſio in Prælatis Eccleſiaſticis ſuperiorem etiam recognoſcentibus, vt in Epiſcopis pauperibus, † 27
qui ſumptus, vel charitatiuum ſubſidium à ſubditis petere poſſunt, *text. in cap. Conquerente.* 16. *de offic. Ordin. cap. cum Apoſtolus.* 6. §. *Prohibemus, & cap. Prohibemus.* 7. *de cenſib. clement. vnic.* §. *In exigendo, de exceſſib. Prælat.* vbi per Scrib. Nicol. Boër. *deciſ.* 134. *numero* 2. latè Bartholom. Bellencin. *de charitat. ſubſid. quæſt.* 14. *&* 16. *per tot.* Remig. *de* Gaonny *eod. tractatu de charit. ſubſid. quæſt.* 2. *numero* 2. *& quæſt.* 5. *per tot.* præcipuè *numero* 13. Alphonſus Aluar. *in ſpeculo Roman. Pontif. cap.* 62. *verſic. Itaque ex ſuprà dictis*, Camill. Borrell. *conſil. ſiue controu.* 2. *numero* 10. Euerard. *conſ.* 41. *numero* 15. Carol. *de* Graſſ. *de effectib. Clericat. effectu* 3. *numero* 270.

Quòd ſi huiuſmodi charitatiuum ſubſidium denegent ſubditi, ad eius præſtationem poterunt per Epiſcopum compelli. † Sic docet In- 28
noc. *in dict. cap. cum Apoſtolus*, quem ſequuntur Hoſtien. Anton. *de* Butr. *&* Abb. *ibi.* Pro eaquè ſententia eſt *text. cum gloſſ. in verb. Exigendo in clem. Frequens de exceſſib. Prælat. & ibid.* Paul. *de* Leaza. *&* Petrus *de* Anchar. Vbi enim charitas non prodeſt,

eſt

est adhibenda potestas *cap. Licet, cap. Qui emendat, 45. distinct. cap. Cauendum, 10. quæst. 3.* Ita in specie Bald. *in dicto cap. Conquerente, n. 5. de officio Ordinar.*

29 Ad idquè Ecclesiastica districtione, † excommunicationisquè sententia cogi posse, obseruat Lupus *allegat.* 20. per *text. in d. clemen. Frequens de exces. Prælat.* Nicol. Boër. *decis.* 136. *num.* 2. Barthol. Bellenc. *d. tract. de charitat. subsid. quæs.* 15. *num.* 1. *&* 2. *& quæst.* 101. *num.* 3. Remig. *de* Gaonny. *eod. tractatu, quæstione* 8. *numero* 3. 4. *&* 5. *& quæstione* 9. *numero* 2. *&* 4.

30 Nequè appellatio † in hoc casu executionem exactionis charitatiui subsidij pro alimentis impositi suspendit, eaquè non obstante, præstandum asserit Barth. Bellencin. *vbi supra, quæst.* 55. Idemquè dixit Hieronym. Gigas *tract. de pension. quæstione* 95. *& quæst.* 35. *num.*

31 9. in pensione, † quæ pro alimentis Clerici pauperis assignatur; sequitur Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *quæst.* 60. *num.* 9. Stephan. Gratian. *discep. forens. tom.* 3. *cap.* 454. *num.* 2. Et nequè

32 per viam grauaminis, vel violentiæ † ad Cancellarias, vel alios quosuis seculares Iudices Clericos posse in hoc casu recursum habere; tradit (ex pluribus) Nicol. Boër. *dict. decis.* 136. *num.* 3.

33 A pauperibus † tamen Clericis huiusmodi charitatiuum subsidium, collectaquè exigi non potest, si vel nullum, aut paruum beneficium pro sua, suorumquè sustentatione habeant, *text.* est *in cap. Licet, & in cap. Apostolus in fin. de censib. cap.* 1. *de Magistr. cap. Placuit,* 1. *quæst.* 2. Hostiens. Anton. *de Butr. &* Ioan. *de* Immol. *in dict. cap. Conquerente de offic.* Ordin. Cardin. *in clem.* 1. *de censib. quæstione* 16. Barthol. Bellencin. *d. tract. de charitat. subsid. quæst.* 30. *num.* 1. Remig. *de* Gaonny *eodem tract. quæst.* 37. *num.* 1. 3. 4. 7. 8. *&* 9. Nicol. Boër. *decis.* 135. *num.* 3. Geminian. *cons.* 85. *num.* 26. *& seq.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro* 2. *cent.* 3. *casu* 216. *numero* 13. Cardin. Tusch. *litera D. conclus.* 85. *numero* 2. *& seqq.* Quintillian. Mandos. *de monitor. quæst.* 37. *num.* 6.

Si verò vltra suum, suorumque victum Clericus ex beneficio percipiat, licèt ad integrum

34 subsidij onus non ascendat, pro excessu † illo tenebitur. Ita (argumento *cap. Procurationes, in fine primi responsi,* & quod not. Hostiens. *in summa de censib. §. fin. vers. Sed & patet, quòd si aliqua Ecclesia) obseruat* Remig. *dict. quæst.* 37. *num.* 2.

Ex quibus idem in subsidio, quod hodiè

35 in hisce Hispaniarum Regnis † præstant Clerici (vulgò *subsidio, y escusado* dictum) vt ad illud pauperes Clerici, quorum beneficiorum redditus necessarij sunt pro sua, suorumquè sustentatione, non teneantur, dicendum deducitur. Quod etiam ex ipsius verbi denominatione satis deprehenditur, quasi ex superfluo; non verò ex necessariis ad decentem victum præstandum sit.

Ad hoc autem vt beneficia debilia non di-

36 cantur, † tria (secundum Domini. *de* S. Geminia. *d. consil.* 85. *versic. Ex quibus concluditur,* quem refert, & sequitur Remig. *dict. quæstione* 37. *numero* 16.) requiruntur. Primum, quòd fructus ad victum suum sufficiant. Secundum, & ad victum familiæ suæ. Tertium, quòd pro se, & familia sua victu detracto, pro iuribus soluendis Episcopalibus, aliisque oneribus, ad quæ beneficiatus renebatur, fructus supersint. Quòd si vnum ex his desit requisitis, beneficium debile, pauperquè dici, firmat.

Ad idquè personæ etiam conditio spectanda erit, cuius respectu, † magnum, idem- 37
què tenue dici beneficium potest; vt (ex Iacob. Menoch. *dict. lib.* 2. *de arbitr. cent.* 3. *casu* 216. *numero* 3. *& sequentibus*) latè tradit Flamini. Paris. *de resignat. benefic. libro* 5. *quæstione* 6. *numero* 148. *& sequentibus* Paul. Æmill. Verall. *decis.* 65. *part.* 1. *per tot.* præcipuè *num.* 2.

Ideóque arbitrarium † Iudici hoc esse, firmat 38
ex pluribus. Paris. *vbi supra, ex nu.* 132. *& seqq.* præcipuè *n.* 143. *& seqq.* & *Nos qu.* 4. *n.* 50. 51. *&* 52. plura tradidimus.

Aduertendum autem circa rem hanc, ad hoc, vt beneficium tenue dicatur, vel insufficiens, non bonorum patrimonialium † (si simul cum 39
eis decenter Clericus viuere possit) sed redditnum tantùm beneficij rationem habendam, vt (ex Alphons. Oxeda *de incompat. benefic.* 1. *part. cap.* 19. *num.* 42. & aliis) obseruat Flamin. Paris. *d. qu.* 6. *n.* 153. *versic. Nec in hac inspectione, & n.* 154.

Alia huic accommodari possent quæstioni, quæ ex *præcedenti,* & *quæst.* 28. *num.* 69. *&* 70. suppleri possunt.

VTRVM PAVPERI LITIganti sint præstanda à collitigante & ad viuendum, & ad litigandum alimenta?

SVMMARIVM.

1 *Argumentis veritas magis elucescit, & vbi grande dubium emergit, disputare, & articulatè respondere debemus.*

2 *Fraudibus, & malitiis via non est aperienda.*

3 *Nemo contra se arma præbere adstringitur.* Intellige vt num. 30.

4 *Cum alterius iniuria, vel iactura pauperi fauendum non est.*

5 *Pauperi an teneatur collitigans diues alimenta, litisque sumptus ministrare?* & n. seqq.

7 *Pauper coram Ordinario paupertate probata, in causa matrimoniali extre Prouinciam ad litigandum in secunda, aut tertia instantia non cogitur, nisi altera pars & alimenta, & litis expensas ei velit subministrare.*

8 *Intellectus ad* text. in l. fin. §. Quòd si ei, C. de ordin. cognit. & seqq. viquè ad num. 21. exclusiuè.

9 *Bona sequestra eius præsumuntur, cui sequestrum fit.*

Dominium ex possessione præsumitur, ibid.

10 *Possessor transfert onus probandi in aduersarium.*

12 *Alimenta, litisque sumptus sequestrum passo ministrandi sunt.*

13 *Etiam ex bonis ob delictum sequestratis.*

14 *Et etiam post sententiam alimenta, litisque expensæ debentur, donec Curia sententiam exequatur.*

 15 *Etsi*

15 *Etsi ei denegentur, actione iniuriarum agere poterit.*

16 *Monachus à Monasterio, à quo se iniustè expulsum contendit, alimenta, litis expensas debet habere.*

17 *Et idem si litiget cum Abbate, vel eum accuset.*

18 *Clerico proprium Prælatum accusanti alimenta, & litis expensæ debentur.*

19 *Monasterium Monacho discorditer ad aliquod officium electo, ad quod iudicialiter se admitti petit, alimenta, & litis expensas præstare tenetur.*

20 *Collegium tenetur alimenta, litisquè sumptus Collegiali ab eo expulso præstare.*

21 *Maritus alimenta, litisquè sumptus vxori præstare tenetur, siue vxor agat, siue conueniatur, siue de adulterio accusetur; siue pro dote recuperanda, vel pro matrimonio separando, aut dirimendo contendat.*

22 *Intellectus ad tex. in l. Si instituta. 27. §. De in officioso, D. de inoffic. testam. &* num. 27.

Quæ concurrant necesse sit, vt alimenta litisque sumptus præstari debeant? ibidem & num. seqq. & num. 28.

Damnatur sententia glossæ fin. in l. fin. C. de alendis liber. ibidem.

23 *Intellectus text. in l. fin. C. de Carbonian. edict.* & num. 27.

24 *Ad inducendam obligationem alimenta, litisquè sumptus pauperi collitiganti præstandi, sola non sufficit litigantis paupertas, sed certa indicia, & præsumptiones pro eo concurrant, necesse est.*

25 *Sufficitquè aliqua boni iuris præsumptio cum paupertate coniuncta.*

Et præsumptionem tum temporis stare sufficit, cum alimenta, litisquè petuntur sumptus, licèt postmodum contra pauperem veniat iudicandum, numer. 29.

26 *Nec requiritur ad alimenta, sumptusquè litis consequendos, sententiam pro paupere latam esse, vel aliam determinatam præsumptionem stare.*

30 *Actori non sunt danda instrumenta ab aduersario ad fundandam intentionem; secùs ad iam fundatam iuuandum.*

31 *Intellectus ad text. in l. Imperatores. 17. D. de tutel. & rationib. distrahend.*

32 *Fiscus litigans cum paupere, de alimentis, litisque expensis ei prouidere tenetur.*

33 *Creditor tenetur pauperi pro debito incarcerato alimenta præstare. Amplia* n. 35. & 39. *etiam de iure Regio,* & num. 41. *Intellige* vt num. 38. & 40.

34 *Etsi creditor pauperem non alat, Iudex debet illum à carceribus relaxare,* & n. 37. *vbi de statuto Cataloniæ.*

36 *Et qualiter contra creditorem, qui debitorem fecit incarcerare, si absit, nec alimenta ei præstet, procedatur?*

Alimenta præstanda debitoribus incarceratis, Iudicis arbitrio erunt taxanda, ibid.

37 *Creditor curare debitorem incarceratum pauperem tenetur, aliter eum Iudex poterit relaxare.*

41 *Accusator alimenta, litisquè sumptus ad sui defensionem pauperi accusato præstare debet.*

42 *Aliàs à Curia huiusmodi expensæ pauperi subministranda erunt.*

43 *Collecta pro alendis pauperibus incarceratis imponi potest.*

44 *Si pauperibus carcerati remissio facienda sit ad Iudicem ad quem, expensis Iudicis à quo, remittendus erit.*

45 *Carcatus ad alium Iudicem remissionem petens, suis sumptibus remittendus est, nec aliàs Iudex remissionem facere tenetur.*

46 *Et idem si alius carcerati remissionem petat, si carceratus soluendo sit; secus si pauper, nec soluendo; quia tunc expensis accusatoris, in eiusquè defectum, Iudicis requirentis, & vltimo loco, Iudicis requisiti, remissio facienda erit.*

47 *Diues collitigans an pauperi alimenta, & litis expensas teneatur præstare? Siuè ad vniuersitatem bonorum, siue pro re particulari, & actione personali agatur?*

48 *Et an hodiè pauperi litiganti hæ expensæ, etiam vbi pauperum sunt Aduocati, & Procuratores, sint præstandæ?*

49 *Et an filio, vxori, vel similibus, qui à patre, vel marito alimenta consequi possunt, debeantur?* & n. seqq. vsq; ad n. 62. exclusiuè.

50 *Prouisio alimentorum, & expensarum, non nisi pauperi fit,* & num. 58.

51 *Et superuenientibus diuitijs, cessat alimentorum, expensarumque prouisio.*

52 *Crescente inopia, alimenta quoquè crescere debent.*

53 *Paupertas est probanda ab eo, qui alimenta, & litis expensas desiderat.*

54 *Debetquè in specie, & respectu effectus, de quo agitur, probari.*

55 *Pauper non dicitur, qui ab alio alimenta consequi potest.*

56 *Obligatio antiquior, & potentior posteriori, & minùs potenti præualere debet.*

57 *Obligatio certa, & indubitata, dubiæ, & incerta præualere debet. Et certa pro incertis dimittenda non sunt.*

59 *Vbi duo ad sunt remedia subsidiaria, minùs subsidiarium præualet.*

62 *Recipiens alimenta, & litis expensas, an ea, si succumbat, restituere, si vicerit, compensare teneatur?* & num. seqq.

63 *Pauper, qui recepit alimenta, litisquè sumptus de illis restituendis cauere non tenetur.*

65 *Qui iustam litigandi causam habet, in expensis condemnandus non est.*

66 *Secùs in eo, qui iustam litigandi causam non habuit.*

Et quæ sint iustæ litiganti causæ? ibid. remissiuè, & num. seq. propè *fin.*

68 *Expensæ litis, & alimenta semel assignata, præstanda sunt donec debitum finem lis recipiat.*

69 *Ab alimentorum, expensarumquè assignatione appellare quoad effectum suspensiuum non licet.*

70 *Ad quam vsque summam sit facienda alimentorum, expensarumque prouisio?*

71 *Quis in præsenti pauper dicatur, Iudicis relinquitur arbitrio.*

72 *Pauper pauperi huiusmodi alimenta, litisquè sumptus præstare non tenetur.*

73 *Nec victum suum decentem arctare, aut proprietatem vendere.*

QVÆSTIO

QVÆST. XXXIX.

VT non diffiteor quæſtionem hanc plures illæſæ opinionis, probatiſſimoſquè iuris Anthores lato calamo commentariis ſuis illuſtraſſe (quos fuſè recenſet Ioan. à Caſtillo *controuer. lib. 3. queſt. 17. numero 3.*) ſic etiam fatear neceſſe eſt, tùm eius vtilitatem, & frequentiam; tùm (poſt tot ſcripta) dubietatem, eodem Caſtillo *vbi ſuprà, num. 1. &* Aluaro Valaſc. *conſult. 1. in princip.* teſtantibus. Qui licèt accuratè in eius ſe explicatione geſſerint; præſertim *Caſtillo*, qui aliorum dicta recolligens, difficultatem omninò eneruare curauit: non tamen ſic vota impleuit, fauſtequè euenit, vt dubitationi locum, difficultatibuſquè præcluderet: quædamquè ab eo dicta confirmatione; quædam ſupplemento videntur egere. Vt igitur aptiùs huius quæſtionis veritas, reſolutioquè deprehendatur (*magis enim veritas elucet, quo ſæpiùs ad manum venit*; vt *Senec. de ira lib. 2. cap. 29.* inquit) & eam tractare exactè; & argumentis (quibus depromitur, magiſquè pari-
1 ter veritas eluceſcit, † *l. Munerum, 18. §. Mixta, D. de muner. & honor. cap. Graue, 35. quæſt. fin. glo. in cap. Cum* Ioan. Etemita, *de fide inſtrum.* Iaſ. *in l. Cum quidam teſtamento, 6. notab. D. de liber. & poſth.* Roland. à Valle *conſil. 24. n. 1. & 2.* dicens ex ſententia *Præpoſiti* ibi relati, quòd vbi grande dubium emergit, non paſſim reſpondere; ſed diſputando, articulatequè debemus) vti decreui.

Negatiuam igitur partem (deneganda alimenta, litiſque pauperi expenſas, neminemquè ad id adſtringendum dictantem) ſuadent fundamenta ſequentia. Primò, quia fraudibus, & malitiis
2 viam aperiri, † ratio prohibet, *l. Cum hi, 8. §. Si cum his, D. de tranſact. l. Conueniri, 5. D. de pact. dotal. l. Illud, 7. §. Sed ſi negauerit, D. de tributor. l. 2. C. de indict. viduit. tollend. l. Cum ſponſus, 14. D. de Public. in rem. act. l. Si maritus, 15. §. Legis Iulia, verſ. Cæterum, D. ad leg. Iul. de adult. l. unic. §. Ille etiam, C de Latin. libert. tollend. cap. vnic. in fin. vt Eccleſiaſt. benef. ſine dimin. confer.*

Aperiretur autem, ſi pauperi ad viuendum, & ad litigandum alimenta, litiſque expenſæ ab aduerſario miniſtrari deberent. Quis enim (quæſo) facilior inueniri, aut excogitari poſſet modus, per quem ſuæ quilibet neceſſitati ſubueniat? Alienoquè patrimonio, & labore, ſine labore fruatur? Quod non vtiquè ferendum eſt, nec pauperes ad temerè litigandum ſunt inuitandi, quod illa fieret occaſione.

Secundò hæc firmatur ſententia, ex naturali, æqua, Iuriſque authoritate valata ratione; *Neminem contra ſe arma præbere † adſtringendum.* De qua in *cap. 1. de probat. cap. Qui intendit. 3. quæſt. 3. l. Nimis graue, 6. C. de teſtib. l. Qui accuſare, 4. C. de edend. l. vnic. C. de prohibit. ſequeſt. pecun.* Benè facit *text. in l. Hi qui Fiſci, 10. D. de poſtul.*

4 Tertiò, quia pauperi cum alterius iniuria, † vel iactura non eſt fauendum, *cap. Ex tenore, 11. verſic. Nos igitur, de foro compet.* tradit latiſſimè Petr. Rebuff. *1. to. ad conſtit. Gallic. tit. de ſentent. prouiſion. artic. 3. gloſſ. vlt. num. 37.* Nec alteri per alterum iniqua debet inferri conditio, *l. Quoniam, 10. C. de teſtib. l. Non debet, 22. de reg. iur. in 6.* cum vulgat.

Probatur denique ex *text. in l. Imperatores, 17. D. de tutel. & ration. diſtrah. Imperatores* Seuerus, & Antonin. *reſcripſerunt in hæc verba: Cum hoc ipſum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus, vel curatoribus debeatur: non habet rationem poſtulatio tua, volentis in ſumptum litis ab his tibi pecuniam ſubminiſtrari.* Hæc Iureconſulti *Vlpiani* verba.

Ex quibus haud dubiè colligitur, pauperem ab aduerſario, quantumuis diuite, alimenta, li-
tiſque ſumptus conſequi nullo modo poſſe. † 5
Quam ſententiam (ex Bart. Bald. & aliis) tenet Ioan. Petr. Fontan. *in tract. de pact. nuptialib. to. 2. clauſul. 5. glo. 8. part. 12. n. 43. & ſeqq.* aliiquè infrà referendi tenent.

Contraria tamen communis † eſt, quam de- 6
fendunt Guid. Pap. *dec. 561.* vbi ſic pluries vidiſſe fieri, & ſeruari teſtatur in Curia Parlamenti, Angel. *conſ. 241. n. 4. in fin.* Rimin. Iun. *conſ. 255. num. 2. lib. 3.* Matthæ. *de Afflict. deciſ. 10. n. 2. & 3. dec. 152. num. 3.* Ioan. Lup. *in repet. cap. Per veſtras, 1. notab. ampliat. 18. §. 39. numero 3. de donat. inter vir. & vxor.* Oldrald. *conſil. 27. numero 3.* Didac. Couar. *pract. reſolut. cap. 6. num. 5.* Simon *de* Præt. *de interpretat. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. num. 28.* Ioan. Cephal. *conſ. 127. num. 10. lib. 1.* Cordub. *de* Lara *in l. Si quis à liberis, 6. Si vel parens, numero 47. D. de liber. agnoſc.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ. 46. numero 6.* plures referens Pet. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 20. numero 1. & 2.* Pet. Rebuff. *de priuileg. ſcholaſt. priuil. 90. n. 6.* Azeued. *in l. 3. tit. 10. lib. 4. noua Reg. Collect. num. 17.* Emman. Suar. *in ſuo theſauro, verb. Paupertas,* Ludouic. Molin. *de Hiſpann. primogen. lib. 2. c. 16. n. 30* Franc. Milan. *dec. 56. n. 3. & 47.* Cardin. Crecent. *deciſ. 8. de iudic.* Paul. Æmil. Verall. *deciſ. 20. n. 2. lib. 1.* Seraph. *dec. 1089. n. 2.* Vincent. Carot. *de locato, tit. de fruct. lib. & lit. expenſ. quæſt. 8. n. 12. poſt med* Stephan. Grat. *diſcept. foreſ. cap. 55. n. 49. S. D. N.* Gregor. XV. *deciſ. Rotæ 524. n. 1.* Ioan. Aloyſ. Ricci. *deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. 56. per tot. 1. part.* vbi latè & *deciſ. 251. per tot. & deciſ. 35. n. 13. part. 4.* Anton. Ricciull. *in tract. de iure perſonar. extra Eccleſiæ gremium exiſtentium, libro 2. quæſt. 21. numero 2.* Ioann. Roxas *in epit. ſucceſſ. cap. 33. numero 15.*

Quibus accedit *Sacri Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20.* diſpoſitio prouidens: Ne
verè paupertate coram Ordinario † probata in 7
cauſa matrimoniali, ad litigandum in ſecunda, aut tertia inſtantia (niſi altera pars, & alimenta, & litis expenſas velit ſubminiſtrare) exire quis Prouinciam cogatur.

Huius autem communis reſolutionis fundamenta ſunt *text. in l. fin. §. Quòd ſi ei, C. de. ordin. cognit.* vbi eſt caſus (ſecundum Bald.) quo quis aduerſario tam in expenſis litis, quàm in ſumptibus alimentorum prouidet. *text.* etiam *in l. Si inſtituta. 27. §. De inofficioſo, D. de inoffic. teſt.* accedit *text. in l. fin. C. de Carbon. edict. text. & gloſſ. fin. in cap. Ex parte, 11.* extra *de accuſat. gloſſ.* celebris *in l. fin. verb. Agnoſcere, Codice de erogat. milit. annon. lib. 10.*

Quibus tamen fundamentis adhùc ſuſtineri prædictam ſententiam non poſſe, videtur, neque extra dictarum legum caſus earum diſpo-

ſitiones

sitiones extendendas, cum in alijs deficiat ratio, quæ earum constitutioni ansam præbuit.

Non itaque superiori resolutioni fauet *tex. in d.l.fin.§. Quòd si ei, C.de ordin. cogn.* Quæ
8 ex bonis tantùm sequestratis † sequestrum passo, non etiam alijs alimenta, litisque expensas ministrari iubet. Durum enim esset, iurique eas rationi minimè consentaneum, lite durante alimentis priuari eum litisque expensas ex ipsius bonis, vel quæ eius saltem de iure præsumitur, non habere. Bona enim sequestrata eius præsu-
9 muntur † cui sequestrum fit; cum ex possessione dominium præsumatur, *text. in l.Cum res. 12. C.de probat. tex. in l.Ob maritorum 2. vbi glos. parua, verb. Occupatæ sunt, & ibi Cyn.C. ne vxor. pro marit.* Bart.*cons.209. numero 4.lib. 1.* Felin. *in cap. Examinata in princ. (& ibi eius Addit.) de iudic.* propè infinitos referens Iosehp. Mascard. *de probat. conclus. 540. numero 9. & seqq.* vbi de hac materia latè, *& conclus. 537. numero 8. & conclus. sequenti, numero 13.* plenè etiam Iacob Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumptione 65. ex numero 9. vsque ad numer. 22.* Petr. Surd. *de aliment. tit.1. quæst. 123. numero 2.* Anton. Faber. *in suo cod. definit. lib.3. tit.22. definit 18. per. tot. & lib.4. tit. 3. definit. 2. numero 8.*

Eaquè ratione in aduersarium probandi onus
10 transfert possessor, † *d.iuribus* suprà *text.*etiam in *l.Exitus. 35. D.de acquir. possess. tex. in l.Is qui destinauit 25. D.de rei vendic. l. 2. l. Siue. 27. C.de probat. l.fin. C.de rei vendic. l.Circa. 24. D.de probat. l.Liberis.7. §. Si quis ex seruitute, D.de libera caus. §. Retinendæ, versic. Commodum* (aliàs *§. commodum) insti. de interdict.* Bart. *in l.1. in princip. 3. opposit. D. de noui oper. nunc.* Bald. *in l.Possessiones, numero 1. C.de probat. & in cap.1. numero 5. versic. Aliquando possessio, de conten. inter dom. & fidel. de inuestit.* Ripa *in cap. Sepè, numero 2. versic. Tertium commodum*, extra *de restit. spoliat.* Andr. Tyraquel. *de iure primogenit. quæstione 17. opini.11. in fin.* Iacob. Menoch. *lib. 6. præsumpt. 69. numero 1.2.3. & 4. & de adipisc. possess. remed. 4. numero 794. & de arbitrar. lib.1. casu. 48. numero 12. & 34.* idem *(d.ct. præsumpt. 69. numero 3.)* non solùm in possessione, sed & in quasi possessione dicens.

Vndè non tam ratione paupertatis, quàm
11 dominij etiam præsumpti, † & possessionis, vel quasi percipiendi alimenta, in casu *dict. l. fin. C.de ordin. cognit.* alimenta, litisquè sumptus pauperi litiganti præstari debent, in eoquè tantùm *dictæ legis* dispositionem procedere, docet Bald. *ibid. numero 4.* Ioann. Lupus *in repet. cap. Per vestras, §.63. de donat. inter vir. & vxor.* In alioquè casu locum non habere, ingenuè profitetur Didacus Couarr. *practic. cap.6. numero 5.* decipiquè Guid. Pap. *&* Grauer. locis suprà relatis, testatur, Alguar. Vallass. *dict. consult 1. numero 6.* Qui neque ciuili, neque naturali ratione *dictæ l.fin.* dispositionem in paupere non spoliato contra diuitem agente locum habere posse putant: sed tunc demum, si spoliatus sit, vel eius bona sequestrata; quo casu alimenta, litisquè sum-
12 ptus sequestrum passo † subministrandos forè; sine controuersia est, ex *dict. l.fin. gloss. in cap. Ex parte. 11. de accusat. vbi* Felin. *numero 4.* Cyn. *in l.Vbi adhuc, numero 14. C.de iure dot.* Salycet Ias. & alij adducti per Aluar. Valasc. *dict. consult.1. numero 1.* Couarr. *vbi suprà*, Francisc. Curt. *in tractat. de sequestris, numero 10.* Lara *in l.Si quis à liberis, §.Si vel parens, numero 45. D. de liber. agnosc.* Petr. Surd. *de alimentis, tit.1. quæst. 120. numero 6. & quæstion. 123.* Stephan. Aufrer. *in addit. ad Capellan. Tholoss. decis.477.* Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera A, conclus. 309. numero 16.* Ioann. à Castillo *d.quæst. 27. numero 33.* Sigismund. Scacc. *de appell. quæst. 17. limit.7. numero 4. vers. Sextus casus est*, Borgninc. Caualc. *decis.3. numero 41. part. 1.* Rota Roman. *Diuersor. decis. 79. par. 2.* Ioan. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. decis. 151. numero 10 part.2.* Ioann. Baptist. Pontan. *de aliment. cap. 13. numero 4.* Camil. Borrel. *in 2. part. summæ decis. tit. 37. numero 160. & seqq.* quem post hæc scripta vidi, & *numero 171. & 172.* de expensis solutis loquens.

Quod & in bonis ob delictum † sequestra- 13
tis procedit, notantibus Alberic. *in d. l.fin. numero 1.* Pico *in post contractum numero 98. D.de donat* Lara *in dict. §. Si vel parens, numero 62.* Valasc. *dict. consul. 1. numero 2.* ita multoties in Prætorijs causarum criminalium vidisse asserendo, Petr. Surd. *de aliment. titulo 1. quæstione 72. & quæst. 129. numero 1.* Carpan. *super nou. constit. Mediol. in §. Omnium, numero 696. & seqq.* vbi ita quotidie per Senatum fieri, testatur; sequitur Sebastian. Guazin. *de defens. reorum defensione 6. circa priuileg. carcerator. capite 1. num.2.* Ioannes Aloysius Ricci. *dicta decisione 251. numero 7.*

Imò & etiam post sententiam † huiusmodi 14
alimenta, litisquè sumptus sequestrum, vel confiscationem passo donec Curia sententiam exequatur, præstanda sunt; Petr. Surd. *d. quæstion. 72. numero 1.* Sebastian. Guazin. *in vbi sup. numero 2.* & ita quotidiè fieri videmus.

Etsi prædicta ei alimenta, & expensæ denegentur; actione iniuriarum † agere poterit, vt 15
(ex *tex. in l.Si victum 34. D.de re iudic.*) tenent Petr. Surd. *de aliment. tit.7. quæst. 39. numero 6.* Borgnin. Caual. *de brachio Reg. part.2. n.291. & seqq.* refert, & sequitur Guazin. *dict. defens.6. numero 3.*

Sic & Monacho † in possessione existenti 16
Monachatus, si Monasterio expellatur, ipseque quasi iniustè expulsus Monasterium conueniat; consequi à Monasterio, & ad viuendum, & ad litigandum sumptus debet: vt tenent *Speculat. in tit. Qui filij sint legitimi, n.24. & de inquisi. §. fin.* Bart. *in l.Imperatores, D.de tutel. & ration. distrah.* Franc. Curt. *in d.tract. de sequestr. in princip. numero 11.* Rota *in antiq. decis. 1. tit. de accusat.* Aluar. Valasc. *d.consul.1. numero 3.* Castillo *d.cap. 27. numero 45.* Cornel. Beninc. *de pauper. spec.2. in indic. numero 4.* Baptist. Pontan. Ioan. *de aliment. cap. 13. numero 3.*

Idemquè in Monacho litigante cum Abbate † vel eum accusante, firmat *text. in cap.* 17
Ex parte. 6. de accusat. vbi glossa, & Doctor *cap. Olim. 26. eod. tit.* teneque (post Matthæ. de Afflict. *decis.10. numero 2.* And. Alciat. Nicol. Boër. *&* Laram, quos refert) Alexand. Trentac. *variar. resolut. lib.1. tit. de aliment. resolut.*

resolut.1. num.36. Castillo *d.cap.27.num.48.&* 49. Petr.Surd.*de aliment.tit.1.quæst.121.per tot.* Hieronymus Ceuall. *commun. contra commun. qu.780. nu.36.* Ioseph.Ludouic.*decis.Perus.46. num.3.* Sigismund Scacc.*de appellat. quæst. 17. lim.7.num.4. vers.Secundus casus,* Ioann. Aloys. Ricc.*decis.Curiæ Archiep. Neapolit. 59.nu.16. par. 1. & decis.251.num.18. ead. part. & decis. 35.num.7.& 8.pars.4.* Marc. Anton.Genuensis *in pract. Ecclesiast. quæst. 575. numer. 4.* Ioan. Baptist.Pontan.*dict.cap.13.numero tertio.* vbi, quòd Monacho Abbatem accusanti alimenta,
18 litisque debentur sumptus, sicut debentur clerico † proprium accusanti Prælatum: allegat *speculatorem in d. §.fin.de inquisit.nu. 2.* id quod (pluribus adductis) firmant Petr Surd. *dict.qu. 121.num. 11.* Cornel.Beninc. *dict. speciali 2.in indic.numer.4.* Ioann.Aloys Ricci.*dict decis.56. numero 15.* Marc. Anton. Genuens. *vbi suprà, numero 3* Ludouic. Peguera *decis.crimin.10. numer. 5.*

Debenturquè à Monasterio prædicta alimenta, & expensæ Monacho ad aliquod offi-
19 cium discorditer electo, † ad quod iudicialiter se admitti petit, vt decidit Rota Romana *apud* Cardina. Marcell. Crecent.*decis.7.tit.de iudicijs* (aliàs 175. tenentque Pontan. *vbi suprà, num. 3. &* Ioann.Aloys. Ricci. *dict. decis. 56. numero 19.*

20 Collegiali † etiam à collegio expulso præstandos huiusmodi per collegium sumptus; tenet (potest Bolognet. ibi relatum) Aluar. Valasc. *dict.consul.1.numero tertio* Lara *in dicto §.si vel parens,num.60.* Castillo *dicto cap.27.numer.47.* Ioann. Aloys. Ricci. *dict.decis.251.numero 9.part. 2.* Didac. Perez *in l.8.titulo 2. libro primo* Ordinam. *versic. Est & aliud dubium.*

21 Vxori † quoque cum marito litiganti alimenta, litisque sumptus ab ipso marito, siue agat, siue conueniatur, sunt præstanda. Ideoque siue pro recuperanda dote remedio *legis si constante, D.solut.matrim.* siue pro separando, vel dirimendo matrimonio agat, siue de adulterio accusetur, alimenta litisque expensas à marito consequi debet. Primam sententiam (quando mulier pro recuperanda dote agit) tenent Cyn. *in leg. Vbi adhuc, num.14.C.de iure dot.* Felin. *in d.cap.ex parte, num.4.de accusat.* Lara *in l.si quis à liberis, §.si vel parens,nu.68.D.de liber. agnosc.* quos refert, & sequitur (sine hæsitatione in praxi recipi asserens) Aluar. Valasc.*d consult. 1.numer.5. vers. Postremò quoquè,* Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsidia. remed.100.numer.13.* Petr. Surd. *de aliment. tit.1.quæst.118.numer.7.* Ioann. à Castillo *controuer. d. lib. 3.cap.27.numer.42.* Ioan.Petr.Fontanell. *de pactis nuptia.2. tom. clausul. 6. 4. par.glo.2.numero sexagesimo-quinto in fin.* Ioan. Aloys.Ricci. *d.decis.56.numer.12.& 13.pars.1.* Idem dicens, si mulier post mariti mortem cum hæredibus ad restitutionem dotis, vel donationis propter nuptias agat, ex Couarr.& Boër.ibi relatis, idem Ricci. *decisione 251.num.16.part.2.* Lupus *in tractatu de illegitim. & nat. comment. 2.§. 3. numer.70.* Sebastian. Guazin. *de defens.reor.defens.6.circa priuileg.carcerat. cap. 1. numero 1. in fin.* Ioan. Roxas *in epitom. success. cap. 33.numero decimo-tertio.*

In casu separationis matrimonij, propter consanguinitatem, vel aliam causam, aut pro matrimonio dirimendo, præstandas, à marito vxori expensas litis, & alimenta, tenuerunt Abb. Specul. Ceuar. & Afflict. quos refert Aluar.Valas. *dict. consult. 1. num. 5.* Petr. Rebuf. *1. tom. ad leg. Gallic. tit. de sentent. prouisional. art. 3.glos 1.num.10.* Petr.Surd.*d. quæst.118.numer.1.& 6.* Castillo *dict.cap.27.numer.41.* Petr. Barbos *in 1.part. rubric. numer.44. in fin.& numer. 45.& in l.1.par. 1. numer. 58. in finalib. verbis, & num. 59. vers. Vndè & vxori, D.solut.matrim.* Ioan. Aloys. Ricci.*d. decis.251.numero decimoquarto,* Ioan.Gutier.Canonic.*quæst. capit.24. numero septimo* Baptist.Ferret.*cons.34. numero secundo & cons.205.* P.Thomas Sanchez *de matrimon. lib.10.de diuortio,disput.8.nu. 28. in fin.*

Debetùquè prædictas expensas, & alimenta etiam mulieri, quæ de adulterio accusatur, ad eaquè maritum teneri, docent Guid. Pap. *decis. 439. numer. 4.* Nicol.Boeri.*decis.225. numero secundo* Ioan. Cephal. *cons. 127. numero 9. & cons.714.numero sexto* Aluar. Valas.*d.consult.1. numero quarto* post antiquiores, quos adducit; Palac. Rube. *in repet. cap.per vestras,§.19.numero 1.& 5.* Lara *in d.§. si vel parens, numero sexagesimo-quarto,* quotidieque seruari in Curia Portugalliæ, testatur Valasc. *vbi supra,* Ioann. Botta *cons. 23. ex numero 10. cum sequentib.* Petr.Barbos *d 1.par.leg.1. num.58. ad fin.D.solut. matrimon.* Alexan. Trentacin. *variar. resol. 1.numero 37.* Cardinal. Dominic. Tusch *pract. conclus.litera A.conclus.309.in princip.* Hieronym.Ceual.*commun. contra commun.quæst.734. numero 22.& seqq.* Castillo *d.capit.27.num.40.* Anton.à Quesad. *quæst.iuris,c. 18.in fin.* Ioann. Gutier.Canonic.*d.libro 1.quæst. 24. nu. 7.* Iul. Clar.*recept.sentent. libro quinto §. Adulterium, num.17.* communem dicens, *& ibid.*Baiard.*numer. 19.* Sebast. Guazin. *de defens. reor.libro 1. defens.6.circa priuilegia carcerat. cap.1. num. 1.* Thoma Treuisan.*decis. 16. n. 6. lib. 2.* Thom. Sanchez *d. disput. 8.numero 28.* Ioan.Baptist. Costa *de remed.subsidiar.remed. 100.numer.12.* Prosper.Farinac. *decis.127.& 250.* Cornel. Benincac.*speciali 2.in indic.num.5.* Ioan.Petr.Fontanel. *de pact. nuptia. dict.2 tom.clausul.4.part. glos. 2.nu. 66. & 67.* Ioseph.Ludouic.*decis.46. num. 4.* Emmanuel Suarez *commun. opin. tit.de fructib. & lit.expens. tom.1. num.112.vers.Item vxori litiganti,* Ioach. Mynsing.*singular. obseruat. cent. 6. obseruat. 21. numer. 2. 5. 6. & 7.* Ioan. Aloys. Ricci. *dict. decis. quinquagesima-sexta, num.11.1.par.& dict.decis.251.num.13. 2.par.*

Hæc itaque in his, quorum bona sunt sequestrata, vel his qui in possessione, vel quasi alimenta percipiendi existunt, locum habent, quique ea, nec litis sumptus aliundè habere possunt: secùs in aliis obseruandum, ex prædictis asserendum venit.

Minùs etiam superiori principali sententiæ auxiliatur *text.in d.leg.si instituta,* † *27. para-* 22
grapho de inofficioso, D. de inofficios. testament. Tum quia *text.* ibi, in nepote, in quo est fortior ratio, loquitur: Tùm quia non anteà alimenta præstari pupillo pauperi, quàm post primam sententiam pro eo latam, *textus* ibi iubet;

iubet, vt notat *glos. fin. ibi*, singularemquè ad hoc dicit *textum ibid.* Ioan. Bolog. quòd filius testamentum patris querelans, non debeat alimenta antequàm primam sententiam pro se reportauerit, habere. Ideòquè hæc omnia simul requisita, vt alimenta litisque sumptus præstari debeat, desiderat Emman. Suar. *commun. opinion. tom. 2. d. tit. de fructibus & litis expens. numero* 112. Scilicet actorem filium, vel nepotem esse querelantem patris testamentum, pauperem fore; primamque pro se reportasse sententiã. Ita etiam Frãcisc. Marc. *decis. 364. numero 1. par. 2.* quatuor requirens, vt de alimentis, litisque expensis fiat à collitigante prouisio. Primum quòd petens sit filius, secundum, quod sit pupillus, tertium, quòd in prima instantia sententiam obtinuerit, quartum, quòd sit inops, nec aliundè sibi possit subuenire. Quæ ex d. §. *De inofficioso* colligit. Ita etiam Ioann. Cephal. *cons. 127. numero 3. in fin. lib. 1.* Petr. Rebuf. *de sentent. prouis. art. 1. glos. 1. num. 6.* Pyrr. Maur. *de fideiussor. 1. par. sectio. 3. capit. 8. numero 2. folio mihi* 103.

. Vndè merito sententiam *glossæ in d. l. Si quis à liberis, 6. §. Si vel parens, verb. Nec decernent, D. de liber. agnoscend. & in l. fin. glos. fin. C. eod. tit.* (indistinctè docentis, lite super filiatione pendente, alimenta, litisque sumptus ei, qui se filium contendit, ab eo qui pater desideratur, subministrandos) damnarunt Petr. Iacob. de Aren. Cyn. Angel *&* Alberic. *ibid. in d. l. fin.* Bart. *in l. Si neget. 7. numero 1. D. liber. agnoscend. Quia si esset vera* (inquit ipse, *ibid in versicul. Certè*) *sequeretur absurditas: quia quilibet ribaldus posset ire ad vnum diuitem hominem, & facere quæstionem filiationis, quia interim deberet alimentari.* Cum quibus etiam tenent, damnantque sententiam *glossæ* Iacob. Menoch. *de præsumptionibus lib. 1. præsumtion. 35. numero 2.* Tiber. Decian. *cons. 60. numero 1. lib. 2.* Alexand. Trentacinq. *variar resolut. lib. 1. de aliment. resolut. 1. numero* 32.

Nec etiam principali sententiæ vt alimenta litisque sumptus paupertatis prætextu quis consequi valeat; faciliorem præbet aditum
24 *text. in l. fin. C. de Carbonia. edict.* † Non enim aliter Carboniani edicti commodum deferri voluit ibi textus, quàm sub personis legitimis ex indubitato matrimonio, custodito partu, & probata legitima successione.

Constat igitur, non sola paupertatis ratione alimenta, litisque sumptus pauperi collitiganti subministrandos fore; sed prædictis circunstantijs, & requisitis aliquibusvè eorum
25 concurrentibus, † nec solam paupertatem huiusmodi ius, fauoremque tribuere, ex latè iam deductis: & ita notarũt Bart. Bald. & alij *in d. l. Imperatores, D. de tutel. & ration. distrahend.* & post multos, ita pro generali regula constituit Didac. Couar. *practicar. quæst. cap. 6. numero 6. in princ.* Lata *in d. l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, numero 40. & 49. Pistor quæst. iur. quæst. 20. numero 1. & 2.* Cardin. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. 309. numero 23.* & post Ioan. Lup. Boer. & alios tradit Iacob. Menoch. *d. lib. 1. præsump. 35. numero 32.* Petr. Surd. *de aliment tit. 1. quæst. 110. numero 1. & seqq.* Castillo *controuers. d. lib. 3. cap. 27. numero 52. & 53.* Alexand. Trentac. *d. resolut. 1. numero 41. vers. Secundus casus est*, Ioann. Aloys. Ricc. *d. decis. 56. Curiæ Archiepisc. Neapol. numero 4. & 5. par. 1.* reprobantes Guidonis Papæ, & sequacium suprà relatorum sententiam, indistinctè volentium, sumptus, & alimenta à collitigante diuite pauperibus subministranda.

Vt autem prædictæ oppositiones cessent, in eam sententiã communiter itum est: Quòd licet sola paupertas ad obligationem præstationis alimentorum, litisque expensarum inducendam, sufficiens non sit: eam tamen inducat, si simul cum paupertate aliqua boni iuris præsumptio † sit coniuncta; quo casu alimenta litisquè sumptus pauperi collitiganti 26
à diuite præstandos, tenuerunt Bart. *in d. l. Si neget, D. de alendis liber.* Felin. *in capit. Si qui testium, numero 9. vers. Secundus casus, extra de testib.* Palac. Rub. *in cap. Per vestras, §. 39. numero 2. vers. Ex qua lege, & numero 3. vers. Imò quod plus est*, Speculat. *in tit. de inquisit. §. fin. numero 2.* Emman. Suarez (receptam sententiam dicens) *commun. opin. tom. 2. sub rubrica de re iudicata, numero 236.* Didac. Couar. *practic. d. cap. 6. numero 6. vers. Ego verò quoad litis expensas*, Matth. *de Afflict. decis. 10. numero 3.* Ludouic. Molina. *de Hispanor. primogen. lib. 2. cap. 16. numero 30.* Iacob. Menoch. *d. lib. 1. præsumpt. 35. numero 6.* Aluar. Valasc. *d. consult. 1. numero 9.* Petr. Surd. *de alimentis 1. quæst. 112. numero 27. & seqq. & quæst. 120. per tot. eod. tit. 1.* Ioan. à Castillo *d. cap. 27. numero 13.* Hieronym. Zeual. *commun. contra commun. lib. 3. quæst. 757. num. 118. & 119. Rojas in epitom. success. cap. 33. numero 14. & 15.* Cardin. Seraphin. *decis. 173. numero 8. & decis. 426. num. 1. & 2. & decis. 1098. num. 1. & 2.* Prosper Farinac. *nouis. decis. Rotæ decis. 470. num. 5. part. 2.* Cardin. Crecent. *decis. 8. tit. de indic. alias 232.* Alexand. Trentacin. *d. lib. 1. tit. de aliment. resolut. 1. numero 41.* Ioan. Baptist. Pontan. *de aliment. cap. 13. numero 6.* Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. quæst. 575. num. 1.* Ioan. Aloys. Ricci. *d. decis. 56. per tot.* præcipuè *num. 4. & d. decis. 35. n. 14. par. 4.* Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nuptial. 2. tom. clausul. 5. glos. 8. par. 12. n. 49.* Stephan. Gratian. *discept. Forens. cap. 55. n. 49.* Rota Roman. *apud* Alexand. Ludouic. *decis. 524. nu. 2. & decis. 189. num. 1. vbi eius Addit.* Oliuer. Belttamin. *numero 7. litera A. vers. Præsumptio boni iuris*, Anton. Ricciul. *in tract. de iure persona. extra Ecclesiæ gremium existentium lib. 2. cap. 21. n. 1. & 2.* Fului. Paciani *de probat lib. 1. cap. 54. n. 70.* Camil. Borrel. *in summ. decis. 2. part. tit. 38. n. 325.*

Neque ad huiusmodi alimenta, litisque consequendos sumptus sententiã pro paupere latam esse, † vel alia determinata præsumptio 27
necessariò requiritur, sed quælibet boni iuris cum paupertate coniuncta præsumptio iudicis arbitrio sufficiens est.

Et in specie (nõ requiri sententiã in prima instãtia pro paupere, vt alimẽta litisque sũptus à collitigãte cõsequi valeat, si prȩsũptionẽ pro se habeat tenuerunt Petr. Rebuf. *de sent. prou. art. 1. glos. 2. numero 5.* Didac. Couar. *practicar. d. cap.*

cap.6.vers. Et sanè, quia opinantur, Lara *in d.l.si quis à liberis, §.si vel parens , numer.44. D.de liber.agnoscend.* Ludouic. Molina *de Hispano. primog.libro secundo cap.16.num.36.* Ioan. Cæphal.*cons.127. num. 10.lib.1.* Fului.Pacian.*vbi supra d.num.70.vers. Sed imò*, Iacob. Menoch. *d.præsumpt. 32. num. 3. & 4.* Beninc. Hieron. Gabr.Ioseph.Ludouic.Mandos.Simon.*de Prær.* & alij, quos refert, & sequitur Petr. Surd. *de aliment.tit.1.quæst.112.num.18.* Hieronym.Zeual. *commun. contrà commun. quæst.734.numer. 21.& 757.num.117.& 118.*Cardina.Dominic. Tusch.*practic.conclus. litera A.conclus.309.numer.10. & seq.*Marius Giurba *decis.5.num.29.* Andre.Fachin.*controuers. iur.lib.12.cap.62.*vbi receptam sententiam dicit, *cons. 42. num. 25. & 26. lib.1.* Ioan. à Castillo *d. lib.3.cap.27.num. 68.& 69.* veram hanc,& omninò in praxi seruandam resolutionem, in regioque *Granatensi* Prætorio aliquando obtinuisse, asserens, Ioan. Aloys. Ricci. *decis. Curiæ Neapolit. 251. num.1. & seqq. & num. 11.* Ioann. Baptista Costa *de ratione rata, quæst. 59.nu.5.*vbi non esse mirum, quamlibet præsumptionem sufficere, etiam quæ in iudicis residet arbitrio, modò non captiosum, sed benè sit regulatum (ex Iacob. Menoch. *cons. 491. nu. 33.& Couar.vbi sup.*) inquit, Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Eccles.quæst.575. numero secundo* Ioan.Baptist. Pontan.*de aliment.d.cap.13.n.6.& 7.* Ioan.Per. Fontanel. *de pactis nuptial. 2. tom.clausul.6.glos. 2.p.3.nu.77.& 80.*& expressiùs *ibid.part.4. numer.26.*Anton.Ricciul.*vbi suprà,dict.lib.2.cap. 21.numero 2.* Paul. Æmil. Veral.*decis.259.numer.lib.2.* Philip. Paschal.*de virib.patriæ potest. par.2.cap.2. numer.60.*Francisc.Milanens.*decis. Regn.Sicil.16.num. 39. lib.1.* Stephan. Gratian. *discept.forens.d.cap.55.num.51.*Martin Monter à Cueua *decisio.16.nu.26.27.& 28.*

Nec huic resolutioni obstant prædicta iura *in d.l.si instituta, 27.§.de inofficioso, D de inoffic. testam.* neque *in l. fin. C. de ordine cognition.* neque *in leg. fin. Codice de Carbonian. edict.* Quia (præter alias, quæ eis assignantur solutiones, quæque per suprà relatos in huius sententiæ confirmationem videri poterunt) ea ab omnibus fere recipitur, quæ præfata iura non
27 tam dispositiuè, † quàm narratiuè exempliquè gratia loqui, habet; quod regulam non arctat, *tex. in c.1.ne cleric.vel Monach.leg.1.§. Quod vulgo, D.de vi, & vi armata*, cum aliis Ias.*in l. sicut autem,num.1.D.de re iudic.*prædictamque ad *§. de inofficioso* solutionem tradiderunt Iacob. Menoch.*cons.419.nu.33.*Petr.Surd.(alios referens) *de aliment. tit. 1.d.quæst.112.numer. 19.& 20.* Castillo *d.cap. 27. numer.13.& 69.* vbi magis communiter receptam Andre.Fachinæ.*controuers.iur.d.lib.2.cap.62.*Petr. Ioan.Fontane.*de pact.nuptial.tom.2.clausul.6.glos.2. part. 4.numero vigesimo-sexto*, & in hanc sententiam omnes concordare, neminemque discrepare, asserit: tenentque alij ex proximè relatis, apud quos aliæ etiam poterunt videri solutiones.

Et in *dict. leg.fin. C.de Carbon. edict.* specie non omnes illas circunstantias, & requisita vt prætendenti se filium esse, ex carbonianoque agenti, alimenta, litisque sumptus (si pro eo sufficiens præsumptio adsit) ministrentur, necessaria non esse; tenuerunt Specul. *titul. de primo & sec. decret. paragrapho videndum est, vers. Idem quoque*, & Matthæ.*de Afflict.* quos refert,& sequitur Ioachin.Mynsinger.*singul.obseruat 21.numero tertio.*quos in id non inuenisse fateor. Potestque alia assignari solutio: dictam nempè legem non omnes illas qualitates ad prouisionem alimentorum, & expensarum pupillo faciendam, sed bonorum hæreditariorum possessionem (quod magis est) præstandam, qualitates requirere.

Vndè sententiam eorum, quos suprà *num.22.* retulimus, tria, vel quatuor illa simul, vt alimenta, litisquè sumptus præstari debeant, requirentium; meritò (post Didac.Couar.Anton. Cordub. & alios ab eis relatos) impugnat,† & 28
reprobat Iacob. Menoch. *d. lib.1.præsumpt.35. numero tertio & seq.* & ante eum Petr. Rebuf. *de sent.prouisi.art.1.glos.2.num 5.* tenere quoque videtur.

Hac itaque solutione, & fœdere, boni que iuris pro paupere præsumptione stante, cætera quoque sedantur argumenta contraria. Litigandi namque temeritas compescitur, ansa tollitur, & occasio; simulquè pauperum absque diuitum iniuria necessitati subuenitur. Nec per hoc iniqua diuitibus infertur conditio: cum præsumptio quæ contra eos, in pauperum verò militat fauorem, id iure optimo operetur. Potiùsque videretur iniquum, alimenta, litisque expensas pauperibus in tali casu denegari: cum non paupertati solum, sed iustitiæ, boni iuris præsumptione valatæ huiusmodi concedatur fauor. Sufficitque cum temporis † pro paupe- 29
re præsumptionem existere, licèt postmodum contrà eum veniat iudicandum, *text.in l.1 §.sed si certum, D.de ventre in possessio. mittend. dict. leg.fin. Cod. de Carbon. edict.lege prima §. interesse, D.si mulier vent. nomin. vbi glos. verb. sine causa.* Satius esse, ali non alendum, quàm fame necare alendum, notat, *Nosquè in axiomatib. & locis communib. iur. lit. A. numero* 208. notamus.

Non etiam obiiciendum, stare adhuc rationem illam naturalem, *debere neminem contra se arma præbere.* Non enim contra se arma præbere dicitur, cuius causa iniqua iuris præsumptione vulnerata est, † aduersarijque bona supe- 30
rata. Proque contraria parte in secundo argumento adducta iura, in casu quo aduersarius ab aduersario instrumenta ad intentionem suam fundandam prætendit, loquuntur, ac procedunt; Nos ad iam fundatam, ad causamque prosequendam, quæ non leuem boni iuris specimen pro paupere præ se fert, alimenta, litisque sumptus desideramus. Quo quidem, præstandos fore, & ipsamet naturalis ratio suadet; ne ob pauperum impotentiam veritas occulteretur, eorumque ius pereat: & iura statuunt, vt (præter in principio pro hac parte relata) probat etiam *text. in cap. finem litibus, 5 de dolo, & contum.* Firma est enim iuris resolutio, Quòd licèt actori instrumentorum copia ad intentionem fundandam, præstanda non sit: ad iam fundatam verò adiuuandam conceditur, ex *l.qui concubinam, vigesima-nona, paragrapho Cum ita, el 2.& leg.prædijs, 91.§.Tertio, D.de legat. 3.* notant *DD. ad leg. 1. & vltim. Cod. de edend.* & ita iudicauit Sabaudiæ Senatus, vt refert

Anton.Fab.*in suo Cod.definit. lib. 2. titul.1.defini.1.*

Denique non obstat suprà dictæ sententiæ tex. *in dict.leg.Impe·atores,17.Digest.de tutel. & ration.distrah.*Cui tripliciter responderi potest
31 † Primò,ideo ibi alimentorum,litisquè expensarum prouisionem exigenti tutelæ, curæve administratæ rationem, denegatam fuisse: quia pauper non erat, neque aliquid vndè paupertas colligatur petentis rationes ex textu deprehenditur:quo casu nulla ratio dictat, alimentorum, expensarumque prouisionem faciendam. Secundò, pro exigente rationes præsumptionem ibi non stetisse:aliter enim si extaret,disposuisset legislator,nec tunc eius procederet dispositio, vt firmarunt Bossius *in tit. de aliment. præstand. vxori, numero secundo,* & Petr. Surd.*in tractat. de aliment.tit.1.quæst.120.nu.9.*Tertiò,ex ratione proximè dicta,quia qui rationes exigebant, ad intentionem suam fundandam, alimenta litisquè desiderabant sumptus, quos iustissimè denegarunt Imperatores,concessuri,si iam fundatam prosequerentur, vt sentit idem Anton. Faber *in suo Cod. defini. libro 3. tit. 21.defini.1. num.1.*

Ex quibus, contrariis responsum sufficienter extat, manetquè firma conclusio, Præstanda pauperi alimenta, litisquè sumptus, si pro se præsumptionem habeat. Quæ ampliatur pro-
32 cedere in paupere etiam cum fisco litigante, † qui tenetur pauperi de alimentis, necessariisque expensis prouidere, argum. *l.1.§.quod si fiscus, Cod.de Carbon. edict.* tenuerunt Paris.*de Put. in tractat. Syndic. verb. Expensa, numero secundo* Palac.Rube.*in repet. cap.per vestras,d.§.39.numer.3.*Petr.Surd.*de aliment.d.quæst.120.nu.15.* Anton.Ricciul.*in tractat.de iur.personar.extra gremi. Eccles.existent. lib.2 quæst.21.numero 4.* Nicola. Boër. *decis.303.numer.4.*Ioann.Aloys. Ricci.*decis.Curi.Archiepisc.Neopol.55.nu.15. par.4.*

Non solumque pauperi actori, sed etiam reo
33 † pro debito ciuili incarcerato ab aduersario alimenta præstanda, dixit celebris *glos. in l. fin. verb.agnoscere.C.de erogat.milit.annon.libro 12.* tenueruntquè *Specul. in tit.qui filij sint legitim. §.fin.num.10.in fin.*Addit Bart.*in l.Sanctum,num.3.lit. B. D. de rerum diuis.*dixitquè singularem *d. glossam* Ias. *in §.Item si quis,num.93.instit.de action. & in l.si victum, num. 1. & 3. D. de re iudic.*Felin.*in cap. Ex rescripto,in fin.* vbi etiam alij,extra *de iureiurand.* Aluarus Valasc. *d.consult.1.numer 8.* Petr.Surd.*de aliment.titul.1.quæst.69.num.1.& quæst.71.num.1.& 2.& quæst.118. per tot.* Cornel. Beninc. *in tract.de paupert.speciali 8.in iudic. numer. 22.* Limitantes per hoc dictum *Bartoli in d.l.Sanctum,D.de rerum diuis.* dicentis: captum suis expensis viuere debere, quia intelligi debet, nisi pauper sit, quia tunc ab aduersario, qui eum in carcerem detrudi fecit,erit alendus,Nicol.Boër.(sic pluries in Curia decisum referens (*decis.325.nu.1.in fin.* Anton. Cordub.*in d.l.si quis à liberis,§.Solent,num. 37. D. de liber. agnoscend.*Anton.Sola *in decret.Saband.tit.de captura debit.glos. 3. num. 5.* Carol. *de Gras.in tract.de exceptionib.in prælud.n.115.* Ioan.Baptist.Costa *de remed.subsidia.remed.72.* Anton Ricciul.*d. tractat.lib.2.quæst.21.nu.7.& 9.* vbi, quòd si pauperi carcerato alimenta non præstet, qui eum carcerare fecit, per carcerum visitatores excarcerari poterit, ex constitutione *Pij V.68.inordin.§.3.& constitut.reformat.Pauli V. in §.24. numer.24.* Ioan.Hieronym.Episc. Campan. *in suo diuersorio iuris, rubric. 11.cap. 10.numer. 51.* Ioan. Aloys.Ricci.*in decis. Curiæ Archiepiscop.Neapol. 56.per tot. 1.par.* vbi ita fuisse conclusum,testatur,& *decis 251.num.17. part.2.& in allegat.* Ioan Matiæ Nouar. *num.3.* post ipsiusmet Ricci.*decis.109.ead.par.2.* Lucas Matthæus *de* Apicella *in tutamine pauperum, titul.4.de cessione bonorum,num.48.*

Et quòd si creditor debitorem pauperem carceratum non alat,teneatur Iudex eum è carceribus relaxare, † tradiderunt etiam Francisc. 34
Ripa *in l. Obligatione, num.32. D.de pignor.& hypothec.*Petr.Gerard.*singul.53.* Nicolaus Boër. *decis.303. num.1.* Ruginel *practic.quæst.39.numero 68.* vbi sic decisum refert, Ioan. Baptist. Pontan. *de aliment.cap.11.num.7.*Pet. Surd.*eod. de aliment.tractat. d. titul. 1. quæst. 71. num. 3.* communem hanc sententiam, & seruanda dicens, Prosper. Farina.*prax crimin.quæst.17.numero 149.* Aluar. Valasc. (sic sæpè iudicatum vidisse asseuerans) *d.consult. 1. num. 8.* Anton. Gamma *decis. 261. numero 1.* vbi quòd non semel secundum hanc opinionem extitit per suos collegas iudicatum, Auiles *in cap.Prætor.cap. 18.verb.Qual conuenga,num.5.*Alphons.Montal. *in l.2.verb.De pan y agua,tit.8.libro tertio fori leg.*Anton. Cordub.*in dict.l.si quis à liberis, §. si vel parens, num. 60. cum sequentib.*& ita per prædictam *glos.in d. l.fin. C. de erogat. milit.annon.lib.12.* quotidiè iudicari, testatur Melchior Pheb. *in decis. Lusit. decis.3.num. 1.& arresto 2. in princip.* Id quod non solùm in paupere publicis adstricto vinculis; sed etiam in nobili in domo carcerato † vulgo, *(Preso en omenage)* 35
procedere firmat, cui etiam à creditore ministranda fore alimenta, sicut publicis vinculis carcerato,decisum fuisse asserit, Carol.*de Gras. vbi supr.n.116.*Ioan.Baptist Costa *d.remed.27.* Lucas Matthæ. *de* Apicel. *supr.d. num.48,* vbi, quòd si creditor, qui debitorem fecit incarcerare,non reperitur:† citabitur per proclama,& in 36
tit.1.de quinquennali dilatione, nu. 114. inquit, in magna Curia obseruari regulam: Vt fiat contra creditorem citatio, vt ad subministrandum expensas carcerato, stante eius paupertate, veniat, primaquè compareat die ad testium examinandorum super paupertate iuramenta videndum; ac deinde capitur de paupertate informatio, constitoque de ea summariè,imponitur decretum, Quòd creditor infra biduum debitori carcerato subministret expensas, aliàs liberabitur. Quòd si non infra dictum terminum subministret, solet aliud interponi decretum: Vt infra aliud bidnum subministret, aliàs liberetur;& si incipit subministrare, posteaque desistit, decretum, quòd continuet expensas, seu alimenta interponitur,aliàs liberetur captus.Quas taxari dicit in magna Curia solere expensas ad rationem ducati vnius pro quolibet mense,nisi persona carcerata sit qualificata,& nobilis,quia tunc iudicis arbitrio taxatio augebitur. Idemquè dicit, si debitor pauper incarceratus infirmatus fuerit, † quia constito de infir- 37
mitate, solet magna Curia illum ad domum creditoris asportari facere, vt suis illum sumpti

sumptibus curet, quem si creditor recipere noluerit, vel ei necessaria infirmitate subministrare, illum dimittere, & licentiare Curiam consueuisse firmat, argum. *text. in l. 2. §. Sed scimus, C. de Latin. libert. tollen.* & ita referentem adducit Franciscum Ant. *de indic. in suo tract. de liquid. instrumen. 4. consid. numer. 72.* Sicque se bis in ciuitate *Caue*, cum ibi iudex esset, anno 1592. obseruasse testatur. Sic & *Catalonia* stare statutum *const. 4. & 7. titul. de pauper. litigant. & const. 3. de execut. censual.* (quę creditores ad quorum instantiam debitores sunt incarcerati, alere eos debere iubent, aliàs si per duos naturales dies cessent, relaxandos) asserit Ioan. Petr. Fontanel. *in tractat. de pact. nuptialib. tomo 2. claus ul. 6. glos. 2. part. 3. numer. 71. vers. Habebat*, & latiùs 1. *tom. clausul. 4. glos. 18. par. 4. num. 34.*

Hanc tamen opinionem procedere putat, contenditquè Aluar. Valasc. *supra dicto numer.*
38 8. in casibus tantùm, in quibus cessioni bonorum locus non est. † Quia cum pauper carceratus cedendo bonis à carceribus liberetur, *text. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt*: alimenta petere non nisi dum fit cessio poterit. Licèt contrarium) adhùc in isto casu) dicendum contendat, iudicatumquè dicat Melchior Pheb. *dict. arresto 2.* Sententiæ tamen *Valasci* (in puncto iuris) adhærédum puto, eique assentire videtur Ioan. Hieronym. Campanil *dicta rubric. 11. capite 10. num. 51.* vbi saltem de debito euidenter apparet, nec debitor defensionem aliquam legitimam, qua se tueri possit, habet, non verò aliter. Dum enim de debito euidenter non appatet, vt per debitoris confessionem, sententiam in rem iudicatam translatam, vel alias legitimas probationes, quæ executionem habeant, quibusvè exceptio legitima obiici non potest, cogendus non est quis bonis suis carere, eorumquè cessionem facere: & sic expresse notat Antonius Gamma *dicta decisione 26 . numero 4. versiculo, qua omnia procedunt, quando debitor iam est condemnatus in certa quantitate ipsi creditori soluenda.* Et ita veniunt intelli-
39 genda † iura Regia in l. 2. *titulo 8. libro 3. Fori leg. & in l. 4. titulo 16. libro 5. noua Regi Collect.* disponentia, teneri creditorem per nouem dies de pane, & aqua debitori prouidere: quòd si intra eos soluere, aut fideiussorem dare debitor non potuerit, creditori (si creditor ipse velit) inseruire, vt ex operibus suis creditori satisfaciat, adstringi: Vt procedant, locumquè habeant, si de debito constet euidenter, nullaquè sit legitima debitori exceptio. Er sic ea etiam dispositione stante, tenebitur creditor pauperi debitori lite durante de alimentis prouidere, vt apertè ex earum legum contextu deprehenditur. Quæ sententia limitanda videtur: Nisi eleemosynis viuere pauper incarceratus possit; tunc enim non ei tenebitur
40 creditor subuenire † vt (argum. *text. in l. Iudices, 10. C. de Episcop. Aud.*) prædictam sententiam limitatunt *Nicola. Boer.* (post alios ab eo relatos) *dict. decisione 103. numero 2.* Cornel. Benincac. *dict. special. S. in iudic. numero 24.* latè Antoni. Gamma *dicta decisione 261. numer. 2.*

Cui tamen limitationi contradicit Aluar Valasc. *dict. consultat. 1. numero 8. versiculo, Verum tamen ego.* Vbi, quòd etiamsi Confraternitas Misericordiæ carceratis alimenta præstet, non ob id creditor à prouisione alimento um debitori incarcerato facienda excusabitur: Cum pietatis causa incarceratos confraternitas non de rigore, creditorumvè intuitu alat, nec pauperi incarcerato ex solitis eleemosynis de alimentis prouideret, si creditor alimenta debitori præstaret; & secundum hanc opinionem in facti contingentia consuluisse testatur. Qua etiam in re multum) iuxta suprà dicta) personę operabitur conditio.

Non solùm autem carcerato pro debito ciuili alimenta debitori pauperi à creditore præstanda sunt; sed etiam pro crimine † carcerato, 41
qui interim ab accusatore alimenta, litisque sumptus ad sui defensionem habere debet: tradit latè Nicola. Boer. *decis. 325. per tot.* Ioan. Baptist. Baiard. *in addition. ad Iulium Clar. quæstione 46. numero 12.* Sebastian. Guazin. *de defension. reor. defens. 6. circa priuilegia carceratorum, capite primo numero 1.*

Aliàs à Curia erunt huiusmodi expensę subministrandæ, † Matthæ. *de Afflict. decis. 71.* 42
numero 2. Petr. Surd. *de alimen. tit. 1. quæstio. 72. numero primo & 2.* Ioan. Baptist. Baiard. *vbi supr. numero 15* Borgnin. Caualc. *de brachio Regio. p . 2. numero 284.* de communi asserens, Sebast. Guazin. *loco proximè relato, num. 1. & 3* Philipp. Paschal. *de virib. patria potestat. 2. par. capite 2. numero 87.* etiam in quocumque delicto Petr. Surd. *vbi sup. numero trigesimo & Sebast.* Guazin. *in numero 2.*

Proque his pauperibus carceratis alendis (si opus sit, poterit imponi collecta, † cum eos 43
alendi onus ad Communitates spectet, vt communem esse opinionem testatur Borgnin. Caualc. *de brachio Regio dict. secunda par. numero 291.* quem refert, & sequitur Sebastian. Guazin. *dict. capite primo numero 3.*

Etsi ad Iudicem ad quem, remissio carcerati pauparis facienda sit; Iudicis à quo, expensis † mittendum fore, tenet Ioan. Fab. *in l. minimè, C. de appel.* per *text. in l. 1. C. de custod. reor. & auth. de defensor. ciu. §. Audient, colla. 3.* Capel. Tolo. *q. 100. n. 2.* Probaturque ex *Actis Apostolorum, c. 27.* vbi, quia *Paulus* ad *Cæsarem* appellauerat, eum cum custodibus & Centurione Præsul *Festus* ad *Cæsarem* misit. Eiusque expensis remissionem factam fuisse, ex eo deprehenditur, quia nulla *Paulus* Apostolus habebat bona. Cum aliàs carceratus ad alium Iudicē remissionē petens, suis sūptibus† remittēdus sit, vt (ex Bald. & Cardina. Alexand.) tradit Nicol. Boer. *decis. 103. n. 1. ex text. in d. l. fin. C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* nec aliàs Iudex remissionem facere teneatur, vt (post *Practicam Conradi de inquisit. n. 12. limit. 9. pag. 249. col. 2.*) ostendit Prosper Farina. *prima parte praxis criminal. q. 7. n. 39. in princip. & vers. Quòd si remissio* Didac. Couar. *practic. q. c. 33. nu. 5.* Iacob. Menoch. *de arbitr. casu 228. numero 7. & seq.* 44 45

Idemque erit, si alius carcerati remissionem petat † eiusdem namque carcerati sumptibus (si 46
soluendo sit (facienda erit, secùs si pauper, nec soluendo, quia tunc expensis accusatoris, in eiusq; defectum, Iudicis requirentis

vltimoquè loco, iudicis requisiti remissionem faciendam, tradit ex Batt. Alex. Boer. & aliis) Cattauita *in ritibus mag. Curiae, ritu* 235. *num.* 13. *& seqq.* Didac. Couar. *d. cap.* 33. *numero* 5. Farinac. *vbi suprà d. numero* 39. *vers. Altera, & sic tertia, & in fin. versic. Benè verum est.*

Aduertendum autem suprà traditam conclusionem principalem (quae pauperi litiganti praesumptionem pro se habenti alimenta, litisquè sumptus à collitigante diuite ministrandos, habet) intelligere multos, vellequè procedere in casu tantum, quo pauper ad
47 vniuersitatem † bonorum ageret, maioremvè haereditatis partem peteret: secùs si personali actione, proquè aliquo suo credito, vel re singulari contenderet. In qua fuerunt sententia Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quaest.* 110. *num.* 14. Stephan. Gratian. *disceptat. Forens. cap.* 55. *num.* 49. cum quibus simpliciter transit Ioan. à Castillo *controuers. d. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 14. Ioann. Baptist. Costa *de ratione ratae, quaest.* 59. *num.* 6. *& seq.* August. Barbos. *in remiss. ad leg. Reg. Lusitan. lib.* 2. *tit.* 9. *Dos contadores, dos feitos, è custas,* in hanc quoquè allegans Azinium *in praxi Florent.* §. 32. *cap.* 2. *ampliat.* 30. *&* 31. Collect. *de proces. executi. cap.* 2. *numero* 95. *& seq. par.* 1. Bernard. Graeu. *ad pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *conclus.* 43. *considerat.* 1. *numero* 10. nouissimè etiam Antoni. Ricciul. *de iure personar. extra Eccles. gremium existentium, lib.* 2. *quaest.* 21. *n.* 6. Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauf.* 5. *glos.* 8. *part.* 12. *num.* 46. Qui omnes, authoritate Ioan. Lupi. *in repet. cap. Per vestras, d.* §. 39. *ampliat.* 18. *num.* 3. *vers. Imò quod plus est,* mouentur. Qui tamen nullo modo id aut dicit, aut probat, neque huius partis sequaces aliquam legem, efficacemvè rationem adducunt. Quare praestanda à diuite collitigante pauperi alimenta, litisquè sumptus (iuxta à nobis latè tradita) siue pro vniuersitate bonorum, siue pro parte tantùm pauper contendat, indistinctè tenendum est. Cum vtrumquè simul casum comprehendat tradita ratio, quae ministrandos pauperi litiganti praesumptionem pro se habenti sumptus, & alimenta dictat: ne per impotentiam ius eorum pereat veritasquè opprimatur. Item quia *tex. in d. cap. Ex parte,* 11. *& cap. Olim, de accusation.* fieri prouisionem disponunt eis, qui ad vniuersitatem bonorum nullo modo agunt. Et sic reperij renuisse Rotam Romanam *ex congestis à* Farinac. *in nouissim. par.* 2. *decis.* 749. *num.* 5. reiecta Surdi, sequaciumquè distinctione: eamquè tenet indistinctè sententiam Ioan. Cephal *cons.* 127 *n* 10. Ioan. Aloys. Ricci. *decis.* 56. *Curiae Archiepisc. Neapolit. n.* 9. *par.* 1. sibiquè partùm constans Ant. Ricciul *d. tractat. lib,* 2. *quaest.* 21. *n.* 3. Ioan. Petr. Fontanel. *de pactis nuptialib.* 2. *tomo clausul.* 6. *glos.* 2. *part.* 4. *num.* 73. vbi semper pro hac sententia, & contra dictam differentiam Senatum Cataloniae iudicasse, asserit, Oliuerius Beltramin. *in annotat. ad decis.* Alex. Ludouici (Rotae quondam Auditoris, postmodum quem Romani Pontificis) *decis.* 189. *nu.* 7. *lit. A.*

Dubium tamen est, an hodiè (cum pauperum Aduocati, Procuratoresquè vbique salariati, extent) praestandae nihilominus pauperi collitiganti hae sint expensae? † cum illis gratis pro pauperibus postulare debeant, aliiquè officiales auxilium praestare, scripturas conficere & acta absquè sportularũ solutione exhibere, vt *quaest.* 28. deduximus latè. 48
Dicendumque videtur, huiusmodi expensas à collitigante diuite pauperi ministrandas non esse, cum absque eis causam prosequi, iusque suum valent pauperes conseruare, quae praecipua, & fundamentalis prouisionis expensarum fuit ratio, cumquè ea deficiat, cessabit, deficietquè earum huiusmodi exactio. Ita sentit Ioan. Botta *cons.* 64. *n.* 10. & post eum Ioan. Baptist. Costa *de ratione ratae, quaest.* 95. *num.* 11. Dicit tamen Fontanel. *d. tract.* 2. *tom. claus.* 6. *glos.* 2. *p.* 4. *num.* 57. se vnquam ad id in illa Cataloniae Prouincia, vbi Aduocati pauperum Procuratoresquè existunt, animaduersum vidisse, sed indistinctè praedictas dari expensas. Idque forsan accidere, vel quia visum sit, non semper talibus causam committi posse, nec iustum esse, eorum Patronorum operis pauperes vti obligare; vel quia praeter has, aliae etiam sunt litis expensae. Sicquè in illo Senatu *Botta* suprà relatam opinionem non Practicari, prout neque in hisce Castellae Tribunalibus practicatur, sed contraria, vt saepè iudicatum vidi. Faciuntquè pro hac sententia notata à *Nobis quaest.* 31. *num.* 13. *&* 19. *vers. Licèt adhuc* Item quia dato, quòd *Botta, Costaquè* memorata ratio in eorum opinionem quoad litis expensas trahere posset: quoad alimenta verò (à quibus gratuitum patrocinium non excusare constat) nequiret. Praeterea nec ab expensis excusabit: Illud namque ita demum Aduocati, Procuratoresquè exhibere tenentur, si aliter sibi pauperes prouidere non possint (vt *quaest.* 28. *n.* 54. adnotauimus) in praesenti verò possunt. Quod siue pro pauperum iuuamine publicum percipiant, siue non stipendium, procedet. Cum iam nec paupertatis qualitas (boni iuris fumum pauperis praebente causa) in id adsit; nec Aduocatum, Procuratorumvè obligatio stipendio adaucta sit, sed quae in quolibet anteà erat, in pauperum hodiè assignatis Patronis resideat. Deinde, quia etiam de publico salariati pauperes vltra trium millium mota petitorũ summam (iuxta *Hispaniae,* quam *quaest.* 4. *n.* 80. praediximus consuetudinem (habentis, gratis haud adstringuntur iuuare. Quam tamen, multoquè etiam maiorem in bonis habentibus (paupertate ad hunc effectum, Iudicisvè arbitrio probata) alimẽta litisquè sumptus à diuite pauperi collitiganti ministrandi erunt, vt saepè, in specieque infrà *n.* 54. *&* 71. notamus. Ex quibus, & Aduocatos, Procuratoresquè à gratuitu in praesenti casu patrocinio liberos existere, & diuites cum pauperibus litigantes (praefatam boni iuris praesumptionem habentibus) ad alimenta, litisquè sumptus eis ministrandos obligatos apparet.

Aliud praeterea non absimile subsequitur
49 dubium. An filio, † vxorivè pauperi, aut quibus eadem ratio est, patrem, vel maritum diuitem habentibus, alimenta, litisque debeantur ab aduersario expensae? In qua pro vtraque parte rationes vrgent, & argumenta. In diuitis fauorẽ, ne collitigãti pauperi huiusmodi

tenearur

teneatur prouisionem facere; inducitur primò,
50 quia ea non nisi pauperibus † fit, *dictis iuribus supra num.7.* estque communis, concorsque
omnium nemine discrepante in hac Doctorum
scribentium materia sententia: & ita (post antiquiores) obseruarunt Didac. Couar. Lara, Ludouic. Molina, Menoch. Valasc. Alexand. Trentac. Cæsar Barz. Cardin. Tusch. Ludouic. Cassan.
quos refert, & sequitur Cast. *d. lib. 3. cap. 27. d. n. 4. cum seqq.*

51 Ideoque superuenientibus diuitiis † cessat
alimentorum, expensarumque prouisio, vt proximè adducti, pluresque alii relati, & sequuti à
Ioan. Petr. Fontanel. *d. tom. 2. clausul. 6. 3. par.*
52 *glos. 2. num. 73.* notant. Sicut crescente inopia, †.
& alimenta quoque crescere debent, Cardin.
Franc. Mant. (post alios à se relatos) *decis. 331. numer. 3. 5. & 6.* Fontanel. *vbi suprà numero 74. & sequentib.* Sic iudicatum referens.
53

Vndè ab eo qui litis expensas, alimentaque
sibi præstanda contendit, paupertatem priùs
(tanquam intentionis suæ fundamentum) probari † oporret, Bart. Paul. Castr. Alexand. Iaso.
Deci. Afflict. Benin. Boer. Valasc. Barzi. & alij
adducti per Castil. *vbi supr. num. 5.* Fontanel *d. clausu. 6. glos. 2. 4 par. num. 22.* in quo omnes
concordare dicit, Stephan. Gratian *discept. Forens. cap. 512. numero 10.* Rota Roman. *coram*
Alexand Ludouico (tunc eius Auditore) *decis. 189. num. 1.* Moli. *de Hispan. primg. lib. 1. cap. 16. num. 46.* Aluar. Valas. *consult. 7. num. 7.*
Alex. Trentac. *variar. resolut. lib. 7. tit. de aliment. resolut. 7. num. 32.* Ludouic. Cassan. *cons. 25. num. 8. 9. & 12.* & diximus *quæstione 5. numero 11.*

54 Debetque in specie, † respectu effectus de
quo agitur, probari paupertas; ac ideo non
generalis paupertatis probatio, sed talis ob
quam non possit quis se, & litem sustinere requiritur, Cardina. Seraphi. *decis. 426.* quem refert, & sequitur Oliuer. Beltramin. *in annot. d. decis. 189. num. 7. lit. A vers. Paupertas debet probari*, & fuisse dictum testatur in Cordub.
Capellaniæ, 8. Nouemb. 1610. coram R. P. D. Ortembergo, diximusque *quæstione 4. numer 81.*

55 Qui autem ab alio alimenta consequi potest,
pauper non dicitur, † Petr. Surd. *de aliment. titul. 7. quæst. 37. à num 1. & tit. 1. quæst. 23. numer. 12. & 13. & quæst. 103. numer. 3.* Thom.
Sanchez *in precept. Decalog. lib. 1. capit. 14. num. 6. in fin.* Ludouic. Cassanat. *consil. 27. n. 9. & 10.* plures huius sententiæ referens, Oliuer.
Beltramin. *in annotat. ad. d. decis. 189. numer. 7. versiculo, Paupertas debet probari*, Stephan.
Gratian. *disceptation. Forens. capit. 132. numer. 46. & disceptat. 552. numero 18.* Francisc.
Viui. *decis. 523 numero 15.* Ioan. Petr. Fontanel. *d. claus. 6. glos. 2. part. 4. numero 55.* Et
in specie nostra decidit Rota Roman. *ex congestis à Farin, in decis. nouiss. 2. p. decis. 470. num. 5.*

56 Secundò, quia obligatio parentum circa filios, † vel filiorum circa parentes, coniugisvè
circa coniugem, & antiquior, & potentior
est, ac ideo posteriori, minusquè potentiori
aduersari diuitis cum paupere litigantis obligationi præualere debet, ex vulgatis iurib. notatisque à *Nobis q. 11. n. 11. & 16.*

Tertiò, quia parentum, † filiorum, vel con-
iugis obligatio (quando saltem maritus indotam coniugem recepit, certa, indubitataquè 57
est, nullusque ad obligationis cognitionem desideratur euentus, semper enim de ea constat:
At colligantis obligatio dum lis ex integro
finem non recipit (quamtumcumque pro paupere adsit præsumptio) dubia est, & incerta.
Certa autem, & indubitata obligatio incertæ,
& dubiæ præualere debet, nec certa
pro incertis dimittenda sunt, *l. Cum Titio, D. ad leg. Falcid. l. Non quemadmodum, D. de iudic. l. Si stipulatus, D. de fideiussor.* Stephan.
Gratian. *disceptiou. Forens. tomo 5. capit. 884. nu. 28.*

Et licet vtrumque remedium (consequendi
nempè à parentibus, filiis, vel coniuge, alimenta, necnon à diuite collitigante) subsidiarium † 58
sit, solumque in defectum aliorum bonorum,
vnde percipi alimenta possint, concedatur (vt
in parentibus, & filiis diximus *quæst. 4. § 3.* in
collitigante que diuite satis ex suprà dictis constar, præcipuè *num. 50.*) multo tamen minùs
subsidiarum remedium est, quod filio aduersus
patrem, vel è contra, coniugivè aduersus coniugem pro alimentis consequendis. quam quod
pauperi litiganti aduersus collitigantem conceditur, ex proximè tradita ratione, ex obligationisque origine, quod nemo est, qui non videat.
Vbi autem duo adsunt subsidiaria remedia, minus subsidiarium † præualet, vt latè in materia 59
auth. Preterea, C. vnde vir, & vxor,
in secunda huius tractatus parte deducimus.

Contrariam tamen sententiam † (etiam in 60
isto casu præstandas litis expensas, alimentaque
pauperi collitiganti) tenuerunt Guid. Pag. *quæst. 56.* Steph. Grati. *discep. Forens. c. 110. numero 52.* hancque verissimam credit resolutionem
Ioan. *a* Castil. *d. lib. 3. c. 27. num. 15. & seqq.*
seruandamque omninò dicit, *num. 17. in fin.* in
cuius confirmationem respondit Ioan. Baptist.
Ferret. cons. 54. num. 9. lib. 1. in casu Patauino, in
quo lata fuerat sententia, D. Clementiā esse vxorem D. Marci Antonij de Sancto Vitor notarij
matriculati diuitis, multumque ex officio lucrantis, ab ipsoque alimenta, & litis expensas,
appellatione non obstante, neque quòd vxor
ipsa patrem diuitem haberet fore, præstandas,
ac deberi, quem refert, & sequitur Ioan. Ant.
Mangil. *in tract. de imputat. q. 168. n. 1 circa fin.*

Cuius rei rationem adducunt suprà dicti,
quòd leges prouidentes pauperi litiganti de alimentis, litisque sumptibus; non aliorum diuitias, sed ipsius litigantis respexerunt paupertatem.

Præterea, quia licèt à parente filio, vel è
contra, aut à coniuge coniugi pauperi alimenta
præstanda sint; non tamen litis expensæ, neq;
ad id adstringi possunt. Ideoque penes diuitem
collitigantem remanere obligationem contendunt.

Qua tamen in specie (licet indistinctè suprà relati ministrandos pauperi litiganti litis
sumptus, & alimenta teneant) distinguendum
inter alimenta, & litis sumptus (quorum diuersa ratio, obligatioque diuidua est) existimo.
Vt pro alimentis † teneantur pater, filius, 61
vel coniux diuites, quippè anterioriquè obligatione adstricti: pro litis verò sumptibus
colliti

collitigans. Sicut enim pater pro litis sumptibus pauperi filio non teneretur; nec erit æquum pro alimentis, ad quæ pater adstrictus est, collitigantem teneri. Quo in casu suprà relata militant argumenta, idque verum omninò iudico.

Videndum nunc superest, vtrum recipiens ali-
62 menta, litisque expensas, debeat ea si succum-
bat, restituere; † si vicerit compensare? Et (vt antiquiores omittam) *Pet. Surd. de alim. tit. 1. q. 114.* (qui quæstionem hanc late differit, præsertim à *num.* 4. ex sententia *Bart. Masuer. Boer.* & aliorum) nec imputanda, neque restituenda asserit. Cuius rationes, & argumenta extollit (veriorem hanc sententiam dicens) Ioan. à Castillo *d. c. 27. num.* 71. contra *Couar.* & alios, ita etiam tenet Aluar. Valasc. *d. consul.* 1. *n* 7. Vincent. de Franch. *decis.* 114. *num.* 1 *& seq.* Ioan. Petr. Fontanel *de pact. nupt. tomo* 1 *. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 4. *num.* 79. *& tom.* 1. *claus.* 6. *glos.* 2 *p.* 4. *num.* 54. Ioan. Aloys. Ric. *decis. Curiæ Archiep. Neapo.* 251. *numero* 19. *& seqq. p.* 2. Hercul. Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap* 83. *numero* 26 *Rota in Romana bonorum de Cecchis* 14. *Nouemb.* 1605. *coram bonæ memo. Penia, & in Romana Saluiani* 27. *Maii* 1613. *coram Cardinali Sacrato*, improbato *Couar.* teste Oliuer. Beltramin. qui (hanc sequitur) *in annot. ad d. decis.* 189. *num.* 7. *vers. Sciendum est autem*, Fab. *de Anna. cons.* 102. *lib.* 1. *num.* 1. licèt *sequentib.* contrarium nitatur defendere.

Vndè deducunt omnes suprà dicti, in isto
63 casu non teneri recipientem alimenta, litisque
sumptus, de restituendo † cauere, contra Didac. Coua. *pract. cap.* 6. *num.* 7. & (præter suprà relatos, *Boerio* tantum, & *Surdo* allegatis) ita tenet Pyrrh. Maur. *de fideiussor.* 1. *par. sect.* 3. *cap.* 8. *num* 2. *vers. Contrarium. tamen, fol. mihi* 104. Petr. Surd. etiam *de alim. tit.* 1. *quæst.* 135 *per. tot.* & ita iudicauit *Rota*, teste Beltramin. *suprà.*

Sed licet prædictam sententiam (neque restituenda, neque compensanda alimenta, & litis expensas pauperi litiganti præstita, in casu suc-
64 cumbentiæ, † quando nempè victus est pau-
per) veram iudicem, omninoque tenendam, ex ratione *text. in d. l.* 1. §. *Interesse, D si mulier ventr. nomin.* non obstante eius restrictione, quam intendit facere *Couar.* suprà, quam etiam tenet sententiam in isto casu Ludouic. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 16. *numero* 39. 42. *&* 43. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *d. præsumpt.* 15 *num.* 36. *&* 37. Borgnin. Caualcan. *decis.* 23. *numero* 5. *part.* 1. multos alios referens ibid. & *in repertor. eiusd.* 1. *part. verbo, Possessor fructuum.*

In casu tamen, quo pauper victor extiterit, distinguendum puto, Quòd aut aduersarius iustam habuit litigandi causam, eaquè ratione in
65 expensis condemnandus non esset, † iuxta *text.*
in l. Eum. quem temerè, 78. *D. de iudic. & in l. Properandum,* 11. *C. eod.* & vtrobique notant Scribentes, Bald. *in l. Generaliter num.* 10. *C. de Episc. & Cler.* vbi, quòd probabilis causa litigandi ab expensarum solutione excusat, latèque prosequitur *num. seq.* Estque de iure Regio expressius *text in l.* 8. *tit.* 22. *p.* 3. *& ibid. Greg Lop. glos. fin.* ad huiusmodi excusationem iustam causam in veritate non requiri, sed sufficere eam, quæ iusta reputabatur, notat. Aut iustam litigandi causam non habuit, in expensisque condemnandus † ea ratione fore, iuxta 66
text. in l. Quisolutum, 80. §. *Etiam, D. de leg.* 2. § *Oportet, in auth de iudic. vers. Si tamen, collat.* 6. *& ibi not glos. verb. Solo, ad med. glos.* 1. *in* 3. *solut in d. l. Eum, quem temere, text. in d. l. Regia* 8 Ias. *in d. l. Properandum, in* §. *Sin autem alteram, num.* 3. *&* 8. vbi etiam Alex. *n.* 7. Hippolyt. de Marsil *singul.* 237. *&* 485. *& in l. Patre, vel marito, à num.* 7. *D de quæst.* Bald. *in d. l. Generaliter, n.* 9. *vers. Ex prædictis apparet, & cons.* 423. *n.* 1. *ad fin. lib.* 1. Alex. (receptissimam opinionem dicens) *cons.* 115. *n.* 15. *l.* 4. Decius *in c. Interposita, §. Ille, n.* 2. *de appellat.* Curt. Iun. *cons.* 28. *n.* 10. *& cons.* 34. *n.* 8. Augustin. Bero. *cons.* 135. *n.* 9. *l.* 2. Andr. Tiraq. *de retract. conuent* §. 1. *glos.* 2. *n.* 58. Didac. Couar. *practic. l.* 1. *cap.* 27. *n.* 3. Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 176. *n.* 1. *&* 2. qui *n. sequentib.* quando iustam litigandi causam quis dicatur habuisse latè agit, plenè etiam Petr. Barbos. *in dict. l. Eum quem temere, in principio, n.* 51. 52. *&* 53. Hieronym. Zeual *de cognitione per viam violentiæ glos.* 16. *num.* 1. Cæsar Barzi. *decisione* 113. *n.* 11. Carauit. *in ritib. mag. Curiæ, ritu* 297. *n.* 20. & nouissimè (quem post hæc scripta omnium latissimè hac de agentem vidi) Camil. Borrel. *in* 1. *par. summ. decis. tit* 38. *de expensis, n.* 12. *& seqq & n.* 59. *& seqq.*

Vbi igitur victus in expensis condemnandus 67
non foret, restituenda ei esse † alimenta, litisquè sumptus quos pauperi præstitit, verum existimo: aliter namque sequerentur absurda. In expensis nempè eum, qui condemnandus ob iustam litigandi causam non foret, condemnandum, locupletarique pauperem cum alterius iniuria, vel iactura. Neque enim vltra legum intentionem dictarum expensarum prouisio operari debet, cum vt pauperes iura sua seruent præstentur, idque consequutum sit; non etiã ad expensarum retentionem procedendum erit vbi si pauper non esset, eas non haberet.

Et in effectu (licet non sic distinctè) hanc videtur tenere opinionem Aluar. Valasc. *d. consult.* 1. *numero* 7. *&* Castillo *d. cap.* 27. *numer.* 71. *prope fin.* Petr. Surd, *d. tit.* 1. *quæst.* 124. *numer.* 14. decisumque videtur apud Cardin. Francisc. Mantic. *decis.* 43. *num.* 1. *&* 7. vbi fuit conclusum: Æmiliam, quæ vsufructuaria omnium bonorum fuerat relicta, alimenta, quæ sibi lite pendente per modum prouisionis fuerant decreta, pro concurrenti quantitate compensare debere.

Nec prædictæ determinationi obest boni iuris præsumptio, quæ pro paupere, vt illi alimenta, litisque sumptus à collitigante decernantur, desideratur: non enim ea impedit, quominus iustam litigandi causam aduersarius habeat, vt quia pro te, vel hæreditate in qua hæres extitit, vel ab alio legitimo habuit titulo, sibi à paupere moueatur lis; vt exemplificat *dict. l. Regia,* 8. *tit.* 22. *par.* 3. & constat ex traditis per Menoch. *d. casu* 177. *numero* 5. *& seqq. ex* Petr. Barbos. aliisque suprà relatis.

Aduertendum prætereà, huiusmodi alimenta, litisque sumptus pauperi assignatos, vsque-
quo debitum finem † lis recipiat præstandos, 68
vt tradunt Ludouic. Molin. *de Hispan.*

primoge.

primoge. d. lib. 2. cap. 16. num. 39. Aufrer. *in deciſ. Tholoſa. 77.* Petr. Rebuf. *de ſentent. prouiſ. art. 1. gloſ. unum. 17.* Ioan. Baptiſt. Pontan. *de aliment. cap. 13. num. 7.* Iacob. Menoch. *de praſumpt. d. lib. 1. præſumpt. 35. numero 34.* Caſtillo *d. cap. 27. n. 16.* Stephan. Gratia. *diſcept. Forenſ. cap. 156. n. 39. tom. 2.* Ioan. Petr. Fontanel. *d. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 1. part. 3. n. 72.*

69 Nec ab huiuſmodi alimentorum, expenſarumquè aſſignatione appellare † (quoad effectum ſaltem ſuſpenſiuum) licet, nec quoad id conceditur appellatio, vt in terminis tradunt Petr. Rebuf. *ſupra d. art. 1. gloſ. 2. n. 34.* Petr. Surd. *de alimentis. 1. quæſt. 120. n. 13.* Ioan. Aloyſ. Ricci. *deciſ. Curia Archiep. Neapol. 251. n. 15. par. 2.* Sigiſmund. Scacci. *de appellat. q. 17. limit. 7. n. 3.* ſuoque latiùs nobis hac de re erit agendum loco.

70 Ad quam tamen vſque ſummam † alimentorum, expenſarumque facienda ſit prouiſio, in dubium vertitur? Aliqui enim vſque ad quartam tantùm rei litigioſæ fructuũ partem poſſe iudicem taxationem facere, voluerunt. In qua fuerunt ſententia Maſuer. *in praxi, tit. de poſſeſ. n. 19.* Nicol. Boer. *deciſ. 324. n. 4.* & nouiſſimè Ioan. Baptiſt. Coſt. *de rat. rata q. 95. n. 9.*

Quorum tamen opinionem reprobant ſtatim referendi, aſſerentes, non poſſe certam in his conſtitui regulam, iudiciſque arbitrio relinquendum Didac. Couar. *practi d. cap. 6. n. 7. verſ. Soles tamen,* Ludouic. Mol. *d. cap. 16. num. 47.* Iacob. Menoch. *de preſumpt. d. præſumpt. 35 n. 35.* Ioan. à Caſtillo *d. lib. 3 controuerſ. cap. 27. nu. 15.* Alex. Trentac. *variar. reſolut. lib. 1 tit. de alim. reſolut. 1. num 46.* Ioan. Petr. Fontan. *de pact. nuptial. d. clauſul. 6. gloſ. 2. p. 3. numero. 65. & ſeqq.* vbi latè de hac materia, & qualiter Iudex ab huiuſmodi taxationem ſe informare, vt iuſtum proferat arbitrium debeat, Stephan. Gratia. *diſcept. Forenſ. cap. 55. nu. 53.* Hercul. Mareſcot. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 38. n. 12.* Camil. Borrel. *in ſumm. deciſ. 2. part. tit. 30. numero 326.*

71 Sic etiam pariter quis in propoſitio caſu pauper † dicatur, iudicis relinquitur arbitrio, ex late à nobis adductis *quæſt. 4. n. 75.* & alibi ſæpè, & in ſpecie, & terminis noſtris tenent. Ludouic. Molina *d. cap. 16. n. 46. lib. 2.* Ioan. *del* Caſtillo *d. cap. 27. n. 6.* Ioan. Petr. Fontanel. *d. clauſul. 6. gloſ. 2. par. 4. n. 25.*

72 Denique pro coronide notandum, ad huiuſmodi alimenta, † litiſque expenſas pauperem non teneri. Pauper enim alium pauperem alere non adſtringi, probat *text. in l. Non quemadmodum, 8. in fin. D. de liber. agnoſc. gloſ. verb. Ex vtraque, in l. fin. §. ipſum autem, C. de alend. lib.* latè comprabant, exornantque Petr. Surd. *de alim. titul. 7. q. 8. per tot.* Stephan. Grat. *diſcept. Forenſ. cap. 519. n. 14.* & latiùs *c. 55. n. 1. & ſeqq. tom. 3.* traduntque in terminis Ioan. Cepha. *conſ. 127. n. 11.* latè Ioann. Petr. Fontanel. *de pact. nuptialib. tom. 2. clauſ. 6. gloſſ. 2. p. 5. num. 68. & ſeqq.* & ita decidit Rota Rom. *in collectis à Farinac. 2. tom. nouiſſim. deciſ. 470. n. 7.* Oliuer. Beltrami. *in annota. ad* Alex. Ludouic. *d. deciſ. 198. n. 7. in fine principij, ante verſiculum, Præſumptio boni iuris.* Nec pro his alimentis, expenſiſque præſtandis, decentem victum ſuum arctare, † aut proprietatem vendere cogendus quis eſt, vt tenent Gratian. & Fontanel. *ſuprà*, diximuſque hos latiùs *quæſt. 4. num. 169.*

VTRVM VENDITOR QVI ſcit litem motam pauperi emptori, etiam abſquè denunciatione defendere eum debeat, de euictioneque teneatur ſi non defendat?

S V M M A R I V M.

1 *Venditor non tenetur de euictione, niſi ei emptor litem nunciauerit.*
Ampliatur numeris ſeqq. vſquè ad *nu. 10. excluſiuè.*
4 *Regula.* Qui certus eſt, de regul. iur. in 6 *quando procedat, locumque habeat?*
10 *Pauper de euictione agere poterit contrà venditorem, licèt ei litem motam non denunciauerit,* & numer. ſequentib.
11 *Venditor litem motam Eccleſiæ, vel minori ſciens, ſi ſe non defendat, litique aſſiſtat, etiam abſque aliqua denunciatione de euictione tenetur.*
12. *Minor abſque interpellatione conſtituit debitorem in mora.*
13 *Eccleſia minori æquiparatur.*
14 *Pauperes Eccl. minoribuſque æquiparantur.*

QVÆSTIO XL.

Regula eſt, debere emptorem litem ſuper re empta motam venditori nunciare, † aliàs de euictione venditorem non teneri, *text. in l. Emptor fundi, 8. l. Si cum q. 17. C. de euict. l. Si rem. 29. §. Quodlibet l. Si fundo vendito, 53. §. Si cum poſſit D. eod. l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. l. 32. & 36. tit. 5. part. 5. gloſſ. in l. Auctore laudato, 7. C. de euict.* Franc. Ripa *in c. Cum M. n. 113. de conſt.* Didac. Couar. (poſt Scribentes in d. locis, & alios, quos refert) *lib. 3. variar. c. 17. n. 3. Socin. regul. 117.* Petr. Duenn. *regul. 241.* Moſius *de empt. & vendit. tit. natur. empt. & vend. n. 2.* Hieron. Gig. *de penſion. q. 77. n. 21* Petr. Rebuf. *ad conſtit. Reg. tom. 3. tit. de dilat. artic. 5 gloſ. vnic. n. 27.* Antoni Gomez. *tom. 2. variar. c. 2. n. 34.* Hieron. Ceual. *commun. contra commun. q. 385. n. 1.* Anton. à Queſad. *diuerſar. q. iur. c. 10. n. 3.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. 1. par. c. 61. n. 1. & ſeqq.* Cald. Perey. *de empt. & vend. c. 31. n. 55. & 79.* Ioſeph. Maſcard. *de probatio. concluſ. 615. n. 8. & ſeqq.* Stephan. Grat. *diſcept. Forenſ. l. 2. c. 363. nu. 1.* Gaſpar Caballin. *de euict. §. 3. n. 4.* Marc. Ant. Peregri. *deciſ. 89. n. 3.* Hieron. à Laurent. *deciſ. Auenion. 111. n. 7.* Alex. Trentacl. *variar. reſol. 4. n. 2. verſ. Sed ea eſt opinio, & n. 3.* Anchar. Regienſ. *q. 35. n. 2. l. 1.* Andre. Fachin. *controuerſ. lib. 2. c. 34.* Rota Rom. *ex collect. à Farina. nouiſſim. par. 1. deciſ. 598. n. 6. & deciſ. 564. n. 5.* Rota Rom. *Diuerſor. deciſ. 69. n. 21. par. 2.* Petr. Barb. *in l. Venditor, 49. n. 7. D. de ind.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. E. concluſ. 353. n. 1. &* Cæſar Barzi. *deciſ. 16. n. 11.* Marta *deciſ. ſine voto 65. num. 6.* Matius Muta *deciſ. 59. numero 18. & 19.* 1

Idque etiamſi venditor emptori rem venditam

tam suis sumptibus † defendere promisisset, procedit. Intelligi enim debet, si venditori facta fuerit denunciatio, argum. *text. in l. Si vno.17. in fin. princi. vers. Quod tamen, D. locati, Corne. cons.* 325. quem refert & sequitur Marc. Anton. Peregrin. *d. decis.* 89. *nu-*
13 *mero* 7.

Etiamque si aliter quàm per denunciationem, & requisitionem ab emptore factam, scientiam † litis motæ venditor habuisset, quia adhùc non posse emptorem, qui non denunciauit, de euictione agere, probat *text. in l. Si parentes*, 20. *C. de euict.* & docent Bart. *in l.* 2. §. *fin. numero* 7. *& ibid.* Ripa *numero* 17. *D. solut. matrim.* idem Bart. *in l. Non solum*, §. *Morte, numero* 52. *D. de noui oper. nunciation.* receptam sententiam dicit Alexand. *cons.* 138. *numer.* 4. *lib.* 7. *& in d. §. Morte, numero* 45. Decius *cons.* 74. *num.* 2. Canonistæ *in d. cap. fin. de empti. & vendit.* Ludouic. Roman. (communem dicens) *consil.* 211. *numero* 3. *columh.* 3. *in princip. versiculo, Tertiò adducit*, Abb. *cons.* 49. *versiculo, Certumque est, libro* 2. communem testatur Ias. *in dict. l.* 2. §. *Voluntatem, numero* 26. *D. soluto matrimo.* Petr. Rebuf. *ad constit. Regi. d.* 3. *tom. tit. de dilation. artic.* 5. *glos. vnic. numero* 27. Didac. Couar. (communem quoque dicens) *lib.* 3. *variar. capit.* 17. *numer.* 3. de communi etiam testatur Antoni. Gomez *d.* 1. *tomo variar. capit.* 2. *de empt. & vendit. numero* 39. *colum.* 5. *in princip.* Ferdinand. Vazquez Menchac. *controuers. vsu freq. capit.* 9. *numero* 13. Gaspar Cabal. *de euiction. d.* §. 3. *numero* 4. *& sequentibus*, Nicola. Vander *singul.* 33. *numero* 4. Ioann. Gutier. *de iurament confirmat.* 1. *part. d. capit.* 61. *numero* 3. *&* 4. communem sæpè dicens, Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. d. lib.* 3. *titul. de emption, & vendit. resolut.* 4. *numero* 5. *versicul. Contra hanc*, vbi magis communem, & veriorem, ab eaque non recedendum firmat, veriorem, & magis communem dicit, ac defendit And. Fachin. *contrauers. d. libro* 2. *capite* 35. *vers. Sed contraria sententia*, Petr. Barbos. *ad leg. Venditor*, 49. (latè probans à *numero* 8. *& seqq.*) *D. de iudic.* Petr. August, Morla *in empor. iur. tit.* 9. *D. de contrab. empt. numero* 38. Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. lit. E, concl.* 353. *numero* 1. *in fin.* vbi de communi, *& n.* 21. *&* 22. *& lit. I, conclus.* 339. *numero* 5. vbi de communi pariter testatur, P. Ludou. Molina lib. 2. *de iust. & iur. disput.* 380. *num.* 9. communem etiam dicens, cautumque expresse in Ordinament. Lusitan. Petr. Barbos. loco iam relato Ioan. Aloys. Ricci. *collect. decis.* 867. Vincent Caror.) de communi attestans) *de depos.* 1. *par. tit. de compensat. excusat.* 3. *num.* 13.

4 Cuius rei ratio est; quia licèt, qui certus est, certiorari vlteriùs non oporteat, iuxta regulam, *Qui certus; de regul. iur. in* 6. ea tamen † vbi denunciatio, vel certiorario ad simplicem solùm scientiam requiritur, procedit: vbi autem non ad simplicem solùm scientiam; sed vt etiam sciens aliquem actum faciat; partis quoque desideratur denunciatio. *text. in l. Denunciasse*, 17. §. *Quid ergo*, *D. de adulter.* quam omnes ferè supra relati rationem tradunt.

Hancque sententiam intelligunt multi, voluntque; procedere, etiamsi venditor emptorem 5
defendere iurasset, † sciatque emptori aliter, quàm per eius denunciationem litem motam: adhùc enim emptoris denunciationem, vt de euictione venditor teneatur, requiri: tenuerunt Socin. *in d. l.* 2. *paragrapho Voluntatem, numero* 20. *&* 21. *D. solut. matrim.* And. Alciat. *in l. Quod te mibi, num.* 42. *vers. Existimauerim & numero* 43. *&* 44. *D. si cert. petat.* Petr. Rebuf. *ad constit. Reg. Gallic. tom.* 3. *tit. de dilat. d. art.* 5 *glos. vni. num.* 36. Ludouic. Gom. *in* §. *Item si quis postulante num.* 10. *circa med. instit. de acti.* Marc. Anton. Bauer. *de mora, par.* 2. *num.* 21. plurimis rationibus, & argumentis hanc comprobat (contrariis respondens) Gaspar Caballin. *d.* §. 3. *num.* 54. *& seqq* qui *num.* 71. *vers. Id propter*, ab hac sententia (velut iustiore, veriore, & in praxi frequentiore) recedendum non esse asserit, Cardin. Dominic. Tusch. *d. lit. E, conclus.* 353. *nu.* 53. vbi de magis veriori, & de eius obseruantia testatur in praxi. Licèt multi contrarium tenuerint, Alex. *in d.* §. *Voluntatem, numero* 16. Ias. *numero.* 17. Ripa. *num.* 18. *in fin.* Andre. Barbat. *in d. cap. fin. num.* 4. *in fin. vers. Nisi vendens, de empt. & vendit.* Purpur. *in l. Quod te mibi, num.* 92. *D. si cert. petat.* Cattel. Cott. *in suis memorab. verb. Emptor malè defendens, vers. Vltra eos limita*, Hieronym. Grat. *cons.* 239. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. Gozad. *consil.* 31. *numero* 7. *& consil.* 57. *num.* 11. Marc. Anton. Natta *cons.* 262. *num.* 20. *libro* 2. Roland. à Valle *consil.* 6. *numero* 48. *libro* 1. Didac. Couarruu. *d. capit.* 17. *numer.* 5. Antoni. Capit. *decisione* 106. *numer.* 3. *versiculo, Vnde succedit*, Ioann. Gutier. *d. capit.* 61. *numero* 19. Alexand. Trentacin. *variar. resolut. d. tit. de emption. & vendit. resolut.* 4. *numero* 8. *ad fin.* Hieronym. *de Ceual. commun. contra commun. quæstione* 385. *numero* 3. Cardin. Tusch. *vbi sup. num.* 52. Cald. Pereyr. *de empt. & vend. cap.* 31. *num.* 70. Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg.* 49. Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nuptial. tomo* 2. *claufsul.* 5. *glos.* 8. *par.* 14. *numero* 73. Camil. Borrel. *in summa decis. tit.* 60. *de iuramento, numero* 234. Marius Muta *decis.* 59. *numero* 14. communem, & magis communem dicit Rota [Roman. *Diuersor.* 69. *numero* 3. 5. 7. *&* 8. *part.* 1. Vtra autem opinionem harum verior sit, non est nostrum differere.

Adeò verò, vt veditor de euictione teneatur, denunciatio necessaria est, vt licèt nul- 6
lum competere posse venditori ius, † comprobet emptor, notoriumvè, sit desideretur, ex sententia *glossæ, & ibid.* Bart. *num.* 2. *in l. Emptorem, in princip. verb. Posse, in fin. D. de action. empt.* Angel. *in* §. *fin. numero* 5. *instit. de empt. & vendit.* Grat. *cons.* 1. *numero* 57. *lib.* 1. Ioann. Crot. *cons.* 248. *numero* 3. *lib.* 2. Socin. *in d. l.* 2. §. *fin. num.* 15. *& ibi* Alciat. *num.* 29. *D. solut. matrimon.* communem sententiam dicit (valde prædictam *glossam* extollens) Decius *cons.* 74. *num.* 4. *&* 5. in praxique obseruandam asserit Pet. Rebuf. *d. tom.* 3. *ad constit. Gallic. titul. de dilat. art.* 5. *glos. vnic. numero* 37. Imol. *in d. cap. fin. in fin. de empt. & vendit.* qui hanc opinionem tutiorem esse fatetur, Petr. Barbos. *ad d. l. Venditor, numero* 31. *& numero* 68. Petr. August. Morla

in

in Empor. iur. part. 1. d. titulo 9. D. de contrahend. empt. num. 4. versiculo, Securior tamen sequitur (communem dicens) Caldas Pereyra de emptione & vendit. cap. 31. numero 71. Cardinal. Tusch. d. litera E. conclus. 553. numero 29. & latiùs numero 33 Marc. Anton. Peregrin. d. decis. 89. numero 7. communem quoque dicens, Barth. Socinium vbi sup. nu. 11. firmantem referens, non potuisse secundum opinionem contrariam obtinere: quam tenent plurimi, Ripa nempè in d. l. 2. §. Voluntatem, num. 20. D. solut. matr. Alexand. in d. l. Non solum, §. Morte num. 49. D. de noui oper. nunciat. Feli. in cap. Cum olim, nu. 11. & in cap. Cum. Bertoldus, numero 24. de re iudic. Matthæ. de Afflict. decis. 49. numero 3. vbi Vrsil. num. 2. & 4. Aym. Crauet. cons. 83 numero 6. & cons. 178. numero 6. Anton. Capit. decis. 106. numero 4. Didac. Couar. variar. resol. d. cap. 17. num. 5. alios referens Cardin. Tusch. vbi sup. numero. 34. Hieronym. à Laurent. d. decis. 111. num 8. Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nuptial. 2 tom. d. clausul. 5. glos. 8. numero 75. part. 14. & 76. Ioann. Aloys. Ricci. d. collect. 867. vers. Limita 7. Petr. Surd. decis. 22. numero 8. & 9. Cardin. Seraphin. decis. 1024. numero 5. Francis. Mantic. decisc. 30. num. 3. Gaspar Cabal. de euicto. dict. §. 3. num. 73. & seqq. Ioan. Gutier. de iuram. confirm. dict. cap. 61 num. 18. Ioseph. Mascard. d. conclus. 615. num. 23. & sequentibus Anton. Gomez variar. lib. 2. cap. numero 39. col. in 4. in principio versiculo, Item etiam adde Alexand. Trentacinq. d. resolut. 4. numero 10. versiculo, Septimò declaratur, Achil. de Gras. decis. 1. num. 3. tit. de conces. prabend. & in titul. de emption. & vendit. decis. 2. numero. 1. Borgni. Caluacan. decis. 8. numero 25. part. 1. Petr. Barb. ad dict. l. Venditor, n. 69. & seq.

Non solùm autem simplicem sufficere denunciationem venditori fieri, sed vt liti assistat, causamque defendat admonitionem, †
7 protestationemque requiri, deducitur ex text. in d. capit. fin. de empt. & vendit. & l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. & in d. l. Parentes in fin. C. de euict. in l. Qui absentem, 76. D. de procurat. firmat glos. fin. in clement. Causam 3. de electione, Bart. in d. l. Non solum, §. Morte numero 51. D. de noui oper. nunciat. & ibid. Roman. numero 11. Anton. Rube. num. 977. communem dicit Felin. in d. capit. Cum M. num. 64. & ibid. Ripa numero 165. extra de constitut. Hieronym. Cagnol. in l. Venditor, num. 3. per text. ibid. D. iudic. Didac. Couar. variar resolut. d. lib. 3. cap. 17. num. 3. vers. Secundò, latè Gasp. Caballin. de euict. d. §. 8. num. 21. & seqq. Petr. Barb. ad d. leg. Venditor, num. 18. D. de iudic. P. Ludouic. Molin. (communem dicens) de iustit. & iure, lib. 2. d. disput. 380. num. 9. lit. C. vers. Existimo etiam cum communi, & post longam disputationem, hanc tenet, communem dicens, ab eaque non recedendum; Alex. Trentacinq. variar. resolut. d. lib. 3. tit. de empt. & vendit: resolut. 4. numero 2. vers. Secunda opinio, Gregor. Lop. in d. l. 31. tit. 5. par. 5. glos. 4. vbi veriorem profitetur, etsi multum dubiè loquatur.

Contra quam tenent Bald. Salic. Alex. Socin. & alij, quos refert, & sequitur Petr. Barbos. sup. numero 19. & 20. Didac. Couar. d. numero 3. in fin. vbi simplicem sufficere denunciationem ab emptore factam cum publico propositæ actionis testimonio, etiamsi venditor requisitus expresse non sit, vt emptorem defendat, censet: quia virtualiter huiusmodi videtur inesse requisitio. Superior tamen contraria sententia frequentiori Doctorum calculo recepta est.

Nec adhuc emptoris denunciatio, requisitioque vt liti assistat, causamque venditor defendat, sufficit, sed copia pariter libelli † ad 8
uersus emptorem producti debet ad venditorem transmitti, vt omninò de litis motæ qualitate sit certus; arg. text in d. clem. Causam de electio. tradit Bart in d. §. Morte, num. 48. & ibi Alex. num. 42. Ias. numero 38. Felin. in d. cap. Cum M. num. 63. vbi etiam Ripa num. 163. Alexand. cons. 33 numero 4. lib. 2. Hieronym. Cagnol. in dict. l. Venditor. num. 4. D. de iudic. Petr. Duennas regul. 243. Gaspar Cauallin. dict. §. 3. Antoni. Gamma. decis. 79 num. 1. Didac. Couar. d. numero 3. versiculo, Tertiò Petr. Barbos. in d. l. Venditor, numero 15. Gregor. Lopez in dict. l. 32. glos. 4. quæst. 2, Alexand. Trentacinq. d. resolut. 4. num. 3. Vincent. Carot. de depos. d. 1. part. tit. de compensat excusat. 3. num. 13.

Imò huiusmodi denunciationem solemniter & cum requisitis necessariis factam sufficere, vt venditor de euictione teneatur, nisi 9
emptor pariter litem prosequatur, † probatur in d. l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. vbi id not. Bald. & Paul. Castrens. num. 1. ad fin. & numero 3. Ioan. Petr. Ferrar. in sua pract. in form. libelli in causa vendit. in verb. Promittens de euictione, numero 8. Gregor. Lopez in l. 33. d. tit. 5. part. 5. glos. 4. verb. Comprador. Sequitur singulare dicēs Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. 1. par. d. cap. 61. numero 8.

Licet contradicat Alexand. Trentacinq. d. resolut. 4. numero 5. versiculo, Secundò requiritur. Dummodò emptor comparauerit ad sententiam declarans ex Bald. in dict. l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. num. 7.

Quamuis autem adeò denunciatio requiratur, vt venditor etiam litem motam aduersus emptorum sciens de euictione teneatur, nec alias euictionis obligatione adstringatur: Paupertatis tamen fauore denunciationem venditori scienti necessarium † non esse, & absque 10
ea de euictione pauperi emptori venditorem teneri, asserendum erit. Probaturque ex eo, quod venditor qui † super re Ecclesiæ, vel 11
minori vendita litem sit motam, si liti non assistat, seque defendat, absque aliqua denunciatione de euictione tenetur, vt (post Bald. Ias. & Anton. Rub. ibi relatos) tenet, & defendit Couarruu. d. cap. 17. numero 4 Petr. Rebuf. ad constit. Gallic. de tom. 3. titulo de dilat. articulo 5. capit. 31. numero 69. Andre. Tiraquel. de pia causa priuileg. 141. & sequenti, Gaspar Caual. dict. §. 3. numero 102. & 103. Pat. Ludouic. Molin. d. libro 2. de contract. disput. 380. numero 13. versiculo, Quando emptor est minor, Ioseph. Mascard. de probat. d. conclusione 615

numero 15. Ferdin. Vazquez Menchac. *controuerſ. vſufreq. lib.* 1. *capite* 9. *numero* 13. Alexand. Trentacinq. *dicto titulo de emptione & venditione*, *reſolutione* 4. *numero* 15. Andre. Fachinæ. *controuerſ. libro* 2. *capit.* 38. Gregor. Lopez *in dict. l.* 32. *titulo* 5. *par.* 5. *gloſ.* 4. *quaſt.* 7. *prope med. deciſ.* Rotę Bononienſ. *in congeſtis ab* Annibal. Fundatia, & Camillo Gypſio, *deciſione* 77. *nummero* 18. Caldas Pereyra *de emption. & veditione, capit.* 31. *num.* 69. Marc. Antoni. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quaſt.* 129. *num.* 2.

Quod inde prouenit, quia minor abſque
12 interpellatione † conſtituit debitorem in mora, *text. in l. In minorum*, 3. *C. de in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſ.* notantque pro-
13 ximè relati. Id ex æquiparatione Eccleſiæ † ad minores (per *text. in cap.* 1. *& capit. Auditis*, *& ibi gloſ. verb. Minoris*, extra *de in integr. reſtit.*) ad Eccleſiam quoque extendentes.

Quare ad pauperes etiam ex eadem ratione, paritateque trahendum id erit, eiſque adaptan-
14 dum, cum vtriſque † minoribus ſcilicet, & Eccleſiæ æquiparentur, eorumque gaudeant priuilegiis, vt multoties notauimus. Et quia abſquè expreſſa interpellatione conſtituunt debitorem in mora, vt *quaſt.* 25. *à num.* 11. *cum ſeqq.* latè deduximus.

Cumquè prædicta ſit fundamentalis, & vnica ratio quare minores, & Eccleſia huiuſmodi fauore fruantur: eademque in pauperibus militet; eodem quoque fauore gaudere, conſentaneum eſt. Imò & in pauperibus id præcipuè locum habere debet: Cum ſiue in denunciando, aut libello ad venditorem authenticè, & in publica forma mittendo, ſiue in lite proſequenda (iuxta ea quæ ſuprà deſiderari diximus) expenſæ, ſumptuſquè fiant neceſſe ſit. Quæ excuſare ſolent, debentque pauperes, ex ſuprà notatis *quaſt.* 31. *à numer.* 11. *cum ſequentibus*: venditoremque litis motæ conſcium in mora etiam abſque interpellatione conſtituere. Quibus omnibus dicta à *Nobis citata quaſt.* 25. *numer.* 11. *& ſequentibus* (quę longiorem hac in re progreſſum ſupplent) auxiliantur.

VTRVM A SOLVTIONE expenſarum, & melioramentorum, quæ bonæ fidei poſſeſſor vtilisvè dominus in re bona fide poſſeſſa, vel in qua dominium aliquod habebat, fecit, excuſet paupertas?

SVMMARIVM.

1 *Bonæ fidei poſſeſſor, ſiue titulum habens, ſiue non, neceſſarias deducit expenſas; quas in re bona fide poſſeſſa fecit. Et idem in expenſis vtilibus*, num. 35.

2 *Et in emphyteuta, qui abſque culpa ab emphyteuſi cecidit: Secùs ſi ob non ſolutam penſionem, &* num. 6.

Et idem in vtilibus expenſis, num. 36.

Et deducit expenſas quas etiam renitente, & contradicente domino fecit, num. 47.

Limita num. 48.

3 *Et idem in vaſſallo.*

4 *Et in ſimplici conductore, vel colono tam ad longum, quàm ad breue tempus:*

Et etiam in melioramentis vtilibus perpetuis, num. 40.

Limita num. 40.

5 *Conductores, vel coloni huiuſmodi expenſas non amittunt, nec à re conducta, niſi priùs ſoluantur, expelli poſſunt, etiam ob non ſolutam penſionem, tamquè in neceſſariis, quàm in vtilibus*, & numero. 41.

7 *Conductori, vel colono non ſolùm pro his expenſis retentio, ſed etiam actio competit.*

8 *Vaſſallo pro his expenſis non ſolùm per retentionis, ſed etiam actionis remedium ſuccurritur.*

9 *Heres de reſtituendo grauatus durè, in diem, vel ſub conditione, neceſſarios ſumptus, quos ante reſtitutionem fecit, conſequitur.*

Et etiam vtiles, num. 37.

10 *Et ideo deficiente, præfatos ſumptus eius hæredes conſequuntur.*

11 *Et qui in præſenti neceſſarij ſumptus reputentur, grauato, vel eius hæredibus reſtituendi?*

Maioratus poſſeſſor, ex quibus bonis ſumptus pro litibus, quæ in maioratibus accidunt, facere debeat? ibidem remiſſiuè.

12 *Heres de reſtituendo grauatus, ſumptus, quos pro litium rerum hæreditariarum tuitione fecit, ſiue vincat, ſiue vincatur, modò litem euidenter calumnioſam non tractauerit, conſequitur.*

13 *In neceſſariis expenſis non exitus, ſed initium ſpectatur*, & num. 68.

14 *Qui contendit ſe hæredem, an conſequatur ſumptus, quos in lite proſequenda fecit?*

15 *Malæ fidei poſſeſſor neceſſarios detrahit ſumptus. Et quid in vtilibus expenſis?* n. 43. 44. & 45.

16 *Bonæ fidei poſſeſſori competit pro melioramentis, & expenſis neceſſariis retentio, licèt aliter ei obligata non ſint.*

17 *Malæ etiam fidei poſſeſſori. Nec ſolùm retentio, ſed & repetitio actioque competit.*

18 *Et an pro melioramentis in vna re factis poſſit alia quoque retineri?*

19 *Executio ſententiæ impeditur quouſque melioramenta ſoluantur.*

20 *Et an etiam non liquidato valore melioramentorum procedat?*

21 *Etiamſi ab eo, qui executionem petit, de ſoluendis melioramentis cum fuerint liquidata offeratur cautio?*

22 *Et quid ſi in ſententia diceretur*, Solutis priùs expenſis?

23 *Executio ob defectum ſolutionis melioramentorum retardari non debet, quando in dilatione periculum ſubeſſet, admittendaque tunc cautio erit.*

24 *Vel ſi in continenti non adeſſet factorum melioramentorum probatio.*

25 *Melioramenta, expenſaque neceſſariæ an etiam re meliorata, vel eiſdemmet melioramentis peremptis debeantur?* & num 26. & 27.

Et

Et quid in vtilibus tantum? num. 46.

26 *Bona fidei possessor non aliter, quam retentionis iure, doli mali exceptione opposita, melioramenta consequitur.*

28 *Simplex bona fidei possessor fructus cum expensis, & melioramentis compensat; non verò qui dominium (quantumcumque reuocabile) habet, qui expensas illibatas debere,* & nu. 29.

Intellige in fructibus à bona fidei possessore in ipsa re perceptis; secùs in perceptis ex ipsis melioramentis, quia eos debet bonæ fidei possessor illibatos percipere, n. 33.

30 *Extende etiam in fructibus ab herede de restituendo grauato post purificatum fideicommissum perceptis, si in restituendo morosus non fuerit.*

33 *Et in fructibus ex melioramentis, etiam post litem contestatam perceptis.*

34 *Et etiamsi bona fidei possessor ad fructuum restitutionem fuerit condemnatus; quia adhuc perceptos ex melioramentis restituere, aut compensare non debet.*

35 *Vtiles expensæ dicuntur, quæ in faciendo de nouo consistunt, & in arborum, vinearumque plantatione.*

38 *Vsufructuarius deducere debet expensas, & melioramenta vtilia. Limita* numer. 48. & 49.

39 *Clericus, vel prælatus expensas, & melioramenta vtilia, quæ in rebus Ecclesiæ de propriis ipsorum bonis fecerunt, deducere debent.*

42 *Emptor consequitur expensas melioramentorum necessariorum, vel vtilium, quas in re, quam venditor remedio* legis 2. Cod. de rescindenda vendit. *auocauit, fecit.*

44 *Malæ fidei possessor vtiles expensas, melioramentaquè faciendo, an donare videatur?*

45 *Intellectus ad* text. in l. Domum, 5. in fin. C. de reivendic.

50 *Impensa magna, vel modica, quæ dicatur?*

51 *Paupertas à solutione expensarum necessariarum, vel vtilium non excusat,* & num. seq. *Contrà* n. 53. & seqq.

52 *Minor ab huiusmodi non excusatur expensis.*

54 *Nimis magna melioramenta in re Ecclesiæ faciens, vt Ecclesia ante melioramentorum æstimationis restitutionem vindicare nequeat; censuras pœnasque à* S. Concil. Trident. sess. 22. cap. 11. de reformat. *contrà eos, qui in proprios vsus res emphyteuticas, & alia iura Ecclesiæ directè conuertunt, latas incurrit.*

55 *Consanguineus retrahens consanguinei rem ab emptore, tenetur illi necessarias, vtilesque expensas reficere: non tamen tenebitur, si vt consanguineum à retractu auerteret, nimium magnas, onerosasque faceret emptor expensas,* & nu. 56.

57 *Et quæ in præsenti magnæ, onerosæquè impensæ, ac melioramenta, ad quæ pauperes non adstringuntur, dicantur.*

58 *Dominus an rem melioratam pro solutione expensarum necessariarum, quæ in ea facta sunt, vendere teneatur?*

59 *Expensæ necessariæ, quandoquè strictè, quandoquè latè modo dicuntur, & qualiter?*

60 *Dominus diues, qui aliundè quàm per rei melioratæ venditionem, vel nouum creditum contrahendo, soluere potest necessarias, vtilesvè, quantumcumque excessiuas expensas, & melioramenta, non excusatur, potestquè pro eis retineri res.*

61 *Expensæ vtiles, & necessariæ, siue melioramenta, etiam excessiua, qualiter à bonæ fidei possessore, vtilivè domino deducenda sint? Qualitervè dominus directus ea retinere possit?*

62 *Ædificium destruendum non est, vt melioramenta bonæ fidei possessor, vtilisvè dominus inde extrahat.*

63 *Dominus directus diues æstimationem meliorамentorum necessariorum, vel vtilium, prout ædificio iuncta valent, soluere tenetur.*

64 *Dominus pauper expensas vtiles, & necessarias, etiam per rei melioratæ venditionem, si easdem, similesvè esset ipse facturus, soluere compellitur.*

65 *Vel quando dominus rem melioratam vendidit; vel mox venditurus sit; quo casu etiam voluptariæ debent refici expensæ, inquantum res pretiosior facta est,* & n. 66.

67 *Vel quando melioramenta de mandato, vel consensu domini facta sunt, vel ea postmodum approbauit.*

68 *Et quid si tempore factum melioramentorum, dominus diues erat, tempore verò restitutionis pauper?*

69 *In expensarum, & melioramentorum taxatione, æstimatione, ac solutione facienda, quod debeat attendi tempus?* & numer. seqq.

73 *Expensum, & melioratum in dubio æquiualere videntur.*

74 *Intellectus ad* text. in l. In fundo, 39. D. de reivendic.

75 *Et ad* tex. in l. Domos. 61. D. de legat. 1.

QVÆSTIO XLI.

FIunt sæpè à bonæ fidei possessoribus, emphyteutis, vassallis, aut aliis vtilibus dominis in re bona fide, aliquovè dominij iure possessa necessariæ, vtilesvè impensæ, & meliorationes, quas à veris, siue directis dominis (cum res ad eos pertinere cognoscitur) soluendas sibi forè contendunt. Quibus & naturalis ratio, & fauent ciuilia iura. Quid enim magis naturali consentaneum rationi, quàm quod bona fide, iustovè titulo, necessariò, aut vtiliter in alicuius fauorem impensum est (si nec præcipuè amittendi, vel donandi animo factum sit) persoluatur? Quid ciuili magis iuris conforme? Aliter namque breui quidem tempore corruerent domus, deformarentur vrbes, deficeret agrorum cultura, nullus deniquè (aut ratus saltem) huius timoris occasione præuentus, ad possessionum refectionem, conseruationem, vel augmentum animum intenderet, locupletaretutque dominus cum alterius iniuria, vel iactura, quod nec ius, nec natura patitur.

Quarè summa cum ratione decreuerunt leges, necessarias, vtilesvè impensas, & meliorationes à vero, siue directo domino bonæ fidei

fidei possessori, vtiliuè domino persoluendas.

1 In bonæ fidei possessore, † siue titulum habente, siue non, vt necessarias debeat deducere expensas; est *text. in l. qua ratione, 9. de acquir. rer. domin. in l. Paulus, 14. D. de doli mali except. in l. si quis sciens, 11. vers. Sanè, & in l. si in area, 16. C. de reivendic. leg. sin autem, 28. §. in re petita, l. Sumptus, 48.* (aliàs 49.) *leg. in fundo, 39. D. eod. tit. de reivendit.* de iure Regio *text. in l. 44. tit. 28. par. 3.* traduntque Petr. Duennas (post *DD.* in dictis locis) *regula 237.* incip. *Emphyteuta emphyteusi finita, vers. Secundò probatur,* Anton. Gomez *in l. 46. Taur. num. 2.* Ioseph Ludouic. *decis. Perusin. 34. numero 9. & decis. 117. num. 32.* Iacob. Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 501.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. lib. 1. cap. 109. n. 2.* Petr. Surd. *consil. 183. numero 1. & seqq. lib. 2. & decis. 87. num. 1.* Prosper. Farin. *decis. 622. num. 4. part. 2. nouissimè* Ouid. *de* Amic. *de iure emphyteut. quæst. 73. numer. 3. & seqq.* Cardin. Domin. Tusch. *practic. conclus. lit. M. conclus. 180. numer. 56.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. artic. 50. numer. 29. part. 1. & part. 2. n. 31.*

2 In emphyteuta, † qui absque culpa ab emphyteusi cecidit (veluti per emphyteusin finitam) tradunt communiter scribentes in *l. Senatus* (aliàs incipit *Cætera*) *43. §. Marcellus, D. de legat. 1. vbi* Sald. *num. 1.* Alexand. *num. 5. & ibidem Addentes,* idem Bald. *in l. 3. §. Emptor autem, num. 6. vers. Quod etiam obseruatur, Cod. commun. de legat. & in authen. Excipitur, numer. 2. C. de bon. quæ liber.* Ias. *in l. 1. C. de iure emphyt. num. 27. versic. Intelligas tamen, & numero 30.* Decius *in authen. Qui rem, numer. 14. versic. Secùs est, si emphyteusis, C. de sacros. Eccles.* August Bero. *in cap. Potuit. de locat. num. 4. & quæst. 19. & cons. 79. nu. 6. lib. 1.* Carol. Ruyn. *cons. 24. num. 10. lib. 1.* Decius (communem dicens) *consil. 518. num. 2.* Petr. Duennas *d. regul. 237. vers. Et emphyteuta,* Iulius Clar. *in §. Emphyteusis, q. 45. num. 1. & 2. & in §. feudum, quæstio. 88.* Ant. Gomez *variar. tom. 1. cap. 12. numer. 40. in fin.* Iacob. Menoch. *d. remed. 15.* qui sæpe de communi testatur *n. 502.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 25. numer. 6. & 10.* Arias Pinell. *in l. 2. C. de rescind. vendit. par. 2. cap. 3. numer. 7.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. d. lib. 1. cap. 109. num. 3.* latè comprobat Ouid. *de Amicis, de iure emphyt. dict. quæst. 73. num. 3. & seqq.* præcipuè *numer. 5.* vbi communem dicit Rota Romana *ex collect. a* Farinac. *decis. 294. numer. 6. & 7. & decis. 349. num. 1. part. 2. nouissim.* Anton. Gamm. *decis. 22.* P. Ludouic. Molina *de iust. & iure, tract. 2. disputat. 463. num. 2.* Andr. Gail. *pract. obseruat. 121. num. 15.* Vincent. *de* Franc *decis. 121. num. 1.* Anton. Faber. *in suo Cod. libro 4. tit. 42. definit. 24.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 117. num. 33. & seq. tam in priuati, quàm Ecclesiæ emphyteuta* verum dicens, Ioan. Garc. *de expens. cap. 12. numer. 84* Carol. Bardell. *cons. 23. num. 13. & 14 lib. 1. & consil. 64. num. 4. eod. lib.* Alexan. Trentac. *variar. resolut. lib. 3. de iure emphyt. resol. 9.* Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 2. num. 53.* nouissimè pariter & copiosissimè Antonin. de Amato (qui ad manus meas post hæc peruenit scripta) *variar. resolut. resolut. 14. num. 1.* multipliciter assertionem hanc *numeris seqq.* amplians.

In vassallo, † est *text. in cap. 1. §. si vassallus, hic finitur lex*, estquè communis secundum Aluarot. *in cap. 1. §. si quis de mandato, post numer. 5. de controuers. inuestit.* quem refert, & sequitur Iuli. Clar. *in d. §. feudum, quæst. 88. nu. 1.* vbi etiam ex aliis communem dicit Ioan. Baptist. Baiard. Menoch. *d. nu. 502.* Carol. Ruyn. *d. consil. 24. num. 10. lib. 1.* Marescot. *vbi sup. num. 3.* Ouid. *de Amic. d. quæst. 73. n. 5.* Petr. Surd. *d. decis. 78. n. 1. 2. & 3.* & ferè omnes proximè relati. 3

In simplici conductore, † vel colono, tam ad longum, quàm ad breue tempus; est *tex. in l. Dominus horreorũ, 55.* (alias 57.) *§. 1. & in l. Colonus 61.* (aliàs 63. *& ibi* notant Bal Paul. & alij *D. locat.* Emanuel Suarez *communi. opin. verb. Conductor, nu. 202. n. 208. & 216.* Borgn. Caualcan. *decis. 44. num. 46. & 48. par. 1.* sic iudicatum asserens Anton. Gomez *d. cap. 12. num. 40. in fin.* P. Molina *vbi sup.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. art. 50. nu. 5.* Et hodiè est *text.* formalis, & expressus in *l. 24. tit. 8. par. 5.* 4

Nec ob non solutam pensionem † conductores, vel coloni meliorationes, & expensas amittunt, aut à re conducta (nisi sibi priùs soluantur) expelli possunt; vt in *d. l. Dominus horreorum §. 3. & in d. l. Colonus D. locati,* Andr. Alciat. *resp. 20. num. 8.* Paul Paris. *consil. 19. nu. 16. lib. 3.* Iacob. Menoch. *d. remed. 15. n. 551. & remed. 11. num. 20.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. d. lib. 1. cap. 109. num. 14. & cap. 112. num. 8.* Ioseph Ludouic. *d. decis. 34. nu. 8.* Cardin Francis. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 11. numer. 14. & 17.* Ouid. *de Amic. d. quæstio. 73. num. 2.* Petr. Surd. *dict. consil. 183. numer. 2. & seq.* 5

Licet secùs sit in emphyteuta † qui si pensionem debito tempore non soluat, poterit à domino expelli, melioramentorum oppositione non obstante, *tex.* est in *d. l. §. Sin autem* (ibi: *Nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum, quæ empœmata dicuntur, vel pœna opponenda) C. de iure emphyteu.* vbi notat (post antiquiores) Ias. *num. 28.* Ioseph. Ludouic. *vbi sup.* Andr. Gail. *pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 121. nu. 15.* & alij ex proximè relatis. 6

Et non solùm conductori, vel colono retentio pro dictis competit expensis, & melioramentis; sed etiam actio, † *d. l. Dominus horreorum, §. 1. ibi: Ex conducto cum domino fundi experiri potest. tex.* etiam in *leg. Quòd si nulla, 60. D. de legat. 1.* quem ad hoc adducit Anton. Gomez *variar. d. tom. 1. cap. 12. num. 40. vers. Secundò intellige,* Iacob. Menoch. *d. remed. 15. numer. 551.* 7

Idemque in vassallo, † cui non solùm per retentionis, sed etiam actionis succurritur remedium, secundum Bald. *in d. l. Senatus, §. Marcellus, D. de legat. 1.* quem refert, & sequitur Carol. Ruyn. *d. consil. 24. num. 10. post med.* Cyn. Bald. *& Salycet. in l. si quis sciens, C. de reivend. & in l. Insulam, §. fructus, D. solut. matrimon.* & probatur in *l. Qui exceptionem, 40. §. 1. D. de cond. indeb.* 8

Hæredi quoque de restituendo grauato † purè, in diem, vel sub conditione, si interim aliquos fecerit necessarios sumptus, & meliora menta, restituenda forè; *tex.* est *in l. Domus, 58.* (aliàs 61.) *D. de legat. 1.* vbi not. & commendant communiter scribentes, *l. Purè, 19. §. fin. l. Mulier,* 9

l. Mulier, 22. *§. sed & ipse, D. ad senat. Consul. Trebell. l. Titius Meuio*, 50. *D. de vsufruct. & quemadmod. quis vtat. fruat. l. generali capite*, 32. *§. Lutius Titius*, *D. de vsufruct. legat. d. l. Quod si nulla*, 60. *D. de leg.* 1. Paul. Castrens. *consil.* 247. *numero* 7. *lib.* 1. Petr. Paul. Paris. *consil.* 55. *numero* 22. *lib.* 3. Carol. Ruyn. *consil.* 38. *numero* 15. *lib.* 1. Anton. Gomez *d. num.* 40. Ludouic. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 14. *vers. in ædificiis autem*; vbi dicit communem, apud quem *numer.* 15. quid hodiè in maioratibus, vide; prædictam etiam sententiam tenent Iacob. Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 507. vbi de communi, Vincent. *de* Franch. *d. decis.* 109. *nu.* 1. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 50. *n.* 16. communem quoque dicens.

Hæredequè de restituendo grauato deficien-
10 te, eius hæredibus † huiusmodi necessarij, vtilesvè sumptus debentur, Nicol. Bellon. *consil.* 66. *num.* 12. *& seq.* Iul. Clar. *in d. §. Emphyteusis, quæst.* 45. *num.* 2. August. Beroi. *quæst.* 16. *& consil.* 73. *numero* 39. *lib.* 1. Ioan. Cephal. *consil.* 213. *num.* 14. *lib.* 2. Hercul. Marescot. *d. cap.* 109. *num.* 4. Hieronym. Magon. *decis. Lucens.* 33. *numer.* 34.

11 Inter quos necessarij reputantur † sumptus, qui grauato, vel eius hæredibus erunt restituendi, non solùm in ipsius rei melioramentis ante conditionis euentum facti; sed etiam in expensis litis pro conseruandis, vel reparandis rebus hæreditariis, vt tenent (aliis relatis) Hercul. Marescot. *d. nu.* 4. Ludouic. Molin. *d. libro* 1. *cap.* 27. *num.* 10. *&* 11. vbi, an & ex quibus bonis à maioratus possessore litium sumptus, quæ in maioratibus accidunt, faciendi sint? tenent etiam Marc. Ant. Pereg. *d. art.* 50. *num.* 9. *&* 11. Vbi idem dicit, etsi hæres expensas pro tuitione
12 rerum hæreditariarum faciens, vincatur: † quia non debuit hæreditatis ius indecisum relinquere, ex *text. in l. Illud*, *D. de pet. hæred.* modò litem euidenter calumniosam non tractauerit, ad *text. in l. non est ignotum*, 6. *C. de administ.*
13 *tut.* & quia in istis necessariis non exitus, † sed initium negotij inspicitur, *l. Et in totum*, 4. *D. de impens. in reb. dotal. fact. l. si necessarias*, 8. *D. de pignor. acti. & l. Sed an vltro*, 11. *D. de negot. gest.*

Idem quoquè dicens de eo, qui se hæredem
14 contendit, † cui sumptus in tali lite factos reficiendos fore asserit, si modò obtinuerit. Qua de re latè ibi per eum *num.* 12. *& sequentibus.*

Et non solùm bonæ fidei possessorem huiusmodi necessarios detrahere sumptus; sed et-
15 iam malæ fidei possessorem; † *text.* est in *l. Domum*, 5. *C. de reivend. tex. in l. Planè*, 38. (aliàs 41.) *D. de petit. hæredit. l. si à domino*, 36. *§. fin. D. eod. leg. fundus, qui dotis*, 51. *D. famil. erscisc.* Bart. *in leg. in fundo*, *num.* 11. *D. de reiven.* Alciat. *in l. Impensæ*, *nu.* 8. *D. eod.* Nicol. Boër. *decis.* 44. *num.* 6. *in fin. & n.* 7. Andr. Tiraquel. *de re tract. linagier*, *§.* 15. *glo.* 1. *num.* 2. vbi etiam ex multis Theologis idem in foro conscientiæ dicit, Nicol. Iacob. Menoch, *d. remed.* 15. *nu.* 507. 514. *&* 537. Nicol. Bellon. *cons.* 65. *num.* 13 Ioseph. Ludouic. *d. decis.* 34. *num* 18. Peregr. *dict. artic.* 50. *num.* 24. Hieronym. Magon *decis. Florent.* 51. *nu.* 6. *& decis. Lucens.* 33. *numer.* 24 Ioan. Garc. *de expens. & meliorat. cap.* 2. *num.* 1. Andr. Fachin. *controuers. iur. libro* 1. *cap.* 54. *in princ.* Mar. Mut. *decis.* 51. *num.* 18. *&* 19 Aluar. Valasc. *consult.* 161. *num.* 7. Borgnin. Caualcan. *decis.* 28. *numero* 5. *& decis.* 44. *num.* 60. *part.* 1. Cald. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 27. *numero* 4. 15. *&* 58. Burg. *de Paz consilio* 7. *numero* 41. Petrus Barbos. *in l. diuortio*, *§. fin. numero* 59. *part.* 1. *D. solut. matrimon. Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *numero* 12. *vbi Addit. litera* G. Vincent. Caror *de locat. tit. de expens. nu.* 31. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæstione* 73. *numer.* 21 Antonin. *de* Amato *d. resolut.* 14. *numer.* 16. de iure Reg. *tex. in leg.* 41. *&* 44. *tit.* 28. *part.* 3.

Proque his sumptibus, & meliorationibus competit possessori retentio, etsi aliter sibi res obligata non sit. Quod in bonæ fidei possesso-
16 re † absque controuersia est, vt probant omnia iura in principio adducta, Bart. Alex. *in* Ias. & alij in *d. l. domus*, *D. de legat.* 1. *& in l. si non fortem*, *§. si centum*, *& ibidem gloss. D. de condit. indebit* Anton. Capit. *decis.* 17. *nu.* 7. Nicol. Bellon. *consil.* 10. *num. secundo* Vincent. *de* Franch. *decis.* 112. *num.* 1. Anton. Negus. *de pignor.* 4. *memb.* 5 *par. princip. numero* 8. *& seqq.* Tiraq *de retract. conuent. §.* 7. *glo.* 1. *num.* 13. Marc. Anton. Pereg. *d. art.* 50. *num.* 55. Francisc. Marcar. *de fideicomm. quæst.* 66. *in fin.* Hieronym. Magon. *decis. Flor.* 49. *numero* 23. *&* 24. latè Pirrh. Maur. *in tractat. de solut. oblat. & retent. cap. vnic. de retentionib. à num.* 36. *vsque ad* 45. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 62. *num.* 7. P. Molin. *d. disp.* 463. *num.* 12. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 14. *n.* 17.

Malæ etiam fidei possessori † retentionem 17
competere, probant textus *in l. Planè*, 41. *D. de pet. hæredit. dict. l. Domum* 5. *C. de reivendic.* Bart. *in d. leg. In fundo*, *num.* 6. *& num.* 11. *vers. Tu dicas*, *& vers. si verò*, *D. de reivendic.* Paulus Castr. *in dict. l. Dominus horreorum*, *§.* 1. *num.* 2. *D. locat.* Ias. *in leg. fin. paragrapho fin. numero tertio Cod. commun. de legat.* Nicol. Boër. *dict. de capite quadragesimo-quarto*, *nu.* 6. *in fi. & nu.* 7. Arias Pinel. *in leg.* 2. *num.* 1. *ad fin. C. de rescind. vendi. Neguz. d.* 4. *memb.* 5. *part. princip. num.* 20. Plures referens Petr. Barbos. *in l. Diuortio*, *§. fin. part.* 1. *num.* 59. *D. solut. matrimon.* Pater Ferdinand. Rebell. *de obligat. iustit. libro* 7. *quæstione* 2. *nu.* 7. Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro duodecimo, titulo* 29. *numero decimo-tertio* Iacob. Menoch. *in addit. ad casum* 285. *numero nonagesimo-tertio*, Hercul. Marescot. *dicto libro secundo capite* 112. *numero nono* sic sæpè per *Rotam* iudicatum asserens, Marius Giurba *in consuet. Senat. Mesan. part.* 1. *cap. decima-quinta*, *gloss.* 7. *numero decimo-septimo*, Ioseph. Ludouic. *dict. decis.* 34 *numero decimo-octauo*, Hieronym. Mago. *dict. decis. Lucens.* 33. *numero vigesimo-quarto*, Caualcan. *dict. decis. quadragesima-quarta*, *numero* 60. *part.* 1. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 50. *numero vigesimo-sexto*, expressus de iure Reg. *text. in dict. l.* 44. *tit.* 28. *part.* 3 Nec solùm retentionem pro necessariis expensis à malæ fidei possessore factis; sed & repetitionem, actionemquè ei competere omnes ferè *numero* 15. adducti firmant.

Et an pro melioramentis in vna re factis, † 18
possit alia quoque retineri? vide latè Marc. Ant. Peregr.

Peregr. *d. art. 50. num. 69.* post *glo. in d. l. Planè, 41. verb. Deducat, D. de petit. haredit.* quæ re extante, non posse aliam pro melioramentis retineri, licet re non extante expendenti consulatur, dicit; tenent etiam dictam sententiam Borgnin. Caualcan. *decis. 28. num. 5. in fine, par. 1.* qui in id allegat *Negusan. de pign. d. memb. 4. part. 5. princip. numero 20.* Iosep. Ludouic. *decis. Lucan. 7. numero 10. & seq. &* Guil. Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. §. de empt. num. 6. cart. 411.* & (nullo ex his relatis) ita tenet Hercul. Marescot. *variar. dict. lib. 2. cap. 112. num. 25.* vbi num. seqq. quatuor hanc sententiam declarat, limitatque modis.

19 Proque dictis melioramentis executio † sententiæ, quæ in rem iudicatam transiuit, quousque soluantur impeditur. Bart. *in d. l. Infundo, num. 16. D. de rei vendic.* Specul. *in tit. de execut. sent. §. Postrem. vers. Quid si bona ædificauit;* & latè *ibid.* Ioann. Andr. *in addit.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 7. gloss. 1. num. 14.* Hercul. Mareſ. *cap. 112. num. 18.* vbi sic in *vna Romana domus, 18. Iunij 1602. coram* Cardin. Pamphilo fuisse per Rotam resolutum testatur, & *in alia Romana Saluiani interdicti, 19. Nouemb. 1593. coram Pennia,* in eaque fuisse dictum, quòd si exceptio hæc in executione non admittatur; poterit legitimè appellari, per *consil.* Alexand. 85. *num. 6. vers. Præterea etiam, lib. 5.* tenent quoque Aymon Cranet. *cons. 148. num. 2.* Negusan. *vbi sup. num. 10. vers. Secunda conclusio,* Vincent. *de* Franch. *d. decis. 112. num. 1.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 25. num. 22.* Roland. à Valle *consil. 28. num. 3. lib. 1.* Iacob. Menoch. *dict. remed. 15. num. 569. vers. Contrarium verius est,* Petr. Benintend. *decis. 77. num. 2.* Francis. Marçar. *de fideicommiss. quæst. 65.* P. Molin. *de contract. disputat. 463. num. 12. tract. 2.* Melchior Pelaez *de maiorat. 4. part. quæstione 32. numero 9.* Alexan. Ambrosin. *decis. 28. n. 26. part. 2.*

20 Quod etiam non liquidato † valore melioramentorum procedere; decisum testatur Anton. Capit. *d. decis. 17. numero 7.* Vincent. *de* Franch. *d. decis. 112. num. 1.* Hercul. Marescot. *dict. cap. 112. num. 20.* Petr. Surd. *de aliment. d. tit. 8. priuileg. 62. num. 8.* Anton. Faber. *in suo Cod. definit. libr. 3. titul. 22. definint. 15. & 16.* Ambrosin. *vbi proximè, numero 28.*

Solet tamen (testante *Marescoto* loco proximè relato) de stylo Rotæ ante executionem pro melioramentorum liquidatione præfigi terminus, nè aliàs retardetur executio, ex Iacob. Puteo *dec. 12. de re iudic. & dec. 475. in fin. libro 2.* fuisseque in allegata *Romana domus coram Cardin. Pamphilo* dictum.

21 Etiamque si ab eo, qui executionem petit, offeratur cautio † de soluendis melioramentis cum fuerint liquidata, suspenditur executio. Anton. Capit. Put. & alij relati per Marescot. *vbi sup. nu. 21.* dicens ita fuisse tentum in *vna Tarracinnensi Palludum, 17. Maij, 1559.* vt in manuscrip. *Diuersor. decis. 139.* Menoch. *d. remed. 15. num. 570. & remed. 11. num. 17.* Anton. Faber *d. loco.* *Ambrosin. dict. decis. 28. num. 30.*

Licèt contrarium in isto casu tenuerint Castrens. *consil. 270. numero 3. lib. 2.* Gozad. *consil. 100. numero 21.* Neguſ. *dicto memb. 4. 5. part. numero 15.* Petr. Benint. *d. decis. 97. num. 1.* refert. & sequitur Pyrrh. Maur. *de solut. oblat. & retent. cap. unic. de retentionib. num. 43.* Petr. Surd. *dict. priuileg. 62. num. 9.* Caualcan. *decis. 28. num. 6. pars. 2.* vbi sic se iudicasse dicit, adducitque Rot. Bononi Alex. Roland. & alios, qui id nullatenus probant; Vincent. *de* Franc *dict. decisio. 112. numero 17.*

Testatur autem *Gamma decis. 4. numero 3* in Lusitano Senatu sanciri consuetum; Vt præstito iuramento ab eo, cui melioramenta debentur, cuius valoris sint: deponatur ea quantitas à parte, quę illa tenetur soluere, præcipique, nè impediatur executio, vt facta postea liquidatione quanta ea sint, ex pecunia deposita soluantur: tradit etiam Aluar. Valaſ. *de iure emphyt. d. quæst. 25. n. 23.* P. Molin. *d. disput. 463. num. 12.* 22

Si verò diceretur in sententia, *Solutis priùs expensis,* † priùs conditio ista purificari deberet, daretur que interim retentio, & impediretur executio, quantumcumque liquidata melioramenta non existerent. Ita Paul. Castr. *d. consil. 270. num. 3. vers. Breuiter omissis, lib. 2.* Franc. Marçar. *de fideicommiss. quæst. 66. vers. Et vlterius,* Pyrrh. Maur. *d. cap. vnic. n. 44.* Petr. Surd. *priuileg. 62. n.* Valasc. & Molin. *locis proximè relatis.*

Duo sanè sunt casus in quibus melioramentorum occasione retardari non debet executio. Primus quando in dilatione periculum subsit, † tunc namque admittenda cautio erit, secundum Paul. Castr. *d. consi. 270. num. 3. vers. Nec enim subest,* Anton. Capit. *d. decis. 17. in fin.* Hercul. Marescot. *d. l. 2. c. 112. n. 22.* Iacob. Menoch. (mendosè *Castrensem* allegantem) *d. remed. 15. num. 571.* 23

Secundus si incontinenti † non adesset factorum melioramentorum probatio; tradit (ex Bald. *cons. 109. in fin. p. 2.*) Menoch. *vbi suprà, n. 572.* cui assentit Mareſ. *d. num. 21.* 24

Adeò autem prædictæ expensæ, & melioramenta debentur, vt etiamsi res ipsa in qua facta sunt, vel eadem met perierint melioramenta, † eorum adhuc æstimationem consequi possit qui ea fecit, modò absque eius culpa perierint; formalis, & expressus *text. in l. Sed an vltro, 11. §. 1. & in l. Siuè hæreditaria, 23. D. de negot. gest. text. in l. Et in totum, 4. D. de impens. in reb. dotal. fact. in l. Dominus, 61. (aliàs 58.) D. de leg. 1. l. Mulier, 22. §. Sed enim, vers. Sed & ipse, D. ad Senat. Consf. Trebell. l. Si necessarias, 8. D. de pignor. act.* Bart. *in d. l. In fundo, n. 6. & 8. D. de reivendic.* plures referens Tiraqu. *de retract. conuent. §. 7. gloss. 1. nu. 10.* Marescot. *variar. resolut. lib. 2. d. c. 109. n. 7.* Menoch. *d. remed. 15. n. 112. & 521.* 25

Quæ tamen sententia communiter intelligi, & declarari solet, locum habere, indubitatamque in eo esse, qui alieno nomine rem detinet, vt in depositario, commodatario, negotiorum gestore, & similibus, vt in *dict. leg. Sed an vltro, 11. paragrapho 1. & in dict. l. Siuè hæreditaria, 23. D. de negot. gest. d. l. Planè, 38. (aliàs 41.) D. de pet. hæredit.*

In eo autem, qui nomine proprio possidet, an re meliorata perempta, debeat nihilominus melioramentorum expensas habere? contentio est. In qua *Bartol.* distinctio tradita in *d. leg. in fundo, num. 6. & 8. D. de reivendic.* (differentiam inter simplicem possessorem bonæ fidei, nullum aliud ius in re habentem, & eum, qui aliquod ius etiam reuocabile habet, constituens) frequentiori Doctorum calculo recepta est. Vt ille (bonæ fidei scilicet simplex possessor) re meliorata perempta, sumptus, melioramentavè repetere non possit: hic (ius nempè aliquod habens) repetat, vt in *d. l. Et in totum, 4. D. de impens. in reb. dotal. fact. & in l. vnic. §. Taceat, vers. Cùm enim necessaria, C. de rei vxor. act. & in d. l. Domus, 61. & in dict. l. Mulier, 22. §. Sed enim, vers. Sed & ipse,* ita etiam (Bartolum sequendo) tenent Paul. Castr. *in d. l. Domum, numer. 1. in fin. C. de reivendic* Alciat. *in l. Impensæ, num. 6. D. de verbo signif.* Nicol Boër *d. decis. 44. num. 14.* Anton. Gomez *in l. 46 Taur. numer. 2.* latè comprobat, & defendit Petr. Barbos. *in d. l. diuortio, §. fin. part. 1. num 63. vers. Amplia tertiò, & num. 64. & 65.* vbi carpit Menoch. *d. remed. 15. num. 112.* dicentem, sentire Doctores etiam re perempta bonæ fidei possessorem expensas deducere posse, ab eoque cauendum admonet, intelligendosque Doctores per illum adductos, in eo, qui præter possessionem aliquod habet dominum: ita etiam Roland. *à* Valle *d. consil. 28 num. 18. libro 1.* communem dicit Aluar. Valasc. *de iure emphyt. d. quæstione 25. numer. 25.* Pat. Molina *dicta disputat. 463. numero 8. litera E.* Hercul. Marescot. *dict. cap. 109. num. 8.*

26 Cuius sententiæ ea redditur ratio, † Quia bonæ fidei possessor non aliter, quàm retentionis iure, doli mali exceptione opposita, melioramenta consequitur, idquè ex æquitate *d. leg. Sumptus, 49. D. de reivendic.* ibi: *Verum exceptione doli opposita per officium iudicis equitatis ratione seruatur. d. l. si in area, 13. D. de condict. indebit.* ibi: *Nullo alio modo, quàm per retentionem impensas seruare posse,* text. *in d. l. Paulus, 14. D. de doli mal. & met. except.* cuius verba sunt: *Paulus respondit, eum qui in alieno solo ædificium extruxerit, non aliàs sumptus consequi posse, quam si possideat, & ab eo dominus soli rem vendicet; scilicet opposita doli mali exceptione.* Re autem perempta, retentioni locus non est, ideóque sumptus in ea factos consequi bonæ fidei simplex possessor non poterit.

Quæ licèt impugnari ratio valeat, ex æquitate *leg. si & me, & Titium, 32. in fin. D. de reb. credit.* & quod ibi *not.* Paul. Castr. ex rationeq; *text. in dict. leg. Domum, 5. Cod. de reivendic.* & *text.* præcipuè *in l. quod si nulla, 63.* (aliàs 60.) *D. de legat. 1.* vbi hæc Iulianus: *Quòd si nulla retentione facta, domum tradidisset, incerti condictio ei competet, quasi plus debito soluerit.* Per quem non nudam tantùm retentionem, sed & actionem, incertique condictionem post rem melioratam restitutam pro melioramentorum æstimatione consequenda competere, dixerunt *Practic. Papiens. in form. responsionis rei conuenti,* Gaspar. Anton. Thesaur. *quæst. forens. libro primo quæstione septuagesima-nona numero secundo* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 193. num. 25. 26. & 27* Licet contradicat, etiamsi eque huius partis sequaces (cum multis, quos refert) profiteatur Antoni. *de Amat. dict. resolut. 14. numero quinquagesimo quarto.* Cui contrariæ communi resolutioni (in casu præcipuè, terminisque rei peremptæ) & ipse adhæreo, cum declarationibus ab eodem *Amato ibi numeris seqq.* eidem assignatis, qui ad longum, eruditequè materiam prosequitur.

Intelligenda item prædicta communis sententia, & limitanda est, si bonæ fidei simplex possessor iudicio particulari, † secùs si vniuersali petitione hæreditatis agat; tunc enim licèt 27 res in qua melioramenta facta sunt, perierit; poterit aliam nihilominùs retinere, quoniam illa tanquam in hac parte hæreditatis fecit. Sic tradunt Andr. Tiraquell. *de retract. conuent. §. 7. glos. 1. numer. 10. in fin.* Nicol. Boër. *dict. decis. 44. numero decimo-quarto,* Andr. Alciat. *in l. Impensæ, numero sexto, Digestis de verbor signific.* Marc. Anton. Peregr. (communem dicens) *de fidei commiss. articul. 50. numero trigesimo part. 1.* Anton. Gomez *in d. l. 46. numero secundo* latè Petr Barbos. *in d. l. diuortio, paragrapho primo part. 1. n. 64. & 65.* Pat. Molina *d. disputat. 465. n. 8. lit. D.*

Hinc, alia inter bonæ fidei simplicem possessorem meliorantem; & eum, qui aliquod dominium habet differentia descendit: vt simplex bonæ fidei possessor fructus cum expensis, aut melioramentis compenset; † dominium verò 28 aliquemvè titulum domino habens, integras, illibatasque melioramentorum expensas deducat, absque eo quòd cum fructibus fiat aliqua compensatio, cum eos fructus iure domini acquisiuerit; simplex verò bonæ fidei possessor, ex re aliena, & non iure proprio. Ideòque fructus cum melioramentorum expensis compensare debere; est *text. in cap. Ad nostram, 11. de rebus Eccles. alien. vel non text.* express. *in dict. l. Sumptus, 48.* (aliàs 49.) *& in l. Emptor, 65. D. de reivendic.* caueturque nominatim in *l. 41. tit. 28. part. 3. vers. Empero si algunos frutos, o rentas,* & ibi notat Gregor. Lopez *gloss. 5 verb. Que descuente en ellas, & d l. 44. eod. tit. & part. vers. Empero si el esquilmo algunos frutos:* obseruant Curt. Iuni. *cons. 165 numero decimo-quinto,* vbi testatur de communi, Felin. *in cap. Cùm causa, numero vigesimo-nono, de sent. & re iudic.* Carol. Ruin. *cons. 14. numer. tertio & cons. trigesimo octauo, numero vigesimo-octauo, libro primo* Hercul. Marescot. *variar. resolut. dict. libro secundo cap. 112. numero 17.* Anton. Capit *decis. 93. numero 12.* Anton. Gomez *dict. l. 46. Tauri, numero secundo* Arias Pinell. *in dict. leg. 1. part. 2. capit. 4. numero sexagesimo-secundo, C. de rescind. vend.* Andr. Gaill. *libro secundo practic. obseruat. dict. obseruat. 121. numero decimo-quarto,* Anton. Gamma *decis. 310. numero quarto* communem dicit Ludouic. Molin. *dict. disput. 463. numero nono* Petr. Barbos. *in dict. leg. diuortio, paragrapho fin. 1. part. numero quadragesimo-primo vers. Ex qua ratione,* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. d. artic. 50. numer. 64. in princip. & num. 66.* & alij ex infrà proximè referendis.

Eum autem, qui dominium aliquod (quantumcumque reuocabile) in re habet, computare cum fructibus † expensas melioramentorum 29

non

non debere; tradit *gloss. in d. l. Emptor.*, 65. *verb. Superfluum*, *D. de reiuendic.* vbi communiter Scribentes, Bart. & DD. *in d. l. Sumptus*, 49. *ff. eod.* & *in l. Insulam*, §. 1. *ff. solut. matrimon.* Carol. Ruin. *consil.* 24. *num.* 10. *lib.* 1. Decius *consil.* 518. *à numero* 2. vsque ad fin. Paul. Castren. *consil.* 237. *numero* 4. *lib.* 1. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 7. *gloss.* 1. *numero* 4. Nicol. Boer. *d. decis.* 34. *numero* 16. latè Roland. *à Valle d. consil.* 28. *numero* 15. & *seqq. lib.* 1. Iacob. Menoch. *de remed.* 15. *numero* 578. & *seqq.* Bettaz. *consil.* 79. *numero* 19. & *consil.* 102. *numero* 73. Marc. Anton. Peregrin. *d. art.* 30. *numero* 64. communem dicens, nominatimque de marito, emphyteuta, vassallo, vsufructuario, emptore, hęrede per fidei commissum de restituendo grauato, conductore, & colono agens. de quibus etiam agendo, latè prosequitur Hercul. Marescot. *d. lib.* 2. *capite numero* 38. cum pluribus seqq. vbi de communi Didac. Couar. *variar. lib.* 1. *capite* 8. *numero* 4. Gregor. Lopez *in dict. l.* 41. *tit.* 28. *part.* 3. *glos.* 5. *verb. Que descuente en ellas* Petr. Barbos. *in d. l. Diuortio*, §. *fin. part.* 1. *numero* 39. & latiùs *numero* 44. Pinel. (communem sententiam dicens) *in dict. l.* 2. *part.* 2. *c.* 4. *numero* 62. Ludouic. Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 1. *cap.* 27. *numero* 14. *vers. Nec in hoc casu*, Anton. Gamm. *decis.* 310. *num.* 5. & 6. Anton. Gabr. *commun. conclus. tit. de acquir. rer. domin. conclus.* 1. *numero* 2. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 58. *numero* 11. 15. 20. 21. & 34. Ioan. Gatt. *de expens. cap.* 23. *numero* 58. Borgnin. Caualc. *decis.* 44. *numero* 16. & *seq. part.* 1. P. Molina *d. tract.* 2. *disp.* 463. *num.* 2. & 13. vbi communem dicit Melchior Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 32. *numero* 5. *vers. Et est aliud notabile*, Andr. Gaill. *d. lib.* 2. *obseruat.* 121 *num.* 4.

Quod etiam extendit. Hercul. Marescot, *suprà*, *d. cap.* 112. *numero* 44. in fructibus ab hærede de restituendo grauato post purifica-
30 tum † fidei commissum perceptis, si in restituendo morosus non fuerit, sed fidei commissarius ipse, quia tunc hæres fructus lucratur. *l. Infideicommissariam*, 18. *ff. ad S. C. Trebell.* Nec cum melioramentis, aut melioramenta cum eis compensare tenetur, adducit in id Ioann. Cephal. *consil.* 49. *numer.* 22. & 23. *lib.* 1. Carol. Ruin. *consil.* 117. *libro* 3. Aym. Crauet. *consil.* 316. *numero* 2. Anton. Gabr. *conclus.* 121. *num.* 58. *vers. Fructus autem perceptos post diem*, *lib.* 1. Pro qua sententia est *glos.* 1. *in d. l. Infidei commissariam*, quod aliquibus modis limitat *idem ipse* Marescot. *d loco*, *num.* 45. & *seqq.*

Ex quibus merito reprehendit Petr. Babos. *in d. l. Diuortio*, §. *fin. part.* 1. *numero* 44. Ioannis Gatt. *de expens. cap.* 16. *numero* 36. sententiam, tenentis maioratus possessorem, qui magnas in litibus agitandis, ad perpetuamque maioratus vtilitatem impensas fecit, eas reperere posse; si tamen fructus pro ex-
31 pensis sufficerent, † cum expensis computandos. Cuius contrarium (ex *gloss. in d. l. Emptor.* 65. quam singularem sæpè testatur) latè defendit *Barbos. suprà.*

Quod autem simplicem bonæ fidei possessorem debere melioramenta cum fructibus compensare diximus; limitandum, & intelligendum est procedere in fructibus ex re ipsa, † secùs in fructibus ex ipsis melioramentis perceptis, quos integros illibatosque bonæ fidei possessor debet habere, vt tenet (post alios ab eo adductos) Ioann. Gatt. *de expen. capite* 23. *numero* 56. vbi communem testatur, & receptam sententiam. aliis etiam relatis tenet, communemquè dicit Hercul. Maresc. *variar. resol. lib.* 2. *capite* 76. *numero* 30. & *d. cap.* 112. *numero* 52. & 53. vbi communiorem, & in praxi magis receptam, & apud Rotam sæpè obseruatam fatetur, & secundum eam iudicatum, tenrumque fuit apud Cardin. Putc. *decis.* 272. *lib.* 3. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. d. quæst.* 25. *numero* 26. vbi Lusitanum Senatum quotidiè secundam eam iudicare asserit, de eademque obseruantia apud eundē Lusitan. Senat. testatur Anton. Gamma *decis.* 364. *in princip.* quod aduersus nouiores defendit collegas, & ibid. eius *Additi.* & *decis.* 49. *ad fin.* sequitur Pater Ludouic. Molin. *de tract.* 2. *disputat.* 463. *numero* 9. Bognin. Caualcan. *decis.* 28. *numero* 8. *in additione*, quam ad ipsam fecit *ibidem*, *part.* 1. & *decis.* 32. *numero* 27. *part.* 2. Ioseph. Ludouic. *decis. Lucens.* 7. *numero* 12. & 13. Vincent. de Franch. *decis.* 191. & latiùs *decis.* 705, *per tot.* vbi ita iudicari solitum, testatur, Cardinal. Tusch. *practic. conclus. lit. M. conclus.* 178. *numero* 10. & 19. Pelaez *de maiorat. d.* 4. *part. quæst.* 32. *d. numero* 10. *cum seqq. vsque ad numero* 19. *exclusiuè*, magis æquam, & communem dicens, sentiens etiam (ex Afflict. *decis.* 85. & Bursat. *consil.* 84. *numero* 37) in melioramentis à malæ quoquè fidei possessore factis procedere, vt nec cum fructibus compensentur; sic generalitatem *text. in d. l.* 41. & 44. *tit.* 28. *part.* 3. limitans, & intelligens: tenent prætereà dictam sententiam Francisc. Stephan. *decis.* 81 *numero* 3. & 6. Ioann. Aloys. Ricci. *collect. decis.* 150. *ad fin.* Marc. Anton. Pereg. *d. art.* 50. *numero* 67. Petr Surd. *decis.* 282. *numero* 30. & *decis.* 264. *numero* 11. Rota Roman. *Diuersor. decis.* 112. *numero* 1. *part.* 2. & ex *collect. à* Farinac. *nouissim. decis.* 431. *numero* 15. *part.* 1. Ioan. Bapt. Costa *de ratione rat. q.* 136. *n.* 18. 32

Mouentur omnes per *text.* (qui multum pro ea facit) *in l. Ceterum*, 32. *vers. improbè tamen*, *D. de reiuendic.* Et ex eo, quia melioramenta propria ipsius sunt, qui ea suis sumptibus fecit, cum & bonam fidem habuerit, suosque fructus fecerit; nullaquè in hoc casu rei domino, cui restituenda est iniuria fiat, cum non factis melioramentis. nil plùs quàm fructus ex re ipsa percipiendi, ac computandi forent.

Licèt contrariam sententiam (imputanda scilicet cum fructibus etiam ex ipsis melioramentis perceptis, melioramenta, superiori respondentes fundamento (tenuerint Didac. Couar. *variar. lib.* 1. *cap.* 8. *numero* 4. *vers. Proxima quæstioni*, & *vers. Quid igitur*, quem sequuntur Iacob. Menoch. *de recuper. possess. dict. remed.* 15. *numero* 69. *in fine*, & *num.* 610. Petrus Barbos. *in d. l. Diuortio*, §. *fin.*

§.fin.1. parte, numero 49. versic. Sed his non obstantibus, latè contrariis respondens num. 51. & 52. P. Thom. Sanchez in præcept. Decalog. libro 2.cap.23.n.105. & num.147.vers. Tenetur etiam possessor bonæ fidei; & in hanc inclinat Greg. Lopez in dict. leg.41. tit.28.par.3.verb. Que descuente, in fin.

Quorum opinio licet in puncto iuris, de eiusquè rigore verior videatur: prior tamen contraria, & iuri consona est, & magis æqua. Ita (veram, & æquam dicens) firmat Peregrin. vbi suprà dicto num. 67. in iudicandoque, & consulendo eam seruandam, quia æqua, dicit Flores Diaz de Mena in addit.ad Anton.Gammam d.decis.364. Marius Giurba in consuet. Senat. Mesan.capit.15.gloss.8.num.4.part.1. & decis. 105. num. 19. vbi ita sæpiùs Consistorium testatur iudicasse, Munnoz de Escobar de ratiocini.tom.2.computat. 13.à numero 2.cum seqq. ab hac in iudicando, & consulendo recedendum non esse num. 8. dicens, cum forensibus Hispaniæ tribunalibus frequentiùs fuerit obseruata, licet in puncto iuris contraria Couarr. & sequacium verior videatur. Vnde ipsemet Couar. loco proximè relato (in Cæsaragustana editione, referens Aluarum Valasc.in eiusque sententiam inclinans) se scire addit, aliquando in tribunalibus Castellæ eodem modo fuisse iudicatum, in Rotaque Romana sæpè secundum hanc fuisse decisum, vidimus su-
33 prà.

Quæ in fructibus etiam post litem contestatam ex meliorationibus perceptis † ampliatur procedere sententia, vt (relato Peregr.) contendit Hect. Marescot. d.c.112.n.54.& seqq. Sacca. cons.43.nu.2. Marc. Giurb. in consu.Senat.Mesan. d.c.15.glos.8.n.4. & ita concludit Franc.Steph.
34 d.dec.81.n.6.

Ac etiamsi bonæ fidei possessor ad fructuum restitutionem fuerit condemnatus,† quia adhuc perceptos ex meliorationibus, restituere, aut compensare non debet, Thoro in compend.decis. vers.fructus, nu. 4.& verb. Meliorationes, n. 5. Marius Giurba d.n.4.in fin. Vincen. de Franch. dec. 705. in princip. vbi num. 1. adeò apud Senatum illum hoc placitum seruari, dicit; vt in pluribus sententiis ad sui relationem, siue in aula, in qua residebat latis; hæc apponerentur verba: Non tamen ex meliorationibus perceptis.

Omnia autem ferè dicta de necessariis; & de vtilibus quoque expensis, meliotamentisque intelligenda sunt: in vtrinsque enim iura, &
35 authoritates suprà adductæ loquuntur. Vnde sicut possessor bonæ fidei necessarias deducit expensas: sic & vtiles † quoque probant iura in principio adducta, quatenus in bonæ fidei possessore de nouo ædificium in re bona fide possessa faciente, arboresvè serente, aut vineas plantante loquuntur, quæ vtiles, non necessariæ dicuntur expensæ, text.in l.Impensa, 9.§.1.ff.de verb.signif. & tradunt statim referendi, qui huiusmodi dicunt vtiles expensas à bonæque fidei possessore deducendas Bart.in d.l.In fundo, nu.7. ff.de reivendic. Ioan.de Annan. consil.32.nu.10. vers.Item animaduertendum, Boër. d. decis. 44. n.6.& 7.Bellon.cons.65.num.13. Ioseph.Ludouic. d. decis.Perusin. 24 numero 14.& decis.34. numero decimonono communem dicit Menoch. dict.remed.15.numero 517.& 518. Anton. Gomez d.cap.12.numero quadragesimo Maresc.var. resolut. dict.lib.2. cap.110. numero primo Marc. Anton Peregr. de fideicomm.d.art.50.numer.38. Par.Molina dict.tract.2.disputat.463.num.9.& 10. Roland. à Valle d.cons.28.num.12.libro 1. Francis. Bursat.consil. 85. numero trigesimo-secundo Hieronym.Magon. decis. Florent 49.numer.24.& probat apertè text.in dict.leg.41.tit. 28.part.3.

Idemquè in vassallo, † vel emphyteuta, vt 36
(præter plures ex relatis suprà, num.2.& 3.) tenent Guid.Pap. decis.169. Boër. d.decis.44.numer. 14. Anton. Gomez dict.numero 40.in fin. versic. Tertiò infero, Petr. Surd.decis.78.num.3. & dec.30.numero vigesimo Hieronym. Gabriel. consil.80 numero vigesimo sexto,& seqq libro secundo Rota Roman. diuersor. decis. 398.num.2. part.1.& dec. 312.num.12.par.2. Hercul. Marescot. variar.resolut.dict.cap. 110.numero nono Peregrin. dict.art. 50. numero quadragesimo vbi testatur, de communi, Petr. Barbos.in d leg diuortio, §.fin. 1 par. num.68. versic. Nunc ex ordine restat videre, de vtilibus impensis.

Procedit que etiam in hærede de restituendo
† grauato, text.in dict.l.Mulier, 22 §.Sed enim, 37
versic. Sed & ipse, ff. ad Sen. Con. Trebell.& in d.l.domus, 61.(aliàs 58.) ff.de legat.1.& alia iura suprà in necessariis expensis loquentia, in eisque adducta, obseruantque prætereà Carol. Ruyn.consil.135.num. 12. libro tertio Philipp. Corne. consil. 180.numero 8.libro 4 Nicol Bellon.d. consil. 65 numero 12. Bened.Capr.consil. 55.num.8. Aym.Crauet. cons.202.post num. 51. Hercul. Maresc. d. cap. 110. numero septimo vbi ita refert tenuisse Rotam, Anton. Gomez variar.tom.1.dict.cap.12.numero 40. in princip.& in vers. Ex quibus infero, Ludouic. Molina de Hispano. primog.libro 1.cap.26.numero 14. Peregrin d.art.50.num. 39. Vincen. de Franch.d.decis.109.num. 1. Franc. Marcar. de fideicommiss. qu. 65.

Et in vsufructuario, † text. est in l. Eum ad 38
quem, 7.C.de vsufruct. & habit.& minist.seruor. cuius sunt verba: Eum ad quem vsusfructus pertinet, sarta tecta suis sumptibus præstare debere, explorati iuris est. Proinde si quid vltra quàm impendi debeat, erogatum potes docere, solemniter reposces. & ibi notant communiter Scribentes, gloss. 1.in lege sed si quid, 19. ff. de vsufruct. & quemadm. quis vtat. fruatur. Corne. consilio sexagesimo-octauo, libro quarto Marescot dict. cap. 110. numero decimo-sexto, Anton. Gomez vbi suprà, numero quadragesimo vers. Quarto infero, P. Molina d. disput. 463. numero secundo.

Vnde Clericum (qui vt quæstione 4. paragrapho primo numero nonagesimo-quarto, diximus, vsufructuario comparatur) vel prælatum debere huiusmodi vtiles expensas, † & melio- 39
ramenta in rebus Ecclesiæ de bonis ipsius clerici, vel Prælati facta deducere; tenuerunt Abb. in cap. de multa, numero decimo-quarto, de prebend. & dignit.& in cap. fin. numero secundo de pecu Clericor. & ibi communiter scribentes, Henric. Bohic. in dict.capit.de multa, numero decimo- quarto, Ias.in leg.si non sortem, paragrapho si centum, numero 10 in in versic. Amplia istam fallentiam, ff. de condict. indebit. 7.

Hercul. Marescot. *d. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 4. Nicol. Boer. *dict. decis.* 44. *num.* 14. *vers. Idem in eo, qui expensas fecit*, Peregrin. *dict. artic.* 50. *numero* 43. Menoch. *de recuper possess. remed.* 11. *numero* 16. Petr. Surd. *consil.* 183. *n.* 6. Greg. Lopez. *in d. l.* 41. *tit.* 28. *par.* 3. *gloss.* 5. *verb. Que descuente en ella prope finem.*

40 Coloni † quoque & inquillini deducere melioramenta vtilia perpetua debent, *text. in l. Habitator*, 59. *D. de rei vendic. & in d. l. Dominus horreorum*. 55. (aliàs 57.) §. 1. *D. locat.* Paul. Castr. *consil.* 270. *lib.* 2.

41 Idque etiam si culpa coloni, † vel inquillini locatio finita sit. *dict. l. Colonus*, 61. (aliàs 63. *D. locat.* In eoque excedit colonus emphyteutam, vt notauit Ias. *in l.* 1. *n.* 25. *& in l.* 2. *n.* 28. *C. de iure emphyt.* Bald. Acer. & alij, quos refert, & sequitur Marc. Anton. Pereg. *d. artic.* 50. *n.* 41.

Habent quoque suprà dicta locum in ex-
42 pensis & melioramentis factis ab emptore † in re quam posteà remedio *legis* 2. *C. de rescind. vendit.* auocat venditor. Poterit namque dum eas non soluit, repelli venditor Bald. *in d. l.* 2. *num.* 51. *quæst.* 19. *C. de rescind. vendit.* per *legem Intra vtile*, 40. §. *Vendentibus ff. de minoribus*, quem singularem dicit, sequitur Alex. *ibid. in addit. ad* Bart. idem etiam Bald. *in l. fin.* §. *fin. num.* 5. *C. commun. de legat.* Et licet Salycet. *in d. l.* 2. *quæst.* 17. teneat contrarium; *Baldi* tamen opinio verior, & receptior est, quam (præter Alex. *vbi suprà*) sequuntur Hieronym. Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 153. *quæst.* 10. *versic. Sed non est recedendum*, Anton. Burg. *in cap. Cum causa*, *num.* 56. extra *de empt. & vendit.* Iacob. *à Sancto* Gregor. *in l. Si res*, §. 1. *num.* 5. *D. de iure dot.* Fabian. *de Monte empt. & vendit. quæst.* 8. *num.* 4. Boet. *d. decisione* 44. *num.* 8. refert, & sequitur Hercul. Marescot. *d. lib.* 2. *variar. quæst. cap.* 110. *numero* 20. quos omnes per ordinem ex Ario Pinello *in d. l.* 2. *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. (eius suppresso nomine) transcripsit, qui etiam ad id adducit text. (quem alij non allegant) *in l. Si prædium* 16. *in fine, C. de prædijs minor.* lateque fundamentis Salyceti respondet *num.* 2. *&* 3. eandem tenet sententiam Pat. Ludouic. Molina *de iust. & iure d. tract.* 2. *q.* 463 *num.* 13.

Imò & pro huiusmodi vtilibus impensis, &
43 melioramentis etiam malæ fidei † possessori consulitur, eaque consequi potest, saltem iuxta distinctionem *Bartoli in d. l. In fundo*, *num.* 11. *ff. de rei vendic.* si de nouo malæ fidei possessor non ædificet, sed ædificio aliquid addat reficiat, aut amplíet, quem sequuntur omnes communiter, teste Aluaro Valasc. *consul.* 83. *num* 19.

Quem etiam indistinctè retentionem malæ fidei possessori pro dictis vtilibus expensis, melioramentisquè competere? videtur *text.* expressus *in dict. l. Planè*, 41. *ff. de petit. hæredit.* obseruantque Sarmient. *selectar. libro* 1. *cap.* 10. *numero* 10. Ioan. Garc. Ioseph. Ludouic. *&* Portol. relati à Petro Barbosa *in dict. l. Diuortio*, 1. *part.* §. *fin. numero* 80. *ff. solut. matrimon.* licèt eorum non sequatur sententiam, cum quo etiam tenent *Peregrin. dict. artic.* 50. *numero* 20. & (eo non relato per idem fundamentum, iisdemquè authoritatibus (Marescot. *dict. cap.* 110. *numero* 41. Iacob. Menoc. *d. remed.* 15. *numero* 540.

Quorum tamen præcipuum huius sententiæ fundamentum traditum à Peregrino, & Marescoto, vbi suprà (quia scilicet malæ fidei possessor prædictas faciendo expensas, donare † videtur) inefficax iudicari potest, ex 44
l. 2. *C. de reivendic. in fin.* ibi: *Si non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint.* Ex quo deducitur manifestè, nec malæ fidei possessorem videri huiusmodi sumptus donandi animo fecisse, nisi aliter de donandi animo constet, *text.* etiam in *l. Qui alienum*, 14. *ff. de donat.* licèt contradicat *ibi glossa* 1. Et ad *text.* (contra primam sententiam capitalem) *in d. l. domum.*, 5. *in fin. C. de reiuendic.* (vbi *Imperator Gordianus* pro expensis necessariis repetitionem malæ fidei possessori concedit; pro vtilibus autem licentiam melioramenta auferendi, si sine prioris rei status læsione auferri queant) respondere posset † non ex eo retentionem pro vtilium expen- 45
sarum, & meliorationum æstimatione (si auelli absque prioris status læsione nequeant) denegare videri, ex *text. in l. Sed si quid*, 19. *ff. de vsufruct. & quemadmodum quis vtat.* vbi cauetur, vsufructuarium quid in re vsufructuaria inædificantem, neque tollere, neque refigere posse; vendicare tamen posse, *vbi not. gloss.* 1. *vsufructuarium refigere*, id est, *extirpare non posse, sed ad æstimationem agere vel si dissolutum sit ædificium, vendicare.* In hocquè solùm casu inter bonæ, & malæ fidei possessorem constitui differentiam posse videtur, ex æquitate *dict. leg. Planè, quadragesima-prima ff. de petit. hæredit.* vt siue res extet, siue non, bonæ fidei possessor eas meliorationes deducat; prædo autem ita demum, si res melior sit facta, vt expressè ibi Iurisconsultus Paulus *in versic. Planè*, statuit.

Dictamquè seruari sententiam (deberi nempè expensarum vtilium malæ quoque fidei possessori æstimationem) dicit ex iuris Regij Lusitani dispositione Aluar. Valsc. *d. consult.* 3. *numero* 18. *&* 19. ex quo factum putat, quòd in praxi non seruetur abrasio melioramentorum vtilium inducta de iure communi per *d. l. domum*, nunquam sic vidisse asserens id iudicatum, sed simpliciter iuberi solui, siue possit abrasio fieri sine læsione prioris status siue non. Idque non iuri ciuili dissonum (sic *dicta lege domum* intellecta) videtur, licet pro contraria parte communiter allegetur.

Et quod bonæ fidei possessori huiusmodi vtiles impensæ, ac melioramenta (sicut in necessariis diximus (debeantur, etiam re meliorata perempta; † tenent Bart. *in d. l. In* 46
fundo numero 8 *ff. de rei vendic.* Andr. Tiraquel. *de retract. conuentionali*, §. 7. *gloss.* 1. *n.* 10. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 58. *num.* 11. latè Iacob. Menoch. *de recuper. possess. d. remedio* 15. *num.* 520. *& seq.* Hercul. Mares. *d. lib.* 2. *cap.* 110. *n.* 33. videturque expressus *text. in d. l. Planè.*

Nec solùm vtiles impensas ex voluntate domini

domini tacita, vel expressa à se factas emphyteuta consequi debet; sed etiam, quas renitente, † & contradicente domino fecit, vt
47 (post Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 25. *num.* 9. *&* Ludouic. Molin. *de iust. & iure tract.* 2. *dicta disputat.* 463. *num.* 3. hanc sententiam tenentes) latè comprobat, & defendit Ouid. de Amic. *de iure emphyt. quæst.* 74. *numero* 4. *& seqq.* nouissimeque multis (suo more) relatis Antonin. de Amat. *d. resolut.* 14. *numero* 5. *& seq.* Quia cum iure contractus prædictæ ab emphyteuta meliorationes fiant, domini in contrarium protestatio, inhibitioque illarum repetionem impedire non valet. Ea enim tunc solum repetitionem inhibitio impedit; cum actus sola prohibentis, protestantisque voluntate fieret illicitus. Quam præfati Doctores rationem (præter alias) reddunt. Quæ, ad contrariaque responsio vassallo etiam, & vsufructuario conueniunt.

Ita demum tamen prædictas debent habere
48 expensas, & melioramenta emphyteuta, vassallus, vsufructuarius, & similes, si magnæ † sint, non si paruæ, vt in emphyteuta tenent proximè relati: in vassallo, Carol. Ruyn. *consil.* 14. *numero* 2. *&* 3. *lib.* 1. Aluar. Valasc. *d. quæst.* 25. *num.* 12. *& seq.* Arias Pinel. *in d. l.* 2. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 9. *C. de rescind. vendit.* Anton. Gamma *decis.* 22. Cald. Pereyr. *de nominat. emphyteus. à num.* 39. P. Molina *vbi sup. num.* 4. Rosental. *de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *numero* 85. Vincent. Carot. *de locat. tit. de expens. num.* 45. Ioann. Gart. *de expens. cap.* 14. *num.* 12. Antonin. *de Amat. d. resolut.* 14. *n.* 9.

49 Sic & in vsufructuario, † colono, & similibus tenet, & prosequitur Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. dicto artic.* 50. *num.* 45. per *text. in l. Hactenus,* 8. *D. de vsufruct. & quemadmod. in l. In rebus,* 18. §. *Possunt, D. commod. vel è contr. l. Omnino,* 12. *D. de impens. in reb. dotal. factis,* Pat. Molina *vbi suprà,* Herc. Marescot. *variar. d. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 16. Roland. à Valle *consil.* 28. *num.* 26. *libro* 1. Iacob. Menoch. *dict. remed.* 15. *num.* 552. Petr. Barbos. *in d. l. Diuortio,* §. *fin. part.* 1. *num.* 36.

50 Quæ autem modica, vel magna dicatur impensa † (reprobata eorum opinione, qui magnas censeri volunt, quæ perpetuam rei vtilitatem respiciunt, licèt in se exiguæ sint; modicas verò, quæ fructuum tantùm perceptionem, eo tempore quo ab emphyteuta, vsufructuario, marito, vel similibus sunt percipiendi, concernunt) arbitrio Iudicis esse relinquendum (cum pluribus, quos referunt) tenent Aluar. Valasc. Cald. Pereyr. *&* Pat. Ludouic. Molina *locis iam relatis,* alter quoque Molina *de Hispanor. primogen. libro* 1. *cap.* 27. *num.* 6. Menoch. *de arbitrar. libro* 2. *casu* 215. *ad finem,* Ioann. Gart. *de expens. cap.* 11. *num.* 16. Arias Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. *numero* 70. *colum.* 3. *&* 4. *C. de bonis matern.* Petrus Barbos. *in dict. l. Diuortio,* §. *fin. numero* 39. *& sequenti,* Ioseph. Ludouic. *dict. decis. Perusin.* 58. *numero* 7. 8. *&* 9.

Igitur ex tam longè petitis à solutione expensarum necessariarum, vel vtilium paupertatem non excusare, † sed omninò pauperem
51 ad earum solutionem teneri, venit dicendum:

Confirmaturque ex eo, quòd non solùm prædictæ generales regulæ in personis non priuilegiatis; sed etiam in priuilegiatis, quibusque pauperes æquiparantur, procedunt. Vt in minoribus † (quorum sæpè cum pauperibus com- 52
parationem fecimus) probat *text. in l. Intra vtile,* 40. §. *fin. D. de minorib.* qui non aliter minorem in integrum restitui aduersus fundi venditionem à curatoribus factam desiderantem, ad eam admittit, quàm expensis, melioramentisque omnibus priùs emptori solutis, vbi notat, & intelligit *glossa verb. Expensas,* tam de vtilibus, quàm necessariis, *text.* etiam in *l. Si prædium,* 16. *in fin.* (ibi: *Doli exceptionis auxilio cum vsuris, quas præstatura esses, & sumptus meliorati prædij seruare tantummodò potest*) *C. de præd. & aliis reb. minor.*

Adhuc tamen indubitata sententia est, pauperem, qui commodè prædictas expensas soluere non potest, ad earum nequaquam solutionem † adstringi. *text.* est formalis, & expres- 53
sus *in dict. l. In fundo,* 37. §. *Finge pauperem, ff. de reivendic. & in l.* 41. *dict. tit.* 28. *part.* 3. Non enim tunc necessariò, vtilitervè gestum dicitur, vt est *text. ibi,* notantque Bart. & alij ibid. *text. in Sed an vltro,* 11. (aliàs 10.) §. 1. *versic. Quid enim* (cuius sunt verba: *Quid enim si eam insulam fulsit, quam dominus quasi impar sumptui dereliqueris, vel quam sibi necessariam non putauit? Onerauit, inquit, dominum, secundum Labeonis sententiam*) *ff. de negot. gest. l. Ex duobus,* 28. *ff. eodem, l. Si seruos,* 25. *ff. de pignor. action. l. Vtilium,* 8. *ff de impens. in rebus dotal. fact. l.* 2. *& ibi notat Bart. C. de præd. & omnibus rebus nauicularior libro* 11. *l. Impensa,* 79. §. *Vtiles, ff. de verbor. signific. l.* 3. §. *Sed si mutua, ff. de in rem verso, l.* 3. *ff. de contrar. tutel. & vtili action.* Et tenent prædictam sententiam Bald. *consilio* 116. *n.* 4. *libro* 1. *& cons.* 372. *libro* 3. Andr. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 7. *glos.* 1. *n.* 5. Aym. Crauet. *consil.* 3. *num* 19. Arias Pinell. *in d. l.* 1. *par.* 2. *cap.* 3. *n.* 5. *C. de rescind. vend.* Iacob. Menoch. *de recup. possess. d. remed.* 15. *nu.* 523. *&* 553. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect. num.* 71. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 50. *nu.* 13. vbi falli eos dicit, qui magna fabricando super fundis ædificia, auertere dominos à vendicatione eorum sub prætextu melioramentorum maioris quantitatis existimant; nam si dominus est pauper potest fundum (non etiam restitutis melioramentis) vendicare; & ita in ciuitate Patauij fuisse iudicatum, Corn. Beninc. *de pauper. quæst.* 4 *princip. n.* 19. Hercul. Marescot. *variar. resolut. d. lib.* 2. *cap.* 109. *num. fin. & c.* 110. *n.* 29. Vincent. de Franch. *decis.* 110. *n.* 4. Caualc. *decis.* 44. *n.* 71. *p.* Hier. Mag. *decis. Florent.* 9. *num.* 6. allegans Cagnol. *in l.* 1. *n.* 73. *C. de sent. quæ pro eo quod interest,* quem in actu practico hæc obseruanda clamare dicit, *idem* Magon. *decis. Lucens.* 33. *nu.* 27. 28. *&* 29. Francisc. Marçar. *de fideicommis. q.* 66. *in fi. num.* 20. P. Molina *dict. disput.* 463. *numero* 3. *vers. Subiungis prætereà, & numero* 10. *vers. Ad hac tamen regula,* Ouid. *de Amicis de iure emphyt. quæst.* 74. *numero* 10. Stephan. Gratian. *decis.* 225. *in addit. numero* 10. *& seqq.* sic decisum asserens, Rosental. *de feud. cap.* 10. *concl.* 43. Ioan Aloy.

Ricci. *decis. Curiæ Archiep. Neapol. 229. num. 5. lib. 3.* Vincent. Carot. *de locat. tit. de expensis, n. 42.* Cald. Pereyr. *de empt. & vendit. cap. 27. numer. 65.* Petr. Barbos. *in l. diuortio, §. fin. part. 1. num. 75. D. solut. matrim.* Antonin. *de Amat. resolut. 14. numer. octauo* Marc. Anton. Genuens. *in practic. Ecclesiast. Tricennario 1. quæst. 69.* Idem in Ecclesia paupere dicens, talesque ma-
54 gnas expensas animo Ecclesiam fraudandi † facientem, censuras etiam, & pœnas à *Sacro Concilio Tridentino sessione 22. cap. 11. de reformat.* contra conuertentes in proprios vsus res emphyteuticas, & alia Ecclesiæ directè, vel indirectè iura latas, incurrere insuper *numero 4.* addens. Namque si id liceret, alienandi res Ecclesiæ, non cum vtilitate, sed cum damno notabili, contra prohibitionem Summorum Pontificum in *capit. Nulli, de reb. Eccles. non alien. & in cap. 1. eod. tit. in 6.* nouus induceretur modus.

Quo fit, vt licèt consanguineus retrahens consanguinei rem ab emptore, teneatur illi ne-
55 cessarias, † vtilesque impensas reficere, secundum Alberic. *dict. l. Intra vtile, §. 1. ff. de minor. & in prima parte statut. quæst. 96.*

Non tamen tenebitur, si vt consanguineum
56 à retractu auerteret, nimium magnas, † onerosasque faceret emptor expensas, vt obseruant Nicol. Boer. *decisione 47. num. 10.* Andr. Tiraquel. *de retract. conuention. dict. §. gloss. 1. num. 5.* Non enim commodum ex malitia sua debet expendens reportare, iuxta vulgaria iura, sibique debet imputare, quòd iniustè expenderit.

57 Onerosæ autem, vel magnæ expensæ, † ac melioramenta, ad quæ pauperes non adstringuntur, dicuntur, si ad solutionem, satisfactionemque necessarium si rem ipsam melioratam vendere, nec aliunde habeat dominus vnde ei, qui melioramenta fecit, soluere valeat, *dict. leg. Vtilium, 8. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* ibi: *Iniquum enim esset compelli mulierem rem vendere, vt impensas in ea factas soluat, aliunde soluere non potest.* Vel si laribus auitis carendum domino ad satisfaciendum foret, id est, rebus illis, quas verosimile non est dominum alienarurum, *dict. l. In fundo, 36. vers. finge pauperem, & ibi gloss. verb. Carendum sit,* probantque alia proximè relata iura.

Et licèt Petr. Barbos. *in dict. leg. diuortio, §. fin. num. 66. vers. Quartò amplia, part. 1. D. solut. matrim.* præfatam resolutionem quoad expen-
58 sas vtiles † tantùm procedere contendat; proque earum solutione rem melioratam vendi non debere: secùs pro expensis necessariis; quam differentiam colligit ex mente *text. in d. l. Impensæ, 79. D. de verbor. signific.* vbi Iureconsult. de necessariis, & vtilibus expensis mentionem faciens: in vtilibus tantùm, deducendas non esse, si ob earum solutionem dominus rem melioratam vendere cogatur, decidit: quia tunc, respectu domini vtiliter expensum non dicitur, vt iam notauimus: de necessariis autem non agendo (inquit ipse *Barbos.*) etiam in hoc casu esse deducendas, & ad rei melioratæ venditionem (si opus est) perueniendum significare videtur; allegat pro hac parte Bart. *in d. l. in fundo, num 6.* Boer. *d. decis. 44. nu. 7.* Cœpol. *in d. l. Impensæ, num. 4.* Petr. Royz. *decis. Lituanic. 5. nu. 567.*

Contrariam tamen sententiam indistinctè, nominatimque tam in expensis vtilibus, quàm necessariis, vt ob earum solutionem res meliorata vendi non debeat, tenet Bald. *d. consil. 116. numero 4. lib. 1.* per tex. in *d. l. si seruos, 25. D. de pignor. act. & ibid.* notat *idem* Bald. Tiraquell. *de retract. conuent. d. §. 7. gloss. 1. numer. 54.* Menoch. *de remed. 15. num. 553.* & alij plures ex iam relatis. Cauendum tamen dicit à *Baldo Barbosa*, & alios in vtilibus tantùm loqui expensis, in eisque esse intelligendos asserit. Verè tamen ferè omnes, quos cum *Baldo* pro prima opinione adduximus, indistinctè in vtrisque in vtilibus, & necessariis loquuntur expensis.

Qua tamen in re distingui posse arbitror, Quòd aut de expensis necessariis strictè, & rigorosè loquimur; quæ si non fierent res periret, indemnisque seruari non posset; & tales expensas (quatenus necessitatem non excedunt) præstandas esse, etiam per rei venditionem existimo, cum vtiliter, & necessariò impensum dicatur, neque in aliquo dominum grauauerit, imò ei profecerit, qui eas fecit; nè cum alterius iactura dominus locupletetur, cui necessarium eas facere expensas foret.

Aut de necessariis expensis lato modo, quæ omninò necessariæ ad rei conseruationem non sunt, licèt eam meliorem vtilioremque reddant, agimus; de quibus loquitur *tex. in d. l. si seruos, 25. ff. de pignorat. act. & ibi* notat Paul. Castr. *numer. 4. & 5.* & adducti per Barbos. *vbi suprà num. 97.*

Huiusmodique inter expensas necessarias 59
stricto, vel lato modo † differentiam constituit *Nicol. Boer. d. decis. 44. num. 5. & 7.* vbi, quòd licet strictè, & propriè expensæ necessariæ dicantur, quæ in reficiendo, non quæ in faciendo consistunt: latè tamen, & minùs propriè, etiam quæ in faciendo consistunt, necessarias dici, firmat ex *Alberic. Ias.* & aliis, & *Nos* etiam diximus sup. In his itaque expensis, quæ etiam necessariæ dicuntur, latò tamen modo, quæque ad meliorandum rem, non ad eius necessariam reparationem tendunt; prior procedit opinio, nec eas deducet, qui fecit, si dominus eas commodè soluere non possit, iuxta suprà tradita. Imò & in omnino necessariis, si in refectione plus necessariò fuerit expensum, vt pro excessu saltem non teneatur dominus, si commodè satisfacere expendenti non possit, ex dictis rationibus dicendum erit.

Hæc autem pauperibus solum, non etiam di- 60
uitibus † concessa sunt. Quantumcumque enim excessiuæ necessariæ, vtilesvè factæ sint impensæ, si absque rei venditione, vel nouo credito solui possint; pro eis competit expendenti retentio; vt apertè colligitur ex *dict. l. In fundo, 39. D. de reivend. vers. finge pauperem,* à contrario sensu, & *ibid* notat Bart. *n. 7.* ex *tex.* etiam in *d. l. 41. tit. 28. p. 3.* ibi: *Mas si por auentura el sennor de la heredad que la vencieffe en juyzio, fuesse tanpobre*; notat quoque Ant. Gomez *in l. 46. Tauri, n. 1. vers. Tertiò, si dominus erat diues,* sequitur, & defendit Petr. Barb. *in d. l. diuortio, §. fin. num. 74. & seq. par. 1.*

Vt tamen inquantum fieri potest, bonæ fidei possessori, vtilive domino necessariò, aut vtiliter expendenti consulatur; & ne cum alterius iactura dominus (quantumuis pauper) locupletatur;

tatur; præstare patientiam † debet, ac permittere, vt qui ita expendit, melioramenta collat si absque prioris rei status detrimento fieri potest. Licentia tamen & in prędicto casu domino conceditur, ea sibi retinere melioramenta si tantundem, quantum alius pro eis soluisset, si ab ædificio separata essent, ipse rependat; *text.* est in *d. l. In fundo 39. & in d.l.41.part.* docuitque Bald. *in d. l. In fundo*, 3. *notab.& in c.* 2. *§. vassallus, tit. hic finit lex, & in auth. recipitur. n.* 2. *vers. Ego consului, C. de bon. quæ liber.* Ias. *in l.2. n.* 29. *C. de iure emphyt.* Andr. Tiraq. *d. retract. connen. d.§.* 7. *gloss.* 1. *n.* 6. Marc. Ant.Pereg. *de fidei comm. d. art.* 50. *num.* 78. *vers. Secundus casus est.*& hanc communi calculo receptam sententiam dicit Herc. Maresc. *variar. resol. d. lib.* 2. *cap.* 114 *num.* 1. Vincent. *de* Franch. *de c.*110. *nu.* 1. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 26.*n.*16.*vers. Illud autem prætermittendũ non erit*; alter Molina *de iustit. & iure d. tract.* 2. *disput.* 463. *num.* 10.

62 Nec tamen destruendum erit ædificium, † ex iuribus, & authoritatibus suprà, ex *text.* etiam in *l. Prætor*, 20.§. *Hoc interdictum prohibitorium est, D. de noui oper.nunciat.l.* 2.*C. de ædific. priuat.* Dyn. Batt. Bal. & Angel. *in l. Senatus, §. Marcellus, D. de leg.* 1. & alij proximè relati.

Idque domini efficit paupertas. Si enim pauper non esset, melioramenta prout valent,
63 ædificio iuncta, † soluere debebit dominus. Vbicumque enim melioramenta soluere tenetur, prout ædificio iuncta valet, soluere dominum debere; tradit Bald. *in d. cap.* 1. *§. Si vassallus, num.* 3. vbi ita consuetudine seruatum testatur, *& in d. auth. Excipitur, numero* 2. *C. de bon. quæ liber.* Iul. Clar. *in §. Feudum. q.* 88. *num.* 2. Riminal. Iun. *cons.* 411. *num.* 2. *lib.* 4. Ioan. Garc. *de expens. cap. vlt.num.* 5. Herc. Maresc. *d. cap* 114. *n.* 2.

Suprà dicta autem principalis conclusio (quæ pauperem à melioramentorum solutione excusat, si aliundè absque rei melioratæ venditione soluere non potest) limitanda aliquibus est modis.

64 Primò quando dominus pauper eadem, † similiavè esset facturus, *text.* est in *d. l. In fundo*, 39. ibi: *Finge dominum eadem facturũ fuisse, reddat impensam, & fundum recipiat, vsque eo duntaxat, qui pretiosior factus est d. l. Sed an vltro,* 11. *§.* 1.*ff. de negot.gest.text.* etiam (à contrario sensu) *in l.* 3. *Sed si mutua, ff. de in rem verso* ibi: *Nec debere ex eo onerari dominum, quod ipse facturus non esset.* docent And. Tiraq. *d. §.* 7. *glos.* 1.*n.*5. Arias Pinell. *in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. *C. de rescind. vend.* Hercul. Maresc. *lib.* 2. *var. cap.* 110. *num.* 30. Molina *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 17. Vinc. *de* Franch. *dec.* 110. *numer.* Anton. Gom. *in d. l.* 46. *Taur. n.* 2. *vers. Primò si dominus alias esset facturus.*

65 Secũdò limita, † quando dominus rem in qua melioramenta facta sunt, vendidit, vel mox venditurus sit, *d. l. In fundo*, ibi *Finge eam personam esse domini quæ receptum fundum mox venditura sit, nisi reddit quantum prima parte reddi oportere diximus, eo deducto, condemnandus est* text. in *l. Nisi venalem*, 50.*ff. eod. tit. de reiuend.*

Quo in casu etiam voluptariæ † debent refici expensæ, inquantum res ob eas pretiosior facta est plurisque vendita, *d. l. In fundo* (quæ in his loquitur terminis) tenentque Petr. Barbos. *in d. l. Diuortio, §. fin. num.* 104. *part.* 1. Stephan. Gratian. *discept. Forens. tom.* 3. *cap.* 437. *num.* 4 *& seqq.* idem in domibus solitis locari, si ob id maiori locentur pretio dicens ex *Alciat. & Rebuff.* locis per eum relatis, *num.* 8. 66

Tertiò † suprà dicta limitatur cõclusio, quando melioramenta de mandato, vel consensu domini facta sunt, vel ea postmodum approbauit: tunc enim vt expensæ, melioramentaquè soluantur, etiam ad rei venditionem (si necesse est) deueniri potest, *text. in dict. l. vtilium*, 8. *ff. de impens. in reb. dotalib. fact.* vbi sic ait Iureconsult. Paulus: *Vtilium nomine ita faciendam deductionem quidam dicunt, si voluntate mulieris facta sint. Iniquum enim esset compelli mulierem vendere, vt impensas in ea factas soluat, si aliundè soluere non potest. Quod summam habet æquitatis rationem.* text. in *l.* 3. *§. Sed si mutuã ff. de rem verso*, ibi: *Quia nec procurator hæc imputaret, nisi forte mandatum domini, aut voluntatem habuit.* text. in *dict. l. Si seruos*, 25. (ibi, *vel voluntate debitoris*) *ff. de pignorat. act.* docent Petr. Rebuff. *in l. Impensa*, 79. *§. Voluptaria in princ. vers. Primò vitiatur regula, ff. de verb. signific.* Petr. Barbos. *in d. l. diuortio, §. fin. num.* 88. *vers. His sic explicatis*, Stephan. Gratian. *dict. disceptat.* 437. *num.* 1.2. *&* 3. 67

Circa hæc autem dubitabilis proponitur quæstio. Pone, tempore, quo bonæ fidei possessor, vtilisvè dominus melioramenta, expensasquè necessarias, aut vtiles fecit; directum, verumque dominum diuitem esse, † easquè tunc absque rei melioratæ venditione soluere potuisse; postea tamen cum rem vendicauit, ad eumque peruenit, pauperem existere, ita vt absque rei venditione, vel nouo contractu ad id debito; tales nequeat expensas, & melioramenta soluere; vtrùm adhuc res debeat meliorata vendi, vt de melioramentis, & expensis dominus satisfaciat? Et in affirmatiuam ducor, ex suprà dictis proximis rationibus, quia verosimile esset dominum tunc eas expensas facturum, aut ratum habiturum: ac præcipuè, quia à principio vtiliter gestum esse dicitur; nec exitus attendi debet: elegans, & formalis in terminis *text. in dict. l. Sed an vltro*, 11. §. 1. *ff. de negot. gest.* diximusque suprà *numero* 13. Et ita (post hæc scripta) tenentem reperij Petrum Barbos. *vbi suprà, numero* 74 quam resolutionem apertè sensisse testatur *gloss.* 2. *& ibi* Batr. *in dict. l. vtilium, D. de impens. in rebus dot. fact.* Angel. *in §. Propter, numero* 2. *& ibi* Ias. *numero* 7. *instit. de action.* Alciat. *in Impensæ, numero* 9. *D. de verbor signific.* Corrs. *in l. Quod dicitur in principio, ff. de impens. in reb. dotal. fact.* Antoni. Gomnez *in l.* 50. *Taur. numero* 51. Licèt in contrarium adhuc vrgere videatur generalis *d.l. In fundo*, & similium ratio, domini paupertatem restitutionis faciendæ tempore inspicientium. 68

In huiusmodi autem expensarum, melioramentorumque taxatione, æstimatione solutioneque facienda, quod attendi tempus, † 69
variant,

variant, torquenturque Doctores. Quidam enim tempus, quo expensæ factæ sunt inspiciendum, nec rationem valoris rei tempore restitutionis habendam; sed tantùm illius summæ, quæ verè à principio impensa fuit volunt; in qua fuerunt sententia Rimin. Iun. *cons.* 411. *numero* 51. *& seqq. & consil.* 455. *numero* 77. *lib.* 4. *Negus. de pignor* 4. *memb.* 5. *par. numero* 11. Hieronym. Gabr. *consil.* 168. *quæst.* 8. *numero* 111. *lib.* 1. Andr. Tiraq. *de retract. conuen.* §. 7. *gloss.* 1. *numero.* 8. Anton. Capit. *decis.* 93. *num.* 9. Petr. Anton. Petra *de fideicommiss. quæst.* 15. *num.* 271. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 58. *num.* 15. & crebriori calculo receptam dicunt Paul. Castr. Cagnol. & alij, quos adducit Hercul. Marelc. *variar. resolutio. lib. cap.* 114. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 25. *numer.* 28. *colum.* 2. *propè med.* Mouentur per *textum in d. l. In fundo*, in illis verbis, *Solum quod impensum est.*

70 Diuersum alij (tempus scilicèt restitutionis, † non quo melioramenta facta fuerunt, inspiciendum, ita vt siuè minus, siuè ampliùs melioramenta valeant, quàm sit expensum, restitutionis tempus ad earum expensarum, melioramentorumquè taxationem attendatur) maximæ authoritatis asseruère Doctores, per *text. in d. l. domos*, 61. *in verb. Extantibus*, D. *de legat.* 1. per quem ita tenent Bart. *ibi numero* 1. Bald. *numero* 1. Angel. *numero* 2. Paul. *numero.* 7. Ias. *numero* 4. Alexand Cuman. Ruyn. & Corne. de quibus per Marescot. *suprà, numer.* 4. Negusan. *d.* 4. *memb.* 5. *par. numero* 16. Roland. *à* Valle *d. consil.* 28. *numero* 14. *lib.* 1. *& consil.* 50. *numero* 6. *eod. lib.* Ludouic. Molina *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 26. *numero* 13. Anton. Gomez *in d. l.* 46. *Taur. numero* 3. vbi communem dicit Aluar. Valasc. *dict. quæst.* 45. *numero* 28. *col.* 2. *in fin. versic. Cæterum* Ioann. Garr. de expen. *cap.* 24. *numero* 3. Petr. Barbos. *in d. l. Diuortio*, §. *fin. numero* 92. *part.* 1. plurimos referens Melchior Pelaez *de maiorat. quarta part. quæst.* 32. *numero* 20. *&* 21. Ioann. Cephal. *consil.* 311. *numero* 93. *lib.* 4. communem dicunt Iacob. Monoch. *de recuperan. possess. d. remed.* 15. *numero* 557. Andr. Gail. *practic. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 121. *numero* 12. veriorem dicit Antonin. Thesaur. *decis.* 251. *numero* 4. Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. d. art.* 50. *numero* 72. communem quoque testatur, Hieronym. Magon. *decis. Lucens.* 33. *in addit. ad numero* 24. *lit. D.* ita per *Roman. in vna Bonoui. bonorum de Pipinis, coram R. P. D* Aldrobandino, decisum asserens; idem Magon. *decis. Floren.* 49. *numero* 27. Vincent. *de* Franc. *decis.* 109. *numero* 2. Franc. Marcar. *de fideicommiss. q.* 65. *num.* 18 *versic. Sed circa, in princip.*

71 In aliam alij iuere sententiam, tenentes, huiusmodi expensarum taxationem semper ad vtilitatem domini, † qui melioramentorum expensas restituere debet, faciendam; veluti, si tempore quo factæ sunt, centum fuerint expensa; restitutionis verò tempore, quinquaginta tantùm valeant, solùm quinquaginta deberi: Quòd si quinquaginta fuerint expensa: centum tamen restitutionis tempore melioramenta valeant: quinquaginta tantùm præstanda, *ex text. & gloss.* in sæpè *d. l. In fundo, ff. reinendic.* quæ id apertè monstrare, constitueteque videtur, ibi: *Reddat impensas, vt fundum recipiat, vsque eo duntaxat, quo pretiosior factus est. Etsi plus pretio fundi accessserit: solum quod impensum est*, & ibid notat *gloss. verb. Plus pretio*, Philipp. Corn. *consil.* 69. *n. fin. lib.* 1. Anton. Capit. *dec.* 93. *n.* 9. Roland. *à* Valle *d. cons.* 28. *num.* 11. And. Tiraq. *de retract. conuent. d.* §. 7. *gloss.* 1. *n.* 8. *& seq. Negus. d.* 4. *memb. par.* 3. *num.* 11. Iacob. Menoch. *consil.* 64. *n.* 5. *& seq. lib.* 1. Franc. Bursat. *cons.* 71. *num.* 21. *& seq. lib.* 1. *& consil.* 151. *num.* 140. *lib.* 2. Card. Tusc. *pract. concl. lit. M. concl.* 176. *per tot.* Anchar. Regien. *q. familia q.* 40. *num.* 6. Bargn. Caualc. *dec.* 28. *num.* 4. *lib.* 1. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 24. *num.* 25. *& dec.* 58. *num.* 15. Vincent. *de* Franch. *d. dec.* 109. *num.* 5. *in fin.* vbi ita iudicatum in *Rota Florẽtina* refert Ioan. Garr. *de expens. d. cap.* 24. *numero* 1. *&* 2. Anton. Gamma *dec.* 137. *num.* 2. Cardin Seraph *dec.* 547. *num.* 6. *& decis.* 898. *n.* 1. *& dec.* 1051. Hieron. Magon. *dec. Floren.* 46. *nu.* 25. *& dec. Lucen.* 81. *num.* 16. *& ibid.* Addit. Hieron. Gabriel. *consil.* 168. *quæst.* 8. *n.* 111. *& seq.* Rota. Roman. *apud. Farin. dec.* 650. *num.* 2. *part.* 2. *tom.* 4. Vincen. Carot. *de locat. tit. de meliorat. quæst.* 2. *num.* 20. Francis. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 73. *num.* 3. *& seqq.* Cald. Pereyr. *de empt. & vendit. cap.* 27. *num.* 10. *&* 11. Antonin. *de* Amat. (post hæc scripta visus) *resolut.* 14. *num.* 62. qui licèt *d. legis in fundo* dispositione inspecta, faciliorem disputationem hanc videri dicat: vix tamen ea se multis numeris, seqq. explicat: prædictam quoque opinionem tenent Francisc. Marzar. *in epitome fideicommiss. d. quæst.* 65. Petr. Barbos. *in d. l. Diuortio*, §. *fin. n.* 91. Vbi in *vers. Ex qua ratione* infert quòd si tempore solutionis tantùm valet melioratio, quantum impensum est, † integrum meliorationis pretium soluetur, quantumcũque dominus rei minori se impensa meliorationem fecisse alleget, ex *l. Si quis alicui*, 27. §. *penult. in fin. ff. mandat.* Quinimò in dubio expensum, & † melioratũ æquiualere credendum est, secundum Aym. Crauet. *cons.* 408. *n.* 2. *&* Caualca. *decis.* 44. *n.* 64. *par.* 1. 72 73

74 Suprà dictam tamen sententiam in simplici bonæ fidei possessore † nullum in re ius habente, multi procedere intelligunt, vt quoad eum quod, minimũ est hac in specie, meliorimentorum solutione, æstimationeque attendatur. Ita (per *d. lege In fundo, iuncta gloss. verb. Plus pretio*) tradiderunt Carol. Ruyn. *cons.* 14. *numero* 5. *&* 4. *& cons.* 38. *numero* 25. *lib.* 1 *& consil.* 117. *numero* 1. *lib.* 2. *& cons.* 165. *numero* 6. *lib.* 4 Francisc. Zoanet. *in l.* 2. *numero* 126. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Aluar. Valasc. *de iure empyt. dicta quæstio* 25. *numero* 28. *in princip.* Roland. *à* Valle *d. cons.* 28. *numero* 181. *lib.* 1. & (post alios quos refert, in hoc tantùm casu *d. legem* intelligendo) tradit Hercul. Marescot. *d. lib.* 2. *variar. resolut. capit.* 114. *numero* 8 vbi sic tenuisse Rotam Roman. *Diuersor. decis.* 186. *n.* 5 *par.* 2. tradit.

In eo verò qui dominium † aliquod (etsi reuocabile) habet procedere *dict. l. domos*, 58. (aliàs 61 *D. de legat.* 1. valoremquè melioramento.

ramentorum respectu temporis restitutionis faciendæ debere consequi, docent, profitenturque Iacob. Menoch. *d. remed.* 15. *numer.* 565. *& seq. & cons.* 1032. *num.* 21. *lib.* 11. *& de præsumptio. libro tertio præsumpt.* 32. *num.* 5. & alij de quibus per Marescot. *sup. num.* 10. Anto Gomez *in l.* 46. *Taur. numer.* 3. Andr. Gail. *libro* 2. *obseruat.* 121. *numer.* 12. plenissimè (dictæ legis *Domos* verba perpendens) Antonin. Thesaurus *decis.* 252. *numero* 2. *& seqq.* Ioan. Garc. *de expens. cap. fin. numero* 3. Ioan. Cephal. *cons.* 311. *numer.* 93. *libro* 3. *capit. d. decis.* 93. *in fin.* Cæsar Barzi. *decis.* 23. *num.* 15. Macerat. *variar. resolut. libro* 1. *resolut.* 23. *numer.* 9. *& seq.* Ponte. *cons.* 52. *numer.* 33. *libro* 1. Ioan. Anton. Mangil. *de imputation. quæst.* 136. *num.* 24 *&* 40. Mari. Mut. *decis.* 51. *numer.* 10. Anton. *de* Amat. *d. resolut.* 14. *numer.* 65. probantque prædictam distinctionem, iuriumque compositionem Borgnin. Caualc. *d. decis.* 44. *numer.* 63. *p.* 1. Petr. Anton. Petra *de fideicommiss. quæst.* 15. *num.* 261. *&* 263. Petr. Barbos. *vbi suprà, num.* 92. 93. *&* 94. vbi hanc receptiorem opinionem, & ab ea non esse recedendum, totiusque Hispaniæ admissam vsu, profitetur.

Licèt differentiam hanc inter simplicem bonæ fidei possessorem, & dominium aliquod habentem, contemnat, improberque Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. d. art.* 50. *numer.* 74. *&* Cardin. Tusch. (relato Paul. Castrens. *cons.* 270. *Viso puncto, circa fin. libro* 2. *&* Marzar. *consil.* 11. *numero* 9.) *practica. conclus. d. liter. M, conclus.* 176. *numero* 2. in vtroque enim quod minimum est (iuxta suprà dicta *num.* 71.) attendendum, absque distinctione firmat.

Ex quibus quàm diuersæ in materia hac sint sententiæ, patet. Duos tamen ingenuè fateor casus, in quibus, melioramentorum factorum tempus, ad eorum æstimationem persol-
76 uendam debet attendi. Primus, quando minor, † vel Ecclesia in integrum aduersus contractum restituitur, quia si in re huiusmodi expensæ, ac melioramenta ab emptore, vel eo cum quo Ecclesia, aut minor contraxit, facta sint (si plus saltem restitutionis tempore melioramenta valeant, quàm sit impensum) id solùm quod impensum est, minor, vel Ecclesia soluet. Ita docent Abb. *per text. ibi in cap.* 1. *numero* 4. *de in integ. restit.* August. Bero. *nu.* 38. *& seqq.* Andre. Alciat. *responso* 23. *in fin. libro* 5. Rota Roman. *diuersor. d. decis.* 186. *numero* 3. *par.* 2. Hercul. Marescot. *d. libro* 2. *cap.* 114. *numer.* 9. vbi satis esse firmat, quòd ille contra quem conceditur restitutio, non sit in damno, tametsi minor, vel Ecclesia fiat locupletior, argument. *leg. Nam hoc natura, D. de condict. indeb.* cum similibus.

Si verò melioramenta atterita, deterioataque ita essent; vt minùs valeant, quam in eis sit impensum, secundum præsens tempus solutionem expensarum à minore, vel Ecclesia esse faciendam, tradunt Abb. *sup. d. num* 4. *& ibid.* Bero. *num.* 4. *vers. præterea.* per *leg. Quod si minor,* 25. §. *restitutio, D. de minorib.* ne Ecclesia, vel minor, quibus per in integrum restitutionem ad vtilitatem, commodumquè suum succurritur, damnum patiantur, plus soluendo, quàm ad eos peruenit, cum potiùs damnum aduersarij, quàm Ecclesiæ vel minoris toleretur. Sequitur post alios Marescot. *d. cap.* 114. *n.* 7. plures referens Marius Giurba *in consuetud. Senat. Messanens. capit.* 15. *glos.* 12. *numero* 4. Et quoad pauperes etiam ab eorum cum minoribus, & Ecclesiæ æquiparationem potest fieri illatio.

Secundus casus, † in quo factarum expensarum tempus ad earum solutionem faciendam 77
attenditur, & in quo nec incrementum, aut decrementum inspicitur, est quando aliquis non pro se, neque ad sui vtilitatem, sed domini cuius res est, expendit; casus in *dict. l. Sed an vltro,* 11. *D. de neg. gest. & in l. Si necessarias,* 8. *D. de pignorat. act. & in l.* 3. §. *sufficit D. de contrar. & vtili act. tutel.* docent Barth. Socin. *consil.* 26. *num.* 9. *lib.* 1. Marescot. *vbi sup. num.* 9. Marius Giurba *d. glos.* 12. *numer.* 6. Peregrin. *de fideicommis. d. art.* 50. *numer.* 76. *vers. In necessariis autem.* Vbi id in necessariis tantùm, non etiam in vtilibus firmat.

VTRVM AB INGRATITVdine paupertas excuset?

SVMMARIVM.

1 *Ingratitudinis vitium grauissimum, & plura aduersus illud.*
2 *Ob ingratitudinem quandoque peccatum mortale incurritur, si contemptus beneficij accepti contingat.*
3 *Ingratus amissione beneficij accepti punitur.*
4 *Semel concessa à domino libertas nullo regulariter queit reuocari modo.*
5 *Nisi libertus ingratus domino extiterit. Et quæ sit ingratitudinis sufficiens causa?* ibid.
6 *Vassallus, aut feudatarius etiam à principe, nec de plenitudine potestatis feudo concesso priuari possunt.*
7 *Dominus sine causa desuestiens vassallum, directo dominio, & superioritate priuatur.*
8 *Vassallus ingratus domino existens, feudo priuari potest. Et quæ sufficiens ingratitudinis causa in præsenti sit?* ibid.
9 *Donatio semel facta reuocari non potest: propter ingratitudinem tamen reuocatur,* & nu. 10.
Et quæ sit sufficiens ingratitudinis causa? ibid. & num 12.
11 *Beneficiatus si illius, qui contulit gratiam, efficiatur hostis, beneficio priuatur.*
13 *Filius qui patri indigenti alimenta negauit, exhæredari ob id poterit.*
14 *Libertus pauper non tenetur alere patronum, priùsque sibi, suisque necessaria detrahit.*
15 *Et idem in seruo quoad dominium, de iure Canonico saltem, & in terris Ecclesiæ.*
16 *Et in filio quoad patrem, & in patre quoad filios.*
17 *Et in vassallo, vel subdito quoad dominum.*
18 *Et in donatario quoad donantem.*
19 *Et in Ecclesia, quæ licet patronum pauperem alere teneatur: excusatur si præter alimenta necessaria Curati, & familiæ, vel præter necessarios ad ipsius Ecclesiæ reparationem, vel ornatum sumptus, nil ei superest.*

20 *Pauper alium pauperem alere non tenetur.*

Charitas benè ordinata incipit à se ipso, ibid.

21 *Victum suum arctare quisquam non debet, vt alium alat.*

22 *Nec capitale vendere, si redditus ad sui suorumque sustentationem, necnon alimentandi sufficiant.*

23 *Paupertas ab ingratitudine excusat, nec pauper ingratus dici potest, cum ob paupertatem gratum se ostendere nequeat.*

Limita & intellige, vt n.seq.

QVÆSTIO XLII.

1 Ingratitudinis vitium adeò graue est, † vt alia facilè vincat, ac superet: de quo D. Bernardus *super Cantic.* inquit. *Ingratitudo est hostis gratiæ, inimica salutis, quoniam nihil ita displicet Deo, quemadmodum ingratitudo* & Seneca de beneficiis, lib. 4. *Per se fugienda est res ingratum esse; quoniam nihil æque concordiam humani generis dissociat, ac distrahit, quàm hoc vitium.* Et eodemmet *Seneca* teste, in prouerbiis ipsius. *Ingratus vnus miseris omnib. nocet.* Fontemque misericordiæ ingratitudinem exhaurire, asserit Ioan. Aloys. Ricci. *in collectan. decis. decis.* 197. probatissimum dicens illud.

Nil magis auertit cœlum à telluris amore
Quàm scelus ingratæ mentis, quæ corde maligno,
Muneris authorem nullo dignatur honore.

Quis denique non ingratum detestetur hominem, sibi ipsi inutilem? (vt cum Senec. *d. de benefic. lib. 4. c. 16.* loquar.) Qui & ingratis ipsis displicent, & de eis ingrati quoque ipsi queruntur. *Non referre beneficiis gratiam* (inquit Senec. eod. de benef. lib. 3. cap. 1.) *& est turpe, & apud omnes habetur, Ebuci Liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati queruntur.*

2 Peccatumque mortale † quandoque ob ingratitudinem incurri, si contemptus beneficij accepti contingat, docent D. Thom & Caietan. 2. 2. *quæst.* 107. *art.* 3. Didac. Couar *in cap. Cum in officiis, num.* 31. *de testam.* vbi de pluribus tradit nationibus, apud quas contra ingratos actio prodita erat: de quo & Senec *de benef. lib.* 3. *capit.* 6. sic: *Hoc tam inuisum vitium, an impunitum esse debeat, quæritur? & an hac lex, quæ in scholis exercetur, etiam in ciuitate ponenda sit, quæ ingrati datur actio? quæ videtur æqua omnibus. &c.* Plura etiam ad materiam Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. lit. I, conclus.* 131. *&* 132.

Et ne latiùs in his diuagemur, inter alias, quæ à iure contra ingratitudinis vitium constituta sunt, ea maximè viget pœna, vt ingratus
3 beneficij accepti amissione puniatur. † Vndè licèt semel à domino concessa libertas nullo
4 regulariter queat reuocari modo † *l. Si ab eo,* 7. *C. de liberal. caus. l. Sicut semel,* 20. *C. eod.*
5 Si tamen libertus ingratus † domino extiterit: poterit vtique dominus eum in seruitutem reuocare, *text.* est in *l.* 1. *C. de reuoc. donat. l. Alimenta,* 6. *D. de liber. agnosc. l.* 2. *C. de liber. & eor. liber. auth. Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo, §. Illud verò, collat.* 6. *l.* 2. *§. Sed quemadmodum, C. de bonis quæ liber. tex. in l. Diuus Claudius,* 5. *& in l. Diuus Vespasianus,* 7. *§. fin. D. de iure patron. glos.* 1. *in l. Ingratus,* 20. *D. eod.* vbi *text.* ingratum dicit libertum, qui patrono obsequium non præstat, vel res eius, filiorumvè tutelam administrare recusat. ingratumque esse libertum, qui patrono in captiuitate, fame, vel paupertate existenti (si commodè poterat) non sit opitulatus; tradit (ex Ordinam. Lusitan.) P. Ferdin. Rebello *de obligat. iustit.* 2. *par. lib,* 10. *de donatione, & promissione, quæst.* 9. *numero* 4. Posseque in seruitutem reuocari, si egentem patronum non alat, iustamque ingratitudinis causam esse, est *text. in d. l. Alimenta,* 6. *D. de liber. agnos.*

Sic licèt nec vassallus, † aut feudatarius semel concesso feudo, aliquo modo (nec per Principem (priuari possint, *cap.* 1. *de natur. feud.* notant *DD. in l. Digna vox, C. de legib. & in cap. Nouit. de iudic.* Bald. *in d. capit.* 1. *de nat. feud. & consil.* 326. *num.* 4. *vers. Pone quod ego, lib.* 1. *& cons.* 327. *num.* 8. *vers. videtur igitur, eod. lib.* Alexand. *cons.* 124. *in princi. lib.* 1. *& cons.* 103. *numer.* 9. *lib.* 6. Paul. Castrens. *cons.* 311. *num.* 2. *vers. Restat autem, lib.* 1. *& cons.* 142. *numero* 3. *lib.* 2. latissimè Cardinal. Tusch. *practic. conclus. lit. F, conclus.* 110. plurimas huic sententiæ ampliationes assignans, *per tot. & lit. V, conclus.* 30. *per tot.* Marc. Anto. Natta *cons.* 122. *numero* 4. *& seq.* Ioan. Cephal. *cons.* 12. *numero* 6. *& cons.* 302. *numero* 129. *& seq. lib.* 3. vbi quòd nec de plenitudine potestatis id Principi licet. Dominusque sine causa desuestiens † vassallum, directo dominio, & superioritate priuetur, secundum Angel. *cons.* 371. *num.* 2. *versiculo, Non autem licuisset.* 6 7

Si tamen ingratus † domino vassallus existat, feudo priuari poterit, vt colligere licet ex *text. in capit.* 1. *quib. mod. feud. ammitt. in vsib. feud.* traduntque Bart. *in d. l. Alimenta, §. Imperatores, num* 2. *ff. de liber. agnoscend.* Ludouic. Roman. *in l. Si quis non quasi, numero* 1. *ff. de acquir. heredit.* Syluest. Aldroband. *in §. Sciendum, in verb. Ex causis, instit. de donat.* latè Cardin. Tusch. *d. liter. F, conclus.* 115. *per tot & cons.* 116. Sufficientemque causam priuationis esse, si cum possit alimenta domino deneget, latè defendit Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 55. *numero* 16. *& seqq.* & suprà dictam sententiam firmant hodiè iura Regia *in l.* 8. *&* 9. *tit.* 26. *par.* 4. 8

Ita etiam licèt donatio semel facta reuocari non possit, † *l. Cum profitearis,* 4. *C. de reuoc. donat.* Nec virtute Imperialis rescripti, *l. Si donationem,* 5. *& l. Possessionem,* 3. *& l. Velles,* 6. *C. eod. tit.* 9

Propter ingratitudinem † tamen reuocatur, 10 *text. in d. § Sciendum, instit. de donat. auth. Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo, §. Illud verò; collat.* 6. *capit. fin.* extra *de donat. text.* de iure Reg. in *l.* 10. *titul.* 4. *par.* 5. latè (vt alios omittam) Cardinal. Tusch. *lit. D, conclus.* 711. *per tot. & litera I, conclus.* 132. Vbi, quòd si beneficiatus † 11 efficiatur hostis illius, qui contulit gratiam, & sic ingratus existat, huiusmodi ingratitudo

tudo amiſſionem, reuocationemque beneficij operabitur, tradente plenè Ludou. Roman. *conſ.* 459. *per tot. & ibid. eius Addit. numer.* 1. *litera Addit. numer.* 1. *litera A, verb. Concludo quòd ſit.*

12 Et in præſenti ſufficientem ingratitudinis cauſam † eſſe, donationiſque reuocationis, ſi donatarius alimenta donatori deneget, tenuit *gloſ. in leg. fin. verb. Voluerit, C. de reuoc. donat.* quam ſequuti ſunt Ripa *in l. ſi vnquam, numer.* 72. *C. eod. tit.* Ioan. de Platea *in rubric. C. de decurion. in fin. libro* 10. Hieronym. Cagnol. *in l. in condemnatione, numer.* 2. *D. de regul. iur.* Ioan. Lup. *in rubric. de donat. inter vir. & vxor* §. 70. *num.* 25. Anton. Gomez *de contract. cap.* 4. *numer.* 14. *in fin.* Iul. Clar. Anton. Cordub. Crauet. Roland. & alij, quos refert, & ſequitur (hanc latè comprobans aſſertionem) Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 48. *à numero* 2. *& ſeqq.* Cardin. Dominic. Tuſch. *lit. D. concluſ.* 711. *nu.* 18. Quod ſaltem in donatore omnium bonorum, vel maioris partis, per quam donans pauper efficeretur, aſſerit Surd. *ſuprà numero* 7.

13 Sic filium qui patri indigenti alimenta negauit, exhæredari † ob id à patre poſſet, ingratitudiniſque ſufficientem cauſam eſſe (ex *auth. Vt cum de appellatione cognoſcit*, §. *Cauſas*, & quod ibi determinant Doctores, vt non ſolùm ex ibi cauſis relatis, ſed etiam ſimilibus, exhæredari poſſit filius) pluribus aliis mediis, & argumentis firmat Philippus Paſchal. *de virib. patriæ poteſtatis, part.* 2. *capit.* 5. *numero* 13. *& ſeqq.*

Licet autem in ſuperioribus aſſignatis caſibus ingratitudo priuationis beneficij accepti, eiuſquè reuocationis ſit cauſa, in eiſdem tamen ab ingratitudine excuſat paupertas, ab eaque

14 liberat. Pauper enim libertus † patronum alere non tenetur, *text.* eſt in *l. ſi quis à liberis*, §. *penult. D. de liber. agnoſc.* Priùs namque quod ſibi neceſſarium pro alimentis eſt, deducit libertus, nec ingratitudinis incurrit vitium, ſi cum ad ſe ſuoſque alendos tantùm bona habeat; patrono de neceſſariis non prouideat, ab eaque tunc obligatione liberatus exiſtit, *text. in d. leg. ſi quis à liberis*, 5. §. *penult. gloſ. in cap. Quicumque*, 16. *quæſt.* 7. Panormit. *in cap. Nobis, numero* 9. *de iure patron.* Salycet. *in l. Dolo, numero* 2. *C. de liber. cauſ.* Paul. Citand. *in tr. de iure patron. art.* 4. *num.* 158. Marc. Ant. Natta *conſ.* 380. *numer.* 6. latè firmat Pet. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 28. *numero* 4. *& ſeqq* Idem comprobans

15 in ſeruo † quoad dominum (de iure ſaltem Canonico, & in terris Eccleſiæ) *eod. tit. quæſt.* 29.

16 *per tot.* Et in filio † quod patrem, quem alere non tenetur filius pauper *ibid. num.* 10. *& ſeq.* Idemque in patre quoad filios, *text. in l. penult. in fin. D. de alendis liberis*; latè proſequitur comprobat, & exornat ipſemet Surd. *d. titul.* 7. *quæſt.* 8. *per tot.* Hieronym. Buccaroni *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 100. *nu-*

17 *mer.* 11. Et in vaſſallo, † vel ſubdito, quoad dominum, *idem* Surd. *quæſt.* 30. *à numero ſecundo*

18 *cum ſeqq. & quæſt.* 11. *per tot.* Et in donatario † (non reuocandam illi factam donationem eo quod donatori egenti non ſubueniat, cum ob ſuimet paupertatem non poſſit) docet *idem ipſe* (vt alios omittam) *titul.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 34.

19 *cum trib. ſeqq.* Et in Eccleſia, † quæ (licèt patronum pauperem alere teneatur (vt diximus *quæſt.* 4. *n.* 30.) Si tamen præter alimenta rectoris, & familiæ neceſſaria, vel præter neceſſarios ad ipſius Eccleſiæ reparationem, vel ornatum ſumptus, nihil ſupereſt, excuſari, docet *Petrus idem* Surd. *d. tit.* 7. *quæſt.* 32. *per tot.* id latiſſimè comprobans, & poſt eum plurimos referens Stephan. Gratia. *diſceptation. forenſ. tom.* 3. *cap.* 552. *numer.* 11. *&* 14.

Quorum euidens ratio eſt; quia pauper alium pauperem † alere non tenetur, ab obligationeque alendi (aliàs ſubſiſtente) paupertas eximit, *text. in l. penult. in fin. & in l. ſi quis à liberis*, 5. §. *fin.* & ibi not *gloſ. in* §. *ſi mater, verb. Neceſſariò, D. de liber. agnoſc.* Charitas namque benè ordinata à ſe ipſo incipit, vt in omnium ore verſatur, & probat *l. Præſes, C. de ſeruit. & aqua*, latè proſequitur Petr. Surd. locis proximè relatis, aliosque referens Proſper. Farinac. *deciſ. nouiſſim. Rotæ Roman. tom.* 2. *deciſ* 470. *num. fin.* firmat Senec. *de benefic. libro* 2. *Dabo egenti* (inquit) *ſed vt ipſe non egeam ſuccurram perituro; ſed vt ipſe non pereain.* 20

Nec victum ſuum arctare † quiſquam vt alium alat debet. Bald. *in leg.* 1. §. *Officio, in fin. D. de tutel. & ratio. diſtrah.* Anto. Cordub *in d. l. ſi quis à liberis* §. *ſi quis ex his, numero* 87. *& in paragrapho ſed ſi filius, numer.* 134. Marc. Anton. Natta *conſ.* 387. *numer.* 8 Petr. Surd. *de aliment. d. tit.* 7. *quæſt.* 8. *numero* 9. *quæſt.* 29. *in princip. ante numero primo & quæſt.* 14. *numero* 9. *eod. tit.* Stephan. Gratian. *d. diſput.* 352. *numero* 2. 21

Nec capitale vendere, † ſi eius redditus ad ſui, ſuorumque ſuſtentationem, nec non alimentandi ſufficiant, tradidimus ex pluribus *quæſt.* 4. §. 4. *num.* 169. 22

Sat igitur ex his, ab ingratitudine paupertatem excuſare † conſtat. Neque enim ingratum dicet quiſquam eum, qui ob impotentiam, vel paupertatem gratum ſe oſtendere nequit, ex *in l. Eius eſt nolle*, 3. *D. de reg. iur. & in l. Nolle adire*, 4. *D. de acquir. hæredit.* & aliis à nobis adductis *quæſt.* 17. *numer.* 31. *& ſeqq.* firmaturque ex Ouidio *lib.* 4. *de Ponto Eleg.* 8. 23

Sed qui quàm potuit dat maxima, gratus abundè eſt,
Et finem pietas contingit illa ſuum.

Et amorum lib. 1. Eleg. 10.

Nec tamen indignum eſt à diuite munera poſci:
Munera poſcenti, quæ dare poſſit, habet.
Carpite de plenis pendentes vitibus vuas.
Præbeat Alcinoi poma benignus ager.
Officium pauper numeret, ſtudiumquè, fidemquè.

Et Senec. *libro* 4. *de benefic. Pauperi viro bono dabo* (inquit) *Sat enim in ſumma inopia gratus, & cum omnia illi dederunt, ſupererit animus.* & iterum ibi. *Dicitur gratus, qui bono animo accepit beneficium, atque hic etiam ſi vltra facere nil poteſt; gratus eſt.* & ibi. *Gratus eſt etiam, qui vult tantùm, nec habet huius voluntatis ſuæ vllum alium, quàm ſe teſtem.* dixeratquè, & lib. 2. cap. 31. *Vt gratus ſim, ad fortunam mittor. Si illa inuita reſpondere non poſſum: ſufficit animus animo.*

Benè tamen hæc monſtrant, & animo gratum † eſſe pauperem debere. Non enim ſicut à mutuo officio, realique (vt ſic dicam) præſtatione pauperem immunem paupertas redditita 24

image
not
available

num. 18. Salycet. *in d.l.vnic.§.fin autem,numer.* 6. *C. de rei vxor.act.* Petr. Surd *de aliment.tit.*1. *quæst.* 44. *nu.*11. *& seqq.* vbi latissimè rationes reddit,ad contrariaque respondet.)

11 Vel integram dotem, † aui partem saltem ad vxoris paupertatem leuandam sufficientem restituant. Hanc tenuerunt sententiam Ias.*in d. l. Diuortio, in princ.numer.*18. *D.solut.matrim. fulgos. in leg.*2. *C.de bon.matern.* Anto. Cordub. *in l.si quis à liberis,§.si quis ex his,num.*123.*D. de liber.agnos.* Petr. Surd. *vbi sup. numer.*1. Antonin. *de* Amat. *resolut.*49.*numer.*46.vbi solùm Marium Mut. *in consuetud.* Panorm.*consuet.*47. *num.* 47. in id allegat,ad eumque qualiter intelligatur,se remittit.

12 Item licèt fiscus ante diem petens causam (vt diximus) perdat : si tamen paupertate , † necessitateque sit adstrictus , ante diem poterit debitorem suum conuenire , ex *text.in l.*1.*Cod. de condict. ex lege,vbi* notant Bart.*&* Bald.Ias. *in l.Diem,numer.*4. *D.de condict.indebit.* Hippolyt. *de* Marsil. *singul.* 355. *incip. debitor in diem, num.*1.Petr.Surd.*sup.numer.*21.Marc.Anton. Peregrin. *de iure fisci* , *libro sexto titul.* 7. *num.*21.

13 Et idem in Republica,† quam per *text.illum* dicit ibi *Bald.* posse conductores gabellarum propter eius necessitatem , vt ante diem soluant,compellere, quod quotidiè fieri,ac practicari proximè citati testantur.

14 Item quamuis pendente confectione inuentarij non possit hæres † personalibus hæreditariis actionibus conueniri, *text.in l.fin.§. Donec,*
15 *C. de iure deliber.* à paupere † tamen etiam intra tempora conficiendi inuentarij posse; firmabimus latè *par.* 2. vbi de hac materia latiùs.

VTRVM DEBITOR EX PROpria confessione , sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, instrumento guarentigio, similivè causa, ad solutionem statim post condemnationem, vel terminum , sit compellendus, si pauper sit? vel possit , debeatquè illi (si petatur) concedi dilatio? Et quæ?

SVMMARIVM.

1 *Contra debitorem ex propria confessione in iure facta iureiurando , sententia , quæ in rem iudicatam transiuit , vel instrumento guarentigio,executio competit,*& num. 3.
2 *De iure ciuili instrumenta quantumuis publica, executionem paratam non habebant.*
4 *De iure duodecim tabularum triginta dies debitoribus ad soluendum dabantur , post quem terminum facultas creditoribus debitores suos propria authoritate distrahendi,erat.*
5 *De iure ciuili antiquo,iste terminus condemnatis ad duos menses in actione personali fuit prorogatus.*
6 *Qui postmodum de iure Codicis ad quatuor menses fuit extensus.*
7 *Et idem de iure Canonico.*
8 *Idemque spatium confesso in causa ciuili (cum pro indicato habeatur) conceditur.* *Et quid hodiè? Et an in sponte confessis , vel in aliis procedat?* ibid.
9 *Idem etiam tempus condemnato per sententiam arbitri conceditur.*
10 *Et condemnato ex iuramento decisorio.*
11 *Et fideiussori condemnati.*
12 *Et an huiusmodi dilatio debitori ex publico, guarentigioquè instrumento sit concedenda?*
13 *Tempus quatuor mensium condemnatis ad soluendum concessum , paupertatis fauore inductum fuit ,diuitibusque denegatur,saltem quando debitum est leue, commodèque, & facilè posset debitor illud soluere ,* & numer. 14.
15 *Hodiè ex iure nostro Regio quantum tempus condemnatis ad soluendum detur?*
16 *Post inceptam executionem,intra quod tempus hodiè sit facienda solutio , vt debitor à decima solutione excusetur?*
17 *Condemnatus in actione reali, etiam de iure communi statim (iudicis tamen arbitrio) restituere tenebatur.*
18 *Et idem in actione personali ad certam rem tradendam.*
Dolo versari videtur , qui soluere, vel restituere tenetur,nec cum potest restituit,dilationibusquè etiam legalibus vtitur. ibid.
*Æquissima vox est hæc,*Redde quod debes, *ibid.*
19 *Ægyptij ad æs contrahendum faciles erant. Et qua lege mutuam pecuniam accipere deberent? Quaquè punirentur pœna si debitum non soluerent?*
20 *Lex duodecim tabularum debitores non soluentes creditoribus suis dilaniandos tradi permisit.*
21 *Lege Petilia cautum fuit , ne quis ob pecuniam in vinculis detineretur, sed eius bona essent creditoribus obnoxia , cuius postmodum constitutio à iure Pontificio , Cæsareoque approbata fuit.*
22 *Lege diuina debitores, eorumque filij creditoribus addicebantur,& ad septimum vsque annum eis pro debito seruiebant.*
23 *De iure nostro Regio etiam debitores creditoribus suis soluere non valentes addicuntur.*
24 *Et an id (etiam prædicta Regia constitutione stante) si à principio,debitique contracti tempore in eadem egestate debitor erat, locum habeat?* remissiuè.
25 *Princeps frequenter moratorias literas indulgere assolet ; apud omnesque ferè nationes conceduntur. Et an etiam decoctis mercatoribus?* & nu.26.
Ampliatur num. 38.39.40.41.43.44.47.48. 49.50.51.52.55.59.& seqq. *vsque ad* num.69. inclusiuè,& n.76.& seqq. vsque ad 83.exclusiuè.
Limitatur etiam & intelligitur, vt n.70.72. 73.74.75.85.94.95.96.98.101.103. 104.*&* 105.
27 *Minus soluere dicitur , qui post tempus soluit.*
28 *Princeps in tertij præiudicium rescripta concedere non solet , nec huiusmodi rescripta tenent , nisi leue contineant detrimentum, modiceque præiudicent, &* numero 29.
30 *Exceptio dilatoria est modici præiudicij.*

 31 *Resti*

31 *Restitutio denegatur ei, qui alias restituendus foret, si omisit opponere, vel probare exceptionem dilatoriam, quia pro modica læsione restitutio concedi non solet.*
32 *Ad principem spectat cura qualiter pauperibus debitoribus prouideatur.*
33 *Solon id primum in sua republica statuit, vt debitoribus pauperibus aliqua debiti pars remitteeretur.*
34 *Et quid circa hoc* Iulius Cæsar,*dum dictatoris officio fungeretur, statuerit?*
35 *Et quid* Caius Licinius, & Lucius Sextus *Tribuni?*
36. *Creditor non debet se acerbum exactorem aduersus debitorē ostendere.* Exactor,*quis propriè dicatur?* ibid.
Absque periculo non est, repetere, siue exigere pauperem, qui soluendo non est, ibidem.
37 *Moratoriæ literæ summa cum ratione, de iustitia honestate, ex præsumptaque creditoris mente, vel quæ saltem in tali casu esse debebat, conceduntur.*
42 *Creditores minoris summæ non tenentur concurrere, nec consentire maioris summæ creditoribus, ad quinquennalem dilationem concedendam, si debitor pro debitorum solutione bona habebat.*
43 *Ad quod vsque tempus moratoria dilatio à Principe concedi possit?*
45 *Moratoriæ literæ an post sententiā vel conclusionem in casu debitori concedi possint?* & num. 46.47. & 48.
46 *Debitor ex instrumento guarentigio potest moratoria; literas obtinere, etiam post incœptam executionem, & licèt debitor sit in carcerem detrusus, pignoraque ei capta, quæ interim illi restituenda sunt. Et quæ sit discriminis ratio in debitorem ex sententia, vel instrumento?* ibid.
49. *Literæ moratoriæ an etiam pro debito ex delicto descendenti concedi possint?*
Debitor ratione delicti, debitor propriè dici non potest. Idemque quoad creditorem delicti ratione, ibid.
50 *Et an etiam pro debito iurato concedi possint dilatoriæ literæ? ad illudque extendantur, tam à seculari, quam ab Ecclesiastico Principe concessæ?* & num.52. & seqq. vsque ad num. 65.
Princeps potest tollere iuramentum, ibid. d. num. 50. & num. 59. 60. 61. & 63. *Contra*, num. 57.&58.
51 *Creditorum minor pars concurrere tenetur cum maiori quinquennalē dilationem concedenti, etiam in debito iurato.*
53 *Dispositio Principis generaliter loquens, ad casum iuratum non extenditur.*
54 *Summus Pontifex moratoriam dilationem super debito iurato concedendo simpliciter, si de iuramento mentio facta non sit, non videtur voluisse iuramento derogare. Secus si de iuramento mentio facta sit, & certioratus,* & num. 55.
56 *Et an id in Episcopo procedat?*
59. *Consuetudo facit licitum aliàs illicitum, quando præsertim Euangelicæ doctrinæ non repugnat.*
60 *Princeps super iuramento vim Apostolicam*
61 *Iuramentum semper* salua authoritate Superioris *præstitutum intelligitur.*
64 *Debitor qui literas moratorias in debito iurato vult consequi, vt tutus sit absolutionem iuramenti priùs debet ab Ecclesiastico iudice obtinere.*
65. *Etsi Ecclesiasticus Iudex absolutionem deneget, an possit creditor, indulto Principis non obstante) coram Iudice Ecclesiastico ad obseruantiam iuramenti cogere debitorem.*
66 *Debitor, qui debitum inficiatus est, an dilatione moratoria gaudeat?* & num. seq.
Qui dolo, vel lata culpa negat, vel inficiatus est caret impetratis, in mendaciique pœnam punitur, secùs si aliqua iusta causa negauit, ibid. *in fin.*
67 *Intellectus ad* text. in cap. Super literis, 20. de rescript. ibid. d. num. 66.
67 *Intellect. ad* text. in l. pen. D. de cess. bonor.
63 *Ad cessionis beneficium admittitur, qui debitum inficiatus est, si iustam habuit negandi causam.*
71 *Minoris summæ creditores, etiam dotales, concurrere & consentire debent cum maioris summæ creditoribus dilationem quinquennalem debitori concedentibus.*
75 *Moratoria concessa principali, an & in quibus casibus fideiussoribus prosit?* & num seqq. *vsque* ad 83. *exclusiuè.*
77. *Debitor principalis fideiussorem defendere debet, & exceptiones, quæ fideiussoribus non communicantur (ratione sui interesse) opponere.*
83 Debitor, *vt concessa dilatione moratoria gaudeat, satisdare idoneè debet. Limita,* vt num 89. *si creditor petat.*
74 *Et etiam si talis cautio in moratoria remittatur, præstanda est.*
85 *Nisi in moratoria clausula* Non obstante, *adsit.*
86 *Debitor diues, & valdè idoneus (cui etiam moratoriæ concedi solent ob incommoditatem, grauamenquè in solutione facienda) adhùc cautionem præstare debet.*
87 *Debitor diues, & soluendo satisdare non tenetur, etiam non casu quo satisdatio requiritur.*
88 *Cautio præstanda est à debitore, etiam in annali dilatione.*
89 *Satisdatio in moratoria dilatione, non nisi à parte petatur, necessariò requiritur.*
90 *Satisdatio in quinquennali dilatione à maiori creditorum parte concessa, non requiritur.*
91 *In moratoria quinquaginta dierum non requiritur satisdatio, nisi debitor suspectus sit de fuga.*
92 *Debitor qui ob paupertatem fideiussorem inuenire non potest, an à satisdatione cautionem iuratoriam præstando, vel cum generali hypoteca bonorum, excusetur?*
Debitoris iuramento probatur, fideiussorem inuenire non posse.
94 *Debitor quinquennalem prætendens dilationem, paupertatem suam probare debet, secùs in annali, in qua huiusmodi non exigitur probatio, sufficitque per debitoris iuramentum paupertatem probari.*
95 *Dispensationis causa cessante, cessare debet dispensatio.*

96 *Debitor secunda non debet gaudere dilatione, licèt ad pinguiorem fortunam non deueneri.*

97 *Nec ad cessionis beneficium admittitur, si post dilationis terminum non soluerit, sed in carcerem detruditur.*

98 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum priuilegio non gaudet.*
Non est discooperiendum vnum, vt aliud cooperiatur altare, ibid.

99 *Beneficium*, Ne quis conueniatur vltra quàm facere potest, *contra existentem in pari. vel maiori necessitate non conceditur.*

100 *Debitor ad cessionis bonorum beneficium non admittitur, quando creditor in eadem, vel maiori egestate existit.*

101 *Moratoria concessa debitori, eius heredibus non prodest, nec ad eos extenditur.*

102 *Nec beneficium*, Ne quis conueniatur vltra quam facere potest.

106 *Moratoria dilatione concessa, an currant vsuræ?*

107 *Vsuræ etiam in casibus in quibus dilatione durante currunt, exigendæ non sunt, vsque quo finiatur dilatio, nec interim peti possunt, sicut nec principale exigitur.*

108 *Debitor pendente dilatione sibi concessa, an exigere debitores suos possit?*

109 *Tempus moratoriæ dilationis à die concessi beneficij, & datæ, non à die præsentationis. vel notificationis currere incipit.*

110 *Referentur plures agentes de moratoria dilatione iustitiæ, à maiori parte creditorum concessa. Et an, & quando decoctis dilatio à creditoribus concessa prosit, pactaquè inter eos celebrata teneant, & obligent?* remissiuè.

111 *Maior creditorum pars potest debiti partem in totum remittere, minorisquè summæ creditores cum eis tenentur concurrere.*

112 *Creditores æqualium summarum possunt quinquennalem dilationem debitoribus concedere, eisque tenenter cæteri assentiri creditores.*

QVÆSTIO XLIV.

Contra debitorem ex propria confessione in iure facta, iureiurando, sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, vel instrumento guarentigio, executionem competere; haud dubia sunt demonstrantia iura. In prioribus † tribus est *text. in l. Post rem iudicatam*
1 56. *ff. de re iudic. text. in l. Minor annis*, 25. 41. *in ordine* (& ibi not. Bart. *in princ. ff. de minor. l.* 2. (& ibi communiter Doctores *C. de execut. rei iudic.* de iure Reg. *l.* 15. *tit.* 11. *par.* 3. *l.* 19. *tit.* 22. *l.* 2. *titul.* 15. *ead. part. l.* 1. & *seqq. titul.* 21. *lib.* 4. *noua Reg. collect.* latè Roderic. Xuar. *in d. l. Post. rem iudicatam, notab.* 1. *n.* 1. Petr. Rebuff. 1. *tom ad constit Gallic. tit. de execut. sentent.* Anton. Gabri. *commun. conclus. libi* 2. *titul. de execut. rei iudic.* Paz. *in praxi*, 1. *part.* 1. *tom.* 12. *tempore n.* 1. *Octauian. Vester. in praxi lib.* 8. *capit. vlt.* Castillo *in l.* 36. *Taur. n.* 2. & *ibid.* Anton. Gommez *n.* 3. Anton. Sola *ad constit. Sabaud. tit. de sentent. execut.* Robert. Lancellot *de attentat.* 2. *par. cap.* 12. *ampliat.* 1 *numero* 8. Iacob. Menoch. *de arbit. quæst.* 98. Carol. *de Grass. in tractat. de except. in prælud num.* 4. vbi de communi, & *num.* 21. 22. & 23. vbi latè de confessione iura facta, de qua etiam plenè Roderic. Xuar. *suprà notabili* 3. *per tot.* & *eius addit litera A*, *num.* 1. vbi quæ requisita debeat habere confessio, vt executionem mereatur? Et in confessione est hodiè *text. in l.* 5. *d. titul.* 21. *lib.* 4. *noua Reg. collect.* concinitquè *Ouidij* sententia *lib.* 1. *de Ponto, Eleg.* 7.

Non est confessi causa tuenda rei.

Idem & in debitore ex instrumento dicendum est. Licèt enim de iure ciuili, instrumenta quamtumuis publica executionem † paratam 2
non haberent: *text. in d. l.* 2. *C. de execut. rei iudic* & *in d. l. Minor*, 41. *ff. de minor.* & *in l.* 4. §. *Si ex conuentione*, *ff. de re iudic.* Alex. *in l. Si Prætor*, §. *Si index, numero* 3. *ff. de re iudic. Socin. in l. Si se non obtulit*, §. *Si ex venditione*, *numero* 7. *ff. eod.* Ias. *in l. Tale pactum*, §. *Qui prouocauit*, *numero* 9. & 10. *C. de pact.* & *in l. Cunctos populos*, 2. *lectura*, *numero* 58. *C. de summa Trinitat.* & *fide Cathol.* & *in l. fin. numero* 6. *C. de edict. diui* Adrian. *tollend.* Didac. Couarruu. *variar. resolud. lib.* 2. *capit.* 11. *numero* 4. Caballin. *in* 2. *part.* Milleloq. 655. Ioann. Baldes. *in addit. ad* Roderic. Xuar. *in d. l. Post rem iudicatam*, *vers. Alius casus potest hodiè assignari, litera A*, Paz. *in praxi*, 4. *part. tom.* 1. *in summario*, *numero* 5. Benedict. *de* Barz. *in tract. de guarentig. part.* 1. *princ. quæst.* 8, *vers. Aliquando autem*, Nicol. Boer. *decis.* 295. *numero* 5. Octauian. Osac. *decis. Pedemont.* 129 *numero* 2. Catell. Cotta *in memorabil. verb. instrumenta publica*, Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 77. *numero* 1. Anton. Pauill. *in rubric. de iuris* & *fact. ignor. n.* 21. Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu* 17. *numero* Antonin. Thesaur. *decis.* 26. *num.* 1. Francisc. Becci. *consil.* 17. *numero.* 2. *lib.* 1. Emmanuel Suarez *in thesaur. recept. sententiar. verbo, Instrumentum*, *Cumia super ritib. Regni Siciliæ, capite* 16. *num.* 22. communem dicit, idquè vbique affirmare Doctores Carolus *de* Grassis *in dicto tractat. de exceptionibus in prælud. numero* 1.

Hodiè tamen, idem quod in sententia, & aliis casibus executionem paratam habentibus, & instrumentis † constitutum est, per 3
leg. 1. 2. 3. 4. & 5. *d tit.* 21. *lib.* 4. *noua Reg. Collect.* & *ibid.* Azeued. Paz *in praxi* 1. *tom.* 4. *part. in summario*, *numero* 4. & *cap.* 1. *numero* 13. Didac. Couar. *d. cap.* 11. *numero* 4. plures referens Ioan. Baldes. *in addit. ad* Roderic. Xuar. *in d. l. Post rem iudicatam. in declaratione legis Regni*, *d. versiculo*, *Alius casus potest hodie assignari*, *litera A*, vbi ex Rebuff. & aliis, idem quoque in *Gallia* obseruari testatur.

Intra quod verò tempus executio facienda sit, dissentiunt iura. Primò enim duodecim tabularum iure † triginta dierum spatium debitoribus ad soluendum erogabatur, post quod facultas creditoribus 4
debitores suos propria authoritate distrahendi dabatur

dabatur: verba legis sunt: *Æris confessi, rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatum facito, aut quipsendo eo iure vim dicito; secum ducito, vincito, aut nervo, aut compedibus 15. pondo, ne minore, aut si voles maiore, vincito si voles, suo viuito, ni suo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato, si voles plus dato, in vinculis 60. dies habeto, inter eos dies trinis nundinis continuis ad Praetorem in comitiis perducito, quantaquè pecunia iudicatus erit praedicato. Tertiis autem nundinis (si inter pactus non sit) capitis pœnas dato, aut trans Tiberim peregrè vanumito, & si plures forent, quibus reus esset indicatus, tertiis nundinis partes secanto, si plus, minusvè secuerunt, sine fraude esto*, quam refert *Marchesanus, de commissionib. 3. part. de commissione super dilatione moratoria, capit. 1. §. 1. numero 2.* Annæus Robert. *rer. indicatar. lib. 2. cap. 5. pagin. mihi 376.* De qua lege, & eius seueritate meminerunt *glos. in l. 1. verbo, In eo, in fin. C. qui bonis ceder. possunt,* Alciat. *lib. 1. parerg. cap. 32.* Couar. *variar. resolut. libro 2. cap. 1. numer. 1.* Alexand. *ab* Alexand. *geniali. lib. sexto capite decimo* Budæus *in addition. ad Pandectas, tit. de in diem adiectione,* Hieronym. Magius *miscel. 1. cap. 8.* Aulus Gelius *noctium Atticar. cap. 10. col. pen.* Carol. Sigon. *lib. 1. de antiquit. iuris ciuil. Romanor. cap. 6.* Petr. Barbos. *ad l. si debitori, 21. num. 174. D. de iudic.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro 2. casu 183. numer. 4.* Octauian. *Vester in praxi, lib. 8. cap. 6. num. 5. & 28.* Antonin. Thesaur. *decis. 153. numer. 1.* latè Philip. Paschal *de virib. patriæ potestat. 2. par. capit. 9. numero 84. & sequent.*

5 Huiusmodi autem 30. dierum spatium ad duos menses † in actione personali fuit de iure ciuili antiquo digestorum debitoribus sententia damnatis prorogatum per *text. in l. Debitoribus, 31. D. de re iudicat. glos. fin. in l. si debitori, 21. D. de iudic. vbi* Petr. Barbos. *num. 168. 172. & seq.*

Postmodumquè de iure Codicis ad quatuor
6 † menses extensum, ex *text. in l. 2. & 3. & fin. §. fin. C. de vsur. rei iudic. glos. fin. in l. 1. D. de iudicat. solui,* notaruntque Didac. Perez *in l. 1. tit. 4. libro 3. Ordina. pag. 538. col. fin.* Vincent. Carot. *de remed. contra praeiudicat. sentent. vel damnosas executiones, except. 53. numer. 1.* Gregor. Lopez *in leg. 5. tit. 27. part. 3. glos. 1.* Alex. Trentacinq. *variar. resol. libro tertio tit. de solutionib. resolut. 1. numer. 2. vers.* Marcus Antonius, Dionys. Gothofred. *in d. l. si debitori meo, 21. liter. S, D. de iudic. & ibid.* Petr. Barbos. *numer. 169. & numer. 172. & 176.* vbi etiam in id adducit *Hermonopolum in promptuario iuris, libro 1. cap. 4. pag. 31. ad fin.* obseruareque *Duarenum in eadem leg. si debitori, &* Cuiac. *lib. 5. obseruat. cap. 39.* tradit.

7 Idemque de iure Canonico † tempus concessum est, *text. in cap. Quoad consultationem 15. de sentent. & re iudic. & in cap. Quærenti, 26. de offic. & potest. iudic. deleg.* estquè receptissimum, vt asserit. Nicola. Boerius *decis. 45. numero 1. &* cum eo Petr. Barbos. *vbi suprà, numero 177.*

8 Et id ipsum tempus quatuor mensium, etiam in iure confesso † in causa ciuili (cum pro iudicato habeatur, *l. 1. D. de confes.*) obseruandum erit, probaturque in *l. Certum, 6. §. fin. D. eod. tit.* cuius sunt verba: *Confessi vtique post confessionem, tempora quasi ex causa iudicati habebunt,* per quem ita tenent Felin. *in d. cap. quærenti, num. 7. extra de offic. & potest. iud. deleg.* Vincent. Carot. *d. except. 53. num. 3.* Petr. Barbos. *ad d. l. si debitori, num. 163. & sequenti,* Licèt de generali consuetudine *idem ipse ibi, numero 189. & sequenti,* pluribus relatis, hodiè confessis in iure decem tantum dierum spatium, non verò, quod condemnatis datur, concedi testatur, probari tamen in eo loco vbi lis vertitur huiusmodi consuetudinem debere, aliter concedi dilationem, quæ iudicatis datur, & *numero 191.* Quod an in spontè confessis, aliisvè procedat? per. *eum ibi numer. seqq.* videre licebit.

Condemnatus autem non solùm per sententiam Iudicis Ordinarij, sed etiam arbitri, † 9
prædicti temporis dilatione gaudet, suspendique interim sententiæ executionem debere, docent Bart. *in l. 3. quæst. 1. D. de legat. 1.* Bald. *in d. c. quærenti (vbi etiam* Felin. *limit. 3.) de offic. delegat.* Ias. *in d. l. debitoribus, num. 7. D. de re iudic.* Vincent. Carot. *d. except. 53. num. 5.* Cùm arbitraria adinstar iudiciorum redacta sint, *Iulio Paulo* authore in *leg. 1. D. de recept. arbitr.*

Et in condemnato ex iuramento † decisso- 10
rio obseruant Afini. *de execut. §. 9. cap. 101. numer. 8.* Bellon. *in §. Omnis, numer. 4. instit. de verb. oblig.* Carot. *vbi sup. numer. 3. vers. Idem in condemnato ex iuramento decissorio.*

Nec solùm huiusmodi dilationem principali concedi debitori, sed & eius fideiussori, † est 11
text. in dict. l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iudic. glos. fin. in d. l. 1. D. iudicatum solui, Vincent. Carot. *d. loco, numero 2.*

Ex quibus & indebitore ex publico, † gua- 12
rentigioque instrumento idem (imò à fortiori) videbatur asserendum; cum potentior sit res iudicata, quippè, quæ de iure communi executionem merebatur, non verò publicum instrumentum: ideoque non minori spatio ad solutionem debet arctari debitor ex instrumento, quàm ex sententia, quæ in rem iudicatam transiuit. Qua tamen de re videndus Carot. *d. except. 53. num. 4.* Seraphin. *de priuileg. iuram priuileg. 77. num. 5.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu 17. num. 5.* Borgnin. Caualc. *decis. 48. numero quadragesimo-quinto par. 2.* & aliis adducti per Carot. *suprà.*

Quod quidem tempus, dilatioque speciali paupertatis † fauore concessa fuit, vt ex dictis 13
iuribus huiusmodi tempus concedentibus colligitur; *glos. in dict. leg. si debitori, vigesima prima, Verbo, dandum, Digestis de iudiciis, & in dict. leg. debitoribus, trigesima prima, verb. Contumaciam, D. de re iudic.* Diuitibus namque huiusmodi denegatur spatium, vt monstrant iura, & glossæ relatæ, notantque Cyn. *in leg. vnic. paragrapho Exactio, Cod. de rei vxor. actio.* Ripa *in leg. Ita stipulatus, numero octuagesimo primo, Digestis de verbor. obligat.* Alexand. *in dict. leg. debitoribus, numero vigesimo primo, ad fin.* Felin. *in d. capit. quoad consultationem, numero 9. ad fin.* extra *de offic. & potest indic. deleg.* veriorem & æquiorem sententiam dicit *Addit. ad*

Roman.

Roman. singul. 365. Vincent. Carot. *vbi suprà, n.* 17. Petr. Barbos. *ad d. l. Si debitori,* 21. *nu.* 180. *D. de iudic.*

14 Quod tamen verum credit *Carot. supra,* ac procedere, quando debitum est leue, † commodeque & facilè posset debitor illud soluere: cum quo sentit *Barbosa vbi suprà.* quem super hoc plenè agentem consule, *num.* 183. *ad num.* 188. inclusiuè.

15 De iure verò Regio Partiarum quadrimestre à iure communi nouiori debitoribus pauperibus concessum, ad decem † tantùm dierum spatium redactum fuit, per *leg.* 5. *titulo* 27. & *l.* 7. *titulo* 3. *partit.* 3.

Quod & de recentiori Ordinamenti, Regiæque nouæ Collectionis iure in debitore pecuniarum confirmatum est; coarctatum tamen, si sententia, & condemnatio super aliis rebus mobilibus, siue immobilibus sit: in quibus vsque ad tertium tantum diem executionem differri; exinde verò executioni sententiam mandari; disponit *text. in l.* 13. *titul.* 16. *lib.* 3. *Ordinam.* & *l.* 3. *tit.* 27. *libro quarto noua Reg. Collect.*

Quidque circa hoc obseruetur, constitutumque sit in Portugalliæ Regno, tradit Petr. Barbos. *d. loco, num.* 179. & *sequentib.*

16 Post transactum verò huiusmodi tempus, incœptamque executionem, intra vnum † naturalem diem debitor (etiam pecuniæ) soluere debet, post quem (licèt in continenti soluat) ad decimam, & expensas tenetur, ex dispositione *tex. in l.* 21. *tit.* 21. *lib.* 4. *noua Reg. Collect.* Quod hodiè ad tres naturales dies (septuaginta scilicèt & duas horas, ex hora incœptæ executionis) per *Pragmaticam sanctionem latam in Curiis Matriti, ac promulgatam anno* 1619. *die* 21. *Iulij*, porrectum est.

17 Condemnatus verò in actione reali, † etiam de iure communi statim restituere tenebatur dilatio, arbitrio tamen Iudicis; *text, in* §. 1. *inst. tit. de offic. Iudic. glos. in dict. l. Si debitori,* 21. *verb. Dandum, D. de iudic. glos.* 1. *in fin. in l.* 3 *D. de vsur. glos. in d. c. Quærenti, verb. Quadrimestre,* extra *de offic. deleg. glos. in l. Si cum exceptione,* §. *Quod si homo,* & *ibi* Bart. & *in* § *Quatenus, D. de eo, quod met. causa, text.* de iure Regio in *d. l.* 5. *titul.* 27. & l. 7. *titul.* 3. *part.* 3. Bart. *in l. fin. C. de execut. rei iudic.* & *in l. Cum res,* §. *Si Stichus, notab.* 3. *D. de legatis* 1. *Ias.* (receptam sententiam dicens) *in dict. l. Debitoribus, num.* 13. *D. de re iudic.* & *in l. Si arrogator, numero* 60. *D. de exceptio* Nicola. Boer. *quæst.* 45. *numero* 9. Afini. *in praxi de execut.* §. 9. *capit.* 101. *numero* 8. & alij, cum quibus tenet Vincentius Carot. *de except. contra præiud. sentent. vel damnosas execut. d. except.* 53. *text.* ad id etiam allegans *in d. l. vnic.* §. *Exactio. C. de rei vxor. action.* vbi exactio dotis in rebus immobilibus fit in continenti, Petr. Barbos. *dict. l. Si debitori, n.* 179. *D. de iudic.*

Idemque & in obligatione personali ad cer-
18 tam rem † tradendam, quam statim tenetur restituere condemnatus, cessatque in eo casu dilatio, Vincenr. Carot. *dict. except.* 53 *numero* 12. *versiculo, Ampliatur secundo* allegat *glossam mag. in fin. in dict. l. In fideicommissi,* 3. *D. de vsur.* quæ tamen id non dicit, *dict. Regia l.* 5. *titulo* 27. *part.* 3. Vide autem circa hoc Petr. Barbos. *in dicta l. Si debi*usque 178. & 199.

Dolo enim versari videtur, qui soluere, vel restituere tenetur, nec cum potest, restitui, dilationibusque (etiam legalibus) vtitur; argument. *l.* 1. §. *Est autem,* & *ibi notat* Paulus Castrensis, *D. de posit.*

Vndè æquissimam dicebat Seneca *libro* 3. *de benefic.* hanc vocem, *Redde quod debes,* Indeque factum est, vt contra debitores creditum soluere differentes, apud plures nationes grauissimæ, ac diuersæ constitutæ fuerint pœnæ,

Egyptij † cum olim ad æs alienum contrahendum faciles essent, ad solutionem verò tardi, fallaciisque ad creditores circumueniendos vterentur; ne liceret eis corpora, quæ libera sunt, obligare; *Asychis Ægypti* Rex hanc promulgauit legem: Ne alites pecuniam mutuam accipere liceret, quàm si debitores patrum cadauera pignori obligassent. Eademque lege cautum est, vt si debitor æri alieno non satisfaceret, neque in paterno, neque in alieno quouis sepulcro sepelliri fas esset, vt testatur Horodor. & Diodon. Siculus adducti per Annæum Robert. *rerum iudicatar. libro* 2. *capit.* 5. *folio* 373. 19

Ex duodecimque tabularum † iure tantus fuit contra debitores non soluentes rigor; vt eos creditoribus dilaniandos tradi permiserit, vt ex d. iam relata lege constat, scripseruntque Aul. Gelli. Carol. Sigon. Couar. Menochi. Thesaur. & alij *n.* 4 adducti. 20

Cuius tamen legis immanitas (quasi magis ad terrorem, quam ad vsum tenderet) è media iurisprudentia penitùs fuit eiecta, eique lex successit *Petilia*, † qua ne quis ob pecuniam in vinculis detineretur, sed eius bona essent creditoribus obnoxia, fuit cautum, vt affirmat *Liuius* 1. *decad. lib.* 8. Quæ postmodum lex à Cæsareo, Pontificioque iure fuit approbata in *l. Ob æs,* 12. *cum auth. seq. C. de action.* & *oblig.* & *in cap.* 2. extra *de pignor.* latè tradit Philipp. Paschal. *de virib. patr. potestat.* 2. *part. capit.* 9. *numero* 84. & *sequenti.* 21

Lege etiam Diuina † debitores, eorumque filij creditoribus addicebantur, & ad septimum vsque annum eis pro debito seruiebant, *Deuteron. cap.* 15. & *Regum lib.* 4. *cap,* 4. 22

Cui similes sunt leges Regiæ † in *l.* 2. *titul.* 8. *lib.* 3. *Fori leg.* & *in l.* 13. ibi: *Eotrosi sean entregados del cuerpo del debdor.* & in *l. fin. in fin. tit.* 20. *cod. lib.* 3. *Fori leg. text. in l.* 4. *titul.* 16. *lib.* 5 *noua Reg. Collect.* fueratque etiam *lex Styli*, quam longissimo testatur vsu receptam Gaspar Baeça *de inope debitore, capit.* 1. *numero* 56. 23

Vtrùm autem hæc eadem Regia dispositio, si à principio, † debitique contracti tempore, 24 in eadem egestate debitor constitutus erat, locum habeat? videbimus *quæst. seq.*

Ex quibus omnibus (de iure præsertim Regio) debitorem quantumuis pauperem statim à creditoribus in prædictis casibus, ex præfatisque obligationibus conueniri posse, executionique nulla, vel minima data

...m forè, elicitur. Circa quod dilatione...anda, quę sequenti notamus quæst. tamē autem pauperum debitorum iure Re... deterior sit facta conditio, quàm anteà ...re fuerant communi; adhùc tamen patens eis facilisquè aditus relictus est; quo ab instantibus creditoribus, eorumque acerbitatibus liberentur, sufficientiquè temporis spatio solutionem commodè facere valeant, seque possint tueri, an interim executionis fulgur euadant, Principem adeundo, eique offerendo preces, quatenus eorum paupertate & impotentia attenta, moratorias dignetur literas concedere: quas frequenter assolet Prin-
25 ceps † indulgere, *text.* est in *l.* 2. *& in l. Vniuersa* 4. *C. de precib. Imperat. offerend.* & ibi Scribent. bonus de iure Regio *text. in l.* 33. *tit.* 18. *part.* 3. *& in l.* 4. *titul.* 24. *ead. par.* Et sic quotidie has moratorias Regias literas pauperibus, rusticisque laboratoribus concedi testantur Azeued. *in l.* 2. *tit.* 14. *numero* 33. *& seqq. lib.* 4, *noua Reg. Collect.* Castillo *de* Bouadilla *in Politica, lib.* 2. *cap.* 16. *numero* 125. *& lib.* 3. *capite* 13. *numero* 20. Gaspar Rodrig. *de annuis reddit cap.* 9. *numero* 16. *&* 26. *lib.* 3. Marc. Anton. Cucch. *in tractat. de morator. præscript. numero* 14. vbi tales dilationes vbique ferè apud Italos Principes, Romæ, Venetiis, Mediolani, atque aliis Principium Curiis in vsu esse, dicit, Rebuff. *in tract. de liter. dilator. & annalib. & quinquennal.* Antonin. Thesaur. *decis. Pedemont.* 186. *per tot.* Vincent. Carot. *de remed. contra praiudic. sentent. vel damnosas execution. except.* 168. *numero* 1. Carol. de Gras. *in tract. de except. ad mater. statut. excludent. omnes exceptiones accept.* 32. *numero* 3. Lucas Matthæ. *de* Apicella *in tutamine pauper. tit.* 2. *de moratoria Principis, numero* 2. *vers. Alij verò* vbi, quòd tota die Principes has literas concedunt, Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 1. *numero.* 1. Pyrrh Maut. *in tract. de fideiussor* 1. *par. princip. in prælud.* 3. *particula, & sectionis, c.* 2. aliàs 11. *per tot.* Nicol Genua *de scriptura priuat. lib.* 3. *tit. de literis iudicialibus, seu dilatoriis, vel moratoriis, n.* 1. *& seqq.*

26 Sic & decoctis † mercatoribus quotidiè Principes, eiusque Ministros saluiconductus literas concedere solere, ne intra certum tempus molestentur, testatatur Ioann. Baptista Marchesan. *de commission.* 3. *par. cap.* 1. *de commissione super dilatione moratoria, numero* 49. nisi malitiose decoctis, ex Verallo *decis.* 273. *p.* 1. Bald. Coccia. & aliis, *& numero* 69. ita etiam Matth. Luc. *de* Apicella *vbi suprà numero* 33. pulchrè Anton. Hering. *de fideiussorib. cap.* 5. *numero* 104. Osuald. Hilliger. *in* Donel. *enucle. lib.* 22. *capite* 9. *lit. H,* Meland. Moll. aliosque in id allegans, qui decoctoribus, & abusoribus, qui bona sua obligurierunt dilationem moratoriam denegandam asserunt, eis tamen concedendam, qui fortunæ iniuria ad egestatem deuenere: quos infœlices debitores appellat. Et quid in dilatione iustitiæ? infrà notabimus.

Nec obstat per huiusmodi concessionem ius tertij lædi, minusquè videri solui credi-
27 tori, cum minus soluere dicatur, qui † post tempus soluit, *l. Si cui,* 12. *§. fin. ff. de verb. signific.* vbi hæc. *Iure consul.* Caius adiicit, *Minus soluit, qui tardiùs soluit: nam & tempore minus soluitur l.* 1. *§. Editiones, vers. Nam dies solutiones,* & ibidem notat *gloss. verb. Summa, ff. de edend. §. Tempore, instit. de actionibus.*

Ideoque tales dilationes, moratoriasque literas concedi non posse, cum in tertij vertantur præiudicium † huiusmodique rescripta, 28
nec solere Principes concedere, nec valere, probat *text. in l.* Rescripta, 7. (ibi: *Nisi fortè sit aliquid, quod non lædat alium, & prosit petenti*) *de precip. Imper. offerend. text. in l. Authoritatem* 3. *& ibi gloss. verb. Postulatis, C. vnde vi, text. in l.* 2. *§. Merito ait prætor. D. ne quid in loco publico, text. in l. Nec auus* 4. (ibi: *Nec in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere, moris est nostri*) *C. de emancipat. l. Impuberi,* 41. *ff. de administrat. tutor. l. Sciendum,* 18. *ff. ex quib. caus. maior. capit. Rescripta* 25. *quæstione* 2.

Cui respondetur obiectioni rescripta, quę ius tertij aliquantulum, non tamen grauiter
† lædunt, iustæ concedi posse, *text.* (sic in- 29
telligendus) *in d. l.* 2. *§. Si quis à Principe ff. ne quid in loco publico,* & ibi notat *glos. fin. in secunda solutione, text. in l.* 1. *§. Sunt autem qui putant, ff. ne quid in flumine publico, text. in l. Si quis sepulchrum,* 12. *D. de religios. & sumptib. funer.* Et in terminis, & casu nostro) in quo tertius leuiter læditur principaleque ius integrum conseruatur) est *text. in l. Quoties* 2. *C. de precib. Imperat. offerend. glos. in d. l. Rescripta,* 7. *verb. Non lædat, C. eod. & in d. l. Nec auus,* 4. *verb. Iniuriam, C. de emancipat* & expressior de iure Regio *text.* in terminis *in d. l.* 33. *tit.* 18. *part.* 3. ibi: *Et tal carta como quier que reciba por ella algun agrauiamento aquel a quien deuen el debdo, por todo esso en saluo finca lo suyo.* Præponderat enim damnum, quod pauper debito ex accelerata, & intempestiua solutióne pateretur: ei, quod ex dilatione creditori sequi posset, cum tantùm differatur aliquandiù, non ex toto debitum extinguatur, aliquidvè de ipsa principali sorte, nec vsuris (si debebantur, vt latiùs infrà) detrahatur sed saluū creditoris remaneat ius. *Neque enim* (vt inquit Vlpian. in l. Debitori meo, 21. D. de iudic.) *magnum damnū est in mora medici temporis.* Etiamque si tempus nimis breue non sit: ex eo enim quod huiusmodi moratoriæ dilationis exceptio, dilatoria est; modici † etiam 30
est preiudicij, vt argumentum præstat (præter *text. in d. l. Quoties,* 2. *C. de precib. Imper. offer. & d. l. Part.*) text. in *l. Si fideiussor,* 29 *§. Quadam D. mand.*

Quo fit, vt restitutio † denegetur ei, qui 31
aliàs restituendus foret, si opponere, vel probare exceptionem omisit dilatoriam, cum pro modica læsione restitutio concedi non soleat, *text. in l. Scio,* 4. *ff. de in integ. restit.* vbi id in specie notat Bald. *& in l. Peremptorias, numero* 18. *C. sentent. rescind. non posse,* Felin. *in capit. Fraternitatis numero* 6. *vers. Fallit secundò,* extra de *testibus* Marc. Anton. Cucchu. (latè hanc comprobans sententiam (*de morator. præscript. numero* 157. *& tribus sequentibus.* Quanto autem tem-

tempore dilationes hæ concedi possint; videbimus infrà.

32 In his igitur possunt, & solent facilè Principes rescripta, moratoriasque literas concedere. Quinimò ad Principes † qualiter pauperibus debitoribus prouideatur, subleuamenque præstetur, cura spectat, *text. in auth. De non eligend. secundo nubent. in princip. & in auth. Vt determinat. sit numer.§. Cum verò, auth. De fideiussorib.§. Agnoscant*; ibi: *In fœlicibus debitoribus auxiliamur.* Inde Ouid. de Pont. lib.2.Eleg.11.

Regia (crede mihi (res est succurrere lapsis.
Quæ aliquibus Principibus, Legislatoribusque adeo cordi fuit; vt non solùm pauperibus debitoribus dilationem concederent; sed aliquã debiti partem (creditoribus quantumuis inuitis (remitterent. Inter quos *Solon* † (Atheniensium sapientissimus Legislator) id primum in sua Republica statuit, vt debitoribus pauperibus aliqua remitteretur debiti pars; vt in eius vita *Plutarc.*tradit, cuius meminit *Cona. lib. 4. c. 24. num.7.* eius referens verba, quæ sunt: *Hoc primum in Republica constitutum, cum debita decreto rescidisset, & debitorum remissione fœnoris mediocritate leuatos pauperes, satis sibi factum putasset. Et hanc humanitatem, & benignitatem Sysacthiam vocasse*, Quod verbum *debitorum leuamen* significat. Mentionem quoque de his faciunt Petr. Gregor. *lib. 22.* Syntagm. *cap. 14.* Renatus Chopin *lib. 3. de morib.* Paris. *tit. 2. n.9.* Anneus Rober. *lib. 2. rer.iudic.c. 5. & lib.4.c.18.*

34 *Iulius Cæsar*†dum Dictatura fungeretur, non solùm creditores in sortem principalem, & ad eius solutionem quidquid interesse nomine à debitoribus accepissent, computare edicto iussit, sed etiam quoad debiti principalis residuum, teneri creditores in solutum bona soli recipere, habita consideratione, factaque taxa valoris, quem ante bella ciuilia habebant, decreuit. In quo quarta ferè valoris pars creditoribus minuebatur.

35 *Caius* item *Licinius*, † & *Lutius Sextus* Tribuni, legibus sanxerunt, vt computatis à creditoribus in sortem ad debiti solutionem vsuris, reliquum quod superesset, tribus annis æquis portionibus solueretur, referunt Petr. Greg. & Renat. Chop.*vbi suprà.*

36 Nec creditor ipse acerbum se exactorem † aduersus pauperem debitorem ostendere debet. vt inquit *Vlpian. in l. Si benè, 33. D. dummodò non acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum.* & magis in terminis probat *Imperatoris Valentiani* responsum *in nouella post Codic. Theodosianum, tit.7. de indulgentiis. Debita (*inquit*) non oportet exactione finiri, sed humanitate, & miseratione.* Hancque erga debitores pauperes creditorum humanitatem, diuinæ quoque literæ suadent: *Exodi cap.22. Si pecuniam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum tanquam exactor.* vbi *Abulens. quæst.15. fol. 240. Exactorem* creditorem intelligit, qui cum magna duritia, & austerè debita petit, impotentemque debitorem opprimit. De quo per *Isaiam* conqueritur Dominus, *cap. 58. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis.* vbi ex *D. Hieronym.* interpretatur *Nicol. de Lyra* verbum illud *Repetitis*, id est, *Exigitis.* Additque *ibi.D.* idem *Hierony.col.2.* non esse absque periculo repetere, siue exigere pauperem, qui soluendo non sit; ita etiam expendit Michael *Solon 1. par. de iustit.quæst.62. art. 8. controuers. 3. col. 959.* Diciturque *Deuteronom. capit.24. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet, quod habuerit. Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus sed statim reddes ei ante solis occasum, vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo.*

Ex quibus summa cum æquitate, summaque cum ratione, ac de iustitiæ honestate 37
† moratorias literas pauperibus debitoribus per Principem concedi constat. Idque etiam ex præsumpta creditoris mente, vel quæ saltem in tali casu esse debebat, secundum benè ordinatam charitatem, vt tenent, lateque firmant (contrariis respondendo) Marc. Anton. Cucch. *d.tract. de morat. præscript. num.7. & sequentib.* Antoni. Thesaur. *decis. 186. numero 3.* Osuald.Hilliger. *in* Donel. *enuclet. lib. 22. capite 9. lit. E, & lit. N, pag. 272. col. 2. in princip.* Cuiuslibet appendicis loco verba referre. *Ex quibus omnibus* (inquit) *iam liquet, hoc ius non ita odiosum esse, aut æquitati aduersari, sed (modò abusus absit qui frequens est) iuxta requisita relata, summam rationem habere, etiam naturalem, ac legi Diuinæ, charitatique Christianæ conuenientem. Vide* Thesaur. *decis. 186. numero 3.* Meland. Com. Camer. *part. 2. titul. 101. Nam nec graue inde dispendium creditori.l.21.de iudic.neque aufertur ei, quod differtur.Coler. part.1.capit.4.num. 14. Siquidem saluum ei seruatur ius crediti, vt & interim impediatur præscriptio. Vide* Trentacinq. *d. resolut. 1.numero 28. & vsuræ currant, &c.* Firmant pariter Lucas Matthæ. *de* Apicella *in tutamine pauper. titul. 2. de moratoria Principis, n.4. & ibid.* Mauric. Apicell. *in addit.ad eundem, lit. B,* Nicola. Genua *de script. priuat. d. lib. 3. tit. de liter. iudicialib. seu monitoriis, num.4.* & alij ex suprà relatis.

Quæ conclusio multipliciter ampliatur, ac restringitur. Ampliatur primò, non solùm si à 38
Rege superiorem non recognoscente; sed etiam ab eius Senatoribus, † siue Auditoribus moratoriæ literæ concedatur, Antonin.. Thesaur. *d. decis. 186.num.fin.*Osual. Hilliger. *in Donel.enucle.à libro .22.capit. 9.litera G.* supponuntque alij relati in princip. Ab his tamen cum causæ cognitione dari, nec aliter debere, determinat *Regia lex 15. titulo 3.lib. 2. nouæ Reg.Collect.*

Ampliatur secundò, & in dominis † recognoscentibus Superiorem, quibus etiam 39
huiusmodi potestatem concessam esse, probat Marcus Antonius Cucch. *dicto tractatu numero trigesimo-sexto* adducit *text.* pro hac parte *in leg. In fraudem, paragrapho Fiscalibus, Digestis de iure fisci*, à contrario sensu, & Bart.*in l. Quidam cum filium, Digestis de verborum obligation.* vbi statuere

posse Ciuitatem ne creditores intra tres annos debitores suos molestent, firmat; idque supponere dicit omnes Doctores *in d. l. Quoties, C. de precib. Imper. offer.*

Contrarium tamen in Domini recognoscentibus superiorem de iure, vel de facto, tenuerunt Paulus Castrensis *in l. 1. §. Qui Magistratum, numero 9. D. quod quisque iur. per text. & glos. ibi*, Lucas Matthæ. Apicel. *in tutam. pauper. dict. titulo 2. numero 2.* Carauit. *super ritib. Regni Siciliæ, ritu 287. numero 3.* Bobadilla *in Politica libro 2. capite 16. numero 125.* Carol. *de* Graß. *in tractat. de except. ad statutum, excludens omnes exceptiones, exception. 32. numero 45.* Nicola. Genu. *dicto titulo de liter. iudicial. lib. quæstio. 2.* Anton. Thesaur. *decisione 298. in fin.* Vincent. Carot. *de remed. contra praeiud. sentent. vel damnos. execut. exceptio. 168. num. 6.*

Paul. tamen Castrens. *& glos. in dicta l. 1. §. Qui Magistratum, verbo, Noui iuris* (quorum authoritate cæteri in hanc sententiam trahuntur) in Iudice, vel in Potestate, non in ipsomet Domino potestatem tribuente, loquuntur. Quare *Antonij Cucchi* argumentum stare videtur, cui & sequens patrocinatur ampliatio.

40 Amplia tertiò in Prælatis † Ecclesiasticis, etiam Superiorem in Ecclesiasticis recognoscentibus, vt in Episcopo, qui Princeps Ecclesiæ suæ dicitur, *text. in capite Quorum vices, 6. distinction. 86. capit. Duo sunt, 10. distinctio. 96.* latè hanc firmans sententiam Ioann. Aloys. Ricci. *in decis. praxis Episcop. 97. numero 1. & seqq.*

Amplia quartò, dictam procedere conclusionem non solùm quoad pauperes debitores nihil, vel parum habentes, sed etiam si plura
41 bona habeant, † indigeant tamen secundum eorum conditionem, vel si solutis tunc debitis, grauis immineat egestas, detrimentum, vel damnum, vt apertè demonstrant *dict. l. 33. tit. 18. part. 3.* & alia iura dilationem huiusmodi permittentia, & latiùs infrà. Vidimusque anno præterito 1623. generalem incolis ciuitatis *Hispalensis* ob tardum nauium ex Indis aduentum, quousque Hispaniam appellerent, dilationem concessam: multos etiam ditissimos debitores in Curia Regia, aliisque locis ob commodæ solutionis difficultatem tunc obtinuisse dilationem: aduersusquè Fiscum, proque pecuniis ipsi debitis Regio Indiarum Senatu concedendam iudicatum.

42 Aliter autem in quinquennali dilatione, † quæ à maiori parte creditorum conceditur, in qua, nec concurrere, nec consentire minoris summæ creditores, si bona sufficientia debitor pro omnibus habeat, teneri; sed necessariò soluere debitorem debere, ex *l. fin. C. qui bonis cedere possunt*, & aliis iuribus defendit Lucas Matthæ. *de* Apicella *in tutamin. pauper. titul. 1. de quinquennali dilatione, numero 153.*

43 Amplia quintò principalem conclusionem, vt non solùm ad quinquennium prædicta dilatio, moratoriæque literæ concedi possint; sed etiam citra, † infra tamen decennium, ne grauiter creditores lædantur. Ita tenet Gregor. Lopez *in d. l. 33. tit. 18. part. 3. gloss. 1.* post Alber. *in d. l. Quoties, C. de precib. Imperat. offerend.* Anton. Cucch. *in d. tract. de morat. præscrip. numero 192.* Azeued. *in l. 2. tit. 14. lib. 4. nouæ Rog. Collect. numero 41.* Etsi non defuerint, qui & vsque ad triginta annos arbitrium suum in dilatione concedenda Principem extendere posse, scripserint: dixitque nominatim Ægid. Bellam. *in cap. Quæ in Ecclesiarum, de constit. numero 16.* ibi: *Vnde quia personalis actio durat vsque ad triginta annos; vsque ad illud tempus potest Princeps dare dilationem; non vltra.* Alberic. *in d. l. Quoties, numero 22. & ibid.* Odofred. *&* Salicet. *num. 3.*

Licèt talem dilationem concedi nec posse, nec extendi vltra quinquennium, voluerint (per *d. l. fin.* ibi: *Quinquennale spatium, C. qui bon. cedere poss.*) Paul. Castrens. *in d. l. 2. C. de precib. Imperat. offerend. in fin.* Thoma Zerol. *in praxi Episcop. verb. Literæ quinquennales, vers. Quartò istæ literæ*, Ioann. Baptist. Marchesan. *in tract. de commission. 3. parte, cap. 1. de commissione super dilat. morator. num. 21.* Carol. *de* Graffis *d. excep. 32. num. 95.* & in practica obseruari dilationem dari quinquennalem, dicit Alexan. Trentac. *variar. resolut. lib. 3. tit. de solutionib. resolut. 1. numero 2. in fin.* Nicol. Genua *de script. priuat. lib. 3. tit. de Annalib. & quinquennal. dilation. numero 4.* vbi, quòd si vltra concedantur; nec quoad quinqennium tenebunt. ex Thom. Zenol. *d. loco*; eandem etiam firmat cum Genua sententiam Anton. Faber *in suo Codice lib. 1. tit. 9. de precib. Imperat. offend. definitione 17.* pro ea allegans Petrum Rebuff. *in tract. de liter. dilator. artic. 1. gloss. 1. num. 6.* argument. *cap. Cui de non Sacerdotali, & in cap. Si eo tempore, de præsen. in 6. & in l. Si sponsus, §. Generaliter, D. de donat inter vir. & vxor.*

Primam tamen sententiam tenent etiam *Alexan. cons. 216. lib. 2.* Marc. Anton. Natta *cons. 591. num. 1. & seqq.* Pyrrh. Maur. *in tract. de fideiussorib. 1. parte, princip. in prælud. sect. 3. cap. 2.* (aliàs 11.) *in fine*, sensitque Anton. Cucch. *supra n. 544. & seq.*

Amplia sextò, vt etiam lite pendente † pos- 44
sint huiusmodi literæ impetrari, *Ioan. de Amic. consil. 150. num. 7.* Ante sententiam † tamen, vel 45
conclusionem in causa, secundum Guidon. Pap. *decis. 97. & 330.* Marc. Anton. Natta *cons. 233. num. 45.* Anton. Thesaur. *decis. 186. num. 7.* Alphons. Modit. *variar. resolut. libro 2. §. Principum placita, dubitat. 3. num. 3.* Maurit. Apicella *in addit. ad Lucam* Matthæ. Apicell *in tutam. pauper. d. tit. 2. num. 16.* & in numeris ipsius, ex *num. 518. ad num. 522.* In debito namque, quod ex sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, descendit, & à qua non possit appellari, moratoriis rescriptis locum non esse; tenet Anton. Faber *in suo Codice decis. d. libro primo titul. nono de precib. Imperat. offerend. definit. decima-tertia & definit. 20.* Idem dicens siue iam à Supremo Magistratu, siue ab inferiore Iudice condemnatus quis sit; Nicola. Genua *de script. priuata dict. libro tertio tit. de literis iudicialibus, seu dilatoriis, vel moratoriis, n. 30. & seq. n. tregesimo-quinto & tregesimo-sexto.* Vel si sententia sit de proximo ferenda; cum paria sint, condẽnatum

natum quem iam, vel de proximo condemnandum esse, vt latè *quæstione* 4.§.2.*num.* 124. antecedentibus, & sequentibus diximus.

Dissimile enim constituit ius Anton. Faber. *d. lib.* 1. *tit.* 9. *definit.* 5. inter condemnatum debitoremque per sententiam; vel per instru-
46 mentum † guarentigium. Quia licèt vtrumque pariter executionem paratam habeat: Instrumentum, ex vi statuti, priuatoquè iure; Sententia verò, quæ in rem iudicatum transiuit, ex iuris communis dispositione (vt iam suprà notauimus;) In materia tamen de qua agimus, non eodem gaudere priuilegio; quia debitor ex instrumento guarentigio potest moratorias literas obtinere, non solùm si executio nondum facta sit; sed etiam cum iam sequuta est, detrususquè debitor in carcerem; adhùc enim suspendi debere executionem, & à carceribus relaxandum, captaque pignora debitori per literarum impetrationem restituenda; nec interim currere dilationis tempus; iudicatum testatur *idem ipse Faber suprà, definit.* 2. *in fin. definit.* 5. *& definit.* 14. rationem reddens, quòd ius illud statutarium executionem instrumentis guarentigiis concedens ad priuatam creditorum tantum vtilitatem pertineat: non etiam ad publicam, ad quā è contrario maximè spectat rerum iudicatarum authoritas. Fortiorem autem in hanc eandem sententiam, discriminisquè confirmationem rationem pariter reddit Nicol. Gen. *vbi suprà num.* 37. *&* 38. Quia scilicet creditor ex instrumento, vel patris confessione, litibus, ac sumptibus vexatus non est, sicut creditor ex senten ia. Quas omnes rationes non gessit *Osuald. Hillig. in Donel. enucl. d. lib.* 22. *cap* 9. *lit. H. & lit. L. versic. Nec iudicio conuicto & vers. Vt & vis instr umentis*, vbi rationem quoquè addit, quia rescriptum contra rem iudicatam non valer, *l. vltim. C. sentent. rescind. non poss.*

Quorum tamen intelligi poterit procedere opinio, si de huiusmodi qualitate in literarum impetratione mentio facta non sit: secùs si facta, iuxta infra proximè dicenda.

Et ex iam facta sententiæ, instrumentiquè guarentigij æquiparatione, vt sicuti sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, executionem meretur: & instrumentum quoquè guarentigium: sic in vtroque pariter casu mo-
47 ratoriæ literæ concedi possint, † defendit Anton. Cucch. *de morat. prascript. numero* 112. *aliisque seqq. &* Vincent. Carot. *de remed. contra praiudiciales sententias vel damnos. execut. except.* 168. *num.* 12. Durum videri dicens contrarium, cum tales moratoriæ literæ non impugnet sententiam: sed solutionem differant bonum tamen esse, vt difficultas cesset, statum causæ narrare, ex Roland. *à* Valle *consil.* 31. *num.* 17. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 220. *nume.* 13. & Natta *consil. vltim. num.* 5. *lib.* 1. Et in isto casu pluries vidisse impetrari à debitoribus moratorias post latam sententiam, factamquè adiudicationē pro creditoris satisfactione, testatur Carolus *de Grassis dicto tract. de except. ad statut. exclud. omnes except.* 32. *num.* 44. Posseque Principem hoc in casu moratorias literas concedere, ex pluribus concludit Maurit. Apicell. *in addit ad partem titulo* 2. *ad num.* 17. *num.* 523. *&* 524. ex numeris ipsius.

Debet tamen (vt dicebamus) fieri de hoc mentio, vt difficultas cesset.

Neque narrare sententiam sufficit, sed rem etiam iudicatam † (si adest (Alexand. *consil.* 48
94. *num.* 3. *lib.* 2. Iacob. Menoch *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 202 *num.* 47. Vincent. Carot. *vbi sup. d. num.* 12. Aliàs subreptitia gratia redderetur Carol. *de Grass. dict. excep.* 32. *n.* 44. *in fin.* Nicol. Genu. *tit. de liter. iudicialib. num.* 40.

Amplia septimò; vt etiam in debito ex delicto † descendente moratoria dilatio prosit, 49
secundum Roman. & Decium contra Alex. *ibi in l.* 1. *num.* 93 *ff. si cert. pet.* latè prosequitur, & defendit Marc. Anton. Cucch. *de tract. nu.* 28. *&* 29. Matth. Brun. *de cessione bonor. quæst.* 26. *num.* 13. *& seq.* plenè (contrariis respondendo) Alexan. Trentac. *var. resolut. d. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 1. *num.* 13. Licèt tandem contrariam vti communem tenere velle; primam tamen veriorem de iure videri dicat, & cum eo tenet etiam Matthæ. Apicell. *d. tit.* 2. *num.* 24. *& ibid. eius Addit.* plures (licèt mendosè aliquos) huius referens opinionis, alios quoque pro ea adducit Prosper Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 29. *num.* 23. à qua tamen ipse dissentit, & cum eo Nicola. Gen. *vbi suprà, num.* 45. *& seqq. &* Bouadill. *in politica; lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 125. Anton. Faber *d. tit.* 19. *definit.* 20.

Qui tamen (contra primam sententiam tenentes) quando delicti mentio facta non est, loquuntur, suntque intelligendi: quia tunc in generali moratoria dilatione debitor ex delicto non includitur. Debitor enim ratione delicti, non est propriè debitor, nec creditor ea ratione propriè creditor dicitur, ex Bart. *in l.* 1. *D. si cert. pet.* Ideòque talem generalem dilationem) si delicto facta mentio non sit) debitorem ex delicto non comprehendere, moratoriasquè literas ad eū non extendi, notat *Genna suprà, & nu.* 56. vbi hanc verissimam sententiam dicit, quam etiam ante eum tenuerant Ludouic. Roman. *singular.* 182. Bartholomæ. Cœpol. *in l. Creditores, num.* 3. *ff. de verb. signif.* Franc. Ripa *in d. l.* 1. *num.* 96. *ff. si cert. pet.* Anton. Thesaut. *decis.* 182. *nu.* 2. Boui. *in tract. de statut. vrb. præscrips gloss.* 21. *num.* 71. Marc. Anton. Peregrin. *in tract. de iure Fisci, lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 22. Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro* 2. *cent.* 3. *casu* 337. *n.* 17. alios referens Carol. *de Grass. d. except.* 32. *num.* 23. *&* 24. Osuard. Helliger. *in Donel. enucl. d. lib.* 22. *cap.* 9. *lit. H. versic. Quarè nec debitores*; qui tamen modò in hanc modò in illam inclinat, nec pedem figit.

Amplia octauò principalem procedere cōclusionem, locumquè etiam in debito iurato habere, † secundum Guidon. Pap. *quæst.* 194. 50
Ias. *in l. fin. num.* 22. *ff. qui satisd. cog.* & post multos ita concludit Francisc. Bursat. *consil.* 364. *num.* 30. *lib.* 4. relatus per Addit. Anhonini Thesauri *d. decis.* 186. Tapia *super.* 4. *lib. iur. Regal. rubric.* 19. *de morator. & saluo conduct. numero.* 7. *versic. Sexto*, Mauri. Apicel. *in addit ad tutam. pauper. tit.* 2. *de morator.. Principis, ad num.* 18. *in numeris ipsius num.* 526. vbi in principem posse tollere iuramentum affirmar, ex Afflict. *decis.* 111. *num.* 14. *& in constit. Reg. constit. Diua memoria*,

 cum

cum aliis adductis per eundem Mari. Apicell. *in tractat. de donat. 2.part.cap.5.quaest.50.* Petr. Surd. *consil.199. num.9. versic.His verò,& num. seqq. libro 2.* Qui etiam non facta iuramenti mentione, ad contractum iuratum hanc Principis concessionem extendi, si eius qualitatis sit, vt ea etiam expressa dilationem non negaret Princeps, contendit.

51 Et in moratoria à maiori creditorum parte † concessa (vt etiam minor debeat maiori parti in debito iurato assentiri) tenet Francis. Viui. *decis.268.num.2.* vbi sic variis vicibus,& caussis, in sacro Concilio practicari vidisse testatur.

Verum tamen est, requiri debitorum in huiusmodi literarum supplicatione, in concessione vè Principem mentionem de iuramento fa-
52 cere; † alias ad debitum iuratum concessam à Principe dilationem non extendi, obseruant Ludouic. Roman.*singul. 7.* vbi latè *eius Addit.* Ias. *in dicta l. quoties, num. 2. C.de precib.Imp. offerend.* Afflict.*decis.5.num.2.& 3.* Boër. *decis. 5. numer.2.& 3.* Boër. *decis.296.numero 5.* Annan.*singul.463.* Thom. Grammat. *decis.12.numero 1. & seqq.* Alexan.*consil. 27. num.5.lib.1. & consil.38.nu.5.& 6.lib.3.* Marc.Ant.Cucch. *d.tract. num. 57. vsquè ad num. 70.* Carolus *de* Grassis *d. except.ad materi.statut.excluden.omnes except. except. 32.num.37.* Franc. Anton.*de Iudice in tract. de liquid. instrum. in 4. consid.* Ioan. Gutierr. *de iuramen.confirmat.part.1.cap. 65.num.2.* Osuald.*in Donel.d.cap.9.lit.L.versic. Quarè nec generales induciæ*, Azeued. *in leg. 2. titul.14.lib.4.nou.Reg.Coll.n.37.& 38.* Gregor. Lopez *in l.33.tit.18.p.3.* Roland.*à* Valle *consil.31.num. 10. & seqq. libro 2.* Luc. Matthæ. Apicella *in tutam. paup. d. tit. 2.de moratoria Principis,num. 17.versic. Aduerte tamen, & ibid.* Maurit. Apicell. *in addit.ad numero 18.ex num. ipsius, num. 525.* Petr.Surd.*d.consil.299.numero 1.& seqq.* Iacob. Menoch. *de arbitrar.casu 203. n.14.& casu 337.num.19.* Prosper.Farinac.*dict. qu.29.num.22.*

Dispositio enim Principis generaliter lo-
53 quens,ad casum iuratum † non extenditur,*gloss. fin. in auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.gloss.fin.in capit.Cum non deceat,de elect. in 6.* Alexand. *consil.17. num.5. lib.1.* Ias.*in d.l. quoties, num.2. C.de precib.Imper.offer.* Afflict. *decis.5.nu.2.* Fedet.*de* Sen.*consil.272.* Brun.à Sole *in compend.resol.propos.iur. in verb.Princeps licet,* Natta *consil.233.num.1.* Gram.*d.dec.12.numero primo* Carol. *de* Graff. *dict. except.32.numer.6.* Thom. Ferat. *cautel. 55. numero 2.& seqq.*

Id quod & in dilatione à Summo Pontifice
54 concessa, † si de iuramento mentio facta non sit, procedit: quia simpliciter dilationem concedendo, iuramento voluisse derogare non videtur, *text. in cap.Constitutus,19.de rescrip. d.cap. Cum non deceat (vbi gloss.verb. Effectus) de elect. in 6.* Abb. *in cap. 1. num. 7.de his quæ fiunt à maiori part.cap.* Ias.*in d.l. Quoties,numer. 2.C.de precib. Imper. offer.* plures alios allegans sequitur Carol. *de* Gras. *d.except. 32.numer.7.* Antonin. Thesaur. *d. decis. 186. numer. 5.* Luc. Matthæ.*de* Apicell. *d.tit. 2.nu.17.* Nicol.Genu. *de scrip.priuat.d.lib.3. tit.de liter.iudicialib.numer.17.* Thom. Ferrat. *d.cautel.55.nu.3.& seqq.* Osuald. *in Donel. enucl. dict.lib.22. capit.9.litera L.versic.Planè nec ipse Pontifex,* Petr.Surd. *d.cons.299.n.3.*

Licèt si de iuramento facta fuisset à debitore mentio, † dilationem concedendo à iuramento quoquè absoluere videatur, profiteatur 55
Marc. Anton. Cucch. *d. tract. num.60.* allegat Anton. Gaium *in rubric. de excep. numer.13.* sequitur Anton.Thesaur.*vbi sup. &* Luc.Matthæ. Apicell. *d.num.17.col.2.in princip.* Nicol.Genu. *dict.loco, numero 15.* Alexan.Trentac. *variar. resolut. libro tertio titulo de solut,resolut.1. numer.12.*

Quod in Episcopo † procedere negant 56
Thesaur. *&* Apicella *d.locis,&* Genua *vbi sup. num.16.*

Per Principes tamen seculares dilationes concessas, ad debita iurata neque extendi, † 57
neque super eis posse concedi,tenuerunt Curti. Iun.*consil.98.num.7.* Alexand. *consil.38.num.7. libro 3.* Felin.*in cap. Constitutus,num.10.de rescript.* Bauer. *de virib. iuram. priuileg.21.* Seraphin. *eod.tract.de iuram.priuileg.22.num.4.* Anton.Gabr.*commun.conclus.tit. de iureiur.conclus. 5.numer.21.* Marc. Anton. Cucch. *d. tract. numer. 62.* Marc. Anton. Natta *cons.591.num.17.* Fusc. *in suis singular. lit.D.nu.11.circa med.* Iacob.Menoch. *d. casu 203. num. 14.in fin.& casu 337. numer.20.* Surd.*d.consil.299.numero 2.* Carauit. *in ritib. Regni Siciliæ,ritu 287.num.6.* vbi etiam Trois. *num.11.* Anton. Thesaur. *d.decis.186.n.4.* dicens cum hac sententia transiuisse Senatum, Farin. *dict.quæst.29.num.22.* Roland.*à* Valle *dict.consil. 31. numero 13. & seqq. libro 2.* Francis.Bursat.*consil. 345. numer.30.lib. 4.* Nicol.Gen. *d.tit.de liter.iudicialib.nu. 10.& seqq.* veriorem, & communiorem hanc dicens *num.11.* nec ab ea recedendum,Bonif.*de statut. prascrip.gloss. 21. num.70.* Thom.Ferret.*cautel. 55.num.2.* Carol.*de* Graff.*d.except.32.num. 4.5. & 6.* Vincent.Carot.*de remed.contra praiud.sent. vel damnos.execut.except.168.numero 14.* Ioan. Bapt. Marchesan. *in tract. de commiss. seu rescript.3.part.cap.1. de commiss.super dilat.morat. num.50.& seqq.* Luc.Matthæ.Apicell.*dict.tit.2. num.17.* Alexan. Trentac. *d. libro 3.tit.de solut. resolut. 1. num. 11.& 12.* Anton. Faber *in suo* Codice, *libro 1. tit.6.de precib.Imperat.offeren. definit.20.* Camill. Borrell.*super pragm.* Odia *lit. §.1. gloss. 3. numero 26.* omnium latissimè (quem post hæc scripta vidi) Anton. Cotneus *de absolutione forensi, part. 3. quæstione 5. per tot.*

Rationem reddunt, quia Princeps secularis iuramentum remittere † non potest, neque cir- 58
ca contractus iuratos dispensare, idque ac Romanum Pontificem expectare, ex *text. in cap. Venerabilem,de elect.cap. Nouit,de iud.cap.Cum contingat,cap. Debitores,de iureiurand.* Felin. *in cap.1. num. 21. eod. tit. & in cap. 2.numer.3. de sponsalib.* Alexand.*consil.17.num.7.& 8.lib.1. & consilio 37. numer.27.lib.2.& consil.38.num. 7.libro 3.* Ias. *in l. fin. numero 23. D.qui satisd. cog. Doct.in l.fin.C.si contra ius,vel vtilit.public.* Hostiens.*in cap. Quantò,* extra *de iureiur.* Curt. Senior *consil. 43. num.15.* Thom.Gramm. *dict. decis.12.num.4.* Marcus Anton. Natta *dicto consilio 233.numero 1.& consil.368.num.7.libro 2.* Carol.*de* Graff.*d.except.32.numero 5.* Petr.Surd. *d. consil. 299. num. 2.* Couar. *in cap. Quamuis pactum, 1. part.§.3.num.22.versic. Contrarium,*

Barbos.

Barbos. *in l. 1. part. 1. num. 77. D. solut. matrim.* Gutier. *in auth. Sacramenta puberum, numero 46. C. si aduers. vendit.* Azeued. *in l. 11. nu. 3. tit. 1. libro 4. nouæ Reg. Collect.* Ledesm. Azor. *&* Emman. relati à Sanchez *in precept. Decalog. lib. 3. cap. 22. num. 13.*

59 Quod si de consuetudine † huiusmodi moratoriæ literæ etiam pro debito iurato à Principe seculari concedi soleant, limitari consueuit. Cùm consuetudo illicitum aliàs, licitum efficiat, quando præsertim Euangelicæ doctrinæ non repugnat. Cùm nec in isto casu de tollendo, vel rescindendo iuramento agatur; sed de solutione (cuius gratia appositum est) ob debitoris necessitatem, & indigentiam aliquantulum differenda, ex *Modern. Parisi.* iudicio *in additio. ad Alex. consil. 205. libro 2.* & ita per *Senat. Pedemon. anno 1586. 28. April.* decisum refert Anton. Thesaur. *d. decis. 186. num. 6.* non solùm in dilationibus annalibus, seu biennalibus; sed etiam quinquennalibus. Cuius quidem in omnibus ferè partibus consuetudinis existentiæ testantur *idemmet* Thesaur. *suprà,* Nicol. Boër. *decis. 296. nu. 5.* de consuetudine Aquitaniæ, Ant. Caius *in addit. ad* Angel. Aret. *in rubric. de except. num. 13.* de consuetudine Galliæ, Carauit. 287. *Magn. Curiæ Vicariæ,* de consuet. Regni. Neapolitani, Nicola. Gen. *d. tit. de liter. indicialib. num. 18. & seqq.* vbi apud omnes consuetudine peræque obseruari. Vincent. Carot. *d. except. 168. num. 17.* Carol. *de Graff. d. excep. 32. nu. 8.* vbi semper ita in Regno *Siciliæ* practicari vidisse, & sic quotidiè seculares Principes, vel eorum Ministros prædictas literas præstare asserit, iuramento non obstante, Ioann. Bapt. Marches. *de commiss. d. 3. part. cap. 1. de commissione, super dilat. morat. num. 56.* Luc. Matthæ. Apicell. *d. tract. tit. 2. num. 17. col. 2. in princip.* Alex. Trentac. *variar. resolut. d. resolut. 1. tit. de solut. num. 12. versic. Carauita.* Idquè in controuersiam, disputationemque in terris istas literas concedentium trahendum non esse, firmant Deci. *consil. 352. in fin.* Petr. Surd. *d. consil. 299. num. 15.* Vincent. Carot. *d. except. 168. numer. 17.* Carol. *de Graff. d. loco, &* Nicol. Gen. *suprà, num. 22.*

Principem enim legemvè ciuilem Aposto-
60 licam † super iuramento habere; probat *tex. in l. fin. in princip. D. ad municip. gloss. &* Bart. *in l. Adigere, §. Quamuis, D. de iure patronat.* Ias. *in l. Non dubium, n. 26. C. de legib.* Gramm. *d. decis. 12. num. 15.* Petr. Surd. *vbi sup. n. 14.* Nicol. Intriglio. *consil. 19. n. 13. lib. 1.* Carauit. *d. ritu 287. numero decimo* Carol. *de Graff. dict. except. 32. numero nono* Couarr. *in dict. cap. Quamuis pactum, 1. part. paragrapho 3. num. vigesimo-sexto,* Et post hæc scripta sic intrepidè, optimisque rationibus firmantem vidi *P. Ludouicum Molin. de instit. & iur. tom. 1. disp. 149. num. 12. & 13. tract. 2.* posseque ex rationabili, & legitima causa, quandoquè id ciuile, & politicum bonum postulat, secularem potestatem iuramentum relaxare; cuius probat sententiam (intelligendo vt ibi per eum) Pat. Sanchez *in precept. Decalog. d. libro 3. cap. 22. numero 15.* Osuald. Hilliger. *in Donel. enucl. dict. libro 22. cap. 9. litera L. versic. Verius tamen puto,* qui nec consuetudinem ad id requiri, nec ab ea quidquam Principem emendicare, nec appositum iuramentum ordinariam Principis potestatem tollere, putat.

Iuramentumque semper salua authoritate superioris † intelligi præstitum, probat *text. in* 61 *l. fin.* (vbi id notat Alexan *num. 2.* Ias. *num. 6. & seqq.* Paul. Castr. *n. 2.*) *D. qui satisd. cog. cap. venientes, de iureiuran. cap. Constitutus, de rescriptis, dict. l. fin. in princip. vbi* Bartol. *D. ad municip. Decius* (in terminos nostris) *dict. consil. 352. numero octauo,* Gram. *vbi sup. numero decimo-sexto,* Petr. Surd. *dict. consil. 199. numero quinto lib. 2.* Franc Bursat. *consil. 334. numer. 14. lib. 3.* Nicol. Bander. *singul. 1. numer. 17. & sequentibus.*

Hanc deinde inter asserentes posse Principem secularem debitoribus moratorias literas etiam in debito iurato concedere, & huiusmodi in eo potestatem denegantes, componere intendunt controuersiam multi: vt priorum sententia vbi simpliciter esset iuratum: † Secunda, 62 quando in specie non prætendere, aut opponere moratoriam, procedat. Ita Paul. Fusc. *in suis singular. d. tit. D. nu. 11.* Carauit. *d. ritu 287. num. 11.* Vincent. Carot. *dict. except. 168. num. 17. in fin.* Carol. *de Graff. d. except. 32. nu. 11.* licèt ibid. in illo Regno Siciliæ huiusmodi moratorias literas vtroque casu concedi dicat, Alex. Trentac. *variar. resol. d. lib. 3. resol. 1. tit. de solut. numer. 24.* Nicol. Gen. *de script. priuat. dict. titul. de liter. iudicial. seu dilator. numer. 45. & sequent.*

Adhùc tamen in vtroque casu † posse se- 63 cularem Principem has literas debitori concedere, si de iuramento certior in supplicatione factus sit; & superiùs dicta firmant, & tenent in specie Cyn. Salycet. *&* Iacob. *in d. l. fin. C. si contra ius vel vtilit. public.* Castrens. *in d. l. fin. numer. 3. &* Ias. *num. 21. D. qui satisd. cog.* Franc. Anton. *de Iudic. in tract. de liquid. instrum. cons. 4. numer. 65.* Censerique cum iuramento dispensare Principem, & sic seruari quotidiè, refert Carau. *vbi supra,* sequitur Luc. Matthæ Apicella *d. tit. 2. de morator. Princip. numero 18 versic. Ego tamen limito, vbi eius* Addit. Maurit. Apicell. *num. 531. & 532.* hanc defendit, & quòd nec tunc contraueniens dicatur periurus, secundum Frecciam *de præsent. instrum. 9. part. quæstione 15. à numero centesimo quinquagesimo-primo, cum seqq.*

Vt autem cesset difficultas sibi debent prospicere debitores, absolutionem iuramenti † 64 priùs à iudice Ecclesiastico obtinendo, quod facere possunt, Salycet. *in d. l. fin. numer. 87. C. si contrà ius, vel vtilit. public.* Oldrad. *dict. consil. nonagesimo-secundo, post med.* tradit (ex Rebuff. & aliis) Antonin. Thesaur. *d. decis. 186 num. 6. propè fin.* sic passim in *Gallia* seruari referens Vincent. Carot. *dict. except. 168. numero 20.* hanc (vt securi sint) debitoribus præstans cautellam, de eadem consuetudine testatur Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 1. numero duodecimo versic. Ego in puncto iuris,* Iacob Menoch. *de arbitrar. dict. casu ducentesimo tertio, numer decimo-quinto,* Nicol. Genua *dict. libro tertio titul. de liter. iudicial. seu dilator. numero 47.* Carol. de Graff. *d. excep. 32. numero decimo-sexto,* Luc. Matthæ. Apicell. *dict. tit. 2. numero 17. col. 2. versic. Aduerte tamen, in verb. Tertiò limitatur.*

Circa

Circa hæc autem notandum, quod vbi absolutio iuramenti postulata fuit; non tamen
65 obtenta, † poterit creditor (secularis Principiis indulto non obstante) coram iudice Ecclesiastico ad obseruantiam iuramenti cogere debitorem & sic per indirectum saluum conductum impedire, secundum Anton. Corne. *de absolut. d. iurament. part. 3. quæst. 5. num. 53. &* Marchesa. quos refert, & sequitur (satis notabile in practica id dicens) Vincent. Carot. *d. except. 32. num. 19.* Quòd si *Molina*, sequaciumque sententiam suprà proximè *num.* 60. relatam probemus, non hæc probanda, nec vtilis, aut necessaria, imò superflua, inutilisque cautela videtur.

Amplia nonò has moratorias literas etiam
66 ei, qui debitum inficiatus est, † posse concedi secundum Petr. Paul. Paris. *consil.* 100. *lib.* 3. vbi nulla lege reperiri expressum, per negationem tale beneficium amitti profitetur, vt eum referunt Anton. Gucch. *d. tract. de morat. præscrip.* Thesaur. infrà proximè referendus, & Nicol. Genua *d. tit. de liter. iudic. seu dilator numero* 43.

Quod tamen ego in eo verum iudico, qui aliqua, etiam leui causa, absque dolo tamen vel lata culpa negauit. Et ita sententia eorum qui per inficiationem huiusmodi beneficium amitti dicunt, intelligi, limitarique potest. Quam tenuerunt Cucch. *vbi suprà*, Thesaur. *d. dec.* 186. *num.* 7. *vers. Quintò declaratur*, Luc. Matthæ. Apicel. *d. tit.* 2. *numer.* 18. *vbi eius Addit. num.* 530. Nicol. Gen. *vbi suprà num.* 41. 42. *&* 43. Alexand. Trentac. *d. tit. de solut. resolut.* 1. *num.* 8. *vers. Animaduertendum.* Aliter enim post litem contestatam etiã ante sententiam, vel conclusionem in casu, non posse debitorem huiusmodi literas post inficiationem obtinere sequeretur. Cuius contrarium tradidimus *suprà ampliatione 6.* vbi etiã post sententiam concedi posse ostendimus. Facitque *text. in l. Alia*, 8. *C. de his quibus vt indign.*

Neque fundamenta contrariam sententiam tenentium multum vrgent; *Thesaur.* enim, & sequaces ea ratione mouentur: Quòd sicut mẽdax precator caret impetratis (*cap. Super literis*, 20. *de rescript.*) sic & in isto casu in mendacij pœnam dilationis fauore careat. Cui responderi potest, *textum* ibi loqui quando supplicatio ipsa principi porrecta mendacium continet cuius ratione rescriptum impetratum fuit. Iustum est enim, vt qui Principem fefellit, eius fauore careat, & ne ex malitia sua cõmodum reportet. Secùs autem forè dicendum quando à Principe non per mendacium moratorias literas obtinuit debitor licèt in iudicio debitum inficiatus fuisset, si iustam præsertim negandi causam habuit, quo casu nec rescriptum, in quo ignorantiæ causa aliquid falsum fuisset expressum, vel suppressum, inualidaretur, vt probat ipsemet *text. in d. cap. Super literis*, firmantque latè deductæ per Ioan. Aloys. Ricci *decis. Curiæ Archiep. Neapol.* 9. *num.* 6. *& seqq. par* 4.

Vndè meritò Bald. *in cap.* 1. *§. Si vassallus, si de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat.* (quem citat Alex. *in l. Etiam* §. *Licèt ff. solut. matrim.*) limitat omnes leges quæ volunt, negãtes, vel inficiantes puniri: *Si dolo, vel culpa negassent*, secùs si ex aliqua iusta causa. Sequitur (eos referendo) Vrsil. *in addit ad* Matthæ. *de* Afflict. *decis.* 379. *numero* 3. Et in emphyteuta absque dolo, vel lata culpa negante, vt ab emphyteusi non cadat, licèt aliàs caderet, tradit (ex multis) Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 1. *num.* 12.

Neque *text. in l. pen. ff. de cessione bonor.* (quem pro suprà dicta contraria sententia adducit Alexand. Trentacinq. præcitato loco, *variar. resolut. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 1. *num.* 8. *versic. Animaduertendum*) eam aliquo
modo probat, † Tantummodò enim Vlpian. 67
ibi ad cessionis bonorum beneficium admittendum debitorem non esse, antequam debitum agnoscat, condemnetur, vel in iure confiteatur, asserit. Vnde etiam post negationem vel inficiationem, si debitum agnoscatur, ad cessionis beneficium debitorem admittendum supponit *Consultus*: non verò ante debiti agnitionem, rationibus adductis per *gloss. ibi verbo non debet.*

Quodquè ad cessionis beneficium, qui de-
bitũ inficiatus est, † si iustam habuit negandi 68
causam, admittatur: latè ostendit Matthæ. *de* Afflict. *dict. decis.* 379. *per tot.* vbi *numer.* 4. Sacrum Consilium etiam post sententiam contra debitorem ex iusta causa negantem latam, admittendum ad cessionis beneficium, tenuisse dicit.

Amplia decimò huiusmodi moratorias literas posse principem ad instantiam debitorũ
creditoribus etiam ignorantibus,† vel inuitis 69
concedere, vt concludit Francisc. Viuius *decis.* 38. *num.* 2. *& seqq.* ita iudicatum non semel asserens, refert. & sequitur Nicol. Genua *de scrip. priuat. tit. de Annalib. & quinquennal. dilation. num.* 43.

Multis pariter aliis limitari potest principalis conclusio modis, qui tamen ampliationum (si Principis scientiam, eiusque in eisdem concessionem addamus) vices tenerent.

Limitari primò igitur poterit in causa dotis
† vel alimentorum, in qua moratoria dilatio 70
(nisi nominatim & in isto casu fuerit concessa non prodest, locumvè habet, vt latè tradit Marc. Anton. Cucch. *de morator. præscript. num.* 87. *vsque ad numero.* 65. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 7. *num.* 2. Vincent. Carot. *de remed. contra præiudic. sentent. numero* 35. Bapt. *de Sancto* Blas. *de priuileg. dot. priuileg.* 2. 9. Carauit. *d. ritu* 287. *numero* 19. *vbi* Trois. *numero* 12. Thom. Zerol. *in praxi Episcopo verbo literas quinquennales*, *vers.* 5. Carol. *de* Graff. *d. except.* 32. *numero* 29. Nicol. Genua *vbi suprà, tit. de literis iudicialibus siuè moratoriis*, *num.* 62. *&* 64. Alex. Trentacinq. *variar. resolut. d. lib.* 3. *tit. de solution. resolut.* 1. *numero* 12. Pyrrh. Maur. *de fideiussor.* 1. *part.* 1. *princ. in prælud.* 3. *p. & section. cap.* 2. (aliàs 11.) *numero* 4. Lucas Matthæ. Apicell. *in tutam. pauperum, tit.* 2. *de moratoria Principis numero* 19. *vbi eius Addition nu.* 533. *& tribus seqq.* Philipp. Paschal. *de virib. patriæ potestat.* 2. *part. cap.* 9. *numero* 68. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 222. *num.* 32. *& seqq.* Anton. Faber. *d. tit.* 19. *definit.* 20. Vincent. *de* Franc. statim referendus *num.* 2. Et pluries per Viceregem, & eius Collaterale Consilium istas dilatorias per annum, etiam

etiam aduerſus dotes, dummodò certum quid interim creditori ſoluatur, concedi profitetur *Carauit.d.ritu* 287. *num.* 19.

In dilatione autem moratoria ex iuſtitia, à
71 maiori creditorum parte conceſſa, conſentire, † concurrereque minoris ſummæ creditores etiam dotales teneri, obſeruant Alexand. *in l. ſi conſtante, §. Quoties, num.* 11. *D. ſolut. matrimon.* Vincent. *de* Franch. *deciſ.* 219. *per totam*, præcipuè *n.* 5. Carol. *de* Graſſ. *d. except.* 32. *num.* 27. Ioan. Baptiſt. *de* Sancto Blaſ. Carauit. Apicell. Alexan. Trentac. Vincent. Carot. & Genua locis proximè relatis.

Item & ſecundò, ſicut Principis debitori
72 conceſſa dilatio ad debitum ex cauſa dotis non extenditur; ſic nec ad debita minorum, † penſionum domorum, comeſtibiliumque pretium. Quos ſimul congeſſit caſus Nicol. Boër. *deciſ.* 296. *num.* 6. eoſque ſigillatim fuit proſequutus Marc. Anton. Cucch. *d. tract. de morat. præſcrip. ex nu.* 95. *cum ſeqq. num.* 110. *&* 104. Vincent. Carot. *in tract. de locato, & conducto, part.* 5. *tit. de verb. ſignific. quæſt.* 16. *nu.* 2. vbi idem in ſalariis, penſionibus, vecturis equorum, & ſimilibus dicit, & *in tractat. de remed. contra præiudic. ſentent. vel damnoſ. execut. d. excep.* 168. *nu.* 34. *&* 35. Carol. *de* Graſſ. *d. except.* 32. *numer.* 25. Iacob. Menoch *de arbitrar. d. caſu* 203. *num.* 18. Alex. Trentac. *variar. reſolut. d. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſolut.* 1. *num.* 15. *&* 16 Ludouic. Mexia *in pragm. panis, concl.* 1. *num.* 165. Nicol. Genua *de ſcript. priuat.* d. *lib.* 3. *tit. de literis indicialibus, à nu.* 67. *vſquè ad* 71. Azeued. *in d. l.* 2. *titul.* 14. *libro* 4. *noua Reg. Collect. num.* 39. Auendann. *de cenſib. cap.* 110. *numer.* 1. *&* 3. Lucas Matthæ. Apicell. *in tutam. pauper. d. tit.* 2. *de morat. Princip. num.* 20. *vbi eius Addit. numer.* 542. *& tit.* 1. *de quinquennali dilatione, numer.* 121. *verſ. Idemquè iudicandum eſt.* Oſual. Hilliger. *in Donel. enucl. d. lib.* 22. *cap.* 9. *lit. M. fol.* 272. *col.* 1. *circa med. verſic. Vnde idem puto*, Bouadill. *dicto libro* 2. *cap.* 16. *nu.* 125. Antoni. Faber. *d. tit.* 19. *defin.* 20. *& definit.* 11. vbi idem
73 dicit, teſtaturque deciſum indebito pretij rei venditæ, † etiam non comeſtibilium, ne detur iniquitas, vt venditor & rem, & pretium retineat, contra *leg. Bona fides,* 50. *D. de act. empt.*

Hæc tamen (quantum ad penſiones domorum attinet) intelligenda ſententia eſt, vt
74 conductionis tempore durante, † quo conductores in tenura bonorum conductorum exiſtunt, procedat, ſecùs eo finito; quia ordinarium tunc reputatur debitum, ſecundum Menoch. *d. caſu* 203. *num.* 18 *&* 19. Vincent. Carot. *dict. tract. de loc. & conduc. tit. de beneplacito, qu.* 16. Garſ. Maſtrill. *in commen. ad indul. gen. cap.* 46. *n.* 15. Vrſil. *ad* Afflict. *dec.* 288. *numer.* 1. & alij, quos refert, & ſequitur Maurit. Apicella *in addit. ad patrem d. tit.* 2. *ad num.* 20. *ex num. ipſius, nu.* 540. idem pro mercibus, & vectuis tenere ſuprà dicto addens.

Limitatur tertiò principalis concluſio, vt
75 non quoad fideiuſſores † (niſi in ſupplicatione de eis nominatim ſit facta mentio, pro eiſque moratoria conceſſa) locum habeat, ſecundum Bald. Cyn. & Salycet. *in d. l. Quoties, C. de precib. Imp. offer.* Aret. *in rubric. inſtit. de except. numer.* 13. Bart. *in l. Cum filiusfam. §. ſi ſtipulatus ſum, n.* 1. *D. de verb. ſignific.* Iaſ. *in d. l. Quoties, num. fin.* Marc. Anton. Cucch. *d. tract. num.* 122. *& ſeqq.* Lancell. Cottad. *in templo iudic. libro* 1. *cap.* 1. *§.* 4. *tit. de Imperatore, ver. Debitori dilatio indulgetur, num.* 10. Fab. *de* Anna. *conſil.* 82. *n.* 7. *lib.* 1. Azeued. *in d. l.* 2. *tit.* 14. *libro* 4. *noua Reg. Collect. nu.* 42. Iacob. Menoch. *de arbitra. lib.* 2. *cent.* 3. *d. caſu* 103. *n.* 26. *& caſu* 337. *nu.* 22. Carauit. *d. ritu* 287. *n.* 16. Proſper. Farinac. (communem dicens) *d. quæſt.* 29. *numer.* 25. Nicol. Gen. *de ſcript. priuat. d. lib.* 3. *tit. de literis indicialibus, vel moratoriis, per tot.* Vincent. Carot. *d. except.* 168. *numer.* 23. Ioan. Bapt. *Marcheſan. in tract. de commiſſ.* 3. *part. cap.* 1. *§.* 1. *de commiſſione ſuper moratoria dilatione, num.* 25. *&* 27. Carol. *de* Graſſ. *d. except.* 32. *num.* 37. Lucas Matth. Apicella *in tutam. paup. tit.* 1. *de quinquennali dilatione, num.* 81. & Maurit. Apicel. *in Addit. ad eundem in tit.* 2. *de moratoria Principis, ad n.* 22. *ex num. ipſius, n.* 573. Tapia *ſuper lib.* 4. *iu. noui. tit. de moratoria, rubric.* 19. *verſ.* 21. Rouit. *ſuper prag.* 3. *de ceſſione bonor. n.* 30. Garſ. Maſtril. *dict. comment. ad indul. gen. cap.* 46. *num.* 5. *&* 6. Alexand. Trentac. *variar. reſolut. dict. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſolut.* 1. *numero* 25. Ioann. Bernard. Muſcatel. *in prax fideiuſſ.* 2. *part. quæſt.* 9. Matthæ. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt.* 8. *nu.* 6. Boui. *de ſtatutar. vrbis præſcriptione, gloſſ.* 21. *nu.* 64. *&* 65. Petr. Surd. *conſ.* 327. *num.* 23. *lib.* 3. Pyrrh. Maur. *de fideiuſſor. ſecund. par. princip. ſect.* 9. *§.* 10. *per tot.* Cæſar. Barz. *deciſ.* 78. *à num.* 15. *cum ſeqq.*

Ratio eſt, quia cum huiuſmodi fauor principalem debitorê reſpiciat; eius perſonam egredi non debet, *l. Exceptiones,* 7. *D. de except. leg. Quia tale,* 13. cum ibi notatis, *D. ſolut. matrim. l. Etſi fideiuſſor,* 24. *D. de re iudic.* aduertunt omnes proximè citati, alias etiam rationes adducentes.

Multis tamen ſublimitationibus hæc ſubiacet limitatio. Primò, vt fideiuſſor etiam comprehendatur, ſi aliàs moratoria inutilis † debitori redderetur, ſecundum Bart. *in l. Stichum, §. Quod vulgò, D. ſolut. matrim.* Alex. & Socin. *in l. Cùm filiusfam. §.* 1. *D. de verb. ſignif.* Vincent. Carot. *d. except.* 168. *n.* 24. *& except.* 25. *nu.* 142. Carol. *de* Graſſ. *vbi ſup. num.* 41. Nicol. Gen. *d. titul. de literis indic. ſeu morat. quæſtio.* 1. *numer.* 16. 76

Idcòque vt fideiuſſor dilatione principali conceſſa fruatur, præſtari cautela fideiuſſori ſolet, vt principali debitori litem denunciet, vtque in iudicio compareat, & in ſe iudicium ſuſcipiat, inſtet, idque debitor opponat, ſua intereſſe dicendo. Aliàs enim fideiuſſori contra principalem daretur regreſſus, in effectuque de nihilo moratoria ſeruiret, & quod vna via prohibetur creditori, ad id alia admitteretur, vt aduertit Anton. Heringi. *de fideiuſſor,* 4. *part. c.* 27. *num.* 52. Petrus Surd. *deciſ.* 301. *num.* 16. latè proſequitur (alios adducens) Pyrrh. Maurit. *ſuprà; num.* 12. 15. 16. *&* 17. Vbi id ex eo etiam firmat, quia principalis debitor fideiuſſores conuentos defendere, † ac exceptiones, quæ 77 fideiuſſoribus non communicantur, ratione ſui intereſſe opponere poteſt, ex Bart. *in l. Idemquè, paragrapho Generaliter, Digeſtis mandat.* Fabro, *&* Aret. *in §.* 1. *inſtit. eod.* Arias Pinel. *in lege ſecundo part* 2. *capite* 33. *numero quadrageſimo quarto, C. de reſcind. vend. Hering.* ſuprà dicto loco, & aliis.

Sublimitatur ſecundò, quando moratoria ex motu proprio † Principis conceſſa eſſet, 78 quia

quia tunc etiam fideiussoribus prodest, ex sententia Salycer. *in d. Quoties num. 4. vers. Secundo vero casu. C. de precib. Imper. offer.* Marc. Anton. Cucch. *de morat. præscript. num.* 137. Petr. Rebuff. *super constit.* Gall. *tit. de lit. art. 1. gloss. 1. num. 42. & 43.* Fab. Anna. *d. consil. 82. numero 5.* Carol. de Graff. *dict. except. 32. num. 41.* Ioann. Baptist. Marchesan. *d. 3. capite 1. §. 1: de commissione super moratoria, num. 41. & 42.* Pyrrh. Maur. *vbi suprà num. 13.* Nicol. Gen. *d. quæst. 1. num. 8. 9. & 10.*

Sublimatur tertiò, quando fideiussor bene-
79 ficio † cedendarum non renunciauit. Cucch. *vbi suprà, numero 136.* Fabius Anna. *dict. consil. 82. numero. 10.* Valent. Franc. *de fideiussor. cap. 3. numero 154. & sequentib.* Carolus de Grassis sæpè reperito loco *numer.* 43. Bernard. Moscatell. *in fideiussor. d. 2. parte, quæst. 9.* Anguis. *consil. 141. num. 2. lib. 3.* Anton. Heting. *d. c. 27. num. 76. cum seqq.* Pyrrh. Maur. *dict. 2. part. princip. sect. 9. §. 10. numero 14.* Vincent. Carot. *d. except. 168. num. 26.* Nicol. Genua *d. quæst. 1. numero 12. & 13.* vbi explicat, quòd si creditores ad solutionẽ fideiussorem vrgeant, poterit se offerre paratum solutioni, modò per ipsos creditores sibi contra principalem debitorem actiones cedantur, quas cum illi (efficacitet saltem dilatione debitori concessa durante) cedere non possint, ab egendo contra fideiussorem, qui huic cedendarum actionem beneficio non renunciauit, arcedendos, satis manifestè deducit.

Et idem quando fideiussor beneficio fideiussorum, † non renunciauit (de quo in *auth.*
80 *Præsente, C. de fideiussor.*) obseruant Anton. Cucch. *suprà num. 138.* Carot. *d. loco, num. 28.* Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. d. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. num. 25. versic. Secunda est.*

81 Sublimitatur quartò in obligationibus faciendi, † in quibus dilatio principali concessa fideiussor prodest Bald. *in d. l. Quoties, num. 4. vers. Finaliter, C. de precib. Imperat. offerend.* Ioan. Baptist. Marchesan. *vbi supr. num. 24. Grassis d. num. 43. vers. Quartò intelligas,* Carot. *d. except. 168. num. 27.* Genua *vbi suprà numero. 15.*

Sublimatur quintò in moratoria debitori
82 per maiorem creditorum, † partem concessa, quæ fideiussori etiam suffragatur. Felin. *in c. 2. numero 34. de sponsalib.* Vrsil. *ad* Afflict. *dict. decis. 218. numero 1.* Bursat. *consil. 214. num. 29. lib. 2.* Bard. *in tractat. de tempore vtili, & continuo, numero 8. versic. Sic in suprà dictis,* Anton. Heringi. *de fideiussor. d. 4. part. cap. 27. numero 69.* Nicol. Genua *d. quæst. 1. num. 11.* Pyrrh. Maur. *d. §. 10. numero 11.* Valent. Franch. *de fideiussorib. c. 3. num. 172. & seqq.* Pluresque alias sublimationes videri per suprà dictos poterunt.

Limita quartò principalem conclusionem, vt debitor dilatione cõcessa gaudere non possit, nisi de restituendo debitum post eam ido-
83 neam cautionem † præstet. *d. l. Vniuersa, 6. C. de precib. Imper. offerend. d. c. Vniuersa 25. quæstione 2.* Abb. *in. c. Quoad consultationem, numero 23. de re iudic.* Guid. Pap. *quæstione 109.* Marc. Anton. Cucch. *d. tract. num. 53.* Marc. Anton. Natta. *consilio 591. num. 1. libro 3.* Annan. *singul. 463.* Vital. *d. clausul. claus. Nihil nouari appellatione pendente, nu. 3.* Hieronym. Cagnol. *in dicta l. 2. num, 146. C. de precib. Imperator. offerend.* Afflict. *decisione 378. numero 1. vbi* Vrsil. *num. 3. & dicta decis. 288. numero 1.* Prosper. Farinac. (communem dicens) *quæst. 29. num. 27.* Vincent. Carot. *d. except. 168. num. 41.* Ioan. Baptist. Marchesan. *de commissione 3. parte capite 1. §. 1. de commissione super dilatione moratoria, numero 31.* Alexand. Trentacinq. *dicto libro 3. titulo de solut. resolut. 1. num. 6.* Paul. Fusch. *singul. litera D. numero 11.* Lancellor. Corrad. *in templo iudic. lib. 1. capite 1. §. 4. de Imperatore. in verbo debitoribus dilationem indulgere, num. 8.* Thom. Zerol. *in praxi Episc. in verb Quinquennalis, versiculo 2.* Cumia *super ritibus Regni* Siciliæ *capite 80. num. 18. & capite 95. n. 27.* Lucas Matth. Apicella *in tutam in pauper. titulo 2. de moratoria Principis, numero 3. & 6. vbi* Maurit. Apicella *in addit. numero. 466.* Nicol. Genua *de priuata script. dicto libro 3. titulo de Annal. & quinquennal. dilat. numero 15.* communem dicens Petr. Barbos. *ad leg. in omnibus num. 9. & 10. & ad leg. Si debitori, 21. num. 153. D. de iudic.* Antonin. Faber. *in suo Codice titulo 9. de precibus Imperator. offerend. definitione 6. & definit. 20. propè finem, versicul. Si cauere* Osualdus Hilliger. *in* Donel. *dicto l. 22. c. 9. litera N.*

Amplia istam limitationem, etiamsi talis 84
cautio in moratoria remitatur. † Remissione namque non obstante, prædictam cautionem præstare debitor tenetur, ob magnam, quæ inde creditori insurgeret, læsionem, *gloss. fin. in fin. & ibid. Doct. in d. l. Vniuersa, C. de precib. Imperat. offer.* Carauit *d. ritu 287. num. 5.* Carol. de Graff. *de except. ad mater. statuti exclud. omnes except. d. except. 32. num. 98.* Vincent. Carot. *de remed. contra praiudic. sent. vel damnosas execut. d. except. 168. num. 43.* Alexand. Trentacinq. *d. resolut. 1. n. 7.* Lucas Matthæ. Apicell. *vbi suprà, d. n. 6.* Nicol. Genu. *d. loco, n. 15. & 16.* vbi eum verissimam sententiam dicit.

Omnes tamen prædicti hanc eandem limitant ampliationem, si in moratoria inesset
clausula *Non obstante*, † quia tunc non desi- 85
deraretur cautio, & absque ea dilatione debitor frui posset, & sic (præter eos) tenent etiam Ias. (intelligendus ita) *in d. l. Quoties num. 15. C. de precib. Imperat. offerend.* Ioan. Bapt. Marches. *d. 3. par. cap. 1. §. 1. de commiss. super dilat. morat. n. 32. & seq. &* Gen. *vbi sup. n. 17.*

Hanc prætereà quartam limitationem se- 87
cundò amplia, vt etiamsi debitor sit diues, † valdeque idoneus, procedat. Adhuc enim prædictam cautionem præstare debet, Alex. *in l. Diuortio, §. Interdum, n. 11. D. solut. matrim. & in l. 1. n. 12. D qui satisd. cog.* sequitur Vincent. Carot. *d. except. 168 n. 48.* Luc. Matthæ. Apicell. *d. tit. 2. n. 12.* Carauit. *super ritu 173. n. 9.* Carol. *de* Graff *d. except. 32. n. 118.* Quibus etiam tales moratorias literas concedi posse, ac solere: & suprà diximus, & frequenter in hisce Regnis maioratum Dominis, Marchionibus, Comitibus, aliisque magnatibus ære alieno grauatis, nec non mercatoribus, & bancharriis, ob instantem aliquam necessitatem, cuius ratione tunc commodè soluere non possunt,

sunt, videmus concedi. Aliàs enim nisi iusta inesset causa, diuiti (vt iam notauimus) huiusmodi non foret concedenda dilatio.

87 Ideòque omninò requiritur satisdatio, quia aliquo modo suspecti sunt. Cùm aliàs debitor diues, & soluendo (etiam vbi satisdatio requiritur) satisdare † non teneatur, *l.Quicumque,la 2.7.in ordine*, vbi notat Bart. *C.de fund.patrim. lib.*11. Ludouic. Roman. *consf.*67.*num.*4. *& ibi* Mand. *in verb.Possidere*, Marc. Anton. Natta *cons.*267.*n.*3.*&* 4.*lib.*2.Bergnin.Caualc.*decis.*8. *num.*19.*part.*2.Ferret. *de presens.instrum.part.*7. *qu.*6. *nu.*7. Petr.Surd. *cons.*36.*num.*14.*& decis.* 183.*n.*10.*Toro in compend.decis.Reg.ver.Cautio, an sit præstanda,etiamsi statuto caueretur*,Mauric.Apicell.*in addit.ad patrem, in tutam.pauper. d.tit.*2.*de moratoria Principis, ad nu.*12.*in num. ipsius n.*493. *&* 495.Petr.Barbos.*ad d.leg.si debitori,n.*156.*D.de iudic.*

Ampliatur 3.prædicta 4.limitatio,vt etiamsi
88 moratoria annalis † sit, debeat cautio præstari, ex *d.l.Vniuersa,C.de precib.Imperat.offer*.Nicol. Boër.*dict.decis.* 296. *numer.*2. Anton.Thesaur. *decis.*91.*nu.* 2. Nisi in contrarium suaderet stylus,Luc. Matthæ.Apicell.*in dict.tit.*2.*de morat. Principis,num.*8. Nicol.Genua *d.lib.*3.*titulo de Annali & quinquennal.n.*11.*&* 12.

Sublimita tamen eandem quartam limitationem (quæ satisdare debitorem debere, vt moratoria sibi concessa frui possit, habet) &
89 intellige si à creditore oppositum, † sitque satisdatio petita: secùs si non contradicat, nec petat: tunc enim etiam non data satisdatione moratoria gaudebit debitor, ex *text. in l.si quis filium,*5. *Stipulatio, D.de collat.bonor.l.*2.*§.Quod ait Prætor, D. quod legat.*ibi: *Non ergo offerre debet satisdationem,sed petenti moram non facere, gloss. & Doct. in d.l.Vniuersa*,Ripa *in l.Ita stipulatus,num.*8. *ver. Quintò dubitatur, D. de verb.& sig. & in l.*4.*§. Hoc autem iudicium,numer.*4.*D.de damno infect.*Decius *consil.*607.*n,* 3. Marc. Anton. Cucch. *de morat. præscript. num.* 53.Hippol.*de* Marsil. *in rubric.de fideiussor.numer.* 145. Abb. *consil.*96. *n.* 4.Vrsil.*in addit. ad* Afflict.*dec.*378. *n.*3. Matthæ.Brun.*de cess.bonor. quæst.*21.*num.*2.Lancellot.Corrad.*in templo iudic.lib.*1.*c.*1.*§.*4.*de Imperatore,in verb. Debitoribus dilationem indulgere,n.* 11. Carol. Ruyn. *consil.*26.*numer.*33. *lib.*4.Petr.Surd.*consil.*124. *numero* 1.*&* 2.Lucas Matthæ.Apicell *in tutam. pauper.d.tit.*2.*de morat. Principis,num.*6.*versic. Quam conclusionem, & num.*7. *vbi eius Addit. numero* 466.Carauit.*ritu* 189.*numero* 5.*& dict. ritu* 287.*num.* 5. Vincent.Carot. *d.except.*168. *num.*44.Carol.*de* Graf.*d.except.*32. *numer.*100. pluribus mediis hanc comprobans sententiam ex *numero* 103.*ad num.*117. Francisc. Marc.*decis.*33.*numero* 2. *in prima parte*,latè etiam comprobat, & defendit Marchesan.*d.*3.*part.capit.*1. *§.*1. *de commissione super dilat.morat.nu.* 14.*& sequent.vsquè ad* 21. Nicol.Genua.*d.tit.de Annal.& quinquennal.nu.*18. *& seqq* vbi pluribus ad *n.*21.firmat,Pyrrh.Maur.*in tract.de fideiussor.* 1.*part.princip.in præl ud.*3.*particula,& sectionis, cap.*2. *(aliàs* 11.*) nu.*1. Alexan. Trentacinq.*variar, resolut.d.libro* 3.*tit. de solutionib. resolut.*1. *numer.*8.Petr.Barbos.*in d.l.si debitori, num.*155. *D.de iudic.* Andr Gaill.*practic.obseruat.libro* 2. *obseru.*46.*n.*14.Osuald.*d.lib.*22.*cap.*9. *litera N, versic.Sed ita si creditores petant.*

Sublimita secundò, in quinquennali delatione à creditoribus † concessa, in qua non requiritur satisdatio, secundum Vrsil. *in addit. ad* Afflict. *decisione* 288.*num.* 2. vbi sic multoties vidisse in praxi seruari dicit, contra Roman. *cons.*439.*in fin.*tenetque cum Vrsillo;Luc.Matthæ.Apicella *dict.tit.* 2. *numero* 8. *& ibidem eius Addit.*Gregor Lopez *in l.*5 *tit.*15.*part.*5.*gloss. fin.*Paz *in praxi,* 4 *parte,* 1. *tom.cap.* 6. *num.*5. Quidque hodiè in mercatoribus fallitis obseruetur, vide *text.in l.fin.ad fin.tit.*19.*lib.*5.*nonæ Reg.Collect.* 90

Sublimita tertiò,in moratoria quinquaginta dierum, † in qua satisdatio non debitor suspectus sit de fuga,desideratur. Bonus *text.* (ita ab Antonin. Thesauri *Additionatore* intellectus *decis.*186. *col. fin.*) *in d. l.si debitori,*21.*D.de iudic.* quem sequitur Maurit. Apicell. *in addit. ad Patrem d. tit.*2.*ad numer.*8.*ex numer. ipsius, nu.*466.*in fine.* 91

Sublimita quartò, vbi debitor fideiussorem ob paupertatem inuenire † non potest, quia præstita iuratoria cautione, dilatione (remissa satisdatione) fruetur: cum aliter illusorium huiusmodi redderetur beneficium, sic tradente Cornel. Beninca. *de paupertate,Speciali* 8.*in iudiciis,nu.*34.per notata in *auth.Generaliter,C.de Episcop. & Cleric. & in leg.*1.*D.qui satisd.cog.* Greg.Lopez (omninò videndus) *in dict.leg.*33. *tit.*18.*part.*3.*gloss. verb. Fiadores*; sentit Anton. Faber. *in suo Codice, libro* 1.*titul.*9. *de precib. Imperat.offer.definit.*20. *circa fin.versic.si cauere nullo modo velit, nec iurato quidem*, Farinac. *dict.quæst.* 29.*num.* 30. Nicol. Genu.*dict.tit.de Annal.& quinquenn. dilat.numero* 31.*vsque ad nu.*38. Petr.Barbos. *in l.Diuortio,*8.*§.Interdum, n.*27.*D.solut.matr.* 92

Vel fortè cautionem cum generali hypotheca bonorum sufficere dicunt idem ipsi Gregor.Lopez,& Beninc.*vbi suprà,num.*35.Huiusmodiquè iuratoriam cautionem cum generali hypotheca bonorum præstandam fore, asseruit Ioseph.Ludouic. *decis. Perusin.*63.*nu.*9.*part.*2. eumque referens Prosper. Farinac. *vbi sup.*Hæc simul congessit Osuald. *in* Donel. *enucleat.dict. lib.*21.*cap.*9.*lit.N.*

Et licèt hoc in casu iuratoriam cautionem non sufficere tenuerint aliqui, inter quos Roland.*à Valle consilio* 43. *numero* 6,*libro* 2.Anton. Heringi. *de fideiussor. cap.* 5.*n.*132. Pyrrh. Maur. *de fideiussor. dicta* 1.*parte princip.in prælud.* 3. *particulæ, & sectionis, c.* 2. (*aliàs* 11.) *numero secundo & cap.*25. (*aliàs* 34.) *n.numero* 21.

Intelligi tamen debent, vbi moratoria ob aliquam aliam quàm paupertatis causam concessa est, quia tunc satisdatio omninò requiritur; secùs si paupertatis ratione, ob quam fideiussorem inuenire non potest debitor, quia iuratoria sufficiet cautio. Hanc tradiderunt distinctionem, tenueruntque sententiam Cornel. Beninc iam citato loco,Gregor. Lopez *vbi supra,* Bald.Nouell. *in tract.de dote, part.* 8. *priuileg.* 12. Staphil. *de liter. iustit. cap. Vlteriùs pro declaratione, numero duodecimo* latè Ioann. Baptista Marchesan. *de commission. dict.* 3. *part. capite primo paragrapho primo de commissione super dilatione moratoria; numero vigesimo-primo, & sequentibus* Ioseph. Ludouic. *dict. decisione sexagesima-tertia, numero* 9;

Carolus *de Graffis d. except.* 32. *num.* 119. Farinac. *dicto numero* 30. Vincent. Carot. *dict. except.* 168. *num. fin.* Pyrrh. Maur. *dict. c.* 25. (*aliàs* 34.) *numer.* 15. Lucas Matthæ Apicella *dicto titulo* 2. *numero* 11. *& ibi eius Addit. num.* 492. *& in tractatu de donat.* 1. *parte, cap.* 2. *quæstione* 8. Garf. Marstrill. *in commento ad indult. gen. cap.* 46. *numero* 20. Alexand. Trentacinq. *vbi supra, numero* 9. Hodieque in partibus illis post ordinationem quamdam ibi allegatam, testatur (cum Zang. quem refert) obtinere Osuald *cap.* 9. *litera N.* quouisque casu iuratoriam sufficere cautionem Galliæ pragmaticos asserere, tradit Anton. Faber. *dicto libro primo titulo nono definit. vigesima prima, num.* 4. & eo Osuald vbi proximè.

93 Quod autem fideiussorem debitor non inueniat, per ipsius debitoris iuramentum † (cui statur) probare sufficit, secundum Accurs. *in l.* 1. *in verb. fideiussoribus, propè med. D. qui satisd. cog.* Cattel. Cott. *in memorab. verb. Iuramentum probat,* Iuli. Clar. *in pract. crimin. quæst.* 46. *numer.* 15. Anton. Scap. *de iure non scripto, libro* 5. *cap.* 74. *numer.* 5. Mauric. Apicell. *in addit. ad patrem in tutamin. pauper. dict. tit.* 2. *de morat. Princip. n.* 492. *ex num. ipsius* Camill. Borrell. *in summa decis. tit.* 60. *de iuramento, n.* 219 *&* 220.

Limita quintò principalem conclusionem, si debitor dilationem prætendens paupertatem 94 suam non probauerit, † ad quinquennalem saltem dilationem impetrandam; in annalibus namque nulla exigitur probatio, debitorisque iuramento pauperem se dicentis statur. Firmant vtrumque Boëri. *d. dec.* 296. *num.* 1. 2. *&* 3. Quintillian. Mandos. *in regul.* 10. Cancell. *q.* 4. *casu* 62. Marc. Anton. Cucch. *de morat. præscript. n.* 32. *& seqq.* Anton. Thesaur. *dicta decis.* 186. *numero* 6.

95 Limita sextò in debitore diuite, † & soluere statim commodè valente, licèt creditor locupletissimus sit, cum huiusmodi dilationes miserationis causa concessæ sint, *l. si cum mulier,* 16. *§. Cùm intra, D. de compensat. Cucch. vbi supra, numer.* 106. *&* 149. Imò cum ob paupertatem concedantur; adueniente pingiori fortuna, dilatio cessabit, statimquè tenebitur debitor creditori suo satisfacere; cum dispensationis causa cessante, cessare debeat dispensatio, ex iuribus vulgat. notat Andreas Tiraquell. *de causa cessante,* 1. *parte, numero* 91. 92. *&* 93. Azeued. *consil.* 34. *numer.* 32. & in terminis Lucas Matthæ. Apicell. *d. tractat. & tit.* 2. *numer.* 15. Marc-Anton. Cucch. *vbi suprà, num.* 154. Et in quinquennali dilatione à maiori creditorum parte concessa idem dixit, latè prosequutus *ipsemet* Apic. *suprà tit.* 1. *num.* 155. 156. *&* 157. Osuald. Hilliger. *in* Donel. *enucl. d. lib.* 22. *cap.* 9. *litera N. pag.* 272. *col.* 2. *versic. Sed si interim,* allegat *l.* 4. *§.* 1. *de mun. & l.* 8. *de vac. muner.*

Licèt autem debitor meliorem fortunam non deuenerit, & post dilationis concessæ terminum 96 aliam impetrauerit, † ea gaudere non debet, iuxta *text. in cap. Ceterum,* 3. *de rescript.* obseruat (post Petr. Rebuff. ibi relatum) Anton. Faber *in suo Codice, lib.* 1. *d. tit.* 9. *defin.* 1. *&* 20. *versic. Aut si iam semel antea idem beneficium impetrauerit.*

Nec, si post concessæ dilationis terminum non soluerit, ad cessionis beneficium admitte-97 tur, † sed in carcerem detrudendum, dicunt Marchesa. *de commission. super dilatione morat. commis.* 4. *cap.* 1. *numero* 11. *& seq.* quem refert, & sequitur Nicola. Genua *dicto titulo de Annalib. & quinquennalib. dilationib. n.* 34. *&* 40. Cæsar Barzi. *decis.* 78. *nu.* 3. *in fin.* Alexand. Trentacinq. *d. resolut.* 1. *num.* 10. Anton. Hering. *de fideiussor. cap.* 5. *num.* 227. Osuald. *vbi supra, versic. Deniquè hoc beneficio.* Et si contradicentes referat Afflictum *decisione* 378. *octaua,* Ranchin. *&* Ferret. *ad* Guidon. Pap. *quæstio.* 97.

Limita septimò principalem conclusionem, si creditor pauper est, † quia priuilegiatus, contra pariter priuilegiatum priuilegio non gaudet; vt in terminis tradit Antonin. Thesaur. *dict. decis.* 186. *num.* 7. vbi hanc clausulam in hisce dilatoriis literis inseri, hisque verbis in eis Senatum vti, testatur: *Si creditor in eadem, vel maiori egestate non sit, &c.* Matth. *de Afflict. decis.* 377. Antonin. Faber. *d. definit.* 20. *versic. si contra pauperiorem beneficium hoc impetretur,* Osuald. Hillig. *in* Donel *enucleat. d. lib.* 22. *cap.* 9. *litera M. col.* 272. *in princ.* Neque enim vt vnum altare cooperiatur, aliud erit discooperiendum, iuxta *text. in cap. Cum causam, de prabend. & dignit.* 98

Inde fit, beneficium *Ne quis conueniatur vltra quam facere potest,* contra existentem in pari, † vel maiori egestate non concedi, Bart. 99 (communiter receptus) *in l. Maritum, numero* 4. *D. soluto matrimonio,* Alexand. *&* Zasi. *numero* 20. Baldus *in leg.* 2. *numero* 5. *C. quod cum eo,* Bart. *in capit. Oduardus, numero* 2. *extra de solut.* Anton. *à* Padill. *in l. si Præses, numero* 8. *C. de seruitut. & aqua.* Didacus Couarr. *in regula Possessor,* 2. *parte, §.* 2. *numero* 4. *versic. Hinc etiam deducitur,* Auiles. *in cap.* 18. *Prætor. glossa, verb. Qual conuenga, numero* 7. *post versicul. His & aliis,* Ioannes Gutierr. *de iuramen. confirmat.* 3. *parte cap.* 15. *numer.* 4. Matthæ. Brun. *decision. bonor.* 4. *part. princip. quæst.* 20. *numero trigesimo* Marius Giurba *decisione quadragesima-secunda, numero tertio* Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscop. cap.* 3. *numero decimo-quarto,* Petr. Barbos. *in dicta l. Maritum, numero quadragesimo-sexto, versic. Quartò principaliter,* Matthæ. Apicella *in tutam. pauper. tit.* 4. *de cessione bonor. numero decimo nono, versicul. Idem dicimus, & numero vigesimo-nono,* Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæstione septuagesima-octaua numero* 34. 35. *&* 36. magis communem dicens, Ioann. Bapt. Costa *de remed. subsidia. remed.* 28. *numero* 7. Laderch. *consil.* 30. *numero septuagesimo* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 799. *numer.* 7. *&* 8. Osuald. *in* Donell. *enucleat, libro* 27. *cap.* 9. *lit. OO. in annot.*

Sic & in beneficio cessionis bonorum, † ad 100 quod contra creditorem in pari, seu maiori egestate existentem debitor non admittitur, secundum *Brunum dict. tract. de cess. bonor.* 4. *part. princip. quæstione decima-tertia,* latè (contrariis respondendo) Matthæ. Apicell. *vbi suprà, titulo primo de quinquennali dilatione, numero sexagesimo & titulo* 4. *de cessione bonorum, numer.* 69.

Limita octauò principalem conclusionem, vt moratoria concessa debitori, eius hæ-101 redibus † non possit, neque ad eos extendatur, sic tradentibus Vincent. Carot. *d. except.* 168. *numero* 38. Carol. *de Graff. dict. except.* 32. *numero* 47. & ab eo relatis Troi-

si,

st. d. ritu 287. *numero* 15. *& Fusc. d. singul. lit. D. numero.* 11. Alexand. Trentacinq. *variar resolut. d. lib.* 3. *tit. de solut. resol.* 1. *numero* 29. Nicol. Gen. *d. lib.* 3. *tit. de literis iudicialib. seu morat. quæst.* 4. Idem quoque in beneficio, *Ne quis conueniatur*
102 *vltra quam facere potest.*, † dicentibus, vt ad hæredes non transeat, ex sententia *Bruni de cessione bonor. quæst.6. n.8.4. q. princ.*

Limita nonò, vt Princeps secularis dilationem ad soluendum debitum Ecclesiæ
103 † nequeat concedere. Ita Iacob. Menoch. *de arbitr. d. casu* 203. *numero* 10. ex aliisque etiam Carol. *de* Cras. *suprà, num.* 35. *&* 36. Nicol. Genu. *d. loco tit. de liter. iudicialib. seu morator. in princip. num.* 65. *&* 66. Maurit. Apicell. *in addit. ad patrem, d. tit.* 2. *ad n.*20. *ex num. ipsius, num.* 545. plures alios referens, vbi *num.* 547. distinctionem assignat, an habuerit ortu à laico, in Ecclesiamque, vel personā Ecclesiasticam cum sua transierit causa, vel non, Ant. Fab. *in suo Cod. d. lib.* 1. *tit.* 6. *definit.* 20.

Limita decimò principalem conclusioné,
104 vt in debito de recenti † contracto locum non habeat, Iacob. Menoch. *vbi supr. num.* 24. Alexand. Trentacinq *d. loco, num.* 17. *&* 18. Anton. Faber. *dict. definit.* 10. *num.* 18. Osuald. Hilleger. *in Donel. enucleat. d. lib.* 22. *cap.* 9. *litera I. pag.* 271. *col.*1.*versic. Non enim si nuper.* Húcquę respicit de iure Regio *text. in l.* 7. *tit.* 19. *libro* 5. *noua Reg. Collect.* quatenùs dicernit: *Y ainsi missmos sean auidos, y juzgados por alçados, è incurran en las dichas penas, si se les prouare auer tomado algunas mercadurias fiadas, ò prestadas, ò dineros prestados, ò a cambio seis meses antes que quebraren, ò faltaren de sus creditos, ò pidiere, ò quisiere seguir los dichos pleytos, è no los pueda seguir en tal caso, ni aprouecharese del remedio que el derecho le dà de la mayor parte de acreedores.*

105 Nec ad debita Fiscalia † extenditur, ex *text. in l.* 3.*C. de precib. Imperator., offeren.* plures referens Carolus *de* Grassis *dict. except.* 32. *num.* 22. latè etiam Nicol. Genua *dict. lib.* 3. *titulo de liter. indicial. vel morator. in princip. num.*48. *& sequentib.* Marc. Anton. Peregrin. *de iure Fisci, lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 22. Mastrill. Tapia, & alij, quos refert, & sequitur Maurit. Apicella *vbi suprà num.* 537. *& ibidem* Matthæ. Apicella, *d. n.* 20. Anton. Faber. *d. definit.*20. *vers. Aut contra principem ipsum.*

Plures aliæ ampliationes, & limitationes præfatæ principali regulæ, conclusionique assignari possent, quas per suprà relatos videre licet, principalioribusque positis acquiescimus.

106 Inspiciendum autem restat, an moratoria dilatione pendente, currant vsuræ? † Qua in re communis distinctio est, quòd aut ante dilationem debebantur, currebantque vsuræ, aut non: vt primò casu (dilatione concessa non obstante) currant, Salycet. *in d. l. Quoties num.* 6. *C. de precib. Imper. offer.* Vrsil. *ad* Afflict. *decis.* 5. *num.*4. Vincent. Carot. *d. except.* 168. *num.* 21. Mastril. *decis.* 16. *num.* 4. 6. *& seqq.* Quod vel ex conuentione accidere potest: vel quia licèt expresse cautum non sit: per priùs tamen debitor in mora per hominis, vel diei interpellationé constitutus erat: vel si ab annuo censu ex Nicolai Pap. *Bulla* debitum descendat, quibus casibus, etiam intra dilationem, non factaquè super vsuris soluendis prouisione, præstandæ erunt, nè Principis rescriptum, ita vt dispendium in iure iam quæsito creditori efferat interpretetur. Sic in isto vltimo casu tenet Felician *in tract. de censib.* 1. *p. lib.* 3. *c. fin. in fin. vers. Antequam verò hinc discedam*, quem refert, & sequitur Petr. Nun. de Auendann. *eod. tract. de censib. cap.* 110. *n.* 1. *& num.* 5. contra Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 3. *quæst.* 9. *à num.* 16. *cum seqq.* oppositum tenentem. Idemque in censu emphyteutico (vt dilatione pendente, currant vsuræ) obseruat ipse *Auendann.*, *ibidem, num.* 3.

Aut priùs non currebant, & nec durante dilatione currere incipient. Ita distinguit Salycet. *in d. l. Quoties, numero.* 3. *versic. Item quæro* Vrsil. *ad* Afflict. *d. decis.* 5. *in fin.* Luc. Matthæ. Apicell. *d. tractat de tutam. pauper. tit.* 2. *de moratoria Princip. num.* 36. Mastrill. *suprà.* Et in effectu prædictā sequitur distinctionem Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. dict. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 1. *num.*26. vbi dilatione pendente vsuras casu, quo licitè peti possunt currere (contra Cyn. *in d. l. Quoties, quæst.* 5. *&* Alexan. *consil.* 216. *num.* 14. *lib.* 2. ab eo relatos vsuras non currere, tenentes) defendit: eamque approbare videtur Anton. Faber *dict. tit.* 9. *definit.* 8. *&* Osuald. *in* Donel. *enucl. dict. lib.* 22. *cap. litera N. pag.* 272. *colum.*2. *circa princip. versic. Si quidem saluum.*

Adhuc tamen in casibus, in quibus dilatione pendente vsuræ currunt, earum differendam quovsque finiatur dilatio exactionem † nec interim (sicut nec principale) peti posse
asseuerant *Auend. d. cap.* 110. *num.* 3. pulchrè Luc. Matthæ. Apicella *d. tract. tit.* 1. *de quinquennali dilatione, numero* 178. & ita in causa Syndicorum Cambetiensium, & Ioannis de Constance 8. l. d. Iunij 1591. per Senatum iudicatum refert Antoni. Faber. *in suo Codice d. lib.* 1. *tit.* 9. *de precib. Imperat. offer. definit.* 8. *in fin.* 107

Ex multorum prętereà sententiis notandum dilatione debitori concessa durante, nec debitores licere conuenire suos: † æquū est enim, 108
vt quod quisque iuris in alium statuerit, eodem ipse vtatur, *text. in l.* 1. *& tot. tit. ff. quod quisque iuris* Huius fuerunt voti Afflict. *decis.* 66. Fusch. *dict. specul. lit. D. num.* 11. Ioann. Bapt. Marchesa. *de commission. super dilat. morat. dict.* 3. *par. cap.* 1. §. 1. *num.* 23. sequitur Carol. *de Graff. d. except.* 32. *num.* 93.

Contrarii dilationé debitori concessam nō efficere, quominus debitores suos conuenire debitor possit) Petr. Rebuf. *de lit. dilat. art.* 1. *glos.* 1. *n.* 9. Ant. Fab. *vbi supra, defin.* 19. rationes assignās, obseruatūq; fuisse dicens in persona Petr. Fauerii. Latin. *mens. Ian.* 1597. sequitur Osuald. Hilliger *d. lib.* 22. *c.* 9. *lit.* K

Tēpus autē moratorię dilationis à die con-
cessi beneficii, † dataq; nō à die pręsētationis, 109
vel notificationis currere obseruāt Guid. Pap. *q.* 106. Petr. Reb. *vbi suprà n.* 4. *ex l.* 2. *C. de diu. rescr.* Matt. Brun. *de cess. bonor. q.* 29. *n.* 3. Boui. *in tract. de statutar. prescript. glos. num.* 72 Cu-

mia *super ritib. Regni Siciliæ*, *cap.* 80. *n.* 9. Carol. *de* Graff.*d.loco, num.*48.*per text. in cap. Eam te*,7. *de rescript.& c.Dilectus*,el 2.27. *in ordin.de prebend.c.*2.*decim.*Vincen.Carot.*d.ex cep.*168.*n.*4.Anton.Faber.*sup. definit.* 3. Alexand.Trentacinq. *d.lib.*3.*variar. resolut. tit. de solut.*1.*n.*27. Nicol. Intrigliol. *in singular. ad constit.Regni Siciliæ,singul.*132.*lib.*1.

Pauca de quinquennali moratoria à maiore creditorum parte concessa (quæ de iustitia appellatur (diximus , cuius aliud posset formari speciale; Quod nempè licèt suum cuique factum noceat , neque res inter alios acta aliis præiudicet (vt iuribus vulgatis) paupertatis tamen fauore noceat. De qua iustitiæ moratoria dilatione latissimè (præter antiquiores in locis ordinariis) egerunt † Cornel. Beninca. *de paupert.speciali* 8.*in iudic. num.*31.*& seqq.* Marc.Anton.Cucch.*d.tract.de morat.præscript.* Paz *in praxi*,1. *tom. cap.*9 *per tot.*omnium plenissimè Lucas Matthæ. Apicella *in tutam. pauper.tit.*1.*de quinquennal.dilat.* per 214. *n.* materiam prosequens,& *ibidem eius* Addit. Manrit. Apicella , *idem* Matthæ. Apicella *titulo* 3. *per totum, de remissione debitorum*,Philipp.Paschal. *de viribus patr.potest.*2.*parte, capit.* 9. *ex n.*65. *cum seqq.*Ioann.Bapt. Marchesi. *de commiss.d.*3.*parte,cap.*1.§. 1.*de commissione super dilat.morat.n.*75.*cum seqq.*Mari. Anton. Macerat. *variar.resolut.libro* 2. *resolut.* 18. *per tot.* Pyrrh. Maur. *de fideiussor.* 1. *part. princip. in prælud. sect.*3.*cap.*1.(*aliàs* 11 (*per tot.*ad longum Alexand.Trentacinq.*variar.resolut. lib.* 3. *d.tit.*1.*de solut.resolut.*1.*n.*12.*& resolut.* 2. *per tot.& resolut.*3.*per tot.*Antoni.Faber *d. tit.* 19. *definit.*21.& aliis *ibidem*.Videndusque integer *titulus* 19.*lib.*5.*nonæ Reg.Collect.*vbi, quando, & in quibus casibus ruptis,vel decoctis à creditoribus dilatio concessa prosit, pactaque , & conuentiones inter eos celebratæ teneant, & obligent?

Qua in re annotare inter alia libet,maiorem creditorum partem non solum ad quinquennium dilationem concedere posse; sed etiam debiti partem remittere, † concurrereque,& consentire minoris summæ creditores in partis remissione debere ,*text.in l. Suum heredem*,8.§. *Hodiè,& l.Sequenti,D. de pact.* vbi per Scribentes,Matthæ.*de* Afflict.*decis.*288.*pertot.*præcipuè *n.*Latissimè Luc.Matthæ.Apicell.*vbi suprà,d.tit.*3.*de remissione debitor.per* 25. *n.* Debent tamen ad id requisita concurrere, de quibus per Marium Anton. Macerat.*d.resolut.* 18. *per.tot.&* Anton.Fab.*dict.definit.* 21. *versic. In quinquennalibus requiritur*,ab eoquè adductos. Estque expressa determinatio *in l.*6.*tit.* 15.*p.* 5. Nec ad huiusmodi quinquennalem concedendam dilationem maior creditorum pars , maiorumvè summarum concurrere necessariò debet; sed æqualium † sufficiet,ex *text. in l.fin. C.qui bon.ceder.poss.*quem ad id expressum,tenereque omnes ibi,dicit Nicol.Genua, *de script. priuat. dict.libro* 3. *titul.de Annalib. & quinquennalib. dilat. numero* 41.Franc. Viui. *dec.*38.*n.* 1. *lib.*1.

110 (margin at "ria dilatione"); 111 (margin at "biti partem"); 112 (margin at "sed æqualium")

VTRVM ACTIONEM nasci contra pauperem paupertas impediat? Vel obligationis saltem executionem etiam hodiè, donec melior debitori superueniat conditio, soluereque possit,differat?

SVMMARIVM.

1 *Actio contra pauperem nascitur debitorem, nec exactio differtur,licèt tempore , quo contraxit impotens ad soluendum esset.* Contrà n.4.& seqq.

2 *Debitor (quantumcumque pauper) arrestari, & detineri pro debito poterit,*, & n. 27. *Intellige*, vt n.32.

3 *Qui ab alio redemptus est , potest pro redemptionis pretio donec illud soluat, retineri.*

Mutuum recipiens , seruus est fœnerantis, ibid.

5 *Rei impossibilis promissio inutilis est , vbi impossibilitas à natura prouenit,non ab accidenti*, & num.28.

6 *Inutilis redditur actio.quam inopia debitoris excludit.*

7 *Conductori non remmittitur merces propter bellum, quod iam conductionis tempore vigebat, nec propter pestem , vel sterilitatem imminere solitam.*

8 *Propter sterilitatem,vel pestem remissio mercedis regulariter fit.*

9 *Arcis custodiam belli tempore suscipiens,etsi vi extrahatur,tenetur.*

10 *Conductor domus ruinosæ scienter,non potest ob eam causam ante finitum locationis tempus (nisi priùs integra pensione soluta) ab ea migrare , secùs si vitium ignorabat.*

Nec ob timorem mali aeris , vel malorum spirituum , si conductionis tempore conductor sciuit,recedere licet , nisi integra pensione soluta,ibid.

11 *Creditor,qui minus idoneos , pauperesque fideiussores accepit , eis contentus esse debet, nec de nouo erit satisdandum.*

Et etiamsi ignorantiam creditor alleget, quia id sibi debet imputare.

12 *Creditor si à principio satisdationem non petiit,eam postmodum petere nequit, nisi noua (nec leuis) superueniente causa.*

13 *Debitor suspectus,etiam die feriato non solùm ob hominum necessitates ; sed in honorem Dei,capi potest.*

14 *Intellige si suspitio post contractum emersit, non si tempore contractus aderat.*

15 *Contrahens cum aduena,vel forensi,quem statim recessurum putaret,non poterit eum ibi conuenire,sed domicilium eius sequi, nec cautionem,vel securitatem aliquam ab eo poterit exigere.cum eius fidem sequutus videatur.*

16 *Pro euictione venditor,nisi noua superueniat causa,satisdare non tenetur.*

17 *Beneficium* legis 2.C.de rescind. venit *scienti læsionem(ex communi Doctorum traditione)non competit.*

Cautio

18 *Cautio iuratoria malis imbuto moribus non,niſi tempore quo contraxis eiuſdem eſſet conditionis,defertur*,& n.19.
20 *Fideiuſſor, qui diu in fideiuſſionis nexu ſtetit,etiam ante ſolutionem,vel condemnationem ab ea liberari iuſtè petit.vel ſi malè ſubſtantia debitor vti cœperit*,& nu.21. *Limita*, vt n.ſeq.
23 *Mulier ob mariti inopiam dotem repetere poteſt,niſi cũ paupere viro cõtraxiſſe* & n.24. *Vagabundo ſcienter nubens, eum ſequi tenetur*,ibid.d.n.24.
25 *Paupertas executionem in ciuilibus impedit*, & ſeqq.*præcipuè* num.39. *Et an vltra tempus,quod iudicatis miſerationis cauſa datur?* n.27.& ſeqq.*Et an etiamſi poſt contractum ſuperueniat?*num.36.
26 *Debitor etiam poſt interpellationem,ſi ſoluendo à principio non erat,idque notum creditori, non conſtituitur in mora.*
28 *Intellectus ad* text.in l.Continuus,137.§.Illud, D. de verb.obli. & n.30.& ſeq.
29 *Debitor ſub conditione,verè debitor eſt, licèt interim ſuſpenſa ſit exactio.*
31 *Intellectus ad* text. in L. Incendium,11.C. ſi cert.pet.
33 *Intellectus ad* Regias leges *debitores creditoribus addicentes.*
34 *Obligatio quantitatis in qua expreſſa,& euidens difficultas adeſt; an in contractibus ſaltem ſtricti iuris vitietur?*
38 *Exceptio qualibet legitima,quæ intra decem dies fuerit probata,in executione admitti debet,eamque impedire.*

QVÆSTIO XLV.

PRæcedenti proxima præſens quæſtio eſt,illiuſque declaratoria.In ea enim indiſtinctè egimus, An debiti exactio,vel executio ob paupertatem differri poſſit,vel debeat, aliquo temporis ſpatio à lege,vel à Principe, maioriuè creditorum parte conceſſo?Nunc verò ſequitur videre, An ſi obligationis contractæ tempore paupertas debitoris adeſſet,obligationis effectum,actionéq; naſci impediat? Vel exactionem ſaltem differat, non ſolùm ad legale ſpatium, quod miſerationis cauſa conceditur,vel ex Principis gratia(quod ad quinque,vel decem ad ſummum annos,ex probabiliori ſententia, vt diximus, extenditur)ſed etiã vſq;ad tempus,quo debitor ſoluendo abſq; alicuius termini præfinitione ſit?Quæ qnidẽ quæſtio, & admodũ ſubtilis,& multum eſt in foro neceſſaria,cum nil frequentius.quàm huiuſmodi poſſint accidere obligationes,à pauciſq;tacta.Quare eam ex profeſſo tractare decreui.

Igitur prima fronte reſpondendum videtur(nemoque forte negaret)& actionem naſci, & exactionem vltra tẽpora miſerationis cauſa conceſſa
1 non differri,†licèt tempore,quo debitor contraxit,ſeq;obligauit,pauper,impotenſq;ad ſolutionẽ, obligationiſq; ſatisfactionẽ eſſet. Quod & ex traditis præcedenti quæſtione deduci poteſt, & probare videtur expreſſe *tex.in l.Continuus*, 137. §.*Illud.D.de verb.oblig*.vbi *Venuleius* Iureconſultus talem proponit quæſtionem.*Illud inſpiciendum eſt: An qui centum dare promiſit, ſtatim teneatur? An verò ceſſet obligatio,donec pecuniam conferre poſſit? Quid ergo,ſi nec domi habeat,nec inuenit creditorem? Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & reſpiciunt ad facultatem dandi.* & ibi:*Si ab eo ſtipulatus ſim,qui efficere non poſſit,cum alij,poſſibile ſit;iure factam obligationẽ Sabinus ſcribit.* Ex quorum *Venulei*, & *Sabini* reſponſis,obligationem ſtatim efficacẽ,validãque eſſe,nec ob paupertatem,inopiamq;vitiari, executionemvè differendam conſtat.Debitoremq,quãrũcumq; pauperem arreſtari,†& detineri pro de- 2
bito poſſe,notarunt Maſuer.*in praxi,tit. de execut.& ſubhaſtat.* poſt Angel.& alios,*in l.Pro herede,§.Si quid tamen,D.de acquir.heredit.* quos (cũ aliis)refert;& ſequitur Petr.Pechius, *in tract. de iure ſiſtendi,par.2.c.4.n.1.*vbi,quòd talis debitor non multò aliter,quàm is,qui ab alio redemptus eſt,†donec pretium redemptionis ſoluerit,de- 3
tinetur.*l.Senatus,43.§.fin.D.de legat.1.l.Qui teſtamento,§.Poteſtatis.D.qui teſtam.facere poſſunt,l.2.& fin.de poſt limin.reuerſ.l.Si patre redẽpto,15.D.eod.tit.de capt.& poſtlimin.reuerſ.Mutuum* namq;*recipiens* (vt Prouerb.c.22. dicitur) *ſeruus eſt fœnerantis.* Creditoriſq; ſeruum quodammodò debitorem eſſe, notauit *gloſſ.in l. 3. C. de nouat.*cenſereque leges debitores creditoribus ſuis adiicientes,de quibus ſuperiori egimus quæſt.

Contrariam tamen ſententiam plura iura, authoritateſque ſuadent) paupertatem ſcilicèt, & obligationi ortum impedire, † exactionemque 4
ſuſpendere.)Probat primò *text.in l.3.§. Qui ita ſtipulatur* (aliàs incipit, *Si quis ita ſtipulatur*) *D. de eo quod cert.loco*, vbi qui ſe ad dandum, vel ſoluendum certo loco, die certa non adiecta obligat,ne interim peti poſſit,dum illuc pecunia remitti non valet,cauere intelligitur. Verba text. ſunt:*Qui ita ſtipulatur, Epheſi 10.dari,ſi ante diẽ quàm Epheſum peruenire poſſit,agat, perperam ante diem agit.Quia & Iulianus putat,diem tacitè huic ſtipulationi in eſſe*.text.elegans *in l. Interdum,73.& in d.l. Continuus, 137. §. Cum ita ſtipulatus ſum, D.de verbor.oblig. text.* etiam ad propoſitum *in l.Inſulam,58.§.1.D.locat.* ibi:*Eatenus autem obligationem contrahi puto,quatenus vir bonus ſpatio temporis æſtimaſſet,quia id actũ apparet eſſe,vt eo ſpatio abſolueretur,ſine quo fieri non poſſet.*

Si verò intra diem certum ad dãdum,vel ſoluẽdũ,ſe quis adſtrinxerit,intra quẽ præſtari impoſſibile ſit,inutilis obligatio eſt,*d.§. qui ita ſtipul. in fin.*ibi:*quare verũ puto,quod Iulianus ait, eum qui Romæ ſtipulatur,hodie Carthagini dari,inutiliter ſtipulari.*text.in §.*Loca, inſtit. de verb. oblig.*Impoſſibilẽ namq;obligationem promiſſionẽvè inutilẽ eſſe,vulgaria iura clamitãt,§.*Impoſſibilis,inſt.de inutil.ſtipul.*cũ aliis iã ſuprà relatis.

Vndè deducitur,eum qui ſe pro certa ſũma ad diem certũ obligauit,cuius præſtatio ob paupertatẽ ei impoſſibilis eſt,quia nec vndè ſoluere, aut conſequi,cõparatiuè poſſit habet;hac impotentia liberari,ortumq; obligationis impediri. Ita docet Bart. *in d.§.Illud, n.3.& 4.* in contractibus ſaltem ſtricti iuris de quibus latiùs infrà.

Si autem abſque certi diei,vel temporis adiectione facta obligatio fuerit,exactionem quouſque melior debitori ſuperueniat conditio ſuſpendi,idque tacitè videri actum, reſpondendum (ex citatis iuribus) videtur.

Cui tamen argumento ſatisfieri poteſt,rei ĩmpoſſibilis promiſſionem inutilem eſſe.vbi impoſſibilitas prouenit à natura, † non ab accidenti, reſpondendo iuxta *textum in d.l.Continuus,137. §.Illud,de verbor.oblig.*hanc approbantem diſtinctionem,

ctionem, ibi: *Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & respiciunt ad facultatem dãdi.* De cu. ius interpretatione latiùs infrà Nobis erit agedũ

Pro suprà dicta etiam sententia, eiusq; confirmatione facit *text. in l. Itaque fullo, 12. D. de furt.* quæ furti actionem fulloni contra furem pro veste, quæ illi polienda data fuerat, & sutrepta concedit, quia cum custodiam præstare debeat, pro ea potest à domino conueniri: si tamen pauperi fulloni data sit, furtoque sublata, contra eum denegatur domino actio. Verba text. sunt: *Itaque fullo, qui curanda polienda vestimenta accepit, semper aget, præstare enim custodiam debet. Si autẽ*
6 *soluendo non est, ad dominum actio redit. Nam qui non habet quod perdat, † eius periculo nihil est.* Concinit text. in *l. Nam is, 6. D. de dolo mal. Nã is nullã videtur actionem habere* (inquit text.) *cui propter inopiam aduersarij inanis est actio.* text. etiam in *c. Olim, el 1, 16. in ordine,* extra *de stit. spoliat.* ibi: *Verùm quoniam inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.* facitq; text. in *l. Titius, 76. (vbi glos. & Doct.) D. de procur.* cum aliis; eleganter Valer. Marcial. *epigram. lib. 2. epigram. 3. ad Sextum.*

Sexte nil debes, nil Sexte, fatemur,
Debet enim si quis soluere, Sexte, potest.

Firmatur tertiò, & potentiùs ex *text. in l. Qui bona, 13. §. de damno infecto,* vbi sic ait Vlpian. *de illo quæritur, an inquillinis suis dominus ædium cauere possit: Et Sabinus ait, inquillinis non esse cauendum. Aut enim ab initio vitiosas ædes conduxerunt, & habent quod sibi imputent: aut in vitium ædes inciderunt; & possunt ex conducto*
7 *experiri: quæ sententia verior est.* Per quem *text.* conductori nõ remitti mercedem propter bellũ, † quod iam tempore conductionis vigebat, dicit *ibi Bald.* Ei namque imputandum, qui conditionem, statumque rei sciens, contraxit. Sequitur Alexãd. *cons. 6. in fin. lib. 2. & consil. 112. in fin. lib. 1.* Cattel. Cott. *in suis memorabil. verb.* Guerra, *& verb. Conductor,* Ripa *in tractat. de peste, n. 44.* Marc. Anton. Natta *cons. 46. n. 7. & cons. 110. n. 9.* Laurent. Syluan. *cons. 40. n. 29.* Roland à Valle *cons. 9. n. 25. lib. 1.* Franc. Bursat. *cons. 11. n. 27.* refert, & sequitur Petr. Surd. *cons. 374. n. 20. & 21* latè Vincent. Carot. *in tract. de locat. & conduct. 4. par. tit. de remissione mercedis, quæst. 8. n. 3.* vbi, quòd remissionis facultatem scientia tollit, vt puta si periculum belli, pestis, vel sterilitatis imminere solitæ conductor sciebat, allegat Riminal. Seniorem *cons. 33. n. 10. & 11.* Neuizan. *consil. 82. n. 10. & 13.* Afflict. *decis. 365. n. 8.* Riminald. Iun. *cons. 49. n. 6. & consil. 92. n. 5. lib. 1.* Roland. à Valle *con. 52. n. 29. lib. 2.* dicitque communem ex Ioseph. Ludouic. Ioan. Lup. Ioseph. *de Rustic.* aliisque relatis ibidem.

8 Cum regulariter propter sterilitatem, bellum, vel pestem soleat fieri remissio, † *c. Propter sterilitatem, 3. de locat. l. Si merces, 28. §. Vis maior, ff. eod. & l. Licet, C. eodem tit.* latè prosequitur idem Carot. *vbi suprà, q. 1. per tot.* pulchrumque sui ipsius factum, remissionemq; vindemiarum suarum propter spem mentitam, emptoribus à se factã, Plinius refert, *epistolar. lib. 8. Caluisio suo* scribẽs.

9 Inde etiam est, custodiam arcis tempore belli † suscipientem, etsi vi extrahatur, teneri. Ita Ioan. Andre. *ad Specul. super rubric. de locato,* Bassius *de remission. merced. conduct. n. 85* Cattel. Cott. Roland. & alij sup. Vincent. Carot. *d. q. 8. n. 4. & n. 12. in addit.*

Conductor item domus ruinosæ, quam locationis tempore ruinosam esse sciuit, † non eam 10
ob causam ante finitum locationis tempus (nisi priùs integra pensione soluta) è domo migrare potest, secùs si vitium ignorauit; *text. in d. l. qui bona, §. De illo, leg. Inquillino, 33. D. de damno infect. glos. in leg. Habitatores, 30. §. fin. in verb. Verè, D. locat.* Bald. *cons. 366. per tot. lib. 1.* Andre. Gail. *lib. 2. obseruatio. 29. numero 10.* Carot. *d. tit. de remis. merced. quæstione 8. numero 20. in fin.* vbi, nec mali aeris, malorumvè spirituum timore recedere conductori licere, nisi pensione soluta, si tempore contractus scientia aderat, resoluit. sic *Guidonem Papam decis. 630.* licere conductori propter malum aerem à domo conducta recedere, dicentem, limitans.

Quartò pro suprà dicta sententia facit *text. in leg. Si is à quo, 3. §. Si semel, D. vt in posses. legat.* vbi sic ait Vlpian. *Si semel fuerit satisdatum, quæsitum est, an etiam rursus cauendum sit, si fortè dicatur, egenos fideiussores fuisse datos? Et magis est, vt cauere non debeat, hoc enim Diuus Pius rescripsit Pacunia Licciniana. Ipsa enim facilitati suæ expensum ferre debet, minus fideiussores idoneos accepit.* Et in hanc eandem est *text. in l. Si ab arbitro, 10. ff. qui satisd. cog.* ibi: *Multoque magis si sua voluntate accepit fideiussores contentus his esse debet.* Qui apertè probant, creditorem, qui minùs idoneos, † paupe- 11
resque fideiussores accepit, eis contentum esse debere, nec de nouo satisdandum, tenentque Angel. & alij in *dict. l. Si ab arbitro,* Cattel. Cott. *in memorab. verb. Debitor non potest allegari,* Anton. Gomez *variar. lib. 2. cap. 13. num. 7.* Ioan. Gutierr. *de iuram. confirmat. cap. 16. num. 22. par. 1.* Castillo *controuers. lib. 4. cap. 59. num. 25.* Petr. Surd. *cons. 18. num. 1. & seqq.* vbi etiam id procedere dicit, si ignorantiam creditor alleget, quia qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis eius, iuxta vulgarem iuris regulam. Eiusque cum quo contrahit conditionem contrahentem scire presumi, docent Petr. Barbos. *in l. In omnibus, num. 70. D. de iudic.* Anton. Hering. *de fideiussor. cap. 8. num. 77. & seqq.* vbi, nec ditari quem posse, obstare dicit, quia ea, quæ à Fortunæ euentu pendent, incerta sunt.

Ideoque si nec fideiussores ab eo cum quo cõtraxit accepit (nisi noua superueniat causa) † aliam 12
nequibit creditor cautionem postulare, vt probant dicta iura, ex quibus (multisque authoritatibus relatis) hanc comprobat sententiam Petr. Barbos. *in d. l. In omnibus, numero 58. & seqq.* latissimè hac de re agens, omninoque videndus, vbi etiam *num. 65.* non leuem ad id paupertatis casum sufficere, aduertit.

Firmatur 5. principalis superior sententia ex eo, quia licèt debitor suspectus capi possit, † *l. Ait* 13
Prætor, 10. §. debitorem, vbi notat Bart. *n. ff. quæ in fraud. credit. glos. in princip. instit. de act. ver. In iudicio,* cum qua omnes transire testatur Aldroband. *ibi &* Ias. *numero 72.* allegans etiam *glos. in capit. 1. §. 1. verb. Potestatem, de pact. iuram. firmand. in vsib. feudor.* & aliam *in §. Necessitatem, verb. desinere, in auth. Vt iudic. sine quoquo suffrag. coll. 2.* Die quoque feriata, non solùm ob necessitatem hominum (vt probat *text. in capite fin. de iudic.* per quem dicit expeditum Ias. *in dict. princip. institut.*

de

de action. num. 77.) Sed & in Dei honorem, *gloss. in l. Dies festos*, 10. verbo, *Fideiussiones, C. de feriis*, Bart. *in dict. l. Ait Prætor*, §. *Si debitorem*, *num.* 3. *& ibidem*, Andreas Barba. *in eius additi. litt. D, D. de his quæ in fraud. credit.* Ias. *dict. princip. instit. de action. num.* 77. Barthol. Socin. *regul.* 78. Anchatran. *cons.* 95. *num.* 1. *& cons.* 112. *in fin.* Alexand. Trentacinq. (plures referens) *variar. resolut. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 10. *num.* 26. Roderic. Xuar. *in l.* 2. *Fori leg. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 20. *&* 21. vbi est *text.* & notat eius *Addit.*

Id tamen ita demum, si suspitio post con-
14 tractum emersit; † non si iam tempore contractus aderat, procedit argument. *dict. l. Qui bona*, 13. §. *De illo*, D. *de damno infect. dict. l. Si is à quo*, §. *fin.* D. *vt in possess. legat. & in l. fin. C. de spons.* tenet Bart. *in l. fin.* (per illum *text.*) D. *de feriis*, Bald. *in l. Si pro ea*, *in princip. D. mandat. & in rubric. num.* 5. *C. quæ in fraud. credit.* Angel. *in l. Nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib.* 10. *& in dict. l. Si ab arbitro* §. 1. *D. qui satisd. cog.* Aretin. *in l.* 2. *num.* 6. *D. solut. matrimon.* Cornel. Benincac. *de paupertat. speciali* 8. *in iudiciis*, *num.* 8. *cum duobus seqq.* Cattel. Cotta *in suis memorab.* dict. verbo, *Debitor non potest*, Paris. de Put. *in tractat. de syndicat. in tit. de capturis*, versiculo, *Captura*, *num.* 6. *&* 8. Franciscus Becci. *cons.* 220. *num.* 18. *&* 19. *lib.* 1. Iosephus Ludouic. *decis. Perus.* 41. *per tot.* Rolandus à Valle *consuet.* 65. *num.* 8. *& seqq. lib.* 3. vbi plenissimè Iacob. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 87. *num.* 16. Bellon. *cons.* 29. *num* 10. Petrus Barbos. *in l. Hæres absens*, §. *Proinde*, *num.* 120. *D. de iudic.* Petr. Surd. *cons.* 68. *num.* 5. Contraque Aduocatos, vel Assessores, qui debitorem tanquam suspectum de fuga detineri consulunt, nulla priùs fide Iudici facta, quòd tempore contractus soluendo debitor erat: inuehit Angel. (mille capturas ob id irritas fecisse asserens) in §. *Superest*, *num.* 84. *institut. de action. & in dict. l. Si ab arbitro*, §. 1. *num.* 2. D. *qui satisd. cog.* quem sequuntur Alexand. Ias. Aretin. Deci. & alij adducti per Surd. *suprà*, Doct. *in l.* 2. (vbi Castrens. *num.* 95. & Ripa, *n.* 37.) *D. solut. matrimon.* Hippolyt. de Marsil. *singul.* 284. Socin. *dict. regul.* 78. Alexand. Trentacinq. *dict. resolutione* 10. *numero* 5. Petr. Pechi. *in tractat. de iure sistendi. part.* 2. *capite* 5. *numero* 24. Ioann. Gutierrez *dict.* 1. *part. de iur. confirmat. cap.* 16. *num.* 22. & alij suprà.

Sextò pro eadem parte facit *text. in dicta l. Hæres absens*, 19. §. *Proinde*, D. *de iudic.* Ex qua contrahenti cum aduena, vel forensi, quem statim recessurum recedereuè posse, putaret
15 † illum inibi (in contractus nempè loco) conueniendi facultas denegatur, domiciliumquè eius sequi compellitur; nec cautionem, vel securitatem aliquam ab eo sic contrahenti exigere conceditur. *Nunquid dicemus, eum qui à mercatore quid comparauit aduena, vel ei vendidit, quem sit inde confestim profecturum; non oportet ibi bona possideri, sed domicilium sequi eius?* (Consultus ait.) Qui enim cum tali contrahit eius fidem sequi videtur, suspectumque dicere non potest, idque sibi debet imputare, *gloss. in l.* 2. §. *Sed etsi dubitetur*, D. *eod. tit.* Roderic. Xuar. *in dict. l.* 2. *Fori leg. lib.* 2. *tit. de los emplaçamientos*, vers. *Vlteriùs nota istum textum*, *n.* 5. *&* 7. plures referens, Ioan. Matienz. *in l.* 3. *tit.* 16. *lib.* 5. *noua Reg. Collect. gloss.* 1. *n.* 8. *&* 9. Borgnin. Caualc. *decis.* 2. *n.* 5. *part.* 1. communem dicit Petr. Pechi. *in tract. de iure sistend.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 2. Cauanit. *in ritib. magn. Curiæ ritu*, 70. *num.* 8. & hanc sibi placere dicit sententiam Alex. Trentacinq. *var. resol. dict. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 10. *num.* 8. vers. *Contra hanc opinionem*, firmat latissimè Petr Barbos. *in dict. l. Hæres absens*, *dict.* §. *Proinde*, *à n.* 116. *cum seqq.* præcipuè *n.* 121. *& seqq.*

Septimò facit, quia venditor pro euictione satisdare, nisi noua † superueniat causa, non 16
tenetur, *l. Habitatio*, *num.* 18. §. *fin.* (*vbi* Bart. Bald & Salyc.) (D. *de peric. & commod. rei vendit. l. fin.* §. 1. (vbi etiam Bart. Bald. & Salyc.) *C. de rescind. vendit.* plures referens Gaspar. Caualin. *in tract. de euict.* §. 2. *n.* 8. Petr. Surd. *cons.* 68. *n.* 5. *lib.* 1.

Octauò facit communis Doctorum traditio, quæ beneficium legis secundæ, C. de rescind. vendit. scienti læsionem † vltra dimidiam iusti 17
pretij non concedit. Eo namque casu, partim vendere; partim præsumitur donare, per *text. in l. Quæritur*, 14. §. *Si venditor*, D. *de ædilit. edict.* Alexand. *cons.* 126. *num.* 1. *lib.* 2. Decius *cons.* 883. *num.* 1. vbi communem dicit, communem etiam profitetur Andr. Gail. *practic. obseru. lib.* 2. *obseruat.* 29. *n.* 11. Roland. à Valle *consil.* 9. *n.* 26. *lib.* 1.

Nonò firmatur, quia licet cautio iuratoria malis moribus imbutis non deferatur: † (vt 18
latiùs suo dicemus loco, notatque Roder. Xuar. *in l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 2. *Fori leg. in princ. n.* 6. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 18. *n.* 36. (idem tamen ipse ibi, *n.* 37. id nisi tempore quo contraxit eiusdem esse conditionis limitat, † quia tunc 19
cautio sufficeret iuratoria: cùm hoc sibi debeat creditor imputare.

Decimò, quia etsi fideiussor, qui diù in fideiussione stetit, etiam ante solutionem, vel condemnationem à fideiussionis nexu liberari † 20
possit exigere, *text. in l. Lutius Titius*, 38. §. *Non absimilis*, D. *mandat. cap. fin.* extra *de fideiuss. glos. in l. Si pro ea*, 10. verb. *Feceris*, *C. mandat.* Alex *in l. Facere*, 29. *n.* 1. D. *solut. matrimon.* Guid. Pap. *decis.* 117. *n.* 1. Matth. de Afflict. *decis.* 241. *num.* 3. vers. *Secundò si diù stetit in obligatione, & ibid.* Vrsil. *n.* 4. Bartholom. Socin. *reg.* 191. Eugen. *cons.* 89. *n.* 40. Aluar. Valasc. *cons.* 36. *n.* 1. *&* 2. Iacob. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 41. *num.* 2. Pyrrh. Maur. *in tract. de fideiuss. sect.* 5. *cap.* 3. *n.* 32. *fol. mihi* 323.

Vel etiamsi diu in fideiussione non steterit, debitor tamen male vti † substantia cœperit. 21
dict. l. Lutius Titius, 38. *in fin.* D. *mandat. dict. l. Si pro ea*, 10. *C. eod. & dict. cap. fin.* extra de *fideiussor.* Afflict. *vbi suprà*, *num.* 3. versiculo, *Quintò si cœpit*, Pyrrh. Maur. *d. loco*, *n.* 28. & alij ex proximè relatis.

Qui tamen scienter pro paupere fideiussit, † pro eovè qui fideiussionis tempore 22
bona sua dilapidabat (etiamsi diù in fideiussione steterit) liberationem petet ineptè, ex *text. in l. Si creditores*, 15. §. *Planè*, D. *de priuileg. credit.* Cuius sunt verba: *Planè in recenti adita hæreditatis audiendi erunt, qui suspectum postulant,*

postulant. Caeterum si probentur passi eum in haereditate morari, nec quidquam in eum possint obiicere criminis, quasi dolosè versato eo; non debebit post multum temporis ad hanc necessitatem compelli. ex dict. *l.3. §. Si semel, cum lege sequenti, D.vt in possess.leg.* & magis in terminis est *text.* (à contrario sensu) *in dict. l.Si pro ea, 10. C. mandati,* per quem ita in specie notat ibi Bald. *num.2.* Ioann. Faber *in §. Si quis autem, num.1. & ibid.* Bellon. *num 4. institut. mandat. idem* Bald. *consil.315.num.1.lib.4.* Hippolyt. de Marsil. *in rubric.D.de fideiussor.quaest.31.n.216.* Pyrrh.Maur.*suprà dict.cap.3.num.19.*Andr.Gail. *pract. obseruat. lib.2.obseru.84.n.2. & obseru.29. num.9. eod. lib.*

Vndecimò, principalis firmatur assertio, quia licèt mulier ob mariti inopiam dotem re-
23 petere possit † *text.in cap.Per vestras, de donat. inter vir. & vxor.l. Si constante, 23.* (*vbi glos. ordin.*& communiter Doct.) D.*solut.matrimon. text.in l.Vbi adhuc, 29.* (*& ibi glos. & Doct.*) C.*de iure dot.text.in l.In rebus, 30.in fin.* versiculo, *Cum constante, eod. tit. auth. de aequalit. dot.§. Illud quoque,* versiculo,*Nos autem,coll.7. text.in l.29.tit.11.part.4.*

24 Id tamen in muliere, quae cum paupere † contraxit locum non habet; tunc enim dotis repetitionem ei denegari (cum mariti conditionem approbasse, visita sit) firmatur argumento *text.in l. Inter causas, 26.§.Abesse, D. mandat. in l. Promittendo, 42.§. Si à debitore, D. de iure dot. & in l. Si legibus, 16. C. de Episcop. Aud.*tenentquè Iacob.de Arena.Petr.Cyn.Bald. Angel.& Roman.*in dict.l.Si constante,D.solut. matrimon.* vbi communem dicit Ias. *num. 172.* veriorem què, & magis aequitati consonam *Practic. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad dotem*, Ioan. Lup.*in repet.dict.cap. Per vestras, in princip.§.Et propter ista forte, in princip.in 2. ampliat.* Paris. de Put. *vbi sup. dict.* versiculo, *Captura, num.9.* Petr. Surd. *cons.374. num. 22. lib.3.* Andr. Gail. *dict. obseruat.84. num.1.lib.2.* Petr. Barbos. *in dict.l.si constante, num.23. vers. Item secundò*, Anton. Gomez *in d.l.50. Tauri, num.33.col.5.in fin.vers. Quod tamen limita, & intellige*, P. Ludouic. Molin. *de iust. & iure, tract.2.disput.430.num.5.* Paul. Aemil. Gal. *in tract.de exceptionib.tit.4.except.9.num.15.* Ioan. Bapt. Cost. *de facti scientia, & ignor. centur.2. dist.80.n.15.*

Bonus deniquè hanc adiuuat sententiam *text.in l.fin.§ His illud,C.de sponsalib.& arrhis*, vt similia alia ommitamus; quodquè de muliere vagabundo scienter nubente, vt eum sequi teneatur, tradunt (post Tiraq. aliosquè ibid. adductos) Did. Couar.*de sponsal.2.part. cap.7. num.7.*Menoch *de arbit.casu 469.num.4.5.& 7.* Emman. Rodr.*in sum.p.1.cap.2.num.15.*Sanch. *de matr.lib.1.disput.41. num.5.* Farin. *quaest.142. num.272.*

Ex quibus omnibus, vel obligationis ortum impedire impotentiam, atquè inopiam, quae à principio extitit; vel eius saltem executionem, aut exactionem suspendere, donec melior pauperi superueniat conditio, idque tacitè videri actum, ac sibi imputare debere creditorem, qui cum paupere contraxit, haud dubiè deducitur.

25 Paupertatemquè executionem in ciuilibus suspendere, † tenent Abb. *in cap.Cum olim,16. n.2.de restit. spol.* Sebast. de Medic. *in tract. de casib.fortuit.2.p.q.4.n.19.* aliiquè infrà *n.37.* referendi.

Conducit, quod tradit Alexand. *in l. Quod te mihi, n.9. col.2. ante med.* Debitorem scilicet, etiam post interpellationem in mora non constitui, si à principio non erat soluendo, † idquè 26
notum creditori erat. Idem quoque tenet Salycet. *ibid.n.24.*praecipuè *in fin.* Bartoli distinctionem obligationis quantitatis, vel speciei, improbans.

Paulus tamen Castrensis suspendendam solùm executionem in obligatione quantitatis pro tempore, quod miserationis causa † iudicatis 27
datur, nec ampliùs expectandum, incarcerariquè pro debito posse, nisi ad cessionis bonorum beneficium confugiat, contendit, tenentquè alij *in dict.l.Continuus,§. Illud, D.de verb. oblig.*per illum *text.* qui capitalis est, & vnicus in materia.

Cui tamen responderi potest: † *Consultum* 28
ibi differendam debiti executionem non negasse; tantumquè An contrahi possit obligatio eius rei, cuius difficilis praestatio est, non solùm quando impedimentum à natura prouenit; sed etiam ex parte eius, qui est obligatus agere. Inquè hoc vltimo casu, obligationem à principio tenere, respondit, nec suspensam esse, donec pecuniam conferre possit debitor: non tamen executionem, vel exactionem contra paupetem, donec conferre pecuniam possit, suspendendam, inficiatus est. Imò, tunc suprà relatae doctrinae contra eum, qui cum paupere contraxit, militant. Et hoc inter difficultatem à natura vel ex accidenti discrimen vertitur: vt illa vitiet contractum à principio: haec executionem tantùm suspendat, *ex dictis iuribus supra in princip.* pro hac parte *num. 4.* adductis, & ex *§. fin. institut. de inutil. stipulat.*

Facit quod etiam dixerunt aliqui: Debitorem sub conditione, verè debitorem esse, † ne- 29
que in tempus conditionis obligationem suspensam, sed verè à principio extare, suspensam tamen interim exactionem, vt per Anton. Thesaur. *decis. 235. num. 3.* aliqua in huius rei confirmationem adducens. In diemquè debitorem, verè debitorem esse firmauit Anton.Faber *in suo Cod. definit. lib. 3. tit. 7. definit. 14. numer.1.*

Nec suprà dicta interpretatio aliquam vim, vel controuersiam cum verbis dicti *§. Illud*, patitur: imò initium tantùm † obligationis, non 30
eius executionem, vel exactionem respicere; ex eis manifestè deprehenditur; & ita eum *text.* intelligit *ibi* Bart. *num.5.*vbi de dicto *§.fin. inst.de inut. stipulat.* opponendo; haec adiicit: *Sed contra hoc, institut. de inut. stipulat. §.fin. Solue, non potest agi quoad effectum executionis, vt ibi, sed quoad effectum condemnationis sic.*

Et licèt statim opponat *ibidem*, secundum hoc, non posse exigi, qui in pecunia non habet, nec condemnatum in carcerem detrudi; & sic bonorum cessionem necessariam non esse, contra *legem 1. C. qui bon. vedere possunt.* (Quo argumento, & ratione, *Bartoli* sententiam suprà relatam, improbant Paul.Castrens.& alij *in dict.*

dict. §. *Illud*) velit me satisfacere idem Bart. *ibi*, inter obligationem dandi speciem, vel quantitatem distinguendo: vt primo casu differatur executio, non secundo: ea motus ratione; quia sicut casus non liberat debitorem; ita nec difficultas vltra tempus, quod iudicatis datur, exactionem impediat, per *text. in dict. l. Cum res*, 47. §. 1. *D. de legat.* 1. quam etiam differentiam constituit *in dict. l. Quod te mihi*, *num.* 14. D. *si cert. petat.* inter quantitatis, vel speciei obligationem, vt debitor ob præstationis difficultatem in mora constituatur, vel non: Adhùc tamen sustineri huiusmodi in præsenti casu distinctionem non posse, idemque in obligatione quantitatis, & speciei dicendum fore videtur ex eodemmet *text. in dict.* §. *Illud*, vtrumque impotentiæ præstandi quantitatem, vel speciem æquiparante casum, ibi: *Quia in pecunia, & in Sticho illud commune est, quod promissor, in præsentiâ dare non potest.* Ad quod notat *text.* hunc Alexand. *in dict. l. Quod te mihi*, *num.* 9. *col.* 2. *circa princip. & ibidem* Salycet. *num.* 24. versic. *Ego vero teneo, quòd idem sit in obligatione quantitatis, quod speciei.*

Nec *text. in d. l. Cum res*, 47. §. 1. *D. de leg.* 1. (suprà à Bartolo adductus) eius probat sententiam; nec quando legatum speciei, vel quantitatis præstandum sit; sed vbi, determinat.

Nec pariter æquiparatio Bartoli de casu ad difficultatem (quod sicut casus non liberat debitorem; ita nec difficultas impediat exactionem) procedit. Non enim sequitur necessariò: Casus non liberat debitorem, ergo nec ob casum differtur exactio, vel casus dilationem non præstat. Cuius assertionis plurima possent adduci exempla, in quibus, licèt casus non omninò liberet, præstat tamen dilationem. Idque ipsum, suprà que principalem relatam sententiam (*differendam ob impotentiam, etiam quantitatis exactionem; casumque obligationem principalem non perimere*) probat elegans decisio *text. in l. Cum quidam*, 7. *C. de condit. insert.* vbi *Imperator Iustinianus*, talem proponit quæstionem: Si quis liber esse iussus sit sub conditione si centum, vel quid aliud hæredi alterivè præstiterit, qui dum quantitatem, vel rem sub cuius præstationis conditione libertas relicta est, afferebat, incursu latronum hostium, vel alio casu amisit, an & absque illius rei, vel quantitatis præstatione libertas seruo competat? omninoquè à tali obligatione liber remaneat? vel donec rem, vel quantitatem præstet, ei libertas denegetur? Libertatemquè statim seruo competere, non tamen obligationem rem, vel quantitatem dandi ob casum, impotentiamvè sequutam, extinctam esse, licèt eius exactio suspendatur, respondet. Imperatoris verba sunt: *Cum quidam testamento condito libertatem seruo suo dereliquit sub conditione*, Si suo hæredi certum numerum solidorum præstaret, vel aliam quandam speciem, vel vicarium seruum; *ille autem seruus non in eodem loco constitutus, vbi etiam heres fuerat, herili testamento cognito, properabat ad heredem cum ipso, quod iussus erat dare heredi, sed in medio latronum, vel hostium incursione, vel alio fortuito casu peremptum est, quod portabat: Querebatur inter antiquos, si prædiretur libertas, quia hoc dare seruus non potest propter memoratum for uitum casum? Itaquè veterum dubitate quiescente, Nobis placuit, vt libertas omnimodò competat, & commodum, quod heredi, vel extraneo relinquitur, non abstrahatur. Ex quacumque igitur causa impediatur, siue per heredem, siue per eum cui dare aliquid iussus est, siue per fortuitos casus: in libertatem quidem ipse omnimodò perueniat, nisi ipse seruus noluerit adimplere conditionem: obnoxius tamen constituatur post libertatem heredi, vel ei cui dare aliquid iussus est, &c.* Cuius textus decisio nostram quoque firmat. Cui nec obstat *dict. l. Incendium*, 11. *C. si cert. pet.* adducta per Bart. *in dict.* §. *Illud*, quia solùm obligationis respicit radicem, † 31 eamquè ob casum superuenientem non perire determinat; non tamen obligationis effectum, executionemvè suspendendam negat. *Incendium* (inquit textus) *ære alieno non exuit debitorem.*

Vndè vera suprà tradita à Nobis resolutio redditur, casu quo à principio † difficultas, 32 seu impossibilitas præstandi quantitatem adfuit: in quo rationes *ex num.* 4. *cum seqq.* adductæ militant, in eoque Bartholi sententia *in dict.* §. *Illud*, *num.* 5. (distinctione impotentiæ præstandi speciem, vel quantitatem reiecta) locum habebit. Quam etiam in isto casu (dicta distinctione contempta) tenet Salycet. *in dict. l. Quod te mihi*, *numero* 24. *in fin.* D. *si cert. petat.*

Opinio verò Pauli Castrensis, & aliorum quando post contractum, vel obligationem superuenit indigentia, intelligi poterit, tunc què forsan ad bonorum cessionis beneficium confugere debitorem, aut in carcerem detrudi, necessarium erit; quod & contrariam proximè citandorum indistinctè paupertatem executionem suspendere tenentium opinionem sustinet. Si tamen præfatam teneamus distinctionem, secundum eam intelligendæ *Regiæ leges*, † quæ creditori debitores addicunt, veniunt: de quibus 33 *quæstione præcedenti*, *numero* 23. & 24. egimus.

Imò plus voluit Bart. *in dict.* §. *Illud*, *num.* 3. & 4. quòd si in obligatione quantitatis expressa, euidensque difficultas adsit, † vitietur obliga- 34 tio, eiusque (in contractibus saltem stricti iuris) ortus impediatur. Cuius sententiam impugnat (falsam dicens) *ibid.* Angel. *num.* 2. addens, quòd si notoriè mendicus, & ab amicis omnibus destitutus mille marchias promitteret auri, teneret obligatio, *ex dict.* §. *Illud.* Cui (quantum ad obligationis validitatem) assentior; expressus enim in id videtur *text. in dict.* §. *Illud.* Differendam tamen obligationis executionem, † tenendum existimo cum Bart. *ibid. dict. num* 5. 35 speciei vel quantitatis præstationis differentia reiecta, cum Alexand & Salycet. suprà relatis, pluribusque aliis nouissimè adductis per Mauric. Apicell. *allegat.* 6. *num.* 19. Qui idem etiam vbi paupertas obligationem sequuta est, † fir- 36 mat, differendamque tunc quoque executionem si absque debitoris culpâ accidat. Quidquid autem in hoc tenendum sit, verám in casu isto à Nobis traditam sententiam, tenendamque existimo, debiti nempè exactionem, † donec 37 debitori melior superueniat conditio, soluereque possit, differendam. Nullaque facta distinctione

stinctione, paupertatem executionem suspendere, asserrit Francisc. Ripa *in l. Qui pro Tribunali, num.3. D. de re iudic.* quam etiam simpliciter (per *dict. l. Si ab arbitrio*, 10. *D. qui satisd. cog.*) tenet assertionem Matta *de iurisdict. 4. par. cent. 1. casu 42. num. 25.* vbi debitorem qui tempore contracti debiti paupertimus erat, pro eo capi non posse, firmat, & Personal. *cons. 45. num. 19.* Cui & auxiliatur sententiæ, quam ex Cardinal. Francisc Toleto in specialibus quæstionum calce adiectis *num. 8. 9. & 10.* retulimus.

Quæ omnia etiamsi debiti contracti instrumentum publicum, guarentigiatumque sit confectum (stante adhuc *legis Regiæ 1. & 2. tit. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* dispositione) procedere, non dubium est: cum per eas legitimæ, quæ-
38 que intra decem dies † probatæ fuerint exceptiones non repellantur; quin ex earum verbis, communi praxi, Doctorumque sententia admittantur; vt (multis dictarum legum ponderatis, perpensisque verbis) tradit Paz *in praxi 5. partis, tom. 1. cap. 3. num. 34.* versic. *Item executionem impediunt nondum exceptiones suprà relatæ*, fusissimè Ioann. Parladot. *rerum quotidianar. lib. 2. cap. fin. 5. part. §. Vndecimò, per tot.* Quod & apud Supremum Senatum obtinuit, in causa *Marchionissæ del Valle* cum Petro de Mendoça, quæ se pro debitis filiorum *Marchionis del Valle* mariti sui fideiussionis vinculo creditoribus adstrinxerat; à quibus cum ad solutionem (præfatæ obligationis virtute) Marchionissa vrgeretur: à Senatu (egestatis suæ prætextu, eaque probata) Regium impetrauit diploma, ne pro tunc, & vsquequò aliud iuberet Senatus, contra eam instrumenta mandarentur executioni, eiusque interim suspenderetur effectus.

VTRVM SPOLIATVS ante omnia sit restituendus, vbi quis spoliauit pauper est?

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia restituendus est omni exceptione postposita.*

2 *Nec si vnus nummus deficiat, respondere tenetur spoliatus.*

3 *Ante omnia restituendus spoliatus est, siue iustus, siue iniustus possessor sit.*

4 *Et siue re corporali, siue incorporali sit spoliatus, vtili saltem interdicto vnde vi.*

5 *Interdicto vnde vi, spoliique actione non solùm contra ipsummet spoliatorem, sed etiam contra quoscumque ad quos res ipsa peruenit, agi potest.*

6 *Nec ante auditur qui spoliauit, quàm rem cum fructibus, & expensis restituat, non solùm perceptos, & stantes; sed qui percipi potuerunt, & n. 7.*

8 *Fructus præstandi ab spoliatore, in loco rei vbi spolium fuit commissum, præstandi sunt.*

9 *In fructibus restituendis, an spoliatoris, vel spoliati persona sit habenda ratio?*

10 *Pauper qui spoliauit antequam fructus expensasque restituat audiendus est.*

QVÆSTIO XLVI.

PEr quam vulgatum est, spoliatum ante omnia restituendum, † neque ante spo- 1
liantem fore audiendum, omnique exceptione postposita de spolio cognoscendum; *text. est in l. Si quis ad defendendum, 7. C. ad leg. Iul. de vi public. l. 1. C. si per vim, vel alio modo, l. 1. D. de vi, & vi armata, cap. In litteris 5. cap. Cùm quis, 6. cap. Conquerente, 7. cap. Sæpè, 18. extra de restit. spoliat. cap. 1. 3. quæst. 1. cap. 2. & per tot. 1. quæst. 2.* Ripa *in l. Naturaliter, §. Nihil commune, num. 47. D. de acquir. possess. & ibi* Rub. *num. 142.* Socin. *regul. 30.* Oldrad. *cons. 124. in princip.* Paul. Castrens. *cons. 213. in princip. lib. 2.* Iacob. Menochi. *de recup. posse. remed. 1. n. 12.* Card. Seraphin. *decis. 1345. num. 5.* latè Anton. Gabriel. *commun. conclus. tit. de restit. spoliat. conclus. 1.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg 96. n. 3* Vincent. Carot. *decis. 129. n. 1. & 2* plenissimè Cardina. Dominic. Tusch. *pract. conclus. liter. S. conclus. 385.*

Quod adeò procedit, vt si vnus nummus spoliato deficiat, † in aliis respondere non te- 2
neatur, ex sententiâ Baldi per *text. ibi in dict. cap. Conquerente, num. 1. de restit. spoliat.* & prosequitur Rota Romana *Diuersor. decis. 652. n. 2. par. 2.* Ouidi. de Amic. *de iure emphyt. q. 7. n. 6.* vers. *Quod si spoliato.*

Siue etiam spoliatus iustus, † siue sit iniustus 3
possessor, ante omnia enim erit restituendus, in pristinamque reponendus possessionem, *text. in dict. l. 1. §. Qui à me, in l. Colonus, 12. l. Cum fundum, 18. §. Emptorem quoque, D. de vi, & vi armat. l. 1. §. Denique, D. quod vi, aut clam, dict. cap. In litteris, 5.* extra *de restit. spoliat. l. Si quis ad se fundum, 7. C. ad leg. Iul. de vi public.* tenent Bald. *cons. 135. in princip. lib. 3.* Ripa *in dict. §. Nihil commune, num. 47.* communem dicit Menoch. *dict. remed. 1. quæst. 11. num. 110.* Cardinal. Tusch. *dict. conclus. 385. num. 17. lit. S, & conclus. 373. num. 1.* Borg. Caualc. *de vsufruct. num. 6.* Vincent. de Franch. *dict. decis. 129. num 4.* latè Crauet. *cons. 140. n. 2. 3. & 4.* Anton. Faber *in suo Cod. definit. 18. lib. 4. tit. 3. defin. 2. num. 2.*

Et siue re corporali, † siue incorporali spo- 4
liatus sit (vtili saltem interdicto vnde vi) vt contra Azonem, & Accurs. probat Bart. *in l. 3. §. vnde vi, num. 3. D. de vi, & vi armat.* cuius sententiam amplectitur Menoch. *dict. remed. 1. quæst. 8. num. 81. & 82.* alios pro ea adducens, tenet etiam Tusch. *conclus. 375. num. 1. dict. lit. S.*

Non solùmque contra ipsummet spoliatorem † interdictum vnde vi; spoliique actio 5
competit, sed etiam contra quoscumque ad quos res ipsa peruenit, *text. in dict. l. 1. §. fin. D. de vi, & vi armat. & in l. Si plures, 9. eod. tit.* Ripa *in dict. cap. Sæpè, num. 8. de restit. spoliat.* Matthæ. de Afflict. *decis. 118. in fin.* Robert. Marant. *de ordin. iudic. dist. 7. num. 28.* Menoch. *suprà quæst. 14. num. 152.* prosequitur latissimè Tusch. *d. lit. S, concl. 375 per 22. numeros,* Cardin. Seraphin. *decis. 1262. n. 8.*

Nec

Nec ante eum qui spoliauit, quàm rem ipsam
fructusque & expensas vsque ad obolum resti-
6 tuat, † posse audiri, probat *text. in dict. l.1. §. Ex die, D. de vi, & vi armat. & in l. Videamus, 38. §. In Fastana, D. de vsur. gloss. in cap. 1.* verb. *Restitui*, extra *de restit. spoliat. ex text. in cap. grauis, eod tit.* vbi per Scrib. Bald. *in dict. cap. Conquerente, num. 1. de restit. spoliat.* Panormit. *in cap. Accedens, el 2. num. 5.* (*& ibid.* Andre. Barbat. *num. 27.*) *vt lite non contestat.* Ripa *in dict. l. Naturaliter, §. Nihil commune, num. 50. D. de acquir. possess.* Alciat. *responso 370. num. 5.* Plorus *in l. Si quando, num. 732. C. vnde vi*, Iacob. Menoch. *dict. remed. 1. num. 306. & 412.* Petr. Paul. Paris. *cons. 1. num. 147. lib. 1.* Cardinal. Tusch. *d. lit. S. conclus. 380. per tot.* Bertrand. Gonçalez *in reg. 8. Cancellar. gloss. 2. num. 25.* Cæsar. de Gras. *decis. 41.* (*aliàs 3.*) *num. 8. & 10. tit. de restit. spol.* Achil. de Gras. *eod. tit decis. 17. n. 1.* id tritissimum dicens, Paulus Æmil. Verall. *decis. 207. num. 5. part. 2. & decis. 171. & 184. par. 3.*

Non solùmque fructuum stantium, & perceptorum; sed etiam eorum, qui percipi po-
7 tuerunt, † restitutionem faciendam, tradit Cardinal. Iacob. Pute. *decis. 375. num. 1. 2. & 3. lib. 1.* ex pluribus Rotæ decisionibus, scilicet *decis. 10. 11. & fin. de restit. spoliat. in antiq. & decis. 34. tit. de re iudic.* etiam in antiquis Achil. de Gras. *d. tit. de restit. spol. decis. 20. num. 3.* qui & *decis. 19. num. 1.* fructus soluendos ab spoliatore, etiam
8 consumptos, inque loco rei, † in quo fuit commissum spolium, præstandos asserit; Quod maximè vtile aduertit; propter vsuras, cambia & recambia, etiam quòd pecuniæ pro fructibus consumptis soluendæ essent, ita decisum referens *n. 2. ibid.*

An verò in huiusmodi fructuum restitutione
9 spoliatoris, spoliatæuè personæ † sit habenda ratio? vt nempè tot restituantur, quot spoliatus an verò quot spoliator percipere posset? vide *text. in l. Fructus 15. & ibi. gloss.* verb. *Potuerunt, & in l. Nauis, 62. §. fin. D. de rei vend. in l. Apud Iulianum, 41.* (aliàs incipit Aphricanus) *§. 1. D. de legat. 1. in l. Si de possessione, 4. C. vnde vi, & in cap. Grauis, 11. extra de restit. spoliat.* quibus restituendos fore fructus, quos spoliatus percipere potuisset, probatur: etsi *text. in l. Dominum, 5. de rei vend.* sufficere si præstentur, quos spoliator percepit, vel percipere fructus potuit, ostendat. Qua de re videndus latè Menoch. *d. remed. 1. n. 414. cum seqq.*

Paupertas tamen spoliatoris operatur, vt ante fructuum etiam, expensarumque restitu-
10 tionem pauper, qui spoliauit, audiatur, † ac ei decernatur commissio, vt possessione, reque ipsa principali restituta, constito de paupertate expensis, & fructibus ad finem vsque litis reseruatis; ad vlteriora procedatur, deque negotio principali tractetur, vt tradit Octauian. Vester *in praxi Romana Curiæ, lib. 4. cap. 4. de dolo, & contumacia, num. 9. & lib. 7. c. 1. num. 8. & lib. 8. c. 3. de restit. in integr. num. 12.* Lancellot. *de attentat. 3. part. cap. fin. num. 93. & num. 154. & sequentibus, in noua impressione*, Staphil. *de liter. iustit. § penult. in fin.* Ioan. Baptist. Marchesan. *de commission. 2. part. cap. 2. de commissione super nullitatibus, num. 64. folio mihi 153.* Hieronym. Gonzalez *super dict. regul. 8.* Cancellar. *gloss. 2. num. 25.* Stephan. Gratian. *decis. 110. in addit. ad num. 10. num. 5.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. lib. 1. cap. 86. num. 53.* Rota Roman. *decis. 363. in fin. part. 2. ex collectis à* Farinac. & nouissimè eadem Rota Romana, *coram* R. P. D. Alexandro Ludouic. (ad Summi Pontificatus apicem postmodum euecto, *decis. 361. num. 3.* vbi ita fuit decisum. Reseruandosquè in finem litis fructus, dixit etiam Rota *coram* R. P. D. Coccino, Decano, & Rota *in Elenen. præceptoria, 5. Iunij 1609. coram* R. P. D. Mançanedo. Ne si aliter fieret, bonam quantumvis causam ob impossibilitatem dimittere cogeretur pauper. Et ita in pauperum causis in præsenti rescribere *Signaturam* solere: *Constito de paupertate, dimissa possessione tantùm, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis, &c.* testatur Oliuer. Beltram. *in annotat. ad* Gregor. XV. *dict. decis. 361. num. 5. lit. B.*

VTRUM EXEMPTUS priuilegio exemptionis aduersus pauperem gaudeat?

SUMMARIUM.

1 *Exemptus, vel Iudicem conseruatorem habens, coram illo, & non alio conueniendus est*, & n. 6.
2 *Priuilegium dicitur lex priuata.*
3 *Et adstringit fortiùs, quàm generalis lex; cum specialis prouisio generali deroget.*
4 *Statutum potest legi derogare.*
5 *Statutum tanto fortiùs est, quanto specialiùs.*
7 *Exemptus aduersus pauperem priuilegio exemptionis non gaudet*, & num. 12.
8 *Pauperes ne extra Prouinciam trahantur, vtque alios ipsi trahant, priuilegio gaudent.*
9 *Nec post primam sententiam Prouinciam exire pauperes compelluntur.*
10 *Nec possunt huiusmodi priuilegio renunciare.*
11 *Nec cessionis bonorum beneficio, remissiuè.*

QUÆSTIO XLVII.

Exemptus, vel Iudicem Conseruatorem habens, coram illo, & non alio conueniri, debet, † *text. in capit. 1. de priuileg. in 6. cap. Sanè, 9. de priuileg. & excessibus priuilegiator.* 1

Priuilegium enim suum cuique seruandum est, cum lex priuata dicatur, † *l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. l. fin. C. de inoffic. testam. cap. Priuilegia, 2. distinct.* 2

Fortiùsque adstringit, † quàm generalis lex, 3
text. (*& ibi glos. magist. verb. plus*) *in cap. Quamquam, 6. distinct. 13.* Cum specialis prouisio generali deroget prouisioni, *text. in l. In toto, 41. D. de regul. iur. text. in l. Seruis vrbanis 97. §. fin. D. de legat. 3.* vbi plures concordantes adducit *glos. verb. Derogat, vulgar. regul. in cap. Generi 34. de regulis iuris, in 6.* Menoch. *consil. 141. num. 26. cum sequentibus, & num. 37.* Surd. *de aliment. tit. 2. quæst. 15. num. 150. & titul. 9. quæst. 8. & decisione 255. num. 21. & consilio 352. num. 1.* Gutier. *practicar. quæst. libro 3. quæst. 24. num. 6.*

num.6. Cæsar. Argel. *de contrad. act. legit. quæst.2. num.112.* Cardinal. Tusch. *littera G, conclusione 32. & conclus. 36.* latè *Nos in axiomat. & locis commun. iur. litt. G, n.13. & seqq.*

4 Ex quo, posse statutum legi derogare, † dixit *gloss. in l. Nec ex prætorio, 28. D. de regul. iur. & in l. Neque pignus, 46. ver. Priuatorum, D. eod.* lateque consuluit Paul. Castrens. *consil. 192. n.2. vers. Sed & talis, lib.1.* Riminald. *cons. 333. num.2. lib.2.* Iacob. Menoch. *consilio 4. num.14. lib.1.*

5 Et quanto magis statutum est speciale, † tanto fortiùs, vt per Alexand. *in l. Gallus, §. Ille casus, D. de lib. & posthum.* Corne. *consil. 66. in fin.* Aretin. & alios, quos, refert, & sequitur Andr. Alciat. *in tract. de præsumpt. præsumpt. 36. n.2. regul.3.*

Ideoque huiusmodi exemptiones, ac Priui-
legia Pontifice, vel Rege concessa ad vnguem
6 sunt seruanda, † neque possunt à quoquam
infringi, dictis iuribus suprà, & notat Ioann.
Andr. *in addit. ad glos. dict. cap.1. de priuileg. in 6.
verbo, Exemptionis.*

7 Paupertas tamen efficit, † vt exemptus aduersus pauperem exemptionis priuilegio non gaudeat; tradit in specie Cardinal. Marcel. Crecent. *decis. 16. in tit. de priuileg.* (aliàs 223.) *num.1.* vbi, quòd probata paupertate, & impotentia eundi ad Magnum Magistrum, ibique litigandi, ac causam prosequendi, non potest pauper (vigore priuilegiorum Magno Magistro, ac Ordini Hierosolymitano concessorum in Maltam euocandi, vbi magnus residet Magister) coram eo litigare cogi, quia licèt priuilegia sint amplissima, & prægnantissima, clausulas derogatorias habentia; nunquam tamen (secundum *Dominos in vna Pampilonensi Prioratus sancti Crucifixi, coram D. Mohedano*) videtur sublatum priuilegium in corpore iuris clausum, ad *gloss.* & Bart. *in Authent. Qua in Prouinciis, C. vbi de crimin. agi oport.* Bald. & Paul Castrens. *in l.2. §. Omnes, de iud.* Roman. *cons. 498. col.6.* & Felin. *in cap.1. col.9. de rescript. & in cap. Nonnulli, eodem tit. conclus. 16.* prout eos in id Cardinal. Crecent. citat.

Pauperibus autem concessum priuilegium
8 esse, † ne extra Prouinciam trahantur, vtque
ipsi trahere alios possint, inque *legis vnica, C.
quando Imperat. inter pupillum, & vidu.* disposi-
tione pauperes contineri; post multos, latè tra-
dit Ioann. Bapt. Marchesan. *de commission. 2. part.
de commissione auocat. caus. §.2. per tot.* præcipuè
num.13. & 17. & Crecent. vbi suprà num.1. di-
cemusquè *q. 52.* quodquè notauimus *q. 39.
n.7.* vide.

9 Idquè post primam quoque sententiam † obseruare *Curiam Romanam*, testatur Achil. de Gras. *decis. 27. tit. de rescript.* vbi quòd paupertas mulieris conuentæ sola sufficit, vt ad partes etiam remoras remittatur causa, nec à Curia Romana etiam post primam sententiam auocetur.

10 Imò plus tenet Marchesan. *vbi suprà n. 20.*
huiusmodi non posse priuilegio † renunciari,
cum miserationis causa concessum sit, ex Felin.
in cap. Si diligenti, num.3. de foro compet. conclus. 4. Neuiza. Bald. Salycet. Afflict. & aliis. Simile adducens de miserabili cessionis † beneficio, ex pluribus ibi relatis, dicemusque latiùs *q. 49. n.17.*

Exemptum denique priuilegio exemptionis
aduersus pauperes † miserabilesque non gau- 11
dere, statuit, determinatquè expressè *Sacrum
Concilium Trident. sessione 7. cap.14 de reformat.*
in causa mercedum, miserabiliumquè persona-
rum, hæc adiiciens. *Clerici seculares, aut regulares extra monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiamsi certum iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant: in aliis verò si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis (tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis) conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint, priuilegiis, exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris,* & sessione 14. cap.5. de reformat. ibi: *In causis verò mercedum, aut miserabilium personarum, huius Sancta Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat.*

VTRVM ACTIO PERSONALIS CONTRA TERTIUM NON CONTRAHENTEM, VBI SALTEM DEBITOR PRINCIPALIS PAUPER EST, NEC SOLUENDO, DETUR?

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis contra debitorem ipsum, vel eius hæredes datur, non contra tertium.*

2 *Actio personalis nec fundi possessorem sequitur.*

3 *Statutum disponens, vt instrumenta guarentigia executioni mandentur, & ne contra ea alia exceptio, nisi solutionis opponi possit, quoad principalem debitorem, non quoad tertium procedit.*

4 *Pro alterius debito nemo tenetur, conueniriuè potest.*

5 *Nec filius pro patre, vxor pro marito, aut contrà.*

6 *Statutum disponens vt vnus pro alterius debito teneatur, validum non est.*

7 *Paupertatis fauore actio personalis contra tertium datur,* & n.8.

Repetitio indebiti soluti aduersus eum conceditur cui pecunia profecit, si causam habuit lucratiuam vbi indebitum pauperi, nec soluendo præstitum, solutumque est, d. n.7.

8 *Mutuans pecuniam pauperi, & existenti non soluendo, qui ex ea filiis præstitit alimenta, poterit contra filios (habentes fortè res maternas, vel aliàs diuites) agere.*

9 *Vxor diues pecuniam, quam vt se, coniugemque aleret, mutuam maritus recepit, soluere tenetur.*

10 *Et non solùm pecuniam, pro alimentis necessariis mutuam à marito receptam; sed ad status conseruationem.*

Honor & vita in iure æquiparantur, ibid.

11 *Filij, vel vxor pro pensionibus domorum, quas pater, vel maritus pauper, vt simul habitarent, conduxerunt, conueniri possunt.*

12 *Vel pro expensis in emendo, sustinendoque*

curri-

currit, quo vxorem (si id eius deposceret conditio) duceret.

13 *Vel si merces emptas recipiat, easque vt filios ac vxorem aleret, reuendiderit, quamuis immediatè reuenditarum rerum pretium in alimenta non conuertatur.*

14 *Intelliguntur prædicta, quando qui pecuniam in dictis casibus recepit, pauper, nec soluendo erat, secus si pauper tunc non esset.*

QVÆSTIO XLVIII.

1 PErsonalis actio contra debitorem ipsum, † vel eius hæredem, non contra tertium dari solet, *text. in l. Non aduersus*, 15. *C. si certum petatur*, cuius sunt verba: *Non aduersus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed eius cui hanc credideras hæredes experiri; contra iuris formam euidenter postulas, l. Si is*, 8. *C. depositi*; *Si is qui depositam à te pecuniam accepit* (inquit textus) *eam suo nomine, vel cuiuslibet alterius mutuò dedit, tam ipsum de implenda, suscipiendaque fide, quàm eius successores teneri tibi, certissimum est. Aduersus eum autem, qui accepit, nulla actio tibi competit, nisi nummi extent, tunc enim contra possidentem vti rei vendicatione potes.* text. *in l. His solis*, 49. *D. de conditione indebiti. His solis pecunia condicitur, quibus quoquomodo soluta est, non quibus profecit* (Consultus ait) *text. in l. Cum cui*, 13. *C. de actionibus & obligationibus*, Decius *consilio* 187. *num.* 1. Petr. Paul. Parif. *consilio* 32. *num.* 103. *lib.* 1. Ioann à Castillo *de vsufruct. cap.* 58. *num.* 8. Francisc. Milanc. *decis.* 19. *num.* 11. Ioann. Cephal. *consilio* 352. *num.* 23. Petrus Surdus *consilio* 17. *num.* 10. *& decis.* 236. *num.* 8. Quod & agnouit Seneca *de benefic. lib.* 5. *Sicut pecunia* (inquit) *ab eo petitur cui credita est, quamuis ad me illa aliquo modo venerit.*

2 Nec fundi possessorem † personalis obligatio sequitur, *text.* est *in l.* 1. §. *Si hæres, D. ad Senat. Consult. Trebel. & ibi gloss.* verbo, *Sequitur text. in l. fin.* §. *fin. D. de contrahend. empt. l. In causæ la* 1. 14. *in ordine*, §. *Interdùm, D. de minor. gloss. in l. Ea lege*, 3. *in verb. Alienaret, in princ. C. de cond. ob causam.*

Ex quibus fit, quòd si statutum disponeret, vt instrumenta guarentigia executioni mandentur, nec contra ea, nisi solutionis exceptio possit opponi: quoad principalem † debitorem 3 solum, non quoad tertium procedat, vt obseruant Bald. *in l.* 1. *num.* 6. *C. commun. delegat.* Iaf. *in l. Iuris gentium*, §. *Prætor, num.* 9. *D. de pact. & in l. Certi condictio*, §. *Quoniam, n.* 11. *D. si cert pet.* Decius *consil.* 198. *num.* 5 Roman. *consil.* 417. *num.* 7. Roderic. Xuar. *in l. Post rem iudicatam, limitat.* 1. *D. de re iudic.* plures referens Vincent. Carot. *decis.* 128. *n.* 5.

Vndè dicendum omninò videtur, efficere non posse paupertatem, vt tertius cum quo contractum non est, pro principali debitore personali possit actione conueniri. Nemo enim pro alterius debito tenetur, † conuenitiuè potest, *text. in l. vnic. C. vt null. ex vicar. pro debit. alien. lib.* 11. *l. Hac definitione, C. de omni agro deserto, eod. lib.* 11. *& id* §. *Quia verò in Auth. Vt nulli iudicum, collat.* 9. *l. Prouidendum*, 23. *C. de decurion. lib.* 10. *l. Ob æs, & Auth.* 4

ibi posita, C. de action. & obligat. Non enim habet rationem, alium quidem esse debitorem, alium verò exigi; vt inquit Iustinian. Imperator *in Authent. Vt non fiant pignorationes pro aliis personis, collat.* 5.

Nec etiam filius pro patre, † vxorvè pro 5 marito, & è contra, vt *tot. tit. C. ne filius pro patre, & C. ne vxor pro marit. dict.* §. *Quia verò, in dict. Auth. Vt nulli iudic.* Deuteronom. c. 24. *Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus: sed vnusquisque pro peccato suo morietur.* Hippolyt. de Marsil. *sing.* 224. *num.* 1. Petr. Gregor. *de concess. feudi, part.* 7. *quæst.* 8. *num.* 21. Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan. cap.* 7. *gloss.* 15. *n.* 1. *par.* 1.

Imò nec statutum disponens, vt vnus pro alterius † debito teneatur, valebit, secundùm 6 Bald. Iaf. Anchar. Imol. Franc. de Are. & alios, quos refert, & sequitur Hippolyt. de Marf. loco proximè citato.

Verum tamen est, paupertatis fauore † actio- 7 nem personalem contra tertium dari, probarquè *gloss.* notab. *in dict. l. His solis*, 48. *D. de condict. indebiti*, dicens, quòd si indebitum solutum est ei, à quo reperitur, qui pauper est, nec soluendo; eademmet actio contra tertium cui profecit datur, si causam saltem lucratiuam habuit, argum. *leg. fin. D. per quem fact. erit, & leg. Planè, la* 2. §. 1. *D. de leg.* 1. quam sequuntur communiter *Doctor.* teste Bart. *ibidem in dict. l. His solis*, Notans pariter, quòd si mutuaui pecuniam pauperi, & existenti non soluendo, qui ex ea alimentauit filios, potero contra filios, † qui res fortè maternas habent, vel aliàs diui- 8 tes sunt, agere. Et licèt relinquat cogitandum; eam tamen sententiam probant Iaf. & Angel. *ibid. idem* Iaf. *in l. Si & me & Titium*, 32. *n.* 3. *versic. Item facit ista lex, quòd si mutuauit*, *D. si cert. petat.* Ludouic. Roman *singul.* 213. singulare dicens, ex eoquè limitandum *tit. C. ne filius pro pat.* Franc. Crema *singul.* 37. Marsil. *dict. singul.* 224. *in fin. vbi* etiam *eius* Addit. Ioan. Lup. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 66. *Illud autem num.* 6. *vers. Etsi forte*, valde commendat Crot. *in l. Frater à fratre, num.* 9. *D. de condict. indebit.* Vincent. Carot. *decis.* 128. *num.* 9. versic. *Et hanc opinionem*, vbi (post longam disputationem) hanc tenet sententiam, quam in princip. dict. quæstionis pulchram, vtilem, valdeque delectabilem dicit Anton. Gam. *decis.* 366. *num.* 6. *in fin.* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 48. *num.* 5. *& sequenti consil.* 420. *num.* 1. communem profitetur. Quod in paupertatis fauorem concessum esse; testatur Gaspar. Baëça *de inope debitore, cap.* 1. *numero* 53. *&* 54. *in fine.*

Et idem quoad vxorem dicendum est. Si enim maritus sit pauper, mutuumque vt se vxoremque aleret, recipiat, † illam pecuniam 9 soluere tenebitur diues vxor. Ita voluere Ioan. de Platea *in l. Vxorem, in fin. C. de decurionib. lib.* 10. Ioan. Lup. *suprà num.* 5. Crema *dict. singul.* 37. Baëça loco proximè relato *dict. n.* 54. Gamma *dict. decis.* 366. *num.* 7. Cordub. de Lara *in l. Si quis à liberis*, §. *Si quis ex his, num.* 101. (veriorem, ac receptiorem dicens) *D. de liberis agnoscendis*, qui ex *num.* 38. *vsque ad n.* 115. hanc disputat quæstionem, in eaque residet sententia, Ioan. Matier. 2. *in l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. gloss.* 4. *num.* 2. vbi etiam Azcued. *n.* 31.

&

& seqq. Castillo in l. 61. Tauri, num. 22. 25. & 26. Petr. Surd. dict. tit. 8. priuileg. 48. num. 6. & consil. 367. num. 28. & latiùs cons. 420. per tot. præcipuè num. fin. P. Ferdinand. Rebello de obligat. iustit. lib. 6. sect. 1. quæst. 2. num. 8. Marius Giurba in consuet. Senat. Messanens. cap. 9. gloss. 3. num. 10. p. 1. Hieronym. Ceuall. commun. contra commun. quæst. 727. à num. 41. vsque ad 94. Stephan. Gratian. discept. Forens. cap. 107. num. 3. & 4. & cap. 108. num. 29. lib. 1. & cap. 713. num. 6. 7. 8. & 9. tom. 4.

Nec solùm dicta pro expensis à patre, vel marito in alimentis ad vitam omninò necessariis factis procedit opinio: sed etiam pro factis
10 ad status conseruationem. † Cùm enim honor, & vita in iure æquiparentur; l. Iusta causa, 9. D. de manumiss. vindict. vbi sic Marcianus: Iusta causa manumissionis est, si periculo vitæ, infamiævè dominum seruus liberauerit, & Paulus in l. Isti quidem 8. §. Quòd si dederit, D. de eo quod met. caus. Quòd si dederit (inquit) ne stuprum patiatur vir; seu mulier: hoc edictum locum habet: cum viris bonis iste metus maior, quam mortis esse debeat. Damhouder. in Enchirid. parium, verbo, Infamia; & notauimus iam q. 4. §. 4. num. 177. & in axiomat. & locis commun. iuris, litt. H, num. 48. & seq. æquum est, vt sicut ius multa aliàs non concedenda ad conseruationem vitæ permittit: ita & ad honoris conseruationem multa aliàs non consentienda consentiat. Sic formaliter inquit Anton. Gamma dict. decis. 366 num. 7. limitans per hæc Tauristarum placitum in l. 60. Tauri, & Alphonsi Montalui in l. 14. lib. 3. tit. 20. Fori leg. dicentium, ad solutionem debitorum, quæ maritus constante matrimonio contraxit, vxorem non teneri.

11 Vndè & pro pensionibus domorum, † quas pater, vel maritus pauper, vt cum muliere, filiisque habitaret, conduxit, poterunt filij, vxorvè si maritus, vel pater soluendo non sint, conueniri. Notant in specie Surd. Hieron. Ceuall. Azeued. & Stephan. Gratian. d. locis.

12 Quinimò, & pro expensis in emendo, sustinendoque curru † factis, quo (si id eius deposcat conditio) ducatur vxor, ex sententiâ Petr. Surd. cons. 367. num. 28 assentitque Anton. Gam. loco iam relato.

Nec solùm si pater, vel maritus pauper debitum contrahens pro filiis, aut vxore alendis mutuam pecuniam, vel frumentum acceperit;
13 sed etiamsi merces † emptas recipiat, easquè vt illos alat, reuendat: pro huiusmodi namquè debito conueniri posse filios, pauperisvè vxorem, licèt immediatè mercium reuenditarum pretium in alimenta non conuertatur, sed emantur ex pretio merces, pluribus comprobat medijs Petr. Surd. dict. consil. 420. num. 2. & seqq. à nemine tactum repetisse asserens. Pro qua benè facit sententia text. in l. Si ipsa res, 18. D. de eo quod met. caus.

Hæcque (ex Angeli opinione in dict. l. Hi filis, num. 1. in fin. versiculo, Credo tamen, D. de cond. indeb. quem sequitur Ioan. Lupus in dict. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. num. 6. in fin. versiculo; (credit tamen Angel.) procedunt etsi tempore contracti debiti maritus, vel pater
14 inops † esset. Imò in isto tantùm casu locum habere, nón si eo tempore maritus, vel pater diuites, soluendoque extitissent; quia tunc filij vel vxor ex eo locupletiores facti non essent; cum ad prædictas expensas maritus, paterque tenerentur: voluerunt Petr. Sutd. de aliment. dict. priuileg. 48. num. 6. ad med. versiculo, Sed sanè prima opinio, & Stephan. Gratian. discept. Forens. cap. 713. num. 10. & 11. aduertens, in his: loqui terminis Laram, Azeued. Marienz. aliosque ab eo relatos.

VTRVM PAVPER ALIVD pro alio inuito creditore soluere possit?

SVMMARIVM.

1 Aliud pro alio inuito creditore soluendum non est.
Nec etiamsi melior creditori offeratur conditio, n. 4.
2 Legatarius cui centum, quæ penes campsorem extant, legata sunt, quòd si hæres ea non præstiterit, vinea relinquitur, non alia centum si vineam velit; ab hærede accipere tenetur.
Limita, & intellige n. seq.
5 Debitor aliud pro alio inuitus soluere non cogitur.
6 Res vna pro alia retineri non potest.
7 Pauper potest vnum pro alio soluere. Amplia n. 9. 10. 16. 17. & 20.
Censuarius qui ad paupertatem deuenit, an rem censualem vendendo, aut eam æstimatam in solutum dando, liberetur? dict. n. 7. in fin. remissiuè.
8 Iulius Cæsar dum Dictatura fungeretur, edicto iussit; vt non solùm creditores in sortem principalem, & ad eius solutionem, quidquid interesse nomine à debitoribus accepissent, reciperent: sed etiam vt ad debiti residuum bona soli in solutum accipere tenerentur, ad bellorum ciuilium tempus æstimatione facta.
10 In pecunia numerata, & non aliter, vel simpliciter soluere iurans, an æstimationem soluendo debitor pauper liberetur? & n. 11. 12. 13. & 14.
12 Vt dispositio Authent. Hoc nisi debitor, C. de solut. locum habeat quanam requisita qualitatesque desiderentur, debeamque concurrere? remissiuè.
14 Iuramentum, rebus sic stantibus intelligi debet.
15 Absolutio iuramenti an in præfatis casibus, vt periurium euitetur, fauorique dict. Authent. Hoc nisi debitor sit locus, necessariò sit obtinenda?
16 Debitor qui dict. Authent. fauori renunciauit an si paupertate prematur, aliud possit pro alio soluere? liberetúrque æstimationem præstando? & n. 17. & 18. Et quid si renunciatio generalis sit, omni legum auxilio? remissiuè n. 19.
17 Cessioni bonorum renunciari non potest.
21 Mercatores an dict. Auth. fauore, priuilegioque fruantur? remissiuè.
22 Creditores decoctorum an aliud pro alio accipere compellantur? remissiuè.
Debitor quæ bona vt d. Auth. beneficio gaudeat creditori offerre, insolutumque dare debeat.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XLIX.

1 NEscit nemo regulam, *Aliud pro alio inuito creditore* † *soluendum non esse*, de qua *in l.2.§. Mutui datio*, D.*si cert.petat.l. Si si non obtulit*, 4.§ *Ait Prætor*, D.*de re indicat. l. Item liberatur*, 6. §. *Qui paratus*, D. *quibus modis pig. vel hypothec.soluit. l. Eum à quo*, 16. *C.de solut.l.3. titulo 14 part.5. gloss.fin.* & communiter Doctores *in dicto* §. *Mutui datio*, & *in dict.l. Eum à quo*, Roma.*consil.163.in princip.* Paul. Castrensf. *consil.47.num.3. lib.2.* Gozzad.*consil.27. num.27.* Tiraquel. *de retract.consanguin. §.1. glos.7. num.21.* Philip. Corne.*consil.149. numero 7. libro* 4.Ioseph.Ludouic.*decis. Perus.64.num.4* Ioan. Gutierrez *de iuram. confirmat.1.part. capit.29. numero 1. & sequentibus, & practic. quæst. libro 1. quæst. 146. num. 16.* Honded. *cons.18. numero 14.* Cephal. *consilio 195.numero 3.& sequenti.* Hieronym.à Laurent. *decis. Auinio 132. numero 2.* Antonin. Thesaur.*decis.153. numero 1.* latè Pyrrh. Maur. *in tractat.de solut.oblat.& retent.capit.7. num.1. & sequentibus*, Ludouic.de Auendan. *in tract. de censib. cap.110. num.9.* Ludouic. Cens.*de censib.1 part.cap.1.articulo 3. num.4.* Rota Roman. *apud* Alexand. Ludouic. *decis.352. num.1. & sequentibus*, Cardinal. Tusch. *littera S, conclus.254.*

Ex quo dicebat notanter Bart. *in l. Talis scriptura, num.3. in fin.* (per illum textum) D. *de legatis* 1. quòd si testator legauit mihi centum,
2 quæ erant penes campsorem, † & si ea mihi hæres non præstaret, teneretur vnam mihi vineam dare; si hæres illa centum, quæ penes campsorem erant, expendit, velitquè alia mihi centum dare, ea recipere non cogor, sed debeo vineam ex præfata regula habere, quem sequitur Ias.*in dict. §. Mutui datio, numero 8.versiculo, Tu amplia*, Pyrrh. Maur. *vbi suprà*) *num. 14.* Petrus Surd. (communem dicens, *cons.217.num.31.* Quod tamen quando pecu-
3 nia fuisset in saculo tanquam species † designata, procedere intelligendum est, secùs si vt quantitas adnumerata, vt aduertit Bartoli Additionat. *in dict.l. Talis scriptura, litera A, & ibidem* Iason.*num.11.*communem dicens, quos refert, & sequitur Pyrrh. Maur. *dicto numero 14.*

Nec aliud pro alio recipere compellitur cre-
4 ditor, etiamsi melior † ei offeratur conditio, *text. in l. fin.* D. *de vsu, & habitat. §. Præterea, instit. de actionibus, authent. Offeratur, & ibi gloss. Cod. de lit. contestat.* Silvest. *in leg. 1. Cod. de procur.* Petrus Surdus *consilio 201. numero 2.*

Sicut autem creditor aliud pro alio recipere
5 non compellitur; ita nec debitor † inuitus aliud pro alio soluere cogitur, vt *in l. Domini prædiorum, 5. C.de agricol & censit.lib.11.*Ripa *in dict. l.2.§. Mutui datio, num.29. D.si cert.pet.*Pyrrh. Maur. *dict. cap.7. num.6.* Petr. Surd.*cons.201. num.3.*

6 Nec vna res pro alia retineri † potest *text. in l. Si ex ea pecunia, 16. C. de rei vendic. l. Quamvis, 2. C.de pignor. l. Si maritus, 19.C. de distract. pignor.* Philip. Corne.*cons.207.num. 3.lib.1.*Pyrrh.Maur.*vbi supra num.9.*apud quem plures huius rei ampliationes videri poterunt.

Pauperi † tamen vnum pro alio soluere, con- 7
cessum est, *text.in Authent.de fideiussor.§. Quod autem, collat.11. Authent. Hoc nisi debitor, C. de solut. l. Si quis argentum, 35. §. Sin autem donator, C. de donat.* Quibus iuribus probatur, quòd quando debitor est pauper, ad soluendumquè impotens, & diligentiam pro inueniendo emptorem adhibuit, neque inuenerit, volueritque tot bonorum possessionem designare, quæ ad summam debitam ascendat, lista bonorum creditori oblata, & cautione de euictione præstita: ad solutionem in pecunia non poterit debitor præcisè adstringi, cogendusque erit creditor tot de bonis accipere debitoris, quot debitam summam impleant: & de iure Regio est *text.in leg.3.titulo 14.parte 5.gloss.*& Doctores *in dict. §. Mutui datio*, Roman. *singul. 815.* Iason. *consilio 9. numero 22. & sequentibus,lib.1.*Alciat. Parorg *lib.10. cap.23.*Capel. Tholos. *quæst.68. & ibidem, eius Addition.* Anton. Capit. *decisione 41. numero 5.* Gaspar Baëça *de inope, debit. capit. 1. numero 46.* Ioseph. Ludouicus *decisione Perusin. 64. per totam*, Antonius Thesaurus *decisione 153. numero 3* Ioannes Gutierrez *de iuramento confirmatione prima parte, capit. vigesimo nono*, vbi latè, *& dicta quæstione 146. numero primo, & sequentibus, libro primo, practicar.* fusè quoque Marian. Freccia *libro secundo, de sub feud. quæstione 18. & 19.pag.204.& 205.* Marc.Anton. Natta *cons. 344. num.3. & 4. lib. 2.* Franc. Bursat. *consil. 9. num.51.lib.1.*Pyrrh.Maur. *de fideiussor.1. parte, princip.sect.3. cap.7. in prælud. num. 1. & seqq. folio mihi* 100. Anton.Heringi. *eodem tractat. de fideiussor. cap. 18. num.72. folio mihi 393.* Hieronym.à Laurent.*dict. decis.132. num.1* Marcus Antonius de Amat. *decis. seu casu 91. num. 15.* Ioann. Aloys. Riccius *in praxi variar. resolut. resolut. 115. num.2.* Philipp. Paschal. *de viribus patriæ potestat.2.part.cap.9. num.75.* Ludouicus de Auendaño *de censibus dict. cap. 110.* toto eo capite agens. An censuarius, qui ad pauperitatem deuenit, rem censualem vendendo, vel eam æstimatam in solutum dando liberetur? quam etiam latè pertractauit Gutierr. *d. q.146. per tot.*

Conuenit huic rei, quod iam alibi notauimus, Iulium Cæsarem, dum Dictatura fungeretur, edicto iussisse, † vt non solùm creditores 8
in sortem principalem, & ad eius extinctionem quidquid interesse nomine à debitoribus accepissent reciperent: sed etiam vt ad debiti residuum bona soli in solutum accipere facta taxatione, habitaque consideratione ad tempus bellorum ciuilium tenerentur, vt tradit Suet. Tranquil.in Iul.Cæsar. Plutarch.*in vita eiusdem* Anton. August. *lib. de lege, &* Senatus Consultus, *capit. de lege Iulia, de fundo dotali, pag. 90.*

Suprà dictaque conclusio etiamsi solutio in pecuniâ numeratâ, & non aliter, † fuisset pro- 9
missa (secundùm magis communem opinionem, de qua testatur Anton. Thesaur. *dict. decis.153.num.3.in fin.*) procedit

Quinimò etsi in huiusmodi obligatione (soluendi pecunia numerata, & non aliter adesset iuramentum. † Adhuc enim æstimationem 10

soluendo pauper debitor pecuniam non habens, iuramento non obstante obligationi satisfaceret, secundùm Ioseph. Ludouic. d.decis. Perusin. 64. ex num. 8. cum seqq. vbi latissimè hanc confirmat sententiam eam magis communem dicens, sicque notantem allegans Benintend.decis.Bonon.28. post pract. Papiens. in tit. form. respons. in actione hypothecaria, in versic. Exceptionem, num. 4. Romanus consilio 153. Federic. de Senis consilio 60. Ias. cons.9.ver. Aggredior, lib.1. & sic voluisse (satis doctè) Cephal.consilio 195.lib.2.in princip. Honded. cons. 18.num.39.cum sequenti, & consil.34. num.26. lib. 2.

Licèt ad præcisè pecunia numerata soluendum sic promittentem, iurantemque debitorem adstringi, voluerint alij; probantque Alexand.cons.37.num.27.lib.2. Ripa in dict. §. Mutui datio, num.28. Gonzad. cons.31. num.9. & sequentib. Roland.à Valle cons.6. num.44. lib.1. Gaspar Baëça dict.cap.1. num.50. Gregor. Lopez in l.3.tit.14 parte 5.gloss.2. Ioann. Gutierr. dict. cap. 29. de iurament. confirmat. num. 5. & dict.quæst.146.num.21. Cæsar.Barzi.decis.Bonon. 40.num.5. Hieronym.à Laurent. dict. decis.132. num.2. versiculo, Et propter iuramentum; Honded vbi suprà, num.48. Antonin. Thesaur. dict. decis.153. num. 14. Hieronym. Gabr. cons. 127. num.17.& sequenti, lib.1. Vincent. de Franch. decis.81. num.5.& sequentibus, Tiber. Decian. consilio 13. num. 59. lib. 2. Philipp. Paschal. de viribus patriæ potestat. 2. part. dict. cap.9. n.76. Rota Roman. apud Alexand. Ludouic. (Summum postmodum Pontificem) decis.152. n. 5. Bertazol. de clausulis, clausula 41. gloss. 5. n.4. versiculo, Vel si interuenit iuramentum. Contrariam Iosephi Ludouici, sequaciumque opinionem intelligentes procedere, vbi simpliciter
11 † centum, & non in pecunia, nec alia re soluere promissum est: tuncque (quando nempè aliud non est additum) dict. Authent. Hoc nisi debitor, C. de solut. consimiliumque iurium dispositioni locum fore, putantes; si qualita-
12 tes adsint requisitæ, de quibus † per Ripam in dict.l.2. §. Mutui datio, num. 5. Ludouic. Roman. dict. consilio 163. latissimè Pyrr. Maur. de defideiussor. dict.1.part. sect.3.cap.7. num.5. vsque ad 18. inclusiuè, vndecim assignantem, vt dict. Authent. Hoc nisi debitor locus sit. Et sic fore intelligendam Iosephi Ludouici præfa-
13 tam sententiam † restatur, Antonin. Thesaur. dict.decis.153. num. 14. vbi hanc distinctionem & intelligentiam probare dicit Senatum; sequitur Ioan.Gutier.dict.quæst.146.lib.1.practic.n.21. assentitque Vincent. de Franch. dicta decis. 81. num. 3.

Quæ sanè sententia, & distinctio, qui sic iu-
14 rauit, obligationis † tempore pauper erat, procedere validiùs poterit. Si enim in pecunia, & non in alia re soluere iurauit; non æstimationem præstando liberabitur; secùs si post iuramentum inopinatus impotentiæ superueniens casus iuramento implendo obstiterit, vt probant Ioan Vincent. Honded. cons. 18. num. 44. volum.1.Gutier.dict.num.21. in fin. & de iuram. confirmat. dict. cap.29. num. 5. & Hieronym. à Laurent.dict. decis.132. num. 1. Cum iuramentum, quælibetque iurata promissio rebus sic stantibus intelligi debeat, text. in l. Cum quis, 38. in principio, & in l. Stichum, 95. §. Vsumfructum, D. de solut. text. in cap. Quemadmodum, 25. & ibi gloss. verb. Conditio, & verbo, Oculos, extra de iureiurand. cap. 2. in fin. de renunciat. tradunt in terminis (post Bald. Ripam Purpur. & alios, quos refert Hieronym. à Laurent.vbi supra) Ioseph. Ludouic. dict. decis. 64. num.17. Petr.Paul.Paril. cons. 97. num.59. lib.1. Roland.à Valle cons. 7. num. 57. lib. 3. Gaspar Baëça dict.cap 1. n.50. Ioan.Gutier. dict.cap.29. num. 6. latè firmat Philipp. Paschal. de viribus patriæ potestat.dict.2.part.cap.9.ex num.89. cum sequentibus, in consilio quod ibid. adiecit Vincent.Honded.dict.cons.18.n.46.& diximus q.14. num.3.

An autem in prædictis casibus absolutionem
† à iuramento, vt non incurratur, viteturque 15
periurium, vtque dictæ Authent. fauori locus fiat, sit obtinere necesse? vide Ioseph. Ludouicum dicta decis.64. num.19.21. 22.23. & 24. Gutier.dicta quæstion.146. num. 21. & Antonin. Thesaur.dict. decis.153. ab ipso relatum, absolutionem necessariam esse, sentientes. Quam tamen in præsenti necessariam omnino esse negant asseueranter Honded.dict. cons.18. num. 52. (Iosephi Ludouici opinionem contemnens, paruique eius hoc in casu authoritatem faciendam dicens, quippè quæ nec lege, aut ratione fulciatur) Baëça dict.num. 50. Philipp. Paschal. dict.cap.9. num.101. in fin. firmantque notata à Nobis in 2. huius tractatus parte, quæstione 65. num. 6.

Quid prætereà, si debitor specialiter dict.
Authent. fauori renunciauit, † an nihilominùs 16
si paupertate prematur, aliud possit pro alio soluere? libereturque æstimationem præstando? videre oportet. Et liberari tenet Ioseph. Ludouic.dict.decis.64. num.6. ex Bart.Alexand. Imol. & aliis magis communiter in l. Alia §. Eleganter, D. solut. matrimon. & modern. Arimi. ab ipso relato in tractat. de cessione bonor. quæst. 29. quem latissimè hunc articulum examinare dicit, præsertim num. 11. Vincentius de Franch. dict. decis. 81. num. 3. Gregor. Lopez in dict.l.3.tit.14. part.5. verbo, Del indgador, in fin.

Qui ea mouentur ratione; quòd sicut cessio-
ni bonorum renunciari non potest † (vt tenent 17
Alberic. Angel. Dyn. Cardina. Specul. Ioann. Fab.Cuman. & alij, quos refert Antonin.Thesaur. decis.36.num.2. magisque communem dicendo Iacob. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 183. num. 18. Didac. Couarru. variar. resolut. lib.2.cap.1.num.7. Franc.Becci. consil.10. num.6. Ioseph.Ludouic.suprà, num.13. Camill.Bortel. in summa decis. tit. 61 .de iurament. absolut. habilit.& relax.num.52.& num.54.& 55. vbi nec interposito iuramento, talem valere renunciationem, imò nec ab eo absolutionem, aut relaxationem hoc in casu desiderari, & absque ea renunciationem iurantem ad cessionis bonorum beneficium admitti tradit, Vincent. de Franch. dict. decis. 81. num. 8. vbi, huiusmodi cessionis bonorum renunciationem non valere in dies seruari, & ita tenuisse Senatum asserit Thesaur. suprà, & in dict. decis. 153. num. 13. magis communem dicit Philipp. Paschal. de viribus patriæ potestat. dicta secunda parte, cap.19.num.54. & numero 97. Cardinal.Tusch.

practic.

practic. concluſ. littera P, concluſ. concl. 4. num. 69. & littera C, concluſ. 219. num. 2. & ſeqq.) Ita nec beneficio *dict. Auth. Hoc niſi debitor*, carcerationiquè fiendæ. Hancquè ſententiam iuuat, quod *quæſt. 47. num. 10. & in ſpecialibus*, in huius 1. partis calce adiectis *numero* 5. notauimus.

18 Contrariam tamen ſententiam † (communem videri dicens, ſemperquè ſecundum eam iudicaſſe Senatum) tenet *Antonin. Theſaur. d. deciſ. 153. num. 13.* vbi (ſuperiori proximæ rationi, argumentoquè reſpondens) differentiam inter vtramquè renunciationem conſtituit. Ideò ceſſionis bonorum renunciationem non valere dicens; quia ad perpetuos carceres per eam ſe obligat renuncians; ſecùs in *dicta Auth. Hoc niſi debitor* renunciatione: quia licèt ea interpoſita, bona ſua in ſolutum dare (iuxta *dict. Auth.* diſpoſitionem) debitor nequeat: poterit tamen bonis cedere. Et cum Theſauro tenent etiam Bertazol. *de clauſul. d. clauſul. 41. gloſſ. 5. n. 4.* verſ. *Sed tamen*, Ioan. Gutierr. *de iuram. confirmat. dict. cap. 29. num. 3. & 4.* Vincent. de Franch. *dict. deciſ. 81. per tot.* vbi ita per Dominos trium Aularum deciſum teſtatur, Philipp. Paſchal. *dict. cap. 9. num. 77.* Pyrrh. Maur. *de fideiuſſoribus 1. parte, ſect. 3. cap. 7. num. 20.* Rota Roman. apud Alexan. Ludouic. *deciſ. 351. num. 5.*

19 Et an etiam generalis † omnium legum, & iuris auxilio ſufficiat renunciatio? vide per Gutierr. & alios ex proximè relatis.

Præterea ad *dicta Auth. Hoc niſi debitor* materiam, eiuſquè pariter extenſionem notandum,
20 ad hodiernum etiam retractum † pro rebus Progenitorum venditis recuperandis, oblata argenti maſſa, licèt pecuniam non habeat, ſi ex hoc creditori damnum non ſequatur, admitti coniunctum, vt notat Greg. Lopez *in dict. l. 3. tit. 14. partit. 5. gloſſa 2.* verb. *Entrega de otras, propè med.* verſ. *Quod nota.*

21 An autem mercatores † *d. Auth.* fauore gaudeant? vide Ioſeph. Ludouic. *dict. deciſ. 64. n. 24. & 26.*

22 Et an etiam decoctorum creditores † aliud pro alio accipere compellantur? vide Bembener. Strach. *de decoct. part. 3. n. 42.*

Quæ verò bona, vt *d. Auth.* beneficio fruatur debitor, offerenda † creditori ſint, in ſolu-
23 tumquè danda; non ſatis de iure communi conſtabat, variæquè in hac controuerſia fuerunt Doctorum ſententiæ, vt ex relatis *num. 7.* licet colligere, fuſéque egit Ioſeph. Ludouic. *dict. deciſ. 64.* & latiùs *deciſ. 65. per tot.* & Pyrrh. Maur. *dicto cap. 7.*

Hodiè verò per *dict. l. 3. tit. 14. part. 5.* Iudicis arbitrio relinquitur, ibi: *A bien viſto del juzgador*; notatque ibidem Gregor. Lopez, & Gutierrez *dicto cap. 29. de iurament. confirmat. 1. parte, num. 2.* verſic. *Hodie eſt.*

* * *

VTRVM A SENTENTIA alimentorum (quoad effectum ſaltem ſuſpenſiuum) in fauorem pauperum lata, vel à ſententia mercedis, eiuſquè taxatione appellari poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio omni caſu regulariter permiſſa eſt, niſi expreſſe prohibeatur.*
2 *In dubio appellationi locum fore, iudicandum eſt.*
3 *Et etiam in caſibus, in quibus alioquin appellatio prohibita eſt.*
4 *Appellatio an & quando in alimentorum cauſa admittatur?* & n. ſeqq.
5 *Appellatio quoad vtrumquè effectum in alimentorum cauſa conceditur, quando alimentandus ſuccubuit.*
6 *Appellatio denegatur, quando res dilationem non patitur.*
7 *Ratio, quæ ſola reddi poteſt, pro expreſſa habetur.*
8 *Venter non patitur dilationem.*
10 *Appellatio nec in cauſa pia, neque denegatur in dote, ſi celeritatis ratio, periculique in mora abſit.*
11 *In alimentis pauperi ſiue officio Iudicis debitis, ſiue iure actionis, denegatur appellatio. Et etiam adultis, ſtante adhuc lege Regia, de qua* ibidem, & numero 20.
12 *In alimentis actionis iure debitis, appellatio conceditur; non in debitis officio Iudicis, niſi pauperi debeantur: quia vtroque caſu quoad effectum ſuſpenſiuum denegatur appellatio*, & n. 13.
14 *Appellatio denegatur, ſi alimenta præterita petantur.*
15 *Fauor alimentorum futurorum in alimentis præteritis ceſſat.*
16 *Alimenta præterita hac in ſpecie, quæ dicantur?*
17 *A ſententiâ alimentorum pro paupere lata non datur appellatio, ſiue de omnibus alimentis, ſiue de eorum parte tractetur, &* duobus num. ſeqq.
18 *Habitatio, alimentorum appellatione continetur.*
19 *Idem dicendum eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum.*
20 *Intellectus* ad text. in l. 6. tit. 18. lib. 4. nouæ Reg. Collect. & n. ſeq.
21 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur vbi abſonus reſultat intellectus.*
22 *Sententia mercedis, eiuſque taxationis pro paupere lata inappellabilis eſt.*
23 *In charitatiuo ſubſidio pro pauperis Epiſcopi alimentis impoſito non admittitur appellatio, nec ſuſpendenda executio eſt. Nec in penſione pro pauperis Clerici alimentis aſſignata.*

QVÆSTIO L.

APpellatio regulariter omni caſu permiſſa eſt, † niſi prohibeatur expreſsè, probat 1 text.

text. in l. D. de appellat. l. In maioribus, 20. C. eod. l. Si is quem, 4. C. de liberal. caus. l. 2. §. Si is, qui ex libertinitate, D. quando appelland. sit, cap. De appellationibus, 11. extra de appellationibus gloss. in l. Qui restituere 68. verbo, Restituitur, D. de rei vendic. Bald. in l. vnic. circa princip. C. si de momentan. possess. Socin. consilio 195. (incip. Circa primum) num. 1. lib. 2. & consil. 39. num. 1. lib. 4. Alexand. consil. 113. (Viso themate) num. 3. versiculo, Hoc præmisso, lib. 5. Andr. Tyraquell. de priuileg. piæ causæ priuileg. 153. Andre. Fachin. controuers. iur. lib. 1. cap. 77. versiculo, Probatur hæc sententia, Octauian. Vester. in praxi, lib. 7. cap. 3. num. 1. Osasc. decis. 61. num. 6. versiculo, In contrariam, plenissimè Scacc. de appel. q. 17. n. 1. & seqq.

Etsi quando dubium sit, an appellationi de-
2 ferendum sit necnè, † pro ea iudicandum (ap-
pellationi scilicet locum fore) testantur gloss.
& Doct. in cap. Vt debitus, 59. verbo, Ex
rationabili causa, de appellat. Innocent. in
cap. Dilectus, el 2. de rescript. Bald. in l. Pro-
perandum, §. Sin autem, num. 5. C. de iudic.
Angel. in l. Quoniam Iudices, C. de appellat.
& alij, quos refert, & sequitur Andreas Ty-
raquel. in tract. de iudic. in rebus exig. ferend.
versiculo, Nonò facit, Christofor. de Paz de te-
nut. 1. part. cap. 4. num. 9. Scacc. vbi suprà, dict.
num. 1. Robert. Lancellot. de attent. part. 2.
cap. 12. ampliat. 5. num. 8. Petr. Surd. cons. 163.
num. 3. versiculo, Secundò fundatur, & num. 4.
lib. 2. & de aliment. tit. 8. priuileg. 60. num. 1. 2.
& 3. vbi, id etiam in casibus, in quibus alio-
3 quin prohibita est † appellatio, dicit procedere
secundùm Bartol. in l. 1. num. 6. D. nil nouar.
Ang. in l. 1. §. Interdum, num. 4. D. à quib. appel.
non licèt, Bald. consil. 141. num. 1. lib. 1. Hiero-
nym. Grat. consil. fin num. 11. & num. 51. versiculo,
Vltimò inficiari, lib. 2. Decius in dict. cap. Vt
debitus, num. 23. quos refert, & sequitur Cæ-
sar Contard. in l. vnic. C. si de moment. possess. fuerit
appel. limit. 27. num. 2. vers. Contrariam tamen
opinionem.

4 Ex quibus & in alimentorum causa † ap-
pellationem dari, tenuerunt multi, vt (ex Spe-
culat. Ioan. Andr. & ab eis adductis) testatur
Andr. Tyraquel. de priuileg. piæ caus. priuil. 153.
propè fin. versic. Fuerunt enim multi, ex eisdem-
que tenet etiam Vital. in tractat. de clausul.
clausul. An possit alimentis renunciari, col. 10.
Petrus Surdus de aliment. dict. priuilegio 60.
num. 8.

Licèt contrariam sententiam veriorem dicat idemmet Surd. ibid. quam defendit ex n. 5. cum seqq. & post eum plenè (cuius est materia) Sigismund. Scacc. de appellat. quæst. 17. num. 9. & limit. 7. per tot. eiusdem quæstionis, ne alios propè infinitos hac de re agentes referamus, quos latissimo calamo (vt eius moris est) congessit Marius Giurba in cons. Senat. Mesanens. cap. 7. gloss. 15. num. 11. & seqq. par. 1. & Nos q. 39. n. 69. diximus.

Veritas tamen, & concordia harum dissentientium opinionum est, quæ speciale, priuilegiumque nostrum conficit, ac firmat. Vt prima nempè opinio (appellationem in alimentorum causa etiam quoad vtrumque effectum concedi defendentium) si diues alimenta prætendat, intelligatur; Secunda verò (negantium) si alimenta pauper exposcat, pro eoque sit lata sententia, procedat. Tunc namque appellatio suspensionem nequaquam operabitur eaque non obstante, executioni mandabitur, sententia, vt huius partis iam relati notant sequaces, & Lancellot. Gall. in consuet. Alexand. in ver. Solidus, quæst. 6. num. 27. Nec ante admittitur appellans, quàm alimenta pauperi soluat; Petr. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 96. num. 1. & dict. priuileg. 6. num. 2. vbi etiam allegat Lancellot. Octauia. Osasc. & alios, & ita fuisse decisum in Rota testatur Paulus Æmil. Verall. decis. 118. lib. 1. Cæsar Contard. in l. vnic. C. si de moment. possess. limit. 3. n. 56 & 57.

Diximus, Si pro paupere alimenta petenti sit
lata sententia non fore eius executionem suspen-
dendam, nec quoad id appellationem admitten-
dam: Vbi enim alimentandus succubuit, † 5
quoad vtrumquè effectum admitti appellatio-
nem, tradunt Iacob. Menoch. de adipiscen. possess.
remed. 4. num. 876. Petr. Surd. dict. priuileg. 60.
num. 25. & seqq. Molfes. ad Reg. Neapol. consuet.
quæst. 4. p. 5. num. 20. Martin. Coller. de alimen.
cap. 15. num. 7. & alij, quos refert, & sequitur
Marius Giurba dict. cap. 7. gloss. 15. num. 16. Mar-
quesan. loco proximè referendo, n. 175.

Ratio enim ob quam in prædicto casu appel-
latio quoad vtrumquè effectum non admittitur,
est, quia res dilationem non patitur, tuncquè
appellationem non dari, † probat text. in l. fin. 6
D. de appellat. recip. in l. 1. D. de feriis, & in cap.
fin. 2. quæst. 6. & in l. De pupillo, 5. §. Si quis ri-
uos, D. de noui oper. nunciat. Cæsar. Contard. in
dict. l. vnic. num. 17. in vltima ratione decidendi,
C. si de moment. possess. plenè Ioan. Baptist. Mar-
quesa. de commiss. part. 1. §. 1. de commiss. appellat.
in caus. alimentor. num 166. & seqq. Scacc. de ap-
pellat. dict. quæst. 17. limit. 7. num. 12. & seqq. cum
aliis etiam antecedentibus. Et est Regia in ter-
minis lex. 6. tit. 17. lib. 4. nouæ Reg. Collect. cuius
sunt verba: Como quier que el Alcalde deue otor-
gar la apelacion en los pleytos, que las leyes dis-
ponen; pero son algunos pleytos en que no quere-
mos que se otorgue apelacio; assi como si se alçare
algun hombre demandar que algun hombre que
no era descomulgado, ò debedado, que no sea se-
pultado; ò sobre cosa que no se pueda guardar
como sobre vuas antes que el vino sea fecho dellas;
ò sobre miesses que se han de segar; ò sobre otra cosa
semejante que perece por tiempo; ò si fuere sobre
dar gouierno a niños pequeños. Porque en tales
casos como estos si se alongassen los pleytos para al-
çada, las cosas se perderian, y nacerian dello mu-
chos daños. Pero bien queremos, que en los tales
pleytos como estos se pueda querellar, y proseguir
su derecho aquel que entendiere que es agrauiado
por el Alcalde. Hancquè in nostro casu reddit
rationem Surd. (eam in alimentorum materia
omnes ferè considerare dicens) dict. tit. 8. priui-
leg. 60. num. 11. & 33. addens ibid. hanc solam
posse reddi rationem; ideòquè pro expressa † 7
haberi, iuxta glos. in l. Quamvis, 16. verb. Cu-
rauit, C. de fideicommiss. vbi Bald. & Castr. Ni-
col. Euerard. in locis legal. loco à ratione legis
larga n. 21.

Quæ ratio dictæ decisionis causatiua, cum diues alimenta prætendit, non sibi locum vendicat: ideoque quoad vtrumque effectum appellatio tunc admitti debebi: secùs cum pauper pro alimentis contendit, cum venter dilationem

† non

8 † non patiatur, Surd. *de alimen. tit. 8. priuil. 11. num. 3. & decis. 319. num. 9.* Giurba *decis. 4. n. 45.* Eleganter in id Seneca de breuitate vitæ, *cap. 18. Cum ventre humano tibi negotium est, Nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec vlla prece flectitur populus esuriens.*

Constat ex his manifestè, huiusmodi priui-
9 legium, & fauorem paupertati, † non alimentis simpliciter, vel actioni alimentorum concessum, tenetque in specie Surd. *dict. priuileg. 60. n. 22. in fin.*

Indequè deducitur, & infertur, nec in causa
10 pia, † nec in dote appellationem, si periculum in mora, celeritatisquè ratio (ob quam in alimentis pauperi debitis appellatio non conceditur) absit, denegari. Voluere ita Ludouic. Roman. *in Authen. Similiter, spec. indic. C. ad leg. Falcid.* Andr. Tiraq. *de fauore piæ causæ, priuileg. 153.* Bald. Nouel. *de dote, part. 9. spec. 7. num. 2. & 3.* Petr. Surd. & alij ab ipso relati, *d. priuileg. 60. n. 7.*

Infertur secundò, non solùm in alimentis
11 officio iudicis; sed etiam iure actionis debitis, † si pauperi debeantur) denegandam appellationem. Licèt enim communiter fieri distinctio soleat; *An alimenta officio Iudicis, iureve actionis*
12 *petantur?* vt primo casu denegetur † appellatio Secundo verò (*quando actionis iure petuntur*) concedatur, habeatquè vtrumque effectum, vt & tradunt Speculat. *in tit. de appellat. rubric. In quibus casibus, & à quibus causis appellari possit, num. 1. & ibid.* Ioan. Andr. *in addit.* Bart. *in l. fin. num. 1. D. de appellat. recip. & ibid.* Rapha. Cuman. *num. 4.* Vital. de Camba. *de clausu. dict. clausu. An possit alimen. renunciari? col. 2.* Octauian. Osasc. *dict. decis. Pedemont 26. n. 20* Cordub. de Lara *in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, n. 28. D. de liber. agnos.* Molfes. *ad consuet. Reg. Neapol. dict. par. 5 quæst. 4. num. 18. & 19* Marius Giurba *dict. cap. 7. glos. 15. num. 15.* Andr. Fachin. *controuers. iur. lib. 1. cap 77. in princip.* & multi, quos refert Scacc. *de appellat. quæstione 17. limitat. 7. num. 26.*

13 Si tamen pauperi † iure actionis debeantur alimenta, sicut in officio Iudicis alimentis debitis, denegabitur quoad suspensiuum effectum appellatio. Inopia namque subsistente inter qualitatem iudicij, in quo alimenta petuntur, discrimen constituendum non esse; testatur Bald. Nouel. *vbi suprà, dict. priuileg. 7. num. 2.* Et firmatur, quia Doctores iam relati discrimen inter alimenta debita officio Iudicis vel iure actionis, constituentes, non subesse paupertatem, vbi actionis iure alimenta petuntur, supponunt, vt pluribus relatis tradit Rota Roman. Diuersor. *decis. 764. num. 1. & 2. part. 1.* tuncque appellationem concedi; manifestè suprà ostensum est, cum ratio principalis, *quòd non sit in mora periculum*, deficiat: si autem subesset, pauperque alimenta posceret, negaretur vtique quoad suspensiuum effectum appellatio. Ita intelligunt Bart. & Cumanum, suprà proximè relatos, hancque tenent sententiam Aretin. *consil. 97.* (incip. *In causa, & puncto*) *in fin.* Lara *in dict. §. Si vel parens, num. 31.* Lancellor. Gall. *in consuet.* Alexand. *dict. verb. Solidos quæst. 6. num. 27.* Petr. Surd. *dict. priuileg. 60. n. 19. & 22.* siue iure actionis, siue officio Iudicis alimenta petantur, semper sententiam executioni mittendam si pauper sit, qui petit, nec aliunde viuere possit, concludens, Rota Roman. *sup. num. 3.* Ioan Baptista Marquesa. *dict. 1. part. de commiss. appellat. in causa alimentor. §. 1. n. 172.* Sigismund. Scacc. *de appellat. dict. quæst. 17. limit. 7. num. 17.* ibi: *Verum ego reiecta hac declaratione de alimentis petitis officio Iudicis, & de petitis iure actionis, &c.* & ibi: *Aut enim adest inopia petentis alimenta; & concludo, generaliter non dari appellationem, siue alimenta petantur officio Iudicis; siue iure actionis; quia tunc inopia excludit dilationem: Aut non adest inopia & concludo, dari appellationem, siue petantur officio Iudicis; siue petantur iure actionis.* Et iterum ibi: *Quare licèt alimenta petantur iure actionis, vt puta, quia sint legata; tamen si sint legata alicui inopi, isque ea petat; non dabitur appellatio, &c.* de qua te infrà facienda mentio.

Tertiò infertur, in causa alimentorum appellationem non denegari, vbi alimenta præterita † petuntur; cum tunc paupertatis, periculique appellati ratio cesset, ne interim dum appellationis causa vertitur, fame prematur, aut in vitæ discrimen veniat; vt declarant, tenentque Ioan. Andr. Alberic. Cuman. Bart. Bald. Decius, Ias. Gigas, & alij, quos refert, & sequitur Petr. Surd. *vbi suprà, num. 15.* Paul. Æmil. Veral. *decis. 24. lib. 1.* Carpan. *ad statut.* Mediol. *cap. 47. num. 91.* Ruginel. *de appellat. §. 2. cap. 30. num. 272.* Molfes. *dict. quæst. 4. num. 15. & 17.* Cæsar Vrsil. ad Afflict. *decis. 152. num. 1.* Pet. Dueñ. *reg. 365. num. 7.* Francisc. Viui. *decis. 33. num. 4. & decis. 523. num. 42.* Martin. Coller. *de aliment. dict. cap. 15. num. 12.* Marquesan. *suprà num. 176.* Scacc. *vbi suprà num. 14.* Mari. Giurba *dict. cap. glos. 15. num. 12.* Vincent. de Franch. *decis. 203. num. 2.* Cardin. Dominic. Tusch. *pract. concl. litt. A, conf. 286. num. 50.* Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. num. 31.* Tiber. Decian. *consilio 90 num. 4. volum. 5.* Rota Roman. Diuersor. *dict. decis. 764. num. 4.* Iacob. Cancer. *variar. resolut. lib. 1. cap. 16. de alim. n. 1.* 14

In præteritis enim alimentis futurorum fauor cessat, † *text. in l. De alimentis, 8. ff. de transactionib.* vbi latè Deci. *notab. 3. &* Anton. à Padilla *3. notab.* Vincent. de Franch. *dict. n. 2.* Ant. Thesaur. *decis. 44.* 15

Diciturque in hac specie alimenta præterita, † quæ vsque ad diem litis motæ; futura verò, quæ à die litis motæ in futurum debentur. Cæsar Contard. *dict. limitat. 3. num. 56.* Lancellot. *de attentatis, 2. p. cap. 12. limit. 24. num. 8.* refert & sequitur Surd. *dict. priuileg. 60. num. 16.* & sic in Rota sæpiùs resolutum fuisse, testatur Rota Diuersor. *dict. decis. 764. num. 5. part. 1* Paulus Æmil. Verall. *decis. 20. num. 4.* vbi ita tentum *in vna Romana status, & alimentorum, die 24. Februarij 1552.* dicit, *& decis. 22. num. 2. & seq. & decis. 24. per tot. part. 1.* Hieronym. Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 897. num. 918.* plures Rotæ Romanæ decisiones in id referens Vincent. de Franch. *decis. 605. num. 2.* Sigismun. Scacci. *de appel. dicta quæst. 17. limit. 7. num. 15.* Borgnin. Caualc. *decis. 10. num. 41. part. 1.* plures alios referens Marius Giurba *dict. glos. 15. n. 13. & decis. 4. num. 4.* plenè etiam Ioan. Petr. Fontanel. *de pactis nuptialib. claus. 6. glos. 2. parte 3. ex num. 43.* cum multis sequentibus Hercul. Marescot. *lib. 2. variar. resolut. cap. 83. num. 2.* Paulus Æmil. Gall. *de except. parte 2. titulo 4. except.* 16

cept. 1. *num.* 44. Marquesan. *vbi suprà, dicto num.* 172.

Quartò infero à sententiâ alimentorum pro paupere lata appellationem non dari, siue de
17 omnibus alimentis, siue de eorum parte, † vt de vestibus, vino, fitimento, vel etiam habitatione tractetur, quæ alimentorum quoque
18 appellatione † continetur, *text. in l. Legatis,* 6. *& in dict. l. fin D. de aliment. & cibar. legat. glossa in capit. Episcopus,* 10. *quæstione secunda*, Petrus Surdus *de aliment. titulo secundo, quæstione* 3. *numero* 5. *& quæstione* 17. *titul.* 7. *num.* 12. In his enim periculum pariter est in mora, tamque in generalibus, quàm particularibus alimentis militat præfata ratio: Ac ideò
19 idem de parte † quoad partem, quod de toto quoad totum dicendum venit, vt in *l. Quæ de toto*, 75. *D. de reivendic.* tradit latè Euerard. *in loco à toto ad partem*, Cardin. Tusch. *practic. conclus. litt. A, conclus.* 499. *per tot. Nos in axiomat. & locis commun. iur. litt. A, num.* 543. & in terminis Petr. Surd. *de aliment. dict. tit.* 8. *priuileg.* 60. *num.* 13. *&* 14. vbi etiam pro hac sententiâ Castrensis authoritatem adducit *in l. Cum ij, num.* 5. *D. de transact.* dicentis transactionem in causa alimentorum, etiam quando de parte tractatur, esse prohibitam; sequitur Lara *in dict. §. Si vel parens, num.* 30. Sigismund. Scacci. *de appellat. dict. quæst.* 17. *limit.* 7. *num.* 2.

Infero quintò, etiam hodiè stante *l.* 6. *tit.* 18.
20 *lib.* 4. *noua Reg. Collect.* † quæ solùm. *Quando el pleyto es sobre dar gobierno à niños pequeños*, loquitur; tuncque non concedendam appellationem determinat; à contrario autem sensu in adultis, quantumcumque pauperibus eius dispositionem locum non habere videbatur dicendum: Idem tamen in adultis, & quibusvis aliis pauperibus ex eadem ratione suprà à Nobis, & ab ipsamet lege Regia tradita, *Quia causa dilationem non patitur, celeritatemque desiderat* (quæ in omnibus pariter militat) erit firmandum. Nec *text. ibi* dispositiuè, ad illum solùm se referendo casum loquitur, sed exempli gratia illud apposuisse videtur, imò eius generalis est, ad omnesque extensiua ratio. Argumen-
21 tumque à contrario sensu, non vbi absonus † (vt in præsenti) sequitur intellectus sumi tradit latè Cardin. Domin. Tusch *pract. conclus. litt. A, conclus.* 498. *num.* 1. *in fin. & num.* 82. 84. *& seqq. & Nos quæst.* 52. *num.* 25. tradidimus. Suprà dictamque sententiam, & intellectum ad dict. l. Regiam tenet, & defendit Ioan. Gutierrez *practic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 106. *per tot.* Quæ omni prorsus dubitatione sine hæsitatione caret.

Sextò infero, idem quoquè in causa merce-
22 dis † pauperis, quod in alimentis diximus, vt à sententia mercedis pro eo lata appellatio denegetur, ex eadem pariter ratione, *Quòd celeritatem causa requirat, sitquè periculum in mora,* statuendum fore. In terminisque sententiam mercedis, eiusque taxationis inappellabilem esse; tradunt Petrus Rebuffus *de sentent. prouisional. articulo tertio, gloss.* 7. *numero primo,* Rota Roman. Diuersor. *dicta decisione* 764. *numero secundo*, Ioann. Baptista Marchesan. *de commissionibus*, 1. *part. cap.* 19. *numero* 27. Stephanus Gratian. *decisione* 53. *in addit. ad numero secundo*, Sigismundus Scaccia *de appellat. dict. quæstione* 17. *limitat.* 7. *numero* 9. & nouissimè post hæc scripta sic reperi firmantem (ex iure Diuino Leuit. *cap.* 19. Deuteron. *cap.* 24. Tobiæ *cap.* 4. Matthæ. *cap.* 20. *&* Luc. 10.) Camill. Borrell. *in* 2. *parte, summa decision. titulo* 33. *numero* 548. *& tribus sequentibus*, Guillielm. etiam Rodoan. *de simonia mentali parte* 2. *cap.* 25. *numero* 5. de iure Diuino hanc conclusionem esse dicentem adducens Marquesan. *vbi suprà, de commission. appellat. in causa mercedis, numero* 24. *& seq.* in salario conuento id intelligens.

Sic pariter ex eadem ratione confirmatur, verumque esse constat, quòd *quæstione* 38. *numero* 30. *&* 31. diximus, in charitatiuo subsidio † pro alimentis pauperis Epis- 23
copi imposito, in pensioneve pro alimentis Clerici pauperis assignata, neque appellationem admittendam; neque suspendendam executionem; quam tenet etiam Ruginell. *tractat. de appellat. §.* 2. *cap.* 3. *numero* 277. *& sequenti*, Sigismund. Scacc. *de appellat. quæstione* 17. *limitat.* 7. *numero* 5. *& sequenti*, in vtroque casu pariter loquentes, idem dicens Scacc. *ibi numero* 7: in alimentis suspenso † 24
à beneficio Clerico præstandis, ex Rebuffo *de sentent. prouisional. in præfat. numero* 110.

VTRVM ABSQVE mandato pro paupere non appellante, etiam in causa ciuili liceat cuilibet appellare?

SVMMARIVM.

1 *In causa capitali licet tertio penitus extraneo pro alio etiam non mandante, imò contradicente appellare. Et quid de iure Regio?* ibid.

2 *Siue tanquàm procurator, siue defensor compareat.*

3 *Et non tantùm ad appellandum; sed etiam ad prosequendum appellationem admittitur.*

Et pro condemnato ad membri mutilationem licet tertio appellare n. 11.

Vel ad mortem ciuilem, deportationis scilicet, vel perpetui carceris, n. 12.

4 *In ciuilibus alius pro alio absquè mandato, vel nisi sua intersit, appellare non potest. Et quæ huius constitutionis sint rationes?* num. 6.

5 *Paupertatis fauore alius pro alio in causa ciuili absque mandato appellare poterit,* & num. seqq.

Et siue magna, siue parua sit quantitas, siue pauper agat, siue conueniatur, si in magnam conlectus sit paupertatem, numero 25.

7 *Hominis interest, hominem beneficio affici.*

8 *Ob paupertatem litium tempora protrahuntur*, remissiuè.

9 *In dubio quid bono animo, & ex charitate fieri præsumendum est, cum præsertim actum*

actum agenti nullum inde commodum ſequatur.

Intereſſe, vtilitaſquè apparens non benè firmum in virtute animum ſæpè in præceps ducit, idid.

Malitia gratuita nulli placet, & ſuo etiam authori diſplicet, ſœditatemquè ſuam fallaci mercede tegit, ibid.

10 *Non dicitur conſentire, qui contradicere non poteſt*, remiſſiuè.

13 *Paupertas eſt durior morte*, & numero 16.

14 *Pauperum vita, mortis genus eſt.*

15 *Genus mortis, durius eſt ipſa morte.*

17 *Priuationis omnium bonorum pœna, maior quàm mortis eſt.*

18 *Priuatus bonis, ſanguine priuatus videtur.*

19 *Bona dicuntur alter ſanguis, vel altera vita.*

20 *Pecunia eſt anima miſeris mortalibus.*

21 *Sicut pro defenſione vitæ aliam licet occidere; ſic ob defenſionem bonorum, vbi ſaltem res non ſunt parui momenti, nec ſpes eſt probabilis eas commodè recuperandi.*

22 *Paria ſunt inſidiari vitæ, vel omnibus bonis.*

23 *Metus omnium bonorum amiſſionis, mortis æquiparatur metui.*

24 *An in lite omnium bonorum tertio pro alio abſquè mandato ad appellandum admittatur?*

26 *Reſpondetur ad* text. in l. Nequè filius, 7. C. de reb. credit.

QVÆSTIO LI.

IN cauſa capitali, cuilibet etiam non conſanguineo, ſed penitus extraneo pro alio non mandante, imò contradicente appellare
1 licere, † textus eſt *in leg. Non tantum, 6. D. de appellatione, & relatione, leg. Addictos, ſexta in fine, Cod. de Epiſcopis Aud. l. Addictos, 29. Cod. de appellatione & conſultatione, leg. 3. D. de liberalibus cauſis*, & per Scribentes in dictis locis, Specul. *in titulo de appellatione*, §. 1. *numero* 10. Couarruuias *variarum, libro* 1. *capite* 1. *numero* 10. verſiculo. *Procedit tamen*, Antonius Gomezius *variarum, tomo* 3. *capite* 1. *numero* 15. latè Sigiſmundus Scaccius *de appellatione, quæſtione* 5. *articulo* 5. *ex numero* 44. plenè Sebaſtianus Guazius *de defenſoribus reorum, defenſ.* 36. *capite* 1. *per totam.* Et quid circa hoc ſit hodiè ſtatutum? vide *leg. 6. titulo* 23. *parte* 3. firmatqua prædictam Seneca *de beneficiis libro* 2. *Pulcherrimum* (inquit) *opus eſt, etiam inuitos, nolenteſquè ſeruare*, tanquamquè grande dixit Horatius *epiſtola lib.* 1. *ad librum ſuum.*

Quis enim inuitum ſeruare laboret?

Quod ſiuè appellans tanquam procura-
2 tor, ſiuè tanquam defenſor † compareat, procedit ſecundum Salycetum *in leg. Reos, numero* 7. *oppoſitione quarta, Cod. de accuſatione*, Aretinus *in capit. Veniens, num.* 76. *in fine, & numero* 77. extra *de accuſationib. & ibidem*, Marianus Socinus *numero* 220. Bartholo. Socin. *regul.* 302. *limitatione vltima.*

Non ſolumquè ad appellandum; ſed etiam ad proſequendum † appellationem ad- 3
mitti in præſenti procuratorem; tradit ex pluribus Proſper Farinacius *tertia parte, praxis crimin. quæſtione* 99. *numero* 175. *& quæſtione* 101. *numero vigeſimo tertio, & ſequentibus*, pleniſſimè Sigiſmundus Scaccia *dict. quæſtione* 5. *articulo* 5. *ex dict. numero* 44. *cum ſequentibus*, plures aſſignans ampliationes.

In ciuilibus † verò, alium pro alio abſ- 4
què mandato, vel niſi ſua interſit, appellare non poſſe, certum eſt; *text. in l. A ſententia*, §. *D. de appellat.* cuius ſunt verba: *A ſententia inter alios dicta appellari non poteſt, niſi ex iuſta cauſa, veluti ſi quis in cohæredum præiudicium ſe condemnari patiatur, vel ſimilem ob cauſam*, text. *in leg.* 1. *D. de appellatione recipienda. Non enim* (inquit Vlpianus) *ſolent audiri appellantes, niſi hi quorum intereſt, vel quibus mandatum eſt, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum habetur*, textu *in lege ſecunda*, §. *Sed ſi alius, in fine*, (ibi: *Quia in aliena cauſa ei, qui iudicio expertus non eſt, appellare non licet.*) *D. quando appellandum ſit.*

Paupertatis tamen fauore † etiam in ciuili 5
cauſa (ſicut in criminali diximus) alius pro alio appellare poterit, ita vt idem fauor paupertatis reſpectu pauperis; quod fauor vitæ, aut membrorum condemnatio reſpectu cuiuſque operetur. Sic tenet, & formaliter inquit Ferdinandus Vaſquez Menchaccius *controuerſ. illuſtr. libro primo, capite* 41. *numero nono*, per textum *in dicta lege Addictos, ſexta Codice de Epiſcopis Aud.* & ex aliis, quæ antecedentibus ipſe tradiderat numeris; in eoque loquitur paupere, qui tanta premeretur inopia, vt nec Aduocatum haberet, nec alium cuius conſilio appellare poſſet, eſſetque literarum expers: cuius probat ſententiam Oſualdus Hilliger. in Donelem *enucleat, libro vigeſimo octauo, capite ſexto, in annotatione littera G.*

Idque multis etiam aliis mediis confirmari poteſt. Et primò, ex reſponſionibus ad decidendi rationes, quæ iuribus appellationem tertio non ciuilibus, quibus ſua non intereſt, prohibentibus aſſignari valent. Prima enim eſſe poteſt; quia quilibet pro ſuo intereſſe agere debet, † non 6
alius, quæ iiſdem iuribus exprimitur, firmaturquè ex ratione textu *in lege Stipulatio iſta*, 38. §. *Alteri, D. de verborum obligatione*, & in §. *Alteri, inſtitutione, de inutili ſtipulatione.* Secunda, ob breuem litium expeditionem; Conuenit enim lites breuiari, & ne litigatores expenſis, & ſumptibus vexentur, iuxta

legem

legem Properandum, 11. *in principio*, *Codic. de iudicio*, & ibi communiter Doctores, & *textus in capit. Finem litibus*, extra *de dolo*, *& contumacia*. Tertia, ne litigandi occasio deperditis, litigiosisque hominibus (qui hac litigantes vexare possent) præstetur; quod omninò ius abhorret, cuique malo obuiat *textus*, *in lege Per diuersas*, 21. *Codic. mandat.* ibi: *Hocque modo diuersis per nomina litigatorum vexationibus*, *afficere*, *&c.* Quarta, & vltima decidendi ratio esse potest; quia per tacitum consensum principalis non appellantis, sententiæ inducitur approbatio, eique acquieuisse videtur, iuxta *textum*, *in capit. Quoad consultationem*, 15. *de re iudicata*, *cap. Cum dilectus*, 32. *in fine*, *de electione*, *lege Si contra*, 8. (*vbi* Salycetus, & Alexander) *Codic. de appellatione*, *& consultatione*, *lege prima*, *Codice de postulatione*, *lege prima*, *Codic. si sæpè restitutione in integrum postulatione glossa in capit. Non solùm*, 7. verbo, *Innouata*, *& ibi* Geminianus *de appellation. libro sexto*, Alexander *consilio* 136. *numero secundo*, *libro secundo* Andreas Gaill. *practicar. obseruatione libro primo*, *obseruatione centesima trigesima nona*, *numero secundo*, Farinacius *decisione nouiss. Rot.* 81. *numero primo*, *parte prima*, *& decisione tricentesima septuagesima*, *numero nono*, *eadem parte prima*, Hieronymus Magon. *decisione Lucens.* 9. *numero vigesimo octauo*, *& decisione sexagesima septima*, *numero secundo*, *& tertio*, Marius Giurba, *decisione septuagesima*, *numero duodecimo*, Rota Romana *Diuersorum* 119. *numero decimo*, *parte secunda*, Treuis. *decisione quinta decima*, *numero octauo*, *libro primo*, Aymon. Crauetta *consilio septuagesimo nono*, *numero tertio*, versiculo, *Imò ex eo solùm*, *& consilio* 103. *in principio*, *& consilio* 108. *numero tertio*, Cardinalis Tuschus *practicar. conclusione*, *littera S*, *conclusione* 182. *numero nono*, *& decimo quinto*, *& littera A*, *conclusione* 388 *numero primo*, *& quarto.* Ideòque ad appellationem tertius absque mandato non debet admitti sententiæ eius, cui principalis acquiescere videtur.

Omnes tamen hæ in paupere deficiunt, aduersùsque eum locum non habent rationes. Prima enim ex eo destituitur, quòd
7 beneficio affici hominem, † interest hominis, vt inquit Papinianus *in lege Seruus*, 6. *D. de seruis exportand.* & Ouid. de Ponto *lib.* 2. *eleg.* 19.

Conueniens homini est, hominem seruare.

Tradidimusque ex Seneca *suprà* qui idem *de ira libro primo*, firmat. Homo (inquit) *in adiutorium mutuum generatus est.* Nullaque re propriùs homines ad Deos accedere, quam salutem hominibus procurando, scripsit Cicero pro Ligario. Fortiùs Plinius *libro 2. cap. 7. natur. histor.* dum ait: *Deus est, mortali iuuare mortalem.*

Quæ sic in ciuilibus, quàm in criminalibus militat ratio, eius tamen effectum, interesse, & vtilitas publica) minuendarum, breuiandarumque litium, nevè litigatores sumptibus vexentur) impedit, vt notat in specie Menchac. *dict. cap. 41. num. 18.* Quem in casu nostro non posset vtilitas publica effectum impedire; cum etiam eadem ipsa pauperes illæsos, indemnesque seruari deposcat, iuxta *text. in l. Illicitas*, 6. §. *Ne potentiores*, D. *de officio Præsidis.* Non seruarentur autem, imò eis quodammodo appellatio, & per consequens denegaretur defensio, si nec ipsi propter impotentiam, nec aliis ob iuris generalem prohibitionem, pro ipsis appellare liceret. Ideòque naturalis suprà dicta ratio, quæ fortiùs in pauperibus procedit, stare debet.

Nec secunda *breuiandarum litium* causa ex prædictis obstat, cum propter paupertatem litium tempora † protrahantur, vt fusè *quæstione trigesima prima*, *& trigesima secunda*, ostendimus. 8

Neque hinc occasio litigiosis hominibus alios vexandi conceditur. Cum nullum inde commodum præter beneficium, quod pauperibus pro quibus appellant, appellationemvè prosequuntur, conferunt, consequentur, seque periculo expendendi, perdendique expensum offerant, iuxta *textum in leg. Qui rem aliam*, 128. (secundum vulgatam, aliàs 166. secundum Gothofredi impressionem) *D. de regula iuris. Qui rem alienam defendit*, *nunquam locuples habetur*, inquit Paulus. Quo quidem casu potiùs ex charitate, quàm animo doloso † facere 9 videntur, ex textu *in leg. Cum pater*, 77. §. *Rogo*, 25. *de legatione secunda*, vbi æquissimè *Papinianus* (vt iniquitatis, doli, demeritique suspicionem repellat; & boni animi, meritique præsumptionem inducat:) meruisse præsumit, qui non demeruit. Probantque latè deducta per Iacobum Menochium *de præsumptione lib. quinto*, *præsumptione tertia*, *numero decimo quarto*, *cum sequentibus*, Iosephus Mascardus *de probatione conclusionis* 1006. *per totam*, Petrus Surdus *consilio* 469. *numero vigesimo*, *& consilio* 540. *num.* 25. Conuenit in hanc sententiam, quod eleganter cecinit Ouidius Trist. *lib. 3. eleg. 10.*

Vix equidem credar, sed cum sint præmia falsi
Nulla; ratam debet testis habere fidem.

Et Metam. lib. 2.

Senserat hoc furtum nemo, nisi natus in illo
Rure senex, Battum vicinia tota vocabat;
Diuitis hic saltus, herbosique pascua Nelei,
Nobiliumque greges custos seruabat equarum.

Hunc

Hunc timuit, blandaque manu seduxit, & illi.
Quisquis es hospes, ait, si forte armenta requiret.
Hac aliquis, vidisse nega: Neu gratia facto.
Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam.
Et dedit: accepta, voces has reddidit hospes,
Tutus eas, lapis iste prius tua furta loquetur,
Et lapidem ostendit. Simulat Ioue natus abire;
Mox reddit, & versa pariter cum voce figura,
Rustice, vidisti, si quas hoc limite (dixit)
Ire boues? fer opem, furtoque silentia deme.
Iuncta suo pariter dabitur tibi fœmina tauro.
At senior postquàm est merces geminata:
Sub illis
Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis.

Et lib. 1.

Phrigisque remouit ab armis
Consilium sapiens, sceleris, nisi præmia magnas
Adiecisset opes, animi irritamen auari.

Commodum enim, interesse, vtilitasque apparens non benè firmum in virtute animum sæpè in præceps ducunt: Malitiam autem gratuitatem vlli placere, præsumendum non est; cum nec virtutem metipsam (sui mercedem pulcherrimam) gratis homines, ostenderimus copiosè *quæst. .. num. 48. cum seqq.* Peccatumque fœditate sua etiam authori displiceat, vt *Satyra* 13. *Iuuenal.* inquit.

Exemplo quod cumque malo committitur ipsi Displicet authori.

Et Seneca epistola 42. *Nec vlla maior pœna nequitiæ est, quàm quod sibi, & suis displicet.* Fœditatem verò suam fallaci mercede nequitia tegit, eaque ad peccandum homines inuitat. *Vitia te mercede sollicitant* (inquit Senec. epist. 50.) *Auaritia pecuniam promittit; Luxuria, multas ac varias voluptates; Ambitio, purpuram, & plausum, & ex hoc potentiam, & quidquid potentiam ponit.* Cum igitur in præsenti vtilitatis, mercedis, propriique interesse ratio cesset, benefaciendi autem adsit; pro paupere appellantem, & admittendum, & à suspicione sinistra liberari firmandum venit.

Cui responsioni non obstat *tex. in d. l. Per diuersas,* imò eam confirmat, vt ex eius integra serie colligitur, & expressius statim in initio, ibi: *Comperimus quosdam alienis rebus, fortunisque inhiantes.*

Non denique quarta decidendi ratio quoad pauperes procedit, locumvè habere potest,
10 quia non dicitur consentire, † qui contradicere non potest, iuxta latissimè à Nobis *d. q.* 17 *ex n.* 31. *cum multis seqq.* adducta. In dubioque ex impotentia potiùs quàm ex voluntate appellationem in presenti omissam ex ratione *legis Cum de indebito, de probat.* latèque congestis à Nobis sup. *q.* 21. dicendum venit.

Ex quibus omnibus, posse tertium penitus extraneum pro paupere in causis ciuilibus absque mandato appellare, cum deficiant in præsenti, quæ generali prohibitioni appellandi pro tertio absque mandato in ciuilibus causam præstiterunt rationes; extent autem, quæ in causa capitali contrariæ constitutioni præbuerunt ansam; manifeste deprehendi videtur.

Confirmari prætereà hæc eadem sententia potest ex eo, quia non solùm propter mortem; sed ob membri etiam mutilationem † conceditur tertio appellatio, probant Farinac. *d. q.* 101. *n.* 24. & Sigism. Scacc. *de appellat. d. q.* 5. *art.* 5. *n.* 51. Sebast. Guazi. *de defens. reor. d. defens.* 36. *c.* 1. *num.* 2. 11

Proque condemnato ad mortem ciuilem † tantum (vt pura ad deportationis, vel perpetui carceris pœnam) tertio appellare licere tenent Guido Pap. *q.* 119. *n.* 84. Bernard Diaz *in pract. crimin. Canon. cap.* 144. *n.* 4 ex Innoc. & Felin. ibi per eum relatis, Prosp. Farinac. *d. quæst.* 101. *num.* 24. Sigism. Scacc. *vbi supra, n.* 51. Sebast. Guazin. *de loco, & num.* 12

Si id autem morti ciuili conceditur, cur non & paupertati? quam duriorem † morte ipsa esse probat *text. in c. Alterum, 20. in ordine, dist.* 86. ibi: *Quanto magis fames, quæ morte grauior est* & in *l. Quisquis, 5. §. Filij verò, C. ad leg. Iul. Maiest.* ibi: *Sint postremo tales, vt his perpetua egestate sordentibus mors sit solatium, vita supplicium.* Firmantque ad ipsum Sacræ litteræ *Ecclesiast. c. 40. ad fin. Melius est enim mori, quam indigere.* & c. 41. *O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti.* Thren. c. 4. *Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame,* & Iudic. c. 7. *Contestamur hodiè cælum, & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur non secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manum militiæ Holophernis, vt sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis.* Truculentior enim est famis gladius, quàm belli, vel pestis, vt inquit D. Hieronym. *super Amos lib.* 3. relatus per Luc. de Penna *in l.* 1. *n.* 9. *C. quibus muner. vel præstat. nemini liceat se excus. lib.* 10. diciturque etiam Iob 3. *Quarè misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt?* Humanæ etiam id demonstrant literæ, inquit enim *Aphthonius Sophist. progimnasm.* vbi agit *de sententia,* folio mihi 118. *Qui vitam in miseria ducit, mori potius amet. Multo enim melius est è vita discedere; quam solem sui dedecoris testem habere.* Huiusmodique vita mortis genus † est, Ouid. de Ponto *libro* 1. *eleg.* 8. ad Messalinum testante. 13 14

Nos satis est inter glaciem Scytasque sagitas
Viuere, si vita est mortis habenda genus.

Et lib. 2. eleg. 3. ad Maximum.

Quid enim status hic à funere differt?

E ibid.

Instar & hanc vitam mortis habere puta.

Et lib. 3. eod. de Ponto, eleg. 3.

Si genus est mortis malè viuere.

Genus autem mortis durius † ipsa morte est, vt testatur Horat. 15

Peius est letho lethi genus.

Seneca etiam Troas actu 3.

O morte dira tristius lethi genus.

Idemque Ouid. *Trist. lib. 1. eleg. 2.*

Non lethum timeo, genus est miserabile lethi.
Dimitte naufragium, mors mihi munus erit.

Et in epistola Ariadni Theseo.

Morsque minus pœna, quam mora mortis habet.

Quintillian. declamat. 275. in fin. ibi: *Breuis enim pœna mortis est, nunc diu eget, diu male au-*
16 *diet.* E nostris id ipsum † dixêre Bartol. Cassanæ. *in consuet. Burg. rub. 4. §. 7. verbo Supoze que les dists, n. 8. in fin.* Roland. à Valle *cons. 87. volum. 2. num. 42.* Pet. Cened. *in Collect. iuris Canon. Collect. 27. num. 10.* Sebastian. de Medic. *in tract. Mors omnia soluit, part. 1. num. 103. in princ.*

Ex quibus maiorem priuationis omnium bo-
17 norum pœnam, quàm mortis † esse, deducitur.
18 Priuatumque bonis, sanguine priuatum † videri, inquit Salycet. *in l. Admonendi, numero 19. D. de iureiur.* Gaspar. Baeça *de inope debitor, capite 2. num. 31.*
19 Bona namque alter sanguis, † vel altera vita dicuntur, bona *gloss. in l. Aduocati, 14. verbo Vitam, C. de Aduocat. diuersor. iudicior.* Ias. *in l. Ne quicquam. numero 2. D. offic. Proconf.* Ripa *in cap. 1. numero 18.* extra *de iudic.* Gerard. *de Petra Sancta singul. 73. numero 5.* Andr. Tiraq. *de nobilit. capite 31. numero 365. & in l. Si vnquam, verbo Facultatem, numero 1. in fin.* Matthæ. de Afflict. *decis. 24. numero 4.* Didac. Couarr. *in 4. 2. part. cap. 3. §. 4. numero 18.* Hieronym. Gigas *consilio 32. numero 26.* Petr. Cened. *dicta collect. 27. numero 7. col. 1. in fin.* Ioann. Gratian. *regul. 327. numero 28.* vbi latè, Ioann. Maria Nouar. *de elect. & variat. fori, sect. 1. quæst. 16. numero 10. & 12.* quod elegánter cecinit *Pacificus in 2. Virginiæ.*

Nil opibus melius, nil est & sanctius illis;
Diuitias dicunt sanguinis esse loco,

Animamque miseris mortalibus pecuniam
20 esse † (ex Hesiodi carmine) tradit Ludouic. Celius *libro 4. antiqu. lect. cap. 2.* Baeç. *vbi suprà, &* Petr. Cened. Ioan. Maria Nouar. *d. quæst. 16. numero 9.* Petr. Royz. Maur. *decis. Lituanic. 3. numero 315.* Id quod per quam facetè, ac pulcrè ostendit Valer. Martial. *epigr. lib. 9. epigram. 63. in Cinnam.*

Dixerat Astrologus periturum te citò Cinna,
Nec puto mentitus, dixerat ille mihi.
Nam te dum metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bis quartum decies, non toto tabuit anno;
Dic mihi, non est hoc, Cinna, perire citò?

Firmauitque Sapiens Prouerb. cap. 13. *Redemptio animæ viri diuitiæ suæ*, ait.

Vndè sicut pro defensione vitæ alium licet occidere, *l. Vt vim, 3. D. de iust. & iur. Clement. Si furiosus, de homic. & ibid. Couar. 3. par. §. vnic. numero 1.* Anton. Gomez *variar. tom. 3. cap. 3. num. 20.* Mascard. *de probat. conclus. 1126.* plures referens Cened. *ad Decret. collect. 29. n. 2.* Farinac. *praxi. crim. quæst. 125. numero 3. & 10.* dubitauitque huius veritatis nemo sic ob de-
fensionem bonorum, † *gloss. in verb. Nam iure in d. l. Vt vim,* Bart. *in l. Furem, D. ad leg. Corne. de sicar. & ibid.* Marsil. *num. 2.* communem dicit ex pluribus Ioan. Gratian. *d. num. 28.* Didac. Couar. *in d. clem. Si furiosus, 3. part. §. vnic. num. 6.* latè Andr. Fachinæ. *controuers. iur. lib. 1. c. 31.* vbi saltem res non sunt parui momenti, nec spes est probabilis eas commodè recuperandi, ex sententia Diui Anton. *3. p. summ. tit. 4. c. 3. §. 2.* Caiet. *quæst. 67. art. 7.* Syluest. *verb. Homicidium, 1. num. 5. q. 1. art. 8.* communem sententiam dicit latè eam comprobans ex iure Diuino, & Humano P. Leonard. Lessius *lib. 2. de iustit. & iur. cap. 9. dub. 11.* Gomez *in princip. instit. de action. num. 55.* Beniucas de Beninc. *in §. Superest, numero 382. instit. eod.* Ioann. de Bonif. *in tract. de furt. §. 11. num. 32.* Carol. de Gras. *de effect. Cleric. effect. 58. num. 1.* Iuli. Clar. *in §. Homicidium, num. 24.* Cened. *collect. 96. ad Decretum, num. 3.* Farin. *d. quæst. 125. num. 180.* Nauar. *in manu. cap. 15. n. 2.* Tolet. *in sum. lib. 5. c. 6. versic. Tertius casus*, Beia *respons. cas. consci. part. 2. casu 23.* P. Molin. *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 16. numero 1. vers. contrariam*, plenè Petr. Binsfeld. *ad capite 1. de iniur. & damn. dat. q. 6. concl. 1. 2. 3. 4 5. & 6.* vbi multipliciter ampliat. Et hodiè de iure Regio sunt textus *in l. 3. tit. 8. par. 7. in l. 1. tit. 17. libro 4. Fori leg. & in l. 4. tit. 13. libro 8. Ordinam.* 21

Paria enim sunt insidiari vitæ, vel omnibus bonis, † *text. in Authen. Quod mater C. de reuoc. donat.* DD. communiter in *l. Parentes, C. de testib. & in l. Reum criminis, C. de Procurat.* Sebastian. de Medic. (communem dicens) *in d. tract. Mors omnia soluit, 1. parte, numero 103. vers. Potest tamen dici.* 22

Omniumque bonorum amissionis metus, mortis metui æquiparatur, † vt (ex Hypolit. de Marsil. *in l. Si vt allegas, numero 5. C. ad leg. Cornel. de sicar.* Bart. Iacob. & aliis) tradit Sebast. de Medic. *d. n. 103.* de communi attestans docet in pulchro casu Ias. *consil. 165. incip. Viso & considerato casu, in princip. vers. Accedit alius metus*, eleganter Marc. Faui. Quintillian. *declamat. 276.* ibi: *Quare etiam credibilius videtur mihi, idcircò periisse eum, quod optaturam puellam bona existimaret. Sunt enim plerique, qui mortem potiorem, quàm egestatem putent.* 23

Inferri ex his etiam posset; ad appellandum absque mandato, vbi lis de omnibus bonis vertitur, † inque ea dicta sententia est, admittendum tertium, cum morti æquiparetur sententiæ. Quod licet ex supra dictis satis sit firmum: in terminis tamen à nemine dictum reperij. Et in paupere etiamsi excessiua non sit quantitas, in qua condemnatus est, † sed quæcumque sit, siue ad eam restituendam condemnetur; siue ab eius restitutione absoluatur aduersarius, si in magna coniectus sit paupertate, cum de eius tunc vita agi videatur, vt in capitali causa, permitti debebit tertio pro eo etiam absque mandato, ex iam dictis, appellare. 24 25

Neque huic resolutioni obstat, quidquamvè contradicit *text. in l. Neque filius 7. C. de reb. credit.* quem contra eam aliquantulum facere dicit Menchat. *dict. lib. 1. controuer. illustri. c. 41. n. 9.* Quia *tex. ibi*, quando actus fit contra voluntatem principalis, ipsique nociuus est, solum loquitur; † Nos verò contra, in actu cum pau- 26
peris

peris voluntate, expressa, vel præsumpta, ipsique vtili facto: verba text. sunt. *Nec filius, nec quisquam alius, neque litigando, neque pascifcendo, sed neque iusiurandum contra voluntatem domini rei deferendo, praeiudicium ei facere potest. Vnde si contra voluntatem, vel mandatum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, neque hoc ratum habuisti; nihil tibi oberit.* Præterea Nos in causa pauperis, loquimur, in qua specialitatis ratio etiam in isto adest casu, ex latè suprà deductis, quæ prædictas alias adiuuat solutiones, quibusque pariter firma redditur hæc sententia.

VTRVM PAVPER, VEL miserabilis persona possit laicum coram Iudice Ecclesiastico (etiam hodiè iuris Regij dispositione stante) conuenire?

SVMMARIVM

1 *Actor forum rei sequi debet, siue laicus sit, siue Clericus, & siue pro rebus propriis, siue Ecclesiæ suæ laicum cõueniat*, & n. 2.

3 *Iudex secularis non potest Clericum distringere, vel condemnare.*

4 *Clericus foro suo renunciare non potest.*

5 *Hodiè nec laicus se submittere foro Ecclesiastico potest, licèt olim posset.*

6 *Qui vno Iudice relicto ad alium vadit, ei iniuriam facit.*

7 *Iurisdictiones Ecclesiastica, & secularis distinctæ sunt, nec confundi debent.*

8 *Vnus officialis non debet se in alterius officium ingerere, nec in messem alienam falcem mittere.*

9 *Iudex Ecclesiasticus non debet, nec potest in temporalem se intromittere iurisdictionem. Nec à fortiori Iudices, Dominique temporales in Ecclesiasticam*, & n. 10.

11 *Aduersarium laicum coram Iudice Ecclesiastico, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum Iudicis secularis pauper conuenire non potest. Contrà* num. 13. & seqq. *Et etiam hodie de iure regio*, num. 59. & seqq. *præcipuè* num. 49. *Et an pro relictis tam in vltima voluntate, quã aliter debitis (etiam d. l. Regia stante) procedat?* num. 50. & seqq.

12 *Iudex Ecclesiasticus adiri poterit à laicis, si in administranda iustitia negligens secularis sit. Et an ab Ecclesiasticis negligens sit?*

14 *Pauperes miserabiles dicuntur personæ.*

15 *Pauper pro alimentis sibi relictis conuenire aduersarium laicum coram Iudice Ecclesiastico potest; secus si alimenta diuiti relicta sint, &* n. 16. *Amplia* n. 21. & 22.

17 *Legatum diuiti factum, etiam pro alimentis, pium non dicitur.*

18 *Vel si pro puellis non pauperibus maritandis relictum sit.*

Dotis causa non nisi cum pauperi relinquitur, aut promittitur, iudicatur pia, ibid.

19 *Nec etiamsi pro anima se relinquere testator dicat, pium huiusmodi reputabitur legatum si diuiti fiat.*

20 *Legatum pauperi relictũ absque aliqua alia expressione, vel adiectione, pium dicitur; proque eo consequendo Ecclesiasticus poterit adiri Iudex*, num. 21.

23 *Pauperes omnia priuilegia Ecclesiarum habent, eorumque bona Ecclesiarum æquiparantur bonis.*

24 *Laicus an pro rebus Clerici, vel Ecclesiæ corã Iudice Ecclesiastico conueniri possit? & n. seqq. præcipuè* n. 28. 30. & seq. ad n. 35.

Intellectus ad text. in cap. Si Clericus laicum, 5. de foro comp. ibid. & n. 25. 26. & 27.

25 *Argumentum à contrario sensu non procedit vbi absonus resultat intellectus, legumvè correctio.*

26 *Verba narratiua legis nihil de nouo disponũt.*

27 *Arguere non licet a contrario sensu in verbis narratiuis legis, vel Canonis, nec etiam directè.*

29 *Clericus data violentia, dolo, vel fraude laicum poterit coram Iudice Ecclesiastico conuenire.*

30 *Priuilegium eligendi forum Ecclesiasticum aduersus laicos, solis miserabilibus personis pietatis ratione concessum est.*

31 *Miserabiles dicuntur super quibus ad miserendum Natura monetur; vel ex eo, quòd fœlicitatem amiserint*, & n. 32.

33 *Ecclesia, vel Clericus diues miserabiles dici nequeunt, vt fori priuilegio gaudeant, &* n. seqq. in fin.

34 *Ecclesiæ miserabiles, vt in prima instantia aduersarium suum ad Regis Curiam trahere possint, forique priuilegio gaudere, quæ dicantur?*

35 *Vidua, vel pupulli diuites aduersarium suum laicum ad Iudicem Ecclesiasticum nequeunt trahere, &* n. 38. *Et quando secus?* ibid.

36 *Et an possint in prima instantia trahere ad Regiam Curiam?*

37 *Ditissimus etiã, persona miserabilis dici potest*

38 *Vidua, vel pupillus de foro seculari, cessante spolio, aut oppressione regulariter dicitur.*

40 *Causæ pauperũ dicuntur piæ, & earum respectu iurisdictionẽ in laicos Episcop. habet.*

In causis piis etiam in foro ciuili Canon Legi praeualet, ibid.

Intellectus ad text. in l. 10. tit. 1. lib. 4. nouæ Reg. Collect. ibid. & n. seqq.

41 *Statutũ laicorũ non se ad piã causam extendit, nec leges super rebus ad pias causas pertinentibus, vel piis actibus deputatis factæ, nisi authorit. Eccles. confirmentur, valent.*

42 *Ius speciale per generalem prohibitionem non corrigitur.*

43 *Relicta ad pias causas spiritualia, remissionemque peccatorum respiciunt.*

Ildephonsi Azeuedi sententia circa intellectum d. leg. 10. reiicitur, ibid. & n. seqq.

44 *Iudex Ecclesiasticus etiam hodie de iure Regio pro legato facto alicui pio loco, Ecclesiæ, Capellæ, vel Hospitali authoritate Episcopi constructo, pro Missis, aut anniuersario dicendis, Cruce, Vel Calice reparandis, competens inter laicos erit.*

45 *Pauperes dicuntur fabricæ viuæ, quæ Ecclesiæ reparationi praeferri debent.*

46 *Pro pauperum subuentione res Ecclesiæ possunt, debentque (si necessitas postulet) alienari, remissiuè.*

47 *Par saltem pietas, & religio est, pauperibus, & Ecclesiæ relinquere.*
48 *Profana, quæ dicantur?*
50 *Iudex Ecclesiasticus an in causa alimentorum, vel dotis, siue in testamento relictorum, siue aliter debitorum, competens sit?* & num. seqq.
52 *Causa dotis, & alimentorum de iure communi (ex recepta sententia) mixti fori erat. Et qualiter id intelligatur?*
53 *Mulier agens pro recuperatione dotis constante, siue soluto matrimonio, an possit aduersarios coram Iudice Ecclesiastico conuenire?*
54 Ioan. Gutierr. *distinctio circa intellectum* d. leg. 10. tit. 1. lib. 4. nouæ Reg. Coll. *reiicitur*, & n. seqq.
55 *Episcopus pro legatis non piis in testamento relictis exequendis, an, & quo tempore, quemodoque se possit intromittere?*
56 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda est.*
57 *Lex, aut statutum generaliter loquens, pauperes non comprehendit.*
58 *Priuilegium pauperibus, & miserabilibus personis concessum, per clausulam* Non obstantibus, *nisi de eis expresse fiat mentio, non reuocatur.*
In quacumque generali dispositione paupertas videtur excepta, ibid.
59 *Pauper contra pauperem fori priuilegio non gaudet. Limita* vt n. seqq.
61 *Miserabilibus personis priuilegium eligendi Principis forum competit, etiam si cessionario nomine veniant.*
62 *Pauper vt fori priuilegio gaudeat, paupertatem suam probare debet*, remissiuè.
63 *Et quæ ad id sufficiens probatio sit?* remissiuè.
64 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ ad concedendum fori electionem paupertas sufficiens sit.*
65 *Vidua pro repetitione dotis aduersus pupillos agens, potest primum Iudicem habere Senatum.*

QVÆST. LII.

NOn minima fori hæc electio & solet, & potest vtilitatem afferre. Vel enim vnius Iudicis gratia, aut integritas; alteriusvè suspicio, odium, vel timor, necnon & Officialium; & faciliorem litis expeditionem, & iuris (quod fouere partes putant) conseruationem, causæ expectatum euentum, spémque vel præstat, vel aufert. Maximæ ideò super hoc oriri contentiones solent; ad nósque an pauperibus electio hæc competat, discutere attinet.

1 Et negatiuam partem suadet vulgaris regula actorem rei forum † sequi omninò adstringens, laicumque coram suo Iudice laico conueniendum fore dictans: De qua in *l. 3. C. de iurisd. omn. iud. in c. Cum sit generale*, 8. *c. Suscepto*, 10. *c. Ex tenore*, 11. extra *de foro comp. l. 23. tit. 2. p. 3. l. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. nouæ reg. coll.* Et ne in re tam nota plures referendo immoremur, videre licèt adductos à Petr. Cenedo *in pract. qu. Canon. qu. 14. num. 1.* Ioan. del Castillo *controuers. lib. 3. cap. 15 num. 8.*

2 Quod siue actor laicus sit, siue Clericus, † siue pro rebus propriis, siue Ecclesiæ suæ laicum conueniat; firmant *text. in c. Si Clericus laicum*, 5. & ibi Scribentes, *de foro comp.* Paul. Castr. *cons. 368. n. 1. lib. 1.* Pet. Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 9. n. 1.* Estque hodiè expressus de iure Regio *text. in l. 6. tit. 1. lib. 4. nou. Reg. Col.* dicemusque latiùs infrà.

Quarè, & fortiori ratione, Iudicem secularem Clericum distringere, † vel condemnare non 3
posse, est *tex. in c. 2. de foro comp. c. Cùm non ab homine*, 10. *c. Decernimus*, 2. *de iud.*

Nec si vellet Clericus foro suo renunciare † 4
posset, vulgaris *text. in c. Si diligenti*, 12. *de foro comp.* Quód & in laicis hodiè † constitutum 5
grauibus sub pœnis extat, prohibitumque ne se Ecclesiastico submittant foro, per *tex. in l. 10. & 11. tit. 1. lib. 4. nou. Reg. Col.* Licèt olim id laicis permissum esset, ex *tex. in c. Significasti*, 18. *de foro comp.*

Roboratur prætereà principalis assertio, quia qui vno Iudice relicto, ad alium vadit, ei iniuriam infert, † *tex. in l. Litigatores*, 11. *D. de ar-* 6
bit. glos. in cap. Placuit, 2. *verb. Neque*, 11. *qu. 1.* Cúmque iurisdictiones distinctæ sint, † Eccle- 7
siastica, & secularis; *Auth. Quomodo oport. Episcop. in princip. coll. 1. c. Celebritatem, de consecr. dist. 3. in fin.* not. Hostiens. *in summa, qui filij sint legit. §. Qualiter, & à quo, in prin.* confundi non debent. Neque vnus officialis in officium se debet ingerere † alterius, vt inquit Bald. *in l. 1.* 8
n. 2. D. de offic. Consul. In messem namque alienam falcem mittere licèt nemini Deuter. *c. 23. in fin.* Reddédaque sunt Cæsaris, Cæsari, & Dei, Deo, *cap. Ex parte, 9. in fin. de Cleric. coniug.*

Vndè Iudicem Ecclesiasticum nec debere, nec posse in temporalem se intromittere † iu- 9
risdictionem, comprobant dicta iura, *text.* etiam *in cap. Nouit*, 13. *in prin. c. Lator*, 5. *qui filij sint legit. c. 2. de priuileg.* de iure Regio *text. in l. 10. & 15. tit. 1. lib. 4. nouæ Reg. Collect.*

Nec pariter (& à fortiori) Iudicibus, Dominisvè temporalibus † in Ecclesiastica se inge- 10
rere negotia permissum est, Ecclesiasticamvè iurisdictionem impedire, dictis iuribus suprà *n. 3. & 4.* cauetúrque nominatim per *l. 5. tit. 3. lib. 1. nouæ Reg. Collect.*

In specie denique nec paupertatis, aut miserabilitatis rationem efficere, vt pauper aduersarium laicum coram Iudice Ecclesiastico, † nisi 11
super causa Ecclesiastica, vel in defectum Iudicis secularis, conuenire possit; probat *text. in d. c. Ex tenore*, 11. *de foro compet.* per quem ita tenet Henric. Bober. *in suis singul. verb. Iudex, n. 5.*

Quando autem secularis Iudex negligens in administranda iustitia est, regulare videtur, vt non solùm ad Iudicem Ecclesiasticum recursus detur, iuxta *tex. in d. cap. Ex tenore*; sed etiamsi lis inter Ecclesiasticos vertatur, negligensque sit Ecclesiasticus Iudex, ad secularem † concedatur, vt docent *gloss. in cap. Fi-* 12
liis, vel nepotibus, verb. Regis, 16. *quæst. 7.* Guilliel. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verb. Adelasiam, num. 404.* & alij, quos refert, & sequitur Iacob. Menoch. *de retin. possess. remed. 3. num. 354. cum seqq.* Petr. August. Morla *in empor. iuris, tit. 2. de iurisd. omni. indic. quæst. 14. num. 4. & 8.* Contrarium licèt teneat (cui adhærendum puto) Stephan. Gratian. *discept. forens. lib. 2. cap. 238. numer. 72. cum sequentibus.*

Suprà

Suprà dictis tamen non obstantibus, vera resolutio est, posse pauperem aduersarium lai-
13 cum coram Iudice Ecclesiastico, † etiamsi secularis Iudex negligens non sit, conuenire, firmatque expressè *text. in cap. Super quibusdam 26. in fin. de verbor. signific.* ibi *Item viduis, pupillus, orphanis, & miserabilibus personis teneatur in iudicio Ecclesiastico respondere.* & text. (secundum vnum intellectum; quem ad hoc singularem dicunt *ibi* Abb. & Anton. *de* Butr.) *in cap. Per vestras, de donat. inter vir. & uxor.* facit text. in *cap. Si quis de potentibus. 21. c. Si quis Romipetas. 23. cap. Illi qui. 25. in ordine, 24. quæst. 3.* notant Scribentes in *cap. Significantibus. 38. de offic. & potest. iud. deleg. & in d. c. Ex tenore de foro comp.* hancquè tuentur sententiam Specul. *in tit. de foro comp. §. 1. numero 16. versic. Decimus nonus*, Palac. Rube. *in repet. d. cap. Per vestras, §. 1. versic. Nota secundò, ex numero 5. cum seqq.* Gregor. Lopez *in l. 48. titul. 6. part. 1. gloss. fin.* vbi communem, licèt quod difficulter in istis Regnis obtineret, dicat, Anton. Gabriel. *commun. opin. tom. 1. sub tit. quando Imperat. inter pupill. & vidu. num. 6.* communem professus per *text. in d. cap. Ex tenore*, vbi id omnes tenere asserit, & per *text.* (quem ad hoc notare dicit communiter Doct.) in *cap. Ex parte, B. 15. eod. tit. de foro compet.* testariquè Panormit. *ibi*, & Socin. *in cap. Licèt ex suscepto, eod. tit.* & docent Cornel. Beninc. *de pauper. quæst. 5. princip. numero 41.* Petr. Rebuff. *1. tom. ad constit. Gall. tit. de setent. prouision. art. 3. gloss. vlt. numero 30.* Sigism. Scacc. *de iud. lib. 1. cap. 12. numero 17.*

14 Pauperes enim miserabiles personas esse, † nemo ambigit, vt notatur in dictis locis & tenent Anton. Butr. *in d. cap. Significantibus, numero 22. de offic. deleg.* Marc. Anton. Natta *consil. 590. num. 7. libro 3.* Petr. Bellug. *in Specul. Princip. rubr. 23. §. Sed pone, num. 10.* Ioann. Bapt. Thor. *in suo compend. decis. verb. Pauper*, Antonin. Thesaur. *decis. 177. num. 1.* Francis. Vivi. *decis. 222. num. 3.* Ioan. Maria Nouar. *in praxi electionis, & varias fori, sect. 1. quæst. 16. numero 1.* & per consequens dicto debere gaudere priuilegio.

Vndè pro sibi relictis alimentis posse pauperem aduersarium laicum ad iudicium Ecclesia-
15 sticum † trahere; obseruant Bart. Immol. Gemini. & alij adducti per Petr. Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 9. num. 1.* Didac. Conarr. *de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 6. numero 8.* Lara *in l. Si quis à liberis, in princip. numero 39.* Petr. Cened. *in practic. Canon. d. quæst. 14. numero 1.* Ludouic. Molin. *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. numero 75.* prosequemurquè latiùs infrà.

Quæ specialitatis ratio, non alimentorum, sed paupertatis respicit fauorem. Si enim dini-
16 ti, vel non pauperi alimenta debeantur, † huiusmodi cessabit priuilegium, coramquè seculari Iudice aduersus laicum erunt alimenta petenda, vt affirmant Bart. *in l. Solent, numer. 13. D. de aliment. & cibar. legat.* post Specul. *ibi* per eum relatum, Palac. Rube. *in repet. dict. cap. Per vestras. 2. notab. numero 19. versic. Respondetur*, Lara *dicto numero 39.* Petrus Surdus *de aliment. dicto titul. 8. priuileg. 9. numero 4. in fin. numero 5. & priuileg. 1. numero 3.* Petrus Cened. *suprà numero 3.* Lancellot. Gall. *in consuet.* Alexand. *gloss. Solidos, quæst. 6. numero 54. & 56.* Ioann. Gutierrez *practic. quæst. libro 1. quæstione 44. numero 4.* Sigism. Scaccia *de iudic. libro 2. capite 5. numero 48.*

Quod inde prouenit, quia talè legatum
etiam pro alimentis † diuiti relictum pium non 17
dicitur, Bart. *in l. Alio numero 4. & 5. D. de aliment. & cibar. legat.* Alexand. *in l. Si constante, numero 18. D. solut. matrimon. & in addit. ad* Bart. *in l. Si cum dotem, §. Si mulier, lit. K. D. eod.* Andr. Tyraquell. *in præfat. o pia caus. ex numero 21.* Cornel. Beninc. *d. quæst. 5. princ. numero 48. & 49.* Peralt. *in l. Si quis Titio, numer. 9. cum seqq. D. de legat. 2.* Deci. *consil. 72. numero 3. versic. Relictum pro alimentis*, Petrus Cened. *dict. numero 3.* Petrus Surdus *d. priuileg. 1. numero 3. & priuileg. 9. numero 5.* Ioann. Gutierr. *d. quæst. 44. numero 8.* Cardinal. Franc. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. numero 26. & 27.* Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. n. 15.*

Idemquè si pro puellis non pauperibus † 18
maritandis, relinquatur, Cardinal. Seraphin. Oliuar. *decis. 726. numero 6.* Dotis namquè causa non, nisi cum pauperi relinquitur, aut promittitur, pia iudicatur, vt (ex Cornel. Benin. Petr. Surd. & alijs) tradit. Scaccia *sup. numero 59. & seq.*

Nec etiamsi testator pro anima † se relin- 19
quere dicat legatum pium, si diuiti fiat, reputatur, vt docent Cornel. Beninc. *de pauper. speciali 8. in vltim. voluntat. numero 25.* & post alios nouissimè Ioan. Ant. Mangil. *in tract. de imputationib. quæst. 120. numero 4. & 17. cum sequentibus.*

Si verò talè legatum pauperi (etiam absque
aliqua alia expressione, vel adiectione) fiat, † 20
pium dici; tradunt latè Tyraquell. *d. pia causa in præfation. numero 20.* Cornel. Benin. *d. tract. speciali 6. in vltim. votat. numero 17.* Didac. Conarr. *in epit. 2. par. cap. 8. §. 6. numero 8. versic. Est enim*, Petr. Surd. *d. tit. 8. priuileg. 9. numero 2. & tit. 9. quæst. 3. numero 1.* Ioann. de Roxas *in epitome suc. ess. cap. 21. numero 80.* Petr. Cened. *suprà, numero 1. versic. Inter alios*, & diximus *quæst. 4. numero 45.* & tenent alij iam relati suprà *numero 15.*

Ideoquè pro eo consequendo, conueniri
Ecclesiasticus potest Iudex † *gloss. 1. & fin. cap.* 21
Relatum, el. 1. de testam. quam sequitur, singularemquè dicit ibi Panormit. *numero 8. in fin. gloss.* etiam *in cap. Si hæredes*, & ibi Scribentes, *eodem tit.* probat *text. in l. Hereditas. 53. in fin. (& ibid. gloss. fin.* Bald. & Angel.*) D. de petit. hæredit.* Andr. Tiraquel. (post multos ab eo congestos) *de pia caus. priuil. 149.* Conarr. *in d. c. Relatum, numero 13.* Petrus Surdus *d. priuileg. 9. numero 2. in fin. numero 3. & 4* Petr. Cened. *vbi suprà, numero 1.* Gutier. *dicta quæst. 44. numero 2.* P. Ludouic. Molin. *de iustit. & iure, tract. 2. disput. 250. post. princip.*

Nec solùm pro alimentorum, vel dotis obtinendo legato, prædicto fauore gaudere pauper poterit, aduersariumquè laicum ad Ecclesiasticum iudicium trahere; sed etiam in qua-
uis alia † causa, cum miserabilibus, ac paupe- 22
ribus, absquè alicuius causæ præfinitione id concessum sit priuilegium, *d. cap. Super quibusdam*, aliisquè iuribus, & authoritatibus iam relatis.

Id firmant etiam multi ex eo, quòd pauperes omnia Ecclesiarum priuilegia, † habeant; 23 *text. & ibid.* Bald. *in l. Illud*, 16. *C. de Sacrosanct. Eccles.* notatur *in Auth. De Ecclesiast. tit. in princip. col.* 9 Palac. Rubc. *in repet. dict. cap. Per vestras*, §. 1. *notab.* 2. *n.* 10. *glossam* dicens ad hoc (si benè perpendatur) *in l. final. verb. Captiuorum, C. de Sacrosanct. Eccles.* Conel. Beninc. *d. quæst.* 5. *princ. numero* 45. & *speciali* 6. *in contractib. n.* 18. Franeisc. Monald. *consil.* 56. *numero* 20. *volum.* 2.

Pauperumquè bona Ecclesiarum bonis æquiparari, tradit (ex alijs etiam) Tyraquell. *de pia causa, in præfationib. numero* 9. lateque ante cum Felin. *in cap. De quarta, numero* 10. *de præscript.*

Ex hac autem æquiparatione (licèt in ea magnam vim multi ex præcitatis Authoribus, ad sententiam nostram firmandam faciant:) non tamen validam eam reputamus, aut efficacem. Prædicti namquè per eam supponunt Authores, propter bona Clericorum, aut Ecclesiarum, conueniri coram Iudice Ecclesiastico laicum posse; quod nullo iure efficaciuè ratione probatur, † *Text.* enim in *d. cap. Si Clericus laicum.* 5. *de foro compet.* (qui 24 pro hac parte adduci consueuit) nequaquam eam firmat, contrarium potiùs ex illius depromitur verbis, quæ: sunt *Si Clericus laicum de rebus suis, vel Ecclesia sua impetierit, & laicus ipsas non Ecclesiæ esse aut Clerici, sed suas proprias adseuerat; debet (de rigore iuris) ad forensem Iudicem trahi: cum actor forum rei sequi debeat.* Nequè argumentum à contrario sensu (quod sic pro aduersa sententia formari posset; *Ergo si laicus conuentus res esse Ecclesiæ, vel Clerici non negauerit, ad iudicium Ecclesiasticum trahi poterit*) hoc in casu procedit: duplici præcipuè fundamento. Primò, quia per huiusmodi argumentandi modum in pæsenti absonus induceretur intellectus, legumquè correctio, cum regula iuris sit, *In suo quemlibet foro conueniendum*, vt text. idem ipse, & alia in principio iura relata firmant. Vbi autem absonus resultat intellectus, legumvè correctio; argumentum à 25 contrario sensu † nullo modo procedit, *text. in l. Conuenticula*, 15. *C. de Episcop. & Cleric. text. in l.* 2. *C. de condit. insert. text. in cap. A nobis*, 28. §. *Nec obstat* (ad quod eum ibi ponderant Abb. & Felin.) extra *de sentent. excomm. glos. in cap. Quanto*, 18. *verb. Immoderatas, de vsur. glos. in cap. Significasti*, 18. *verb. Clerici, post med. vers. Sed ibi non habet locum argumentum à contrario sensu, de foro compet. & ibid.* latè Felin. *numero* 13. *glos.* 1. *in cap. vnic. vers. Sed ad primum dic, de ætat. qualit. lib.* 6. copiosè Nicol. Euerar. *in locis legalib. loco* 82. *à contrario sensu, numero* 4. *seqq.* Ludouic. Roman. *in auth. Similiter in* 19. *speciali pia causa circa vltimas voluntates, C. ad leg.* Falcid. Garf. Mastrill. *dec.* 261. *numero* 101. Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 87. *numero* 5. Deduciturquè ex sacra Scriptura *Genes. cap.* 28. *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei; erit mihi Dominus in Deum.*

Seundò, quia verba *d. cap. Si Clericus laicum* narratiua sunt, præter illa in eius fine adiecta, *Debet de rigore iuris ad forensem Iudicem trahi, cum actor forum rei sequi debeat,* ac ideò nihil de nouo disponunt, † iuxta *Cle-* 26 *ment. fin. de sentent. excomm. & in cap. Si Papa*, 10. *de priuil. lib.* 6. tradit Ludouic. Roman. *consil.* 134. *numero* 2. *vers. Ex qua quidem narratione*, & pleniùs *consil.* 191. vbi plurimos eiusdem opinionis communemque dicens refert *Addit.* Ias. *in l.* 2. *in* 2. *lectur. numero* 33. *C. de Sacros. Eccles.* Cardin. Dom. Tusch. *pract. conclus. lit. L. concl.* 274. *per tot.*

Nec affirmatio laici dicentis, res Ecclesiæ esse, si aliquando iusto titulo ad se pertinere contendat, quidquam contra eum operabitur, vt ad Iudicem Ecclesiasticum trahi possit: Nec à contrario sensu in isto casu arguere in verbis narratiuis, † licèt, vt (post Ioan. 27 Andr. & Anton. *de* Butr. ab ipso relatos) obseruant Felin. *in d. cap. Significasti, numero* 13. *de foro compet.* & Ias. infra proximè referendus. Imò nec directè à verbis narratiuis Canonis, vel Legis arguere licèt, *glos. in cap.* 2. *verb. Non teneris, ante med. versic. Dic quod ibi factum narratur, vt lite pendente, lib.* 6. & *in cap. vnico, verb. Collationem*, post med. *vers. Vnde per illa verba potiùs factum videtur narri, de rer. permutat. eod. lib. glos.* etiam *in cap. Auditis*, 29. *verb. Ex postfacto, in fin. vers. Et quod dicit, de electione, & elect. potest,* tradunt plenè Ias. *in l. vni. Codice quando non petent. part. num.* 21. Euerard. *suprà, num.* 3.

Ex quibus, veram non esse deducitur sententiam eorum, qui dicunt, aut supponunt, Clericum prò rebus suis, vel Ecclesiæ conuenire laicum coram Iudice Ecclesiastico † pos- 28 se (quorum multos præter suprà adductos refert Camill. Borrel. *in summa decis. titulo* 43. *numero* 137.) vt aduertit Felin. *in d. cap. Si Clericus laicum, numero fin. & in cap. Cum sit generale, ante numero* 1. *col.* 2. *statim post princip. de foro compet.* vbi pro rebus suis, vel Ecclesiæ, nisi in casu sacrilegij, vel quasi, coram Iudice seculari fore conueniendum laicum, regulare profitetur, sequitur Ioan. Gutier. (communem dicens) Canonic. *quæst. lib.* 1. *cap.* 34. *numero* 7.

Aduersaquè sententia data, violentia, † do- 29 lo, vel fraude, poterit tantùm locum habere, tunc enim fori electione vti Ecclesiam posse, aduersariumquè suum laicum ad Ecclesiasticum forum Clericum trahere notant Ioan. And. *in d. capit. Cum sic generale*, Alexand. *conf.* 103. *in fin. lib.* 5. quos refert, & sequitur Matth. *de* Afflict. *decis.* 257. *numero* 2. Didac. Couar. (de communi attestans) *practic. quæst. cap.* 7. *num.* 3.

Igitur non ex præfata Ecclesiarum & pauperum æquiparatione fori electio; sed paupertatis, miserabilitatisquè ratione pauperibus, miserabilibusquè conceditur. Hos namque solos 30 † prædicto gaudere fauore ostendit *text. in d. capit. Super quibusdam*, 26. *de verbor. signific.* alijque *suprà numero* 13. citati monstrant.

Ecclesia autem, vel Clericus nisi pauper sit, miserabilis dici non potest. Miserabiles enim super quibus mouetur Natura ad miserendum, † dicuntur; vt inquit Ionan. Andr. quem refert, 31 & sequitur Panormitan. *in cap. Significantibus*, 38. *numero* 6. *de offic. & potestat. iud. delegat.*

Gregor.

Gregor. Lopez *in d.l.48. tit.6. par.1. glos. fin. post med.* Argutè Ouidi. Metamorph. *lib.8.*

Molitúrque genus pœnæ miserabile, si non.
Ille suus esset nulli miserabilis actus.

Ac ideò misericordiam miseriæ vicinam, dixit Seneca *de Clement. lib.2.* Vel quòd fœlicitatem amiserint, † secundum *D. Isidorum in 2. etymolog. litera M,* latè Palac. Rub. *in repet. d. cap. Per vestras, §. 1. vers. Nota secundo, num.* 7. Concinit, quod lugens cecinit Ouid. Tristi. *lib.4. Eleg.10.*

Me quoque fœlicem, quòd non viuentibus illis
Sum miser.

Et lib.5. Eleg.8.

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pacitur ille cibo.

Et ibid. Eleg. 2.

Hinc ego dum muter, vel me Zanclea Charibdis.
Deuoret, atquè suis ad Stygia mittat aquis;
Vel rapidi flammis vrar patienter in Aetnæ:
Vel freta Luccady mittar in alta Dei.
Quod petimus pœna est (nec enim miser esse recuso)

Et eod. lib. Eleg.7.

Quam legis ex illa tibi venit epistola terra,
Latus vbi æquoreis iungitur Ister aquis.
Scilicet vt semper quid agam charissime quæris,
Quamuis hoc vel me scire tacente potes:
Sum miser, hæc breuis est nostrorum summa malorum.

32

Ecclesia autem, vel Clericus diues, miserabilis persona † dici non potest, cum in eis suprà dictæ deficiant qualitates, ac per consequens huiusmodi conueniendi laicum coram Iudice Ecclesiastico spolio, vel rapina (vt diximus) cessante, denegandum sit priuilegium. Quam sententiam tenet Didac. Couar. *practic. quæst. d. cap.7. num. 3.* addens tamen, hoc in *Castella* Regno iam obtinuisse, dudúmque receptum, quatuor mendicantes Ordines, Sancti scilicèt Francisci, S. Dominici, S. Augustini, & Carmelitarum, Monialiumuè Monasterium, cuiuscumque Ordinis, ac instituti, aut pauperum Hospitale, etiamsi Ecclesiæ istæ diuites sint, posse in prima instantia laicum ad Curiam Regis euocare. † Solúmque quatuor Mendicantium Ecclesias pro miserabilibus (ad effectum de quo agimus) haberi; notat etiam Thom. Valasc. *allegat. 66. numer. 17. & Barbos. in remissionib. ad leg. Reg. Lusitan. lib. 3. tit.5. §. 3. num.15.* Senatum insuper Portucalense id ad solos Mendicantes in communi bona non habentes, veluti Franciscanos restrinxisse, addens.

33

34

Ecclesiamque diuitem non nisi data rapina, vel violentia fori electione gaudere, miserabilemuè dici, tenent Sigismund. Scaccia *de appellat. quæstione 7. numero 130. & seqq.* Camil. Borrel. *in summa decis. titul. 56. numero 29.* licèt aliquos contrarium tenentes alleget *ibid. num.28.*

Ex quibus facilè est iam intellectum ad *textum* conijcere *in d. cap. Super quibusdam, 26. extra de verbor. signific.* fori electionem nominatim viduis, pupillisquè concedenti, vt de pauperibus, † non etiam de diuitibus intelligatur. Cum hi (iuxta iam notata) verè, ac propriè miserabiles non dicantur. Ideóque nec aduersarium laicum coram Iudice Ecclesiastico, nisi ob Iudicis secularis oppressionem, vel negligentiam, possint trahere. Docent ita Felin. *in d. capit. Significantibus, num. 4. de offic. & potest iudic. deleg. & ibi idem* Abb. *num. 6. & eius Addit. lit.* B. Ioan. And. Cardin. & Imol. *ibi.* Ias. *in l. Titia textores, num. 6. D. de legat. 1.* August. Beto. *consf. 74. numer. 20. lib.3. Practic. Marant 4. par. distin.11. num.9.* Cornel. Beninca. *de pauper. quæ .4. num. 12.* Petr. Cened. *d. qu. 14. numer. 4.* Sigismund. Scacci. *de iudic. lib.1. cap.11. numero 17.* Adrian. Negusan. *in sylua responsor. qu. 186. n.5.* communem, nec ab ea recedendum, hanc dicens.

35

Et in terminis *d. l. vnic. C. quando Imperat. inter pupil. & vidu.* † (cuius tamen diuersa aliquantulum ratio, vt infrà dicenda monstrabunt) hanc tenuêre sententiam Paul. Castrens. Innocen. Specul. Alexand. Abb. Afflict. Rebuf. Tiraque. & alij relati per Francisc. Viui. *decis. 521. lib. 4. num. 7.* communémque dicit Francisc. Ripa *in l. 1. vers. Vltimo dubitatur, D. solut. matrim.* relatus à Vincent. *de* Franchis *decis. 100. num. 19.* probat (communem, veriorem, iurisque indubitatam conclusionem asserens) Roland. *a* Valle *consf. 20. post numer. 12. cumseqq. lib. 2.* Didac. Perez *in l.1. tit. 1. lib.3. Ordinam. verbo, Pobres, vers. Item quia vidua, & vers. In contrarium,* Cardinal. Dominic. Tusch. *practi. conclus. lit. V. conclus. 203. in prin.* Ioan. Baptist. Marchesan. *de commission. tit. de commissione auocationis causar. §. 2. par. 2. numer. 26. in fin.* vbi, quòd ad hoc vt quis verè, & propriè miserabilis dicatur actus requiritur, & habitus, nec alterum sine alio sufficere, vt dicto priuilegio locus sit, firmat, & *numer. 27. & sequ.* præcipuè *numer. 31.* Marta *decis. siue vot. 209. num.5.* 36

Contrariam licèt in isto casu tenuerint sententiam Alex. Bald. Nouel. Ioan. Lup. Andre. Gail. Afflict. Couar. Thesaur. Azened. Vincent. *de* Franch. & plurimi alij, quos refert, & sequitur Ioan. *del* Castillo *controuers. lib. 3. cap. 25. num.25. vers. E contrario,* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.2. casu 66. num.11. & 12.* Marc. Anton. Natta *consf.590. lib.1.* Francisc. Milanes. *decis.5. numer.2. lib.2.* Ioan. Maria Nouar. *in praxi electtion. & variat. fori, quæst. 5. num. 3. & quæstione 7. numero 2.* & hanc magis communem, quotidiéque eam Signaturam amplecti, dicit Ioan. Baptist. Marchesan. loco iam relato, latè firmat, defenditque Francisc. Viui. *decision. 521. numero 8. & seqq. d. libro 4.* Paul. Fusc. *in singul. suis, lit. V, numero 29.* Bernard. Græuæ. *conclusion. pract. Cam. Imperia. conclusion. 1. consideratione 1, numero 4.* Quodque etiam ditissimus dici miserabilis possit, † ostendit Ouid Metamorphos. *libro 11.* de Rege potentissimo Mida loquens. 37

Siue dapes auido conuellere dente parabat;
Lamina fulba dapes admoto dente premebat.
Miscuerat puris authorem muneris vndis:
Fusile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali diuesquè, miserque,

37 Sed quamuis adeò dubia hæc sit quæstio, vt
impossibile penè reputetur, quæ earum senten-
tiarum verior, aut receptior sit quoad *d. legis
vni c. C. quando Imperat inter pupill. & vid.* pri-
uilegium, fauoremquè secernere: Vtrùm scilicet
vidua, vel pupillus diues possit aduersarium in
prima instantia ad Curiam trahere Regis?
Quoad casum verò *d. capit. Super quibusdam,*
facultatem miserabilibus concedentis, vt aduer-
sarios suos laicos ad Iudicem Ecclesiasticum
possint trahere: omninò pauperes esse requiri-
tur: aliàs enim quantumcumque vidua, vel pu-
pillus diuites, miserabiles dici possint, vt fauore
d. l. vnicæ frui debeant, veraque hanc tenentium
sententiam foret opinio: non tamen *dicti cap.
Super quibusdam* (spolio oppressione, iudicisquè
secularis negligentia dempta) gauderent fauore:
38 † istis namque cessantibus, de foro seculari vi-
dua, pupillusquè dicuntur, *text. in cap. Regnum
23. quæst. 5.* not. *glos. in d. cap. Significa tibus de
officio, & potest. iudic. deleg.* tradit (hanc inter iu-
dicium seculare, & Ecclesiasticum distinctio-
nem approbans) Marc. Anton. Natta *d. cons.
590. post n. 9.* Franc. Viu. *d. decis. 521. n. 13.* vbi
latè Ioan. Bapt. Marchesan. *d. tit. de comissione
auocat. causar. §. 2. part. 2. n. 31. colum. 4. in fine.*

Firma igitur conclusio manet: Posset paupe-
rem aduersarium suum ad iudicium Ecclesiasti-
cum trahere, neque id pupillo, vel viduæ, si di-
39 uites sint, concedi. Quæ & de iure Regio, †
stantequè *d. l. 10. tit. 1. lib. 4. noua Reg. Co ell.*
(statuente: *Que ningun lego se a osado de mandar,
citar, ni emplaçar a otro lego delante del Iuez de
la Iglesia sobre deudas, ò cosas profanas a la Igle-
sia no pertenecientes*) procedet. Quia causæ pau-
40 perum, dicuntur piæ, † (vt latè *in præfatione*
annotauimus) ac per consequens ad Ecclesiam
pertinent, earumquè respectu, etiam in laicos
Episcopus iurisdictionem habet; *text. in l. 1* (*&
ibi* Bald.) *C. de Episcop. Aud. c. 1,* (*& ibi* Abb.
Anton. *de* Butri *&* Hostiens. non valere con-
suetudinem in contrarium dicens) extra *de
empt. & vendit. glos. fin. in capit. Relatum 31 de
testam.* Andr. Tyraquel. *de priuileg. piæ caus. pri-
uileg.* 149. Stephan. Aufrer. *de potestat. Eccle-
siast. super laicos, n. 4.* Didac. Couar. *in d. cap Re-
latum. n. 22.* Et secundum constitutiones Cano-
nicas causa pia tractanda est, *text. in d. cap. Re-
latum, & ibid.* Didac. Couar. *d. n. 22.* Petr. Surd.
de aliment. tit. 8. priuileg. 9. n. 4. Et in causis pau-
perum, ac miserabilium personarum præualere
Canonem legi, etiam in foro ciuili, tenet (post
Anton. *de* Butr. *&* Aretin. quos allegat) Petr. Re-
buf. *de sentent. prouis. d. art. 3. glos. vlt. n. 30.*

Ideoquè Canonica constitutio laicis paupe-
ribus fori Ecclesiastici electionem concedens,
seruari debet. Neque *text. in d. l. 10.* in causis ad
iudicium Ecclesiæ pertinentibus (vt sunt piæ)
loquitur; quinimò eas nominatim excludit, a
contrario sensu, in illis verbis: *A la Iglesia no
pertenecientes.* Nec statutum laicorum ad piam
41 causam † se extendit, nec leges super rebus ad
pias causas pertinentibus, vel piis actibus depu-
tatis factæ, nisi authoritate Ecclesiæ confir-
mentur, valent, vt (ex *text. in cap. Ecclesia sanctæ
Mariæ. 10. de constitut. & in cap. Benè quidem
96. distin.* cum similibus) dixit, defenditquè in
simili eleganter Alexand. *cons. 105 numero 9. &
seqq. lib. 4.* incip. *Viso ac diligenter considerato,*
latè Petr. Rebuff. *ad constit. Gal. 3. part. tract. vt
laici non conueniantur coram iudicib. Ecclesiast.
numero 2. & sequentib.*

Nec si potestas adesset, quoad hunc casum,
per *dict. leg. Regiam* constitutio læderetur Ca-
nonica. Tùm ex iam perpensis *dictæ legis* verbis:
Tùm quia per generalem prohibitionem spe-
ciale non corrigitur ius, † *glos. 1.* (communiter 42
approbata) *in l. 3. C. de Silentiariis, & Decurio-
nib. lib. 12.* & tradunt plurimi, quos refert, &
sequitur Ioann. Gutier. *practic. quæst. libro 3.
quæst. 9. n. 19.* qui prædictam sententiam in
terminis *d. l. Regiæ* tenet, & defendit, ex *n. 2. cum
seqq. per tot. & lib. 1. practic. quæst. 44. per tot.* &
latiùs Nos infra, præcipuè *numero 57. & 58.*

Et licet Illephons. *de* Azeued. *in d. l. 10. num.
44. & seqq.* contrarium tenere sit ausus, trepido
tamen, ancipiti, & titubanti animo iudicium
suum protulit: in casu præcipuè, quo pauper
pro aliqua re sibi in testamento relicta ageret.
Dixerat enim *ipse ibi n. 43.* Relicta ad pias cau-
sas, etiam dicta lege stante, coram Iudice Eccle-
siastico aduersus laici hæredes peti posse; quia
relicta ad pias causas spiritualia respiciunt, † ex 43
sententia Alexand. quem supra retulimus n. 10.
& Couarr. *in d. cap. Relatum el. 1. d. n. 22.* Post-
modum tamen *n. 49.* tenere intendit, si à laico
legatum sit rei profanæ relictum, Iudicis secu-
laris negligentia non data, absque *d. legis* pœna
laicum cui legatum factum est, testatoris hære-
dem coram Iudice Ecclesiastico conuenire non
posse. Ea motus ratione; quia res profana reli-
cta est, & quia super tali legato potest secularis
Iudex, tamquam super re mixti fori adiri; ac
ideo dum coram seculari Iudice peti potest, non
esse Ecclesiasticum adeundum. Cuius prima ex
eo destituitur ratio: Quia licèt legatum sit rei
profanæ, si tamen pauperi fiat, spiritualia respi-
cit, remissionemquè peccatorum, vt inquit
Alexand. *in d. consil. 105. n. 10 lib. 4.* Ideoque
meritò Ecclesiasticus Iudex, secularis etiam ne-
gligentia cessante, adiri poterit, eritque compe-
tens, cum super huiusmodi causis ad eum etiam
pertineat cognitio, vt & iam ostendimus, *&
ipsemet* insinuat Azeued.

Secunda ex eo, quia fauor piæ causæ is est, vt
actor cui competit, fori vtatur electione, quem
nec lex abstulit, nec voluit auferre (ne non po-
tuisse dicamus.) Nec congruum sui dicti funda-
mentum video, nec *Capellæ Tholosanæ quæst. 215.*
vt benè aduertit pro hac parte Gutier. *dict.
quæst. 29. numero 13. vers. His igitur.*

Item, quia ipse idem Azeued. suam quoque
limitat sententiam *ibidem*, quando alicui pio lo-
co, † Ecclesiæ Capellæ, vel Hospitali authori- 44
tate Episcopi constructo, vel pro Missis, aut an-
niuersario dicendis, Cruce, vel Calice reparan-
dis, legatum fieret, vt absque *d. legis* pœna co-
ram Iudice Ecclesiastico hæc peti possint, ex
sententia *Guidonis Papæ quæst. 576. n. 2.* (quem
n. 4. debuit allegare) & in hoc sequitur eum
Gutier. *d. quæst. 29. n. 15.* ob maiorem, quam di-
cit in hac specie rationem inesse; nempè, pro
pia causa, pro religione, & pro re ad Ecclesiam
pertinenti. Sed neque in his (quantum conice-
re possum) est maior, quàm in relictis pauperi-
bus ratio: imò in eis potentior videtur. Cum
pauperes fabricæ viuæ, † quæ Ecclesiæ repara- 45
tioni præferri debent, reputentur, vt inquit
Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Ec cle-
siastic. quæst. 248. n. 4.* pro quorum subuentione

E cclesiæ

Ecclesiæ res possunt, debentque (si necessitas
46 postulet (alienari,† vt quæst.22. n.41.& seqq. dixerimus. Vndè non magis in illis, quàm in his pietatis, ac religionis, ratio videtur vrgere, par-
47 que saltem pietas, ac religio est, pauperibus, † vt Ecclesiæ relinquere. Probaturque ex eo *Matth.* 19. & *Marc.* 10. vbi Christus Dominus iuueni illi vt venderet omnia, quæ habebat, pauperibusque erogaret, nec tam in templi ornatum conuerti, quam in pauperum vsus, consuluit. Vltima denique ratio fortior non videtur. Neque enim ex eo quòd res, vel pecunia relinquatur, aut debeatur Ecclesiæ, desinit
48 esse profana. Dum diuitiæ, † bona corporalia, fundi, domus, & aliæ res, quæ à Deo ad tempus hominibus dantur (id est, dum in hoc seculo viuunt) profana dicãtur, vt post *Rebuf.* ibi relatum, multisque iuribus firmans) tradit idem ipse Azeued. *d.l.*10.*n.*43. Quæ non ideo, quòd Ecclesiæ relinquantur, profanarum naturam amittunt, imò eam retinere decidit in terminis *Ægid.* Bellamer. *decis.*536.*tit.de restit.spoliat.* Nec per consequens eius rei cognitio (nisi alia ratione ad Ecclesiasticum pertineat) ad illum (vt diximus) perducetur.

Vndè, si pro legato pio loco relicto, vel aliis suprà dictis casibus potest Iudex Ecclesiasticus aduersus laicum adiri: idem quoque & pro legato pauperi facto, in quo eædem militant rationes venit asserendum. Prædictamque sententiam (absque *d.l. Regia* pœna pro legato sibi relicto posse pauperem laici hæredem coram Ecclesiastico, etiam secularis non data negli-
49 gentia, conuenire) † multis mediis, rationibus, & argumentis firmat Ioan. Gutier. *d. lib.*1. *practic. quæst.*44. *per. tot.* & *d. lib.*3. *quæst.*19. *per tot.* vbi contrariis, Azeuedique obiectionibus plenè satisfacit. Qui tamen *d. quæst.*29. *num.*30. sententiam hanc in dote, vel alimentis pauperi
50 in testamento † relictis procedere intelligit, tuncque Iudicem Ecclesiasticum competentem contra laicum esse, non solùm si de his incidenter; sed si principaliter, & ad instantiam partis agatur, firmatque secùs in alimentis, vel dote à lege, vel per contractum debitis, pauperibusvè promissis; timore eius, quod Azeued. *in d.l.*10.*num.*44.& 45. dicit: Pro dote, vel alimentis principaliter petitis, non posse laicum
51 coram Iudice Ecclesiastico, † etiamsi pauperi promissa sint, attenta d. legis 10. dispositione, conueniri contendens; etsi de iure communi recepta sententia fuisset, dotis, vel alimen-
52 torum causam mixti fori esse: † adducitque pro se Ludouic. Molinam *de Hispanor. primog. d.lib.*2.*cap.*15. *num.*75.& 76. qui receptam testatur sententiam, posse Iudicem Ecclesiasticum inter laicos super alimentis, & dote cognoscere, licèt sibi veram non videri asserat, nisi causa dotis, vel alimentorum ad causam spiritualem, de qua principaliter agitur, incidens sit, & quòd aliter apud Suprema non seruaretur Tribunalia; quod verissimum, ac puram veritatem, tenendam in iudicando, & consulendo, dicit Antoni. Gomez *in l.*53. *Tauri, num.*53. & post eum Ioan. Gutier. *in d. quæst.* 44. *numero* 9. ex eo, quia tunc merè secularis, ad Iudicemque secularem pertinens causa est.

Quæ tamen dubietas, cum an doti, vel alimentis simpliciter huiusmodi priuilegium fori Ecclesiastici eligendi concessum sit, quæritur (cum profana dicantur, nec huiusmodi fauor lege aliqua, vel Canone expresè eis concessus sit, solùmque Doctorum opinione nitatur) locum poterit habere: Quod verò pro dote, vel alimentis, aliisvè etiam non ita priuilegiatis pauperi debitis possit pauper aduersarium secularem ad Ecclesiasticum iudicium trahere; opinionibus solùm Doctorum non nititur; sed expressa iuris determinatione *d. cap. super quibusdam*, 26 *in fin. de verb. signif.* pietatis, commiserationisque ratione fulcitur; quæ in dote, vel alimentis non pauperi debitis nequaquam militat, vt plenè suprà ostendimus. Nec Ludouic. Molina in dote, alimentisvè pauperi debitis nominatim loquitur. Neque huic resolutioni contradicere videtur Anton. Gomez *d. n.* 53. *in fin.* † Sibi displicere dicens aliquorum 53
Doctorum distinctionem, firmantium, prædictam opinionem, *in causa dotis posse adiri Iudicem Ecclesiasticum*, quando vidua pro dote soluto matrimonio agit, procedere, quia miserabilis est persona, argument. *tex. in cap. significantibus, de offic. deleg.* Secùs quando constante matrimonio propter inopiam viri mulier contenderet: in neutro casu posse principaliter pro dotis causa Iudicem Ecclesiasticum adiri indistinctè tenens. Quia non adhùc de muliere loquitur paupere, licèt de vidua loquatur, quæ verè, & propriè ob solam viduitatem miserabilis non dicitur, nec fori Ecclesiastici electione gaudet, quantumuis ad trahendum aduersarium in prima instantia ad Regis Curiam sola (vt diximus) viduitas potens sit. Quare in puncto iuris hanc veram omnino, ac tenendam sententiam puto.

Mouetur prætereà Gutierrez ad præfatam distinctionem faciendam inter alimenta, vel dotem promissam; aut debitam per contractum, aut legem, vel vltimam voluntatem: Tùm ratione pietatis: Tùm quia hoc legatum pium relinquitur in testamento, cuius est executor Episcopus, mixtique fori talem causam esse, idque legem Regiam non correxisse dixit.

Sed (vt verum fatear) distinctionem hanc solido niti fundamento † non sentio, nec efficacem constitui inter vtrumque casum discriminis rationem posse existimo. Quia *tex. in d. cap. Super quibusdam.* priuilegium eligendi forum Ecclesiasticum pauperibus, ac miserabilibus non solùm in alimentorum, vel dotis causa; sed etiam in aliis indistinctè concedit: cum priuilegium hoc non tam respectu causæ de qua agitur; quàm personæ concedatur, pietatis, miserationisque ratione, quæ in vtroque pariter militat casu. 54

Nec secundum Ioannis Gutierrez fundamentum, quod scilicèt Episcopus est executor testamenti, firmitatem illius distinctioni addere videtur. Quòd enim Episcopus executor testamentorum sit, non tam prouenit ex aliquo Episcopali priuilegio, quàm ipsiusmet causæ, ratione pietatis quam in se continet, quæ ad tribuendam Episcopo, Iudicivè Ecclesiastico inter laicos iurisdictionem (vt ex iam dictis constat) potens est. Episcopus enim pro legatis saltem non piis in testamento relictis exequendis, non poterit se inter laicos ad petitionem partis ante hæredis, vel executoris testamenti moram vnius anni † à die insinuationis testamen- 55

ti intromittere; iuxta *text. in Auth. Hoc. amplius, C. de fideicommiss. & in Auth. de hæredib. &* Falcid. §. *Si quis autem non implens, collat. 1. & in l. 6. tit. 10. part. 6.* quæ annum à morte testatoris computat, post quod tempus poterit Episcopus, vel Iudex Ecclesiasticus authoritatem, officiumquè suum in his interponere, testantiumquè voluntates ad effectum perducere; *text. in cap. 3. de testam. glos. in cap. Si hæredes, 6. verb. Adimpleuerint, eod. tit. vbi* Didacus Couarr. *n.* 4. & communiter Doctores, Ioan. Gutier. *d. lib. 1. practic. quæst. 44. num. 4.* Ioan. Matienzo *in l. 14. tit. 4. lib. 5. noua Reg. Collect. glos. 1. num. 45.* P. Ludouic. Molin. *de iustit. & iure, tractat. 2. disput. 251. numer. 2. & 3.* Petr. Cened. *d. quæst. 14. num.* 2. Borgnin. Caualcan. *decis. Fauz. 3. num. 21. & seq. p. 1.* Ante huiusmodi verò tempus, si pars velit sibi legatum non pium solui, Iudicem laicum adire debebit, cum legatum ipsum profanum sit, cuius est iudex competens laicus.

Ex quibus deducitur, Episcopo, vel Iudici Ecclesiastico iurisdictionem inter laicos non ratione testamenti executionis, sed ratione pietatis post dicti anni lapsum ob hæredis, vel executoris negligentiam, & contumaciam competere, quia pium est defunctorum voluntates adimpleri, ac per consequens vbi eadem pietatis ratio extiterit, etiamsi de adimplendo testamento non agatur, sed in aliis actibus in quibus piæ causæ fauor vertitur, vt in nostro, quando pauper sibi præstanda alimenta, siue ex contractu, lege, vel testamento contendit, Iudex Ecclesiasticus adiri à laico paupere poterit, piæ causæ fauore suadente.

Præterea argumenta, & rationes per Ioan. Gutier. *d. qu. 29. & 44.* adductæ sic in vno, quàm in alio militant casu, ex eisque constat *d. legem Regiam* impedimento dicti capitis *Super quibusdam* constitutioni, Doctorumquè traditioni suprà relatæ non esse; nec *dicta legis* prohibitionem pauperes comprehendere.

Quod deinde firmo, quia licèt prædictæ legis prohibitio, seu dispositio generalis foret, acideò
56 generaliter intelligenda, † iuxta vulgarem regulam *tex. in l. De pretio, 10. D. de Publician. in rem action. text. in leg. 1. §. Generaliter, D. de legatis præstand. & in l. In fraudem, 16. §. fin. D. de milit. testament. & in l. 1. §. Quod autem, D. de alea lusu, & aleator.* & tradunt Ias. *in l. Non dubium, num. 38. C. de legibus*, Ioan. Crot. *in l. Omnes populi, num. 166. D. de iustit. & iure*, Aymon Crauetta *consilio 84. num. 13.* Alderan. Mascard. *in tractat. statut. conclusione 5. nu. 2.* Cardinal. Tuschus *litera L. conclusione 262.* (licèt per errorem numerata non sit) Francisc. Becci. *consilio 16. n. 4. & consil 87. n. 4.* Petr. Surd. *consil. 271. numero 28. & de aliment. titulo 6. quæstione 19. num. 4.*

Aduersus tamen pauperes regulam hanc non
57 procedere, † neque eos statutum, legemvè generalem comprehendere; firmat idem ipse Mascard. *d. loco, numero 99. limit. 23.* addens, quòd si extaret (prout extat statutum Sarzaniæ) de bonis communibus non posse donari, remitti, &c. nihilominùs si de dando, vel remittendo aliquid pauperi tractetur; donationem, remissionemquè valere, prout quotidie obseruari testatur in practica in dicta ciuitate Sarzaniæ eleemosynas (maximè pro maritandis puellis, non obstante tali statuto) erogando, argument. *text. in l. Iudices, 10. & l. Tam dementis, 21. C. de Episcop. Audien. l. Illicitas, 6. in fin. D. de offic. Præsid.* & alior. iurium, quæ ibi adducit. Quòdque dispositio quantumque generalis sit, pauperes non comprehendat; tenet etiam Sebastian. *de* Medic (post Alexand. & Mandos. quos refert) *in tract. de casib. fortuit. 2. part. quæst. 4. num. 25. & de regulis iuris, regula 1. num. 79.* Hieronym Gigas *de pensionib. quæst. 80. num. 2.* Petr. Royz Maur. *decis. Lituan. 4. num. 303.* Semperquè in quacumque dispositione generali, paupertatem videri exceptam, docent Antonin. Thesaur. *de errorib. cap. 36.* quem refert, & sequitur Vincent. Carot. *de locat. 1. part. titulo de fructi. & litis expens. quæstione 8. numer. 12. prope med. folio mihi 24.* firmatquè etiam hæc dicta à *Nobis quæst. 47. n. 7. & seqq.*

Hinc, nec priuilegia pauperibus, aut mise- 58
rabilibus personis concessa per clausulam *Non obstantibus*, nisi de his expressa fiat mentio, reuocari, tenent Cynus, Alexand. & Roman. quos refert, & sequitur Petr. Rebuf. *tit. de sentent. prouis. art. 3. glos. vlt. n. 34.*

Duo tamen vt principalis resolutio procedat concurrant, necesse est. Alterum, vt pauper contra pauperem non experiatur: † si enim 59
duo pauperes litigent, neuter huiusmodi priuilegio poterit gaudere, iuxta regulam *text. in leg. Verum, 12. §. Item quæritur, D. de minoribus, & in l. Sed & milites, 10. D. de excusation. tutor.* tradit latissimè (in specie *dict. leg. vnica, C. quando Imperator inter pupill. & vid.* post plurimos à se relatos) Didac. Couarruu. *practicar. quæst. capite 7. numero 4. & 5.* Gregor. Lopez *in l. 5. titulo 3. part. 3. glos. mag. ante fin. versiculo, Sed quid si vnus priuilegiatus*, Azeued. *in l. 8. titulo 3. numero 7. lib. 4. noua Reg. Collect. Castil. controuers. lib. 3. capite 25. numero 28.* Thom. Valasc. *allegatione 65. numero 38.* Vincent. *de* Franchis *decisione 188. per totam*, Alexand. Trentacinq. *variarum resolution. libro 2. titulo de citationibus, resolut. 2. num. 18.* Antonin. Thesaur. *decisione 177. numero 9.* Sigismund. Scacci. *de appellationib. quæstione 7. numero 128.* Carauit. *ritu 228. numero 2. in fin. & numero 3.* Ioan. Baptist. Marchesan. *in tractat. de commissionibus, part. 2. de commis. auocat. caus. §. 2. numero 32. vers. Sed quid si vidua*, qui *numero 79.* (ex sententia Petri Foller. *in pract. crimin. numero 105.* ibi adducti) limitat, vbi alter ex miserabilibus personis proprio iure; alter verò ex iure cesso † ageret: iure namque proprio agens 60
priuilegio suo aduersus alium iure cesso priuilegiatum, vtitur.

Vndè passim aduertere licèt, miserabilibus personis priuilegium eligendi Principis forum competere, etiamsi cessionario † nomi- 61
ne veniant. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 66. numer. 35.* Vincent. *de* Franch. *decis. 195.* Carauit. *ritu 228. num. 5.* Burg. *de* Laudi. *par. 3. inspect. 4. n. 9.* quos refert, & sequitur Marcel. *Conuersa. in annotat. ad singul.* Nicol. Intriglio. *ad lib. 1. singul. 101*

Alterum, & secundum requisitum est, vt is qui fori priuilegio frui vult, paupertatem suam (tanquam ipsius fundamentum) probet, † ex latissi- 62
mè *q. 5. n. 11. & q. 39. n. 53.* à Nobis deductis,

Ad idque summaria, per vnum testem, † & etiam parte non citata, videtur sufficere probatio, sicut in casu *dict.l.vnica*, vt casum Curiæ facere possit, diximus *quæst.5.n.16.*

Quæ autem paupertas in hoc casu sufficiens sit, vt pauper fori Ecclesiastici electione gaude-
64 re possit: iudicis erit in arbitrio, † vt in terminis *d.l. vnic. C. quando Imperat. inter pupil. & vid.* etiam hodie tenet Gregor. Lopez *in l. 20. tit. 23. par. 3. gloss. 1.* Didac. Couarr. *pract. d.c.7.n. 5. in fin.* Castillo *controuers. lib.3.d.cap.25.n.15.* Iacobus Menoch. *de arbitrar. lib.2. casu 65. per tot.* maximè *num.7.* Procedereque etiam in habente sustentationem, non tamen pro sui qualitate, & conditione decentem; pluribus relatis notat Emman. Barb. *in remission. ad leg. Reg. Lusitan. lib.3. tit.5. §.3. num.9.10.11. & 12.* Francisc. Viui. *decis.521. num.16. lib.4.* Idque verum in specie, & casu nostro erit, cum & tunc fauor piæ causæ versetur, vt latè *quæst.4. n.40. 41. & seqq.* ostendimus.

Quoad primum tamen desideratum requisitum ad *d.l.vnic. C. quando Imper. inter pup. & vid.* materiam, vnum satis notatu dignum, quod post hæc scripta per *Sabaudiæ Senatum* iudicatum apud Anton. Fabr. *definit. lib.3. tit. 13. defini. vnic.* reperij, non potui non adiicere. Viduam nempè pro dotis repetitione aduersus
65 pupillos agentem † habere Senatum primum Iudicem posse, cum duplici fruatur priuilegio, personæ scilicet, & rei, in quo pupillum personæ tantùm fauore gaudentem excedit.

VTRVM PAVPER QVI satisdare non potest, nec fideiussorem inuenit, quando satisdatio requiritur, iuratoriam cautionem præstando satisfaciat?

SVMMARIVM.

1 *Iuratoria cautio non sufficit vbi lex satisdationem requirit, etiamsi ob impotentiam, vel paupertatem satisdatio præstari non possit,* & num.2. & seqq. *Contra,* n.13. & seqq.

2 *Præceptum legis debet in specifica forma adimpleri,* ib.d.n.2. *intellige vt* n.16. & 37.

3 *Cautio iuratoria non dicitur sufficiens, neque idonea cautio, vbi præcipuè de necessitate, & de substantia actus præstanda est,* & num.4.

4 *Satisdatio in vsufructu est de substantia actus, requiriturque pro forma, nec iuratoria sufficit in eo cautio.*

Contrà n.29.33. & seqq. *vsque* ad num.38 *intellige vt* n.30.

6 *Naturalia non mutantur ob paupertatem, nec eius ratione potest à substantia rei, vel actionis recedi.*

7 *Intellectus ad* text. in d. Authent. Quæ supplicatio, C. de precib. Imperat. offerend. *Et an in eius casu iuratoria cautio locum habeat?* & n.26. & 45.

8 *Intellectus ad text. in l.4. tit.21. lib.4. nouæ Reg. Collect.* & ad *leg.2. & 19. eod. tit. & lib.* & n.9.10.28.40.44. & 45.

11 *Et ad* tex. in l.2. tit.3. lib.2. fori leg. & n.40.

12 *Et ad* l.6. tit.4. par.3. vers. E despues que los Iuezes, & in l.23. tit.7. libro 3. nouæ Reg. Collect. & n.40.

13 *Cautio iuratoria sufficit quoties ob paupertatem satisdatio cum fideiussoribus, vel pignoribus præstari non potest, etiam quando voluntariè quis fideiussionis nexui se adstrinxit, etiamque in actu iurato, & siue à lege, siue ab statuto satisdatio requiratur.*

Et tam in actionibus bonæ fidei, quàm stricti iuris, n.19.

Et tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, num.20.

14 *Fideiussorem inuenire, in quolibet difficile est.*

15 *In paupere impossibile penè reputatur.*

Difficultas magna impossibilitati comparatur, ibid.

16 *Lex satisdactionem requirens, modò fideiussor haberi possit, intelligi debet.*

17 *Impotentia fideiussorem inueniendi, per iuramentum probatur. Et qualiter præstandum sit?*

18 *Pauper qui ad cautionem iuratoriam admitti desiderat, duplex præstare debet iuramentum; alterum de impotentia inueniendi fideiussorem: alterum de obseruando omnia ad quæ tenetur.*

21 *Maritus de non offendendo vxorem, quando ab eo timet vxor propter illius sæuitiam, vel aliam causam offendi, cauere tenetur.*

Et similiter inimicus inimico, qui timet ab eo offendi, ibid.

22 *Maritus, vel inimicus pauper, cautionem iuratoriam præstando de non offendendo, si bonæ, & honestæ famæ sit, satisfacit: secùs si deprauatæ,* & n.23.

24 *Quando cautio iuratoria de non offendendo, sufficiens sit, Iudicis relinquitur arbitrio.*

25 *Intellectus ad* text. in l.1. tit.20. lib.4. nouæ Reg. Collect.

Supplicans à sententia reuisionis, an cum cautione iuratoria, si ob paupertatem fideiussores quingentarum duplarum non inueniat, admittatur? ibid. & n. seqq. *vsque ad* n.40.

27 *Cautio iuratoria an vbi de arctando aliquem ad dandum agitur, sufficiat?* & n. seqq. *vsque ad* n.33.

31 *Credi nō debet ei, cuius sunt reprobati mores.*

32 *Intellectus ad* text. in l. Continuus, 137. § Illud, D. de verb. oblig.

34 *Omissio eius quod est de substantia, vel forma, actum annullat.*

35 *Vsufructuarius poterit vsumfructum habere, fructusque suos facere non data satisdatione si petita non sit.*

36 *Cautio iuratoria, quando fideiuberi non potest, in locum fideiussoriæ cautionis succedit, eiusque naturam sapit.*

37 *Propter omissionem formæ, si impleri non valet, non vitiatur actus sufficitque eo modo quo potest impleri.*

38 *Regium Senatorem recusans certam debet deponere pecuniæ quantitatem, amittendā, si recusationis causam non probauerit.*

39 *Pauper hoc in casu summam aliquam deponere non tenetur, sufficitque si pro ea se obliget soluturum cum possit, si in recusationis articulo victus fuerit.*

40 *Intellectus ad* text. in l. Si constante, 25. §. Quoties, D. solut. matrimon. in l. Postquam, 5. §. Imperator, in fin. vers. Possessio autem, D. vt legat. seu fideicommiss. nom. cauet. *&* *ad* text. in l. Filiusfam. 117. §. Diui, el 1. vers. Iidem Principes, D. de legat. 1. & n. 42. 43. & 44.

41 *Intellectus ad* text. in l. 2. C. de tut. & curator. qui sat. non ded.

Cautio iuratoria an admittatur vbi quis alieno nomine agit, aut vult ad aliquod officium admitti? ibid.

42 *Et an vbi aliter vtrique parti potest esse consultum?* & n. 44. & 45.

45 *Executio sententiæ arbitri, à qua fuit appellatum, vel in alio casu, qui executionem meretur, ex eo quod eam petens satisdare cum fideiussoribus non possit, retardanda non est: sed si super re immobili petatur, cautione iuratoria præstita; si super mobili, vel pecunia, facta depositione apud probum virum, qui de fructibus respondeat, executionem petenti, fiet.*

QVÆST. LIII.

VBi lex ad aliquem actum satisdationem requirit, iuratoriam cautionem, non suf-
1 ficere; † sed necessariò satisdationem fore, præstandam, ab eâque paupertatem, vel impotentiam non excusare; probant *text. in l. Si constante, 25. §. Quoties, D. solut. matrim.* vbi maritum in termino pro dote restituenda satisdare adstrictum, nec satisdare valentem, ad restitutionem statim deducto interusurio medij temporis condemnandum, cauetur, notatque in specie (post Vincent. *de* Franch. quem allegat, licèt illum in loco ab eo relato non inuenerim) Pyrrh. Maur. *de fideiussor. part. 1. sect. 3. in præludiis, cap. 20. aliàs 29. num. 3. folio mihi 137.*

Probat etiam prædictam sententiam *text. in l. 2. C. de tutor. & curator. qui sat. non ded.* vbi sic statuunt Imperatores Valer. & Gal. *Eum tutorem, qui superest, si secundum Præsidis Prouinciæ præceptum, & iuris formam satis non dat, remoueri à tutela, si inopia hoc faciat, sine infamia: si fraude, etiam cum nota aditus Prouinciæ Rector iubebit.* Ex quo, tutorem omninò satisdare debere, nec satisfacere iuratoriam cautionem præstando, licèt ob paupertatem satisdare non possit, sed à tutela tunc absquè nota remouendum constat, traduntquè in specie (post alios quos adducunt) Roland à Valle *cons. 43. numero 20. lib. 2.* & Petr. Barbos. *in l. Diuortio, 8. §. Interdum, num. 27. vers. Est tamen, D. solut. matrimon.*

Probant præterea assertionem præfatam *text. in l. Filiusfam. 117. §. Diui, el 1. vers. Iidem Principes, D. de legat. 1. & in l. Postquam, 5. §. Imperator, in fin. versic. Possessio autem, D. vt legat. seu fideicom. nom. caueatur.*

Vbi enim lex, vel statutum fideiussorem de-
2 siderat, iuratoriam non sufficere cautionem, † obseruat (post Sociu. Petr. Rebuf. & Staphilæum, quos refert) Petr. Barbos. *vbi suprà*: nec paupertatem tunc excusare, quia præceptum legis debet in specifica forma impleri.

Idemquè si sufficientem cautionem ex requirat. Non enim sufficiens cautio dicitur iura-
toria, † *glos. in cap. Qua fronte, 25. verb. Cautio-* 3
ne, de appellat. glos. in cap. Ex parte, el 1. 23. in ordine, verb. Sufficiens, de verb. sign. glos. in capit. Ex transmissa, 8. verb. Sufficienti cautione, de restit. spol. Curt. Iun. *de sequestro q. 14. n. 56. &* plures alij relati per Petr. Pechi. *in tractat. de iure sistend. c. 45. n. 8.* Prosper. Farina. *in praxi crimin. 4. part. quæst. 143. n. 213.*

Et idem si *idonea* exigatur cautio *glos. verb. Cautionem idoneam, in capit. fin. de pignor. glos. in cap. fin. §. Illis etiam, verb. Idoneam, de sent. excom. lib. 6. & in cap.* Odoardus, *3. verb. Idonea, de solut. & in cap. 2. verb. Idoneè, de vsuris, in 6. & in c. Fœlicis, 5. §. Cum autem, verb. Idoneè, de pœn. eod. lib.* latè de his omnibus Petr. Rebuf. *1. to. ad const. Gallic. tit. de sent. execut. art. 1. glos. 16. n. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

Idquè præcipuè vbi satisdatio de necessitate, & de substantia actus præstanda est; tunc-
namque cautio iuratoria non admittitur, † 4
iuxta *glos. 1. in l. 4. C. de vsufruct. & habitat.* & ibid. Doctores, Ludouic. Roman. *consil. 439. num. 10. vers. Contrarium verius,* Ias. *in l. 1. num. 23. vers. Decimò limita, D. qui satisd. cogant.* Bertrachin. *in suo repertor. verbo, Cautio iuratoria,* Aymon. Crauetta *consil. 31. num. 4. lib. 1.* Azeued. *in l. 11. titulo 11. numer. 2. lib. 5. noua Reg. Collect.* Gaspar. Anton. Thesaur. *lib. 1. quæst. Forens. quæst. 87. num. 6.* Nicola. Bellon. *consil. 54. num. 6.* Roland. à Valle *d. consil. 43. num. 8. & sequentibus, lib. 2.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin. 63. n. 18. par. 2.*

Qui omnes in cautione ab vsufructuario præstanda de vtendo arbitrio boni viri exem-
plificant; quam de substantia esse, † requiriquè 5
pro forma, nec cautionem sufficere iuratoriam dicunt, ex *text. in l. 1. & tot. tit. D. vsufruct. quemadmod. cauet. & in l. 1. & 4. & ibid. glos. & Doct. C. de vsufruct. glos. in d. cap. fin. verb. Cautionem idoneam, & glos. fin. extra de pignor.* Alex. *consil. 58. num. 6. & 7. lib. 3.* Ias. *cons. 40. num. 2. lib. 1.* Carol. Ruyn. *consil. 51. numero 8. lib. 2.* Guid. Pap. *quæst. 250.* Petr. Paul. Paris. *consil. 59. num. 8. lib. 2.* Roland. à Valle *cons. 92. numero 11. libro 1.* Ari. Pinel. *in l. 1. p. 2. num. 75. C. de bon. mat.* Borgnin. Caualc. *de vsufruct. mulier. relicto n. 146. & 150. & seq.* latè Petr. Surd. *decis. 141. n. 1. & seq.* Ioan. Gut. *in l. Nemo potest, n. 299.* Hier. Ceual. *comm. contra commun. qu. 408. n. 5.* alios referens Castil. *de vsufruct. cap. 18. n. 11.* Octauian. Olas. *decis. Pedemont. 152. num. 1.* Anton. Gabr. *commun. conclus. lib. 5. tit. de vsufruct. conclusione 1. n. 1. & sequenti,* Cornel. Benincac. *de paupertat. speciali 7. in vltim. voluntat. num. 13.* Paul. Æmil. Gall. *de except. except. 15. aliàs 2. titul. 4. part. 2. num. 93. & sequentib.* Cardinal. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. lit. C, conclus. 166. n. 1. & conclus. 174. num. 1. & conclus. 175. n. 8.*

Cum enim in isto casu satisdatio sit de substantia, & natura vsusfructus; non poterit eam paupertas, vel impotentia mutare, quia ob pau-
pertatem naturalia non mutantur, † nec eius 6
ratione potest à substantia rei, vel actionis recedi. Ita in specie inquit Bald. *in d. l. 4. n. 5. C. de vsufruct.* Petr. Sur. *d. decis. 141. num. 4.* de quo latiùs *ibid. numer. 16.* Paul. Æmil. Gall. *de exceptionib. quæ oriri possunt in successionib. tam ab intestat. quam ex testam. d. except. 15. siue 2. tit. 4. p. 2. num. 97. & 98.*

Ex

Ex quibus deducitur, infertur que ad caſum
7 Authent. Quæ ſupplicatio, † C. de precib. Imper. offerend. cuius ſunt verba: *Quæ ſupplicatio glorioſiſſimis Præfectis, vel eorum Conſiliariis, vel cauſas introducentibus intra 10. dies poſt ſententiam offerenda eſt; quo ſubſecuto, ſententia nō aliter executioni mandabitur, niſi victrix pars dignam fideiuſſionem præbuerit, tantùm reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia ſoluatur*, vt in ea locum iuratoria cautio non habeat, ſi victos, qui executionem ſententiæ huiuſmodi deſiderat, prædictam cautionem cum fideiuſſoribus præſtare nequeat; cum dignam fideiuſſionem requirat textus: & ita in Senatu Pedemont. anno 1591. die 29. Iulij, fuiſſe reſolutum teſtatur Gaſpar. Anton. Theſaur. d. quæſt. 87. n. 5. Pyrrh. Manr. de fideiuſſor. 1. par. ſect. 3. in prælud. cap. 4. aliàs 13. per tot. vbi latè præcipuè n. 3. folio mihi 93.

Infero ſecundò ad ſimilem de iure Regio
8 textum in l. 4. tit. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect. † quæ ſententiam arbitri appellatione non obſtante executioni mandari iubet, legitimis fideiuſſoribus ab eo datis, in cuius fauorem lata eſt, vt ſi ſententia in appellationis iudicio fuerit reuocata, quod virtute ſententiæ, ac eius executionis recipit, cum fructibus, prouentibuſque reſtituet: iuratoriam cautionem in eius ſpecie, non ſufficere: & ita tenet ibid. Azeued. n. 193. ex Auendañ. Rebuf. Cranet. & aliorum ſententia.

Ad conſimilemque text. in l. 2. & 19. in fin.
9 d. tit. 21. lib. 4. † quatenus legitimam fideiuſſionem præſtandam eſſe ab eo ſtatuit, in cuius fauorem ſententia addictioni (vulgò *de remate*) lata eſt, quòd ea reuocata, probataque ſolutione, capitale cum duplo reſtituet; iuratoriam cauſationem eum, qui addictionis ſententiam obtinuit, non ſatisfacere præſtando.

Nec in altero d. l. 19. caſu, quatenus cum contra quem executio fit, præſtare fideiuſſorem euictionis (hoc eſt, *de ſaneamiento*) debere; aliàs carceri mancipari decernit: quia ſi huiuſmodi
10 fideiuſſionem præſtare nequeat, † iuratoriam cautionem præſtando non liberari, notat ibid. Azeued. n. 77.

Infero tertiò ad text. in l. 2. titulo 3. libro 2.
11 For. leg. † qua conuentum immobilia non poſſidentem ſi non ſatiſdat, capi incarcerarique poſſe, cauetur, à carceratione que fienda iuratoriam cautionem præſtando non liberari, ibidemque notat Roderic. Xuar. n. 7. de quotidiana praxi in hoc atteſtans, multiſque aliis Fori legibus id expreſſiùs etiam probantibus firmans.

Infero quartò ad text. in l. 6. tit. 4. par. 3. verſ. *E deſpues que los Iuezes*, & in l. 23. tit. 7. lib. 3.
12 nouæ Reg. Collect. † quæ ſtatuunt, Iudices in initio officiorum ſuorum, vel intra 30. ſaltem dies de ſtando in ſyndicatu ſatiſdare cum fideiuſſoribus debere: non cautionem iuratoriam, ſed legitimos fideiuſſores præſtando, eis ſatisfacere, vt tenet in d. l. Partita, Gregor. Lopez gloſſ. 4. verb. *Tomar fiadores*. Quod & in eo qui idoneus eſt, extra Prouinciam tamen bona poſſidet, procedit: & in terminis dictæ l. 23. notat Azeued. n. 11. ex cuius diſpoſitione, ſi fideiuſſores non præſtent, nec conſequuntur ſalarium.

Ex quibus apertè deducitur, paupertatem à ſatiſdatione vbi eam lex requirit, nequaquam excuſare.

Adhùc tamen & his ſtantibus, contraria ſententia verior eſt, iuratoriam nempè cautionem quoties ob paupertatem † ſatiſdatio cum 13
fideiuſſoribus, vel pignoribus præſtari non poteſt, ſufficere, probantque text. in Auth. Generaliter, C. de Epiſcop. & Cleric. ibi: *Aut ſi fideiuſſorem dare non valet, ſuper iiſdem iuratoriam exponat cautionem*. & l. Omnes 31. §. In hac autem inclita vrbe, C. eod. & in l. 1. §. Super, verſ. Omnes verò, C. de aſſertione tollend. text. in Auth. Cui relictum (ibi: *Alioqui & fideiuſſor exigitur, ſi præſtari poteſt*) C. de indict. viduit. tollend. Auth. Vt nulli iudic. liceat habere loci ſeruat. §. Si verò crimen (ibi: *Si verò iurauerit non poſſe ſe dare fideiuſſorem, iuratoriam cautionem faciat de obſeruatione iudicij* (collat. 9. §. Sed hodie, inſtit. de ſatiſd. text. in l. Cum non facile, 6. D. ſi cui plus quam, per leg. Falcid. text. & ib. gloſ. verb. Quam poteſt, in cap. Per veſtras, 7. de donat. inter vir. & vxor. text. in cap. fin. §. Illis etiam, de ſentent. ex communi. lib. 6. gloſſ. verb. Idonea in d. cap. Oduardus de ſolut. & in cap. 2. verb. Idoneè, de vſur. in 6. & in cap. Fœlicis, 5. §. Cum autem, verb. Idoneè, de pœnis, eod. lib. gloſſ. & Scrib. in l. 1. verb. Fideiuſſoribus, propè fin. verſ. Si autem qui fideiuſſorem dare debet, dare non poteſt, remittitur iuratoriæ cautioni. D. qui ſatiſdat cog. gloſſ. in l. illicitas, 6. §. fin. verb. Neceſſitatem, D. de offic. Præſid. & in Auth. de exhibend. & introducend. reis, §. Suſcepto verò libello, verb. Perſonalis ad med. verſiculo, Sed quid ſi huiuſmodi fideiuſſorem dare non poteſt, collatione 5. Panormit. in dict. capit. Ex parte, el 2. n. 4. de verb. ſignificat. Decius in capit. Ex epiſtola, n. 217. de probat. ponit pro regula (ita quotidie practicari dicens) Iaſ. in dict. l. 1. num. 23. D. qui ſatiſdat. cog. Hippolyt. de Marſil. in l. 1. §. Præterea, num. 83. D. quæſtionib. & in repet. leg. fin. num. 122. & 123. D. de iuriſd. omni. iudic. Alexand. conſil. 57. n. 7. lib. 3. Guid. Pap. quæſt. 50. n. 3. & quæſt. 159. Cornel. Benincac. de paupert. ſpeciali 8. in indic. n. 34. & ſpeciali 7. in vlt. volunt. n. 12. & ſeqq. Marc. Anton. Natta conſil. 167. n. 7. & ſequenti, Stephan. Bertrand. conſil. 103. n. 15. lib. 2. Roland. à Valle d. conſil. 43. n. 21. lib. 2. Franciſc. Becci. conſ. 1. n. 17. & ſequentib. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 18. n. 1. & 37. Petr. Royz. Maure. deciſ. Lituanic. 4. n. 289. Aymon Cranet. conſil. 269. in fin. Didac. Perez in l. 12. tit. 11. lib. 4. Ordinam. verb. Confiadores, Petr. Pechi. in tract. de iure ſiſtend. quæſt. 11. princip. n. 9. Andre. Tiraq. de retract. linag. tit. 1. §. 1. gloſſ. 18. n. 46. Purpurat. in l. 1. §. Mutui datio, n. 119. D. ſi cert. petat. Octauian. Oſaſc. deciſ. 70. n. 2. Cardin. Domin. Tuſch. practicar. concluſ. 166. n. 5. & latiùs concl. 175. n. 5. vbi, quòd ita tota die practicatur, & n. 10. cum ſeqq. vſque ad n. 17. Petr. Surd. d. deciſ. 151. n. 7. & ſeqq. & conſ. 68. n. 7. Anton. Sol. ad conſtit. Sabaud. tit. de appellat. gloſſ. 16. n. 3. & tit. de concl. in cauſ. gloſſ. 1. n. 12. Hieronym. Ceual. commun. contra comm. d. quæſt. 66. n. 7. Vincent. de Franch. deciſ. 317. n. 8. Camil. Borel. conſ. 54. n. 9. Marta voto, ſiue deciſ. 158. n. 8. Ioan. Gutier. in l. Nemo poteſt, n. 292. & ſeqq. D. de legat. 1. Marius Giurba deciſ. 4. n. 14. Andre. Fachin. lib. 12. controuerſ. iur. cap. 63. latè hanc ſententiam firmans, etiam quando voluntariè quis fideiuſſionis nexui ſe adſtrin-

 xit,

xit, & in actu quoque iurato, contrarijs (suo morte) satisfaciens, Ant. Crau. *in add. ad* Octau. Vestr. *in pract. lib. 4. capit. 4. de dolo, & contumac. n. 27. in fin. verb. Pauperi.* Sebast. de Med. *de casib. fortuit. 2. par. quaest. 4. numero 21.* Alexand. Raudens. *cons. 61. numero 17. lib. 1.* Vincent. Mancin. *de iuram. part. 4. effectu. 149. numero 14.* Carol. de Gras. *de exceptio. ad statut. exclud. omnes except. 232. numero 118. & 119.* Matthae. Brun. *de cessione bonor. quaest. 7. numero 1.* Prosper Farinac. *praxi crimin. quaest. 33. numero 43. & quaest. 107. numero 38.* Pyrrh. Maur. *de fideiussor. 1. p. princip. in prelud sect. 3. cap. 25. aliàs 34. numero 1. & seqq.* vbi latè Anton. Faber. *in suo C. definit. lib. 2. tit. 30. defini. 4. num. 5.* & latiùs *lib. 3. tit. 2. defin. 2.* Ioan. Cephal. *consil. 669. n. 3. lib. 5.* Auiles *in cap. 6. Praetor. verb. Pobres, n. 21.* Anton. Hering. *de fideiussor. cap. 18. n. 87.* Petr. Barbos. *in l. Diuortio 8. §. Interdum, n. 26. vers. Vltimo ad complementum, & numeris sequentib. D. solut. matr.* Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. tit. de verbor. signif. resolut. 3. n. 13.* Thom. Sanch. *de matrim. lib. 10. disput. 18. q. 2. n. 18.* & diximus *quaest. 44. numero 92. & 93.* Qui ferè omnes idem quando ex forma statuti satisdare quis tenetur, asserunt.

Huius rei ratio est, quia inuenire fideiussorem, difficile † in quolibet reputatur, vt insinuat *glos. in l. 3. §. Quamuis, in verb. Quibus, D. si cui plus quam per leg.* Falcid. *& ibid.* not. Bart. *numero 3. & in l. fin. numero 2. D. de Praetor. stipul.* Alexand. Angel. & alij, quos refert, & sequitur Ioan. Gutier. *in repet. leg. Nemo potest, numero 193. D. de legat. 1.* Hieron. Ceual. *commun. contra commun. d. quaest. 66. numero 5.* Marius Giurba *decis. 4. numero 9.*

14

In paupere verò impossibile plenè. † Magna enim difficultas impossibilitati comparatur, vt pluribus iuribus adductis probant, tenentquè Andr. Tyraquel. *de retractat. consang. §. 1. glos. 10. numero 120.* Petr. Surd. *d. decis. 141. numero 9. & 10.* Marius Giurba *sup. & numero sequenti,* vbi plura de satisdandi onere, ac grauitate, Pyrrh. Mau. *de fideiussor. d. par. 1. in prelud. sect. 3. cap. 25. aliàs 34. numero 8. & 9. folio mihi 146.* Adducoquè *text.* optimum *in l. Cum haeres 4. §. 1. D. de statut. liber.* ibi: *Aut si tam difficilem, imò penè impossibilem conditionem adiecerit; vt aliunde libertas ei obtingere non possit, veluti si haeredi mille dedisset, &c.* Ad impossibile autem nulla obligatio est, vt iurib. vulgat. Ideoquè eo modo quo pauperi possibile fuerit, cautionem praestando (iuratoriam nempè) satisfaciet. Ita dicunt in terminis Petr. Pechi. *de iure sistend. quaest. 11. princip. n. 3.* Gutier. Ceual. Giurb. & alij suprà.

15

Lex enim satisdationem requirens *modò fideiussor haberi possit,* † intelligi debet, Ioan. Cephal. *cons. 89. numero 10. lib. 1.* Alderan. Mascard. *de generali statut. interpret. conclusione 2. numero 53.* Carpan. *ad statut. Mediolan. 44. numero 51. par. 1.* Marcab. *cons. 105. numero 134.* Rami. *consilio 236. numero 21.* Andr. Fachin. *dicto libro 12. capite 63. versiculo Deinde, quia haec promissio,* Petr. Barbos. *in d. l. Diuortio, § Interdum, numero 26. in fin. D. soluto matrimon.* Marius Giurba plures alios referens *dicta decisione 4. numero 13.*

16

Ad huiusmodi autem satisdandi, fideiussoriaequè cautionnis praestandae probandam impotentiam, partis iuramentum, † quo se cre-

17

dere asseueret, de facili fideiussorem inuenire non posse, sufficit; *text.* est *in dict. Authent. Generaliter, C. de Episcop. & Cleric.* ibi: *Tactis sacrosanctis Euangeliis affirmabit, se fideiussorem dare non posse* Bald. *in l. 1. §. 1. numero 3. C. de assert. tollend. & consil. 176. numero 2. lib. 1.* Ias. *in Authent. Cui relictum, numero 9. C. de indict. viduit. toll. & in l. 1. numero 22. D. qui satisd. cog.* Alexand. *cons. 57. numero 7. lib. 3.* Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. §. Praeterea, n. 113. D. de quaest. & in l. fin. n. 124. D. de iuris. omni. iudic. & in rubric. de fideius. n. 161.* Francisc. Ripa *consil. 90. n. 18.* Augustin. Beroi. *consil. 60. n. 51. lib. 2.* Marc. Anton. Natta *consil. 616. n. 9. & 11.* Cornel. Beninc. *de paupert. speciali 9. in iudic. n. 15.* Iul. Clar. *recept. sentent. lib. 5. §. fin. quaest. 46. n. 15.* Francisc. Becci. *consil. 1. n. 18.* Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg. 18. in fin.* Cattel. Cott. *in memorab. verbo, Iuramentum,* probat (plures referens) Petr. Surd. *d. decis. 141. n. 11.* Ioan. Baptist. Costa *de remed. subsidiar. remed. 58. n. 11.* Marius Gurba *d. decis. 4. n. 34.* Frecci. *de praesent. instrum. part. 9. quaest. 6. n. 2.* Aymon. Crauet. *cons. 299. in fin. lib. 2.* Carol. *de Gras. in d. tract. de except. 32. n. 120. & seqq.* Osasc. *d. decis. 70. n. 6.* Pyrr. Maur. *de fideiussor. d. 1. par. in prelud. 3. partic. & sect. cap. 25. aliàs 34. numer. 4.* P. Thom. Sanch. *de matrim. d. lib. 10. disp. 18. quaest. 2. numero 38.*

Post quod de impotentia satisdandi iuramentum praestitum, declarationemque à Iudice factam, *locum iuratoriae cautioni esse:* praestandum quoque aliud à paupere, † de obseruando omnia ad quae tenetur, erit; aliàs priuilegium huiusmodi iuratoriae cautionis amittere; tradit ex pluribus Petr. Surd. *d. decis. 141. n. 11.* Pyrrh. Maur. *de fideiussor, d. loco, n. 5. fol. mihi 146.* latè etiam And. Gail. *practicar. obseruat. libro 2. obseruat. 47. n. 8.* & alij ex suprà proximè adductis 18

Et haec tam in actionibus bonae fidei, quàm stricti iuris † procedunt, vt aduertunt Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin. 63. n. 13. lib. 2.* Pyrrh. Maur. *vbi sup. d. cap. 25. aliàs 34. numero 15. fol. mihi 147.* 19

Tamque in ciuilibus, quàm in criminalibus. † Ita per iam relata iura *numero 13.* tenent Octauian. Osas. *d. decis. 70. n. 2.* estque communis, secundum Hippol. *de* Marsil. *d. rubric. de fideiussor. n. 166. & seq.* Iul. Clar. *recept. sentent. lib. 5. §. fin. quaest. 46. n. 14.* vbi incarceratum pauperem, qui verè fideiussorem non habet praestita cautione iuratoria (si multum praesertim in processu non grauetur) debere relaxari, asserit, quam optimam consuetudinem, & practicam dicit, ne rei, qui aliàs essent relaxandi si fideiussorem haberent; propter eorum paupertatem in carceribus marcescant; traditque ex pluribus Prosper Farinac. *in praxi crim. 1. par. quaest. 33. numero 44. 45. & 47.* vbi praefatam consuetudinem, & praxim laudat, saepeque in Vrbe à iustis Iudicibus, passimquè à carcerum Visitatoribus obseruatum, & iudicatum vidisse testatur, obseruantquè alij infrà proximè referendi. 20

Vndè ad decisionem infertur quotidianae illius quaestionis: An maritus, qui cauere de non offendendo vxorem tenetur, quando ab illo propter eius saeuitiam, † vel ex alia causa offendi timet (iuxta *glos.* per *text.* ibi *in cap. Ex transmissa, in figuratione casus in fin. vers. Item cum timet, de restit. spoliat. & ibid.* Abb. *n. 4.* vbi, quod etiam potest ex officio hoc facere Iudex, 21

Roland.

Roland. à Valle *cons.27. numero* 17. *lib.* 3. Franc. Hercul. *de cautione de non offend. cap.20. n.17. & cap.*50. *n.*31. Ioan. Gutier. Canoni. *quæst. lib.* 1. *cap.* 24 *n.*2. *& seqq.* Tiber. Decian. *tract. crimi. lib.*9. *cap.*11. *n.*16. & alij, quos refert, & sequitur Prosper Farinac. *praxu crimin.* 4. *part. quæst.* 143. *n.*209. Iul. Clar. *recept. sentent. lib.*5. §. *fin. quæst.*47. *n.*2. *&* 3. vbi receptissimam omnium traditionem dicit, Petr. Plac. *in epitom. delict. capit.*7. *n.*1. latissimè comprobat Antonius Gomez *variarum resolut. tomo* 3. *capite* 6. *num.*16. qui cum Iul. Clar. & Plaça. quando inimicus sibi ab inimico fideiussoriam præstari de non offendendo cautionem petit, loquitur.) Si pauper sit, iuratoriam præstando de non offendendo cautionem satisfaciat? Et receptissima sententia est, si fideiussorem ob paupertatem inuenire non potest, idquè proprio firmauerit iuramento, cautionem iuratoriam præstando satis-
22 facere, † licèt *text. in d. cap. Ex transmissa*, 8. *& in cap. Literas*, 13. *in fin. de restitut. spoliat.* sufficientem ad id cautionem requirant, ex suprà dictis rationibus, & tenet *in d. capit. Ex transmissa*, Hostiens. *n.*4. *&* 5. pluribus comprobat Marc. Anton. Natta *consil.*616. *ex n.*7. *cum sequentib.* Farinac. *d. quæst.*143. *n.*215. *&* 216. & in facti contingentia, ita respondit Ioan. Gutier. *in d. l. Nemo potest, n.*297. *D. de legat.* 1. licèt postmodum opinionem (cum Manuel. Rodrig. ibi relato) mutauerit, Cardin. Tusch. *lit. C. d. conclus.*175. *n.*10. *& litera V. conclus.*4. 2. *n.*10. 11. *&* 12. Et in inimico offenso, qui fideiussorem non inuenit, satisfacere vt relaxetur, iuratoriam cautionem de non offendendo præstando; tradit Anton. Gomez *sup. à n.*17. per *text. in d. Auth. Generaliter, C. de Episc. & Cleric.* & ita in specie dixisse, & consuluisse in personis pauperum, Iul. Clar. *d. quæst.*47. *n.*5. Franc. Hercul. *de cautione de non offendend. cap.*5. *n.*11. *& seqq.* Octauia. Vulpel. *in tract. de promiss. de non offendend. quæst.*47. *n.*1. *&* 2. Farinac. *quæst.*107. *n.*38.

Quod tunc maximè cum pauper bonæ con-
23 ditionis, ac famæ sit, † & de quo offensionis timor non vrgeret, procedit: non sit rixosus, malæ conditionis, ac famæ, & talis de quo obligatione, & iuramento non obstante, valdè timenda esset offensio. Ita Franc. Ripa *in rubric. D. de damno infect. n.*11. *vers. Præterea vbi persona est suspecta*, Gutier. *d. quæst.*24. *numero* 3. Farinac. *d. quæst.*107. *numero* 41. P. Thom. Sanch. *de matrim. lib.*10. *disput.*18. *numero* 38. *in fin.*

Vndè totum hoc Iudicis arbitrio remitten-
24 dum erit. † Tanta enim potest esse mariti sænitia, vel inimicitiarum adeo grauis causa, offensionisque timor; vt neque vlla fideiussoria cautio sufficiens sit, iuxta *text. in l. Qui ita*, 66. §.1. *D. ad Sen. Consult. Trebel.* ibi: *Quamuis ei caueatur, propter fragilitatem cautionis.* Bald. *consil.* 240. *lib.*3. *& cons.*276. *n.*2. *lib.*1. Abb. *in d. cap. Literas, n.*7. *de restit. spoliat.* Tyraquel. *in l. Si vnquam, verb. Omnia, vel partem, n.*31. *C. de reuoc. donat.* Petr. Paul. Paris. *consil.*54. *n.*36. *lib.*4. Didac Conar. *de sponsal. & matrim.* 2. *par. capit.* 7. §.5. *n.*2. *in fin.* Cardin. Domin. Tusch. *d. lit. C. conclus.* 175. *n.*19. Hieronym. Ceual. *commun. contra commun. quæst.*66. *numero fin.* & latè de hac materia *per tot. quæstionem*, Ioan. Gutier. *dict. quæst.*24. *n.*10. Sanchez *d. disputat.*18. *n.*41. 44. *versiculo Sed facilè lis hæc dirimitur*, Francisc. Hercul. *de cautione de non offendend. cap.*4. *n.*5. *&* 7. *& capite* 5. *n.*3. Prosper Farinac. locis iam relatis, præcipuè *dict. quæstione* 107. *n.*39. Pyrrh. Maur. *de fideiussor. dict.* 1. *part. princip. in prælud.*3. *part. & sect. capite* 25. *aliàs* 34. *n.*43. *folio mihi* 151. Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.*2. *cent.*2. *casu* 138. *n.*8. *& casu* 139. *n.*2. *&* 3.

Ex quibus etiam deducitur, inferturquè intellectus ad *text. in l.*1. *tit.*20. *lib.*4. *nouæ Reg. Collect.* † quæ à sententia reuisionis supplican- 25
tem, se obligare, fideiussoremquè præstare infrà viginti dies adstringit, vt si sententia reuisionis fuerit confirmata, summam mille quingentarum duplarum soluet, nec aliàs eius admittendam supplicationem statuit, ibi: *Pero es nuestra merced, que por la malicia de aquellos que supplican por alongar los pleytos, no aya lugar que la parte que supplicare de la dicha segunda sentencia dada por los dichos nuestros Oydores, con el Perlado que fuere Presidente, que se obligue, y de fiadores dentro delos dichos veinte dias, ante los dichos Oydores, de pagar mil y quinientas doblas, si por aquel, o aquellos a quien Nos lo encomendaremos fuere hallado, que la dicha segunda sentencia de los dichos nuestros Oydores fue bien, y derechamente dada: y sino se obligaren, y los dichos fiadores no dieren en el dicho termino, que no puedan suplicar, ni les sea otorgada la dicha suplicacion.* Quia nihilhominus si supplicans pauper sit, nec fideiussorem inueniat, cum cautione iuratoria ad secundam hanc supplicationem erit admittendus. Quam sententiam approbat in terminis Azeued. *ibidem num.*11. quatenus ad Petr. Rebuff. *in primo tomo constitut. Franciæ, articulo* 5. *glossa vnica, versiculo Quaro quid si sit pauper*, se remittit, qui hanc in simili lege tenet, per *textum in dict. Authentic. Generaliter, C. de Episcop. & Cleri.* & per *decis.* Guid. Pap. 289. vbi iuratoriam cautionem in casu *Auth. Quæ supplicatio*, † *C. de prec. imperator: offerend.* si 26
petens sententia executionem, ob inopiam satisdare (iuxta *d. Auth.* dispositionem) nequeat sufficere, fuit decisum; idem tenet ipsemet Guid. Pap. *decis.*50. *n.*3. remittendo se ad *d. decis.*189. latè Roland. à Valle *d. cons.*43. *lib.*2. *per tot.* præcipuè à *n.*34. *cum seqq.* vbi contrariis respondet Vrsil. *in addit. ad* Afflict. *decis.* 231. *n.*3. And. Clud. *de sequestro, cap.*10. *n.*18. Ant. Hering. *de fideiussor. cap.*18. *n.*101. alios referens Mar. Giurb. *in d. decis.*4. *num.*15. 16. *&* 17. Cardin. Tusch. *d. lit. C. conclus.*175. *n.*16. Alex. Trentac. *variar. resol. lib.*2. *tit. de appellat. resolut.* 1. *n.*9. Pyrrh. Maur. *de fideiussor* 1. *par. princip. in prælud.*3. *partic. & sectio n. d. cap.*25. *alias* 34. *numero* 18. *ampliat.*4. *fol. mihi* 147. Andr. Gail. *practic. obseruat. lib.*1. *obseruat.*155. *n.*4. & expressiùs *libro* 2. *obseruation.*47. *numero* 9.

Quo quidem casu potentior ad fideiussoriam requirendam nomino cautionem, quam in nostro *d. leg. Regiæ*, in est ratio: vbi supplicans non de arctando aliquem ad sibi dandum, nonvè de aliquam summam, quantitatem, vel quid aliud statim recipiendo agit, vt in *d. Auth. Quæ supplicatio*: quæ multum operatur ratio. Quando enim de arctando aliquem ad dandum agitur, non cautionem sufficere iuratoriam; † sed necessariò satisdandum, dixerunt Bald. *in l.*4. *numero* 8. *Codice de vsufruct.* vbi, quod aut quis vult aliquid consequi ab alio, & tunc inopiam à satisdatione non excusare; aut solummodò vult quis excu- 27
sari

ſari ſine damno, ſeu diminutione iuris alterius; & tunc excuſare inopiam, ſatisfacereque iuratoriam cautionem præſtando pauperem, aſſeruit. Qui noſter eſt caſus, vbi ſolùm ſupplicans de excuſando ſe à ſatiſdatione ob impotentiam agit, neque ob id deterius ius reddit aduerſarij. Suprà dictam etiam ſententiam tenent Iaſ. *in l. 1. n. 23. limit. 9. D. qui ſatiſd. cog. & in l. 1. n. 1. C. de Carbon. edict. & ibid.* Dec. *n. 2.* Ludouic. Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. capit. 16. n. 44.* Roland. à Valle *d. conſ. 43. n. 18. & 19. lib. 2.* Petr. Surd. *d. deciſ. 141. n. 5. & 6.* Alex. Raudenſ. *conſ. 61. num. 12. lib. 1.* Ioan. Baptiſt. Coſt. *de remed. ſubſidi. remed. 58. n. 15.* Marius Giurba *dict. deciſione 4. n. 36.*

Ideóque pariter procedere poſſet *d. l. 1. 4. &*
28 *19. tit. 21. lib. 4. noua Reg. Collect.* † vt ſuprà eas ponderauimus, *n. 8. 9. & 10.* cum in earum caſibus de arctando ad dandum agatur. Qua etiam ratione ad hanc in vſufructuario ſententiam tenendam, vt cautionem iuratoriam præſtando non ſatisfaciat, *num. 5. & 6.* ſuprà relati mouentur, vbi aliæ quoque pro ea extant rationes. Adhùc tamen contrariam (ſufficere
29 nempè & in hoc caſu iuratoriam cautionem; † ſi vſufructuarius fideiuſſoriam præſtare non poſſit) tenuit Bald. *in Auth. Cui relictum, num. 7. C. de in dict. viduit. toll.* receptiſſimamque eſſe, ex Dec. Hippolyt. Albat. Lancellot. Roderic. Xuar. & Roland. regulariterque veram, aſſerit, defenditque Ioan. del Caſtill. *de vſufruct. c. 18. n. 10.* Cornel. Benic. *de paup. ſpecial. 7. num. 13. in vlt. vol.* Petr. Surd. *d. dec. 141. n. 12. & 13.* vbi hanc ſententiam æquiorem, magiſque veritatis amicam dicit, Hieron. Ceual. *comm. contra commun. lib. 1. q. 66. n. 7.* Sebaſt. de Medi. *in tract. de caſib. fort. 2. p. quaſt. 4. n. 47.* vbi hanc communem dicit, & ita deciſum fuiſſe (adiuncta ſaltem hypotheca bonorum) per *Senatum Pedem.* teſtatur Oſaſc. *deciſ. 152. n. 4.* Cardin. Tuſch. *d. lit. C. concluſ. 175. n. 11. & 12. & lit. V. concluſ. 305. n. 14.* Ioan. Gutier. *in d. l. Nemo poteſt, n. 294. D. de leg. 1. Capan. ad ſtatut. Medietan. c. 315. n. 39.* Gypſi. *in addit. ad deciſ. Rota Bonon. 24. in fin. verſ. Octauò ſi ille*, Ant. Gom. *variar. tom. 2. cap. 15. n. 4.* Anton. Gabr. *commun. opin. lib. 5. tit. de vſufruct. concluſ. 1. n. 37.* And. Gail. *practic. obſeruat. d. lib. 2. obſeruat. 47. n. 8. & 9.* vbi hanc veriorem, ac benigniorem ſententiam firmat, & *nu. fin. in fin. Caſar Contard. in l. vic. C. ſi de moment. poſſeſ. q. 23. n. 15.*

Qui tamen ferè omnes in paupere probatæ,
30 honeſtæque vitæ; † non ſi improuatæ ignominioſæ, turpis, vel infamis ſit, procedere, locumque habere eam intelligunt; quia illius tunc iuratoriæ cautioni non ſtabitur, ſed ſatiſdare cum fideiuſſoribus omnino tenebitur, aut ſi non ſatiſdet, apud ipſum proprietarium hæredem, aliumvè probum virum ſequeſtrabitur res, vt de fructibus vſufructuario reſpondeatur. Ei namque cuius ſunt reprobati mores, credi
31 non debet, † argumento *text. in l. Non omnes, §. A barbaris, D. de re milit.* Bald. *in dict. Authent. Cui relictum, n. 6. & 7. C. de indict. viduit. tollend. & in cap. Coram n. 9. extra de offic. deleg.* Bart. Alberic. & Paul. Caſtrenſ. *in d. l. 4. C. d. vſuf uct.* Abb. But. & Imol. *in cap. fin. de pignorib.* Roland. à Valle *d. conſil. 43. n. 24. lib. 2.* Petr. Surd *dicta deciſione 141. n. 12. 13. & 15.* Ioan. Gutier. *in dict. l. Nemo poteſt, numero 300.* Caſtillo *vbi ſupra, numero 18.* Andre. Gail. *d. obſeruat. 47. numero 9. & ſequentib.* vbi multis ſimilibus hanc comprobat, Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 18. numero 3.* Paul. Æmill. Gall. *in tract. de except. quæ oriri poſſunt tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, titulo 4. exceptione 15. ſeu 2. parte 2. n. 99.* Petrus Barboſ. *in dict. l. Diuortio, §. Interdum, numero 28. prope med. verſ. Item & ſecundò reſponderi poteſt, D. ſolut. matri.*

Nec contra hæc, ſuprà dicta ratio (quòd vbi de arctando aliquem ad dandum agitur, fideiuſſoria requiratur omninò cautio, nec iuratoria ſufficiat) multum adſtringit, cum contra eam tot, tantique teneant Doctores, vt in caſu *d. Authent. Quæ ſupplicatio*, ſuprà *n. 26.* diximus, & in vſufructuario vſque adeo retulimus.

Nec *tex.* adductus per Bald. *in l. Continuus, 137. §. Illud,* † *D. de verbor. obligatio.* eam diffe- 32
rentiam, ſententiamque probat. Ibi namque non an paupertas excuſet à ſatiſdatione agitur, ſed an ab obligatione, vel ſaltem executionem eius differat? Qua de re latè *Nos quaſt. 45.*

Neque obſtat, fideiuſſionem in iſto caſu eſſe de ſubſtantia actus. Primò, quia multi id negant, † quorum probat ſententiam *gloſſ. in* 33
l. 1. verb. Vtendi, verſ. Vnde ſecundum eos quaritur, D. de vſufruct. & quemadmod. quis vtatur, fruat. Ioann. Faber *in §. 1. num. 2. inſtit. de vſufruct.* Azo. *in ſumma, C. eod. num. 2.* latè comprobat, & defendit (contrariam improbans, eamque veram non reputans) Aria. Pinel. *in l. 1. par. 2. n. 78. col. 2. verſ. Sed ego traditam doctrinam, C. de bonis matern.* Petr. Surd. *d. deciſ. 141. numero 16. Rota Bonon. deciſ. 24. numero 3.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. liter. V. concluſ. 306. numero 12.* & alij infrà referendi.

Quæ ex eo etiam firmatur ſententia, quia quando aliquid eſt de ſubſtantia, vel forma, eius omiſſio actum annullat, † iuxta *text. in ca-* 34
pit. Dura, 4. de crimin. falſi. cap. Cum dilecta, 22. de reſcript. vbi Feli. *numero 6.* Bard. *in l. Si puellam, C. ſi mancip. ita fuerit alienat.* Iaſ. *in l. Si eum, §. Qui iniuriarum, numero 22. ſi quis cautionib.* Anton. Corſet. *ſingul. 60. n. 2. verb. Conſilium,* latè Roland. à Valle *conſ. 70. numero 51. cum ſeqq. lib. 3. & conſ. 60. numero 25. & 28. cum ſeqq. lib. 4.* Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. lib. 3. cap. 545. num. 2. 3. & 4.* Petr. Surd. *conſ. 282. num. 6. & ſeqq. & conſ. 369. num. 36. & ſeq. & deciſ. 22. num. 6. & 7. & deciſ. 268. num. 8. 9. & 18.* ad ſaturitatem Farin. *frag. crimin. part. 2. lit. L, verb. Lex, num. 203. vſque ad 233.*

Omiſſio autem fideiuſſoriæ cautionis actũ non annullat, poſſeque vſufructuarium vſum fructum habere, fructuſque ſuos, fideiuſſione non petita † facere, poſt Bart. Bald. Alex. 35
Dec. & alios, tenent Cornel. Benin. *d. ſpecial. 7. in vlt. volunt. numero 16.* Petr. Paul. Pariſ. *conſ. 61. in fin. lib. 3. & con. 95. num. 49. lib. 2.* Anton. Gab. *commun. opini. lib. 5. tit. de vſufruct. concluſ. 1. n. 11. & ſeqq.* receptiſſimam dicit (ex Alex. ib. relato) ſententiam Arius Pinel. *vbi ſuprà d. num. 78. col. 3. poſt med. Rota Bonon. d. deciſ. 24. n. 3.* ex hoc fideiuſſionem in præſenti de ſubſtantia non eſſe, inferens, Card. Tuſch. *vbi ſuprà* Ioſeph. Ludouic. *dec. Lucenſ. 31. n. 9. & 11.* Surd.

de aliment. tit.7.quæſt.19.numero 17. Stephan. Grat.*in addit.ad deciſ.3.numero* 2. Videnduſquè latè circa hæc Ioan. à Caſtillo *de vſufruct.cap.* 16.*per tot.* deciditquè *Senatus Sabaudiæ*, vt refert Ant. Faber. *in ſuo Cod. defini. lib.3. tit.23. defini.3. & definit.9.*

Secundò, quia dato quòd fideiuſſio de ſubſtantia foret, ſatiſdandi impotentia etiam tunc
36 iuratoriam ſufficere cautionem efficit, cum in locum fideiuſſionis ſuccedat, † naturamquè eius in cuius locum ſubrogatur, debeat ſapere, iuxta *text.in l.Si cum,*10.§.*Qui iniuriarum, D.ſi quis cautionib. l.Item veniunt,* 22. §.*Cum prædiximus, D.de pet.hered.*§.*Fuerat,inſtit.de actionib.* Ita in terminis Surd. *d.deciſ.*141.*num.fin.in fin.*

Item, quia quando forma impleri non poteſt,
37 eius omiſſio actum non vitiat, † ſufficitque eo modo quo poteſt adimpleri; vt in terminis pluribus firmat (fusè quidem, & eleganter) Roland. à Valle *d.conſ.* 43. *ex num.* 36. *cum ſeqq. d.lib.*1. Petr. Barb.*in d.l.Diuortio*, §.*Interdum, n.*29. *in fin.& num.*30. *D.ſolut. matrim.*

Ex quibus (vt ad propoſitam ſuprà quæſtionem *dict. leg. Regia* redeamus) deprehenditur manifeſtè, pauperem, qui cum fideiuſſoribus cauere non poteſt, ad ſecundam ſupplicationem, cum obligatione bonorum, ſoluendi in caſu ſuccumbentiæ mille quingentarum duplarum ſummam, admittendum. Quæ ſententia expreſſiùs eodem firmatur iure Regio vel Regium recuſante Senatorem poſſe deponere pecuniarum quantitatem credere amittendam, ſi recuſationis propoſitæ non probet cauſam, decernitur *text.* eſt *in l.2. tit.10. lib.2. noua Reg. Collect.* Si tamen recuſationem proponens pauper ſit, nul-
39 lam teneri ſummam deponere, † ſufficereque ſi pro ea ſi obliget ſoluturum cum poſſit, ſi in prædicto recuſationis, ſuſpicioniſque articulo victus fuerit, eod. iure ſtatuitur *in l.5. tit.*10.*d. lib.*2.*noua Reg.Collect.* cuius ſunt verba: *Mandamos, que quando alguno que fuere pobre litigando puſiere recuſaçion, por la qual fuere obligado a depoſitar alguna pena conforme a las Leyes, y Prematicas deſtos Reynos: cumpla con obligarſe, que quando tuuiere bienes pagara la pena, ſi fuere determinado que la pague, y fuere condenado en ello.* & ita de iure quoquè Luſitano *lib.3. tit.*22.prouiſum, & vſu receptum teſtatur Melchior Pheb.*arreſto* 12.poſt eius deciſiones, vbi hæc adiicit: *Acerca da ordenaçaon, lib.3. titul. 22.eſt à recibido por eſta ley, è aſſi ſe vſa, que os pobres que vem com ſoſpeiaçaon à algum Iulgador, depoſitāon cauçaōn; mais primeiro haon de juſtificar à probreça ante o Chancarel, & entaon ſelbes concede por deſpacho do dito Chancarel que naon depoſiten.* Et in iſto caſu potentior etiam quàm in *dict.l.*1.*titulo* 20.*lib.*4.*noua Reg. Collect.* eſt ratio, cum ibi cautionem fideiuſſoriam, obligationemquè bonorum requirat: hìc pecuniæ depoſitionem. Quæ cum ob paupertatem remittatur, iuratoriaquè cautio (iuxta eius diſpoſitionem præſtita) ſufficiat; multo magis in caſu *dict. leg.*1. quæ ſolùm fideiuſſoriam ſatiſdationem requirit, ſufficiet.

Concludendum igitur, in quolibet regulariter caſu cautionem ſufficere iuratoriam, ſi propter paupertatem fideiuſſoria præſtari non poſſit, licèt ſatiſdationem fideiuſſoriam lex requirat. Neque obſtat *text.in d.l. Si conſtante*, 25.
40 §. *Quoties*, † *D.ſolut. matrimon.* Quia ibi præter ſatiſdationis requiſitum, ad vlteriora proceſſit lex, impotentiæ caſum prouidendo, ordinemquè in eo tunc aſſignando: quo quidem, non iuratoriam cautionem; ſed ad remedium per legem declaratum recurrendum erit. Ita in terminis (reſpondendo ad *text.in dict.l.quam,* 5.§. *Imperator,in fine, D.vt liberis ſeu fideicommiſ. nomin.caueat.* quam etiam pro contraria ſuprà in principio adduximus) tenet Petr. Barboſ.*in d.l.Diuortio* §. *Interdum,numero* 30. *verſiculo, nec etiam obſtat*, *D.ſolut.matrimon.* per *textum* (quem id in ſpecie probare dicit) *in dict. l. Filiusfamilias,*117.§. *Diui, el* 1.*verſiculo, Iidem Principes, D. in legatis* 1. ibiquè negaſſe Angel. & Imolam, Iaſonem, & Rodericum.Xuar. ab ipſo relatos. Quo reſponſo ſatisfit etiam, *textui in d.l.*19.*tit.*21.*lib.*4.*noua Reg.Collect.& in l.*2.*tit.*3.*lib.*2. *Fori leg. & in l.*6. *titul.* 4. *par.* 3.*& in l.*23. *titul.*7.*lib.* 3. *noua Reg. Colleg.* de quibus ſuprà *num.*8.9.*&* 10. in quibus præter ſatiſdationem, ad vlteriora proceditur, impotentiæ caſus prouidetur, ordo præfigitur, declaraturquè remedium. Sicquè & ad *text.in d.l.*2. *C. de tutor.& curat. qui ſatis non ded.* † reſpon- 41
deri poteſt. Cui etiam aliter ſatisfacit *Roland. à Valle* ſpecialitatis rationem in illius text. ſpecie aſſignando: quia ſcilicèt quando ad aliquod officium vult quis admitti, nominevè alieno agere, neceſſariò ſatiſdare debet, nec iuratoria ſufficiet cautio, ex pluribuſquè reſoluit *dict. conſ.*43.*num.*47.*&* 48. quem ſequitur Petr.Barboſ. *vbi ſuprà in d.* §. *Interdum*, *num.* 28. *verſ. Non obſtat,& num.* 29. qui adhuc idem ipſe ibi (ex ſententia Baldi *in l. Legitimos, ad med. D. de legitim. tutor.* & Anto. Queſad. *in ſuis quæſtionib.iuris, cap.*11.*numero* 3.) admittendum forè tutorem cum iuratoria cautione, ſi fideiuſſorem dare non poſſit, honeſtaquè perſona, nec ſuſpecta ſit, aſſerit.

Reſponderi etiam ad *text. in dict. l. Si con-* 42
ſtante, §.*Quoties*, † aliter poſſet. Ideo nempè ibi ad cautionem iuratoriam non admitti maritum; quia nullum, vel minimum ex huiuſmodi negatione ei ſequitur detrimentum, cum & inter vſutio medij temporis fruatur, pariterque mulieri prouideatur, ita vt neque maritus de proprio commodo quidquam (vel minimum quidem) amittat: neque mulieris dos in diſcrimen veniat amiſſionis. Quare iuratoriam cautione locum non habere vbi aliter vtique parti poteſt eſſe conſultum † dicunt mul- 43
ti, vt per Paul. & Alexand. *ibidem in d.§. Quoties*, Bald. Angel. & Immol. *in d.§. Diui,* Roland. à Valle *d.conſil.*43. *numero* 48.*& duobus ſeqq. lib.*2. Cæſar. Contard. *in l.vnic. C.ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appellat. quæſt.*23. *numero* 11. *& ſeqq.* Robert. Lancellot. *de attentat.cap.*19. *numero* 36. Annan. *ſingul.*46. Marcabrun. *conſil.* 105. *numero* 133. Bardell. *conſil.*1. *numero* 18. Ioan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſid.remed.*58. *numero* 14. Anton. Hering.*de fideiuſſor.cap.*18.*numero* 111. Vincent.Caro.*de oblat.par.*2 *quæſtione* 10.*numero* 18.Alex.Raudenſ.*conſil.*61.*numero* 14. Seraphin.*de priuileg. iuram. priuileg.*18. *numero* 4. Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. d.lib.*2. *tit.de appellat. reſolut.*1.*numero* 9.Marius Giurb.*A.deciſ.*4.*numero* 44.Ioſeph.Ludouic.*deciſ.Peruſin.*63. *numero* 10.*& ſeqq.* Caſtillo *de vſufruct.cap.*18. *numero* 20.Petr. Surd. *d.deciſ.*141.*numero* 15.

Qua etiam ratione dicti §.*Diui*, *verſ. Iidem*
44 *Principes*, † *& d.l.2.C.de tutor.& curat.qui ſatis non ded. & d.l.2.l.4.& l.19.tit.21.lib.4. noua Reg.Collect.* procedere determinatio poſſet. Vbi ideò obligationi ſatiſdandi, per iuratoriam cautionem non ſatis fit; quia abſque ea vtrique parti poteſt eſſe conſultum. Non enim ex eo, quòd executionem ſententiæ Arbitri, vel in alio caſu, qui executionem meretur, petens ſatiſdare (iuxta dictarum legum conſtitutionem) non poſſit; ſuſpendenda, vel retardanda erit exe-
45 cutio, † aut ab ea, qui illam petit repellendus: fiet tamen de mandato Iudicis depoſitum ſummæ, vel quantitatis pro qua facta eſt executio. Quo vtraque pars ſecura manet, iuxta modum, quem *Pedemontanum Senatum* obſeruaſſe in ſimili caſu *d. Auth. Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offerend.* teſtatur *Gaſpard Anton. Theſaur. quæſt. Forenſ. lib.1. d. quæſt.87.n.7.* vbi, ſi de re mobili fiat executio, depoſitum fieri abeo, qui ſuccubuit in manibus tertij idonei dicit: & ſi ſit pecunia; vt medio tempore mercato apud quem deponitur, de fructibus ipſius pecuniæ ei, qui ſententiam obtinuit, reſpondeat: Si verò ſuper re ſtabili executio petatur, iuratoriam ſufficere cautionem, cum res immobilis perire non poſſit. Ex quibus ſat contrariis ſuprà adductis reſponſum videtur.

VTRVM PAVPERTAS IN quam quis ſua culpa incidit, excuſet, pauperique proſit?

SVMMARIVM

1 *Iura non fauent ei, qui ſe in neceſſitate poſuit, nec ei prodeſt paupertas, qui ſe in eam ſua culpa coniecit.*
Contrà n.7.& ſeqq.
Intellige vt n.16.& ſeqq.

2 *Læſus ſua culpa an reſtituatur?* & n.34.
Incarceratus ſua culpa, an reſtituendus ſit? ibidem, & n.29. in fin.

3 *Mater quæ ob culpam ſuam in neceſſitatem incidit, an ſi ad ſecundas conuolet nuptias antequam reliqua ex adminiſtratione tutelæ filio ſoluat, excuſetur?* & n.35.

4 *Vſurarius ob paupertatem excuſetur à reſtitutione.*

5 *Et quid ſi culpa ſua ad paupertatem deuenit?* & n.36.

6 *Alienatio quæ ob paupertatem permittitur, an ei, qui culpa ſua in eam incidit, concedatur?* & n.17.& ſeqq.

8 *Priuilegium* legis vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & vid. *etiam ei, qui culpa ſua in paupertatem, vel miſerum ſtatum deuenit, conceditur.*

9 *Meretricibus tanquam miſerabilibus* dictæ legis vnicæ *competit priuilegium.*

10 *Executor ad diſtribuendum bona in piam cauſam datus, vel pro redimendis captiuis; pro liberandis carceratis, etiam ad pœnam pecuniariam pro maleficiis condemnatis ea diſtribuere poteſt.*
Diſpoſitio pro redimentis captiuis, *etiam captiuos ex delicto comprehendit,* ibid.

11 *Qui ob grauem, iuſtumque metum aliquid promiſit, vel dedit, illud reuocare, repetereque poterit, licèt metus eius culpa; delicto, vel maleficio eueniat.*

12 *Impeditus excuſatur, licèt dederit impedimento cauſam,* & n.34.

13 *Paupertas præſcriptionem impedit, licèt culpoſa ſit, ex delictoque proueniat,* remiſſiuè.

14 *Debitoribus quorum debitum ex culpa, delictoque deſcendit, literæ moratoria concedi poſſunt,* remiſſiuè.

15 *Diſtributiones quotidianæ ei, qui ſua culpa in morbum incidit, debentur.*

18 *Filius fideicommiſſo grauatus ſicut alienare non poteſt contrahendo: ita nec delinquendo, nec actum agere per quem alienationem deueniatur.*

19 *Delinquens an priuilegium ſibi indultum perdat?* & n.ſeqq.

20 *Intellectus ad* tex. in l. Bona fides, 31. D. depoſiti.

22 *Neceſſitas propriè an illa ſolùm dicatur, quæ principium habet neceſſarium?*

23 *Pater an teneatur prouidere filio, qui ſibi pro alimentis aſſignatam portionem profudit? aut poſſit filius aliam legitimam poſt primam quam perdidit, à patre, vel ex bonis fideicommiſſo ſappoſitis conſequi? Aliamvè dotem teneatur pater filiæ poſt primam ſua culpa conſumptam aſſignare?* remiſſiuè.

24 *Epiſcopus an exigere charitatiuum ſubſidium ob neceſſitatem inquam ſua culpa incidit poſſit?*

25 *Culpa ad caſũ non ordinata nocere non ſolet.*

26 *Culpa ſimplex, vel ad caſum ordinata, in quo differant, ex ſententia Menochij, quæ improbatur?* & n.ſeqq.

27 *Succurrendum eſt ei, qui in paupertatem ſua culpa (etiam ad caſum ordinata) deuenit, ſi neceſſitas exigat.*

28 *Inimicitia iuſtam præbet excuſationi tutelæ cauſam, etſi culpa eius, qui excuſationem prætendit, acciderit.*

29 *Eſt etiam iuſta cauſa recuſandi Iudicem, teſtes, & ſimiles, licèt recuſans cauſam inimicitiæ dederit, modò ad caſum recuſationis ordinata non ſit.*

30 *Reſpondetur ad contraria,* & n.ſeqq.
Obligatio expreſſa obligatione neceſſaria non ſic expreſſa potentior eſt, ibid.

31 *Intellectus ad* tex. in c. Ex parte, 10. de conſuet. & n.ſeqq.

32 Vxor tenetur præſtare marito alimenta, neceſſariaque ex fructibus dotis, ex paraphernalibus, vel aliis bonis, licèt ſua culpa ad paupertaté deueniſſet maritus.

33 *Vxor quæ adulterium commiſit, non ſolùm bonis mariti, ſed etiam dote priuatur.*
Beneficium legis an poſſit ab eo implorari, qui in eam committit? ibid.
Reſpondetur authoritati Philonis *Iudæi*, ibid.

34 *Reſtitutionis remedium extraordinarium eſt, & faciliùs denegatur.*
Et an ei, qui ſua culpa læſus, vel impeditus eſt,
Interpretatio ad tex. in l. Papin. 21. D. de minor. & in l. Ab hoſtibus, 15. §. fin. & l. ſeq. D. ex quib. cauſ. maior. ibid.
Relegatur an & quãdo reſtitutio cõcedatur? ib.

37 *Canonem non ſoluens ob paupertatem in*

tem in quam ſua culpa incidi, ſi ad caſum non fuerit ordinata, in commiſſum non cadit, remiſſiuè.

38 *Qui dicit, quem ſua culpa ad caſum ordinata in paupertatem incidiſſe; probare debet.*

QVÆSTIO LIV.

LIcèt adeò fauorabilem paupertatem eſſe dixerimus, totque eius congeſſerimus, congerendaque reſtent priuilegia: tùm demum prodeſſe, fauorabilemque eſſe, ſi caſu, aliterve abſque culpa eius, qui paupertate premitur, accidat; non ſi culpa, factoque ſuo in eam incidat, videtur firmandum. Ei namque, qui ſe in

1 neceſſitate poſuit, non fauent† iura, *text. in l. Fideiuſſor, 7. §. Si neceſſaria, D. qui ſatiſd. cog. l. Papinianus, 21. D. de minor. l. Si dictum, 16. §. Si compromiſero, D. de euict. cap. ex parte, 10.* extra *de conſuet.* eleganter Philo Iudæus *in lib. de Iudice*, relatus à Camill. Borrell. *de Reg. Cathol. præſt. c. 21. n. 41. Nam miſeratio debetur infœlicibus: Quiſquis autem ſponte malè facit, non infœlix, ſed iniquus eſt: Cæterùm iniquis pœna proponitur, ſicut iuſtis honor, & præmium.* Firmatq; Horatij ſententia *lib. 1. Epiſt. epiſtola ad Lolliũ.*

Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.

Et magis in terminis (non prodeſſe paupertatem ei, qui propria culpa in illam ſe conieci*t*) probant *text. in l. penult. in fin. D. de iure dot. in l. fin. §. fin. D. quæ in fraud. credit. in l. Etiam, 18. §. Licèt, D. ſolut. matrim. & in dict. cap. Ex parte*, vbi ita expreſsè tenet *gloſſa verb. Prodigalitatis, & in cap. Quæ in Eccleſiarum, 7. verb. Ad inopiam, de conſtitut. & in cap. Ad ſupplicationem, 9. verb. Ad ſuſtentationem, de renunciat.* Andr. de Iſerni. *lib. 1. conſtit. Neap. tit. 33. n. 9. & ibidem*, eum ſequutus Matthæ. de Afflict. *n. 18.* Florian. de Sanct. Petro *in l. Arboribus, §. de illo, D. de vſufruct.* Iaſ. *in Auth. Res quæ, n. 20. & ſeq. & ibid.* Curti. Iuni. *n. 32. C. commun. delegat.* Pariſ. de Put. *in tract. Syndic. verb. Rex conceſſit, n. 3.* Videturque communis hæc ſententia ex propè infinitis, quos, refert, & ſequitur Andr. Tiraquel. *in l. Si vnquam, verb. bona, n. 5. C. de reuoc. donat.* Ioan. Matienç. *in l. 6. tit. 7. gloſſ. 3. n. 3. lib. 5. nouæ Reg. Collect.* Didac. Couarr. *variar. reſolut. lib. 2. c. 16. n. 9.* Petr. Surd. *de alim. tit. 7. q. 25. n. 11. & ſeq.* Marc. Ant. de Amat. *deciſ. Marchiæ, 62. n. 4.*

2 Sic ſua culpa læſus † non reſtituitur, *text. in l. Ab hoſtibus, 15. §. fin. & l. ſeq. D. ex quib. cauſ. maior. d. l. Papinianus, 21. D. de minor.* Petr. Barboſ. *in d. l. Si Prætor, 76. § Marcellus, n. 41. D. de iudic.* Ideóque carceratum ex proprio delicto, reſtituendum non eſſe, dixit *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 7. art. 5. 1. part. n. 42.*

Ex *Paulo* item *Montano in tract. de tutel. c. 15. n. 104.* prædicta firmatur ſententia, vbi matrem, quæ reddita ratione tutelæ, reliqua ſoluere non poteſt; licèt ad ſecundas conuolet nuptias; non incidere in pœnam, niſi ob culpam

3 ſuam † in paupertatem deuenerit (ex notatis per Bart. *in d. l. fin. §. fin. D. quæ in fraud. credit.*) aſſerit.

Sic licèt vſurarius propter paupertatem à

4 reſtitutione † excuſetur; *tex. in cap. Cum tu, 5. de vſur.* & diximus, *q. 27.* Non tamen quando

5 ex culpa † ſua ad eam deuenit, firmat *Maurit. Apicella allegat. 6. n. 4.*

Alienatio pariter, quæ ob neceſſitatem, vel paupertatem permiſſa eſt (vt latè *q. 22. ex n. 35.* diximus) ei, qui culpa † ſua in eam incidit, non 6

permitti, tradit Iacob. Menoch. *de arbit. lib. 2. caſu 182. n. 38.* & poſt alios à ſe relatos Maurit. Apicell. *vbi ſupra n. 5.*

Quibus tamen (aliiſque ſimilibus, quæ obiici poſſent) non obſtantibus; contrariam ſententiam (iuuare ſcilicet paupertatem, ac prodeſſe ei, qui ſua culpa ad paupertatem deuenit, †) firmarunt *gloſ. in cap. Sacrorum, 12. quæſt. 2.* bona 7

Eccleſiarum ad alendos pauperes, qui culpa ſua in paupertatem inciderunt, vel ad eorum redemptionem, qui ob crimen carceribus publicis detinentur, alienari poſſe, aſſerens, Deci. *in d. cap. Quæ in Eccleſiarum, num. 138. de conſtit.* Bald. Anani. Felin. Campeg. & Lupus, quos refert, & ſequitur Didac. Couarr. *d. cap. 16. n. 9. verſic. Contrariam ſententiam*, vbi dicit communem, Franciſc. Viui. *deciſ. 268. n. 8.* vbi ſic variis vicibus in *Sacro Conſilio*, in *Regia Camera Summariæ* in *Magna Curia Vicariæ*, & in *Regia Audientia Apuliæ* practicari vidiſſe teſtatur, Thom. Actius *in tractat. de infirmitate, part. 1. c. 36. n. 5. & 6.* Camill. Borrell. *in ſumma deciſ. tit. 56. de iuramento perhorreſcentiæ, n. 21. part. 1.* ſupràque notauimus *quæſt. 22. n. 42.*

Et in terminis *Legis vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* eiuſque priuilegio gaudere poſſe, † caſumque Curiæ (vt dicemus) facere, ac primum Iudicem habere Senatum, eum 8

qui culpa ſua, vel ob crimen in paupertatem, ac miſerum ſtatum incidit; tenet aſſeueranter Couarr. *pract. c. 6. n. 2 verſ. Sed ſi quis in paupertatem*, falſam opinionem contrariam dicens Andreæ de Iſern. Afflict. & Rebuf. eorum certò ſcire aſſerẽs nequaquam fore admittendam: tenet etiam Viui. *vbi ſuprà*, Ioan. Mari. Nouar. *in practi electionis, & variar. fori, quæſt. 16. ſect. 1. n. 4. ſeq.*

Indè, & meretrices † tanquam miſerabiles 9

perſonas (licèt ex delicto ſuo) eodem gaudere *d. l. vnicæ* priuilegio, tenuiſſe, & determinaſſe *Sacrum Conſilium*; teſtatur Vincent. de Franch. *deciſ. 233.* Franciſc. Viui. *deciſ. 521. n. 5. lib. 4.* vbi ita per Sacr. Conſ. deciſum aſſerit, Gaſp. Theſaur. *in addit ad Patrem, deciſ. 117.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 1. caſu 66. n. 25.* Ioan. Maria Nouar. *d. loco, quæſt. 7. n. 5. & in deciſ.* quas in fine eiuſdem praxis locauit, deciſionem Viuij iam relatam de verbo ad verbum referendo ſecundum eius ordinem 24.

Ex quibus deducitur, executorem ad diſtribuendum bona in cauſam piam, vel pro liberandis carceratis, † ad pœnam etiam pecu- 10

niariam pro maleficiis condemnatis ea poſſe. Ita (per *d. gloſſ. in cap. Sacrorum*) firmant Bald. *in l. Quamuis, & ibidem* Alexand. *n. 10. & 11. D. ſolut. matrim.* Iacob. Menoch. *de Arbitrar. d. lib. 2. caſu 182. n. 42.* Ioan. Cephal. *conſil. 624. n. 60.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 32. n. 21.* Brunor Sole *q. 47. n. 7. & in comp. reſ. lit. E, verb. Execut. grauati.* Diſpoſitio enim *pro redimendis captiuis*, etiam captiuos ex delicto comprehendere, ex Ioan. Lupo, Seraph. & aliis, tradit Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſſanenſ. c. 2. gloſ. 12. n. 21. part. 1.*

Firmaturquè principalis ſuprà dicta ſententia ex *textu in l. Nec timorem, 7. § Proinde, D. de eo quod met. cauſ.* vbi, qui ob grauem, iuſtumq;

metum aliquid promisit, vel dedit; per actio-
11 nem *quodmet. causa* illud reuocare, † repetereque poterit, etsi metus eius culpa, delicto, vel malefico eueniat: *tex.* etiam in *cap. Quia diuersitatem, 5.* extra *de concess. prabend.* vbi impedi-
12 tus excusatur, licet dederit † impedimento causam, & infrà etiam dicemus.

Sic & paupertatem præscriptionem impedire,
13 quamuis culposa sit, † ex delictoque prouenerit, diximus *quæst. 32. n. 13.*

Debitoribusque concedi moratorias literas
14 posse, etsi debitum ex culpa, † delictoque descendat *quæst. 44. n. 49.* notauimus.

Distributiones etiam quotidianas ei, qui sua
15 culpa in morbum incidit, † deberi, tenent Didac. Couarr. *var. resolut. lib. 3. c. 13. n. 8.* Azor *instit. Moral. part. 2. lib. 7. c. 7. q. 11.* Martin. Nauar. *de rest. lib. 2. c. 2. diffic. 4. n. 134.* Ioan. Aloys. Ricci. *in pract. resolut. 444. n. 5. tom. 2.* Ioan. Maria Nouar. *in praxi elect. & var. fori, quæst. 16. n. 6. sect. 1. & quæst. 44. n. 3. sect. 2.* vbi insuper hanc tenentes sententiam addit *Fuscum de visitat. lib. 1. c. 20. n. 26.* Emman. Rodrig. *in sum. 1. part. c. 33. n. 6. vers. De aqui se infiere*, Zerol. *in praxi Episcop. 1. part. §. Distributiones, n. 3. vers. Sextò debentur*, Gutierr. *Canonic. quæst. lib. 1. c. 1. n. 138.* Moneta *de distribut. quotid. part. 2. quæst. 6. ex num 12.* Petr. Cened. *in quæst. Canon. quæst. 1. num. 8.* quos omnes ad literam refert *idem ipse* Cened. *ibi*; à quo eos oportet mutuasse *Nouarium*: eosdem pariter (hanc sustinendo partem) refert nouissimè August. Barb. *de offic. & potestat. Episcop. alleg. 53. n. 168.*

Communis autem inter vtramque dissen-
16 tientium scolam assignari distinctio † solet, eaque huiusmodi inuicem pugnantium sententiarum altercatio componi: Vt prior (quæ culposam paupertatem fauorabilem esse negat) si ad casum culpa fuerit præordinata, intelligatur: eoque casu iura in principio adducta procedant, *tex.* præcipuè qui id probat) *in d. l. penult. in in fin. D. de iure dot. in l. fin. in fin. D. quæ in fraud. cred. & in d. l. Etiam. §. 1. solut. matrim.* Firmatque hanc sententiam *tex.* de iure Reg. *in l. 4. tit. 15. part. 5. & ibi gloss. 4. verb. Malmetiesse.* Secūda verò) fauorabilem esse affirmans) vbi culpa ad casum præordinata non est, intelligatur. Quam distinctionem tradunt Bald. *in l. 2. §. Si quis in iudicio, n. 4. D. si quis cautionib.* Deci. *in d. cap. Quæ in Ecclesiarum, num. 137. & 138. de constit.* Marc. Mant. *singul. 31.* Didac. Couarr. *variar. resolut. d. lib. 2. c. 16. n. 9. vers. Secundò illud adnotandum est*, Ioan. Bapt. Marchesan. *de commiss. 2. part. de commissione Auocat. causar. §. 2. n. 51.* ex *Follerio in const. Statuimus, Regni Neapol. n. 72. & 83. versic. Intellige tamen, &* Couarr. *sup. & practic. c. 8. n. 3.* & sic (post longam disputationem) concludit Sfort. Odd. *in tract. de restit. in integr. 1. part. quæst. 11. art. 10* Cornel. Beninc. *de paupert. quæst. 4. princip. n. 48.* Ludouic. Mexia *in pragm. taxa panis, conclus. 1. n. 9.* Iacob. Menoch. *d. casu 182. n. 39. 40. & 41.* Anton. Gamm. *decis. 25. n. 2.* Arias Pinel. *in Auth. Nisi tricennale, num. 46. C. de bon. matern.* vbi latè, præcipuè *in vers. Sic in paupertate*, ad multa inde inferens: ad extensionem præsertim *Auth. Res quæ, C. communia de legat.* vt locum habeat, proque dote, vel redemptione filij, qui ad paupertatem, vel captiuitatem ex
17 culpa, † delictoque peruenit suo, si culpa ad casum non fuit præordinata, res fideicommisso, aut restitutioni subiectæ alienari possint, cum *Alexand. Fulgos.* & aliis ibi relatis, quam contra communem veriorem reputat. Aduersus quam tamen multis mediis tenet (*Pinelli*, & sequacium impugnando sententiam) Iacob. Menoch. *vbi suprà, ex num. 42. cum multis seqq.* ei, qui ob culpam, vel delictum suum in paupertatem incidit, in modum solùm eleemosynæ, auxiliique gratuiti succurrendum contendens; non verò indigentiam hanc iustam, æquamque vt liberè, & absolutè bona alioquin inalienabilia possint alienari, præbere causam; argumentis motus *Socini in l. Marcellus, §. Res quæ, D. ad Tribelli.*

Primum est, quòd sicut filius fideicommisso 18
grauatus alienare non potest contrahendo, † (ex *tex. in l. vltim. & in Auth. Res quæ, C. commun. de legat.*) ita nec delinquendo, *l. Imperator, D. de fideicomiss. libert.* nec actum agere per quem ad alienationem deueniatur, ex pluribus iuribus, & authoritatibus ibi adductis Cui tamen (pro sententia nostra) responderi potest, inter vtrumque casum differentia constituendo. Nam qui contrahit, id agit vt alienet (in terminis præsentis inspectionis loquor.) Qui verò delinquit, vel culpa sua ad paupertatem, vel necessitatem deuenit (si ad eam præordinata non sit) non id vt alienet agit principaliter quidem, imò nec indirectè, etsi postmodum huic ius necessitati succurrat. Vnde, apertè prima Socini, ac Menochij destituitur fundamento ratio.

Aliud & secundum Socini adducit argumentum Menoch. *ibid. num. 46. vers. Secundò inquit*, quod tanquam inualidum ac non concludens impugnat, reiicitque *idem ipse* Menoch.

Tertium argumentum Socini assignat Menoch *n. 47.* Delinquentem debere priuilegium
† sibi indultum perdere; *tex. in l. Sed si ex parte, 4. §. Quamquam, D. quod cum eo, l. Relegatorum, 7. in fin. D. de interd. & releg. l. Auxilium, 38. §. In delictis, D. de minor.* Ergo, si ille, qui priuilegium habet, ex delicto illud amittit: à fortiori, ex eo priuilegio quod non habet, acquirere non poterit. Cui respondet Fulgos. (sententiam approbat Alex. *in d. l. Quamuis, n. 11. vers. Non obstat, D. solut. matr.* eique assentit Ias. *in d. Auth. Res quæ, n. 21.*) Prædictam regulam, quando culpa est ad casum præordinata, non aliàs procedere. 19

Aliter prætereà responderi potest. Tunc forsan priuilegium ob delictū amitti, nec prodesse, cum remissio delicti, aut pœnæ infligendæ prætenditur, quæ delictum ipsum directè, & immediatè respicit, vt in proximis relatis iuribus: secùs vbi de delicti remissione non agitur, sed vt necessitati ad casum non præordinatæ succurratur, vt in casu nostro, in quo sine ex delicto ad paupertatem, vel necessitatem quis deuenerit, poterit fieri alienatio, cum nec pœnæ remissio inde proueniat, nec huiusmodi auxilium delictum respiciat, fortiusque si ex culpa solùm, vt quia substantiam suam prodigaliter, necessitatis futuræ immemor profudit, cui nec pœna aliqua nominatim ob id inflicta non est, neque imponitur, ex *text. in l. Etiam, 19. §. 1. D. solut. matrimon.* In huiusque rei confirmationem latiùs *infrà n. 33.*

Ex quibus alteri etiam *Menochij* obiectioni *vbi suprà, num. 50.* ex *text. in l. Bona fides, 31. D.*

D. depositi (ibi: *Nam malè meritus publicè, vt exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate labore debet*) fit satis: Quia ibi, quan-
20 do quis in pœnam † delicti bonis nominatim priuatur agitur, quo casu ea Fisco deferenda, delinquentemque egestate laborare debere, rectè censet *Consultus*, eamque pœnam ibi fuisse impositam, ex eius serie constat, ibi: *Is deportatus est, bona eius publicata sunt.* Aliter atque, vbi bonorum aut non fieret expressa condemnatio; aut in delicti, damnationisque necessariam consequentiam non veniret; in casu veluti nostro, in quo ob bonorum consumptionem pœna non imponitur, nec si ob aliquod delictum ad egestatem perueniatur, auxilio paupertati concesso locus non erit. Sequeretur enim alioquin, multiplici pœna, præter pœnam ipsi delicto impositam, quem puniendum, adderetur que afflictio, quod esse non debet, vt iuribus vulgatis.

Nec prætereà obstat, imputandum esse ei, qui se suo facto in necessitate posuit, iuxta iura in principio adducta, & per Menoch.
21 *d. loco, num. 50. versic. Sextò.* Quia in eis, † qui se in necessitate posuit, vt se obligationi adstringeret, tractauit, idque directè intendit; diuersum in eo, qui non ex conuentione aliqua expressa directè, nec etiam indirectè id egit, licèt delicto suo, vel culpa (ad casum non ordinata(deuenerit, vt in solutione primi diximus argumenti.

Non etiam septimum adductum à Menochio *suprà, n. 52. & 53.* obstat, Quòd nempè, necessitas illa dicatur, quæ principium habet
22 necessarium, † ac ideò eum, qui sua culpa in paupertatem incidit; in necessitate positum verè, & propriè non dici, nec necessitatem appellari. Quod licèt ipse maximè vrgere reputet; in rei tamen veritate leue quidem videtur. Namque si id verum esset; maximum inde sequeretur absurdum, & inconueniens. In necessitate nempè non dici constitutum eum, qui absque culpa aliqua ad paupertatem necessitatem necessitatemquè deuenit, veluti per negotiationem, quæ malè cessit, vel quia merces in mari fuerunt submersæ, furto subtractæ, vel alio modo perditæ, aliter vè in necessitatem, & inopiam absque culpa fuerit perductus, cum à principio mercari, vehere merces, aliavè simisimilia negotia gerere ei fuerit voluntarium; & per consequens prædictæ *Auth. Res quæ*, similiumquè iurium (de quibus latè egimus *quæst. 22.*) dispositione non iuuari: quod falsum esse, nemo ambigit, & faciunt dicta à Nobis *dicta quæstione 16.* præcipuè *n. 5. 9. & in d. quæst. 22.*

Ad octauum Menochij argumentum, & rationes *n. 54. cum tribus seqq.* adductas (filio, scilicèt, qui sibi pro alimentis assignatam profu-
23 dit portionem, † maléque consumpsit, prouidere parentem non adstringi, nec post primam sibi assignatam legitimam, quam malè perdidit, aliam consequi à patre debere filium, nec in bonis fideicommisso suppositis; nec pariter filiam post primam dotem eius culpa consumptam, aliam consequi à patre posse) ex his, quæ latè *dicta quæstione 16 numero 5. & sequentib.* tradidimus, responsio constat, vbi ad id necessariam ad casum præordinatam culpam esse tenerique patrem de necessariis alimentis filio, qui legitimam sibi assignatam malè consumpsit, prouidere; licèt aliam non teneatur legitimam assignare, ostendimus.

Menochij denique obiectio *ibidem numero 58.* opposita (charitatiuum nempè subsidium ob necessitatem in quam sua causa, † vel culpa incidit, exigere Episcopum non posse) si culpa 24
ad casum fuisset præordinata non aliter debet intelligi.

Culpa enim quæ ad casum præordinata non est, nocere non solet, † *textus in l. Is qui ex stipulatu, 44. D. de actionibus & obligat.* melior *text. in l. Non omne, 38. D. de stat. liber. & in capit. Quia diuersitatem, 5.* extra *de conces. Prabend. & ibidem gloss. verb. Suspensus*, Bart. Felin. & 25
alij, quos refert idem Menoch. *suprà num. 59.* Petrus Barbos. *in l. Si Prætor, §. Marcellus, n. 35. D. de iudic.* Crauet. *consilio 319. num. 19.* Franc Becci. *consil. 214. num. 15.* Mari. Giurb. *consil. 51. num. 19. in fin.* Nec culpa tantùm absque huiusmodi dolo in suarum rerum administratione exigenda, vel imputanda est, *text. in dict. l. Etiam, 19. §. 1. D. solut. matrim. & Nos* latè *d. quæst. 16. num. 6.* Prædictamque sententiam veram esse fatetur *idem ipse* Menoch. *ibi*, culpam scilicet ad casum non ordinatam damnosam non esse, aut considerabilem ex dictis iuribus; nec pariter ad commodum, vel vtilitatem prodesse, vt ex ea quis commodum consequatur. Quod & nos fatemur; eius tamen negamus sequelam. Inquit enim: *Si ergo culpa sua ad commodum non prodest; sequitur, quod in hoc casu hic culposus non potest consequi facultatem alienandi, quam non habet.* Potest enim responderi: culpam huiusmodi facultatem principaliter non consequi, sed paupertatem, & necessitatem, cui, non culpæ (licèt culpa necessitatis causa fuerit) fauetur, cum ad casum, ad hancque facultatem consequendã non fuerit ordinata, ad idque nec respexerit.

Item & secundò responderi poterit: quòd cũ culpa ad casum non præordinata nec noceat, nec considerabilis sit: in terminis inculpabilitatis, quando scilicet absque culpa paupertas, vel necessitas superuenit (ad propositum de quo agimus) remanere videmur: tuncque rem prohibitam alienari, in casibus aliàs permissis alienari posse, nemo ambigit. Aliter nãque iure sibi cõpetenti, non tam ratione delicti, vel culpæ, sed necessitatis priuaretur pauper, quod ad casum non præordinata efficere ex iuribus iam relatis culpa non valet; cum præsertim commodum hoc non principaliter, & directè ex culpa, delictovè, sed necessitate, & indigentia descendat.

Prætereà ex eo videtur etiam Menochij sententia conuinci: quia si vera esset, idem operari culpam ad casum præordinatam, quã simplicem sequeretur. Solùm enim & in hoc differri vnam ab alia † vult idem ipse Menoch. *n. 39. & seqq.* 26
vt qui ob illam in necessitatẽ incidit, nullo iure iuuetur; qui in hac, in modũ solùm eleemosynę, non quòd ei aliqua (vt prædiximus) competat actio. Id autem etiam ei, qui in paupertatẽ culpa sua ad casum ordinata deuenit, si necessitas exigat, concessum est, † succurrendumque illi erit, 27
ex *tex. in c. Pasce, & c. Non satis, 86. dist.* & obseruant Did. Couar. *dict. lib. 2. var. c. 16. n. 9. vers. Primũ ergo*, Corn. Benin. *de paupere, d. q. 4. n. 94.*

Ii 3 Anton.

Anton. Hering. *de fideiussor.cap.5.numero* 109. Petr.Surd.*de aliment.tit.7.quæst.25. numero* 10. *&* 15. Iacob. de Graſ. *in deciſ. caſuum conſcientiæ, cap.96. numero 6. part.1.*

Inanis igitur foret ab omnibus Doctoribus inter vtramquè culpam differentia assignata, si Menochij ſententiam ſequamur, quæ nullo modo admittenda, ex prædictis erit.

Stat itaquè firma, & tenenda ſententia, paupertatem, vel neceſſitatem in quam ſua culpa quis ad caſum non præordinatam incidit, prodeſſe. Quæ etiam ex *gloſ. in l. Athleta,8. §. Dat remiſſionem, verb.Facta, D.de excuſat.tutor.* roboratur, inimicitiam iuſtam excuſationi tutelæ
28 cauſam præbere, licèt culpa † eius, qui excuſationem prætendit, acciderit, docens. Præbebitquè ſimiliter iuſtam cauſam recuſandi Iudicem, teſtes,& ſimililes, licèt recuſans cauſam inimi-
29 citiæ dederit, † modò ad caſum recuſationis ordinata non ſit: ad quod dictam *gloſſam* receptam à Doctoribus dicit Didac. Couar. *in epitom. de matrim. part.2. cap.3.§.5. numero* 7. plures huius ſententiæ referens Doctores, eoſquè ſequitur, cuius ibi dicta noſtram quoquè ſententiam firmant, & multorum, quos refert, & ſequitur Petr. Surd. *conſil.566. numero* 13. *lib.*4. prædictam diſtinctionem approbans, reprobanſquè ac falſam dicens *Sfortiæ Oddi* opinionem ſupra à Nobis relatam,*incarceratum ex proprio delicto non reſtitui* putantis.

Ex quibus ſolutio ad argumenta, & rationes contrarias ſatis deprehenditur. Primò ad iu-
30 ra ſtatim in principio adducta † *in d.l. Si fideiuſſor.7. §. Si neceſſaria, D.qui ſatiſd. cog. & in l.2.§.Si quis tamen, D.Si quis caut.& in l.Si dictum,56. §.Si compromiſero, D.de euiction.* quia in eorum ſpecie expreſſa, & immediata obligatio adfuit, quæ multò potentior eſt, quàm neceſſaria non ſic expreſſa, vt monſtrant prædicta iura, præſertim *d.§.Si neceſſaria, & d.§.Si compromiſerio, & ibid* notat *gloſſ.verb. Feci.*

31 Ad *text.* verò *in d.cap. Ex parte,*10. † extra *de conſuet.* diuerſum eſſe illius *text.* caſum reſpondetur; in quo ſolùm Honorius III. duas prauas, ac abuſiuas conſuetudines improbat: Quarum prima erat, vt maritus qui caſu, vel culpa bona ſua amiſit, vel profudit, ad libitum dotalia bona poſſet alienare, quam licèt ſeruandam non dicat (quaſi iuri, & rationi aduerſantem) non tamen marito, qui bona ſua perdidit, vel conſumpſit, alimenta, ſibiquè neceſſaria ex rebus dotalibus (ſi id patiantur, ex redditibus
32 nempè) præſtanda † iuxta dicta à *Nobis quæſt.* 4.§.4. *numero* 169. vel ex paraphernalibus, vel aliis etiam bonis, ſi dotalia non extent, negat; vt latè tradit Petr. Surd. *de aliment.tit.1.quæſt.35.per tot. & quæſt.36.per tot.* vbi nominatim, quando maritus ex delicto, vel culpa ad egeſtatem deuenit. Non itaquè neceſſariam ſubuentionem, ad idquè competentem actionem tollit ibi marito Pontifex,ſed alienandi pro libito bona dotalia, contra iuris prohibitionem facultatem.

Secunda erat conſuetudo, vt vxor quæ fide coniugij violata, adulterium commiſerat, medietatem omnium bonorum, quæ vir fuiſſet adeptus (conſequeretur: Quam meritò reprobat, execraturque Summus Pontifex, cum non ſolùm mariti bona ob id debeat mulier perdere,
33 ſed etiam ipſiuſmet dotalia, † maritoque accreſcere, *text.in l.Si dotem,24.C.de iure dot.l.Libertatem,36. C.ad leg.Iuli.de adulte.l.Conſenſu, §.1. C.de repud.l.vnic. §.Taceat, C.de rei vxor. act.l.Miles,11. §.Socer, D.ad leg. Iul.de adulter. cap.Plerumquè* extra *de donat.inter vir.& vxor. gloſſ. verb.Bonis in d.cap. Ex parte,* Iacob. Menoch.(poſt antiquiores)*de arbitrar.lib.2.cent.5. caſu* 419. *numero* 58. *& ſeqq.* Iul. Clar. *libro* 5. *recept.ſentent. §.Adulterium, numero* 13. Petr. Barboſ. *in l.1.in princip. numero* 52. *verſ.Succedit,& numero ſeq.D.ſolut.matrim.*P.Thom.Sanchez *de matrim. lib.*10. *diſput.*8. *numero* 2.

Quo quidem caſu ſubueniendum mulieri non erit, amittetquè ex delicto priuilegium, non ex eo ſolo, quòd ſe in neceſſitate poſuerit;ſed quia in legem matrimonij directè peccauerit: ideoquè ex eo commodum aliquod prætendere non debet, vt notat (poſt alios à ſe adductos) Petr. Surd.*dict.quæſtione* 36.*numero* 13.*&* 14.

Item quia huiuſmodi pœna illi delicto & immediata, & condigna eſt, ac ideò auxilium, vel priuilegium aliàs conceſſum pœnam ipſam immediatè, & directè imponendam, vel impoſitam non tollit. Fruſtrà enim beneficium legis implorat, qui committit in legem *cap. Quia fruſtra. de vſur. & cap. fin. de immunit. Eccleſ.* Secùs ſi auxilium, vel fauor aliud,quàm delicti remiſſionem reſpiceret; non enim ob id perderetur, diximus iam ſuprà;*numero* 19. Quibus & Philonis pariter authoritati *numero* 1. relatæ ſit ſatis.Et ſic in ſimili dicti *cap.Quia fruſtra,& d. c.fin.* interpretatur regulam P.Thom. Sanchez *de matrimon. lib.*10.*diſputat.*18.*numero* 5.cuius ibi dicta noſtram ſententiam firmant.

Non obſtat *text. in d.l. Papinianus,*21. *D.de minorib.& in l.Si ab hoſtibus,*15. *§.fin.& in l.ſeq. D. ex quibus cauſis maiores:* quibus læſum ſua culpa reſtituendum non eſſe probatur. Quia cum reſtitutionis remedium extraordinarium ſit, † faciliùs denegatur, vt notat, aduertitquè 34
Panormit.*in d cap.Quia diuerſitatem,numero* 11. *de conceſſ.prabend.*& Petr. Barboſ.*in d.§.Marcellus,n.*42.Licèt igitur culpa reſtitutionem impediat;non tamen aliud ordinarium remedium.

aliter etiam(aptè ni fallor ſubtiliterquè) reſponderi poſſe exiſtimo. Prædictam aſſertionem, *læſum ſua culpa reſtituendum non eſſe,* ſimpliciter, & abſolutè ſumptam non eſſe veram, nec leges relatas eam probare. Ideò enim in eis denegatur reſtitutio, quia impedimentum ratatione cuius facienda erat,inſufficiens eſt;non quòd tale impedimentum ex culpa prouenerit: etſi enim ex culpa (ad caſum tamen non ordinata) impedimentum accideret; non impediret reſtitutionem, idquè eadem pro contraria parte adducta probant iura.

In textu enim *in d.l. Papinianus,*21. non ideò denegatur reſtitutio, quòd delictum fuerit commiſſum, ob quod abeſſe neceſſarium fuit, tempore quo reſtitutio petenda foret: ſed quia cum abſens ex delicto, procuratorem dimittere potuiſſet,qui eius nomine ageret; non dimiſit, vel cum prætorem poſſet adire,non adiuit. Vnde licèt ex delicto,culpaquè abeſſet,vt quia relegatus erat: ſi tamen nec Prætorem adire potuit, nec procuratorem dimittere, reſtitutio ei non denegabitur,vt ex *textu ibi,*& *caſus poſitione* deducitur, & ex eadem *l.Ab hoſtibus,§.fin.& l.ſeq. Non enim* (vt ibi inquit Paul. Iure conſult.) *negligentibus ſubuenitur, ſed neceſſitate rerum*

rerum impeditis. His enim etiam culpa sua (si ad casum ordinata non sit) succurritur, restitutióque ea causa læsis conceditur, *text. in l. Sed si Pratorem, 26. D. eod. ex quib. caus. maior.* vbi etiam relegatis (& sic proprio delicto, & culpa impeditis) conceditur restitutio, si post huiusmodi culpam aliter sibi per se, vel per procuratorem non valuerint prouidere; eius verba sunt. *Aduersus relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula Pompon. ait. Sed non & ipsi concedendam; quia potuit procuratorem relinquere. Ex causa tamen puto etiam ipsi succurrendum.* Sic igitur nec his, qui culpa sua (ad casum non ordinata) in paupertatem deuenerunt, ex eo solo restitutionis, aliudvè auxilium denegabitur, satisque insinuat *text. in dict. cap. Quia diuersitatem, 5. de concess. prabend.*

Nec obstat *Pauli Montani* sententia (de matre, quæ in paupertatem sua culpa incidit, vt si ad secundas antequam reliqua filio soluat, nuptias conuolet, nequaquam excusetur) quia si
35 culpa ad casum fuerit ordinata, † debet intelligi: & ita idem ipse sentire demonstrat, quatenus ad id ex notatis per Bart. *in d. l. fin. §. fin. D. qua in fraud. credit.* mouetur, qui hac in specie loqui videtur. Et excusari ob paupertatem matrem, quæ ad secundas conuolauit nuptias, licèt reliqua filio ex administratione tutelæ non soluerit; indistinctè tenet Hieronym. Gigas *de pensionib. quast. 80. num. 7. & Nos* latiùs verum (Deo dante) in secunda huius tractatus parte ostendemus.

In isto quoquè casu altera illa opinio (non excusari à restitutione vsurarium, qui culpa sua ad paupertatem deuenit) si ad casum fuerit or-
36 dinata, † non aliter, ex latè à *Nobis* deductis *quast. 27. num. 12. & sequentibus, & num. 26. & 27.* intelligenda erit.

Sic & ob paupertatem in quam sua culpa in-
37 cidit canonem non soluentem, † si ad casum ordinata non sit, in commissum non cadere, diximus *quastione 33. num. 28.*

Alia in sententiæ nostræ confirmationem omittimus similia, quæ per suprà relatos videri poterunt. Aduertere autem pro huius materiæ complemento libet: illum qui dicit, quem sua culpa ad casum præordinatâ in paupertatem in-
38 cidisse; probare debere, † ex *text. in l. Quotiens, 18. §. Qui dolo, D. de probat.* vbi inquit Vlpian. *Qui dolo dicit factum aliquid, licèt in exceptione, docere dolum admissum debet.* Idemquè, si culpa factum dicatur, notat *ibid. gloss. verb. Qui dolo, & verbo Licèt in fin.* aduertitquè in specie *ibidem Salycet.* apud quem hac in re magistralem distinctionem vide, *glos. etiam fin. in verb. Dolus, in cap. Sedes, 15. extra de rescript.*

Quando enim culpa alicui, siue agendo, siue excipiendo obiicitur, certa, & limitata opponi, probariquè debet. Regulam hanc constituit Decius *in consil. 562. num. 11.* ex *text. in l. Prator edixit, 7. in princip. D. de iniuri. & in cap. Vt circa, 4. de elect. in 6.* latè nostram firmans sententiam Maurit. Appicell. *allegat. 6. num. 26. & seqq.*

Vtrum Pauperes, miserabiléſque personæ diuitibus in iudiciis præferantur? miserabiliúmque causæ priuilegiatæ, & quatenùs existant?

SVMMARIVM.

1 *Acceptio personarum & Diuino, & Humano iure in iudiciis prohibetur. Intellige* vt num. 22. & seq.
2 *Acceptio personarum iudicium prauertit, sapéque pro pramio pœnam, & pramium pro pœna confert.*
3 *Areopagita noctu, inque tenebris iudicare soliti.*
4 *In omnibus in iudiciis pracipuè aqualitas sine personarum delectu seruanda est.*
5 *Per aqualitatem concordia, per inaqualitatem discordia generatur.*
6 *Ad aqualitatem inducendam, ac seruandam, verborum toleratur improprietas, & ampliatio fit, & restrictio.*
7 *Nec causa pia, aut Ecclesia fauore inaqualitas sustinenda erit, sed quod pro se vult, contra se aqualitatis seruanda ratione velit, necessum est.*
8 *Inaqualitas, aut iniustitia nec egestatis, aut miserabilitatis ratione admittenda, aut committenda in iudicio est. Intellige* vt n. 9. & seqq. & n. 23. & seqq.
9 *Pauperum causa priusquàm diuitum sunt tractanda.*
10 *Et summariè expediendæ.*
11 *Regulariter quailibet causa ordinariè ac plenè discutienda est.*
12 *Etiam ad partis petitionem post conclusum in causa, principalem, testesvè miserabilium gratia potest Iudex interrogare,* & num. seq. in fin.
13 *In ordinariis causis ad partis saltem instantiam nullo id licèt modo.*
Post causa conclusionem nulla fieri, aut instaurari regulariter probatio potest, ibid.
14 *Omisso medio ad Principem, eiusvè Curiam appellare, miserabilibus concessum est.*
15 *Omisso medio appellare, prohibitum regulariter est.*
16 *Miserabilibus etiam ad intentionem fundandam instrumenta edere reus tenetur.*
17 *In cateris contrà. Etiam in quantumuis summario iudicio,* ibid.
18 *Pro pauperibus, & miserabilibus in dubio iudicandum,* & n. 24.
19 *Fiscus & potens, & locuples reputatur.*
20 *In dubio regulariter pro quibus iudicandum?*
21 *Pauperes eorúmque causa potiores quàm diuitum in iudiciis existunt, licèt contrà seruetur.*
22 *Respondetur contrariis, & n. seqq.*
23 *Mala euidenter pauperis causa tuenda nō est.*
25 *In exequendo personarum acceptio facienda non est; secùs in exequendi modo.*
26 *Nec inter aquales; secùs inter inaquales.*
27 *Inaqualitas status, vel sexus potioris, vel deterioris conditionis quem reddit.*
28 *Pauperes in multis grauantur, & in quibus?*
29 *Grauatus in vno, in alio debet releuari.*

QVÆST. LV.

Negatiua pars & Diuino, & Humano iure fulciri videtur; quippè quod personarum acceptionem † fieri in iudiciis 1
vetat, Deuteronius cap. 1. *Siue ciuis sit ille,*

 siue

sine peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis
1 *cuiusquam personam.* & cap. 10. ibid. *Quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera* Leuit. 19. *Non consideres personam pauperis, nequè honores vultum potentis: iustè iudica proximo tuo.* & Prouerb. c. 18. *Accipere personam in iudicio, non est bonum.* Paul. ad Rom. 2. *Non acceptio personarum apud Deum.* Actor. 10. *In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus.* Quod & vtrumquè ius Ciuilè, Canonicumquè confirmat. De iure Ciuili allegari solet *text. in l. Si cum dies, 22. §. Si arbiter, D. de recept. arbitr.* sunt de iure Canonico expressi *text. in cap. In iudiciis, 12. de reg. iur. lib. 6. cap. Nouit. 13. vers. Caeterùm, de iudic. cap. Summopere, 70. in ordine, 11. quaest. 3. Et tunc secundum quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione, definitiua proferatur sententia*, inquit textus.

2 Iustum namquè personarum acceptio impedit, præuertitquè † iudicium, vt superiora monstrant, sæpequè pro præmio pœnam; aut pro pœna præmium confert: testis est Iuuenalis Satyr. 13.

Ille crucem pretium sceleris tulit;
Hic diadema.

3 Ideò Areopagitas noctu, inque tenebris iudicare solitos, vt actis potiùs causæ, quam personæ intenderent: tradit in Hermotimio Lucian. In idq; ipsum consulit Ambr. *offic. lib. 2. In iudicio (inquit) gratia absit, causa merita discernatur.*

Quarè, & si in omnibus, in iudiciis præcipuè
4 sine personarum delectu æqualitas † seruanda est; *l. Si id quod, 7. in fin. D. de rescind. vendit. l. Sed & interpellatur, 49. in fin. D. de recept. arbitr. l. Non debet, D. de reg. iur.* Rubr. & Nigr. *D. quod quisque iur. l. Cum pater, 77. §. Emptis, D. de legat. 2. l. Non tantùm, 20.* (ibi: *Quod & in persona mulieris aqua lance seruari, aequitatis suggerit ratio) D. de re indic. l. fin. C. com. vtriusquè iudic. l. Vt liberis, 17.* (ibi: *Æqua lance, pariquè modo prospici possit*) & *l. Illud 20. C. de collat. l. Si maior, 4. ad fin.* (ibi: *Vt in omnibus aequabilitas seruetur*) *C. commun. diuid. l. 1. & 2. C. si aduers. transact. cap. Cum inter, 5.* extra de *except. cap. 1. de re iudic. in 6.* ibi: *Cum non debeat claudicare iudicium* Marsil. *singul. 168.* Marc. Ant. *de* Amat. *decis. Ferrar. 11. n. 12.* plenè Cardin. Tusch. *pract. concl. lit. E. concl. 304. & concl. 306.* Per æquali-
5 tatem namquè concordia † (quamius quærit) per inæqualitatem discordia (quam aborret) generatur. *Æqualitate enim continetur concordia, inaequalitas discordiarum est mater*, vt Solonis est apophthegma in Plutarcho.

6 Adeoquè legibus æqualitas amica est; vt ad eam inducendam † seruandamquè, verborum toleretur improprietas, & ampliatio fiat, & restrictio, vt scitè Crauet. *consil. 173. numero 3. 4. & 5. & consil. 627. numero 3. & consil. 739. numero 11.* Ioan. Cephal. *consil. 733. numero 16. & seqq.* nouissimè Ioseph. Ramon. *consil. 66. numero 19. 20. & 21.* fusè Cardin. Tusch. *dictis locis.*

7 Vndè nec causæ piæ, † Ecclesiævè fauore inæqualitas sustinenda erit, sed quod pro se vult, contra se æqualitatis seruandæ ratione velit, necessum est, vt pulchrè monstrat Castrens. *cons. 142.* (incipit, *Videtur dicendum*) *numero 2. vers. Et dicit ibi esse casum, lib. 2.* vbi quod æqualitas est iustitia naturalis commutatiua, quam debet Ecclesia seruare; sequitur Cardin. Tusch. *d. conclus. 304. numero 13.* Conducuntque dicta à *Nobis quaest. 33. numero 10.*

Eitquè per consequens, nec egestatis, † aut 8
miserabilitatis ratione inæqualitatem in iudicio admittendam, sed æqua lance diuites, & pauperes iudicandos. Probaturquè deindè ex *Ecclesiast. cap. 25. Iustifica pusillum, & magnum similiter, &* *Cicerone, 3. de legib.* dicente: *Paupertatem diuitiis etiam inter homines aequalem esse volumus.* Non enim iniustitia vt miserabilibus auxiliemur facienda, nec pietatis prætextu impietas committenda est, *cap. Non est putanda, 27. in ordine, 1. q. 1. cap. 2. & cap. Neque, 9. in ordin. 14. q. 5. cap. Ex tenore, 11. vers. Nos igitur, de foro compet.* vbi ita Innoc. III. *Nos igitur attendentes, quòd sic sumus viduis in iustitia debitores; quòd alij iniustitiam facere non debemus, &c. cap. Nuper. de donat. inter vir. & vxor.* Indequè pauperum in iudicio non miserendum, præcipit Dominus, Exod. 23. *Pauperis quoquè non miserebe ris in indicio, &* ibid. *Non declinabis in iudicium pauperis.* Eleganter Aurel. Cassiodor. *super illud Psal. 14. Et operatur iustitiam,* inquit: *Iustitia non nouit patrem, non nouit matrem; veritatem nouit, personam non accipit, Deum imitatur.* Et vt Chrysostomus (relatus à Camill. Borrel. *de Reg. Cathol. praestant. cap. 44. n. 29.*) ait: *Iustitia sine misericordia, non est iustitia, sed crudelitas; sic misericordia sine iustitia, non est misericordia, sed fatuitas.* similiter Senec. de Clem. lib. 1. cap. 2. *Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli.* Meritò propterea *Callistratus in l. Obseruandum, 19. D. de offic. Praesid.* sic Iudices monet: *Nequè precibus calamitosorum illacrymari oportet.* Damnat autem Terent. in Comœd. vlt. *Iudices* (inquit) *saepè propter inuidiam adimunt diuiti, aut propter misericordiam addunt pauperi*

Prædicta tamen non obstant, quin asserendum, firmandumquè sit, pauperes, ac miserabiles in iudiciis diuitibus præferri, potioresquè & in causæ expeditione, & in iudicio in ea ferendo, existere. Priùs † namquè pauperum causæ, 9
quàm diuitum sunt tractandæ, *gloss.* celebris 1. *in cap. In primis, 2. quaest. 1.* Ludouic. Roman. *in repet. leg. Si verò, §. De viro, fallent. 25. D. solut. matrim.* quem refert, & sequitur Petr. Rebuff. *1. tom. ad constit. Galli. tit. de sentent. prouisional. art. 3. gloss. vlt. n. 21. & de priuileg. Scholast. priuil. 90. n. 11.* Felin. *in cap. 1. n. 6. de accusat.* Socin. *regul. 229. fall. 24.* Corn. Beninc. *de pauper. q. 4. prin. n. 9.* Sebastian. *de* Medic. *in tract. de casib. fortuit. 2. parte, q. 4. n. 14.* Qui & audientiam in eis extra rotulum dandam, firmant.

Summariè † etiam eorum causas expedien- 10
das, prouidet *text. in Auth. de mandat. Princip. §. Sit tibi quoquè, coll. 3.* in hæc verba: *Sit tibi quoquè tertium studium, lites cum omni aequitate audire, & omnes quidem breuiores, & quaecumque maximè vilium sunt, ex non ex scripto decidere, & indicare, &c.* vbi *gloss. verb. Vilium,* vertit, scilicèt *personarum, & pauperum hominum*, notantquè ibid. Scribentes Robert. Marant. *de ordin. iudicior. 4. par. distinct. 9. numero 77.* in id pariter adducens *text. iuncta gloss. verb. Vel personae, in l. Nonnunquam, la 1. D. de iudic. & l. Illicitas, §. Ne tenuis, D. de offic. Praesid.* Quod ex eo etiam *numero seqq.* firmat: quia cum pauperes

pauperes miſerabiléſque perſonæ aduerſarios ad Regis, vel Imperatoris Curiam trahere poſſint, *l. 1. C. quando Imperat. inter pupi. & vid.* Imperator autem ſola veritate inſpecta cauſas decidat: inde quoque ſummarias eſſe deducit. Quod miſerabilibus non pauperibus (vt viduis, pupillisvè diuitibus) concedendum *tu. ſequenti* negat, latiúſque Nos infrà *quæſt. 52. num. 35. & ſeq.* Summarias etiam pauperum cauſas eſſe, docent Andr. Tiraq. *de priuileg. piæ cauſ. priuil.* 157. & ſequitur Sebaſt. de Medic. *d. tract. de caſib. fortuit. 2. parte, qu. 4. num.* 42. quæſt. què 28. num. 41. notauimus.

Cum regulariter cauſa quælibet ordinariè,
11 † plenéque ſit diſcutienda, *l. Iudices, 9. C. de iudic.* cui his verbis Conſtantinus Imperator initium fecit: *Iudices oportet in primu rei qualitatem plena inquiſitione diſcutere, &c. gloſſ. in l. 3. verſ. Iudex igitur, verb. Summatim, in fin. D. ad exhibend.*

Ex hocquè aliud inde ſingulare ſpeciale deſcendit: Ad partis etiam petitionem poſt con-
12 cluſum in cauſa † poſſe Iudicem miſerabilium gratia principalem, teſtesvè interrogare, *glo.* celebris *in clement. Sapè, verb. Interrogabit. de verb. ſignif.* Quod ſummariæ quoque cauſæ priuile-
13 gium eſt. Cum in ordinariis † ad partis ſaltem inſtantiam nullo id liceat modo, vt reſoluit eleganter Marant. *d. 4. part. diſt. 9. n. 28. 29. &* 30. Poſt cauſæ namquè concluſionem nulla fieri, aut inſtaurari regulariter probatio poteſt, *c. Paſtoralis, 5. (* ibi: *Antequam renunciatum ſit, aut concluſum) de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cap. Auditis, 8. de procurat. cap. Cum dilectus, 9. & ibid. gloſſ. verb. Concluſum, de fide inſtrumen. Auth. De teſtib. §. Quia verò multi, coll. 7. titul. 2. conſtit.* 90. plenè Paz *in praxi 1. partis, tom. 1. 10. temp. à num. 1. cum ſeqq.* Matienç. *in Dialog. Relator. quæſtione 52. num.* 1. aliíque ab eis relati. Et in ſpecie ſpeciale hoc in pauperum fauorem conſtituit, traditque Petr. Rebuff. *dict. 1. tom. ad conſtit. Gallic. tit. de ſenten. prouiſ. art. 3. d. gloſ. vlt. num.* 23.

14 Item & omiſſo medio † ad Principem, Papam, vel eorum Curiam appellare miſerabilibus conceſſum eſt. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in cap. fin. de iudic.* Anton. *de Butr. in c. Licet, de foro comp.* Bertach. *in tract. de gabel. 7. part. quæſt.* 27. quos refert, & ſequitur Petr. Rebuff. *dict. loco, num. 31. & in tract. de appellat. artic. 2. gloſſ. vna, num. 14. tom. 3.* Carauit. *ſuper ritu 19. (Item quod procurator) num. 20. priuil.* 16. Theſ. Foſſan. *deciſ. 177. ampliat. 5. num.* 8. Sigiſm. Scacc. *de appellat. q. 7. num. 113. &* 14. Vbi, & in prima inſtantia Principem, eiuſvè Senatum miſerabiles Iudicem habere poſſe ex *d. l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* & in ſecunda, medio omiſſo ad eum appellationem miſerabilibus concedi notat; paritérque à Diuino iure priuilegium hoc originem traxiſſe videri, ex illo *Exodi 22. Viduæ, & pupillo non nocebitis: ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamquè vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.*

15 Regulariter † autem omiſſo medio appellare prohibitum eſt, *l. Imperatores, 21. D. de appellat. & relat.* vbi ſic Papirius: Imperatores Antoninus, & Verus *reſcripſerunt, appellationes, quæ rectò ad Principem factæ ſunt, omiſſis his, ad quos debuerunt fieri ex imo ordine, ad Præſides remitti. Iidem reſcripſerunt, ab Iudice, quem à Præſide prouinciæ quis acceperat, non rectè Imperatorem appellatum eſſe: ideóque reuerti eum ad Principem debere.* De iure Canonico, *tex. in cap. 3. de appellat. lib. 6. gloſſ. 2. in cap. Dilecti, 66. & ibid.* Abb. *num. 9. &* Deci. *num. 10. verſ. in gloſſ. eod. tit. gloſſ. 1. in cap. 1. verſ. Ad quem, 2. q. 6.* Ioach. Mynſing. *ſingul. obſeruat. cent. 1. obſeruat. 67. & cent. 2. obſeruat. 4. num. 2.* Andr. Gail. *practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 119. num. 2. & tract. de pace publ. lib. 1. cap. 13. n. 15.* Carauit. *ſuper ritu 265. num.* 37. plurimos (ad ſaturitatem vſque) referens Sigiſmund. Scacc. *de appellat. d. qu. 7. n. 1.*

Prætereà miſerabilibus inſtrumenta etiam ad intentionem fundandam † edere reus tenetur. 16
Ita aſſerunt Deci. *in l. 1. n. 18. C. de edend. & in c. 1. num. 80. de probat. & ibid.* Beroi. *n. 69. Purpurat. in d. l. 1. n. 18. verſ. Quarta cauſa est,* Ioan. Cephal. *conſil. 165. num. 8. lib. 2.* Petr. Rebuff. *de ſentent. prouiſ. d. art. 3. gloſ. vlt. num.* 22. Fului. Pacian. *de probat. l. 1. c. 63. n. 51.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 5. caſu 499. n. 50.*

Cùm in cæteris † contraria ſit indubitata, 17
naturaliquè ratione vallata iuris determinatio in *d. cap. 1. de probat. & in d. l. 1. & fin. C. de edend. & vtrobique gloſſ.* & communiter Scribentes, *l. Nimis graue, 6. C. de teſtib. l. De minore, §. Tormenta, D. de quæſt.* cum aliis adductis à Nobis ſuprà *quæſt. 39. num.* 3. Firmantquè pleniſſimè ad longum materiam hanc proſequentes, ex recentioribus Iacob. Menoch. *de arbitr. d. lib. 2. cent. 5. caſu 499. à num. 1. cum ſeqq.* Sigiſmund. Scacc. *de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. lib. 2. cap. 11. num. 480. & ſeqq.* Nicol. Gen. *de ſcript. priuat. lib. 4. tit. 1. num. 140. cum ſeqq.* Ioan. Domin. Gair. *de credit. cap. 2. tit. 5. art. 2. inſpect. 2. num. 1075. & ſeqq.* Fului. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 61. num. 48. & ſeqq. & cap. 62. & cap. 63.* apud quos regulæ huic ampliationes, limitationes, & quidquid ad eam conducat, reperire facile erit. Quorum multi hanc extendunt concluſionem ad iudicium quantumuis ſummarium, & in quo de plano, ſinequè figura iudicij proceditur. Sic ampliant Bart. *in extrauag. ad reprimen. verb. Et figura, num. 17. verſ. Item in hac cauſa. & in d. l. fin. num. 2. verſ. Intellige iſtud, C. de edend.* Purpur. *in d. l. 1. num. 6. verſ. Secundò ampliatur, C. eod.* quos refert, & ſequitur Fului. Pacian. *d. cap. 61. n. 51.* Iacob. Menoch. *d. caſu 499. n. 2.*

Pro pauperibus ſimiliter, miſerabilibuſque in dubio † iudicandum, oſtendit Imperator Iu- 18
ſtinianus in *Auth. de Eccleſiaſt. tit. §. Si quis in nomine, coll. 9.* ibi: *Si quis autem vnum Sanctorum hæredem ſcripſerit, aut legatum ei reliquerit, & non ſpecialiter nominauerit locum in quo eſt venerabilis domus; inueniantur autem in eodem loco, aut ciuitate plura oratoria eiuſdem Sanctiſſimi, magis domui, quæ pauperior eſt, quod relictum eſt præbeatur,* & probant *text. in cap. In his, 30. de priuileg. text. in l. Sunt perſonæ, 43. ad fin. D. de Religioſ. & ſumptib. funerabil.* firmantquè Andr. Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 148. Cornel. Benin. *dicta quæſtione 4. princip. numero 8. & 10.* Petr. Rebuff. *de priuileg. Scholaſt. d. priuileg. 90. numero* 10. allegat textum (quem ad id ſingularem dicit) in *l. Non puto, 10. D. de iure Fiſc.* vbi hæc Modeſtinus:

Modestinus: *Non puto delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra Fiscum facilè responderit.* Cuius ad propositum Rebuffi inductio
19 ea esse oportet; cum & † potens Fiscus reputetur, *l. Quacumquè, 3. C.de litig.l.2. C.ne Fisc. vel Respub.* & locuples semper habeatur, iuxta *textum in l.2.in fin. D.de fundo dotal. gloss. &* Bart. *in rubr. C.de iure Fisc. lib.* 10. Bald. *in l.1. n.7.C.de hered. vendit.& consil.363. in princip.* quos refert, & sequitur Marc. Anton. Peregrin. *de iure Fisc.tit.1. numero 34.* pluribus congestis Mascard. *de probat. tomo 2. conclus.806. numero 5.* Alfar. *de offic.Fiscal.gloss.9.verb.Seoys ms Fiscal. numero 12.& 14.*

20 Cum aliàs in dubio actoris, † vel rei, (iuxta vulgarem regulam *Cum sunt partium, 11. de reg.iur.in sexto*) possidentis, vel non (iuxta tradita suprà *quæstione 39. numero 9.& 10.*) aliæquè fieri distinctiones soleant.

Ex quibus satis iam, abundéque constat, pau-
21 peres, ac miserabiles potiores † diuitibus in iudiciis existere, & præferri, pauperumquè causas maiori fauorum, priuilegiorumquè cumulo gaudere, quod & multi alij casus in huius tractatus progressu, suis sedibus locati monstrant. Idquè iure optimo, & constitutum, & seruandum, ius, pietasque suadent. Sed nec sacrarum legum iussiones, nec Doctorum conclamationes in miserabilium iuuamen proficiunt, vt non tam verè, quàm dolenter (in Iudices inuehens) Innocent. *lib. 2 de vilit.cond.humana,* dicat: *Vos non attenditis merita causarum, sed personarum, non iura, sed munera,* & ibi: *Pauperum causam cum mora negligitis, diuitum causam cum instantia promouetis. In illis rigorem ostenditis; in istis, ex mansuetudine dispensatis. Illos cum difficultate respicitis, istos cum facinore tractatis. Illos negligenter auditis; istos subtiliter auscultatis.* & ibid: *Si forte pauperum causam suscipitis illos remissè fouetis: Si autem diuitum causam suscipitis, illos pertinaciter adiuuatis. Istis reuerenter assurgitis; illis despicabiliter communicatis,* & D.Isidor. lib.4. de summo bono: *Diues citò muneribus corrumpit iudicium: pauper autem dum non habet, quod offerat, non solùm audiri contemnitur; sed etiam contra veritatem opprimitur.*

Superest ad contraria responsio; iuribus in primis, & authoritatibus, quæ personarum ac-
22 ceptionem † in iudiciis vetant, quorum solutione cæteræ quoquè difficultates cessant. Aliquibus namquè venit limitanda, intelligendaquè hæc assertio modis. Primò, vt de mera iustitia procedat; secùs de gratia, notante Bart. *in l.1. in princip. D.de postul.* Vincent. Carot. *in singul. suis, singul.334. vers. Secunda,* & dicunt Sot. *de iust.& iur. lib.3.q.6. art.1. in respons.ad 1.arg.* P.Ioan. de Salas *de legib. q.97. tract.14. disput.20. sect.7. numero 70. versic. Ad secundum, & numero 71.*

23 Quarè, etsi cum iniustitia, † iniuria alterius, vel graui detrimento fauendum miserabilibus non sit; aut diuitibus detrahendum vt addatur pauperibus, *d.c. Ex tenore,* cum alijs pro contraria sup. *n.8.* adductis: mala enim causa nec pauperis tuenda est: & probat prætereà Aug. *in lib. Psalmor. Psal.32.* cuius refertur sententia in *c. Ne amisso, 34. in ord.23. q.4. Ne amisso iudicio* (inquit) *sis pauperi in mala causa misericors, cui si parcis sacello, percutis cor, &c.* & faciunt *text. in l.fin. §. Sed si quis, C.commun.de legat.l. Nec anus, C.de emancip. lib.l.2. §.Merito, D.ne quid in loc. pub. l.Impuberi, D.de admin.tut.& l.Cum filius, D.de milit.testam.* quos in id adducit Cornel. Benin. *d.q.4. princ. n.11.* Francisc. Viui. *dec. 212.n.5.* & sic cum de mala pauperis causa, iniustitiaquè apparet, † Secùs vbi vel dubia cau- 24
sa est; vel finale iudicium non profertur. In dubio namquè iam pro pauperibus iudicandum firmauimus. Ante diffinitiuamquè sententiam, in causæ expeditione cum de iure tollendo, aut alicui parti ad iudicando non agatur, in litigandi, vel exequendi modo considerabile diuitum detrimentum reputari non potest in hocquè & liberum, honestumquè Legis latori est iuxta prædicta in miserabilium fauorem statuere, & Iudici obsequi necessarium. Licèt enim in exequendo † personarum exceptio habenda non 25
sit; secùs in exequendi modo. Ita firmat Decius *in cap. Nouit, notabil.7. numero 42. de iudic.* sequitur Vincent. Carot. *d. singul.334.vers. Quartò procedit.* Item, & inter æquales † dicta pro- 26
cedit regula; secùs inter inæquales, vt profitentur Abb. *in cap. De multa, numero 8. de prebend.& dignit.&* Vincent. Carot. *dict. singul.334.versic. Tertio procedit.*

Inæqualitas † enim status, vel sexus potio- 27
ris, aut deterioris conditionis quem reddit, *cap. cum sunt partium, 11. capit. In pari, 65. de reg. iur. libro 6. l.Hos accusare, 12. D.de accusat.& inscript.l. In multis, 9. D. de oblat. homin. In multis iuris nostri articulis* (Papinianus inquit) *deterior est conditio fœminarum, quàm masculorum.* cum multis similibus, quos longum foret recensere.

Imò & in hoc æqualitas videtur inesse, † vt 28
pauperes, qui in tot, tantisque grauantur, deterioris què diuitibus conditionis existunt (vt in testimoniis, *l.3. D.de test.* In accusando, *l.Nonnulli, 10.de accusat.* In tutela, *l.2.C.de tutor. vel curat.qui non sat.deder.* In adoptionibus faciendis, *l.Nec permittitur, §.1. D.de adopt.* In actione de dolo proponenda, *l.Non debet, D.de dol.* In luitione pœnæ, cum in corpore luat, qui in ære non habet, *l.fin. D.de in ius vocand.* cum adductis à Nobis *in 2. huius tractatus parte,* vbi rei huius sedes, & *in axiomat.& locis commun.iur. littera C.n.246.* In multis deniquè aliis casibus enumeratis per Cardin. Alex. *in c.Hac autem scripsimus, 30. dist.* Curt. Seni. *consil.34. n.12. & cons.51.n.7.* Cornel. Benin. *d.q.4.princip.n.2. 3.* & plenius per *Nos quæst.6.à numero 1. cum seqq.*) in aliis quoque leuentur: Cum grauatus in vno † in alio debeat releuari, *l. Eum qui, 30.* 29
D.de iureiurand. l.iure succursum, 6. D. de iur. dot. l.Secundum naturam, 10. D.de reg.iur. cum congestis à *Nobis in axiomatibus, lit. G. n.37.* Cum præsertim in specie nostra & diuites ius suum non perdant; & suum conseruent miseri. Auxiliâturquè in id iam à nobis deducta *q.44. à n.* præcipuè *25.cum seqq.& 51.n.5. cum seqq.*

SPECIALIA QVAEDAM extrà quæstiones.

SVMMARIVM.

1 *Cessionis bonorum beneficium in pauperum fauorem effluxit. Plures, qui de eo egerunt, referuntur,* ibidem.

2 *Debitor non debet alteri ex creditoribus chirographarus*

chirographarius beneficio prælationis carenti (instantibus præsertim aliis) per gratificationem satisfacere , integréque soluere,vbi eius bona omnibus creditoribus non sufficiunt.

3 *Et quid si creditori pauperi de debito , vel damno illato satisfiat ?* & n.seq.

5 *Priuilegium miserationis causa datum tolli non potest per renunciationem à miserabilibus factam ?*

6 *Creditores hæreditarij mouere non possunt actiones contra hæreditatis emptores,etiam cum quibus pactum est vt creditoribus hæreditariis satisfacerent.*

7 *Nisi Fiscus , vel pauperes hæreditatem vendant.*

8 *Mutuans pacisci potest de aliqua summa sibi vltra sortem principalem pœnæ nomine præstanda , si intra statutum solutioni tempus debitor non soluat. Limita* duobus n.seqq.

11 *Procurator cum plena , & libera donare,aut domini ius absque speciali ad id mandato remittere non potest. Et idem in procuratore Cæsaris , ibid. Et siue ab homine,siue à lege liberam administrationem procurator habeat,* ibid.

12 *Procurator cum libera potest ius domini donare,aut remittere pauperi.*

EGimus vsquè adhuc (licèt non expressè, ex ordine tamen demonstratur) de fauoribus,& priuilegiis pauperum , ac miserabilium, quæ ad Ecclesiastica , ad profana , contractus, iudiciaquè in ciuilibus pertinent : quibus contenti, aliorum remissione vtemur : vt in cessionis bonorum beneficio , quod & in pauperum
1 fauorem effluxit , † ne in carceribus marcescerent , ferroque ac fame tabescerent , nevè in vincula coniici possent, *text.in l.1.C. qui bonis ceder.poss.* Id quod testatur Bald. *in l.Societatem, D.pro soci.* quem refert,& sequitur Lucas Matthæ. Apicell. *in tutam. pauper. tit. 4. de cessione bonor. num.3.* Iacob. Menoch. *de arbitrar.lib.2. cent.2.casu 183.nu.1.* Cardin.Dominic.Tusch. *practic.conclus. litera C. conclus.217.num. 1.* & alij ex proximè referendis, apud quos perquam fusè de hac agitur materia : viderique poterunt Matth. Brun. (qui integrum *de cessione bonorum* tractatum edidit) Matthæ. *de* Afflict. *decis.296.dec. 378. & 379.* Bartholom. Socin. *regula 46. 47. & 179.* Bertachin. *verbo Cessio bonorum,& verbo Cedere,* Petr. Iacob. *in sua praxi ciuili, titulo de cessione bonorum,* Gaspar Baeça *de inope debitore,cap.1.per tot.* Didac.Couarr. *variar. resol. lib.2. cap.1.* Paz *in praxi 5. part. tom.1.cap.6.per tot.* Ioan.Gutierrez *de iuramen. confirmat.cap.18.*Bernard.Diaz *regul:65.* Auendañ. *respons.8.* Cardinal.Tusch. *d.lit.C. conclus. 217.218.& 219.* Iacob.Menoch. *d.casu 183. per tot* Ioan. Baptist. Marchesan. *de commissionib.part.3.cap.1. §.1. de commissione admissionis ad bonorum cessionem ,* Lucas Matthæ. Apicella *d. tit.4.de cessione bonorum per tot.* materiam complectens 146.*numeris,* & eius *Addit.* Maurit. Apicell. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. libro 3. tit. de solutionib. resolutionib. 27. per tot.* Carol. de Grassis *de except. ad statutum excludens omnes except. except. 17.* Iacob. Cancer. *variar. resolutionib.cap. 8. de cessione bonorum ,* Philipp. Paschal. *de virib. patriæ potestat. 2. part. cap. 9. ex numero 52.* cum multis seqq. Marc. Anton. *de Amat. dec. 93.per tot.*

Item licèt debitori concessum non sit , vbi eius bona omnibus creditoribus non sufficiunt , alteri ex creditoribus † chirographariis beneficio prælationis carenti (instanti- 2
bus præsertim aliis) per gratificationem satisfacere , debitúmque integrè soluere ; *textus* est *in l. Pupillus , 24. D. quæ in fraud. credit. & in l. Si non expedierit , 6. §. Si pupillus , D. de bonis authorit. iudic. possidend.*

Id tamen volunt multi non procedere ; locum nec habere , si pauperi † solutio fiat , li- 3
cèt pro omnibus bona non sufficiant : posseque tunc omissis ditioribus satisfieri de debito pauperi , tenuerunt Diuus Thomas *opuscul. 73. cap. 18. Emman. Sa verb. Restitutio, numero 63.* Medina *de restitut. quæstione 2. dubio 5.* Syluester. *verb. Restitutio , 6. in fin.* vbi in isto casu excusare debitorem iure poli , etsi non fori , si pietate motus gratificaret plurimum egenti , tradit , quos refert (licèt non sequatur) Pat. Leonard. Lessius *de iust. & iure lib. 2. cap. 15. dubit.7. numero 45.* Imò & in foro exteriori dictam procedere sententiam , nec post huiusmodi factam solutionem , creditoribus aliis , quantumuis priuilegiatis , nec Fisco , nec mulieri pro dote reuocatoriam competere , asserit Flores Diaz. *variar.lib.1.quæst.6. §.1.num.18.* Paterquè Ferdinand. Rebell. *de obligat.iustit. libro 2. quæstione 19. numero 13.* † non solùm ex pietate, 4
sed etiam ex iustitia quodammodo , quando creditor est prorsus , aut notabiliter pauperior, præferendum priori creditori quoad debitam compensationem illi faciendam propter damnum illatum, siue ex violatione liciti contractus, siue ex alia iniuria,asserit.

Deinde singulariter menti figendum dicit Petrus Rebuff. *in d.tit. de sentent. prouisionalib. glossa vltima , numero 38.* priuilegium miserationis causa datum , per renunciationem à miserabilibus factam , † tolli non posse : quia 5
facilè , & modico dato ei renunciarent , argument. *leg.Cum hi, D.de transact.* Bald. *in margarit.in verb.Beneficium,qu.54.& in verb. Renunciatio,qu.16.*Felino,& Barbat. ibi adductis Rationem reddens , quia tolleret misericordiam, quod est contra bonos mores, ex Alexand. *consil.122. Viso,numero 14.volum.4.& consil.126. Viso in fin.cod.volum.* Felino , & Barbat. ab eo relatis , tradidimúsque ex multis aliis *quæst. 47. numero 10. & 11. & quæstione 49.numero 17.* Vincent. Garot. *singulari 98.* vbi latè in materia *l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* Amplians , vt nec foro Ecclesiastico miserabiles actu renunciare valeant , & etiamsi coram Ordinario iudicium cœptum sit , ex multorum , quos refert sententia *Nicol. Intrigliol. singul.14.*

Singularissimum prætereà pauperum priuilegium est : quia hæres vendens hæreditatem, licèt cum emptoribus paciscatur,vt creditoribus hæreditariis satisfaciant , † aduersus emptores 6
actionem mouere non possint creditores , sed aduersus hæredem ; *text.* est *in l.2.C.de hæredit. vel act. vendit.*

7 Si tamen paupetes † sint hæredes, hæreditatemquè vendiderint; creditoribus hæreditariis respondere non cogi (ex Fisci cum pauperibus æquiparatione, qui in hoc casu non tenetur, *text. in l.1. C.eod. tit. de hæredit. vel act. vendit.*) tenuerunt *ibid.* Cyn. & Alberic. Curt. Senior. *in repet.l.2. numero 4.C.de pact.& ibid.* Deci. *numero 2.& 3.* singularem, probabilem, & fauore dignam hanc testatur sententiam peritissimus Emman. à Costa *in cap. Si pater, 2. part. verb. Ipsis pauperibus, numero 10. vers. Sextò, & vltimò.*

Adiicere quoquè Cardinalis Francisci Toleti doctrinam libet, *in summa, lib.4. tit.32. numero 3.* vbi licere mutuanti pecunias, aliquid vltra sortem accipere, non ratione mutui,
8 † sed nomine pœnæ, notat, vt si conuenerint partes, mutuatario intra statutum tempus non soluente, quid nomine pœnæ præstare eum debere: quia ad huiusmodi pœnam tenebitur, nisi
9 propter paupertatem, † & impotentiam debitor statuto tempore non soluerit. Quinimò si tempore contractus, conditionisquè appositæ
10 adesset, † probabiliterve agnosceret mutuans tempore statuto non posse mutuatarium sortem principalem, debitumquè soluere; vsuram committere creditorem aliquid etiam nomine pœnæ vltra sortem exigentem, de eovè paciscentem, firmat *idem ipse suprà n.2.* quæ dicta *suprà, quæst.26. numero 47.* satis firmant.

Notandum pro coronide, procuratorem quantumuis generalem, cum plena & libera,
11 debitum, iusvè domini principalis donare, † aut remittere non posse, *tex.* est *in l.Contra iuris,29. §.fin. D.de pactis, l. Filiusfamilias,7. D. de donat.* Panormit. *consil.55.* (inquit *In quæstione*) *numero 5. in fin. vers. Non obstat tertium motiuum, lib.1.* plurimos referens (etiam in procuratione Cæsaris) Ioann. Gutierrez *de tutelis,1. part. cap.6. numero 2.* vbi latè à *num.1. cum seqq.* prædictam sententiam firmat. Idem quoquè dicens in tutore, curatore, vel quolibet alio à lege, vel ab homine generale, cum liberaque mandatum habente: eandem etiam tenent sententiam Marc. Anton. Natta *consil. 25. numero 4.lib 1.& consil.341.numero 2.* Cardin. Dominic. Tusch. *pract.conclus.lit.P.conclus. 836. numero 5.* Hercul. Maresc. *variar. resolu. lib.2. cap.93. numero 5. & 7.* idem in tutore, in patre legitimo filij administratore, & in eo cui libera administratio permissa est dicens. Nulli enim ex his (nisi nominatim & expresè ad id concedatur facultas) donandi, remittendivè ius data videtur potestas. Cum nemo iactare ius suum velle censeatur, dictis iuribus, & authoritatibus suprà proximè: diximusquè etiam *quæst.21.* propequè infinitis relatis tradit Mari. Giurb. *in consuet.* Senat. Mesan. *cap.1. gloss.10. numero 7. part.1.* multos etiam referens Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.699. numero 8.& 10.* Anton. Faber. *in suo Cod. defin. libro 2.tit.21.definit.1.numero 5.*

Pauperi tamen potest procurator cum libera donare, † iusvè domini remittere, *gloss.* cele- 12
bris *in l.3. in verb. Compelletur, C.de annon. & tribut. lib.10.* quam (plures allegans) sequitur Padilla *in l.Prases, numero 15. C.de transact.* & post eum Ioan. Gutier. *d.cap.6. numero 8.*

Remanent, supersuntquè specialia, ac priuilegia circa vltimas voluntates, & iudicia criminalia, in secunda (Deo dante) parte locanda, vbi multa alia, quæ huic deesse videntur (quia ibi propria eorum sedes) adiiciemus. Nunc his primæ finem imponimus, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, sanctissimæ, ac indiuiduæ Trinitatis, venerandæ semperquè Virginis Deiparæ Mariæ. Quibus (si quid boni dixero) tribuendum; mihi autem parcendum, si quæ (vt erunt) minùs rectè, comptevè scripta reperiantur, ad arbitrium sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, cuiuslibet etiam alterius rectiùs sentientis corrigi parato.

* * *

VTRVM

VTRVM CONIVX PAVPER conſanguineis prædefuncti, vel legitima etiam ſobole exiſtentibus, coniugi diuiti præmortuo ſuccedat? & in qua parte?

SVMMARIVM.

1 *In ſucceſſionibus, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato primus liberorum eſt gradus.*
2 *Quæ pars bonorum paternorum antiquiori iure filiis erat relinquenda?*
3 *Et quæ de recentiori Authenticorum iure?*
4 *Et qualiter, & in quibus bonis ſuccederent?*
5 *De iure nouiſſimo Regio in quibus bonis filij tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato parentibus ſuccedant?* & num. 6.
7 *Filius ab inteſtato patri ſuccedens, quintum pro eius anima neceſſariò diſtribuere non tenetur, nec ab eo per iudices Eccleſiaſticos ad id erit extorquendum.*
Ab inteſtato omnia parentum bona filij legitima cenſetur, ibid.
8 *Coniux non niſi in defectum conſanguineorum, vſque ad decimum gradum, coniugi ſuccedit.*
9 *Coniux pauper in quartam bonorum coniugis diuitis decedentis partem cum filiis, ſi tres, vel pauciores ſunt; ſin verò plures, in virilem portionem iure Codicis ſuccedit.*
10 *Et quid hodie de iure Regio?* & n. ſeq.
11 *Leges poſteriores augentes legitimam, per priores intellectum, limitationemque recipiunt. Et quod lege noua non exprimitur, id veterum legum regulis relictum intelligitur.*
12 *Coniux pauper etiam hodie coniuge teſtato decedente, ab eoque extraneo quinta bonorum parte relicta, pro quarta cum filiis concurret.*
13 *Quarta coniugi pauperi debita, eſt debitum legale, tempore celebrati matrimonij cum coniuge paupere tractatum, & num.* 44.
14 *Quarta hæc tanquam æs alienum priuſquam tertium, & quintum deduci debet, illudque minuit.*
Et quid ſi melioratio tertij, & quinti per contractum donationis irreuocabilis facta fuiſſet? ibid. remiſſiuè.
15 *Diſpoſitio* Authent. Præterea, C. vnde vir, & vxor *ita in marito paupere ſuperſtite, ſicut in vxore, marito diuite decedente locum habet, dictaque in altero coniugum, in alio quoque hac in ſpecie procedunt.*
16 *In bonis filiis à matre relictis, vſumfructum pater habet. Et an tunc* d. Authentic. *diſpoſitio locum habeat?* & num. ſeqq.
17 *Maritus pauper ſuperſtes, filiis communibus non ſtantibus, quartam in bonis vxoris diuitis præmortuæ habet.*
18 *Et quid filiis communibus exiſtentibus?*
19 *Et quid in matre quam filij tenentur alere?* & num. ſeqq.
Duæ lucratiuæ cauſæ circa eandem perſonam, & rem concurrere non debent, dict. num. 18.
20 *Ius conſequendi alimenta ita demum excludit à quarta, cum tempore mortis viri illud ius creatum, productumque erat ſecus ſi creandum, aut producendum foret.*
21 *Pauper dicitur mater licèt actionem habeat contra pauperem, vel non exigibilem de iure, & de facto.*
22 *Vt mater, quæ alimenta percipere poteſt, pauper non dicatur, remouerique valeat à quarta, requiritur vt aliunde, non ab ipſius mariti ſubſtantia alimenta percipiat.*
23 *Vxor pauper, quæ fratrem diuitem habet, à quo alimenta conſequi poteſt, an quartam ex bonis prædefuncti mariti diuitis deducat?*
Remedium minùs ſubſidiarium præualet, vbi duo ſubſidiaria remedia adſunt, ibid.
24 *Et an quæ patrem diuitem habet, beneficium quartæ conſequatur?* & num. ſeqq.
25 *Vt beneficium quartæ denegari vxori poſſit, facultates in actu, non in habitu, vel potentia habere debet.*
Ius adeundi hæreditatem alicui competens non efficit vt locuples dicatur, ibid.
26 *Non dicitur quis habere vnde ſe alat, niſi ex propriis bonis poſſit alimenta percipere.*
27 *Diſpoſitio* Authent. Præterea, *quartæque detractio non ſolùm vbi mulier nulla omnino ad matrimonium bona attulit: ſed ſi attulit, parua tamen, & incongrua, locum habet*, & num. ſeqq.
Et quæ paruitas ad id requiratur? num. 30. & ſeqq.
28 *Cauſa finalis conſtitutionis* d. Authent. Præterea, *ſuperſtitis fuit coniugis inopia, & ne in præteriti matrimonij dedecus mendicaret.*
29 Parum, *& nihil æquiparantur.*
31 *Dos parua notabiliter, vt* d. Authent. *diſpoſitio locum habeat; quæ dicatur?* & num. 32. & ſeq.
Plus, *& minus ſpecie non differunt*, ibid.
Dotis paruitas an reſpectu diuitiarum prædefuncti mariti, vel conditionis viduæ iudicanda ſit? num. 33.
32 *Vxor quæ ex redditibus dotis alimenta non percipit neceſſaria, quartam ex* d. Authentic. Præterea *diſpoſitione habere debet.*
34 *Nec ad hoc proprietas vendenda eſt.*
Et qualiter alimenta hæc conſideranda ſint? num. 41.
Et an ſufficiat ſi ſecundum vitæ neceſſitatem, licèt non ſecundum dignitatem alimenta mulier habeat? num. 42. & ſequent.
35 *Quartæ detractioni locus eſt, licèt mulier indotata, vel congruè dotata induſtrioſa ſit, viuereque ex proprio artificio, iunctiſque dotis redditibus poſſit, in muliere præcipuè nobili, cui operari dedecus eſſet.*
Et quid in muliere ignobili, cui victum pro-

priis manibus,& laboribus quærere indecorum non esset? num. 38.& 39.

Vxor nobilis nec viro viuente tenetur operari, nec mortuo marito viliores operas, quàm eo viuente faceret, exercere, d. n. 35.

36 *Hæres qui in causa est, vt defuncti mariti vxor alteri seruire cogatur, vel aliter per artem vilem sibi victum quærat, indignus efficitur hæreditate.*

Limita num. seqq.

39 Authent. Præterea *dispositio etiam in muliere ignobili cui indecorum non esset laborare, si vel valetudinaria, vel senex sit, locum habet.*

40 *Senex dicitur quinquagenaria.*

41 *Mulier quæ secundum necessitatem viuere, non secundum dignitatem potest, nec ita lautè vt cum marito viuebat, an beneficium quartæ habeat? & duobus* num. seqq.

43 *Iudicis arbitrio relinquitur, quis in d.* Authent. Præterea *specie pauper dicatur.*

44 *Coniux locuples decedens superstitem pauperem quarta hac priuare non potest.*

45 *Nec delinquendo, & licèt ad Fiscum ob coniugis delictum eius bona perueniant, quartam coniux superstes habebit,* & num. 116.

46 *Etiamsi confiscatio alicuius particularis statuti fieret vigore.*

47 *Et etiam in læsæ Maiestatis crimine.*

48 *Coniux sicut in totum quarta coniugem superstitem priuare non potest: ita nec in parte, nec legatum (etiam alimenta excedens, si quartam non æquet) ei relinquendo,* & n. 56.

49 *Legatum coniugi à coniuge factum in quartam debet imputari, & quod quartæ deest suppleri,* & n. 56.

50 *Quartæ detractioni locus non est, quando coniux aliqua in vita coniugi donauit ex quibus viuere possit. Limita, & intellige vt* n. seq.

52 *Et quid si à coniuge in vita donata consumpsit, vel dilapidauit coniux?*

53 *Coniux non imputat in quartam legatum à coniuge cum grauamine alteri restituendi factum, si nullum inde commodum sentiat; secus si sentiat,* & num. seqq.

55 *Coniux poterit legatum à coniuge factum repudiare, & quartam habere, nisi quartam compleat.*

56 *Coniux simpliciter legatum sibi à coniuge factum acceptans, si ad quartam non ascendat, ea non priuatur; debet tamen illud in quartam imputare. Limita duobus* n. seqq.

59 *In quartam quæ sint imputanda?*

60 *Coniux superstes ad debitorum solutionem pro rata obligatus est.*

61 *Quarta non vt quota bonorum, sed hæreditatis debetur.*

62 *Succedens in quota bonorum, à creditoribus conueniri non potest, secus si in quota hæreditatis.*

63 *Nomen* bonorum *ære alieno deducto intelligitur,* remissiuè.

64 Hæreditatis *nomen etiam debita includit.*

65 *Pro pignoris luitione coniux pauper in quartam succedens tenebitur.*

66 *Vt* Authentic. Præterea *dispositio procedat, quatuor principaliter desiderantur, & quæ?*

67 *Coniux quartam prætendens verum matrimonium intercessisse probare debet.*

68 *Matrimonium clandestinè contractum, an matrimonium dicatur, & vt tale iudicandum sit?*

Quartæ detractioni an inter coniuges ex matrimonio clandestino locus sit?

69 *Sponsa de præsenti etiam ad viri domum non traducta, nec carnali sequuta copula, quartam detrahit* & n. 73.

Sponsi de præsenti absque copula, vel traductione ad domum, verè coniuges, vir atque vxor vocantur, ibid.

70 *Sponsa de præsenti etiam ad domum viri non traducta, nec carnaliter cognita mariti forum sortitur.*

71 *Statutum maritatas à successione excludens, eas quoque quæ per verba de præsenti, licet nec ad domum viri traductæ, nec sint carnaliter cognitæ, maritatæ sunt, excludit.*

72 *Omnia iura de matrimonio, seu de marito, & vxore loquentia, quando per verba de præsenti copula etiam vel traductione non sequuta contractum est, locum habent.*

74 *Sponsa de futuro quartam non detrahit.*

75 *Quartam in bonis coniugis prædefuncti prætendens, paupertatem suam (vt illius concessionis causam, intentionisque suæ fundamentum) probare debet.*

76 *Dos congrua, vel incongrua vt quartæ locus sit, quo tempore attento sit iudicanda?*

77 *Vxor quæ mortis mariti tempore inops reperitur, quartam retinere, aut consequi poterit, licèt ad meliorem postmodum fortunam deueniat, ditiorque fiat, cum maritove diuite matrimonium contrahat.*

78 *Et quid si incontinenti post mariti mortem aliquo casu fieret vxor locuples? vel pauper, cum diues esset?* remissiuè.

79 *Auri libra ducatorum* 72. *continet valorem.*

80 *Quarta coniugi inopi debita centum librarum auri summam excedere non debet; & si excedat, ad centum tantùm auri libras condictione ex lege coniux superstes aget.*

81 *Coniux pauper superstes quartam sine diminutione habebit, licèt ampla sit, minorique quantitate honestè viuere posset.*

82 *Nec augebitur licèt maiora alimenta ad vitam decenter transigendam requirantur.*

83 *Quarta coniuxi superstiti pauperi debita an*

an & quando quoad vsumfructum & proprietatem, vel vsumfructum tantum debeatur? & num. 84. 85. 86. 87. 89 & 92.

86 *Liberorum appellatio masculos, & fœminas comprehendit.*

87 *Coniux superstes concurrens pro quarta in successione cum nepote ex filio communi præmortuo, vel cum ascendentibus coniugis mortui, quoad vsumfructum tantum quarta fruetur.*

88 *Coniux pro quarta cum septem, vel octo nepotibus ex filio communi concurrens, quartam nihilominus debet habere.*

Quartæ locus non est, si plures quàm tres stent filij, sed in virilem coniux superstes succedet, ibid.

90 *Quarta absque diminutione debetur coniugi transuersalibus succedentibus, licet plures quàm tres in eodem gradu defuncto stent coniuncti,* & numer. seqq.

93 *Vxor quartam hanc ex omnibus prædefuncti mariti bonis, siue mobilibus siue immobilibus, in vnoquove territorio existentibus habebit.*

94 *Et idem in marito, qui in quartam dotis, & aliorum bonorum vxoris succedet.*

95 *Quartæ hæc etiam in feudo hæreditario, non verò in feudo ex pacto, & prouidentia, absoluto, vel mixto debetur,* & num. seqq.

97 *Nec in emphyteusi Ecclesiastica, aut etiam laicali locum habet.*

98 *Nec in bonis fideicommisso subiectis.*

99 *Nec in bonis maioratus.*

100 *Coniux, quæ prædefuncti coniugis hæreditatem expilauit, quartam hanc non deducit. Limita, & intellige vt* num. seqq.

102 *Nec quæ post mariti mortem, ante quartæ receptionem impudicè viuit.*

103 *Nec coniux coniugem occidens, vel ob cuius culpam coniux decessit, quæve coniugali affectu coniugem non tractauit, & duobus* seq. n.

106 *Nec cuius causa Iudicis authoritate separatio matrimonij facta est, quæ mortis tempore durat.*

107 *Nec quæ à viro absque causa diuertit, secus si culpa viri,* & numer. sequenti.

109 *Sponsa quam maritus ex iniusta causa admittere recusat, in quartam marito succedit.*

Idem est expellere, & non admittere, ibid.

110 *Quartæ deductioni locus non est, si vtriusque coniugis culpa, & mala gratia diuortium factum sit, secus si bona, & in casu licito,* & n. seq.

112 *Coniux sterilis impedimento naturæ, quartam non deducit.*

113 *Nec quæ à primo viro quartam habere potuit, eam in bonis secundi habere.* Limita n. 114. & 115.

116 *Vxor pauper, quæ à primo coniuge etiam cuius bona confiscata essent, quartam non petiit, in bonis secundi eam non debet habere.*

117 *Coniux superstes an quartam hanc propria possit authoritate deducere?*

118 *Coniux pauper superstes an possit ad reuocationem donationis gratuitæ à coniuge factæ agere, si ob illius immensitatem quarta priuetur?*

119 *Ius quartæ huius an ad hæredes transmittatur?*

QVÆST. LVI.

PRimus in successionibus liberorum est gradus † *Authen. In successione, C. de suis & legitim. hæredib.* & in corpore vnde sumitur in *Auth. de hæred. ab intest veni.* §. 1. *coll.* 9. *l. Inter filios* 11. *C. famil. hercisc. l. Inter cætera* 30. *D. de liber. & posthum. l.* 1. *D. de iniust. rupt. irrito. quę fact. testamen. l.* 53. *tit.* 6. *part.* 1. *l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6. 1

Siue ex testamento, vt in *d. l. Inter cætera, & in princip. instit. de exhæredat. liberorum:* siue ab intestato, vt in *l. Maximum vitium.* 4. *C. de liber. preter. & in d. Auth. de hæred. ab intest. venient. in princip.* §. 1. *instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. dictisque iuribus Regiis.* 2

Ex testamento autem, siue vnus, siue plures filij essent, antiquiore iure quarta pars † eis erat bonorum paternorum relinquenda. *l. Papinianus* 8. §. *Quoniam, &* §. *Quarta autem, D. de inoffic. testam. l. Cum quæritur,* 6. *l. Parentibus,* 8. *C. eod. tit.* §. *fin. instit. eod. l. Deo nobis,* 42. §. *Hoc etiam, C. de Episcop. & Cleric.* 3

De recentiori verò Authenticorum, in tertiam partem † totius assis si quatuor erant filij, vel pauciores; si autem plures, in trientem, (id est, totius assis partem dimidiam) succedere debebant, *Auth. Nouissima, C. de inoffic. testam. Auth. de triente, & semiss.* §. 1. *coll.* 3. *Authen. de nuptiis,* §. *fin. coll.* 4. *gloss. in d.* §. *Hoc etiam, verb. Quartam, l.* 17. *tit.* 1. *p.* 6. *vers. E le legitima parte.* 4

Ab intestato † verò in omnibus parentum bonis, siue in potestate, siue emancipati, siue masculi, siue fœminæ essent, succedebant filij, *text. in d. Auth. in successione, & in corpore,* vnde sumitur, *d. l. Maximum vitium, d. l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6 *& ibid. Greg.* 5

De iure verò nouissimo Regio in omnibus paternis bonis † debet filius, si vnicus est, quinta excepta parte, de qua parens ad libitum disponere potest, hæres institui. Si verò plures sint, de tertia, & quinta, ita tamen vt tertiam non in alios quam inter liberos distribuat, aliquem eorum si voluerit, meliorando, cui in ea quæcunque poterit grauamina apponere, ex dispositione *legis* 6. *l.* 17. *l.* 27. *& l* 28. *Taur. l.* 9. *tit.* 5. *& l.* 7. *tit.* 12. *lib.* 3. *fori leg. l.* 11. *&* 12. *tit.* 6. *lib.* 5. *noua reg. Collect.* 6

Ab intestato † autem in omnibus parentum bonis succedunt, *d. l.* 6. *Taur.* & aliis *Regiis iuribus.* Nec tunc quintum pro anima necessario distribuendum, † est vel ab Episcopo, aut iudicibus Ecclesiasticis te- 7

ſtamentorum executoribus eruendum cum omnia parentum bona cenſeantur filiorum legitima, vt probat *text. in d. Authentic. In ſucceſſione*, & in corpore vnde ſumitur, & in *d. §. 1. inſtit. de hered. quæ ab inteſtat. deſer. & in d. l. 3. tit. 13. part. 6. dictiſque iuribus Regiis*. Quare prædictam ſententiam tenet *Tell. Ferdinand. in l. 36. Tauri num. 4.* & ſic indicaſſe, dum Vicarij Generalis in Zamorenſi Epiſcopatu officio fungeretur, in caſus contingentia, teſtatur *Ioan. à Rojas de ſucceſſion. c. 3. n. 5. & 6.*

Sed licèt primus in ſucceſſione liberorum ſit gradus, omnes alios excludens; coniuxque non niſi in conſanguineorum vſque
8 ad decimum gradum defectum. † ſuccedat, *l. 1. C. unde vir, & vxor*: Coniugis tamen paupertas efficit, vt cum filiis in quartam
9 † bonorum coniugis diuitis decedentis partem, ſi tres, vel pauciores ſint, ſin verò plures, in virilem portionem ſuccedat: celebris *text. in Authentic. Præterea ſi matrimonium ſit abſque dote, coniux autem præmoriens locuples ſit, ſuperſtes verò laboret inopia, ſuccedat vna cum liberis communibus, alteriusve matrimonij, in quartam, ſi tres ſint, vel pauciores; quòd ſi plures ſint, in virilem portionem, vt tamen eiuſdem matrimonij liberis proprietatem ſeruet, ſi extiterint. His verò non extantibus, vel ſi nullos habuerit, potietur etiam dominio Authentic. Vt liceat matri, & auiæ, §. Quia verò el 2. collat. 8. Authentic. de exhibend. reis, §. Quoniam verò, collat. 5. l. 7. tit. 13. part. 6.* Id, quod ex Longobardorum etiam iure diſpoſitum obſeruat *Aueus Robert. rerum iudicatar. lib. 1. cap. 13. pagin. mihi 224. verſ. Nam quemadmodum Iuſtinianus.*

Quæ quidem diſpoſitio apud nos etiam hodie nouæ Regiæ Collect. Taurique ſupra relatis iuribus ſtantibus, quibus omnia parentum bona filiorum legitima (iuxta præfatum iam modum) dicuntur, lo-
10 cum habet. † Cum enim *ſeptima* relata *partita lex* dictæ *Authentic. Præterea* conſtitutionem firmet, pariterque diſponat, nec aliqua nouiori lege reperiatur correcta; ſeruanda omnino erit. Leges namque poſteriores legitimam augentes, intellectum, li-
11 mitationemque per priores † recipiunt, iuxta *text. in l. Non eſt nouum 25. & l. Sed & poſteriores 27. D. de legib.* Quidquid enim lege noua non reperitur expreſſum; id veterum legum regulis relictum intelligitur, vt docent Imperatores Theod. & Valen. in *l. Præcipimus 32. in fin. C. de appellat. & conſult.* Cùm præſertim *d. partita lex* quandò parenti ab inteſtato ſucceditur, loquatur: quo caſu omnia parentum bona ad filios (vt diximus) deueniebant; eorúmque erant legitima. Ac ideò licèt nouiori Regio iure ad omnia parentum bona, quinto excepto, ex teſtamento adaucta ſit: dictæ *Authentic. Præterea*, dictæque *legis 7. partitæ* diſpoſitioni locus erit, cum vtroque pariter caſu eadem videatur ratio. Ita tenet, firmatque *Gregor. Lopez ibid. verb. Fijos. Andre. Angul. de meliorat. ad l. 9. tit. 6. lib. 5. noua Reg. Collect. gloſſ. 2. ex num. 49. Ioan Rojas in epitom. ſucceſſ. cap. 35. num. 54. Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis in principio, numero 76. & ſeq. D. de liber. agnoſc. Azeued. in l. 6. titul. 4. lib. 5. noua Reg. Collect. numero 33. & ſequentib. & in l. fin. titul. 6. numero 16. & in l. 12. titul. 8. numero 4. eod. lib. 5. Ioan. à Caſtillo de vſufruct. cap. 45. num. 23. & ſeq. Anton. Gam. deciſion. 62. numero 6. Petr. Barboſ. in l. Maritum 13. numero 99. D. ſolut. matrimon. Gomez Leon in centur. informat. iuris reſp. 8.*

Quare, & ſi ex teſtamento filius hodie parenti ſuccedat, quintumque extraneo relinquat parens, cum filiis pro quarta concurret † in cæteris bonis coniux pauper ſu- 12
perſtes, vt poſt longam diſputationem tenet *Gregor. Lopez, dict. verb. Fijos*, durum eſſe aſſerens ab ea ſententia recedere: ſequiturque *Tell. Ferdinand. in l. 9. Tauri, numero 31. & 32.* ex eo, quia quarta coniugi pauperi debita, eſt debitum † legale, 13
tempore celebrati matrimonij cum coniuge paupere contractum; quàm communem ſententiam dicit, de qua Nos latiùs infra.

Quinimò quartam hanc tanquam æs alienum priùs deduci, † quàm tertium 14
& quintum, illudque minuere, aſſeruere idem ipſe *Tell. Ferdinand. in l. 25. Taur. numero 5* poſt *Didac. l. Segura in l. Coheredi, § Cum filiæ, numero 210. D. de vulgar. & pupill. Gomez Arias in l. 32. Taur. numero 19. Ioan. Gutierr. practicar. quæſtion. lib. 2. quæſtion. 61. numero 4. Andreas de Angul. de meliorat. ad leg. 13. gloſſ. 3. numero 32. & ad d. l. 9. titul. 6. lib. 5. noua Reg. Collect. gloſſ. 2. num. 52. vbi numeris ſequentib.* quid ſi melioratio tertij, & quinti per contractum donationis irreuocabilis facta eſſet, diſſerit.

In vtroque autem coniugum relatæ *Authentic. Præterea* diſpoſitio procedit, † 15
dictaque in vno hac in ſpecie, in alio locum habent, vt ex eiuſdem *Authentic.* contextura deducitur, demonſtratque apertius *text. in dict. Authentic. de exhibend. reis, §. Quoniam verò*, ibi: *Similiter quidem in viris, ſimiliter autem in mulieribus, communem namque etiam hanc ſuper eis ponimus legem & in §. Si verò quaſdam, verſ. Hæc itaque, collat. 5.* cuius ſunt verba: *Hæc itaque dicimus, ſi coniunctorum alter dotem, aut donationem non faciens, inops, aut vir, aut mulier inueniatur, & moriens quidem, aut vir, aut mulier locuples ſit; ille verò, vel illa ſuperſtes pauper exiſtat, &c.* Eſtque firmiſſima, quæque dubitationem non recepit concluſio, quam firmant, tenentque *Alexand. in d. Authentic. Præterea, num. 6. in fin. & Fabian. de Pep. num. 10. Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, deciſ. 5. num. 24. & 251. Michael. Craſ. in §. Succeſſio ab inteſtato, q. 39. n. 8. Feder. Scot. conſil. 5. n. 39. tom. 13. Hieronym. Gabriel conſil. 142. num. 6. lib. 1. Paul. Æmil. Gall. de excep. quæ oriri poſſ. tam ex teſt. quàm ab inteſt. titul. 4. except. 5. p. 1. num. 17.*

num. 27. *Cæsar Barzi. decis.* 128. *num.* 27. *vers. His accedit*, *Gregor Lopez* (communem dicens) *in d. l.* 7. *titul.* 13. *part.* 6. *gloss.* 4. *verb. Desamparadas*, *Ioan. Anton. Mangil. de imputat. quæst.* 143. *num.* 1. *& per tot. Andre. Gaill. practic. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 98. *num.* 5. *Ioan. Baptist. Cost. de portione rata* 1. *quæst.* 84. *n.* 14.

Et licèt dubium facere posset ab aliquibus opposita obiectio: Qualiter nempe dictæ *Authentic.* dispositio (circa maritum præcipuè) locum habere possit, filiis communibus remanentibus? Cum vsumfru-
16 ctum bonorum à matre relictorum debeat habere, † ex *text. in l. C. de bon. matern. & in in l.* 1. *C. de bon. quæ liber.* ac per consequens, pauper dici nequeat, vt dictæ quartæ possit gaudere beneficio, quod in superstitis coniugis paupertate fundatur, *text.* & communiter Scribentes in *dicta Authentic. Præterea.* dicemusque latiùs infra: filiis namque communibus non extantibus, sine controuersia res est, debere pauperem ma-
17 ritum superstitem quartam in bonis præmortuæ coniugis habere; † dicuntque communem *Franc. Viti. commun. opinion. Verb. Vxor*, *nu.* 7. *Michael. Cras. dict. quæstion.* 39. *numero* 8. *Gregor. Lop. in d. l.* 7. *gloss.* 4. *Ioan. Petr. Fontanell. de pact. nuptialib.* 2. *tom. clausul.* 5. *gloss.* 8. *part.* 12. *num.* 38. *& sequentib. vsque ad num.* 42. Qualiterve in matre filiis communibus existentibus, qui eam alere tenentur, cùm tunc pauper non dicatur iuxta dicta à *Nobis* 1. *part. quæstion.* 4. deficiatque per consequens *dict. Authentic.* dispositionis fundamentum, eius procedat constitutio? Quam nihilominus filiis etiam communibus extantibus, quoad
18 patrem pauperem superstitem locum habere; † ita tamen vt non vsumfructum, & quartam pariter, sed alterum, quod velit, consequatur, ne duæ lucratiuæ causæ circa eandem rem, & personam (contra regulam *text. in* §. *Si res aliena*) *instit. de legat.* cùm aliis concurrant, & sic in potentia, non in actu *dictæ Authentic.* fauore gaudere in prædicto casu maritum, post longam disputationem concludit *Cornel. Beninc. de paupert. special.* 1. *in vltim. volun-*
19 *tatib.* Idem in matre, † licèt à filiis alimenta consequi possit, firmans: quia adhuc quodammodo dicitur mendicare, quæ ab aliis vt viuat, cogitur alimenta exigere, tenentque in terminis *Cordub. de Lara in dict. l. Si quis à liberis*, §. *mater*, *numer.* 33. *Ioan. Anton. Mangil. de imputat. quæstione* 145. *numer.* 2. qui sententiam hanc per totam quæstionem contrariis respondendo, tuetur. Cuius fundamenta, quia non est communis liber, attingam breuiter. Mouetur ergo, præter dictam proximè rationem, quia (inquit ipse) ius consequendi alimenta ita demum excludit à quartâ, cum tempore mortis viri illud
20 productum, † creatumque erat, secus si creandum producendumve foret, vt in isto casu, in quo ius quartæ alimenta consequendi præcedit ius, ipsoque morientis mariti tempore vxori inopi debetur. Et licèt tunc temporis filios à quibus alimenta sperare possit, habeat; non tamen certum est, ab illis forè alendam. Cum nec tunc paternæ se immiscuerint hæreditati, ab eaque possint abstinere, §. *Sui*, *instit. de hæred. qualit. & differ. l. Necessarius*, *D. de adquirend. hæred.* Nec certum sit, diuites futuros, inanisque tunc filiorum paupertate esset actio matri, imò & extincta, cum eam alendi nulla obliget filios tunc ratio iuxta *text. in l. penult. D. de alend. liber.* & diximus latiùs 1. *part. quæstion.* 42. *numer.* 16. quo argumento idem firmat *ipsemet quæstion.* 169. *numero* 12. *vers. Respondetur enim*; dicique tunc mattem pauperem, † licèt actio- 21
nem contra pauperem habeat, ex *Socin. Seniore consil.* 121. *numero* 30. *lib.* 4. *Pepe in dicta Authentic. Præterea*, *numero* 104. *& Natta consil.* 649. *n.* 13.

Rursus, quia ad hoc mater, quæ alimenta percipere potest; pauper non dicatur, remoueríque à dicta quarta valeat, requiritur, vt aliunde, † non ab 22
ipsiusmet mariti substantia alimenta percipiat; *d. Si verò quasdam*, *vers. Nam si aliunde in dict. Authentic. de exhibend. reis*, quam etiam pro hac sententia rationem repetiit in *d. quæstione* 169. *numero* 12. *vers. Aliter respondet*, ex *Gozad.* & aliis ibi adductis, & Nos etiam latiùs infra; supra dictam præterea opinionem multis relatis, sequitur, ac comprobat *Ioan. Petr. Fontanell. de pact. nupt. d.* 2. *tom. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 9. *num.* 47. 48. 49. 50.

Quæ omnes rationes in vxore paupere fratrem diuitem habente, † à quo 23
alimenta consequi possit, locum quoque habent, ex eisque posse quartam in bonis diuitis prædefuncti mariti obtinere, firmatunt *Gozad. in dict. Authentic. Præterea*, *numero* 62. *Socin. Seni. consil.* 30. *numer.* 4. *& seqq. lib.* 4. *Rimin. Iuni. consil.* 657. *num.* 60. *& sequentib. & consil.* 658. *num.* 9. *& sequentib. lib.* 6. *Iacob. Menoch. consil.* 433. *numer.* 16. *& sequentib. lib.* 5. *& consil.* 503. *num.* 18. *& seq. lib.* 6. *Alexand. Raudens.* (sic iudicatum per *Rotam Florentinam* asserens) *consil.* 40. *numer.* 94. *versic. Quoniam respondetur primo*, *libro* 2.

Licèt contrariam sententiam tenuerint *Roland. à Valle consil.* 14. *numero* 19. *&* 53. *lib.* 3. *Tiber. Decian. consil.* 70. *num.* 17. *vers. Non obstat*, *lib.* 2. *Hieronym. Gabri. consil.* 141. *numero* 3. *lib.* 1. *Ioan. Vincent. Honded. consil.* 93. *num.* 29. *lib.* 1. *& consil.* 79. *num.* 35. *lib.* 2. *Cæsar. Barz.* (latissimè materiam prosequens) *decis.* 130. *per tot. Ioan. Anton. Mangil. de imputat.* (veriorem hanc sibi videri dicens) *quæstione* 169. *numero* 5. *& sequentib. Petr. Surd. de aliment. tit.* 9. *quæst.* 35. *num.* 9. *Ioan. Petr. Fontanell. d. clausul.* 5 *gloss.* 8. *part.* 9. *numero* 44. *&* 55. *Stephan. Gratian. disceptat. forens. lib.* 1. *capite* 120. *numero* 51. *Paul. Æmil. d. except.* 5. *titul.* 4. *numero* 31. *&* 32. Eo præcipuè moti fundamento: Quia cùm vtrumque hoc remedium subsidiarium sit,

ſit, multò tamen magis ſubſidiarium eſſe quartæ, quàm aduerſus fratrem diuitem pro alimentis; contendunt: ac ideò minùs ſubſidiarium præualere debere, ex doctrina *Alex* poſt *Bart. in l. In prouinciali*, §. 1. *numero 7. D. de noui oper. nunciat.* quem ibi ſequuntur communiter Doctores.

Verior tamen (hodie præcipuè) prior contraria ſententia videtur, ex infra proximè referendis, ſupraque iam dictis rationibus. Ex quibus multi quoque tenuerunt, pauperem ſuperſtitem vxorem patrem diui-
24 tem † habentem, à quo alimenta conſequi poteſt; quartæ nihilominus beneficio frui: ſequuti ſunt *Fabian. de Pepe in dict. Authentic. Præterea, numero 22.* magis communem dicens, *Iacob. Thoming. deciſ. 40. numero 9.* relati à *Michaele Craſ. in §. Succeſſio ab inteſtato, quæſtion. 39. num. 5. Ioan. Bapt. Ferret. conſil. 34. numero 9. verſ. Præterea, lib. 1. Gregor. Lopez in d. l. 7. tit. 12. part. 6. gloſſ. 6. verb. De lo ſuyo, verſ. Sed quid ſi vxor*, vbi fundamentis *Alexandri & Cumani* contrarium tenentis reſpondet, doctiſſimus *Petr. Barboſ. in l. Maritum 13. numero 99. verſic. Vnde infertur, D. ſolut. matrimon.* Ad hoc enim vt denegari dicta quarta pauperi vxori
25 poſſit, facultates habeat in actu, † non in habitu, vel potentia, neceſſe eſt, ex eleganti deciſione *text. in l. Pretia rerum, D. ad leg. Falcid.* determinans, ius adeundi hæreditatem alicui competens non efficere, vt locuples dicatur, *l. Alienum, §. In extraneis, D. de hæredib. inſtituend.* quando præſertim aduerſus patrem actio datur, contra quem animosè agere timor impedit reuerentialis.

Item quia vnde ſe alat vxor habere
26 non dicitur, niſi ex propriis bonis † alimenta poſſit percipere, ex ſententia *Bal. conſil. 30. lib. 2. Socin. conſil. 64. numero 3. lib. 4. Crauet. conſil. 199. numero 5. Menoch. conſil. 81. numero 66.* vt in propoſita ſpecie hos referendo, conſiderat *Mangil. quæſtione 168. numero 2.* Id quod expreſſiùs firmat hodie *text. in dict. l. 7. part.* in illis verbis: *Nin ella lo ouieſſe de lo ſuyo*: quam pro hac parte ponderat *Gregor. Lopez ibidem d. gloſſ. 6. in fin.* aduerſus communem, de communi iure aſſerentem, locum tunc quartæ detractioni non eſſe, de qua teſtantur prope infiniti relati à *Mangil. d. quæſt. 168. num. 3. & ſequentib. & quæſt. 169. numer. 8. Cæſar Barz. d. deciſ 30. num. 70. Petr. Surd. de aliment. d. titul. 9. quæſt. 25. numer. 7. & quæſt. 35 num. 8. Stephan. Gratian. d. cap. 120. num. 50. & 51. & 55. Mart. voto, ſine deciſ. 21. num. 5. Ioan. Petr. Fontanel. d. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 9. numero 42. & 43. Staniſl. Pacific. deciſ. 174. numero 41.* vt alios prope infinitos ab eiſdem adductos omittam.

Habet rurſus *d. Auth. Præterea*, quartæque detractio locum, non ſolum quando mulier nullam omnino ad matrimo-
27 nium dotem attulit, † ſed & quando attulit, paruam tamen, & incongruam. Licèt enim *text. in dicta Authentic.* omnino indotatam videatur requirere vxorem, vt eius fauore, diſpoſitioneque gaudeat; ibi: *Præterea ſi matrimonium ſit abſque dote*: & in *Authentic. Vt liceat matri, & auiæ, §. Quia verò el 2. col. 8.* ibi: *Et aliam poſt hæc fecimus legem decernentem, ſiquis indotatam vxorem per affectum ſolùm acceperit.* & in *dict. authentic. de exhibend. reis, §. Quoniam verò*, & in *dict. l. partita*, ibi: *De manera que caſan con ellas ſin dote*: negaueritque etiam incongruè dotatam dictæ quartæ fauore frui, ex dictis iuribus *Socin. Seni. conſil. 121. num. 38. & ſequentib. lib. 4.* de communi atteſtans, *num. 42.* gloſſaſque omnes, ac DD. antiquos vſque ad *Baldi* tempora ſimpliciter *d. Auth. Præterea* diſpoſitioni acquieuiſſe: cui etiam adhærent *Ioan. Cephal. conſil. 671. num. 14. & ſeqq. Ioan. Vincent. Onded. conſil. 93. numero 19 lib. 1. Petr. Surd. deciſ. 61. numer. 9. & ſeqq. Marta. deciſ. ſine voto 21. numero 10.*

Contraria nihilominus veriſſima ab omnibuſque recepta eſt ſententia, de qua nullus ferè hodie dubitat; quam tenuerunt *Bald. in l. Licet, num 3. C. de iure dot. & in d. Auth. Præterea, num. 7.* quem ſequuntur *ibid. Salyc. Alex. & Iaſ. idem Alex. conſil. 91. num. 1. circa fin. lib. 7. Andre. Tiraquel. de iudi. in reb. exig. ſerend. verſ. 9. & Roland. à Valle conſil. 14. num. 29. & ſeqq. lib. 3. & conſil. 15. num. 4. eod. lib. Tiber. Decian.* (communem dicens) *d. conſil. 70. num. 12. verſ. Tertio, & vltimo, lib. 2. Micha. Craſſ. in d. §. Succeſſio ab inteſtato, quæſt. 39. num. 4. Bertazol. conſil. ciuil. 79. num. 27. Aym. Crauet. conſil. 199. num. 7. Hieronym. Gabri. conſil. 142. num. 4. lib. 1. Vgo de Celſ. conſil. 4. num. 11. verſ. Hodie tamen.* Negamus in dubium id hodie eſſe reuocandum; pro hac Regia Cataloniæ Audientia iudicatum fuiſſe aſſerens *ibid. num. 12. Federic. Scot. conſil. 5. numero 12. & 19. tom. 1. lib. 5.* vbi communem, & ſemper pro hac opinione iudicatum dicit *Petr. Surd. de aliment. titul. vltim. quæſtion. 29. numero 7. & conſil. 112. num 84. lib. 1. Gregor. Lopez* (communem quoque dicens) in *dict. l. 7. tit. 13. part. 6. gloſſ. 3. Vincent. de Franch. deciſ. 410. per tot.* vbi teſtatur *Baldum* ſequi omnes *DD. Iacob. Menochi. conſil 505. num. 6 lib. 6.* magis communem & ab hac non eſſe recedendum, neque de hoc dubitandum, firmat *Ioan. Anton. Mangil. de imputationib. quæſt. 158. n. 4. & ſequent. Franciſc. Burſat. conſil. 92. n. 22. lib. 1. Ioan. Cephal. conſil. 224. num. 10. & conſil. 288. num. 2. Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ. 5. gloſſ. 9. part. 8. nu. 3. & 4.* vbi neminem eſſe, qui de hoc nunc dubitet, addit, *Cæſar de Graſſis deciſ. 162. aliàs 1. tit. de ſucceſſionib. ab inteſtat. nu. 14. Rota Roman. Diuerſor. deciſ. 202. n. 11. & ſeqq. part. 2.* vbi de communi, *Staniſl. Pacific.* poſt tractatum ſuum de Saluiano interdicto, *deciſ. 174. num. 5. & ſequentib.* vbi latiſſimè, *Stephan. Gratian. dict. cap. 120. num. 2. Marc. Anton. de Amat. deciſ. 72. num. 7. Marta in ſumm. ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 12.*

quæst. 12. art. 5. num. 5. Paul. Æmil. Gall. de except. quæ oriri poss. in success. tam ab intest. quàm in testam. tit. 4. except. 5. num. 8. & 9. part. 1.

Huiusmodi autem effectum rationis identitas parit. Cum enim coniugis inopia constitutioni illi præbuerit ansam, fueritque eius finalis causa, † ne in præteriti matrimonij dedecus mendicet (ex receptissima omnium sententia, vt testantur *Socin. consil. 121. num. 38. Roland. à Valle d. consil. 14. num. 26. Ioan. Cephal. consil. 244. num. 11. & 20. lib. 2. Mart. d. voto 21. num. 17.* & omnes ferè alij proxime relati) idem operabitur vbi nulla, quàm vbi parua extiterit dos, si mendicitatis inconueniens, dedecusque non remoueatur, vt considerant, tenentque omnes pro hac sententia suprà adducti: Et quia *parum*, & *nihil* † æquiparantur, *l. Si oleum 10. §. vltim. D. de dol. l. 2. D. quod cum eo, l. Illud, 7. §. Minùs, D. de tribut. actione princip. Instit. ad leg. Falcid. Auth. Tutoris debitor, C. qui dari tutor. poss. l. fin. C. de reuoc. donat. c. De multa, de præben. & dign. Socin. consil. 108. num. 4. lib. 1. Deci. in cap. De appellat. 2. notab. de appellat. Fabian. de Pep. in d. Authent. Præterea, num 6. Marc. Anton. Natta consil. 346. num. 6.* plurimis relatis *Rota Roman. d. decis. 202. num. 13. Marc. Ant. de Amat. d. decis. 72. num. 9.*

28 (marginal) — see above

Ita tamen prædicta sententia, extensióque ad contraria iura indotatam mulierem desiderantia, æquiparatioque admittenda est; vt non de dote simpliciter parua, sed de notabili † paruitate intelligatur, vt tenuerunt *Philipp. Corne. in d. Authent. Præterea, num. 4. Curti. Iuni. num. 7. Fabian. de Pep.* communem dicens, *num. 6. Idem Corn. consil. 249. num. 3. lib. 3. Andr. Barbat. consil. 74. num. 9 lib. 4. Hugo de Cels. d. consil. 4. num. 11. & 7. Honded. consil. 93. num 6. lib. 1. Anchar. Iuni. quæst. 26. lib. 3. Ioan. Anton. Mangil. d. tract. quæst. 159. num. 4. Rota Roman. d. decis. 202. num. 15. Ioan. Petr. Fontanel. d. clausul. 5. gloss. 8. part 8. num. 22. Marta d. voto 21. num. 13. & in summ. success. legal. part. 3. quæst. 12. art. 5. num. 6. 7. & 8.* & ita Dominis placuisse dicit *Cæsar. de Graff. d. decis. 162. num. 15.* & seqq.

Eritque notabilis in præsenti paruitas, † si ex dote, aliisve bonis necessarium non valeat percipere victum, mendicareque cogatur, ita (post *Bald. in d. Authent. Præterea circa fin.*) eam intelligens voluit *Socin. Seni. d. consil. 121. num. 4. lib. 4. Andr. Alciat. consil. 252. num. 5. Ioan. Cephal. consil. 671. num. 2. Anton. Mangil. d. quæst. 159. num. 4. & 5. Paul. Æmil. Gall. d. titul. 4. except. 5. part. 1. num. 10. Statil. Pacific. d. decis. 174. num. 16. 17. & 18.* ita iudicatum referens, addensque insuper *d. num. 18.* præfatæ quartæ locum fore, siue dos minima sit notabili paruitate, siue mediocriter parua consideretur, dummodò ad alimenta non sufficiat, cum à minima tunc non distet, nisi per *plus*, & *minus*, quæ specie non differunt, ex *text. in l. fin. D. de triti. vin. & oleo legat.*

Item quia cum dos parua computanda veniat in quartam (vt infrà num. 49. & 59. dicemus latiùs) si fuerit minima, maior pars erit in quarta; si verò parua, plusque contineat, minùs in quarta consequetur coniux superstes. Qua ratione suprà dictam sententiam cum plurimis, quos refert, sæpe communem dicens, tenet *Ioan. Mangil. d. quæst. 159. num. 1. & 2.*

Ex redditibusque † dotis alimenta consequi, ac percipere debet mulier, vt prædictæ quartæ locus non sit, aliàs paruam dici dotem, ex qua alimenta, victum, & vestitum percipere nequeat vxor dixit communem post *Bald. Decius in dicta Authent. Præterea, num. 5. Corn. 3. Curt. Iuni. 70.* de communi asserens *Piccus. Rimin. Seni. 2. vers. Intellige etiam istum text. Pepe 10.* communem quoque dicens *Gozad. num. 24. 29. 33. & 37.* refert, & sequitur *Cæsar. Barzi. decis. 128. num. 2. Hugo de Cels. cons. 4. num. 15. & seqq. Tiber. Decian. d. cons. 70. num. 12. vers. Tertiò, & vltimò,* salua conscientia aliud non posse iudicari asserens, *Marc. Anton. Natta consil. 115. num. 12. Michael Gras. in d. § Successio ab intestato, quæst. 39. num. 4. in fin. Aym. Crauet. d. consil. 119. num. 7. Mangil. d. quæst. 159. num. 2. Roland. à Valle d. consil. 14. num. 21. & seqq. Vincent. de Franch. decis. 410. num. 3. Marc. Anton. de Amat. d. decis. 72. num. 8. Polydor. Ripa obseruat. 384. num. 2. & 5.* vbi quod vt locus huic quartæ non sit, sufficere mulieri dotem pro victu, vestitu, & habitatione debere, ait *Pet. Surd. decis. 61. num. 2. & consil. 112. num. 84. lib. 2.* vbi dotem paruam vt *d. Authent.* locus sit, dicit diuitiarum mariti † respectu, quod etiam dixère *Hugo de Cels. vbi suprà,* & plerique ex proxime relatis, plurimos pro hac sententia adducens, tenet (sic in Cataloniæ Senatu sæpe iudicatum attestans) *Ioan. Petr. Fontanell. de pactis nupt. dict. clausul. 5. gloss. 8. part. 9. num. 10. & sequentib.* Licet conditionem viduæ attendendam dicentem referat *idem ipse ibi, numero 15. Federic. Scot. respons. 5. tomo primo, libro 3. numero 32. circa med.*

Neque proprietas pro huiusmodi alimentis à muliere vendi † debet, vt per *text. in l. Imperator. D. ad S.C. Trebell. & per l. 3. §. Modum, D. vbi pupill. educ. debe.* pluribus relatis tradit in terminis *Mangil. dicta quæstione 159. num. 3. & quæst. 139. num. 2.* per text. in *l. Qui bonis, C. de cess. bon.* & latiùs *quæst. 184. per tot.* vbi hanc veriorem, & magis communem dicit, ac defendit, *Gregor. Lopez in dict. l. 7. tit. 13. part. 6. gloss. 6. ante med. versic. Quid autem si coniux superstes haberet magnam domum, vel prædium, ex quo tamen viuere non posset?* ex text. quem dicit singularem, in *l. fin. §. Ipsum autem, C. de bon. quæ liber. Ioan. Baptist. Cost. de portione rata, quæst. 84. num. 1.* diximusque Nos etiam *1. part. quæst. 4 §. 4. ex num. 167. cum seqq.*

Et licet mulier indotata, vel dotata incongruè, industriosa sit, † ex proprioque artificio, iunctisve dotis redditibus viuere possit,

possit, quartæ detractioni locum esse (ex dispositione præsertim *d. l. 7. tit. 13. part. 6.* quæ in propriis superstitis coniugis bonis, vt quartæ locus non sit, facultates desiderat) notat *ibid. Gregor. verb. De lo suyo,* sic tenuisse in terminis referens *Decium in d. Authent. Preterea.* Idque fortiùs procedere in muliere nobili, cui operari dedecus esset, tenuit *Andr. Barbat. consil. 74. num. 11. & 12. libro 4. Deci. in d. Auth. Praeterea, num. 21. Rimin. Iuni. consil. 657. 53. Tiber. Decian. d. consil. 70. num. 17. lib. 2. Ioann. Vincent. Honded. consil. 93. num. 35. lib. 1. Petr. Surd. decis. 61. num. 12. Mangil. d. tract. quaest. 167. per tot.* maximè *num. 8. Caesar. Barzi. decis. 129. num. 26. vsque ad num. 30. Stephan. Grat. discept. forens. d. cap. 120. num. 58.* quia nec viro viuente tenetur operari, vt *ibid. per eum, Marc. Ant. de Amat. dicta decis. 72. num. 17. & 18.* tradens, non debere mulierem ad viliores operas, quàm viuente marito salua dignitate faceret, descendere, ex sententia *Deciani consilio 111. (incip. decessit maritus) num. 19. lib. 3.* nec alteri inseruire, ex *Menoch. consil. 433. (incip. Cum praestantissimo) num. 14. & 15. lib. 5. & Honded. dicto consil. 93. incip. Praetendit num. 13.* Imò dignum
36 † effici hæredem, qui in causa est vt defuncti mariti vxor alteri cogatur inseruire, addit *num. 19.* ex sententia *Andr. Barbat. dict. cons. 74. col. 5. vers. Quinimò plus videtur, lib. 4. Roland. à Valle d. cons. 14. num. 49. lib. 3. & Tiber. Decian. d. consil. 111. numero 20.* tenetque idem (his non relatis) *Ioan. Anton. Mangil. quaest. 170. num. 4.* hæredes admonens, ne aduersus nobilem viduam, vt efficiatur pedisequa, vel aliter per artem vilem sibi victum adquirat, opponant; quia sic virum offenderent, indignique per consequens hæreditate efficerentur. Licèt adhuc in muliere nobili, si Ciuitatis, vel Regionis, in qua mulier degit, huiusmodi artem, exercitium, vel laborem patiatur consuetudo, † contrarium ex pluribus referat, teneatque *idem ipse Mangil. quaestione 169. numero 11.*

Si verò ignobilis sit mulier, quæ propriis manibus, ac laboribus victum quærere posset, cuique hoc illum adquirere
38 modo, indecorum non esset, † indistinctè *dicta Authent. Praeterea* dispositioni, quartæque detractioni locum non fore. tenent communiter *Doctores, Curt. in ead. Authent. Praeterea, num. 35. versic. Circa praemissa,* receptamque testatur sententiam *Pepe ibidem ibidem numero 38. & 86. Rolandus à Valle dicto consilio decimoquarto, numero decimoquinto, Ioannes Baptista Pontan. de alimentis, capite 15. rubric. de alimentis viduarum, numero octauo, versiculo, Qua tamen inopia ratio. Hondedeus dicto consilio 63. num. 35. Rota Romana Diuersorum dicta decisione 202. part. 2. Mangil. dicto tractatu de imputat. quaestione 167. numero 9.* has intendens contrarietates sedare distinctione, aduersantémque sententiam, quam multis firmauerat *idem ipse ibi, num. 5. 6. & 7.* deberi, nempe etiam ignobili mulieri non habenti vnde se præter artificium, vel seruitium alat, cui satis fauent *d. legis 7. partita* mens, & verba: Priorem tamen sequuntur etiam *Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nuptialib. 2. tom. clausul. 5. gloss. 8. part. 9. num. 41. Caesar. de Graff. d. decis. 162. alias 1. de successionib. ab intestato, numero 1. 7. & sequent. Marc. Anton. de Amatis d. decis. 72. num. 6. & 16. Marta de success. legali d. quaest. 12. 3. part. art. 5. num. 19.*

Illud plane receptissimum est, *d. Authent. Praeterea* dispositionem etiam, quoad mulierem ignobilem, cuique laborare non esset indecorum, procedere, si vel valetudinaria † sit, vel senex, ita quòd aptè victum quærere nequeat, nec congruam, vnde viuere possit habeat dotem, vt notarunt *Fabian. de Pepe in d. Authent. Praeterea, num. 86. in fin. Purpurat. consil. 330. num. 3. in fin. lib. 1. Andr. Barbat. dict. consil. 74. num. 11. libro 4. Rimin. Iun. consil. 657. Aym. Crauet. consil. 199. numero 7. Iacob. Menoch. consil. 433. num. 5. & consil. 505. num. 16. lib. 6.* quos refert, & sequitur *Mangil. d. quaest. 167. numero 10. Stephan. Gratian. d. cap. 120. num. 14. Marc. Anton. de Amat. d. decis. 72. numero 20.* Senem dicens † quinquagenariam, 40
ex *Innocent. Oldrand.* & aliis ibi adductis.

39 (margin, beside "quærere nequeat")

Mulierem autem quæ vnde viuere potest, habet, licet sic honorificè, & lautè, vt cum marito degebat, nequeat viuere, † à quartæ beneficio remouendam, (cum raro, aut 41
nunquam dotis reditus ad id sufficiant) docuere *Socin. consil. 30. numero 14. libro 4. Purpurat. dict. consil. 330. numero 7. vers. Ex cuius dictis, Hieronym. Gabriel consil. 142. numero 25. libro 1. Stephan. Gratian. (alios quoque referens) vbi suprà numero 6. & 7. Fontanell. d. claus. 5. glos. 8. part. 9. num. 33 in fin.*

Ad huiusmodique remotionem sufficere, si secundum necessitatem, † quamuis non 42
secundùm dignitatem alimenta mulier habeat, cum *d. Authent.* finalis ratio, inopiæ scilicet, videatur deficere, eiusque sit subsidiarium remedium, miserationisque causa concessum: ac ideò ea deficiente causa in muliere, quæ pro vitæ subuentione necessaria alimenta habet, *dicta quoque Authent.* deficere depositionem: late probat *Petr. Surd. decis. 61. numero 15. & per tot.* multisque adductis *Ioann. Petr. Fontanell. d. loco numero 16. & 17.* ita referens iudicatum.

Quæ tamen dura mihi videtur opinio, in terminis etiam iuris communis, si vnde congruè mulier alimenta percipere possit, decenterque viuere non habeat, iuxta dicta à *Nobis 1. part. quaest. 4.* Contrariamque hodie iure Regio Partitarum attento iudico veriorem, ac tenendam ex dispositione *d. l. 7. tit. 13. part. 6.* ibi: *E por esta razon tuuieron por bien los Sabios antiguos, que si el marido non dexasse a tal muger, en que pudiesse bien, è honestamente viuir ayn ella lo ouiesse de lo suyo, &c.*

Quare omnia hæc in Iudicis arbitrio † reposita esse videntur, cuius quippe iudicio 43
commissum est, quis in præsenti pauper dicatur,

dicatur, vel non indicare, vt docent (potest glossam 1. communiter approbatam *in d. Auth. Præterea*) *Bald. Roman. & Corne.* quos refert, & sequitur *Didac. Conar. variar. resolut. lib. 2. cap. 6. numer. 8. Fabian. de Pep. in ead. Authent. num. 72. Socin.* (communem dicens) *dict. conf. 39. num. 1. lib. 4. Petr. Surd. de aliment. d. tit. 9. quæst. 55. num. 35. Roland. à Valle d. consil. 15. num. 19. lib. 3. Ioan. Anton. Mangil. d. tract. de imputationib. q. 138. num. 4. Maria in summa success. legal. d. 3. part. quæst. 12. artic. 5. num. 9. Cæsar de Gras. d. decis. 162. n. 2. & 24.* communem dicit *Fontanell. dict. claufal. 5. gloss. 8 part. 9. num. 6. Honded. d. consil. 93. num. 35. Stephan. Gratian. dicto cap. 120. num. 14. 15. & 80 Antoni. Monach. decis. Lucens. 50. n. 38. & seqq.*

Huiusmodi verò quarta non poterit coniux locuples decedens superstitem pau-
44 perem priuare, † sed etiam coniuge renuente eam habebit, cum non tam ex coniugis, quàm legis liberalitate præstetur, sitque debitum legale, *gloss. verb. Hæredem in fin. in Auth. De hæred. & Falc. §. si verò expressim, coll. 1.* Scribentes communiter *in d. Auth. Præterea, vbi Bald. n. 1. Roman. 10. Decius 9. Pepe 17. 35. & seq. Rimin. 3. & 6. Corne. 5. 18. & 19. Alex. 6. Ias. 10. idem Corne. consil. 178. num. 3. lib. 2. & consil. 4. n. 4. lib. 4. Ruin. consilio 72. num. 17. lib. 3. Decius consilio 24. num. 5. col. 2. circa med. vers. Et ideò, Rimin. Iuni. conf. 657. num. 24. lib. 6. Roland. à vall. conf. 62. numer. 58. & 63. lib. 1. & d. conf. 14. in fin. lib. 2. & in tract. de lucro dot. quæst. 82. num. 2. Marc. Anton. Natta conf. 605. num. 6. lib. 3. Fran. Viui. in suis commun. opini. verb. Uxor, num 6. Ioann. Cephal. conf. 108. num. 1. & conf. 183. n. 14. & conf. 244 lib. 2. Franc. Becci. conf. 76. n. 8. Bertaz. conf. ciuil 79. n. 19. Micha. Cras. d. quæst. 19. n. 3. Hugo de Cels. d. conf. 4. num. 5. & seq. Feder. Scot. d. consil. 5. n. 12. tom. 1. lib. 3.* plures referens *Mangil. d. tract. quæst. 150. per tot. Greg. Lopez in dict. l. 7. tit. 13. part. 6. gloss. 5. verb. Non dexasse, Petr. Surd. decis. 8. n. 28. & 29. & cons. 8. n. 15. Statil. Pacific. d. decis. 174. n. 26. & 27. Andr. Gall. obser. 87. n. 1. vers. Imò vxor indotata, lib. 2. Stephan. Grat. d. cap. 120. n. 34. & 39.*

Nec delinquendo poterit coniux quarta hac priuare † coniugem, ideóque licèt ob
45 coniugis delictum eius ad Fiscum perueniant bona, coniugi inopi superstiti quarta præstabitur, *text. iuncta glos. in Auth. Bona damnatorum, C. de bon. proscript. & in Authen. Vt nulli iudic. §. fin.* vbi de communi testatur *Angel. Socin. conf. 121. numero 7. & 16. lib. 4.* latè prosequitur, ac firmat *Mangil. quæst. 180. per tot. Micha. Cras.* omnium consensu receptam sententiam dicens, *in d. §. Successio ab intestato, quæst. fin. Paul. Æmil. Gall. dict. excep. 5. tit. 5. num. 16. Gratian. vbi supra, numero 36. & seqq.* qui etiam *numer. 36. & 37. & Mangil.* proximè relato loco id extendunt, licèt alicuius particularis
46 statuti vigore † confiscatio fieret. Idem etiam volens, firmansque *Gratian. num. 38.* quamuis simus in crimine læsæ Maiestatis,
† allegat *Plot. consil. crimin. 130. num. 41. & 45. & Farina. quæst. 45. num. 123. vsquè ad 127.* latius *Mangil. quæst. 181. num. 3. & 4.* adducens *Plot. vbi supra, num. 47. tom. 1. Fabian. de Pep. in d. Auth. Præterea, num. 113. & seq. Cordub. in l. si quis a liberis, n. 49. D. de lib. agnosc. & Honded. d. consil. 93. n. 10.* Licet contrarium videantur velle *Marc. Anton. Peregrin. in tract. de iure Fisci, lib. 5. tit. 1. n. 46. & Valen. Forster* relatus à *Crasso* loco proximè citato. 47

Sicut autem in totum coniux locuples decedens superstitem pauperem priuare quarta non potest; ita nec in parte. † Vnde 48
neque legatum ei relinquendo, licèt pro alimentis sufficiat, imò & si alimenta excedat, si quartam non æquet, non posse coniugem parte illa coniugem priuare, tradunt plenè *Mangil. dict. tractat. quæst. 176. ex n. 5. cum seqq. Hieronymus Gabr. consil. 142. num. 32. lib. 1. Surd. de alimen. tit. 9. q. 35. n. 19. & per tot.* vbi latè contrariis satisfacit, *Statil. Pacific. d. decis. 174. num. 28. vsquè ad num. 41.* contrariis quoque respondens, & sic Rotam tenuisse referens, multis etiam relatis *Ioan. Petr. Fontanell.* (decisione Senatus Cataloniæ comprobatam sententiam asserens) *de pact. nupt. d. tom. 2. clausul. 5. glos. 8. part. 9. numero 25. Paul. Æmil. Gall. d. tit. 5. except. 5. part. 1. n. 14. & 15.*

In quartam tamen huiusmodi debet imputari legatum, † quodque quartæ 49
deest, suppleri, *tex. in ead. Auth. Præterea in fin.* ibi: *Et imputabitur legatum in talem portionem.* & tenent *Fabian. de Pep. ibid. n. 117. & Paul. Pich. n. 61. Philipp. Corne. consil. 4. per tot. lib. 4. Rimin. Iuni. conf. 701. num. 56. & seqq. lib. 6.* & alij, quos refert, & sequitur *Mangil. quæst. 176. numero 9. Didac. de Segur. in repet. l. Cohæredi, §. Cum filiæ, numer. 110. De vulg. & pupill. Didaci Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinam. gloss. 1. pagin. mihi 80. colum. 1. vers. Quæri potest,* plures referens *Baldes in addit. ad Roderic. Xuar. in l. 1. tit. de las arras, § Sed pone quæstionem, in princip. lit. A. Petr. Surd. d. quæst. 35. numer. 17. & seq. Fontanell.* (communem dicens) *vbi supra, glossa 8. part. 11. num. 32. Stephan. Grat. d. c. 120. num. 39. Paul. Æmil. d. except. 5. n. 46. tit. 3. p. 1.*

Si verò coniux in vita quid tale coniugi vnde viuere posset donasset, † quartæ cessa- 50
bit detractio, cum tempore mortis coniugis, aliunde vitam degere, seque valeat sustentare superstes cesset que pes consequens *d. Auth. Præterea* ratio, hominis tunc dispositione, factoque legis præueniente remedium. Sic docent *Rapha. Cum. conf. 31. propè fin. Philipp. Corne. conf. 178. per tot. lib. 2 Sec. Seni. consil. 121. n. 50. & seq. lib. 4. Hieronym. Gabr. conf. 152. n. 29. & seqq. lib. 1. Ioann. Vincen. Hond. conf. 79. n. 34. lib. 2. Vincent. de Franc. dec. 410. n. 3. Cæsar Barzi. dec. 130. n. 62.* quos refert, & sequitur *Mangil. d. q. 176. n. 10. Ioã. Bapt. Cost. de ratione rata, q. 84. n. 18. circa fin. & de remedi.*

med. subsidi. remed. 2. *num.* 4. *propè fin. Petr. Surd. consil.* 250. *num.* 2. *lib.* 2. *Paul. Æmil. d. except.* 5. *tit.* 4. *num.* 26. *part.* 1. *Fontanell. dict. clausul.* 5. *gloss.* 8. *part.* 9. *num.* 54. vera hæc *numero sequent.* intelligens, si cesset omnis fraus, † non si dolo fieret inter viuos donatio; reperitque *eadem glossa* 8. *part.* 11. *n.* 39 & 40.
51

Sed si à coniuge in vita donata consumpsisset, † dilapidasset ve coniux; nec cessare, nec minui quartam, obseruant *Ripa in l. In quartam, num.* 188. *D. ad leg. Falcid. Petr. Surd. decis.* 119. *num.* 30. & 31. *Anton. Mangil. d. q.* 176. *num.* 12 *Fontanell. d. gloss.* 8. *p.* 12. *n.* 33. *Gratian. d. cap.* 120. *n.* 83.
52

Nec pariter in quartam imputabit coniux legatum à coniuge cum grauamine alteri restituendi † factum, si modò nullum inde commodum sentiat. Cum coniugi non relictum, quod alteri est restituendum videatur, ex doctrina *Angeli in l. si cum dotem, §. si pater, circa fin. D. solut. matrim. Ias. in d. Auth. Preterea, n.* 26. *vers. Tertiò limita, & ibid. Pep. num.* 51. *Mangil. quest.* 198. *num.* 6. *Petr. Surd consil.* 250. *n.* 3. *Fontanell. vbi proximè, n.* 34. *Gratian. d. loco, n.* 31. & *cap.* 132. *num* 37.
53

Si verò commodum sentiat, veluti si post aliquod tempus restitutionem fieri iussum sit, lucrumque inde perceptum; in quartam illud imputabit † coniux, vt docent *Ias. vbi sup. & Pepe n.* 52. *Mangil. d. quest.* 198. *n.* 7. *Gratian. d. cap.* 120. *n.* 32. & *d. cap.* 132. *n.* 38. *Marta in summ. success. legal. q.* 12. *artic.* 5. *n.* 29.
54

Poterit tamen coniux legatum à coniuge factum repudiare, † quartamque habere, vt ex pluribus resoluit *Ioan. Anton. Mangil. q.* 177. *n.* 2. *cum seqq. & Gratian. d. cap.* 120. *n.* 40. & *seq.* Nisi quartam compleat, cum nihil aliud prætendere tunc valeat, vt firmat *Mangil. sup. n.* 4.
55

Licèt autem legatum simpliciter acceptauerit, si ad quartam non ascendat, † ea non priuari, quamuis illud in quartam (vt diximus) debeat imputare, firmat *Mangil. d. loco, num.* 5. limitans casum hunc *numero præcedenti,* quando mulier legatum, seu alimenta à marito relicta acceptauit, & non semel, † sed per plures exegit annos, quia à iure tunc quartæ cadere firmat ex *textu in l. si pars,* 10. *§. fin. & in l. Nihil interest,* 12. *D. de inoffic. testamen.* Quod in simpliciter acceptante legatum sibi relictum procedere negat *Ioann. Petr. Fontanel. d. clausul.* 5. *gloss.* 8. *p.* 9. *num.* 56. nisi cum acceptatione expressa testamenti, & in eo contentorum intercedat approbatio. † ex sententia *Ioann. Baptist. Cost. in tract. de re integr. distinct.* 106. *num.* 3.
56
57
58

Quæ denique in quartam hanc sint imputanda, † vide *Mangil. d. quest.* 198. *per tot.* vbi imputandum fore lucrum donationis ex parte viri, vsumfructum, qui maritò ex legis dispositione adquiritur, dotem paruam, & alia bona mulieris, quæ posset à patris hærede: vel ab ipso patre consequi asserit: quos omnes casus breuiter per priores *quatuor* prosequitur *numeros,* iamque adnotauimus supra. Aduertit tamen singulariter *num.* 5. *ibidem,* id limitans, si penes se quasdam res paruas repositas haberet coniux, quas imputare non adstringi tradit ex *d. §. Quoniam vero, vers. Si verò quasdam in Auth. De exhibend. reis,* quem decepisse dicit *Curtium Iuniorem in D. Authen. Preterea, num.* 25. *vers. Vltima,* idque notare *Alex. Raudens. consil.* 40. *n.* 91. *lib.* 2. De quibus omnibus casibus videndi etiam (post *Deci.* & alios in *d. Auth. Preterea*) *Hieronym. Gabriel consil.* 142. *n.* 33. *lib.* 1. *Petr. Surd. decis.* 119. *n.* 29. & *seqq. Ioan. Vincent. Honded. d. cons.* 93. *lib.* 1. *Ioan. Petr. Fontanell. d. gloss.* 8. *part.* 12. *n.* 30. & *duobus seqq. Stephan. Gratian. d. cap.* 120. *numer.* 82. *cum duobus seqq.*
59

Teneturque coniux pauper superstes ad debitorum solutionem † pro rata, *Auth. de nuptiis, §. sic itaque in fin. coll.* 4. & notant *Franc. Viui. decis.* 163. *n.* 1. & 2. *lib.* 1. *Cæsar Barzi. decis.* 128. *n.* 25. *Mangil. q.* 142. *q.* 8. & *q.* 196. *n.* 1. *Ioan. Baptist. Cost. de ratione rata, d. q.* 84. *n.* 1. & *per tot. Mart. dicta q.* 12. 3. *p. art.* 5. *n.* 45. & *seqq.* 60

Vnde quartam hanc non vt quotam bonorum, sed hæreditatis † deberi, colligitur, 61 obseruantque *Pet. Surd. de alimen. d. tit.* 9. *q.* 35. *n.* 22. & *decis.* 8. *n.* 11. *Ioan. B. pt. Cost. d. quest.* 84. *n.* 6. & *seqq. Stephan. Gratian.* (omnino videndus) *d. cap.* 128. *n.* 67. *cum seqq. Marta* (ita indicatum referens in Senatu Mantuano) *vbi suprà, n.* 43. probatque *text.* de iure Regio in *d. l.* 7. *tit.* 13. *p.* 6. ibi: *Que pueda heredar fasta la quarta parte.* & *ibid. Gregor. Lopez.* Si enim vt quota bonorum deberetur, ad defuncti onera coniux pauper superstes non teneretur, vt præter iam relatos plenè comprobat *Mangil. de imputationib. q.* 141. *per tot.* Neque in quotam bonorum succedentem à creditoribus posse conueniri, † probant *text. in l. si quis seruum,* 62 8. & *l. sequens, D. de leg.* 1. & ibid. Scribentes, latéque *Aluar. Valasc. in praxi partit. capit.* 17. *n.* 4 *cum seqq.* Nomen namque *Bonorum,* † ære alieno deducto intelligitur, vt 63 *iuribus vulgaris,* in primaque huius tractatus parte, *q.* 4. *§.* 2. *n.* 96. exornauimus. *Hæreditatis* verò nomen † etiam debita includit, 64 *tex. in l. Hæreditatem,* 28. *D. de donat.* aliisque iuribus probat *Valasc. vbi suprà, n.* 6. Quare & pro pignoris luitione † coniux pauper 65 in quarta succedens tenebitur, vt post alios concludunt *Mangil. d. tract. quest.* 196 *num.* 5. & *Ioann. Baptist. Cost. loco proximè relato.*

Quæ igitur requirantur vt *d. Authen.* dispositio locum habeat, fat ex suprà dictis 66 deducitur. Quatuor † enim principaliter desiderantur: Quod nempè matrimonium sit contractum: sine dote, vel saltem congrua: Quod superstes laboret inopia: Premoriensque locuples decedat, ex *d. Authen. Preterea, & ibid. DD. Corne. consilio* 249. *numero* 1. *Rimin. Iuni. consilio* 658. *num.* 3. *lib.* 6. *Hieronym. Gabriel consil.* 142. *numero* 1. *lib.* 1. *Simon de*

Prat. consil. 9. *num.* 2. *lib.* 1. *Honded. d. consil.* 93. *numer.* 18. *lib.* 1. *Cæsar Barzi. decis.* 116. *num.* 4. *Iacob. Menoch. consilio* 105. *num.* 2. *Mangil. d. tract. quæst.* 137. *num.* 7. *Gratian. d. cap.* 120. *num.* 1. *Anton. Monach. decis. Lucens.* 50. *numer.* 4. *Marc. Anton. de Amat. d. decis.* 72. *num.* 1. *Ioann. Baptist. Cost. d. quæst.* 84. *num.* 11. *Mart. voto, siue decisio.* 21. *&* 22. *& in summ. success. legal. dict.* 3. *part. quæst.* 12. *art.* 5. *num.* 1.

67 In primis igitur verè, & reale inter coniuges matrimonium extitisse † probare oportet; neque enim putatiuum vt prædictæ quartæ locus sit, sufficiet, vt notant *Fabian. de Pep. in d. Authen. Præterea, num.* 7. *Curt. Iun. num.* 9. *Purpurat. consil.* 310. *num.* 1. *lib.* 1. *Rolan. à Valle de lucro dotis, q* 93. *Honded. d. cons.* 93. *num.* 15. *lib.* 1. *Alex. Raudens. cons.* 40. *num.* 30 *lib.* 2. sequitur alios referendo, receptiorem, ac veriorem dicens *Ioan. Anton. Mangil. d. tract. quæstione* 189. *numero* 4. latè *Gratian. d. cap.* 120. *n.* 75. *& seq.*

68 Matrimonio autem etiam clandestinè † contracto (cum matrimonium dicatur, vt determinat *Sacrum Concilium Tridentinum sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat.*) *dictæ Auth. Præterea* dispositioni locum fore, iudicauit *Rota Romana Diuersorum decis.* 317. *num.* 1. *part.* 2. tenentque *Alex. Raudens. d. cons.* 40. *num.* 52. *versic. Septimus est casus, libro* 2. *Mangil. quæst.* 187. *Mart. d. q.* 12. *n.* 2. *&* 3. ita pariter iudicatum referens.

Quæ mihi hodie sententia (licèt eam indubiè suprà relati teneant, pro eaque fuerit iudicatum) satis redditur dubia; ex eo quia quartæ commodum à matrimonio prouenit, quod contractum esse non sufficit, sed iustè contractum, vt detractioni quartæ locus sit, probante sic *tex. in l. vnic. D. vnde vir, & vxor*, ibi: *Iustum esse matrimonium oportet.* & ibi: *Nihil enim capi propter iniustum matrimonium potest.* Ambigit autem nemo, matrimonia clandestina iniusta, & iure Canonico (quod in his præualet) improbari; *text. in cap.* 3. *de clandest. desponsat.* imò & per sacrum annullari *Tridentinum Concil. d. cap.* 1. *de reformat.* ibi: *Qui aliter quàm præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat.* Quare si casus mihi occurreret contra prioris sententiæ sequaces tenerem, consulerem, & iudicarem.

69 In matrimonio autem per verba de præsenti † contracto, quamuis ad viri domum sponsa traducta non sit, nec carnaliter cognita, prædictæ quartæ locum esse, dubium non est: cum nuptias non concubitus, sed consensus faciat, iuxta vulgar. *text. in l. Nuptias,* 31. *D. de reg. iur. & in l. Cum fuerit,* 15. *D. de condit. & demonst.* veréque coniuges dicantur vir, atque vxor, inter quos per verba de præsenti absque copula, vel traductione ad domum matrimonium celebratum est, vt notat *Bald. in l. Solet, §. Qui virum, n.* 2. *in fin. D. de his, qui not. infam.* Ac ideò tanquam veram vxorem mariti suorum † sponsam de præsenti etiam ante 70 copulam, vel traductionem ad domum sequi, docet *glos. in l. Ea quæ, la* 2. 32. in ordine, *D. ad municip. & in l. Cum quædam puella,* 19. *verb. Hoc euenerit, D. de iurisd. omn. iudic.* Et statutum excludens maritatas à successione, eas etiam quæ per verba de præsenti, licet nec ad domum viri traductæ, nec sint carnaliter cognitæ, fuerint maritatæ, excludere, † docuerunt *Albert. Brun. in* 71 *tract. de statut. excluden. fœmin. & cognator. lineam à successionib. art.* 6. *princip. membr.* 4. *quæst.* 19. *num.* 285. sequitur (post multos ab eo relatos) *Mar. Anton. Natta in simili suo tract. quæst.* 2. *princip. vers. Quartò quæro.*

Omnia denique iura de matrimonio, seu de marito, & vxore loquentia, in matrimonio per verba de præsenti contracto, copula etiam, vel traductione ad domum non sequuta procedunt, † *text. in l. pen. D. de* 72 *incest. nupt. & in l. pen. D. de donat. inter vir. & vxor.* pluribus comprobat *Didac. Couar. super* 4. *Decret. c.* 1. *à num.* 2. *cum seqq. Ioann. Matienc. in l. fin. tit.* 2. *lib.* 5. *noua Reg. Collect. glos.* 6. *n.* 1. *Ioann. Gutierr. de iuram. confirmat.* 1. *part. cap.* 51. *num.* 2. *Pat. Thom. Sanch. de matrimon. lib.* 1. *disputat.* 1. *à num.* 1. in fauorabilibus præcipuè, vt multis comprobat *Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nupt.* 2. *tom. dict. clausul.* 5. *glos.* 8. *part.* 10. *num.* 35.

Quarè prædictam sententiam (sponsam nempè de præsenti ad domum viri non traductam, nec carnaliter cognitam quartam detrahere) † tenuerunt *Bald. in l.* 1. *C. vnde* 73 *vir, & vxor, & ibid. Dec. num.* 7. *Curt. Iun. num.* 9. *& seqq.* de communi attestans, & *in d. Auth. Præterea, n.* 3. vbi etiam *Fabian. de Pep. n.* 3. *Rimin. Iuni. consil.* 534. *per tot lib.* 5. *Roland. à Valle in tract. de lucro dot. q.* 106. *n.* 6. *Micha. Cras. in d. §. Successio ab intestato, quæst.* 38. *num.* 3. *Alex. Raudens. d. cons.* 40. *num.* 25. *vers. Septimus est casus, Rota Rom. Diuersor. decis.* 317. *n.* 2. *p.* 1. *Mangil. de imputat. q.* 186. *n.* 10. *Greg. Lopez in d. l.* 7. *tit.* 13. *p.* 6. *glos.* 2. *verb. Con ellas, Fontanell. vbi supr. n.* 37. *Marta d. qu.* 12. *part.* 3. *art.* 5. *summa successionis legalis, num.* 2. *&* 3. ita decisum referens, *Paul. Æmil. Gall. de except. quæ orir. poss. tam ex testam. quàm ab intest. d. tit.* 4. *except.* 5. *n.* 22. *part.* 1. *Azeb. in l.* 12. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. n.* 3. *Costa de rat. rat. dict. q.* 84. *n.* 1. *Martin. Nauarr. cons.* 29. *de sponsalib. lib.* 4.

Secùs in sponsa de futuro, † vt (post 74 *Bald. Matthesil.* & alios) testatur de communi asserens *Oliuer. Textor. in tract. de successionibus ab intestato, num.* 97. quos refert, & sequitur *Paul. Æmil. Gall. d. except.* 5. *num.* 23. *&* 56. Licèt de hoc dubitantem referat ibi *Anton. de Rosell. in tract. de success. ab intestat. num.* 184. per funda-

fundamenta ibi adducta, quæ in sponsa de futuro non multùm vrgent.

Paupertatem præterea suam coniux pauper superstes, vt quartam consequatur,
75 † tanquam concessionis eius causam, suæque intentionis fundamentum, nullamque ad matrimonium dotem, incongruamve (iuxta à Nobis suprà dicta) attulisse, probare debet, vt (ex *Socin. Pep. Alciat. Gabriel.* & aliis) tradit *Ioan. Anton. Mangil. d. tract. quæst.* 161. *per tot.*

Dotem autem congruam, vel incongruam vt quartæ locus sit (secundùm veriorem, quam iudico sententiam) tempore
76 mortis † coniugis attento, non constitutæ dotis, iudicari debere; colligitur ex *text. in d. §. Quoniam verò, in Auth. de exhibend. reis*, ibi: *Inops aut vir, aut mulier inueniatur*, & in *d. Auth. Præterea*, ibi: *Et coniux præmoriatur locuples, superstes verò laboret inopia.* Pluribus hanc rationibus comprobat sententiam *Andr. Barbat. d. consil.* 74. *num.* 2 *& 6. lib.* 4. *Philipp. Corne. consil.* 249. *num.* 3. *lib.* 3. *Andr. Alciat. in l.* 2. *num.* 80. *D. de verb. signific. Rimin. Iuni. consil.* 657. *num.* 44. *& seqq. lib.* 6. *& consil.* 701. *numero* 13. *& seqq eod. lib. Curt. Iun. in d. Authen. Præterea, numer.* 10. *vers. Vltima, Guill. Benedict. in cap. Raynuncius, de testam. verb. Vxorem nomine Adelasiam, decis.* 5. *numero* 244. *Rolan. à Valle d. consil.* 15. *numero* 24. *&* 25. *lib.* 3. *Iacob. Menoch. consil.* 433. *num.* 4. *lib.* 5. *& cons.* 505. *num.* 5. *lib.* 6. vbi de magis recepta opinione testatur plenè *Mangil. d. tract. quæst.* 160. *numer.* 2. licèt in contrariam postmodum inclinet, *Petr. Surd. de aliment. tit. vltim. quæst.* 35. *num.* 7. *Ioan. Cephal. consil.* 244. *lib.* 2. & vt communi assentitur *Cæsar. de Graff. decis.* 162. *aliàs* 1. *tit. de success. ab intestato, num.* 23. *Rota Rom. Diuersor. d. decis.* 202. *num.* 17. *part.* 2. *Gregor. Lopez in d. l.* 7. *tit.* 13. *part.* 6. *glos.* 6. *verb. De lo suyo, circa med.*

Contrariam etsi tenuerint *Socin. Ioan. And.* & alii quos refert, & sequitur *Mangil. d. quæst.* 160. *nu.* 3. *& seqq.* & cum eis *Stephan. Grat. d. cap.* 120. *num.* 64. *Petr. Surd. consil.* 216. *num* 4. *lib.* 2. *Hieronym. Gabr. cons.* 142. *n.* 9. 10. *& per tot. Mart. in summ. success. legal. d. part.* 3. *quæst.* 12. *art.* 5. *num.* 40. *&* 41. Quorum mihi non satisfaciunt rationes, vrgentque contrariæ.

Quinimò si mortis tempore superstes coniux inops repetiatur, licèt ad meliorem postmodum fortunam deuenerit, aut si dum petitionem differt, causave discutitur, ditescat, vel cum marito diuite matrimonium contrahat, quartæ adhuc locum fo-
77 re, † cum diuitiæ superuenientes ius in bonis locupletis mariti prædefuncti iam quæsitum non tollant, iuxta *text. in l. Qui Romæ*, 101. *§. Flauius Hermes, versic. Item quæro, el* 2. *D. de verbor. obligat.* cum similibus: tenent, ac defendunt *Deci. in dict. Authen. Præterea, numero* 23. & latiùs *consilio* 24. *per tot. Corne. consilio* 249. *numero* 3. *Guill. Benedict. in dicto capit. Raynuncius, verb. Et vxorem nomine Adelasiam, decisione* 5. *num.* 244. *versic. Secundò quæritur, Hugo de Cels. consilio* 4 *numero* 13. *Andreas Tiraquell. in tractat. cessante causa, limitat.* 4. *numero* 2. *Rolandus à Valle* (communem dicens) *dicto consilio* 15. *numer.* 5. *libro* 3. *Alexand. Raudens. d. cons.* 40. *numero* 48. *lib.* 2. *Mangil. de imputationib. quæstione* 182. *numero* 10. *& quæstione* 194. idem firmans de muliere, quæ mortuo marito thesaurum inuenit, *Marta decisione, siue voto* 12. *per tot. & in summ. success. legal. d. part.* 3. *quæstione* 12. *articulo* 5. *numero* 14. ita iudicasse in Collegio Pisano referens, *Gregorius Lopez in dict. l.* 7. *part. glos.* 6. *verb. De lo suyo, propè med. Paul. Æmil. Gall. dict. except.* 5. *numer.* 11. *Stephan. Gratian. dicto capite* 120. *numero* 59. *& sequentibus*, apud quem *numero* 62. *&* 63. vide, quid si in continenti post mariti mortem aliquo casu fieret vxor locuples? de quo etiam *Mangil.* proximè relato loco: Vel quid si cum diues esset, fieret in conti- 78
nenti pauper, † an nihilominùs *d. Auth.* locus sit?

Huiusmodi autem quarta centum librarum auri summam (quarum quælibet ducatorum septuagintaduo continet † valo- 79
rem, vt notatur *in l. Quoties, C. de suscept. & arcbia. libro* 10. *Mangil. dict. tractat. qu.* 199. *num.* 1. *Gregorius Lopez vbi suprà, gloss. fin.* 80
verbo De oro) excedere † non debet, vt (post *Vincent. de Franch. decisione* 318. & alios ibi adductos) tenent *Mangil. vbi proximè, numero* 1. *Stephan. Gratian. dict. loco, numero* 10. *&* 20. *Mart. in summ. successionis legal. d. quæstion.* 12. *part.* 3. *art.* 5. *n.* 46. Estque hodie expressus de iure Regio *text. in dicta l.* 7. *tit.* 13. *part.* 6. ibi: *Pero esta quarta non debe montar mas de cien libras de oro, quantoquier que sea grande la herencia del finado.* Ideoque si prædefuncti locupletis coniugis quadringentatum libratum auri summam bona excederent; quartam nequaquam consequeretur superstes inops, sed ad centum auri libras condictione ex lege ageret, ex *text. in Authent. de nuptiis, §. Sic itaque versic. Si quid autem, coll.* 4. *auth. vt liceat matri, & auiæ, §. Quia verò legem, el* 2. *coll.* 8. *& d. l. part.* tradunque *Angel, Bald. Aretin. Corne. Gabr. Honded.* & alii, quos refert, & sequitur *Gratian. dict. cap.* 120. *num.* 30. *Paul. Æmil. Gall. d. except.* 5. *num.* 3.

Si verò prædictam non excederent bona summam, licèt ampla sit quarta, minorique quantitate honestè superstes coniux posset viuere; integram nihilominùs quartam † absque deductione, vel diminutione 81
aliqua habebit, cum à lege definita sit, eiusque liberalitate fruatur, vt per *Gratian. vbi proximè*, iamque notauimus. Sicut ex aduerso licèt tenuis sit quarta, neque superstiti cõiugi ad vitam decenter transigendam sufficiat, † vel ob infirmitatem, aliave ratione 82
maioribus egeat alimentis, nequaquam augebitur, vt profitentur *Paul. Pich. in d. Authen. Præterea, numero* 60. *Stephan. Gratian. d. loco, numer.* 65. *&* 66. *Ioann. Anton. Mangil. d. tract. quæst.* 175. *numer.* 7. *Statil. Pacific. d. decis.* 174. *numer.* 32. assentiturque *Ioann. Bapt. Cost. de rat. ratæ. d. quæstion.* 84. *num.* 9.

Hanc

Hancque ex prædefuncti bonis quartam superstiti pauperi coniugi quoad vsumfructum, & proprietatem, † si liberi non
83 extent; eis vero extantibus, quoad vsumfructum proprietate illis reseruata, deberi, explorati iuris est, *text. in dict.* §. *Quia verò legem, el 2. & in dicta Authen. Praeterea*, & tenent (post antiquiores à se relatos) *Staphan. Gratian. d. cap. 120. num. 18. Pet. Surd. decis. 8. num. 11. Ioan. à Castillo de vsufruct. lib. 1. cap. 45. num. 23. Ioann. Bapt. Cost. de re integr. dist. 10. num. 1. Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nupt. d. claus. 5. gloss. 8. part. 12.* ita in Catalon. Senatu iudicatum dicens, *Paul. Æmil. Gall. d. tract. de except. quæ oriri poss. tam ex testam. quàm ab intest. d. except. 5. num. 2. part. 1.* Et siue masculi, siue fœminæ liberi extent, cum liberorum appellatio (de qua in *d. auth. Praeterea* fit
84 mentio) vtriusque sexus comprehendat † liberos, *text. in l. Non est sine liberis*, 148. *l. Cognoscere*, 56. §. *Liberorum, D. de verb. signif.* & tenent in specie *Curt. Iun. in d. auth. Praeterea, num. 30. & seq. Mangil. q. 148. num. 2. & seqq. Gratian. d. cap. 120. num. 25. Roland. à Valle cons. 82. num. 32. & 41. lib. 3.* Quod limitat *Mangil. quæst. 149. num. 8. &*
85 *seqq.* quando filia ab statuto excluditur, † ita iudicatum Mantuæ referens: ex *Petr. Surd. d. dec. 8. n. 18. vers. Hanc partem tenendo, & nu. 30 vers. Fuit etiam adductum*, idemque firmant *Stephan. Gratian. vbi sup. n. 27. 28. & 29.*

Hæc tamen (secundum communiorem sententiam) procedunt, liberis communibus existentibus: ex alio verò matrimonio extantes filij non solùm quartæ detractionem quoad vsumfructum non impe-
86 diunt; † Sed neque quoad proprietatem, quæ coniugi pauperi superstiti tunc adquiritur, vt (ex *Bald. in dicta authent. Praeterea numer. 1. Paul. Castren. numer. 4 Roman num. 5. Ias. numer. 13. Curt. Iuni. num. 14. Paul. Pich. numer. 7. versic. cogita*) obseruat *Mangil. quæst. 146. per tot Gratian. supra, numero 17. versic. Secundò.* Licèt pluribus mediis hanc conetur distinctionem subuertere *Andre. de Angul. in tractatu de meliorat. ad leg. 9. tit. 6. lib. 5 nouæ Reg. Collect. glos. 2. numer. 60. & seqq.* contendens, vtroque pariter casu proprietatem prioris matrimonij filiis seruandam, satisfacereque textui in *d. auth. Praeterea* (qui contrarium suadet) auferendo verba illa in ea adiecta, *Vel si nullos alios habuerit*, vt quæ in originali vnde sumptus est, non reperiantur. Et hanc opinionem sequitur in casu, quo cum filiis communibus, alterius etiam existerent matrimonij filij, vt tunc in vsufructu tantum succedat coniux, proprietate vtrisque æqualiter reseruata, ex *Vincent. de Franch decis. 621 numer. 3.* & aliis ab eodem relatis, tenetque etiam *Ioannes Petrus Fontanell. de pactis nupt. clausul. 5. glossa 8. part. 12. numero 10. & sequenti.*

Quando verò adsunt soli alterius matrimonij liberi quartæ quoque proprietatem superstiti coniugi deberi; adseuerant etiam præter iam relatos *Ioan. Vincent. Honded. d. consil. 93. num. 6. lib. 1. Petr. Surd. d. decis. 8. num. 11. Micha Cras. in* §. *Successio ab intestato, quæst 39. num. 2. Ioan. Baptist. Cost. de re integr. d. distinct. 106. numer. 1.* & alij, quos refert, & sequitur (communem dicens, & in Catalon. Senatu ita iudicatum) *Fontanell. supr num. 8. & 9.*

Sicut autem communium filiorum existentia quartæ deductionem quoad proprietatem impedit: ita nepotis † ex com- 87
muni filio præmortuo, vel mortui coniugis ascendentium, cum quibus, vel eorum altero si coniux concurrat superstes quoad vsumfructum tantùm quarta fruetur, vt multis relatis tradunt *Stephan. Gratian. dicto capite 120. num. 21. & sequenti, & Mangil. dicto tractatu, quæstione 153. numero secundo, versic. Contra verò, & numer. sequentibus,* vbi pariter aduertit *numero septimo*, quartæ locum fore, licèt plurimi, † septem, vel 88
octo ex communi filio extent nepotes, cum pro vno reputentur omnes, §. *Cum filiis, instit. de hered. quæ ab intest. defer.* Licèt filij tres tantùm esse debeant, vt quarta deduci possit: si verò plures sint, in virilem successio detur, vt & tenet *idem ipse, quæstione 147. Gratian. d. num. 19.* diximusque latiùs suprà.

Quòd tamen liberis deficientibus, quamuis ascendentes extent, quoad vsumfructum, & proprietatem debeatur superstiti coniugi † pauperi quarta, con- 89
tendunt (per *text. in d. authent. Praeterea*, nec in hoc casu filiorum fauorem prærogatiuamque parentibus concedi) *Decius ibidem, numero 19. Curt. Iuni. numero 37. versic. Secundò principaliter, & Mangil. dict. tract. quæst 152. n. 4.*

Ex quibus satis, apertéque constat, transuersalibus succedentibus, quartam inopi coniugi superstiti deberi, † cum eo- 90
rum impotentior, debiliorque in successione, quàm ascendentium, vel descendentium sit ratio. Ita tenuit *glossa* (ab omnibus communiter recepta, per text. ibi) *in dict. authent. Praeterea, & in dicto* §. *Quoniam verò in d. authent. De exhibend. reis, Alex. in d. auth. Praeterea, n. 9. Curt. Iun. n. 38. Fabian. de Pep. n. 93. Paul. Pich. n. 26. & 28. Micha. Cras. in dict.* §. *Successio ab intestato, quæst. 41. Mangil. quæst. 154. Gratian. d. c. 120. num. 24.*

Quinimò etiamsi plures, quàm tres in eodem gradu transuersales extent; non in 91
virilem, sed in quartam, eamque integram superstiti coniugi pauperi competere (contra *Salycet. in d. authent. Praeterea, num. 10* cum *Curt. Iuni. ibidem, num. 38.*) defendit æquiorem hanc sententiam dicens *Ioan. Anton. Mangil. vbi sup. num. 2.*

Vnum prætetea satis notabile aduertit, ac pluribus firmat *Ioann. Petr. Fontanell. d. clausul. 5. gloss. 8. part. 12. numero 18. & sequentib.* Non solùm nempè filiorum communium existentiam efficere, vt coniux pauper superstes quartam quoad vsumfructum tantùm, non etiam quoad proprietatem percipiat: sed idem etiam fore seruandum, si in filiorum locum pia † causa instituta

instituta sit, quod vt pium, satis dubium in puncto iuris arbitror. Cum coniugem iure à lege delato priuare coniux non valeat, nec aliquo illud minuere modo deteriusvè reddere (vt iam diximus) queat.

Huiusmodi autem quartam ex omnibus mariti prædefuncti locupletis bonis, siue mobilia sint, siue immobilia, siue in mariti territorio, siue in alio sita, percipiet
93 pauper vxor, † cum à lege (quæ vbiquè dominatur) eius proueniat commodum, vt tenet *Ias. in l. Cunctos populos in 2. repet. num. 94. & 96. C de summ. Trinit. & fidei Cathol. Coler. de process. execut. 1. part. cap. 3. num. 241. Stephan. Gratian. d. loco. num. 85. & seqq.*

Idemque in viro superstite, qui in quartam dotis, & aliorum bonorum vxoris suc-
94 cedet, † *Gloss. Cyn. & Bald. in l. Licet, C. de iure dot. idem Bald. in l. 2. num. 5. D. solut. matrim. Alex. num 3. Doctoresque communiter in d. auth. Præterea, Mangil. d. tract. quæstion. 143. numer. 4. & seqq. & quæst. 165. num. 4.*

Debeturque quarta hæc etiam in feudo,
95 hæreditario † saltem, vt ex pluribus obseruat idem *Mangil. quæst. 174. num. 10. &*
96 *seqq.* Licèt non in feudo ex pacto, † & prouidentia, absoluto, vel mixto, ex *text. in c. 1. §. fin. de inuestit. de re alien. fact.* tradunt *Roman. in d. auth. Præterea, num. 11.* vbi sic consuluisse, & iudicatum fuisse testatur in ciuitate Arimini, licèt multi ex famosioribus Italiæ Doctoribus consuluissent contrarium: sequitur etiam *Romanum Ias. ibid. num. 4. Fab. de Pepe num. 4. & 130. Franc. Bursat. consil. 92. num. 22. lib. 1. Mangil. quæstion. 174. num. 7. Vincen. de Franch. decis. 318. num. 2. Gratian. d. 120. num. 9.* plenissimè hac de re omnino videndus *Marta in summ. success. legal. d. 3 part. artic. 5. quæstione 12. ex num. 30. vsquè ad numer. 40. exclusiue, Paul. Æmil. Gall. d. tit. 4. except. 5. num. 75. & 76. part. 1.*

97 Nec in emphyteusi Ecclesiastica † locum habere quartam, responderunt *Curt. Iuni. in d. auth. Præterea in fin. Rapha. Cum. consil. 131. Ioan. Petr. Fontanell.* loco proximè referendo. Nec in laicali, *Ioseph. Ludouic. communi. opinion. tit. soluto matrim. col. 2. versic. Limitatur primo, Stephan. Gratian. d. cap. 110. numero 91.*

98 Nec in bonis fideicommisso † subiectis, *Alexand. Rauden. d. consilio 40. numero 79. lib. 2. Ioann. Anton. Mangil. d. quæst. 174. num. 8. & 9. Fontanell. de pact. nupt. 2. tom. clausul. 5. gloss. 8. 11. n. 46. Mart. d. q. 12. part. 3. artic. 5. num. 42.*

99 Quare in maioratus bonis † locum habere, docent *Oliban. in §. Fuerat, num. 36. instit. de actionib. Alexan. Raudens. vbi suprà, n. 79. Fontanell. d. loco, num. 44. & seqq.* sic iudicatum referens, *Cardin. Domin. Tusch. practic. concl. lit. V. conclus. 401. num. 64.* Cum hæc prædefuncti coniugis bona non dicantur, ad aliosque pertineant: quarta autem de ipsiusmet bonis, non de aliis, ad aliosve pertinentibus deducenda sit, *d. authent. Præterea.*

Nec pariter quartam hanc consequitur vir, aut mulier superstes, quæ coniugi ex-
pilauit hæreditatem, † *Fabian. de Pepe in d.* 100
authent. Præterea, num. 126. Socin. consilio 121. numer. 35. & 54. libro 4. Andr. consil. 251. num. 15. Alexand. Raudens. d. consil. 40. numer. 39. Petr. Surd. decis. 61. num. 16. refert, & sequitur, *Mangil. d. tract. quæst. 190. Gratian. d. loco. num. 71. Fontanell. supr. num. 48. & 49. Anton. Monach. decis. Lucens. 50. numero 31.*

Quod limitat *Gratian. supra num. 73.*
Dummodo per Principis gratiam † non 101
fuerit restituta, nec alteri sit ius quæsitum.

Nec quæ post viri mortem ante quartæ
receptionem impudicè viuit, † secundum 102
Ioan. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 67. numer. 15. Petr. Surd. d. decis. 61. num. 18. Mangil. quæst. 191. Gratian. d. cap. 120. numer. 71. Fontanell. d. gloss. 8. part. 1. numero 51. Gregor. Lopez in d. l. 7. tit. 13. part. 9. verb. Fijos in fin. Paul. Æmil. Gall. d. tract. except. 5. tit. 4. numer. 34. & 35. part. 1.

Nec maritus qui vxorem, aut vxor, quæ
maritum occidit, † ex communi Doctorum 103
sententia, de qua testantur *Rolan. à Valle in tract. de lucro dot. quæst. 61. num. 11. Nicol. Boer decis. 25. num. 8. Anton. de Rosel. in tract. de success. ab intest. num. 179. & seqq. Oliuer. Textor. num. 102 & Nicol. de Vbald. in 4. part. num. 5. vers.* Pro hoc, *eod. tract. Paul. Æmil. Gall. vbi supra, num. 36. & 37.* Vel ob cuius
negligentiam † coniux decessit, veluti si in 104
infirmitate coniugis præmortui necessaria non præstiterit alter, non adhibendo medicum, vel adhibendo notoriè imperitum. Ita (per *gloss.* notabilem in *l. Si ab hostibus. §. Si vir vxorem, D. solut. matrim.*) tenet *Nicol. de Vbald. vbi supra versic. Ad hoc est bonus text. Anton. de Rosel. d. tractat. num. 186. versic. Nam iste, & Oliuer. Textor, d. loco. Paul. Æmil. Gall. d. except. 5. num. 38. & 39. & num. 77. cum duobus seqq.* vbi de coniuge coniugem non alente, vel non curante. Et generaliter priuandam quarta hac coniugem coniugali affectu coniugem non tra-
ctantem, † resoluit (ex sententia *Simon.* 105
de Prat. consil. 9. num 20.) *Ioan. Bapt. Cost. de ratione ratæ, d. qu. 84. num. 18. Fontanell. vbi supra numer. 47.* non parui casum hunc faciendum admonens.

Nec præterea consequitur quartam con-
iux, cuius culpa matrimonij separatio, † 106
quæ mortis tempore durat, Iudicis authoritate facta est, vt docent *Cyn. in l. 1. C. vnde vir, & vxor, Micha. Cras. in d. §. Successio ab intestato, quæst. 38. num. 5. Oliuer. Textor. & Anton. de Rosel. in dict. tract. de success. ab intestat.* alter *num. 104. & 105.* alter *nu. 144. vers. Est tamen attendendum, Gratian. d. cap. 120. num. 74. Paul. Æmil. Gall. vbi supra, num. 64. 65. 69. & 71.* Nec quæ à viro abs-
que causa diuertit † vxor, *Rolan. à Valle d.* 107
consil. 14. num. 38. lib. 3. plenè *Mangil. d. tractat. quæstione 188. n. 3.*

Secùs si culpa viri † eam expellentis, 108
secundum *Curt. Iun. in d. auth. Præterea, numero 4.*

mer. 4. & 5. & ibid. Fabian de Pep. n. 9. Roland. à Valle consil. 15. num. 8. d. lib. 3. Rota Rom. diuers. decis. 317. num. 3. part. 1. Mangil. vbi
109 supr. num. 1. Idem ipsum in sponsa † quoque dicens ibi num. 2. quam ex iniusta causa maritus admittere recusat, quia idem est expellere, & non admittere, ex Alexan. consil. 78. in princip. lib. 5. & ita decidit Rota Rom. vbi supra, num. 3.

110 Sed si vtriusque coniugis culpa † veluti si per communem discordiam matrimonij separatio mala gratia facta sit, vterque coniux quarta priuatur ex dispositione text. in l. vnic. §. Vt autem, versic. Sed si diuortium, D. vnde vir, & vxor. ita obseruat (post alios à se relatos) Paul. Æmil. Gall. d. except. 5. n. 71.
111 Secùs firmans n. 72. & 73. si bona gratia † in casu licito, ex communi concordia separatio fiat.

112 Non etiam sterilis coniux † (impedimento saltem naturæ, non accidentali, quodque post matrimonium contractum superuenit) quartam deducet, vt obseruat (post Dyn. Ias. & alios ibid. adductos) Alexand. Raud. d. consil. 40. n. 30. & 31. quos sequitur Mangil. q. 192. per tot. præcipuè num. 3.

113 Item à quarta in bonis secundi coniugis excludi coniugem, qui à primo † quartam consequi potuit, obseruat Fabian. de Pepe in d. auth. Præterea, num. 33. & à numer. 104. vsque ad n. 110. Gozad. ibid. n. 101. Deci. consil. 14. n. 2. ad fin. & num. 5. versic. E contra, Socin. Seni. consil. 121. num. 30. & seqq. lib. 4. Aym. Crauet. consil. 102. numer. 1. versic. Ideò scripsit Petr. Surd. de aliment. d. tit. 9. quæst. 29. numer. 21. & quæst. 35. num. 32. & seq. Cæsar. Barzi. decis. 130. num. 37. & sequentib. Decian. Cephal. Crass. & alij, quos refert, & sequitur Ioann. Anton. Mangil. d. tract. quæst. 178. ex numer. 4. cum seqq. præcipuè numer. 13. veriorem hanc communem, & magis receptam testatur Stephan. Gratian. dicto cap. 120. numer. 53. & seqq. Alexan. Raud. d. consilio 40. numero 19. & 48. libro 2. Paul. Æmil. Gall. d. except. 5. num. 29. Fontanell. d. gloss. 8. part. 10. ex num. 2. cum seqq. verum id intelligens
114 num. 5. si primus maritus fuisset soluendo, † non aliter. Quæ inimis videtur limitatio: cum ita demum quarta hæc debeatur, si coniux præmoriens locuples decedat, & sic soluendo, nisi ad conueniendi facilitatem respexerit.

Secundò limitat, & intelligit idem ipse ibi numero 6. & sequentib. si antequam ad
115 secundas conuolasset nuptias coniux, ab hæredibus † coniugis prædefuncti quartam petiit, quia ab hæredibus secundi coniugis, in cuius bonis quartam prætendit superstes, opponi posset, vt cœptam contra primi coniugis hæredes prosequeretur causam, repellique debere si non prosequatur: Secùs si absque tali petitione secundò matrimonium contraheret, hoc modo prioris sententiæ restringens generalitatem. Quam etiam eius sequaces ampliant, si bona primi coniugis essent con-
116 fiscata, † in quibus quartam superstiti coniugi pauperi deberi firmat Mangil. quæstione 180. diximus suprà; ideóque nec à secundi coniugis hæredibus deberi.

Vtrùm autem quartam hanc possit superstes coniux pauper propria authoritate † deducere? non minima dubitatio est. In 117
qua affirmatiuam partem tenendam suadent textus in dicto §. Quia verò legem, in authent. Vt liceat matri, & auiæ, text. in §. fin. in authent. de exhibend. reis, & in §. Quia verò in auth. de æqualit. dot. firmatque Ias. in dicta authent. Præterea, numero 9. Castrens. in fin. Philipp. Corne. consilio 4. numero 5. & 7. in fin. libro 4. Marc. Anton. Natta consilio 605. numero 9. libro 4. Petr. Surd. dicto titul. fin. quæstione 35. numer. 23. in fin. & decisione 8. numero 11. Stephan. Gratian. dicto capite 120. numero 44. & assentitur Gregor. Lopez in d. l. 7. tit. 13. part. 6. verb. Hedar.

Negatiuam tamen tenuerunt Curt. Iun. in dict. authent. Præterea, numero 40. secundum quam iudicatum à Sacro Concilio testatur Alexand. Trentac. consilio 60. num. 14. reuocasseque idem Concilium sententiam pro aduersa superiore latam, sequitur Ioannes Antonius Mangil. dict. tractat. quæstione 156. nu. 4. defenditque Costa d. quæst. 84. num. 18.

Non minorem continet quæstio illa difficultatem: An ad reuocationem donationis gratuitæ à coniuge factæ, superstiti pauperi pro quarta consequenda † agere per- 118
missum sit, si propter donationis immensitatem ea priuaretur? In qua affirmatiuam multi tenent, multi negatiuam. Illam Ioann. Baptist. Laderch. consil. 367. per tot. Ioann. Baptist. Costa suprà, numer. 17. vbi quòd inops potest alienata à viro titulo lucratiuo, reuocare, vt quarta sibi debita suppleatur, ad ratam saltem, vt ex patrimonio, quod superest, tantum habeat, quantum maritus non donasset habitura fuisset: & in hac (vtraque disensa) residet sententia Mangil. quæstione 183. numero 6. & sequentib. Ioann. Petr. Fontanel. dicta clausula 5. glos. 8. part. 11. numero 43. Hanc (negatiuam scilicet) Valent. Forster de success. ab intestat. libro 5. titulo de successione viri & vxor. pagina mihi 358. versic. Verum omissa, Durand. de arte testand. titulo 6. de legat. caut. 20. num. 3. Gregor. Lopez in d. l. 7. verbo Quarta, Andre. de Angulo de meliorat. ad leg. 9. tit. 6. lib. 5. noua Reg. Collect. gloss. 2. nu. 54.

Quam opinionem, dummodo in fraudem donatio facta non sit, probauit Alexand. Raudens. d. consil. 40. numero 20. libro 2. & sic iudicatum asserit Vincent. de Franch. decis. 318. num. 7.

Vnum sanè apud omnes peræquè obseruatum reperio: Pauperem coniugem ad hæredes ius hoc quartæ non transmittere. † Cum coniugis morte cesset mendicitatis causa, quæ dictæ (vt sæpè diximus) con- 119
stitutioni ansam præbuit. Ita docent Philipp. Corne. d. consil. 4. numero 4. libro 4. Fabian. de Pep. in dicta Authen. Præterea, numero 4. & ibidem Paul. Pich. in princip. Franc. Bursat. consilio 92. numero 22. libro 1. Ioann. Anton. Mangil. d. tract. quæstione 152. Paul. Æmil. Gall. d. except. 5. titulo 4. part. 1. numero 51. Quod si pauper coniux præmoriatur, intelligendum erit; quia nec contra eius hæredes

redes pro quarta præmortui coniugis hæredes agere poterunt, ex suprà tradita ratione, ex apertaque *d. authen. Praterea*, consimiliumque suprà relatorum iurium ordinem hunc præfigentium dispositione, vt quartæ successioni locus sit, sub conditioneque ius quartæ assignantium, si coniux præmoriens locuples sit, superstes verò laboret inopia.

Mortis autem ordine hoc, qualitateque existente, licèt antequam coniux superstes pauper quartam peteret, aut consequeretur, decedat, illius ius ad hæredes transmitti, cum iam in persona coniugis radicatum extiterit, eueneritque exactionis casus, indubiè tenendum videtur, *text. in l. Hereditas*, 63. *& l. Haredem*, 60. cum similibus, *D. de reg. iur.* & ita suprà dictam intelligendam, limitandamque sententiam.

VTRVM PENDENTE confectione inuentarij possit pauper hæredem etiam pro hæreditariis actionibus conuenire?

SVMMARIVM.

1 *Hares defuncti personam repræsentat, eademque videtur cùm defuncto, & in illum (licèt haredis nulla sit facta mentio) defuncti actiuè, & passiuè transit obligatio.*

2 *Et etiamsi in principalis obligatione adsit dictio taxatiua* tantùm, *eius adhuc comprehenditur hares.*

3 *Si statutum dicat*, vt debitor possit pro debito incarcerari, *eius quoque hares poterit, licèt de eo nullam faciat statutum mentionem.*

Statutum constituens certam pœnam petenti illud, quod iam solutum erat, in eius quoque harede, quando de eo notitiam habuit, procedet, ibidem.

4 *Contra haredem, sicut contra, debitorem principalem, ad petitionem haredis, sicut ad petitionem principalis executio facienda est.*

Etiamsi statutum mandandum executioni instrumentum contra debitorem in ipso comprehensum, vel descriptum dicat, ibid.

In statutis de persona ad personam non fit extensio, ibid.

5 *Hares inuentarij confectione durante, à creditoribus, legatariis, vel fideicommissariis conueniri non potest.*

Et quid hodie de iure nouiori? n. 9.

Et quid in actionibus realibus, & quando hares vt quilibet alius conuenitur? num. 8.

6 *Exceptio inuentarij non confecti litis impedit ingressum.*

7 *Sententia contra defunctum lata contra haredem tempore confectionis inuentarij durante exequi non potest.*

9 *Intellectus ad* textum in l. final. §. Donec. C. de iure deliberat. in authent. Vt cum de appellat. cognoscit, §. Sancimus, el 2. collatione 8. & in l. final. titulo 13 part. 1. & l. 19. titulo 7. part. 7.

De iure Digestorum dum funus tantùm ducebatur prohibitum erat aliquem ex defuncti familia in ius vocare, ibid.

10 *Pauperes etiam intra tempora conficiendi inuentarium poterunt sibi debita, vel relicta ab haredibus vt necessitatibus suis subueniat, exigere, & n. 13 & 14.*

11 *Et siue sint pro alimentis relicta, siue non, dummodò pauperi relinquantur.*

12 *Legatum alimentorum non pauperi factum intra tempora conficiendi inuentarium exigi non poterit.*

13 *Arbitrio Iudicis relinquitur, quis dicatur pauper, vt per modum saltem prouisionis sententiam interlocutoriam contra debitorem pro alimentis intra tempora conficiendi inuentarij obtineat, debitaque possit ab eo exigere.*

QVÆSTIO LVII.

Licèt hæres personam defuncti repræsentet, † eademque cum eo videatur, *authent. de iureiurand. à morien. prestito in principio, collat. 5. l. fin. C. de haredib. instituend. cum aliis*: Et quidquid iuris est de aliquo, idem etiam sit de eius hærede, in eumque defuncti obligatio (nulla etsi hæredis facta mentione) actiuè, & passiuè transeat, *textus in l. Veteris*, 13. *C. de contrahenda & commis. stipulat. text. in l. postulante*, 44. *versic. Caterum, D. ad Senatusconsult. Trebell.* & vtrobique communiter Doctores, *Ias. in l. 2. §. Item si in facto, num. 1. versic. Quaro ergo. D. de verbor. obligat.* Quinimò etsi in principalis debitoris obligatione adsit dictio taxatiua *Tantum*, † vt si de se *tantum*, vel de suo dato, & facto *tantum* promittat; adhuc in ea (ex suprà dicta ratione, quòd vna eademque persona cum defuncto videatur) comprehendatur hæres, vt probat textus singularis in *l. Si necessarias*, 8. §. *De vendendo, D. de pignorat. actione, & in l. Stipulatio ista habere licere*, 38. *in princip. versic. Sed si se* (& ibi notant *Paulus Castrens. Ludouic. Roman. & Alexand.*) *D. de verbor. obligat.* singularemque dicunt ad id textum ibi *Baldus & Salycetus in l. final. C. de actionibus empti*, sequitur *Ias. in dicta l. 2. §. Item si in facto, numero primo in fine, & numero 2. & in l. 1. numero 11. versic. Quartò limita, D. si quis ius dicent. non obtemperauerit, & in l. Si sibi, §. Si quis per tot. D. de pactis, Barthol. Cassanæ. in consuetud. Burgund. titulo descens. rubric. 11. verbo, Contre le principal oblige, §. 4. numero 2. & sequentibus, folio mihi 363. Decius consilio 213. numero 8. Hippolyt. de Marsil. singular. 475. incip. Non est tibi nouum, & singul. 656. numero 2. Andreas Tiraquell. de retractat. conuent. §. 1. glossa 6. numero 4. Nicolaus Boërius decisione 67. numero 5. Antoni. Gabriel communi. opin. libro 6. titulo de verbor. significatione, conclusione quinta, numero secundo, Petrus Cened. singul. 2. de dictione Tantum, numero tertio, Cald. Pereira de emptione, & vendit. capite 28. numero 3. & 5.*

Ex

Ex hisque fiat, vt si statutum dicat, *posse debitorem pro debito incarcerari*, eius quoque hæres † (licèt nullam de hærede faciat statutum mentionem) possit, vt docent *Bart. in dicta l. Postulante*, 44. *numero primo. D. ad Senatusconsult. Trebell.* quem sequuntur ibi, *Paul. de Castro, & Alexand. Ias. in dicto §. Item si in facto, numero 2. de verborum obligat. & in l. Diuortio, §. Internum, numero sexto, & septimo, D. soluto matrimon.* pulchrum per hæc decidens casum: Quòd statutum certam constituens pœnam petenti illud, quod iam sibi solutum erat, quamuis sit personale; in eius quoque hærede, quando scientiam habuit de hoc, locum habet: sic conclusisse asserens *Fulgosium consilio 31. incip. Dubia super quibus consilium postulatur*: suprà dictam etiam sententiam latè firmauit *Azeued. in l. 19. titulo 21. libro 4. nouæ Reg. Collect. à numero 86. ad numerum 90. & in l. 14. titulo 7. libro nono, Antonius Gomez in l. 64. Taur. num. 5.*

Contráque hæredem sicut contra principalem debitorem, & ad petitionem hæredis, sicut ad petitionem creditoris executio
4 † facienda sit; *text. in dicta l. Postulante, 44. ad Senatusconsult. Trebell. textus in l. 1. & toto titulo C. de hæredit. actionibus, textus in l. vnic. C. vt actiones ab hæred. & contra hæred. incip. tex. in l. Ex contractu, 44. D. de re iudic.* notat *Bart. in dicta l. Postulante*, per quam dicit *Paulus Castrens. ibi in principio*, statuto dicente, mandandum esse executioni instrumentum contra debitorem in ipso comprehensum, vel descriptum, etsi in statutis, quæ de persona ad personam non extenduntur, loquamur, *l. Si verò, 65. §. De viro, D. solut. matrim.* Secùs tamen hoc in casu esse, executionique contra hæredem mandandum: quia talis statuti dispositio personam, quæ non sit, nec reputetur eadem cum defuncto, repellere intelligitur, secùs si reputetur. Præfatam quoque tenet sententiam *Ias. in l. Iulianus, numero tertio, D. de verbor. obligation. Barthol. Cassana. loco proximè relato, numero primo, & sequentibus*, latè *Rodericus Suarez in l. Post rem indicatam, extensione 1. numero primo, & 10. D. de re iudic. Antonius Gomez vbi suprà Paz in praxi quintæ partis tomi primi, capit primo, numero 36. Didacus Perez in l. 4. titulo octauo, libro tertio, Ordinam. glossa 1. Pagina ibi 629. versicul. Quæro, vtrùm executio per instrumentum guarentigium peti possit contra hæredem? Azeued. in dicta l. 19. titulo 21. numero 86. Ioann. Yañez Parlador. rer quotidianar. lib. 2. cap. fin. 4. part. §. 1. n. 1.*

Non tamen ante hæreditatis acceptationem, inuentariúmque confectum, sed postea hæc locum habent. Inuentarij námque confectione durante, à creditoribus hæreditariis, legatariis, vel fideicommissariis con-
5 ueniri † nequaquam hæredem posse; est *textus in l. final. §. Donec, C. de iure deliberan.* cuius sunt verba: *Donec tamen inuentarium conscribitur, vel si res præstò sint, intra tres menses, vel si absuerint, intra annale spatium secundùm anteriorem distinctionem, nulla erit licentia, neque creditoribus, neque legatariis, vel fideicommissariis eos, vel inquietare, vel ad iudicium vocare, vel res hæreditarias quasi ex hypothecarum authoritate vendicare, &c.* textus etiam de iure Regio in *l. 7. titulo 6. part. 6. & ibidem Gregor. verb. Mandando algo, Rodericus Suarez in dicta l. Post rem iudicatam, extensione 1. numero 5. & ibidem Baldes in eius additionibus ad numerum 6. Nicola. Boer. decisione 10. numero 2. & 3. Gaspar. Baeça de inope debitore, capite 6. num 16. Anton. de Menesis in l. Eam quam, numer. 113. C. de fideicommiss. & in l. 1. numero 4. C. de iuris, & facti ignor. Antonius Gomez in dicta l. 64. Taur. numero 5. Didacus Perez supra Marius Giurba in consuetud. Senat. Mesanens. capite 9. glossa 5. numero 6. part. 1. Rolandus à Valle de confect. inuentar. 4. parte, versic. Quarta est vtilitas, numero 1. & sequentibus, Francisc. Porcellin. eodem tractatu de inuentar. capite 4. quæstione 7. numero 9. Ioann. Bardell. consilio 58. numero 31. Azeued. in dicta l. 19. titulo 21. libro 4. nouæ Regiæ Collect. numero 91. Didacus Spino de testament. glossa 35. numero 46. Vincentius de Franch. decisione 352. Paz dicta 5. parte, 1. tomo, capite 1. num. 4. Ioannes Aloysius Ricci. collect. 463. parte 2. Aluar. Valasc. in praxi partit. cap. 8. n. 20.*

Huiusmodique exceptio, inuentarij non confecti † litis ingressum impedit, vt notant *Bart. in dicto §. Donec, numero primo, Iason in dicta l. Eam quam, numero 10. & in §. Fuerat, numero 71. instit. de actionib.* plurimos referens *Petrus Surdus de alimentis, titulo octauo, quæst. 11. num. 2.* & alij ex suprà proximè adductis. 6

Etiámque si sententia contra defunctum lata sit confectionis inuentarij tempore † durante, contra hæredem exequi non poterit, *Bart. vbi supra in dicto §. Donec, numero primo, Rodericus Suarez dict. extens. 1. numero quinto, Gaspar. Baeça dicto capite sexto, numero decimoseptimo, Rolandus à Valle vbi supra, versicul. Sciendum. Stephan. Auferri. in additio lib. ad Capell. Tholos. decisione 257. in fin. Iacob. Cancer. variarum resolutionum libro secundo, capite tertio, n. 98. & libro 3. cap. 2. numero 156.* plures alios referens sequitur *Marius Giurba dicto loco, & numero suprà.* 7

An autem in actionibus quoque realibus, † & quando vt quilibet alius conuenitur hæres, nec lis fuit cum testatore cœpta, suprà dicta procedant? vt non confecti inuentarij exceptio litis ingressum impediat, conueniríque possit hæres? vide late *Rolandum à Valle dicto tractatu de confectione inuentarij, 4. parte, versicul. Quarta est vtilitas, numero quarto & quinto, Vincent. de Franch. dicta decisione 352. per tot.* præcipuè ex *num. 2.* qui, quandóque pro vna, quandóque pro alia parte iudicatum refert, *Franciscus Porcellinus dicta quæstione 7. capite quarto, numero nono, de confect. inuent.* plenissimè *Phanuti. de Phanut. de inuentar. hæred. 5. parte, numero secundo, & sequentibus, Gregorius Lopez in dicta leg. 7. titulo sexto, part. 6. glossa secunda, verbo Mandando algo, versiculo. Et limita istam legem, Ioann. Aloysius Ricci. dict. collect. 463.* limitatione 1. *Andreas Fachin. controuers. libro sexto, capite 27.* qui tempore 8

confectionis inuentarij durante, neque realibus actionibus, neque vt quilibet alius possessor conueniri, quoquóve modo inquietari hæredem posse, probat, ac defendit.

Hodiè autem ex nouiori Authenticorum, Partitarúmque iure non pro confectionis in-
9 uentarij tempore; sed nouem † tantùm dierum huiusmodi pro hæreditariis actionibus hæredes conueniendi facultas denegari videtur, ex textu in *Authent. Vt cum de appellatione cognosc. §. Sancimus, el. 2. collatione 8. Authent. Sed neque, C. de sepulc. violat. & in l. fin. titulo 15. part. 1. & in l. 13. titulo 9. part. 7.* Per quæ iura *dicta leg. final. §. Donec, C. de iure delib.* correctionem introducere voluerunt quidam. In qua fuerunt opinione *Auendañ. in titulo de exceptionibus in declaratione legis 4. & 5. Ordinam. numero 25. Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3 Ordinam. folio mihi 629. vers. Quæro vtrùm exceptio, & Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. 5. part. §. 1. num. 28.*

Communior tamen resolutio est: *tex. in d. §. Donec*, in legatariis, fideicommissariísve procedere: vt hi intra tempora conficiendi inuentarium conuenire hæredem non possint: Textum verò in *d. §. Sancimus, Regidque Partitarum* iura, in aliis non testamentariis creditoribus, quibus post nouem à morte testatoris dierum spatium hæredem licèt conuenire. In hac fuerunt sententia *Petrus Rebuffus ad constit. Regias, titulo de appellationibus, articulo 16. glossa 1. numero 26. & titulo de liber. obligat articulo 3. glossa 2. numero 32. Bartholom. Cassane. in consuetud. Burgund. rubric. 7. §. 13. numero 9. Petr. Dueñ. regul. 277. Gaspar Baeça de inope debitore, capite 6. numero 15. & 16. Marius Gmb. in consuetud. Senat. Messanens. capite 9. glossa 5. num. 6. part. 1. Ioannes Gutierrez de iuramen. confirmat. 2. parte, capite 4. à numero 18. Azeued. in l. fin. titulo 21. libro 14. nouæ Reg. Collect. numero 62. Amator Rodrig. de executionibus, capite 4. numero 5. & 7. Aluar. Valasc. in praxi partition. cap. 8. numero 23. Petrus Sanz Morquech. de diuis. bonor. libro 1. cap. 1. numero 65. Iacob. Cancer. variar. resolut. dict. libro 2. capite 2. numero 156. & cap. 3. num. 98. Paz in praxi, 5. part. 1. tom. capite 1. numero 44. & sequenti*, vbi quoad leges Regias hanc assignat interpretationem; quoad textum verò in *dict. §. Donec*, correctionem per *textum in dicto §. Sancimus*, induci, affirmat, ex eo quòd *dictus §. Donec* generaliter, imò & expressè tam in legatariis, & fideicommissariis, quàm in hæreditariis creditoribus loquatur. Postmodum tamen *idem ipse ibi, numero 46.* maturiori iudicio vsus, sententiam mutauit, inter vtrúmque paragraphum correctionem vitando, intelligendóque *textum in dicto §. Donec*, quando inuentarium fit; quia tunc intra tempora illud conficiendi non potest hæres conueniri: dictum verò §. *Sancimus*, quando inuentarium non fit; quia tunc post nouem poterit dies aduersus eum iudicium agitari. Quæ mihi etsi arrideat opinio: alia eleganti noua, & à nemine assignata, congruáque (ni fallor) ratione, correctionem inter prædicta iura vitari, eáque ad concordiam reduci posse arbitror. Quia *text. in dicto §. Donec* actiones tantùm hæreditarias, & quæ à defuncti persona originem trahunt, moueri aduersùs hæredes intra tempora confectionis inuentarij vetat, non etiam alias: *Text.* verò in *d. §. Sancimus*, quasuis alias etiam non hæreditarias intra nouem dies aduersùs hæredes, siue alios de familia defuncti moueri prohibet, ibi: *Siue debiti gratia, quod à defuncto descendit, siue alterius cuiuscúmque causa nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis.*

Licèt enim antiquiori iure dum funus tantùm ducebatur, aliquam ex prædictis personis in ius vocare sub grauibus pœnis interdictum esset: *text. in l. 2. & in l. 3. D. de in ius vocand.* Ad nouem postmodum vsquè dies ex Authenticorum proximè relato iure id prorogatum est. Ac circa hunc tantùm nouem dierum terminum text. in *d. §. Sancimus* disponere, & innouare videtur, vt intra illud hæres, nec alius de familia defuncti siue ex suæ, siue ex defuncti personæ obligatione conueniri quoquo modo possit; quod in *dicto §. Donec* constitutum non erat, possétque in dicto termino hæres (quantumcúmque cum beneficio inuentarij adiisset) actionibus non hæreditariis, quæque ab ipsomet ortum habebant (*dicta legis 2. & 3. de in ius vocan.* casu excepto) conueniri, solúmque circa hæreditarias actiones text. ibi: dictus verò §. *Sancimus* circa omnes intra prædictum tempus disponit. Post nouendium autem, illæsam *dicti §. Donec* relinquit constitutionem, nec eam aliquo modo corrigit, aut mutat, potiúsque confirmat, vt ex eiusdem verbis in *versic. Post nouem* manifestè deprehenditur. *Post nouem autem dierum excursum* (inquit textus) *si quis contra tales personas aliquas habere putauerit actiones, eas se vndùm leges exerceat*, & sic secundùm *dictum §. Donec*, vt intra tempora confectionis inuentarij actionibus hæreditariis hæres conueniri non possit.

De iure verò Partitarum suprà posita inter legatarios, & fideicommissarios, aliósque creditores sustineri potest distinctio, iámque tradita per *Paz* opinio inter eum, qui inuentarium confecit, & eum, qui absque illius beneficio hæreditatem adiuit.

In diebus tamen, & relictis pauperibus, † 10
neutro iure cõfectionis inuentarij tempus spectari necesse erit, sed & ante eius confectionẽ, necessitatibus suis subueniant, ea pauperes exigere poterunt. Ita docent *Cyn. Bald. & alij in d. §. Donec*: facitque benè *text. in l. Nulli 28. §. Sin autem* (ibi: *Pium defuncti propositum sine vlla cunctatione, vt conuenit impleturus*) *C. de Episcop. & Cleric.* Ad quod textum hunc ponderauit ibi *Bald. num. 9.* & singularem dicit *Roderic. Xuar. in l. Post rem iudicatam, extensione 1. num. 6.* Aduertens, quòd licèt in executore testamenti loquatur; idem tamen in hærede (cum eadem sit ratio) erit: tenet etiam prædictam sententiam *Petr. de Ancharran. consil. 383. num. 4 Ias. in l. Eam quam, num. 20. vers. Tertiò nota, C. de fideicommis. Andr. Tiraquell. (plures referens) de priuileg. piæ caus. priuileg. 24. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 258. verb. Exceptio, Petr. Gregor. lib. 46. syntagmat. cap. 3. Petr. Dueñ. regula 277. numer. 4. Roland. à Valle de inuentar. in vers. Quarta vtilitas, Vitalis de clausul.*

clausul Nihil nouari pendente confectione inuentarij, Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 44. num. 37. & tit. 8. priuileg. 11. num. 4. & decis. 323. num. 10. Martin. Coller. de aliment. lib. 1. cap. 15. num. 49. Mari. Giurb. in consuetud. Senat. Messanens. cap. 7. gloss. 15. num. 5. & cap. 9. gloss. 5. num. 13. & 14. & decis. 4. num. 46. vbique seruari dicens, *Phanut. de Phanut. de inuentar. 4. part. num. 8. Porcellin. eod. tractat. cap. 4. num. 9. Vincent. Carot. de remed. contra præiudic. sentent. vel damnosas executiones, exceptione 68. num. 18. Gregor. Lopez in d. l. 7. tit. 6. part. 6. gloss. 2. verb. Mandando algo, propè med. vers. Et idem si hæres conueniatur, Didac. de Spino de testament. gloss. 35. num. 46. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 62. num. 26. & cap. 236. num. 52. Paul. Æmil. Gallus de exceptionib. quæ oriri possunt in successionibus tam ex testament. quàm ab intestat. part. 2. tit. 4. except. 13. num. 59. Ioan. Aloys. Ricci. dict. collect. 463. vers. Limita secundò, fauore piæ causæ.*

Et licèt plerique ex proximè relatis in relictis pro alimentis loquantur: idem tamen & in legato pauperi facto, quamvis pro eius ali-
11 mentis nominatim relictum non sit † ex identitate rationis, & quia res dilationem non patitur, (quæ est ratio quare id in legato alimentorum Doctores constituant) erit dicen-
12 dum. Cum & pro alimentis non pauperi † relictis, inuentarij faciendi tempora spectanda sint, nec ante ea exigi possint, cum rationes illæ cessent, & ex latè deductis à *Nobis* 1. *part. quæst. 52. num. 16. & seqq.* traditque in specie *Petr. Surd. d. tit. 8. priuileg. 11. num. 4. Stephan. Gratian. d. cap. 62. n. 24.*

Ex eisdémque ipsis rationibus, pietatis scilicèt, & quia periculum sit in mora, alia quo-
13 que debita † licere pauperi ante inuentarij confectionem (Nisi alia quàm inuentarij non confecti obstet exceptio) ab hæredibus exigere; in consequentiam venit. Posséque intra confectionis inuentarij tempora pauperem creditorem à locuplete hærede per prouisio-
14 nis † saltèm modum sententiam interlocutoriam prouisionalem obtinere: firmauit *Sabaudiæ Senatus decisio* relata ab *Anton. Fabro in suo definitionum Codice lib. 6. tit. 11. de iure deli-*
15 *ber. definit. 4.* Quod iudicantis arbitrio, † quandóque locum habeat, sicut cætera, quæ ex circunstantiis facti, & personarum pendent, relinquendum dicit.

VTRVM ADIENS HÆREditatem inuentario non confecto, elapsóque inuentarij conficiendi tempore, propter paupertatem excusetur, ne vltra hæreditatis vires teneatur? Et quid si pauperi succedat?

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium, in solidum pro testatoris debitis, legatisque in testamento relictis, licèt eius ad id bona non sufficiant, tenetur. Amplia, n. 7. & 8.*
2 *Et si plures sunt hæredes, vnusquisque inuentarium suum conficere debet, & num. seqq. Limitatur, n. 5. & 6.*
3 *Hæreditaria onera inter hæredes diuiduntur, & pro ea parte in actione personali ad debita quilibet tenetur, pro qua hæres est.*
4 *In actione reali, & in dote insolidum quilibet hæredum rei possessor tenetur.*
8 *Pater, quem filius in castrensi, vel quasi hæredem instituit, inuentario non confecto, in solidū vltra vires hæreditarias tenetur.*
9 *Et quid in filio patris hærede? & n. 10. & 11.*
10 *Filius absque inuentario paternam adiens hæreditatem (ex magis recepta sententia) in legitima de iure naturæ sibi debita non præiudicat. Contra n. 12.*
13 *Remissio confectionis inuentarij à testatore in creditorum præiudicium facta non prodest, secùs in legatariorum odium.*
14 *Ecclesia inuentario debito tempore non confecto hæreditatem adiens, an vltra hæreditatis vires teneatur? & n. 18.*
15 *Minores, & pupilli inuentarium non conficientes vltra vires hæreditatis tenentur.*
16 *Fiscus an & quando inuentarium conficere teneatur?*
Intellectus ad text. in l. 1. §. An bona, D. de iure fisci, *ibid.*
17 *Fiscus æquiparatur Ecclesiæ, pauperibus, & piæ causæ.*
18 *Pauperes, & Ecclesia hæreditatem absque inuentario adeuntes, vltra vires hæreditarias (ex communiori, vsitatiorique sententia) non tenentur.*
19 *Et de quibus pauperibus intelligendum sit? & n. 22. & 23.*
20 *Hospitali authoritate Episcopi constructo Ecclesiarum competunt priuilegia, earúmque dispositione includitur.*
21 *Hospitale non conficiens inuentarium vltra vires hæreditarias non tenetur.*
23 *Contra non conficientem inuentarium est præsumptio iuris, & de iure, quòd res hæreditarias subtraxerit; contra quam non admittitur probatio.*
24 *Pauperes in genere inuentarium non conficientes, licèt vltra vires hæreditarias teneantur; possunt in integrum restitutionem aduersus omissam inuentarij confectionem obtinere, & num. seqq.*
25 *Minoribus competit in integrum restitutio aduersùs omissam inuentarij confectionem. Limita, & intellige vt num. seqq.*
27 *Pauperibus in genere, & non collegiatè viuentibus restitutio iure minorum, vel Ecclesiarum competit.*
28 *Ecclesiæ competit restitutio aduersùs omissam inuentarij confectionem.*
30 *Tutor, vel hæres pauperis vltra vires hæreditatis ob non confectum inuentarium non tenetur.*
31 *Et an tunc necessaria sit hæredis, vel tutoris protestatio?*

QVÆST. LVIII.

Qvemlibet hæredem conficere inuentarium † debere: aliàs tempore confectio- 1
nis inuentarij elapso, in solidum pro testatoris debitis, legatisque in testamento relictis, licèt ad id testatoris facultates non sufficiant, teneri, est *text. in l. fin. Paragrapho. Sin*

*autem dubius, Cod. de iure deliberand. Authentic. de haeredib.& Falcid.§.Si verò non fecerit, collat.1. text.*de iure Regio in *l. 10. tit.6. part.6.* qua de re latè *Cardin.* Tusch. *practic. conclus.lit.H. conclus.51.per tot. Prosper. Farinac. fragment. crimin. part.2. verb.Hares,n.1. & seqq. Petr. Surd. consil.459. num.16. Caesar.Barzi.decis.35. nu.2.Seraphin.decis.1311: num.2.*

2 Et si plures sint hæredes, vnusquisque † inuentarium suum conficere debet, nec vnius inuentarium alteri prodest; *Michaël. Cras. in §. Inuentarium, quæst.4. num.12.* probátque *Mari, Giurba in consuetud. Senat. Messanens. cap.9.gloss.5.num.40. part.1.* Ex eo, quia cum
3 hæreditaria onera inter hæredes † diuidantur; *l.1.C.de except. l.1. C. si cert. petat.* próque ea parte in actione personali ad debita teneatur, pro qua quis hæres est: *text. in l.2. C. de hæredit.actionib in l.2.C si vnus ex plurib.& in l.2.§.Incertum, D. de Prætor. stipulat.* docéntque *Barnab. Cornazan. decis.35. num.5. Hieronym.Magoni.decis.Lucens.98.n.16.Borgnin. Caualcan.dec.17.num.21.& 22.lib 4.*Licet in
4 reali † quilibet hæredū rei possessor,& in dote, eius fauore teneatur, *text. in l. Si possessor 56. D.de rei vindic. & in l.2. §. Sed si vnus, D.de Prætor. stipulat.* per quæ iura (quamuis in dote non loquantur) ita etiam in dote iudicasse *Senatum* testatur *Cornazan.vbi supra:* Vnumquemque huiusmodi conficiendi inuentarium tenet obligatio,nisi (secundùm *Marium Giurbam,d.loco, n.41.& 42.*) ab vno omnium no-
5 mine † confectum sit,ex *Ias.in l. Si quis ex argentariis, §. Cogentur,n.3.4.& 5. D. de edend. Alvar.Valasc. de partit.c.8.n.28. & decis.62. n.34.Vvesembech.consil.3.n.41.*

Vel nisi omnes cohæredes inuentarij con-
6 fectione † interfuissent, eique subscripsissent, ex *Michaële Cras.d.§. Inuentarium, quæstio.4. num.12.*

Huiusmodíq; cōficiendi inuentarij obligatio, vt à pœna solidum præstandi,contingat liberatio, omnes cuiuscunque conditionis: & quali-
7 tatis hæredes † comprehendit,siue priuata,siue Militari, siue Sacerdotali, siue etiam Imperiali dignitate præfulgeant; text. de his omnibus est in *authentic. de hæred. & Falcid. §.pen. (incip. Quia verò, ibi, Et in omni persona,siue priuata, siue Militari, siue Sacerdotali, siue Imperiali, siue alterius cuiuslibet. Communem námque omnibus hominibus hanc legem ponimus.*
8 Per quem text. idem etiam in parte, † quem filius in castrensi, vel quasi hæredem instituit, (vt inuentario non confecto insolidum vltrà hæreditatis vires teneatur) profitentur *Sebastian. Monticul. de inuentar.cap.5. num.14. & Ioan. Antoni.Mangil. de imputationib.qu.132. per tot.* præcipuè *num.32.* vbi etiam de muliere,Fisco,alijsque priuilegiatis personis,de quibus Nos etiam infra.

9 Idémque in filio † patris hærede, est communis,& verior opinio. Licèt enim patris hæreditatem inuentario non confecto adiens (secundùm magis receptam sententiam) in legitima sibi natura debita non præiudicet, † nec
10 ea ob non confectum inuentarium priuetur: *gloss. in d.l. fin. §. Quod si post deliberationem, verb.Sacramento in fin. C. de iure deliber. & in d.authentic.de hæredib.& Falcid. §. Si verò non fecerit, verb.Lucrari, & in authentic.Hoc amplius, verb. Naturale, C de fideicommiss. & in Authentic. Sed cum testator,verb.Excedant,C. ad leg.Falcid.*pluribúsque relatis defēdit *Andr. Fachin. controuers.lib.4. cap.34. vers. Sed contrariam Ayora de partit.1.part.cap.2.num.23.* post alios quos refert *Didac. Couarruu.in cap. Si hæredes, num.15.in princip. de testam.* aliósque adductos per Cardin. *Tusch.d.lit.H. conclus.58. num.8.& 32.& lit. L.conclus.213.n.1. & sequentib. Prosper. Farinac. d. 2.part. fragment. crimin.verb. Hæres, numer.13. Hercul. Marescot. variar.resolut. lib.1.cap.23.per tot.* communem, ac magis communem sæpe hanc dicendo *Michael Cras.in §.Legitima,quæst.45.* communem quoque dicit *Petr.Sanz Morquecho de diuisione bonor. lib.1.cap.1. numero 12. Ferdinand. Vasquez Menchac. de success. creat. lib.1. §. 8. numero 16. part.1.* & alij ex nimia referendi: quam firmat de iure Regio sententiam *text. in l. 7. tit.11. part.6. & Gregor.Lopez in d.l.10. tit.6. ead. part.gloss. fin.paruum post med.*

Legitima tamen recepta, vltra vires hæreditarias, † etiam legatariis ob non confectum 11
inuentarium tenetur, ita vt ratione legitimæ diminuatur legata, sic verò diminuta, etiam vltra hæreditatis vires soluantur. Ita tradit *Bart.* post *Ricard. de Mal. & Cyn.* quos ipse adducit *in authentic. Sed cùm testator,num.11. C. ad leg. Falcid.* ex pluribúsque *Couarru. in d. cap. Si hæredes, num.15.* cum limitatione tamen, & declaratione ab ipso ibidem assignata, quam etiam cum *Sarmiento* tradit *Farinac. d.loco, n.14.* si filius probet non plus fuisse in bonis, quàm ipse asserat.

Vtilitas autem ex huiusmodi legitimæ deductione, licet postmodum etiam vltra hæreditatis vires filius teneatur,est & affectio,quam ad res paternas habere præsumitur; & quia propria bona filij augentur, vt inquit *Gregor. Lopez in d l.10. gloss.fin.in fin.* éstque de mente aliorum suprà relatorum, & obseruat *Michael. Cras. in d.§.Legitima,quæst.45.vers.Cæterùm licèt.* Exemplum ponit *Hercul. Marescot. d. cap 23. num.10.* Si 300. sint legata, filiúsque pro legitima 100. detrahere debeat,reliqua 200. præstaturus legatariis, licèt vires hæreditatis excedant, & non integra 300. sic tradere dicens *Baldum in l. 1. num.3.C. de bonis author. iudic. possidend. & decis. Pedemont. 148.numero 11.*declararéque *Rolandum à Valle in tract. de inuentar. in 5. & vltim. part. §. Dubitatio oritur, num.19. vers. Ad quid proderit hæc deductio.* Quæ sanè mihi satis dubitabilis est sententia:cui aliquantulum acquiesco per dispositionem *d. leg. 7. tit.11. part.6.* Quam in iuris communis terminis forsan non sustinerem, ex rationibus, & argumentis relatis à *Fachinæo, d. lib.4. cap.34.* quibus non plenè satisfacit ipse, nec eius solutiones contrariorum vires eneruant, ex adductísque à *Menchac. de success. creat.d.lib.1.§.8. num.15.* eámque sententiam (filium scilicet,qui absque inuentario patris hæreditatem adiuit, creditoribus, ac legatáriis vltra hæreditatis vires teneri, † legitimámque amittere) tenuit *Oldrad.* 12
(communem dicens) *consil.142. num.9. vers. Tertiò obiicitur,*quem cum aliis huius sententiæ sequacibus refert *Cardin. Tusch de conclus.58.*

num.8.

num. 8. *Paul. Caſtrenſ. Franciſc. Sarm.* Cuiaci. *Phanut.* & alij, quos adducit *Fachinæ.de lib.* 4. *cap.* 34. *in princip. Petr. Surd. conſil.* 459. *n.* 15. *verſ. Sed non obſtante, & num.* 16. *&* 17. vbi ſimpliciter inquit, teneri filium qui non confecto inuentario adiuit hæreditatem de propriis bonis legatariis, etiamſi nihil in hæreditate reperiatur, ſatisfacere; quia contra eum eſt ſubreptionis præſumptio: multos in id refert, & ſequitur *Marius Giurba in conſuetud. Senat. Miſſanenſ. cap.* 9. *gloſſ.* 5. *num.* 31. *part.* 1. *Ferdinand. Vaſquez. d. lib.* 1. *de ſucceſſ. creat.* §. 8. *num.* 16. *Morque cho de diuiſione bonor. d. cap.* 1. *num.* 13. vbi apertè ſentit prædictam legitimæ deductionem legata non minuere, neque ad bonorum filij augmentum prodeſſe; nullúmque aliud commodum ex ea tunc deductione reportare, niſi bonorum paternorum conſeruationem, ob affectionem, quam circa ea poſſet habere, non verò quoad aliquod aliud intereſſe, vel lucrum ideóque ſoluenda integra legata fore de propriis bonis, ſi hæreditatis vires excedant: & ita etiam tenet *Phanut. de inuentar. parte* 7. *n.* 14. *verſ. Similiter.*

Adeò autem conficiendi inuentarium arctat obligatio hæredem; vt nec à teſtatore eius facta remiſſio (in creditorum (altèm præ-
13 iudicium) † proſit; licèt ſecus in legatariorum odium: eſt receptâ communíſque ſententia, quam tradiderunt *Bald. in d. l. fin.* §. *Cùm igitur, num.* 18. *C. de iure deliberand. Iaſ. in l. Nemo poteſt,* 1. *lectura, num.* 55. *& ibid. Ioan. Gutierr. nu.* 140. *D. de legat.* 1. *Ferdinand. Loaz. in l. Filiusfamilias,* §. *Diui, num.* 71. *D. eod. Roland. à Valle, conſil.* 91. *num.* 17. *lib.* 1. *Didac.* Couarr. *in cap.* 1. *de teſtam.*) communem dicens) *num.* 23. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin.* 61. *num.* 16. *&* 17. *Michaël. Craſ. in* §. *Inuentarium, quæſt.* 2. *num.* 3. *Iulius* Clar. *in* §. *Teſtamentum, quæſt.* 66. *Tiberi. Decian. conſil.* 59. *num.* 27. *lib.* 2. *Iacob. Menoch. conſil.* 942. *num.* 11. *&* 12. plures referens *Mari. Giurb. d. cap.* 9. *gloſſ.* 5. *num.* 32. *& ſeqq. Petr. Morquech. d. cap.* 1. *numer.* 2. *lib.* 1. *Paul. Æmil. Gallus de except. tit.* 2. *except.* 5. *num* 5. *part.* 3. *P. Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure, diſput.* 216. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi de communi, *Andr. Fachin. controuerſ. lib.* 6. *capit.* 25. *in princip. & in verſic. Ego ſanè in priorem ſententiam,* vbi etiam in *verſ. Sed negant, cum tribus ſeqq.* plures qui tenuerunt adducit, nec in odium legatariorum, vel fideicommiſſariorum inuentarij remiſſionem poſſe teſtatorem facere, multas, ſatíſque vrgentes pro ea referens rationes ſententia, licèt priorem tandem probet: quam etiam tenent *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 215. *numer.* 20. Cardin. *Tuſch. practic concluſ. lit. I concluſ.* 348. *num.* 6. 7. 8. *&* 11. *Proſper. Farinac. fragm. crimin.* 2. *part. lit. I. num.* 1094. *verſ. Et rurſus vales, Alua Valaſc. conſult.* 52. *num.* 32. *Paul. Montan. de tutel. cap.* 32. *regul.* 5. *nu.* 103. *Ioàn. Anton. Mangil. in tract. de imputationib. quæſt.* 134. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi latè, *Ioſeph. Seſſe deciſ.* 88. *n.* 15. *part.* 1.

Ex quibus omnibus ſatis apertè videtur deduci, pauperes inuentarium non conficientes, hæreditatémque abſque eo adeuntes, inſolidum creditoribus, legatariíſque vltra vires etiam hæreditatis teneri.

Quod præterea firmatur, quia Eccleſia (cui pauperes æquiparari ſæpè diximus) ſi hæreditatem inuentario debito tempore non confecto adeat † etiam vltra hæreditatis vires 14
teneri, probat manifeſtè *text. in d. authentic. de hæred. & Falcid.* §. *Quia verò,* ibi: *Et in omni perſona, ſiue priuata, ſiue Militari ſiue Sacerdotali,* &c. Cui diſpoſitioni nulla iuris Canonici contraria reperitur, potiúſque hanc tenet ſententiam *gloſſ. in c.* 1. *verb. Patiaris, de teſtament.* quam ſequuntur ibidem *Imol. Antoni. Butr. & Andre. Barbat.* in eandémque inclinat *gloſſ. in cap. Epiſcopus, qui filios,* 12. *quæſt.* 2. *Abb. conſil.* 73. (incip. Circa primum) *num.* 8. *&* 9. *lib.* 2. & aliis relatis *Roland à Valle de confectione inuentar.* 1. *part.* §. *Duodecimò quæritur, num.* 3. *verſ. Sed præmiſſis non obſtantibus,* quam poſt eos tutatur *Fachine. dict. lib.* 6. *controuerſiar. cap.* 20. *Cardinal.* Tuſch. *dict. lit. I. concluſ.* 58. *num.* 22. *P. Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure, diſput.* 217. *num.* 3. *& ſeq.* veriorem dicens *Ioann. Anton. Mangil. de tractat. de imputat. quæſt.* 132. *numer.* 21. veram, & communem *Hieronym. Magon. deciſ. Florent.* 130. *num.* 3.

Item ex eo, quia minores, & pupilli † in- 15
uentarium non conficientes vltra vires hæreditarias tenentur, *text.* eſt *in d. auth. de hæredib. & Falcid.* §. *Pupillis autem, Ludouic. Roman. in d. l. fin.* §. *Nouiſſimum, num.* 2. C. *de iure deliber. Roland. à Valle de confect. inuentar.* 1. *par. quæſt.* 169. *num.* 12. *Phanut. eod. tract.* 2. *par.* 2. *partis, cap. quod incipit, Præteritio inuentarij faciendi, num.* 24. tradit, latéque explicat *Ioan. Anton. Mangil. de tract. quæſt.* 132. *num.* 2. *& ſeqq.*

Item, quia Fiſcus † non conficiens inuen- 16
tarium quando inſtitutus eſt, vt hæréſque ſuccedit, vltra vires hæreditarias teneri, recepta firma, & vera ſententia eſt: cum & Imperator teneatur *d.* §. *Quia verò:* aſſeruerúnque *Roman. Alexand. & Imol. in rubric. D. de acquiren. hæredit. Corne. in d. l. fin. num.* 7. *verſ. Idem. ſi Fiſcus,* C. *de iure deliber. Iul.* Clar. *in pract. crimin. quæſt.* 78. *verſ. Verum ſcias,* vbi teſtatur de communi, dixit quoque communem *Boſi in tractat. criminal. titul. de publicatione bonor. num.* 22. *& tit. de Fiſco, num.* 64. *Martin. de Laude, in tractat. de iure fiſci, quæſt.* 11. *Bertachin. in tract. de Epiſcop. tit.* 4. *libro* 3. 4. *part. num.* 40. *Sebaſtian. Montic. de inuentario, num.* 6. *&* 7. *Roland. à Valle eodem tractat.* §. *Vndecimò quæro, num.* 6. *verſ. Quid dicendum in hoc caſu, Ioan. Antoni. Mangil. d. quæſt.* 132. *num.* 23. *Andre. Fachine. controuerſ. lib.* 6. *c.* 21. indubitabile id dicens *Marc. Anton. Peregrin. de iure fiſci, lib.* 4. *titul.* 1. *num.* 3. firmatúrque per *text. in l.* 16. *tit.* 7. *par.* 7. vbi *Gregor. verb. Lo que recibio,* veriſſimam, tenendam; & practicanda tam de iure communi, quam Regio teſtatur, *Hieronym. Ceual. communi contra commun. quæſtio.* 822. *numero* 15. *& ſeqq.*

Text. enim *in l.* 1. §. *An bona, D. de iure Fiſci* (quæ contrarium ſuadere videtur) quando Fiſcus non vt hæres, ſed vt Fiſcus ſuccedit, cum nempe vel bona ſunt vacantia, vel nullus reperitur hæres; ex delictóve ad eum bona pertinent, loquitur, ac procedit: quia tunc non hæres, ſed poſſeſſor dicitur, vt firmant omnes ſuprà relati, & cum eis *Guil. Benedict. in*

*in c.Raynúntius,verb. Et vxorem nomine Adelasiam,n.*850.

Fiscus autem Ecclesiæ,† pauperibus,ac piæ causæ æquiparatur, vt in terminis nostris tradit *Antoni.Mangil.d.quæst.*132.*num.*18.*vers. Sed Ecclesia,*egitque latè *Nicol.Euerard.in locis legalib. loco à Fisco ad Ecclesiam, vel piam causam.*

17 Igitur sicut hi pauperibus æquiparati, si inuentarium non conficiant , in solidum tenentur:& illi,pauperes nempè tenebuntur,vel Ecclesia.

18 Contraria tamen sententia (pauperes , vel Ecclesiam absque inuentario hæreditatem adeuntes , vltra vires hæreditarias † non teneri) communior, in praxique vsitatior est,eámque tenuerunt *Bart.in l.*1.*num.*36. *Cod.de sacrosanct.Eccles.Bald.in dict.l.fin.num.*11. *Cod. de iure de liber.& consf.*67.incip. *Quidam nomine Maximus,lib* 4 *& consf.*145. *num.*4. *eod. lib. Petr.de Anchar. consf.*411. *num.*10. *in fin. Panorm.in d.cap.*1. *de testam. num.*4. *& in cap.*1. *in fin.de solut.*Paul.*Castrens.& Aret.in l.Si seruus plurium,§. Sed ante,D.de legat.*1. *Iacob.in d.l.fin.dict.§ Notissimum,Cod.de iure deliberan.* vbi quòd in iudicando,& consulendo Bartoli, & sequacium tanquam humaniorem sequeretur sententiam dicit , communem , & quæ seruaretur in practica *Andre.Tiraquel.de priuileg.piæ caus.priuileg.* 88. *Cornel. Beninc. de pauperi.speciali fin.in vltim.voluntat. num.* 56. *Ioan.Antoni.Mangil.de imputat. d. quæst.*132. *num.*20. *vers. Aut. Ecclesia fuit instituta , vel pauperes , & tunc per non confectionem inuentarij, non incurrit dictas pœnas, Lælius Zanch. de priuileg. Eccles.priuileg.*126.*num.*4.*Nicol. Euerard.loco à Fisco ad Ecclesiam,num.*11. memoriæ , quia quotidianum commendandum dicens,*Cardin.Tusch.d.lit.l. conclus.*58. *n.*23. *&* 59. *Aluar. Valasc.* (contrariis respondens) *d.consultat.*52.*num:*47.*Sebastian.de Medic.in tractat.de casib:fortuit.*2.*part.quæst.*9. *num.*25. hácque opinionem seruari testatur in sacro Consilio *Vincent. de Franch. decis.*537. *n.fin.* seruatamque vidisse tempore quo Hospitalis incurabilium Aduocatus extiterat.

Quæ sanè sententia quoad pauperes colle-
19 giatim † viuentes , velnti in Hospitali authoritate Episcopi constructo , cui Ecclesiarum
20 competunt priuilegia , † Ecclesiæque dispositione includitur;intelligenda est,*text.in l.Omnia priuilegia.*33.(*& ibid.Bart.*& alij)*Cod. de Episcop. & Cleric.auth.de Ecclesiast.titul.§.fin. collat.*9.*gloss.in Clement.Dispendiosam,verb.Beneficiis,de iudic.*latè *Felin.in c. De quarta, n.*3. *& seqq.de præscript. Ludouic.Roman.consf.*389. *num.*1.*Panormit.consf.*102. (incip. *Circa personam,& bonorum oblationes*)*num.*5.*lib.*2. plenè *Alex.consf.*9.(incip. *Visis dicto themate*)*num.*1. *lib.*2.*Bartholom.Bellenc.de charitat.subsi.q.*38. *num.*11.*Ioseph.Mascard.de probat.tom.*2. *conclus.*869.*num.*9.*& seqq.*vbi de istis Hospitalibus communiter sicut de Ecclesiis iudicari notat,*Cardinal.Tusch.practic.conclus. lit.H. conclus.*163.*per tot.*præcipuè *num.*6.*& seqq. Borgnin.Caualcan.decis.*17.*num.*63.*par.*2. *Marc. Anton.Macerat.var.resolut.lib.*1.*c.*14.*num.*6. *Alex.Ludouic.*(tunc Rotæ Romanæ Auditor, ad Pontificialis postmodum dignitatis apicem euectus)*decis.*4.*num.* 11.

Et in specie quòd pauper Hospitale inuentarium non conficiens,† vltra vires hæreditatis non teneatur,firmauit *Ioseph. Masc.d.conclus.* 869. *num.* 20. allegat *Angel. in §. antepe. in auth.de alienat.& emphy.* 21

In aliis verò non sic collegiatim viuentibus pauperibus , & in genere, si inuentarium non conficiant † non excusari , vltra vitésque 22
hæreditatis teneri : firmandum dubio procul erit,ex generalitate *text.in d.l.fin.§. Sin autem dubius,C.de iure deliber.* & expressius per *d.§. Si verò non fuerit,in auth.de hæredib.& Falcid. colla.*1.ibi : *Communem namque omnibus hominibus hanc legem ponimus* , & quia in eis rationes , quæ huic constitutioni ansam præbuere, militant : præsumptio scilicet rerum hæreditariarum subtractionis : Quam iuris,& de iure,
†contra cámque in contrarium non admitti 23
probationem , dixerunt multi per *text. in d. auth.de hæredib & Falcid.§.Sancimus:*in quam sententiam inclinat *gloss. ibi verb. Non forrè,* tenuerúntque *Paul. Castrens. in auth. Sed cum testator,num.*1.*vers.Quintò ponit duo,Cod.ad l. Falcid.Ias.in dict.l.fin.§.Etsi præfatam,num.*2. *Cod. de iure deliber. Alexand. in rubric. D.de acquirend.hæreditat. num.*6.*& consilio* 6. (incip.*Considerandum est*)*num.*1.*lib.*4.*Bald.consilio*21.(incip.*Factum sic debet proponi*)*in principio.lib.*4.*Petr.de Anchar.consf.*365. (incip. *In themate*)*num.*5. latè *Vincenc. de Franch. decis.*536.*num.*14. *& sequentibus, Cardin.Tusch. dict.littera l.conclus.*58.*num.*3. 4.*&* 5. *Aluar. Valasc.d.consult.*52. *num.*47. *Prosper Farinac. fragment.crimin.d.*2.*part.lit.l.num.*1.*prope fin.* licèt dubitanter,*P. Ludouic. Molin.de iustit. & iure , tractat.* 2. *volum.* 1. *disputatione* 217. *num.*2.

Quæ in Ecclesia, vel pauperum Hospitali, quod eodem quo Ecclesia iure (vt diximus) censetur, non militat, nec procedit præsumptio,vt firmant omnes *supra num.*20. relati;militántque in pauperibus collegiatim viuentibus, eorúmque Hospitali aliæ , quæ in Ecclesiis,vt ob non confectum inuentarium à dicta pœna præsumptionéque excusentur;quas post, *Tiraquel. de priuileg.piæ caus. d.priuileg.* 88. *num.* 1. latè præter alios recenset *Andre. Fachin.controuers.d.lib* 6.*cap.*20.*vers.Argumenta sunt ista.*

Licèt autem pauperes in genere,nec collegiatim viuentes,vltra vires mero iure teneantur:poterunt tamen in integrum restitutionem † aduersus omissam inuentarij confectionem petere,ac obtinere. Huiusmodi enim restitutio minoribus (etsi vltra vires hæreditarias ob non confectum inuentarium , vt prædiximus teneantur) †competit;*text.in d. auth. de hæredib.& Falcid.§. Pupillis autem, coll.*1. *gloss.in l. Auxilium,*38.*verb.Cessabit,* (quam ibi sequitur *Angel.*singularem dicens) *D.de minor.Purpur.in addit.ad Ias.in d.l.fin.in princ.num.*2. *lit. C.ver. Minore, Bald. consf.*67. (incip. *Quidam nomine Maximus*) *circa fin.lib.* 4. *Bertrand. consf.*103. *num.*58. *lib.*2. *Augustin. Beroi.consf.*37.*num.*7. *lib.*2. *Cardin. Tusch. d.conclus.*58. *n.*29,*Roland à Valle de inuentar.*1.*p.§. Quintò quæro,num.*2.*Ioan.Ant. Mangil.de imputationib.d.q.*122.*num.*8. id limitans, & intelligens, *num.* 9. dummodo hæreditatem esse damnosam † minor probet, ex *Guid.Pap. decis.*141. 142.

142. & 571. *Roland. à Valle vbi ſuprà prope fin. Franc. Marc. deciſ. 249. par. 1. Mynſinger. obſeru. ıt. 16. cent. 4.* probátque latè *Natta conſil. 214. num. 7. & ſeq. Card. Tuſch. d. concl. 58. num. 44. & lit. R. concluſ. 284. num. 13.*

Sed pauperibus etiam collegiatè non viuentibus, & in genere (ſecundùm quod 1. *par. quæſt.* 30. latè oſtendimus) iure minorum, vel
27 Eccleſiarum in integrum † competit reſtitutio: ergo & aduersùs omiſſum inuentarium competet. Eccleſiámque reſtitutione hoc in
28 caſu frui, † fatentur etiam omnes aſſerentes Eccleſiam ob non confectum inuentarium vltra hæreditatis vires teneri, numeris antecedentibus adducti, & cum eis (communem dicens poſt *Roland. à Valle, & Couar.* ibi relatos) *Hieronym. Magon. d. deciſ. Florentin.* 130. *n.* 6. Quare & pauperes, qui illi æquiparantur, fruentur.

Et in terminis ſententiam noſtram (ratione ſcilicet paupertatis ſubueniendum per benefi-
29 cium in integrum reſtitutionis fore † pauperi, qui abſque inuentario hæreditatem adiuit, tenuit *Franciſc. Marc. deciſ. Delphinat.* 291. *n.* 3. *lib.* 1. *Andr. Tiraquel. d. priuileg.* 88. *num.* 2. qui tamen ſimpliciter in pia cauſa hærede inſtituta loquitur, quæ caſum quoque noſtrum comprehendit; cum ſingulorum etiam cauſa pia ſit, vt 1. *part. in præfat. num.* 3. *& ſeqq. & quæſt.* 52. *num.* 40. tradidimus: ex aliiſque fundamentis prædictam tenet, firmátque ſententiam *Phanut. de Phanut. de inuentar.* 2. *part. cap. Præteritio inuentarij n.* 22. *&* 23.

Et licet contra eam deciderit *Rota Lucenſis* (vt teſtatur *Hieronym. Magon. d. deciſ. Lucenſ.* 40. *ex num.* 21. *cum ſeqq.* (apertè tamen idem ipſe demonſtrat, ob non plenè probatam paupertatem, ſed in genere, ad iſtúmque caſum eius probationem non redactam, ita fuiſſe iudicatum, aliaque illius deciſionis fundamenta facilè poſſent elidi.

Sed vt verum fatear, nec ratio illa (quòd paupertas in ſpecie, & reſpectu huius actus ad excuſationem inuentarij non confecti non fuerit probata, quod nempe tali premebatur paupertate, vt nec ad inuentarium conficiendum ſufficientia bona haberet; qua etiam *Phanut. de Phanut.* loco proximè citato ad ſententiam noſtram tenendam præcipuè mouetur, contrariæque deciſionis extitiſſe fundamentũ, apertè eadem ipſa oſtendit deciſio, altérque iudicium proferendum fore, ſi in ſpecie, illiúſque actus reſpectu probaretur paupertas) multum me in fauorem dictæ ſententiæ alliceret. Cùm de bonis hæreditatis pro inuentarij confectione fieri poſſent ſumptus, ex *text. in d. l. fin. §. In computatione, C. de iure deliber.*

Ex alio tamen capite, factæ ſcilicet minorũ, Eccleſiarum, & cauſæ piæ cum pauperibus æquiparationis, eo debere gaudere fauore, aduerſúſque omiſſum inuentarium reſtituendos pauperes, etiamſi in maxima inopia non exiſtant, poſſéntque confectionis inuentarij sũptus facere, firmandum videtur: cum is fauor piæ cauſæ ſit (qui ád omnino egentes, vt ſæpè diximus, non reſtringitur) æquiparatorúmque potentia.

Hæc quando pauper etiam in magna hæreditate ſucceſſit, eámque abſque inuentario adiuit. Quando verò pauperi quis ſuccedit; minor eſt dubitatio, imò dubio procul vltra vires hæreditarias non tenetur, † nec contra 30
eum, tutorémve inuentarium non cõficientem de dolo, tunc aliquatenus præſumptio vrgebit, ſi vel adeò tenue defuncti patrimonium eſſet, vt vel de facili cognoſci poſſet; vel plus, idem, paulóve minùs quàm in eo ſit, in confectione inuentarij expenderetur. Cùm quandóque non minimas in eo fieri expenſas neceſſe ſit, pro mercedibus tabellionum, viatorúmque, pro citandis creditoribus, ac legatariis, vel ſi alio eundum, aut mittendum quàm vbi hæreditaria bona extant, ſit: vt conſiderat *Sebaſtian. Monticul. de inuentar. in explicat. d. leg. fin. in d. §. In computatione, cap.* 11. *num.* 134. *ſuper verb. Inuentarij confectionem.* Suprà dictam ſententiam firmat elegans deciſio *text. in l.* 2. *§. Tractari, & §. Ergo etiamſi mater, D. ad Senat. Conſult. Tertyllian.* tenéntque *Bart. Ioan. de Platea, & Angel. in l. Mediterraneæ (& ibid. eſt text.) C. de annon. lib.* 10. *Plot. de in litem iurand. num.* 250. *Socin. regula* 214. *fallent. vlt. Andre. Tiraquel. de iudic. in reb. exig. ferend. verſ.* 46. *num.* 56. *Guil. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alienand. rubric.* 9. *num.* 7. *Phanut. de inuentar. par.* 7. *num.* 271. *Sebaſtian. Montic. eodem tract. cap.* 5. *num.* 38. *Roland. à Valle eod. tract. part.* 2. *quæſt.* 49. *Paul. Montan. de tutel. cap.* 32. *regul.* 5. *num.* 4. *& ſeqq. & num.* 95. *& reg.* 6. *numero* 18. *verſ. Vel quando tutor, Farinac. fragment. criminal. part.* 2. *lit. I. n.* 1086. *Card. Tuſch. pract. concluſ. lit. A. concluſ.* 201. *num.* 28. *& lit. H. concluſ.* 58. *num.* 59. *Gutier. de tutel. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 34. *&* 47. nouiſſimè *Nicola. Ant. Gizarel. deciſ.* 58. *per tot. Gaſpar. Baeç. de decim. tutor. cap.* 2. *n.* 48. *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 72. *n.* 8. *Franciſc. Viui. deciſ.* 364. *n.* 16. *&* 20. *Ioan. Garcia de expenſ. cap.* 20. *num.* 22. *Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. cap.* 9. *gloſſ.* 5. *n.* 36. *Hieron. Magon. d. deciſ. Lucenſ.* 40. *n.* 21. *Eſcobar de ratiocin. c.* 9. *n.* 60. *Galganet. de tutel. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 41. *Nicol. Intrigli. ſingul.* 167. *n.* 6. *lib.* 2.

Et an tunc neceſſaria ſit hæredis, vel tutoris proteſtatio? † vide *Paul. Mont. vbi ſup. d. nu.* 95. *& Farinac. d. n.* 1086. *in fin.* qui eam deſiderant. Talémque proteſtationem loco inuentarij eſſe, firmat *ibid. Montan. ex Bald. in l. fin. n.* 8. *verſ. Extra quæro, C. qui bonis cedere poſ.* Si tamen notoria paupertas defuncti, aut minoris ſit, excuſare à proteſtatione notorietatem, ſuadent dicta à Nobis 1. *part. q.* 31. *n.* 23. *& q.* 32. *num.* 21.

VTRVM FILII, VEL DESCENDENTES PAVPERES TENEANTVR CUM FRATRIBUS, VEL ALIIS DESCENDENTIBUS BONA, QUÆ PRO SUIS NECESSITATIBUS CONSUMPSERUNT, CONFERRE, AUT IN LEGITIMAM IMPUTARE?

SVMMARIVM.

1 *Qui de collationis egerint materia?*
2 *Filius, vel deſcendens, qui ad aſcendentis bona cum aliis deſcendentibus vult venire, profectitia bona conferre debet.*
3 *Profectitiorum bonorum nomine, quid veniat?*

niat? Et quando eorum necessariò collatio sit facienda? remissiuè.

4 *Conferre an debeant tam abintestato, quàm ex testamento succedente?*

5 *Conferre nolens qualiter puniatur? & n.6.*

6 *Et an conferre cogatur?*

7 *Collatio offerenda est ab eo, qui hæreditatem prætendit.*

8 *Pauper qui pro indigentiis, ac necessitatibus suis profectitia bona consumpsit, casúve amisit, à conferendi onere liberatur.*

9 *Nec in legitimam ea imputat, dotémve deperditam.*

10 *Nisi dolo & culpa consumpsisset, & n.11.*
Pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere, ibid.

11 *Lex fingit rem post moram peremptam, stare.*

12 *Expensæ factæ cum filio in studio in legitimam si pater velit, imputantur.*
Et quando secus, n.13. & seqq.

13 *Intellectus ad* text in l. Quæ pater, § 1. D. famil. ercifcund. *& n. sequentib.*

14 *Paria sint ext*are bona, vel non extare; locupletiorem tamen ex consumptu fieri.*
Natura quosdam sic excæcauit, vt summis vigiliis discere nulla valeant, eáque repugnante, irritus est labor, ibid.

15 *Pater expendens in studio pro filio, an & quando donandi animo videatur expendisse?*

16 *Intellectus ad* text. in l. 3. tit. 4. par. 5. & l. 5. tit. 15. par. 6.

17 *Pater expendens in studio pro filio, videtur eum tacitè vsque ad tertium, & quintum meliorare. Tales autem expensæ in tertio, & quinto computantur, nec aliud tertium, aut quintum illi, vel alteri filio poterit pater assignare.*

18 *In tertio, & quinto, aut in legitimam non imputantur sumptus, quos pater in ipsius domo cum filio esset facturus, quantumcúmque animo credendi facere protestetur.*

19 *Vt expensæ à patre pro filio in studiis factæ, vel donatio, quæ alias non confertur, in legitimam imputentur, aut conferantur; necesse est, vt factarum expensarum, donationi'ue tempore protestatio tacita, vel expressa fiat, animo credendi suisse factas.*

QVÆST. LIX.

LAtum hæc offerebat quæstio campum, sed quia collationis materia, & integros in iure titulos; & longos Doctorum tractatus habet: quorum alium,† Ioannes *Sporta Tholosanus*; alium, *Vitalis Nemeaunsensis*; alium, *Aluar. Valasc.* (quem *praxis* inscripsit *partitionum, & collationum*) præcipuè à *quæstion. 12. cum duabus sequentib.* conscripserunt; præter quos etiā, & Doctores in locis ordinariis infrà proxime subiiciendis, latè hac de re egere *Cornel. Beninc. de paupertat. speciali 4. in vlt. volunt. n. 1. cum sequentib. Greg. Lopez in l. 3. 4. 5. & 6. tit. 15. par. 6. Regnicolæ in l. 29. Tauri, & in l. 3. tit. 8. lib. 5. nouæ Reg. Collect. Ioan. Parlador. differentia 149. & 150. cum quatuor paragraphis seqq. Card. Tusch. practicar. concl. lit. C. conclus.* 414. *cum quatuor sequentib.* omnium latissimè *Anton. de Amatis* (si is est) *in repetit. legis. Si emancipati, C. de collat.* in fine suarum decisionum adiecta, qui nihil in ista materia intactū reliquit: Non multū ideo in ea immorabimur.

Regula igitur est, filium, vel descendentem, qui ad ascendentis hæreditatem cum aliis descendentibus vult venire; conferre† profectitia bona debere, *text. in l. Quoniā, nouella 29. vers. Eodémque modo, & in fine* (ibi; Si *ex substantia eius profectu sit, de cuius hæredit. agitur*) *C. de inofficios. testam.* vbi communiter Doct. *text. in l. Vt liberis, 17. vers. Vt in diuidendis, C. de collationib.* & ibid. Doct. 2

Et quid profectitiorum nomine veniat? † quandóque eorum collatio necessariò facienda sit præter alios, vide plenissimè *Aluar. Valasc. in d. praxi partitionum, & collationum, q. 13. n. 1. 3. & seqq.* 3

Huiusmodiq; collatio facienda est à liberis, siue ex testamento, † siue ab intestato succedant; licèt enim de iure Digestorum, & Codicis, ab intestato solùm locum haberet collatio; ex *text. in l. Si filia, 3. D. de collat. dotis, & in l. 1. & l. Filiam, 7. C. de collat.* De iure tamen nouiori Authenticorum, id innouatum est, támq; ex testamento, quàm ab intestato desideratur, locúmq; (nisi testator contrariū exprimat) habet; *text.* est in *auth. Ex testamento, C. de collation. & in auth. de triente, & semisse, §. Illud quoq; collat. 3.* quibus concordat *text.* de iure Regio *in l. 3. tit. 15. part. 6. text.* etiam *in leg. 29. Tauri, & in l. 3. tit. 8. lib. 5. nouæ Regiæ collect.* notāt (post alios) *Ant. Gomez in d. leg. 29. Tauri, n. 3. & Aluar. Valasc. in d. praxi partit. & collat. q. 12 n. 28. & q. 4. n. 13 & sequenti.* 4

Conferreque nolens, † de negatione hæreditariarum actionum puniri, *text.* est in *l. Posthumo. 11. in fin. & in l. Filia, la 2. 12.* in ordine, *C. de collationib.* cuius sunt verba: *Filiæ licèt maneat in sacris, si dotem non conferat, quam mortis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia constitutis, actiones hæreditarias denegari, non ambigitur,* text. in *leg. Filiam cū fratribus, 17. C. eod. tit. leg. 1. §. Si cum duobus, D. de collation. bonorum,* & notant communiter Scribentes in d. ctis locis, *gloss. in d. l. Posthumo verb. Actiones*, quæ ad id hæredem etiam Iudicis officio† compelli posse dicit, expresséq; determinat *text. in l. Soror tua, 8. C. de collationib.* Parum enim noceret denegari actiones, si iam partem suam haberet hæres, vt aduertit *dict. gl. verbo, Actiones.* Vtramq; assertionem (pluribus relatis) firmat *Aluar. Valasc. in dict. praxi partit. & collat. q. 14, n. 8. & 9.* notans pariter *n. 10. & 11.* pœnam hanc denegationis actionum, non ipso iure, sed exceptionis ope competere. 5 6

Non solùm autem ab eo, qui hæreditatem prætendit facienda collatio est, si à cohæredib. petatur: sed etiam offerenda, † vt probat *text.* (& ibi notat *Alex.*) *in d. leg. Filia licèt, 12. versiculo, Vnde consulte, C. de collationib.* cuius sunt verba: *Vnde consulte, ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis, quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate proponis, offeret.* Et ad hoc textum hunc expendit, ac ponderat (eandem sententiam firmans) *Aluar. Valasc. suprà capit. 13. numero 9.* ad quod etiam facere dicit *legem Iulianus, §. Offeri, D. de actionibus empti.* 7

Suprà

Suprà dicta tamen tunc demum procedunt, locúmque habent, quando frater, vel qui conferre debebat, bona possidet, dolóve malo quominus possideret fecit: secus si nec possidet, nec dolo fecit quominus possideret, vt quia pauper † erat, pro indigentiis-
8 que ac necessitatibus suis ea consumpsit, casúve amisit, quia tunc à conferendi onere liberatur, *text.* est in l. 1. §. *Confertur, & in l. 2 §. De illis, D. de collat. bonor. auth. Quod locum, & l. Ea demum, 6. C. de collat.* tenet *Afflict. dec. 247. per tot. & ibid. Cæsar. Vrsil. num. 3.* vbi idem *Afflict.* respondet obiectioni, *quòd æqualitas sit seruanda* (quę fundamentalis collationis faciendæ fuit ratio, vt late post alios obseruant, firmántque *Anton. Gomez in d. l. 29. Tauri, nu. 2. col. 2. vers. Ratio vera, Aluar. Valasc. in d. praxi partit. & collat. quæst. 12. numero 12.*) intelligi debere, si bona reperiũtur tempore mortis defuncti, iuxta præfata iura: dictam quoque sententiam tenet *Cornel. Beninca. de paupertate, speciali 4. in vltim. voluntat.* eam comprobans, exornánsque ex *nu. 24. cum seqq. Anton. Gomez vbi suprà, n. 16. versic. Item etiam, quia reperiuntur consumpta tempore mortis patris, & versiculo, Nec iterum obstat, Anton. de Amatis in d. l. Si emancipati, ex numer. 290. ad n. 324. C. de collat. Didac. à Castillo in dict. l. 25. Tauri, n. 43. Cardinal. Tusch. littera C. conclusione 416. n. 26.*

Nec pariter horum ob paupertatem con-
9 sumptorum bonorum fiet in legitimam † imputatio, ex eadem, qua collatio non fit ratione, ex *text. in l. Illud, 20 §. Hæc autem regula, C. de collationib.* docet *Guil. Benedict. in repet. cap. Raynutius, verbo, Dotem, quam ei dederat, de testament. numero 19.* vbi, quòd in filiæ legitimam non imputabitur dos à patre data, ac deperdita *Muñoz de Escobar* (hanc ex professo differens quæstionem) *de ratiocin. tomo 2. cap. 18. numero 5. & sequentib.* ita pro hac sententia arguit, eamque veram fatetur, vbi bona absque dolo, vel culpa fuerunt consumpta, *Ioan. Anton. Mangil. in tractat. de imputationib. quæst. 43. numer. 1. & 24.* Secùs dicens,
10 si culpa, † & dolo res esse desineret: Cum pro possessore habeatur, qui dolo desinit possidere, iuxta vulgarem regulam *Pro possessore 36. de regul. iuris, in 6. & in l. Is qui dolo, 69. D. de rei vendicat.* Simile adducens de re post morã
11 perempta, † quam lex esse fingit, allegat *text. in l. Vbi autem non apparet, 75. §. fin. D. de verborum obligationib.* qui tamen id non probat, probat autem *text. in l. Si ex legati causa, 23. D. eod.* Et in terminis, etiám id quod non est, si dolo eius qui conferre tenebatur, esse desiit, in collationem venire; statuit *text. in dict. l. 1. §. Confertur, D. de collation. bonor.* Quod cum in paupere ob necessitatem expendente deficiat: consumptorum bonorum nec collationem, nec imputationem faciendam, asserendum venit.

Supradictæ tamen resolutioni, quæ absque dolo, culpaque consumpta bona nec conferri, nec imputari docet, obstare videtur, *text. in l. Quæ pater, la 2. 51.* in ordine, *D. famil. erciscund.* ex qua constat, debere filium studiorum causa patre sibi remissa consumpta in le-
12 gitimam si pater velit, imputare; † text. verba sunt: *Quæ pater filio emancipato studiorum causa peregrè agenti subministrauit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus: in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eum filium pertinuit, computari æquitas non patitur.* Et licèt textus in filio emancipato loquatur; in filio quoque in potestate constituto (& maiori ratione) intelligendum; obseruat *Antoni. Gomez in dict. l. 29. Tauri, num. 16. versic. Secundò, quia donatum,* probatque indistinctè loquentia Regia iura *in dict. l. 5. titul. 15. part. 6. & in leg. 3. titulo 4. part. 5.*

Cui tamen obiectioni, dictæque *legi Quæ pater* responderi potest, in eius specie extare † videri, quæ pater studiorum causa filio sub- 13
ministrauit. Aut enim filius in studio profecit; & tunc locupletior his, quæ consumpsit, factus videtur, iuxta *text. in authentic. de heredibus, & Falcid. §. fin. in collat. 1. & in proœmio Digestorum in §. Nos verò, & in proœm. institut. §. Summa itáque,* & firmant dicta à Nobis *1. part. quæstione 9. numero 18.* Ac per consequens extare. Patria enim sunt extare bona, vel esse consumpta, locupletiorem † ta- 14
men ex consumptis fieri: *text. in §. At ex contrario* (ibi: *Sin aliter quã disposuimus solutio facta fuerit, pecuniam autem saluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior sit*) *institut. quibus alienare licet, vel non.*

Aut non profecit; & tunc, aut sua culpa; & etiam stare videntur consumpta, conferríque & imputari debebunt, ex suprà notatis.

Aut naturali defectu, quia (vt ex *text. in leg. Stichus, 12. D. de legatis 3.* tradit *Andr. Barbat. in 2. proœmio Clement. fol. mihi 7. col. 2. vers. Et ideò,* & ante eum *Bald. in proœm. Decretal. num. 10.* quosdam ita Natura excæcauit, vt luminis vigiliis discere nulla valeant. *Reluctante námque Natura*) vt Seneca lib. 1. de tranquillitate vitæ, titulo de exercitatione animi, inquit *) irritus est labor.* alterque Senec. in Thyeste, actu 1.

Noui ego ingenium viri
Indocile, flecti non potest, frangi potest.

Et tunc cum nec culpa sua filius consumpserit; nec tempore collationis extent bona, nec ex eis locupletior factus sit, prædicti sumptus nec conferendi, nec erunt imputandi. Ex hisque venit intelligenda, ac limitanda *d. l. Quæ pater,* & ita sentit, licèt non sic declaret *Antoni. Gomez. in d. l. 29. Tauri, n. 16. propè fin. vers. Nec iterum obstat, si dicas, quòd istæ expensæ, & excessiua alimenta, quæ filius recepit in studio, sunt consumpta & non extant tempore mortis patris; ergo non debent conferri, etiamsi pater sit protestatus.* argumento *text. in l. Ea demum, C. de collat. Quia respondeo, quòd illud debet intelligi, nisi ex consumptione filius sit factus locupletior, vt in nostro casu.*

In dubio autem videri patrem donandi animo pro filio expendisse, si filius pauper sit, † 15
nec alia bona, quorum pater administrator sit, habeat; non si diues, quia tunc administratorio potiùs nomine expendisse præsumitur: tenét (ex sententia *Bartoli, Decij,* & aliorum, ita dictam legem *Quæ pater* intelligentium) *Ioann. Antoni. Mangil. de imputationib. quæstion. 24. num. 5. & sequentib. Antoni. Gomez in d. l. 29. num. 16. col. 2. ante med. Petr. Nuñez de Auendaño,*

daño, responso 17. numero 2. versiculo, Quod l. mito, nisi pater habeat apud se bona filij. Dionyss. Gothofred in d. l. Quæ pater, verbo si non credendi, littera A. Gregorius Lopez in d. l. 5. titulo 15. part. 6. glos. 6. verbo, E las despensas. Quæ lex, & d. l. 3. *titulo* 4. *part.* 5. licèt indistinctè disponant, expensas à patre pro filio in studiis, & pro librorum emptione factas nec conferri, nec in legitimam imputari: adhuc tamen secundùm dictam *legem Quæ pater* † sunt intelligendæ, contrarium nempè tacitè, vel expressè non volente patre: de quo nullus Doctorum dubitauit, cum eâque sententia omnes simpliciter hac de re agentes Regnicolæ transeunt.

16

Hodie autem ex dispositione legis 26. *Tauri & l.* 10. *titulo* 4. *libro* 5. *nouæ Reg. Collect.* in dubio, cum pater nihil aliud expressit, huiusmodi expensas animo donandi fecisse, in eísque vsque ad tertij, & quinti quantitatem filium meliorare † videtur, in tertióque & quinto eas tenebitur filius computare. Ita docent *Gregorius Lopez in dict. l. 3. titulo 4. part. 5. glos. 3. verbo, En su parte, in fin. Petr. Nuñez de Auendaño dicto responso 17. numero 2.* post *Roderic. Suar.* quem refert *Tell. Ferrand. in l. 17. Tauri, numero* 115. *Ildephons. de Azened in dict. l.* 10. *titulo* 4. *lib.* 5. *noua Reg. Collect. numero* 21. post *Didac. Perez, Gomez Arias,* & alios ibidem adductos, *Ludouic. Velasquez de Auendaño in dict. l. 20. Tauri, glos. 3. numero 5. Ioann. Matienz. in l. 3. titulo 8. libro 5. nouæ Regiæ Collect. glos. 2. numero* 8. vbi, quòd nec aliud tertium, & quintum poterit pater eidem, vel alteri filio dare, adducitque formalem *textum in l.* 12. *titul.* 6. *d. lib.* 5. *nouæ Regiæ Collect.* & firmat ex sententia *Gomez Arias in dict. l. 26. Tauri, num.* 14. & 15. ac *Petri Nuñez de Auendaño in dictionario suo, in verb. Castrense, propè fin.*

17

Non tamen in meliorationem, tertium, & quintum, aut in legitimam imputari debent sumptus, quos in patris domo † faceret filius, quantumcumque animo credendi, nec donandi impendisse pater protestetur, cum ad id omnino teneatur, vt aduertunt *Anton. Gomez in repetita l.* 22. *Tauri, num.* 16. *colum.* 3 *post med. versic. Vnum tamen est, Petrus Nuñez de Auendaño de responso 17. numero 2. Petr. Dueñ. regul. 222. limitat. 2. in fin. Ioann. Matienez vbi suprà numero 6. versic. Expensæ tamen, Ludouic Velasquez in d. leg. 29. numero 6. Borgnin. Caualcan. de vsufruct. mulier. r. lict. numer.* 192. *Ioan. Anton. Mangil. de tract. de imput. qu. 32. n.* 1.

18

In aliis autem non ita necessariis, protestatione patris, expressaque, vel tacita animi declaratione, si ex ea constet credendi animo, nec donandi patrem expendisse, in legitimam (iuxta à Nobis suprà dicta) erunt expensæ imputandæ.

Huiusmodi tamen protestatio, animíve declaratio, quod credendi animo pater expenderit, vt in legitimam fiat imputatio, expésarum factarum tempore † fiat necesse est, nec postmodum sufficere, probat *text. in d. l. Quæ pater,* ibi: *Si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatur.* vbi animum credendi, eiúsque declarationem, tempore quo expensæ missæ, sunt, videtur requirere; & expressiùs in *d. l. Illud,* 20. *C. de collat.* vbi habetur, donationem, quæ non confertur, ita demum debere conferri, si pater tempore factæ donationis protestatus est, in finalibus verbis, ibi: *Nisi huiusmodi legem donator tempore donationis, suæ indulgentiæ imposuerit.* & ad hoc eam notant, & commendant *ibi Odofred. Petr. Cyn. Iacob. Butr. Bart. Bald. Paul Salyc.* & communiter Doctores, multisq; iuribus comprobat *Anton. Gomez in d. l.* 29. *Tauri, num.* 16. *in fin.* & *n.* 27. cum aliis ex suprà relatis.

19

Idque hodie indubitabilius videtur procedere, propter tacitam, quam *lex* 26. *Tauri,* eo ipso quòd contrarium non protestatur pater, meliorationem inducit.

VTRVM MATER AD secundas conuolans nuptias antequam rationem tutelæ gestæ reddat, reliqua soluat, tutorémque filio assignari faciat, propter paupertatem excusetur?

SVMMARIVM.

1 *Omnis administrator, aliorúmque curam gerens inuentarium conficere, rationésque reddere debet.*
Ampliatur etiam in matre, n. 4.
2 *Inuentarium est caput rationum.*
3 *Pœna imposita contra administratores non conficientes inuentarium remissiuè, & num. 5.*
5 *Mater filiorum suorum tutrix inuentarium non conficiens, quas pœnas incurrat? & num. 6.*
7 *Pater filiorum tutelam administrans an inuentarium conficere, rationésque reddere debeat?*
8 *Ratio tutelæ regulariter post finitam tutelam reddi debet.*
9 *Mater etiam ante finitam tutelam si ad secundas conuolet nuptias, rationes reddere debet, reliqua soluere, filióque tutorem antequam nuptias contrahat, assignari facere; aliter filij hæreditate priuatur.*
10 *Et quid si aliquid istorum deficiat?*
11 *Rationes verè reddere is dicitur, qui eas edit, & reliqua soluit, nec reddere rationes censetur, qui reliqua non soluit.*
12 *Mater filiorum tutrix ad secundas post annum etiam luctus nuptias conuolans, antequam suprà dicta faciat, pœnas contra nubentes intra annum luctus statutas incurrit.*
13 *Ampliatur etiam in matre naturali.*
14 *Et etiamsi matrimonium non fuerit consummatum, si illud mater celebrauit, sponsaliáque per verba de præsenti verum exprimentia consensum contraxit.*
15 *Etiam hodie iuris Canonici, Regiique dispositione stante, dicta pœna contra secundò nubentes intra annum luctus, quatenus filiorum fauorem respiciunt, durant, licèt infamia cesset nota.*
16 *Mater filiorum tutrix etiam hodie patitur pœnas intra annum luctus nubentium, licèt post annum luctus nubat, si antequam*

antequã ad ſecundas tranſeat nuptias rationes tutelæ geſtæ non reddiderit, reliqua ſoluerit, filióq; tutorẽ fecerit aſſignari.

17 *Mater pauper ad ſecundas conuolans nuptias, antequam hæc fecerit, an paupertate excuſetur? & numeris ſequentib.*

18 *Mater minor viginti quinque annorum tutrix filiorum conſtituta, ſi antequam tutorem filiis fecerit aſſignari, rationes reddiderit, ac reliqua ſoluerit, nupſerit, excuſatur.*

19 *Priuilegia conceſſa minoribus, pauperibus competunt.*

20 *Mater ad ſecundas conuolans nuptias ante dationem tutoris, rationúmque redditionem ob cauſam fortuitum excuſatur.*

21 *Paupertas inter fortuitos caſus connumeratur.*

22 *Expenſæ in petendo tutore, ex pupilli bonis ſunt faciendæ.*

23 *Mater pupilli pauperis excuſatur ſi antequam ad ſecundas tranſeat nuptias, tutorem ei non petierit.*

25 *Fruſtra requiritur aliquid fieri, cuius nullus inde reſultat effectus.*

26 *Mater filij tutrix, quæ ad ſecundas tranſit nuptias, poſtquam tutorem filio fecit aſſignari, rationéſque reddidit, non tamen quod debere conſtitit, ſoluit, paupertate excuſatur.*

QVÆST. LX.

1 OMnis adminiſtrator, aliorúmque curam gerens inuentarium conficere, † rationéſque reddere debet, *l. Orphanotrophos, 30. & ibid. Bald. numero 6.* & alij *C. de Epiſcop. & Cler. l. Tutores, la 2. 24.* in ordine; *C. de adminiſtrat. tut. l. Tutor qui repertorium, 8.* & ibi Scribentes, *D. eodem*, latè *Specul. in tit. de inſtrum. editione, §. 16. incipit. Dicto, per totum, Bald. conſ. 137.* (incip. *Quædam vidua) num. 5. verſ. Item quæritur, & conſ. 144.* (incip. *Reuocatur in dubium) in fin. lib. 5. Socin. conſ. 24. numer. 37. lib. 1. & conſ. 159. in princ. lib. 2. Petr. Sanz Morquech. de diuiſione bonor. lib. 1. cap. 1. num. 64. Gregor. Lop. in l. 5. tit. 6. par. 6. verb. Las deudas, Ayora de partit. p. 1. cap. 2. num. 9.* proſequitur latiſſimè *Franciſc. Muñoz de Eſcobar de ratiocin. cap. 9. per tot.* planè etiam *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. I. concluſ. 347. per tot.* præcipuè *num. 5. n. 34. & 41. Hieron. Grat. reſponſ. 140. num. 1. libro 2. Proſper. Farinac.* loco proximè referendo, *Iacob. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 209. n. 1. & ſeqq.* vbi copioſè.

2 Rationum enim caput, inuentarium † eſt; *l. 1. §. Officio, D. de tutel. & rationib. diſtrahend.* & aliis iuribus ſuprà adductis *Bart. & Imol. in l. Cum tale, §. 1. D. de cond. & demonſtr. Franciſc. Curt. in tract. de ſequeſtris, n. 17. Gaſp. Baeç. de decim. tut. cap. 2. n. 169. Greg. Lop. vbi ſup. Ayora d. cap. 2. num. 10. Eſcob. d. c. 9. n. 2. Nicol. Boër. deciſ. 61. num. 6. Farin. fragm. crimi. 2. par. lit. I. n. 166. Cardin. Domin. Tuſch. vbi ſup. n. 5. Barthol. Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ rubric. 6. tit. Des enfans de pluſieurs, §. 6. verb. Par inuentaires, n. 5. fol. mihi 221.*

3 Apud quos, pœnas à iure contra huiuſmodi alienarum rerum adminiſtratores, † earúmque curam gerentes ob inuentarium non confectũ impoſitas, videre licet. Nunc ad inſtitutum noſtrum quæſtionémque de matre ſe noſtra cõuertat oratio. In qua firmiſſima concluſio eſt, ſub generali ſuprà poſita regula matrem quoque comprehendi, † adſtringíque & inuentarium conficere, & rationem filiis reddere. Cum 4 enim rationes filiis, quorum tutelam, bonáque adminiſtrauit, reddere teneatur, *text. in l. Omnem, 6. C. ad S. C. Tertyl. auth. de nupti. §. Sin autem tutelam gerat coll. 4. ibi: Et rationẽ reddens & exſoluens omne quidquid hinc debet*: conſequens eſt, inuentarium debere conficere, cum rationum ſit (vt diximus caput, ex eóque ſint regulandę ad quas mater aſtricta eſt rationes, *gloſ. fin. in fin. in l. Si quis prioris, 8. C. de ſecund. nupt.* notarunt *Bart. Angel. & Salyc. in auth. Matri, & auiæ, C. quãdo mulier offic. tutel. fungi poſſit, Philip. Corn. conſ. 198.* (incip. *Quanquam hac conſultatione) n. 11. verſ. Aliud autem, lib. 1. Gaſp. Baeç de decim. tut. c. 2. n. 155. & c. 4. n. 47. Anto. Piagi. de tut. & curat. q. 19. num. 1. Nicol. Boer deciſ. 61. n. 22. & deciſ. 124. n. 9. Montal. in l. 3. tit. 7. lib. 3. Fori leg. ver. Por. eſcrito, Ioan. Gut. de tutel. 3. p. c. 1. n. 23. & de iuram. confirm. 1. p. c. 4. n. 22. Muñ. de Eſcob. de ratioci. cap. 2. n. 22. Ayor. de part. p. 1. c. 2. n. 10. & ſeqq. Tiber. Decian. conſ. 94. n. 15. cum ſequentib. Iacob. Menoch. de arbitrar. d. lib. 2. c. 209. n. 6. Cardinal. Tuſch. d. littera I. concluſ. 347. n. 43.*

Quinimò matrem inuentarium non conficientem eaſdem, quas alij, ob non confectum inuentarium pœnas incurrere, † ſcilicet 5 furti, ſuſpicionem, infamiæ notam, vt contra eam in litem poſſit iurari, carceri mancipari, ac torturæ ſubiici, tenuit *Ludouic. Roman. conſ. 118. num. 3. & ibid. eius Addit.* ſequuntúrque *Barthol. Caſſan. de rubri. 6. Des enfans, §. 6. verb. Par inuentaires, nu. 12. & 13. Caſar. Vrſil. in annotat. ad Mattha. de afflict. deciſ. 75. n. 15.*

Filiiſque ſucceſſione priuatur, † *gloſſ.* (per 6 text. ibi) *in l. 2. §. Quod ſi pater, verb. Nec legitimè, in fin. D. ad Senat. Conſult. Tertyllian.* notátque ibidem *Bart. Neuizan. conſil. 3. nu. 6.* alios referens *Marc. Anton. Peregrin. de iure fiſci, lib. 3. tit. 16. num. fin.*

Quid autem in patre? † vide per *text.* & 7 Scribentes *in l. Cum oportet. 6. §. Non autem, C. de bonis, quæ liberis, & in l. Si ſuperſtite, C. de dolo, Crot in repetit. legis Frater à fratre, n. 56. & ibid. Corraſ. numer. 8. D. de cond. indebit. Bald. in d. l. Orbanotrophos, nu. 7. C. de Epiſcop. & Cleric. Iaſ. in d. l. Præſes, num. 3. C. de tranſ. acti. Nicola. Boër. d. deciſ. 61. n. 1. & ſequentib. Baeça de decim. tutor. cap. 4. num. 7. Andre. Tiraquel. in præfat. ad legem Si vnquam, C. de reuocand. donation. numero 29. Roland. à Valle conſ. 49. numero 13. lib. 1. Iacob. Menochi. d. caſu 209. n. 7. Arias Pinel. in l. 1. 2. part. num. 27. C. de bon. matern. Eſcobar. de ratiocin. d. cap. 3. numer. 23. Ioan. Gutier. d. part. 1. de iurament. confirmat. cap. 4. num. 19. & 22. Ayora d. cap. 2. num. 10. Cardinal. Tuſch. d. concluſ. 347. nu. 31. num. 46. & 47. & littera A. concluſ. 203. n. 19. Proſper. Farinac. d. 2. per fragm. crimin. littera I. nu. 1070. Paul. Montan. de tutel. & curat. c. 38. num. 112.*

Quorum veriſſima reſolutio eſt, patrem debere inuentarium conficere, rationéſque reddere,

dere, quando bona filij emancipati, & in quibus vsumfructum non habet, administrat; secùs si filius in eius existat potestate, cuius tunc bonorum habet vsumfructum, quia simplicem bonorum descriptionem tunc sufficere, asserunt.

Rationes autem tutelæ gestæ non solùm tenetur reddere filio mater post pupillarem ætatem, pubertatéque adueniente, & sic finita tu-
8 tela, vt regulare est, † *tex.in l.1.§.fin.in l.Nisi finita, 4. in l.Cùm tutor, 18. in fin. D.de tutel. & rationib. distrahend.glos.1.in d.l.Nisi finita*, alia iura referens, *& in l. Si tutor.9. §. fin. ver. Competunt, D.eod.l. 2.titulo 16.part.6. prope fin. vers.E la guarda*: Sed etiam ante huiusmodi temporis implementum, finitámque tute-
9 lam, si ad secundas conuolet mater † nuptias, rationes tutelæ gestæ reddere, reliqua soluere, tutorémque filio assignari facere tenetur, aliter filij hęreditate priuatur, *d.l.Omnem, 6.C.ad Senat. Cons. Tertyllia.* cuius sunt verba: *Omnem matri siue ab intestato, siue iure substitutionis (si filius impubes moriatur) denegandam volumus successionem, si ea legitima liberorum tutela susceptа ad secundas (contra sacramentum præstitum) aspirauerit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit, eique quod debetur ex ratione tutela gesta persoluerit.* text. in *authentic.Eisdem, C.de secund.nupti.authentic. de nupti. §. Si autem tutelam, collation.4.* ibi: *Ad maritum veniat secundum, non prius tutorem petens, & rationem reddens, & exsoluens omne quidquid hinc debet, &c.* conuenit *dict. l 12. titulo 16. part.6.* obseruántque (præter ordinarios in dictis locis) *Montal. in d.l. 3. titulo 7. libro 3. Fori leg.verb. En guarda, Tell.Fernand.in l.6. Tauri, n.3. Escob. de ratioci. cap.6.n.2. Nicol. Boër.decis.124.n.12.*

Vtque à dictarum legum pœna liberetur mater ad secundas transire volens nuptias,
10 omnia illa tria † adimplere necesse habet. Tutorem scilicet assignari facere, rationes reddere, ac reliqua soluere, vt ex *dict. l.Omnem, d. authentic.Eisdem, versic. Item & ea*, & ex *dict. §. Si autem tutelam*, constat, notátque *Bald. in d.authent.Eisdem, num.8.& 9.* non sufficere dicens matri tutorem petere, dáriqne vt ad secundas transire possit nuptias, nec rationem reddere, nisi & quod debere constiterit persoluat: addens per hoc sæpè in laqueos ignorantes incidere matres, credentes sufficere tutorem petere. Ideóque se facere fieri, vt dato tutore, reddat rationem mater, reliqua restituat, ac publicum de hoc instrumentum fiat. Id
11 enim est verè rationes reddere, † eas edere, & eis editis, reliqua soluere, *l. Non solùm, 8. §.Is qui reddere, D. de liber.leg.l.Cùm seruus, 82. D. de condit. & demonstrationib. l. Cùm seruus, D. eod.titul. l. Purè, in fin. D.de fideicommis.libert.l.Si ita, 13. §. Hæc quæstio, D de manumi. testament. Anto.Faber.in Cod.definit. libro 3. titulo 25. definit.6. numero 13.* Nec redditæ rationes censentur, nisi & reliqua soluantur, dict. iurib. & tradit *Iacob. Menoch.de arbitrar. casu 209. numero 21.* videndúsque etiam circa hæc *Paul. Montan. de tutel. c.15. num.86.*

Non solúmque hæreditatis amissione aliquid istorum omittens ad secundas conuolans nuptias punitur mater; sed etiam omnes alias,
† quibus intra annum luctus nubens plectitur 12
(de quibus *in l. 1. C. de secund. nupt.*) licèt post prædictum tempus ipsa nubat, incurrit. *text.* est in *d. auth.Eisdem, vers.item & ea, C.de secund. nup. & in d.auth. de nuptiis, §.Si autem tutelam, vers. Sed hoc quidem, coll.4.* vbi hoc ipsum in matre naturali, † quæ naturalis filij 13
tutelam acceptauit, constituit Imperator Iustinian. *in vers. Si verò etiam.* Vtrúmque (aliis adductis) firmat *Marc.Ant.Pereg.de iure fisci, lib.3.d.tit. 6.n.1.*

Habent que prædictæ pœnæ locum non solùm quando matrimonium consummauit mater; sed etiamsi matrimonium tantùm contraxit, † nec consummauit, sponsaliáve per verba 14
de præsenti verum exprimentia consensum celebrauit, secundùm *Bald.in d.l.Omnem, n.10. C.ad S.C.Ter. Bart in auth.Sacramentum, n.3. C.quando muli.offic.tut. fungi possit, Socin. Iuni. cons.8.num.4.lib Montal.in d.l.3.tit 7.lib.3. Fori legum, verb El padre.*

Licet contrarium tenuerit *Nicol.Boër.decis. 266.num.5. Iacob. Menoch.* (alios adducens) *de arbitr.lib.2.casu 151.num.8.Gregor. Lopez in l.5.tit.16.p.6. glos.1.* Qui tamen solùm in sponsalibus loquitur de futuro, vel quando mulier de nubendo egit, non tamen nupsit, quo casu diuersa est ratio, sed cum *Boërio*, & sequacibus (quamuis eis non relatis) tenet etiam *Didac. Couar. de matrimon.par.2. cap.3.§.9.nu.8. in fin.* per *text.* præcipuè de iure Regio *in l. 5. in fin. tit.12.par.4.* Quæ & in sponsalibus de futuro intelligi potest. Primámque sententiam cum *Baldo*, & sequacibus intrepidè tenet, latè comprobans, ac defendens *Ioan. Guttier.de tutel.1.par.c.9.n.4.vers. Contraria tamen opinio, & numeris seqq.* communẽ omninóque seruandam, nec ab ea recedendum firmans: cum qua etiam simpliciter transit *Muñoz de Escobar.d. c.6.n.3.vers.Contrarium tamen.*

Huiusmodique pœnæ contra secundò nubentes, quatenus filiorum fauorem † respiciunt, 15
etiam hodie stante Canonica dispositione *in capit.fin.de secund.nupti.ex Paulo Apostolo, 1. ad Corinth cap.7.* desumpta, Regiáque *in dict. l.3.titul.12.part.4.& in l.5.titul.1.lib 5. Ordinam.* quibus libera conceditur mulieribus facultas intra luctus tempora, anníque à morte mariti spatium matrimonium contrahendi; præter infamiæ notam, quæ ex *dict. capit. fin.* cessat (ibi: *Non debet legalis infamia sustinere iacturam*) locum habebunt. Nec alias pœnas, legésque eas imponentes viduis ad secundas festinantes nuptias, intempestiuéque intra luctus tempora nubentes, non tam ipsarum odium, quàm prioris coniugij liberorum fauorem respicientes, à canonibus, legibúsve Regiis obrogatas censeri; est communis opinio, quam tenent communiter *Scribentes in dict. capit. fin. de secundis nuptiis*, dicitque ab omnibus Canonistis receptam *Bart.in l.1.num.2. C. de secund nupt. Felin. in capit. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut. num.57.* communem quoque dicit *ibidem Decius* (mendosè ab aliis relatus) *numero 122. & ibidem eius Additionator, littera D. & littera E. Abb.eodem loco in repetitione, numero 20. Ripa in repet. rubricæ C. de secund. nupt. num.16 Ioann. à Garronib. in l.1. super glos. fin. numero 23.C. eod.tit*, & magis communem dicit *Mattha. de afflict.*

decisione

decif.75.num.5.& ibid.Cæsar. Vrsil.in eius annotat.num.14.Ioan.Corras.lib.3. Miscellan.iuris,cap.1.Petrus Paul.Paris.consil.29.n.33.& n.42.lib.3.Nicol. Botr. decis.186.n.2.Didac. Couar.rub.d.2.part.de matrim.cap.3. §.9.n.7. vbi de communi testatur, *Didac.Perez in d.l. 5.tit.1.lib.5.Ordinament. versiculo, Est tamen inquirendum.pag.mihi 53.* communem dicens, tenendam, nec tutum esse ab ea recedere:ita etiam *Ioan.Guttier.de tutel.d.1.part.cap.9.n.9. & sequentib.versiculo,Contrarium tamen,*& ex prope infinitis tradit religiosissimus pariter,& scientissimus *P. Thom.Sanch.de matrim.lib.7. disput. 88. n.39.*

Ex quibus deducitur,& infertur,etiam hodie in casu nostro, & *dicta legis Omnem, 6.C. ad S.C.Tert.* iuris Canonici, Regiique dispositione stante, valere constitutionem aduersùs mulierem, quæ ad secundas se transtulit nuptias antequam filio assignari faceret tutorem,
16 †rationes redderet,ac reliqua solueret : & ita in specie notant *Didac. Perez vbi suprà, vers. Deducitur etiam, pagina mihi 54.* ex mente *Azonis, Hostiens. Ioan. à Garro.* & aliorum, quos ibi refert,*Couar.*(communem dicens)*d.§. 9.num.8.*& plurimis adductis *P.Thom.Sanch. d. lib. & disputatione numero 13. 40.* & pleniùs 41.

17 Si tamen pauper † sit mater, ad secundásque ante rationum redditionem, constitutionem tutoris, reliquorúmque solutionem conuolauerit nuptias, propter paupertatem excusari, fatetur ingenuè, indistinctéque affirmat *Hieronym.Gigas de pensionib.q.80. n.7.* allegat text.in *l.& 2.Cod.de secund. nupt. & Baldum in auth.Eisdem, C.eodem.* Sed neque adductæ *leges,* nec *Baldus* eius probant sententiam : ex aliis tamen rationibus,& capitibus poterit sustineri.

Primò, quia mater minor viginti quinque annis licèt tutrix esse non possit; si tamen tutrix fuerit decreta, ad secundásque nuptias antequam tutorem filio fecerit assignari,rationésque reddiderit, transeat in dictas pœnas
18 non incidet, † secundùm *Bald.in d.auth. Eisdem, Cod. de secund. nupti. numero 5.* argumento *legis fin. Cod. de interd. matrim.* dixitque idem *in d.l.Omnem, num.9. Cod.ad S. C. Tert.Montal.in d.l.3. tit.7. lib.3.fori leg.verb. En guarda,vers. Secunda si mater est minor 25. annis,*per text.in *l.1.Cod.si aduers.delict.Greg. Lop.in d.l. 12. titul.16. par.6.gloss.5.P.Thom. Sanch.d.disput.88. n.13.vers.Ea autem pœna, Anton.Gabr.commun.opin.tom.3.lib.3.tit.de secund.nupt.concl.9.n.32.*

Priuilegia autem minoribus concessa, pau-
19 peribus†competunt *Bald.cons.465. n.2.lib.2. & cons.381.num.3.lib.3.Sebastian. de Medic. in tract. de casib. fortui.1. part. quæstio 4. numero 8.* & diximus, *1. parte quæst.25.num.16.* Ergo,&c.

Item, quia mater ad secundas conuolans nuptias ante dationem tutoris, rationúmque
20 redditionem,ob casum fortuitum † excusatur, vt per *text.in l.Præses,5. Cod.de appellationib. & in l.Cum quidam,7.C.de condit.insert.*tenet *Montal.in d.l.3.verb.En guarda,vers. Quarta excusatio matris est.*

21 Paupertas autem inter fortuitos casus† numeratur, *text. in l.2. §.Eo tempore,D.de administ.rer. ad ciuit. pertinen. Sebastian.de Medic. vbi sup.n.1.*

Quæ licèt Gigantis sententiam firment, non tamen omnino ob eorum generalitatem, eam indubitabilem reddunt,aliqui ideo distingui casus poterunt.

Primus, quando mater pauper, quæ ad secundas conuolauit nuptias, filio cuius tutelam administrabat, tutorem non petiit;quo casu si impubes decedat, eius successione regulariter priuari matrem,diximus ex *d.l.Omnem,6.C.ad S.C.Tert.* In nostróque, idem etsi pauper sit mater,†filius verò diues, erit dicendum, cum 22
nec ad id sumptus fiant,necesse sit,& si aliqui desiderentur, ex bonis filij cuius tutelam mater administrat, fieri iure permittente possint, *text.in l.2.C.de negot.gest.*

Si verò filius pauper†sit,ac per hoc ei tutorem non petiit, à dicta pœna excusatur *text. in l.2.§.Quod si penitus,Cod.ad S.C.Tert.* docéntque *Bart. in d.l.2. num. 2. Cod. de negot. gest.& in l.Mediterraneæ,Cod.de annon.& tribut.lib.10. Sebastian. de Medic. in d. tract. de casib.fortui.d.2.p.quæst.4.n.33. Cornel.Beninc. de paupertat.q.4. n.20. Paul. Mont. de tutel.c. 15.n.104.* 23

Secundus casus est, quando mater filij tutelam administrans,antequam rationes redderet, secundò nupsit. In quo etiam paupertate non excusari, † videtur dicendum. Cùm nec 24
tunc ad id expensæ ex parte matris fiant, necesse sit, ac per consequens non sit paupertas impedimento quominùs rationes reddantur.

Adhuc tamen si notoria sit matris paupertas, ita vt facto calculo, reliqua soluere non posse constet; dictarum legum pœnis excusari matrem, licèt non redditis rationibus ad secundas conuolauerit nuptias; sustineri forsan valebit. Frustra enim aliquid fieri requiritur, cuius nullus inde resultat effectus,† nec factũ 25
prodest,argumento *text. in l. Cum heres,52.§. Qui ex parte,D.de acquir.hæredit.cap. Vt debitus,59.vers.Cum autem,extra de appellat.* cum congestis à *Nobis in axiomat.& locis commun. iur.lit.F.num.80.& num.176.* exornauimúsq; in prima huius tractatus parte *quæst.17.n.47. & 48.* Ad effectúmque vt cognoscatur cuius quantitatis debitrix sit mater,quandocúmque cognosci possit.Si enim mater reliqua soluendo non sit; secundas contrahere nuptias reliquorum solutione non facta, non prohibebitur. Et hic est tertius casus. Quando videlicet antequam ad secundas transiret nuptias mater, tutorem filio ordinari fecit, rationésque reddidit,non tamen quod debere constitit,soluit.Quia licèt huius solutionis defectus prædictas supra pœnas contra secundò nubentes incurrere (vt diximus) faciat, ab eis tamen liberabitur mater, quæ ob paupertatem † reli- 26
qua antequam secundas contraheret nuptias non soluit. Aliter enim indirectè, contra iuris dispositionem prohiberetur matrimonium : & in specie, dictam sententiam tenet *Paul. Mont.de tutel.d.c.15.n.104.*

Et secundum suprà dicta,generalem *Hieronymi Gigantis* traditam assertionem intelligendam,ac limitandam arbitror.

Nn 3 VTRVM

VTRVM CLERICVS IN sacris constitutus possit, vel etiam compellatur pro pauperibus, ac miserabilibus tutor, aut curator existere?

SVMMARIVM.

1 *Clerici tutelam, vel curam datiuam vel, testamentariam etiam volentes gerere prohibemur; Nec legatum hac conditione relictum, licèt tutelam non suscipiant, amittunt.*

2 *Et an legitimam acceptare possint?*

3 *Qui Clericum tutorem filiis relinquunt, seuerissimè puniuntur, pro eisque vota, ac preces offerri iura prohibent, & Ecclesiastica sepultura priuantur.*

4 *Episcopus, & Monachus nullam tutelam, testamentariam, datiuam, vel legitimam, etiam volentes gerere possunt.*

5 *Clerici in sacris constituti possunt pauperum, & miserabilium personarum tutores existere: ad idque per Iudicem Ecclesiasticum (si alius saltèm idoneus non reperiatur) compelli, & num. seq. Intellectus ad* text. in cap. Cyprianus, 21. q. 3. *ibid. remissiuè.*

7 *Episcopus gerere potest, ac debet pauperum, miserabiliúmque personarum tutelam, si non sit alius, qui benè, ac tutè gerat.*

8 *Et an in hoc casu possit etiam tutor Monachus assignari?*

QVÆST. LXI.

EX eadem ratione, qua in prima huius tractatus parte non posse in sacris constitutos Clericos Aduocati, vel Procuratoris officium, mercaturámve exercere, diximus; ne scilicet à diuinis subtrahantur officiis: Et tutelam curámve datiuam, vel testamentariam, etiam
1 volentes, †gerere prohibentur, *text.* (& ibi gl. verb. *Permittimus*) *in authen. de sanctissimis Episcop. §. Deo autem amabiles, collat. 9.* innuítque manifestè de iure Regio *text. in l. 14. tit. 16. part. 6.* vbi notat *Gregor. verb. Por razon del parentesco, Bart. consil. 145. num. 1. part. 1. Franc. Aret. consil. 26. num. 3. Speculat. in tit. de tutore, §. Generaliter, num. 10. And. Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 18. Scrader. in tract. de feud. part. 10. sect. 20. num. 27. vers. Quin imò Clerici, Carol. de Graff. de effectib. Clericat. effect. 16. num. 3.* Id amplians *n. 4.* etiamsi Clerico cum ista conditione, vt filiorum testatoris tutelam suscipiat, legatum relictum sit; quia ea non obstante, & legatum consequi, & à tutela se poterit excusare: allegat *Alber. in auth. Presbyteros, num. 2. C. de Episc. & Cleric. & Vincent. Carot. decis. 17. num. 18. & 19.* prædictam etiam sententiam tenuerunt *Guill. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelasiam, 1. p. decis. 2. num. 128. in nouioribus, versic. Et possunt Clerici, Ioan. Guttier. de tutel. 1. part. cap. 1. num. 28. versic. Neque esse, P. Ludouic. Molin. de instit. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 221. num. 10. Paul. Montan. de tut. & curat. cap. 35. de excusat. tutor. vel curat. regul. 1. n. 193. & seq. Borgnin, Caualc. decis. 19. n. 15. par. 3. Maria voto 239. n. 1.*

Licèt legitimam tutelam, vel curam possit Clericus si velit, † non tamen cogatur, acceptare; *text. in l. Presbyteros, & in l. Generaliter* statim sequenti, *C. de Episc. & Cleric. d. auth. de sanctiss. Episc. §. Deo autem amabiles,* ibi: *Presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos iure, & lege cognationis tutelam, aut curam suscipere hereditatis permittimus, proprio, & solo gradu cognationis ad tutelam, & curam vocatis, huiusmodi suscipere administrationem permittimus cap. Generaliter, 40. 16. quæst. 1. d. l. 14. tit. 16. part. 6. & ibid. Gregor. verb. Por razon del parentesco, gloss. & DD. in cap. vlt. 86. dist. Abb. in cap. Non minùs, num. 15. de immunit. Eccles. Aret. in §. Item maior, num. 3. instit. de excusat. tutor. & in §. Sed hoc iure, num. 3. & 6. de Atilian. tutor. Ioan. Ant. de Nigr. in clement. vnic. num. 92. de vita, & honest. Cleric. Bertrand. consil. 116. num. 1. lib. 2. Franc. Viui. decis. 151. n. 7. Cæsar de Graffis in decis. aureis casuum conscient. part. 2. lib. 3. cap. 2. num. 13. Carol. de Graff. vbi suprà, num 19. Borgnin. Caualc. de tutore, num. 288. & d. decis. 19. num. 15.* vbi allegat *Vincent. Manzin. in tract. de tutel. quæst. 7. principal. num. 28. car. 58,* quem tenere videri dicit, nec etiam legitimum tutorem Clericum in sacris esse posse; cuius tamen contrarium firmant superiora iura, & authoritates, tenéntque etiam *Anton. Piaggi. de tut. & curat. q. 3. num. 3. Ioann. Guttier. d. cap. 1. num. 26. Molin. d. num. 10. Paul. Mont. supr. num. 195. Cardin. Dominic. Tusch. practic. concl. lit. T. concl. 415. num. 1. Ioann. Paul. Galter. in praxi tutelar. 1. part. rubric. 2. cap. Vt personam suam inspiciat, num. 13.*

Non solùm autem in sacris constituti Clerici à datiua, testamentariâve arcentur tutela: sed qui eos filiis suis tutores relinquunt, seuerissimè reprehenduntur; † próque illis vota, 3
precésve offerri iura prohibent, *text. in cap. fin. 88. dist.* eius sunt verba: *Neque apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes, & Ministros voluit auocare, Et ideò Victor, cum contra formam nuper in Concilio à Sacerdotibus datam, Geminium Faustinum Presbyterum ausus sit tutorem constituere: non est quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequentetur: vt Sacerdotum decretum religiosè, & necessariè factum seruetur à nobis.* Sic similiter & in *cap. Cyprianus, 21. q. 3.* prouidetur in hæc verba: *Quod Episcopi, & antecessores nostri religiosè considerantes, & salubriter prouidentes censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam Clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo: nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui in altari Sacerdotes, & Ministros voluit auocare,* & Ecclesiastica pariter sepultura priuantur, vt tradunt (cum *Hostiens. in summa de sepultur. vers. Quibus interdicitur Ecclesiastica sepultura*) *Anton. Piaggi. vbi supr. n. 1. & 2. & Guttier. d. cap. 1. n. 28.* propè infinitos in hanc rem cumulauit *Carol. de Graffis d. effectu 16. n. 1.*

Episcopus autem, vel Monachi, nec etiam volentes, † aliquam tutelam, vel curam, nec 4
testamen

testamentariam, datiuam, vel etiam legitimam gerere possunt, *text. in d. authen. de sanctiss. Episcop. §. Deo autem amabiles*, vbi sic statuit Imperator: *Deo autem amabiles Episcopos; & Monachos ex nulla lege tutores, aut curatores cuiuscúmque personæ fieri permittimus*, text. in *d. authen. Presbyteros, C. de Episc. & Cler. & in d. l. 14. tit. 16. part. 6. & in l. 45. tit. 6. par. 1.* notant *Gregor. Lopez in d. l. 14. gloss. 1. Guttierr. d. capite primo. num. 30. & Carolus de Grass. dict. loco, n. 6.*

Pauperum autem miserabiliúmque perso-
5 narum fauore, † datiuam, vel testamentariam tutelam, vel curam posse Clericos in sacris constitutos gerere; est *text. in d. cap. fin. 88. dist.* vbi postquàm Chalcedon. Concilium sæcularium administrationem Clericis interdicit, redditque interdictionis rationes, hæc addit: *Decreuit ergo sancta, & magna Synodus, neminem horum deinceps, hoc est, Episcopum, siue Clericum, aut Monachum conducere possessiones, aut misceri secularibus procurationibus: nisi fortè, qui legibus ad minorum ætatum tutelas, siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ciuitatis ipsius Episcopus Ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, vel viduarum, & quæ indefensa sunt, & earum personarum, quæ maximè Ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei, &c.* repetitus in *cap. 1. 21. q. 3.* consimilis text. in d. cap. 1. 88. dist. *Decernit sancta Synodus* (inquit) *nullum deinceps Clericum aut possessiones conducere; aut negotiis sæcularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum, & orphanorum, ac viduarum, &c.*

Quinimò ad id per Iudicem Ecclesiasticum
6 tamen compelli posse, † si alius idoneus non reperiatur, tenent, probántque *Speculat. in d. tit. de tut. re, §. Generaliter, n. 17. Aretin. in §. Item maior, n. 6. instit. de excusat. tutor. Anton. Piaggi. de tut. & curat. q. 3. n. 4. 5. & 6. Ioann. Guttier. d. cap. 1. n. 31. Bernard. Diaz in pract. cap. 60. in princip. Petr. Rebuff. super constit. 1. Gallic. tit. de sentent. prouis. art. 3. gloss. vlt. n. 24. Cæsar de Graffis in decis. aur. d. part. 2. lib. 3. c. 2. n. 12. Paul. Fusc. in suis singular. lit. C. num. 113. Scader. dict. part. 10. sect. 10. n. 23. vers. Præterea. Carol. de Graff. vbi supr. n. 17. Ioan. Paul. Galter. in praxi tutelar. d. 1. part. rubr. 2. n. 13. col. 2. vers. Quod vero diximus, Paul. Montan. d. cap. 35. num. 197.* vbi ita textum in *d. cap. Cyprianus, 21. q. 3.* intelligendum dicit.

7 Idque etiam in Episcopis, † vt pauperum, miserabiliumque personarum tutelam gerere possint, ac debeant, si non sit alius, qui benè, ac tutè gerat; notarunt *Greg. Lopez in d. l. 14. tit. 16. part. 6. gloss. 1. Guttier. d. loco, num. 30. ad fin. Paul. Montan. vbi proximè*, in id etiam *Concil. Trident.* adducens *sessione 23. cap. 1. de reformat.* ibi: *Pauperum, aliarúmque miserabilium personarum curam paternam gerere*, curam pauperum, miserabiliúmque personarum Episcopis imponens; *Paul. Fusc. loco iam relato*, asserens, hoc in casu Monachum
8 † etiam tutorem assignari posse, *Carol. de Graff.* (eum referendo) *d. effectu 16. numero 17.*

VTRVM EXECVTOR testamenti ad distribuendum bona inter pauperes nominatus possit testatoris consanguineos, ipsiúsue-met, vel filios, aut seipsum si pauperes sint, eligere?

SVMMARIVM.

1 *Eleemosyna extinguit peccatum, sicut aqua ignem, peccatóque resistit. Et plura de misericordiæ virtute, & effectu.*
2 *Executor testamenti ad distribuendum bona inter pauperes in genere, nullis specialiter designatis, nominatus potest ea inter suos, vel testatoris consanguineos verè pauperes distribuere.*
3 *Si duo executores testamenti constituti sint, quorum alter coniunctos testatoris pauperes, alter extraneos elegit; eius erit præferenda electio, qui testatoris consanguineos nominauit.*
4 *Commissarius testamenti executor non arctatur pauperes de domicilio testatoris nominare, sed extraneos etiam poterit eligere.*
5 *Ordo charitatis an in huiusmodi distributione facienda seruandus sit? vt primò inter testatoris consanguineos, deinde in parochianos, tertiò in pauperes de testatoris loco, quartò inter forenses pauperiores, vel magis meritos fiat distributio?*
Etiam in restitutione, vel distributione malè ablatorum facienda in pauperes; sufficit si distributio pauperibus fiat, nec necesse est, vt pauperiori, vel sanctiori detur, licèt expediat, ibid.
6 *Executor testamenti nominatus ad distribuendum inter pauperes, an seipsum, vel filios suos pauperes possit eligere? & num. seqq.*
7 *Patronus non potest seipsum ad iuris patronatus beneficium neque per se, neque per procuratorem ab ipso constitutum præsentare, aut eligere, & n. 8. Limita num. seqq.*
Et quid si Patronus pauper sit? aliásque idoneus: n. 24.
Vnus Patronus præsentat alium, dicto num. 9.
10 *Procurator constitutus ad resignandum in fauorem personæ per ipsummet procuratorem eligendæ, seipsum eligere non poterit. Nec procurator cui velit vendere constitutus, sibimet vendere valebit, cum emptor, & venditor simul quis esse nequeat, & n. 12.*
11 *Creditor cui vendendi ad libitum pignus cuique vellet, facultas data est, sibimet vendere non potest.*
13 *Filius, & pater vna, & eadem persona censentur.*
14 *Quidquid adquirit filius, quoad vsumfructum saltèm, hodie patri adquirit.*
15 *Patronus an possit filium suum ad iurispatronatus beneficium præsentare?*
17 *Mobilis, qui pro conditione sua, ita vt decenter statum suum conseruare valeat; sufficientia*

sufficientia bona non habet, pauper dicitur, distributióque in pauperes facienda, ei fieri poterit.

18 *Testamenti executor pauper potest sibi, vel filiis suis, aut testatoris, si pauperes sint, bona in pauperes eroganda, maléve ablata (si Dominus ignoretur) distribuere.*

19 *Malè ablata, aut quæsita pauperibus (si Dominus ignoretur) restituenda, erogandáque sunt.*

20 *Pauper potest malè ablata, ab eóque iniustè quæsita, quæ pauperibus restituenda venirent, retinere, sibique, aut filiis suis pauperibus erogare. Nec si ad pinguiorem deueniat fortunam, aliis pauperib. ea tenetur restituere.*

21 *Et quid, Domino post distributionem prædicto modo factam comparente, si res in specie extet?*

22 *Intellectus ad* text. in l. Si mandauero, 22. §. Si tibi centum, D. mandat.

23 *Intellectus ad* text. in cap. Consuluit, 15. & cap. Per vestras, 26. de interpatronat. & in cap. fin. de institut. & *num. seqq.*

24 *Pauperi Clerico congruum pro conditione beneficium ambire licèt.*
Præsentatio ius in re non tribuit, sed institutio, ibid.
Electio & præsentatio in quo differant? ibid.

25 *Pater Patronus potest ad beneficium iurispatronatus filium præsentare.*

26 *In spiritualibus fictio non attenditur, nec in eis de patria potestate curatur, nec patri adquirit filius.*

27 *Patris suffragium filio, & filij patri prodest.*

28 *Abbatissa electa ad distribuendum inter pauperes, suum poterit eligere Monasterium egens.*

29 *Prior ad distribuendum bona inter pauperes nominatus potest Monachos suos eligere: etsi Monachi nominati sint, Monasterium suum egens eligere poterunt.*

30 *Pater naturalis in testamento ad distribuendum inter pauperes nominatus poterit filios suos spurios, & incestuosos pauperes eligere, licèt nihil eis ex propriis facultatibus relinquere possit.*

31 *Executor testamenti non poterit ipsius testatoris filios spurios pauperes eligere, aut præter alimenta (eis de iure Canonico debita) aliquid distribuere.*

QVÆST. LXII.

1 PRæcipuus is diuitiarum est fructus, quòd si rectè expendantur, inque pauperum conuertantur vsus; ad cœlum vsque diuitem euehere possunt. Vulgatissimum enim illud est, vt aqua ignem; † eleemosynam peccata extinguere, testante *Augustino in tract. de misericordia Dei, Eleemosyna* (inquit) *est secundus baptismus. Quis enim sine peccato? Nam sicut aqua extinguit ignem; ita eleemosyna extinguit peccatum, In horreis nostris habemus fiduciam, quas flammas nostras vnus panis extinguat, & ante fores gehennæ stat misericordia, & non permittit aliquem in carcerem mitti*, & in sermone de diuite: *Eleemosyna mundat peccata, & ipsa interpellat pro nobis ad Dominum.* Peccatóque resistit, Ecclesiast. c. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua: & eleemosyna resistit peccato*, & Tobiæ 4. *Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere; ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini*, & ibi post aliqua: *Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras*, & c. 12. *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quã thesauros auri condere. Quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam*, & Prouerb. c. 15. *Per misericordiam, & fidem purgantur peccata*, & c. 16. *Misericordia, & veritate redimitur iniquitas*, & Psal. 40. *Beatus qui intendit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Diuus item *Ambros. in sermone in Dominica de Abraham*, legitúrque translatiuè in *cap. Medicina 76. de pœnit. dist. 1. Medicina* (ait) *misericordiæ tollit peccata magna.* Et ibid. *Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus; sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venundatus es; redime te operibus tuis; redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. Eleemosyna (inquit) à peccato liberat. Crimina ergo eleemosynis rediminuntur*, & *Ioann. Chrysost. hom. 6. ad cap. 6. Epist. ad Hebr.* habetúrque in *cap. Medicamentum, 77. de pœn. dist. 1. Medicamentum fortius, quod maximè operatur in pœnitentia, hoc est. Sicut in præceptis medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantissimam: sic & in pœnitentia dominantior ista herba, & potentior est, & in vniuersum ipsa efficit. Audi enim quid dicit diuina Scriptura, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Et sermone 9. super Matth. *Eleemosyna amica Dei consistit, & semper ei propinqua est, pro quibuscunque voluerit, facilè munus gratiæ impetrat, vincula peccatorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, extinguit ignem, huic cum multa fiducia portæ cœli aperiuntur.* Et Danielis 4. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Legitúrque translatiuè in *cap. Quamobrem, 68. de pœnit. dist. 1.*

Quare ab hac luce migrantes, æternámque appetentes, bona sua frequenter inter pauperes distribui iubent. Vtque eorum legitimè adimpleatur voluntas, ac huiusmodi rectè fiat distributio; videndum in primis; an commissarius, testamentique executor prædicta bona inter ipsiusmet, vel testatoris consanguineos pauperes distribuere possit? Et quoad verè pauperes, tam ex testatoris, quàm Commissarij, testamentíque executoris parte consanguineos (si nullos in specie nominauerit testator) 2 dubitationis quin possit, † non videtur ratio, iuxta tradita per *Bald. in l. Illud, num. 1. C. de Sacros. Eccles. Roman. in auth. Similiter num. 3. C. ad leg. Falc. Cardin. Francisc. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. n. 16. & Martin. Nauar. in c. Quæsiuimus, 42. dist. tom. 2. n. 70. fol. mihi 227.*

Poséque in primis pauperibus testatoris consangui-

consanguineis Commissarium distribuere; notant *Anton. de Padilla in l. Præses, num. 12. C. de seruit. & aqua, Franc. Bursat. consil. 226. n. 162. Tiber. Decian. consil. 1. n. 51. lib. 3. Surd. de aliment tit. 1. quæst. 93. num. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 3. quæst. 54. num. 3. August. Barbos. de offici. Pastor. part. 3. allegat. 83. num. 21. Mari. Giurb. in consuetud. Senat. Messanen. cap. 2. gloss. 12. num. 8.* Inde fieri addens, duobus executoribus constitutis, quorum alter coniunctos testatoris pauperes elegit; alter verò extraneos; eius præferendam electionem,
3 † qui testatoris elegit consanguineos, ex *Simon. de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dubit. 2. n. 84.*

Non tamen arctari Commissarium, de do-
4 micilio testatoris † pauperes nominare; obseruant *Ioann. Andr. in cap. Si pater, numero 16. de testament. in 6.* quem sequuntur *Gemini. & Franch.* relati à *Seraphin. decis. 1492. numero 2.*

Et an ordo charitatis in distributione fa-
5 cienda, omnino seruandus † sit? vt primò inter testatoris consanguineos; in Parochianos deinde; tertiò in pauperes de testatoris loco; vltimò inter forenses pauperiores, vel magis meritos fiat distributio? videre licèt per *gloss. in cap. Decernimus, verb. Idoneum, 16. q. 7. Abbat. in cap. Significasti, num. 3. de iurepatron. & in cap. Non quidem, num. 13. de testament. & consil. 99. num. 5. lib. 2. Henric. Bohic. in cap. Tua nobis, num. 12. & seq. de testam.* magistraliter *Ioan. à Turrecrem. in cap. Non satis, n. 6. & seq. 87. distinct. Capell. Tolos. decis. 128. Andreas Tiraquel. de priuileg. piæ caus. priuileg. 50. Lei. Zechi. de priuileg. Eccles. priuileg. 75. numero 20. & seq. Micha. Crass. recept. sente nt. §. Legatum, quæst. 64. num. 4. & 5. Tiber. Decian. d. consil. 1. num. 51. lib. 3. d. Anton. Padill. in dict. l. Præses, num. 24. Cornel. Beninc. de paupert. speciali 5. in iudic. num. 24. Borgnin. Caual. decis. 26. num. 22. part. 3. Didac. Couarr. in cap. Cum tibi, num. 14. de testament. Greg. Lopez in l. 20. verb. De aquel. lugar, tit. 3. part. 6. & ibid. text. Anton. Petr. de fideicommiss. quæst. 11. num. 521. Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 125. Hieronym. Gonçal. in regul. 8. Cancell. gloss. 2. n. 54. & 59. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 16. & 17.* latè *Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 93. per tot. Martin. Nauarr. in apolog. q. 1. monitione 77. num. 2. & in Manuali c. 25. num. 123. Cordub. in summa, q. 72. Eman. Rodrig. c. 181. n. 7.*

Præter quos, nominatum ad distribuendum inter pauperes eligere pauperiores non teneri; sed locum gratificationi esse, absque peccatóque pauperes eligere sufficere; docuere (post *Bart. in l. Vnum ex familia, §. 1. in fin. D. de leg. 2. Bald. in repit. leg. 1. num. 31. vers. Item quæritur, Cod. de Sacros. Eccles. & in l. Id quod pauperibus, num. 35. C. de Episc. & Cleric.*) *Benedict. Capr. consil. 54. num. 15. & in tract. de execut. membr. 6. num. 160. Card. Mantic. d. lib. 8. tit. 5. num. 6.* vbi ita dictum fuisse asserit, coram bonæ memor. *Bub. in Romana dotis de Matthæis, die 17. Decembris 1584. Camill. Borell. in summa decis. tit. 18. de oblationibus & eleemosyn. numero 28. part. 1. Alex. Raudens. decis. Pisana, 37. numero 290.* Pater *Leonard. Lessi. de iust. & iure lib. 2. cap. 14. dub. 6. n. 41.* in restitutione, distributionéque malè ablatorum facienda loquens, necesse non esse firmans, pauperiori, vel sanctiori dari, licèt id expediat. Superiorem tenent etiam sententiam *Marc. Anton. Natta consil. 53. num. 22. lib. 3. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 10. part. 6. gloss. 2. verb. Tauiere por bien, Stephan. Gratian. discept. forens. lib. 2. cap. 211. n. 26.*

Præcipua autem circa secundum dubium versatur difficultas. An scilicet testamenti executor, ad distribuendúmque inter pauperes nominatus seipsum, vel filios suos pauperes possit eligere? In qua negatiuam † partem 6
defendendam suadet, demonstrátque apertè singularis *text. in l. Si mandauero, 22. §. Si tibi centum, D. mandat*, cuius sunt verba: *Si tibi centum dedero, vt ea Titio dares; túque non dederis, sed consumpseris: & mandati, & furti teneri te, Proculus ait. At si ita dederim vt cui velles dares, mandati tantummodo.* Vnde elicit *Bart.* cæterique eliciunt conclusionem; eligere seipsum quem non posse, tenéntque *Paul. Castr. in l. Planè, num. 13. D. quod cuiusque vniuers. nom. Ludouic. Roman. consil. 228.* (incip. *Pro plena*) num. 12. per *tex.* quem notabilem dicit *in d. §. Si tibi centum, Petr. de Anch. in clement. 1. num. 16. Imol. num. 19. Cardin. num. 22. & Bonif. num. 88. de testam. Calder. consil. 31. eod. titulo, Rosel. verb. Restitutio, 15. num. 8. Angel. verb. Eleemosyna, num. 3. & Syluest. eod. verb. quæst. fin. & verb. Testamentum, 2. num. 1. vers. Quintum, Paris. consil. 26. n. 22. vol. 4. Peral. in l. Unum ex familia, §. Rogo, à numero 5. vsque ad 8. de legat. 2.* maximè necessitatis casum excipientes, *Petr. Surd. consilio 4. num. 19. Cardinal. Francis. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. d. libro 8. titulo 5. numero 9. Cardinal. Tusch. pract. conclus. litt. E. conclus. 530. numero 1. & seqq. Martin. Nauarr. in cap. Quiescamus, 42. distinct. num. 72. tom. 2. folio mihi 227. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 9. quæst. 17. num. 104. 106. & 107. Ludouic. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 4. numero 58.* ei cui electio ad maioratum commissa est, seipsum eligere non posse, multis adductis firmans. Probátque assertionem hanc *tex. in cap. Consuluit, 15. & cap. Per nostras, 26. de iurepatronat. & cap. fin. de instit.* quibus cauetur, non posse seipsum eligere, † præsenta- 7
rève ad iurispatronatus beneficium Patronum: docéntque *Panormit. consil. 96. in princip.* (incip. *Ad claram decisionem*) *lib. 2. Lambert. de iurepatron. 1. part. lib. 8. quæst. princip. art. 1. num. 6. & seq. & art. 2. num. 10. & seq. Tiraq. de iure primog. quæst. 33. n. 11. Mari. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 51. num. 1. Spin. in specul. testam. gloss. 4. princip. num. 80. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 21. quæst. 1. Ioann. Aloys. Ricci. decis. 36. n. 1. par. 1. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. n. 222. vers. Notandū Flamin. Paris. vbi sup. n. 112. Card. Tusch. pract. concl. lit. P. concl. 138. n. 1. & seqq.* Vt enim *de benefic. lib. 5. c. 8.* Senec. ait. *Aliquis dare debet, vt aliquis accipiat. Non est dare, nec recipere, in dexteram manum de sinistra transferre. Quomodò nemo se portat, quamvis corpus suum moueat, & transferat: quomodò nemo quamvis pro se dixerit, affuisse sibi dicitur, ne statuam sibi tanquam Patrono ponit, &c.*

8 Neque per se, neque per procuratorem† ab ipso constitutum se potest præsentare Patronus, *Card. Tusch. vbi proximè, n. 2.* allegat *Rotam in nouiss. coram sanctissimo Clemente VIII.* summo postmodum Pontifice *in vna Valentina decis.* 185. *part.* 2. (incip. *Domini concluserunt*) *Diuersor. part.* 2. dixeruntque idem *Flamin. Paris. d. loco, n.* 113. *Paul. Æmil. Verall. decis.* 397. *per tot. lib.* 2. ita decisum referens, *Camill. Borell. in summ. decis. tit.* 32. *de iurepatron. n.* 215. & 308 *part.* 1.

Quod intelligendum, ac limitandum est, quando ab ipso solo fit mandatum Patrono,
9 non si à pluribus: † quia tunc sicut vnus Patronus præsentat alium (vt docet *gloss. fin. in fin. & ibid. gloss. margin. in d. cap. Consuluit, de iurepatronat. Roch. de* Curt. *verb. Honorificum, quæst.* 4. *princip. n.* 20. *Azor. instit. moral. d. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *quæst.* 3. *Hugolin. de offic. & potest Episcop. cap.* 51. §. 2. *num.* 1. *Ioann. Aloys. Ricci. dicta decisione* 36. *num.* 4.) sic & Procurator à pluribus constitutus. Ita limitat, & intelligit *d. Rota Romanæ decisionem* 185. *Card. Tusc. vbi sup. d. n.* 2. tenétque *Camill. Borell. d. n.* 215.

Sic nec Procurator ad resignandum in fauorem personæ per ipsúmmet Procuratorem
10 eligendæ, constitutus, seipsum† poterit eligere, vt per *d.* §. *Si tibi centum*, obseruant *Francisc. Bursat.* (post *Ias. Roch. de* Curt. & alios quos allegat, ita conclusum per Dominos de Rota referens) *consil.* 395. *num.* 24. *lib.* 4. *Flamin. Paris.* (si etiam asserens iudicatum) *dict. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 102. *cum seqq.* notans pariter *num.* 106. *ex Bald. in l.* 2. *Cod. de execut. rei iudicat.* data creditori facultate vendendi pignus
11 cui velit, sibimet † vendere non posse. Apud quem plura similia sequentibus videre licet numeris. Nec procurator ad vendendum cui
12 velit constitutus; sibimet vendere † valebit, cùm venditor & emptor simul quis esse nequeat. Ita iudicauit *Rot. Genuens. dec.* 4. *num.* 3. *Sigismund. Scacc. de mercat.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 1. *num.* 15.

13 Prædicta autem omnia & in filiis† procedere videntur, vt à parentibus, quibus pro eorum arbitrio distribuendi bona, personásque eligendi facultas data est, nisi extremè indigeant, eligi nequeant. Eadem enim ratione, qua quis seipsum eligere non valet; nec filium poterit: cum vna, & eadem censeatur persona, vt iura sunt vulgaria in *l. fin. C. de impuber. & aliis substit. cap. Contra dicimus*, §. *Hac authoritate*, 35. *quæst.* 3. Vnde vt apud *Senec. de benefic. l. b.* 5. *cap.* 18. legitur: *Qui filio beneficium dat vt dicis, & patri eius dat.*

Et quidquid adquirat si ius (quoad vsum-
14 fructum † saltèm hodie) patri adquirat, *text. in princip. instit. per quas nobis adquir. l. Cum oporret, & l. fin. C. de bon. quæ liber. l.* 5. *tit.* 17. *part.* 4. Quare eligendo filium, in effectu seipsum videtur eligere: ac per consequens, nec talis distributio, aut electio tenebit, vt obseruant *Bald. in cap. Cum in iure, num.* 7. *de elect. & in l. Tutor*, §. 1. *in fin. D. de excusat. tut. & Mantic. vbi supr.* Ideóque nec Patronum filium suum ad iurispatronatus beneficium pos-
15 se præsentare, † docuit (aduersus *gloss. in verb. Authoritate, & in verb. Concedant, in d. cap. Consuluit*) *gloss. margin. ibid.* contra eas tenere Doctores affirmans.

Contraria nihilominus in vtroque casu sententia (posse patrem cui distributio in pauperes commissa est, non tantùm filios; sed semetipsum, † si pauperes verè sint, eligere, sibique 16
distribuenda erogare) verissima est. Ita docuere *Bald in l. Illud, per text. ibi, num.* 20. *D. quod cuiusque vniuersit. nomin. Zasi. in summa eiusdem tituli, numero* 21. *Angel. in l. Illa institutio. num.* 3. *D. de hæredib. institut. Ias. in l. Si is qui, la* 1. *numero* 7. *in fin. versic. Item per istum textum, D. de vulgar. & pupill. & consil.* 183. (incip. *Præsens consultatio*) *colum.* 2. *versic. Secundò adduco. libro* 2. *Imol. in clement.* 1. *numero* 20. *in fin. de testament. Felin. in cap. Irrefragabili, Paragrapho, Cæterùm, num.* 15. *de offic. Ordinar. Palac. Rube. in repet. rubric. de donat. inter uir. & vxor.* §. 65. *num.* 42. *Cardin. Franc. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. tit.* 5. *num.* 9. & 10. *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 182. *num.* 43. *& de præsumpt. libro* 4. *præsumpt.* 125. *num.* 17. *& consil.* 296. *numero* 11. *Franc. Bursat. consil.* 262. *num.* 162. *& consil.* 380. *num.* 3. *Flamin.* Paris. *d. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 120 *Anton. Padilla in d. l. Præses, num.* 12. *C. de seruitut. & aqua, Mari. Giurb. in consuetud. Senat. Messanen. cap.* 2. *gloss.* 12. *num.* 8. *Francisc. Viui. decis.* 305. *num.* 12. *Cardinal. Tusch. pract. conclus. litt. E. conclus.* 530. *num.* 10. *Simon de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib.* 5. *dubio* 2. *num.* 87. *& seq. Didac. Spino. de testam. gloss.* 6. *num.* 10. *gloss.* 11. *num.* 26. *gloss.* 27. *n.* 55. *gloss.* 28. *num.* 28. *Martin. Nauarr. in Manual. cap.* 17. *num.* 93. *& de redditib. Ecclesiast. tom.* 1. *monit.* 25. *num.* 5. *& in cap. Quiescamus*, 42. *distinct. num.* 72. *tom.* 2. *Hieronym. Gonçal. in regul* 8. Cancellar. *gloss.* 2. *numero* 54. & 56. *Gregor. Lopez in d. l.* 3. *verb. Tuuiere por bien, tit.* 10. *part.* 6. *Ioseph. Mascard. de probat. conclus.* 532. *numero* 75. *Emanuel, Barbos. ad ordina. Regi. Lusitan. lib.* 1. *tit.* 62. §. 16. *numero* 4. *Cald. Perei. de iure emphyteut.* 3. *part. de potestate eligen. capite* 13. *numero* 9. *Maurit. Apicell. allegat.* 6. *num.* 36. *Ludouic. Mexia de taxa, panis conclus.* 1. *num.* 49. *& conclus.* 6. *num.* 49. *vers. Tandem Commissarius Azeued. ad Curiam Pisan. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 5.

Nec summa in præsenti indigentia requiritur, sed pauperem dici etiam nobilem, † qui 17
pro conditione sua sufficientia bona non habet, ita vt decenter statum suum conseruare possit; aduertit (post *Palac. Rube. in d. repet. rub.* §. 11. *num.* 11. *Gonçal. d. n.* 54. *vers. Et pauper.* diximúsque latè Nos 1. *part. quæst.* 4. *n.* 41. *cum multis seqq. & n.* 46.

Hæc pariter in restitutione, maléque ablatorum (si Dominus ignoretur) distributione facienda, procedunt. Poterit enim testamenti executor bona sic distribuenda, sibi, † vel filiis 18
suis, filiisve testatoris pauperibus erogare, ex sententia *Gemini consil.* 20. *num.* 3. *Palac. Rube. in d. repet. rubric.* §. 65. *n.* 48. *versic. Quod autem dixi, Hieronym. Gonçal. d. n.* 54. idem in eo, qui malè quæsita in pauperes tenetur distribuere, asserens. Cùm enim Dominus ignoratur; pauperibus, vel piæ causæ iniustè ablata, aut quæsita restituenda, † erogandáq; fore docet *text.* 19
in c. Cùm tu, de vsur. in cap. Cùm sit, de Iudæis, c. Nemo, 12. *q.* 5. *Nemo qui rapit* (inquit text. *moriens, si habet vnde reddat; saluatur. Si eos quorum fuit inuenire non poterit; Ecclesiæ, vel*

pauperibus

pauperibus tribuat. text. de iure Reg. in *l.2. in fin. tit.15. part.6.* ibi : *E si non supieren ciertamente cuyas fueron estas cosas que fueron assi ganadas : estonce se debendar por Dios, porque el anima de aquel que assi las gano non sea penada por ellas.* testatur de communi *P. Lessius de iustit. & iur. libro 2. capit.14. dubio 6 num.33.* Sibique † tunc, aut filius pauperi-
20 bus retinere, erogaréve huiusmodi poterit bona, veráque dicetur eleemosyna, secundùm *D. Antonin.2.part.tit.1.cap.8.col.3.* quem refert, & sequitur *Martin.Nauar.in Manual.cap.3. num.131.& in d.cap.Quiescamus, nu.68.Scot. dist.15.quæst.3.Caietan, quæst.62.art.5. Cardin.Tusch.pract.conclus.lit.V. côclus.352.n.22. Guill.Bened.in repet. cap. Raynuntius, verb. Et vxorem, nomine Adelasian, n.933. de testam. P. Leonard. Les. vbi supr. num.41.* rationem reddens, quia non debet esse deterioris conditionis, quàm alij pauperes, si præsertim in re illa acquirenda, vel debito contrahendo, culpa ipsius intercessit; culpa verò ipsius interueniente, mereri quidem ea re priuari, paupertatem tamen sufficientem esse rationem cui illi per Confessarium, vel etiam propria sua authoritate possit applicari. Neque ad pinguiorem postmodum deueniente fortunam, aliis id pauperibus teneri restituere, docet *idem ipse ibi, num.42.* Quin etiam *nu.44.* adducit *Petr. Nauarr. lib.4.cap 2.num.57.& Henric.de indulg.cap.34.num.8.* asserentes do-
21 mino postmodum comparente, † re semel debito modo pauperi distributa, licèt sibi ipsi pauperi applicauerit, etiamsi in sua specie extet, non esse necessario domino restituendam, quamuis contrarium ipse velit.

Neque superioribus obstat *text. in d. l. Si*
22 *mandauero, 22.§.Si tibi centum,* † *D.mandat.* Cui multipliciter respondet *Martin. Nauarr. in d. cap. Quiescamus, n.69.*

Primò, quòd text. ille in mandato, cuius fines excedi non debent, diligentérque sunt seruandi, loquitur.

Secundò, quia ibi ex verbis mandantis, eius contraria colligitur mens.

Tertiò (quæ mihi præ cæteris magis arridet responsio) quia text. ille loquitur, quando idem elegit seipsum, quatenùs est idem; secùs autem fore, quando quis elegit seipsum quatenus est alius: Sicque obligatum ad restituendum incerta, non posse eligere se, quatenus est raptor, fur, vsurarius, vel alius quilibet homo; sed sic quatenus est pauper, & ita vnus eorum, quibus facienda restitutio, vel distributio est.

Quartò, quia dici posset in dicti *text.* specie, eum, qui centum accepit, si haberet illam qualitatem, quam qui dedit voluisset in eorum distributione attendi, posse sibi ea, vel partem eorum capere. Additque insuper, meminisse, se aliquando bona aliqua distribuenda inter pauperes, quos ipsi vellent, aliquibus dedisse, ea mente, ac desiderio, vt sibi ex eis partem aliquam tanquam pauperes acciperent, quibus ipse vt pauperibus, sine vtriúsque partis rubore concedere non posset. In quo Senecæ consilium sequutus est, qui *de benefic. lib.2.* hæc adiicit. *Interdum & ipse, qui iuuatur fallendus est, vt habeat, nec à quo acceperit, sciat.* vt laudabiliter se gessisse Booz Scriptura refert, Ruth.2. *Præcepit autem* (inquit) *Booz pueris suis, dicens : Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam; & de vestris quoque manipulis proiicite de industria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.* Arbitraríque addit Nauar. quòd si in dicti §. specie mandans esset Christianus modestus, magis satisfaceret mandatarius accipiendo sibi ex illis centum illud, quo egeret, recognoscendo se pauperem, & in amore Dei, quàm tribuendo alij parùm pio, & modesto, cui tamen tribuendo, esset satisfactum.

Nec etiam obstat *text. in d. cap. Consuluit,* 15. † *cap. Per nostras, 26. de iurepatronat. & in d. cap. fin. de institut.* Quia diuersa in eis 23
prohibitionis militat ratio, quam demonstrat *Innocent. III. in dict. cap. Per nostras,* in illis verbis: *Cùm igitur nullus se ingerere debeat Ecclesiasticæ prælationis officiis, &c.* Séque in Ecclesiasticis prælationibus ingerentem eo ipso tanquam ambitiosum repelli, docuit *glossa. ibid. verb. Ingerere.* Quæ in aliis non ambitiosis casibus (vt in quibus de bonorum distributione agimus) cessat ratio, propriéque electioni locus conceditur. Ita docent *Hieronym. Gonçalez d. regul 8 Cancellar. gloss.2.n.57. & 58. & Flamin. Paris. de resignat. benefic dicta qu.17. n.119.& seqq.*

Quinimò si pauper Patronus sit, etiam seipsum † eligere, ac præsentare posse, si 24
alias sit idoneus, ex suprà dictis, *Nauarríque* adductis fundamentis, & responsionibus sustineri forsan valeret. Et quia paupere, idoneóque existente Patrono; cessat ambitionis obiectio. Cum pauperi Clerico congruum pro conditione beneficium ambire licere tradat *Gonçalez dict. loco, nu. 10. & 11.* & Nos *1. part. quæst.7. num.18. & seqq.* dixerimus fusiùs.

Nec alia videbatur obstare ratio ex *dict. cap. fin. de institut.* ibi : *Custodiam ipsam recipere non potuit : à seipso. Cum inter dantem, & recipientẽ debeat esse distinctio personalis.* Quia tunc non se Patronus, vt se, ac Patronum; sed tanquam quemlibet idoneum pauperem (iuxta tertiam suprà dictam *Nauarri* solutionem) videtur eligere. Item quia præsentans non propriè dicitur dare, quippè cùm nec ius (in re saltem) præsentatio conferat, *text.* notab. in *cap. Cum Bartholdus, 18. de re iudic.* sed institutio, *d. cap. fin. & c.1. de reg iur. lib.6.* Vnde distincta recipientis (Patroni scilicet) & dantis (Episcopi nempè) videtur persona; cum instituens, vel conferens videatur dare, non præsentans, qui minùs etiam tenuiúsque ius, quàm eligens tribuit, ex eleganti glossæ doctrina *in cap. Quintum, 10.63. distin. glos.1.* in Patrono præsertim laico, vt notat *Abb. in cap. Authoritate, de instit. & in d. cap Cùm Bartholdus,* vbi plenè quoque *Felin.* differentias inter electionis, & præsentationis ius ad longum constituens, præcipuè *n.7.*

Licèt autẽ rationes hæ in hanc partẽ mouere possint; quia tamen neminẽ in specie quæstionem hanc disputantem, opinionémve tenentẽ reperi, eam omnino firmare non audeo, cùm & cõtraria (paupertatis qualitate dẽpta) indubitabilis sit; Nec paupertatis qualitas, aut existẽtia multũ in proposita specie videatur operari. Cũ Ecclesia pauperẽ Patronũ, eiúsq; Ministros alere teneatur. vt 1. *p. q.4. n.30.* notauimus

paupertatiſque ſpecialitatis ratio ceſſet. Licèt adhuc vrgere videantur adducta à Nobis *ead.quæſt.4.§.3.per tot.* præcipuè ex *num.151.* Quòd ſi iuriſpatronatus tenue beneficium foret, ita vt procedenti ſolùm Rectoris ſuſtentatione (iuxta tradita à Nobis *d.1. part. q.28. num.33.36.& ſeqq.*) fructus, redditúſve præſtaret, priores aſſignatæ rationes vrgerent, inque Patroni pauperis extarent fauorem. Et poſt hæc ſcripta ita in beneficiis ſimplicibus, aliíſve etiam non pinguis, nec magnorum redditunm pauperem præſertim Patronum ſeipſum præſentare poſſe, ad longum, elegantérq; defendit (contrariis *d.cap. Conſuluit,&c. Per noſtras, de iurepat.& c.ſi.de inſt.* deciſionib. reſpondendo) *Cæſar Lamber.de iurepatr.1.part. lib.2.q.8.art.2 per tot.* præcipuè *à n.3. Abbatis* opinionem aduerſantem impugnans, ſuámque multis argutè firmans.

25 Quoad filios† autem Patroni, minorem continet dubietatem quæſtio. Cum & ambitionis crimen abſit, & diuerſa verè, ac realiter ſit dãtis, & recipientis perſona, licèt per iuris fictionem vna, & ead. cum patre cenſeatur filius: inde eleganter *Senec.de benefic.* lib.5.c.19. *Filius ipſe benefi-y capax eſt. Itaque ille accipit; ego beneficio lætor, contingor, non obligor, &c.* Fictio

26 autem in ſpiritualibus† non attenditur, ſed veritas. Nec de patria poteſtate curatur, nec patri adquirit filius, iuxta *text in cap. Si annum, de iudic. lib.6.* Quare hanc tenuit ſententiam *gl.penult.& fin.in dict.cap. Conſuluit,* quam ſequitur, & defendit *ibid. Abb n.3. & conſil.96.* (communem dicens) *in princip. lib.2.* multos referens *Abbatis Addit.in d.cap. Conſuluit.ad d.n.3. Card.Tuſch.pract.concluſ.d.litt. P. concl. 138.n.3. Flamin.Pariſ.d.lib.9.q.17.n.122. Ioſeph.Ludou.tom.3.commun.opin.ir. de iurepat. concl.vnic.verſ. Ampliatur octauò, Azor.d.c. 21.q.2. Roland.Vall.conſ.47.n.49. & 62. cum ſeqq.vol.1.*

Regularéque eſt, filij ſuffragium patri, pa-

27 triſque filio† prodeſſe, teſte Vlpiano in *l.Illud, 5. D. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.* Eius ſunt verba: *Et notandum Pomponius ait, quòd & patris ſuffragium filio proderit, & filij patri.* Vnde & ad beneficium iuriſpatronatus Patronum, & ad diſtributionem, vel reſtitutionem inter pauperes faciendam nominatum filios pauperes eligere poſſe manifeſtum eſt.

Sic Abbatiſſam ad diſtribuendum inter pau-

28 peres electam, ſuum poſſe eligere† Monaſterium egens; obſeruant *Petr.de Ancharr. conſ. 84. Flamen.Pariſ.de reſig.benef.d. lib.9. q.17. num.121. Card. Tuſch.lit. E.concl.530.n.11. Greg.Lopez in d.l.3.tit.10.part.6.verb. Tuuiere por bien, Cald.Pereir.de iure emphyteut.d.3. part.de poteſtate eligend.c.13.n.9.poſt princip.*

Poſſéque pariter Monachos ſuos Priorem

29 eligere, † Monachóſve Monaſterium ſuum, notant *Bart.in l.Cùm quidam, la 2. n.3. D.de legat.2. Bald.in cap. Cùm in iure, n.6. de elect. Card.in clem.vnic.q.22.n.22.de teſtam. Pariſ. conſ.26.n.24.vol.4. Peralt. in l.Vnum ex familia, §.Rogo, n.7. D.de legat.2. Roſell.verb. Reſtitutio.15.n.8. Syl. verb. Teſtamentum,2.q.2. dicto 5. Nauarr.in propugnac. ad apolog. lib. de red.litib.merit.13.num.12. Ioann. Matienç. in l.14.tit.4.lib.5.nouæ Reg. Collect glaſſ.1. n.12. Hieronym.Gonçal.d.gloſſ.n.53.* ſequitur *Mari. Giurb.in conſuetud.Senat.Meſſan.d cap.2.gloſſ. 12.n.8.in fin.*

Nec ſolùm ad huiuſmodi diſtributionem legitimos, & naturales filios pauperes poterit pater teſtamenti executor eligere; ſed etiam

30 ſpurios, † & inceſtuoſos, licèt nihil eis ex propriis facultatibus relinquere poſſit, *auth. Ex complexu, C. de inceſtu nupt.* Cum non tanquam à patre; ſed à teſtatore capiant. Probat notabile, ac ſingulare Hermogeniani reſponſum in *l.Si is, qui ex bonis, 6. D. de vulgar. & pupill.ſubſtit.* cuius ſunt verba: *Si is, qui ex bonis teſtatoris ſolidum capere non poterat, ſubſtitutus ſit ab eo impuberi filio eius, ſolidum ex ea cauſa capiet, quaſi à pupillo capiat. Sed hoc ita interpretari Iulianus noſter videtur, vt ex bonis, quæ teſtatoris fuerint, amplius capere non poſſit. Quòd ſi pupillo aliquid præterea adquiſitum eſſet, aut ſi exhæredatus eſſet ſubſtitutus: non impediri eum capere, quaſi à pupillo capiat.* Cum igitur in ſpecie, & caſu noſtro illegitimus nec de patris bonis, nec tanquam à patre capiat; in eum poterit legitimè diſtributio fieri. Quod ſummè notandum, perpetuóque menti tenendum dicunt per text. ibi *Paul.Caſtrenſ. n.5.& Alex.num.8.* ad quod etiam allegat *text. in l. Vnum ex familia, 69.in princip. D. de legat.2. Iaſ.n.7.in fin. Zaſ.num.12. Card.Franc.Mantic.de coniectur.vlt.volunt.lib 8. tit 5. num.11. Petr.Surd.conſil.264.num.9. Azeued. in l. 6. tit.8.lib.5.nouæ Reg.Coll.num.15. Franc. Burſat d.conſ.226.n.162.* ſequitur alios referendo *Mari.Giurb.in conſuet. Senat.Meſſanenſ. c.2. gloſſ.12.n.8.part.1.*

Qua ratione filio ſpurio ipſius teſtatoris præter alimenta de iure Canonico debita, nihil aliud poſſe teſtamenti executorem diſtribuere, †cum non ab eo, ſed à teſtatore, patréque ipſo, déque illius bonis capiat; tenuerunt 31

(poſt *Alex.conſ.54.num.1.lib.7. Bald. Cornel. Calca.* & alios quos referunt) *Emanuël Acoſta in cap.Si pater, 2.part.verb. Bona omnia numero 12.de teſtament.lib.6. Anton.à Padilla in dict.l. Vnum ex familia, §.Si de Falcidia, n.2. & 3.D.de legat.2. & ibidem Peralt. num.27. Marius Giurba in dicto capite 2. gloſſa 12. numero 8. Cardin. Mantic. dicto libro 8. tit.5. numero 12. Caldus Pereir. de iure emphyteu.3. part. de poteſtat. eligend. capite 13. num. 10.* vbi hanc veriorem dicit ſententiam aduerſus *Cardinal. Paleot.de nothis, & ſpuriis, cap.44.* contendentem, poſſe etiam teſtamenti executorem teſtatoris filios ſpurios nominare, ſatis coloratis rationibus, quibus tamen reſpondet, contrariámque (cum *Bart. Paul.& Cæpol.* ab eodem adductis *ibidem numero 9. verſic, Quæ ſententia*) ex ſuprà à nobis adducta ratione tuetur, firmant etiam *Guttierez pract. lib.3.quæſt.56.numero 21. Ludouic.Mexia in pragmat.tax panis concluſ.6.numero 49. col.2. propè med.verſ Verum executor, Menoch.lib.4. præſumpt.96.n.12. Matienço in l.7.tit.8.lib.5. nou.Coll.gl.5.n.2.& ſeqq.* aſſentiunt *Didac.Perez in l.2.tit.3.lib.5. Ordin. verb. Ni vendida, & ſic. Eſt tamen dubium vtrùm executores, col. mihi 154. Plaça de delict.c.41.n.17.*

VTRVM

VTRVM EXECVTOR testamenti conuenire, vel conueniri possit pro testatoris adimplenda voluntate, vbi saltèm ad distributionem inter pauperes miserabiléſve personas faciendam nominatus est?

SVMMARIVM.

1 *Merus testamenti executor actionem mouere non potest contra hæredes defuncti, alióſve hæreditarios debitores.*

2 *Potest tamen Iudicis implorare officium vt hæres, bonorum possessor, hæreditatiſve debitor bona tradere, ac debita soluere cogantur.*

3 *Executor testamenti ad distribuendum inter pauperes, vel piam causam datus, actionem contra suprà dictos mouere potest.*

4 *Aut si pro alimentis præstandis nominatus sit.*

5 *Executor testamenti habens à testatore conueniendi potestatem, hæredes, vel hæreditarios debitores conuenire poterit.*

6 *Vel si cum libero, amplo, & generali mandato executor constitutus sit.*

7 *Aut si aliquid ei vna cum aliis à testatore sit relictum, etiamsi de restituendo sit grauatus.*

8 *Executor testamenti (ex receptiori sententia) conueniri à legatariis, vel hæreditariis creditoribus non potest.*

9 *Nisi nominatus ad distribuendum inter pauperes fuisset.*

QVÆST. LXIII.

TRiplicem quæstio hæc dubitationem continet. Vtrùm nempe testamenti executor pro defuncti adimplenda voluntate eius hæredes, alióſve bonorum possessores possit conuenire? An ipsimet possint conueniri executores? Et quid in vtróque casu, si voluntatis testatoris implementum pauperum respiciat fauorem? Quoad primam, asserendum est, merũ testamenti executorem contra defuncti hæredes, alióſve hæreditarios debitores actionem
1 mouere non † posse; text. est in *l. Lucius, 78. §. Mauia, el 1.* (*vbi Bart.* & alij) *D. ad Senat. consult. Trebell. text. in l. Filio, 31. §. Matri, D. de adimend. legat. Bart. in l. Si quis Titio, 17. numero 2. & ibidem gloss. 1. D. de legat. 2. Petr. de Anchar. consilio 150. num. 10. Abb. in cap. Ioannes, numero 4. & ibidem Didac. Couarru. numero 5. de testam. Petrus Surdus de aliment. tit. 8. priuileg. 42. numero 1. Cardinal. Dominic. Tusch. practic. conclus. littera E. conclus. 542. numero 3. Cardin. Seraphin. decision. 842. numero 1.* éstque expressus de iure Regio *text. in l. 4. titulo 10. part. 6.*
2 Licèt Iudicis officium † vt hæres, bonorum possessor, debitórve hæreditatis bona tradere, aut debita soluere cogantur, posse testamenti executorem implorare; probet *text. in l. Quintus, 7. D. de annu. legat. & in l. Hæreditas, 53. §. 1. D. de petit. hæredit. Cardinal. Seraphin. vbi suprà*, aliíque relatis adducit *Gregor. Lopez in d. l. 4. gloss. 5. verb. Non ha poder.*

Si tamen ad distribuendum inter pauperes,
† vel piam causam executor datus sit; actio- 3
nem contra hæredem, bonorum possessorem, hæreditarióſve debitores mouere poterit, *text.* est in *l. Nulli, 28.* (*& ibi Bald. notab. 1. Ioannes Fauer, & Paul. Castrens.*) *C. de Episcop. & Cleric. & in l. Si quis ad declinandam, C. eodem text. in l. Alio, P. D. de alimentis, & cibar. legat. gloss. 1. & Bart. in dicta l. Si quis Titio, 17. num. 2. D. de legat. 2. gloss. in dicta l. Lucius, 78. §. Mauia, verb. Non posse* (& ibidem communiter Scribentes) *ad Senatusconsult. Trebell. Innocent. Hostiens. Ioann. Andr.* & cæteri in *dicto cap. Ioannes, & ibidem Couarr. d. num. 5.* receptam ab omnibus asserens, *Seraphin. dicta decisione 842. numero primo, & tertio, Petrus Surdus dict. tit. 8. priuileg. 32. numer. 2. & sequentib. Cardin. Tusch. dict. lit. E. conclus. 529. per tot. & dict. conclus. 542. nu. 3.* éstque text. *in dict. l. 4. titulo 10. part. 6.* ibi: *El vno es, quando la manda es para obras de piedad, ò de misericordia.* Idem disponens quando pro alimentis præstandis † executor nominatus est, 4
ibi: *E el tercero es, quando la manda es a tal, que es establecida para gouernar huerfanos, ò otras personas qualesquier.* & notat ibidem *Gregor. verbo Gouernar.*

Hæc autem in mero solùm executore (in quo loquuti sumus) procedunt; Secùs atque in eo, qui non nudum tantùm ministerium, executionémque habet; sed & conueniendi potestatem sibi à testatore concessam. † Quam 5
impartiri testatorem posse, indubitati iuris est, vt probant *text. in l. Quidam, 96. §. Si scriptus,* & apertior *in l. Si à pluribus, 107. D. de legat. 1.* cum aliis suprà relatis: idque vnanimiter fateri omnes Doctores, testatur *Couarr. in d. cap. Ioannes, numero 5. Anton. Gomez variar. libro 1. capit. 12. numer. 12. versic. Item quæro.* & est text. *in d. l. part. & ibi Gregor. gloss. 4.*

Vel si cum libero, † amplo, & generali 6
mandato executor constitutus sit. Ex potestate enim huiusmodi à testatore sibi concessa actiones contra hæredes, vel bonorum possessores mouere posse, docent *Bald. in l. Id quod pauperibus, num 14. C. de Episcop. & Cleric. Alberic. in dicta l. Nulli, num. 17. C. eodem. Ancharran. consil. 84. num. 2. Paul. Castrens. consil. 177. numer. 1. lib. 2. Riminal. consil. 129. num 5. lib. 1. Petr. Paul. Paris. consil. 74. nu. 2. lib. 3.* & sic decisum fuit in *Rota Roman.* apud *Seraphin. d. decis. 842. numero 3. & decis. 1048. num. 1.*

Idémque si vna cum aliis executori aliquid à testatore in testamento relictum sit. † Pote- 7
rit enim tunc contra quoscúmque, etiamsi de restituendo sit grauatus, agere: cum non sit nudus minister, meréſve tantùm executor, *d. l. Si quis Titio, & ibid. Bart. D. de legat. 2. text. & ibi notat gloss. 1. in l. Si legatarius, 8. D. de legat. 3. glos. in d. l. Lucius, §. Mauia, ad S.C. Trebell. text. in d. l. part.* ibi: *Et segundo es quando el fazedor del testamento manda alguna cosa a otros en vno con los testamentarios.* & ibid. *Gregor. Lopez, gloss. 2.* plures

referens *Couarr. sæpe dicto num. 5. Seraphin. d. decisione 842. num. 3.*

Secundùm succedit dubium; An à legatariis, aliísve hæreditariis creditoribus possint testamentarij executores conueniri? In qua receptior sententia est conueniri executorem
8 non posse, † ex *gloss. in l. Firmio, 26. §. Cùm ab heredibus, verb. Ad heredibus, ante med. D. quando dies legati cedat. Bart. in dicta l. Alio, de alimentis, & cibar. legat. & in dicta l. Titio, numero 6. de legat. 2. Alexand. consilio 12. num. 12. libro 3. Anton. Gomez Variar. resolut. lib. 1. dict. cap. 12. n. 12.*

9 Quando tamen pauperibus † pro animæ exoneratione aliquid à testatore relictum est, ad eam distributionem posse executorem electum à pauperibus nominatis, licèt hæredes extent, conueniri, firmauit elegans *Archidiaconi* decisio *in cap. Si res, versic. Et nota si aliquis, 14. quæst. 6.* per quam ita decisum refert *Vincent. de Franch. decisione 622. num. 4.* Qua de re videri etiam poterunt *Mari. Giurb. in consuetud. Senat. Messanen. cap. 2. glos. 12. num. 36. & Cardinal. Tusch. dict. littera E. conclus. 531. n. 12. 13 & 14.*

VTRVM CONDITIO *Si nupserit*, limitatum habeat tempus intra quod debeat impleri? Et quid si pauperi adiecta sit: Vel si intra certum tempus matrimonium contrahere iussus, ob paupertatem non contrahat, legatum amittat, vel hæreditatem?

SVMMARIVM.

1 *Hæres, vel legatarius hac conditione relictus* Si nupserit, *nulla alia temporis adiectione interposita, quandocúmque nuptias contraxerit, legatum habebit, vel hæreditatem.*

2 *Conditio indefinita ad certum tempus non limitata, aut restricta, quandocúmque impleri potest.*

3 *Tempus non præfinitum in perpetuum extenditur.*

4 *Conditio merè potestatiua institutioni absque temporis præfinitione adiecta poterit quandocúmque in vita instituti adimpleri.*

5 *Et quid si contractui talis conditio apposita sit?*

6 *Conditio potestatiua legatis adiecta impleri debet cum primùm facultas adsit, aliàs pro defecta habetur.*

7 *Et quæ sit in hæreditate, aut legatis differentia ratio?*

8 *Conditio mixta vt hæc* Si nupserit, *an tam in institutionibus; quàm in legatis possit quandocúmque ante hæredis, vel legatarij mortem adimpleri? vel tempus trium annorum limitatum habeat? & num. 9.*

10 *Pauper cui hæc conditio apposita est, dum ob paupertatem, commodéque matrimonii contrahere non potest, prædicto trium annorũ spatio non arctatur, & num. seqq.*

11 *Conditio potestatiua, aut mixta haberi debet pro impleta, cùm non stat per implere debentem quominus impleat.*

12 *Sive nullo modo per eum impleri possit, siue possit de facto, non tamen honestè.*

13 *Conditio nubendi cum persona indigna, talive cum qua honestè grauatus matrimonium contrahere non possit, tanquam impossibilis de iure, reiicitur, próque non adiecta habetur.*

14 *Conditio nubendi intra certum tempus, si intra illud honestè impleri non potest, non magis arctat grauatum, quam conditio nubendi certæ personæ, cum qua honestè contrahere grauatus non possit, & num. 17.*

15 *De persona ad tempus vbi eadem est ratio, valet argumentum, & n. 16. & 17.*

16 *Conditio de non nubendo certo generi personarum, aut intra certum tempus, efficax est, quia omnimodam viduitatem non inducit.*

18 *Statuto disponente vt Mediolanensis mulier extra Mediolanum sub hæreditatis priuationis pœna non nubat, hæreditate non priuabitur, si patris iussu extra nubat.*
Honestè nubere filia nequit contra, vel præter parentis voluntatem, ibid.

19 *Argumentum de loco ad tempus validum est.*

20 *Sicut conditio de nubendo intra certum locum, si honestè impleri non potest, non impedit quominus legatum, vel hæreditas debeatur; ita nec impedit conditio de nubendo intra certum tempus tacita, vel expressa, si intra illud honestè non possit adimpleri.*

QVÆST. LXIV.

Legatarium, aut hæredem hac relictum conditione, *Si nupserit*, alia temporis adiectione, terminíve assignatione intra quem matrimonium contrahatur, non apposita, quandocúmque nuptias contraxerit, habiturum † 1
legatum, vel hæreditatem, ac solùm legatarij, vel hæredis morte conditionem deficere, adimpleríque eorum vita durante posse; cum non ad tempus, sed adimplementum, quandocúmque illud conditio sortiatur, testatoris voluntatem respexisse videatur; probant *Vlpiani* verba *in l. Hæc conditio, la 1.10.* in ordine, *D. de condit. & demonstrat. Hæc conditio*, Filiæ meæ cum nupserit, *talis est, vt qui testatus est, impleri solummodò conditionem voluerit, non etiam satis exigi, quando* (inquit) Martiani quoque in *l. Conditionum, 90.* (*aliàs 91. D. eodem*, ibi: *Illa verò*, Si filio nupserit, *vel viuente, vel mortuo testatore impleri possit.* Et ibi: *Quandocúmque enim nupserit, impletur conditio.* notántque vtrobique Scribentes. Indefinitam námque conditionem ad certum tempus non limitatam, aut restrictam, quandocúmque † posse impleri ostendunt dicta iura, do- 2
céntque *Cyn. in l. Si plures, quæstione 5. C. de condit. insert. August. in Beroi. consil. 28. nu. 52. circa fin. lib. 2. Ioann. à Castello controuers. lib. 4. cap. 25. num. 12. Petr. Surd. consil. 72. num. 2. Ioann. Gutierez consil. 17. n. 9. & seqq.* præcipuè *num. 13.*

num. 13. vbi in terminis nostris, conditionem *Si nupserit*, tam in hæreditatibus, quàm in legatis posse quandocúmque, & infinitum ante grauati mortem impleri, firmat, *Azeued. consilio* 4. *num.* 36. & 42. Tempus enim non
3 præfinitum, in perpetuum † extenditur, *dictis iurib.* notatúrque in *l. Sine præfinito*, 23. *D. de pœnis.*

Quinimò & conditionem merè potestatiuam institutioni absque temporis præfinitio-
4 ne adiectam posse quandocúmque † in vita instituti adimpleri, probat *text. in l. Si quis instituatur*, 23. §. 1 & *ibi glos. fin. D. de hæred. instit.* docéntque *Bart.* & *Doctores in l. Hæc conditio*, *la* 2. *D. de condit. & demonstr. Gregor. Lopez in l.* 7 *tit.* 4. *part.* 6. *glos.* 4. *verb. Si se cumpliere*, *Gutier. vbi suprà, num.* 9. & *Azeued. d. loco.*

5 Idémque & in contractibus † probant *text. in l. fin. C. de contrah. empt.* magistraliter *Bald. in d. l. Si plures, num.* 32. *C. de condit. insert.* verbáque text. *in l.* 15 *tit.* 11 *part.* 5. ibi: *Mas si la condition es puesta en pleyto ante del prometimiento, diziendo assi: Si vos yo non diere, ò non fiziere tal cosa, prometo de vos dar, ò pechar tantos marauedis Tal condicion como esta, se entiende, que se puede alongar fasta el dia de la muerte de aquel que fizo la promessa.* Ante interpellationem saltèm grauati, vel nisi tacitè dies obligationi, contractuíque subsit, iuxta *textum in l. Interdum in princip. & in l. Continuus*, 127. §. *Cùm ita*, *D. de verborum obligat. & in l.* 13. *titulo* 11. *part.* 5. & *l.* 15. *vers. E aundezimos, eodem titulo, & part.* docétque in specie *Bald. in d. l. Si plures*, *d. numero* 32.

6 Conditio autem potestatiua legato † adiecta cum primùm aderit facultas debet adimpleri, vt demonstrat apertè *text in l. Hæc conditio, la* 2. 29. in ordine, *D. de condit. & demonstrat.* cuius sunt verba: *Hæc conditio si in capitolium ascenderit, sic accipienda est, si cùm primùm potuerit capitolium ascenderit.* Est sententia ita distinguentis *glossæ in d. l. Si quis instituatur*, *Baldi in l. Si pater, num.* 27. *C. de institut. & substit. & in dicta l. Si plures, dicto num.* 32. *Iasonis in l.* 2. *num.* 6. *C. de institut. & substitut. Alexand. consilio* 46. *in princip. lib.* 7. *Gregorius Lopez in d. l.* 7. *tit.* 4 *part.* 6. *gloss.* 4. *Card. Tusch. practic. conclus. lit. C. conclus.* 581. *n.* 5. & 6.

Huiusmodi autem & in legatis conditionis implementum ita demum obligat, cùm leuiter, & habiliter impleri potest, verba sunt *Baldi in dict. l. Si plures, num.* 32. *C. de condit. insert.* idem etiam tenet *Augustin. Beroi. dicto consilio* 28. *numero* 53. *libro* 2. vbi tunc in legatis debere adimpleri conditionem, cum sine onere, aut sumptu impleri valet, notat, aliíque ex proximè citatis aduertunt.

7 Differentiæ † rationem inter conditionem legato, vel institutioni adiectam constituunt *dict. gloss. fin. in d. l. Si quis instituatur*, §. 1. & *ibi Bart. & Doctores*, quos etiam sequitur *Ioann. Gutier. dict. consil.* 17. *num.* 13. Quòd hæres sicut legatarius non sit grauandus; quia maius periculum in institutione, ne testator sine hærede remaneat, quàm in legato vertitur.

8 Mixta † autem conditio (vt est hæc *si nupserit*) tam si legatis, quàm institutionibus absque alia temporis præfinitione adiiciatur, quandocúmque ante hæredis, vel legatarij mortem poterit adimpleri, vt & iura in principio adducta probant; & in specie tenent *Sozin. in d. l. Hæc conditio, la* 2. *num.* 2. *D. de condit. & demonstrat. Deci. in l.* 2. *in princip. C. de institut. & substit. acutissimus Emanuel Acosta in l. Cùm tale*, §. *Si arbitratu*, *D. de condit. & demonstrat. vers. Vltimò legis sententia, numer.* 20. *Azeued. dicto consil.* 4. *num.* 36. & 42. *Gutier. d. consilio* 17. *num.* 14. *Cardinal. Francisc. Mant. de coniectur. vltim. volunt. libro* 11. *tit.* 18. *num.* 26. *vers Ego autem puto*, & *nu.* 27. *Didac. Spino de testam. gloss.* 14. *princip. nu.* 18. 19. & 20.

Contrariam tamen sententiam (in proposita nempè specie deficere conditionem, si intra triennium † post pubertatem non impleatur, nuptiæque intra illud non fuerint celebratæ) probat singularis, & expressus *text. in l.* 2. §. *Ad filiorum*, *C. quando, & quibus quarta pars debeatur, lib.* 10. vbi ita tenent *Bart. & Ioann. de Platea*, *Ias. in d. l.* 2. *num.* 6 *C. de instit. & substit. Bald. in l. Placet, in fine, D. de liber. & posthum. Paul Castrens. in d. l. Hæc conditio, num.* 2. *Guil. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. Cuidam Petro tradiderunt, num.* 4. & 5. *Cardinal. Mantic. d. tit.* 18. *num.* 26. qui licèt dubium hoc putet; in foro obtinere forte dicit, receptiorémque hanc sententiam testatur *Acosta vbi suprà*, *Didac. Spino d. loco, num.* 21. firmat latiùs *Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap.* 137. *num.* 9 & *seqq. Francisc. Marc. decis.* 683. *tom.* 1. *Tobi. Nonius consil.* 25. *num.* 6. *Mut. sup. const. Panor. cap.* 47. *numer.* 95. *Maresc. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 73. *num.* 12. & 13. alios plurimos referens, *Ioan. Mar. Nouar. quæst. foren.* 68. *nu.* 6. & *seqq. p.* 1. *Castill. controu. lib.* 5. 2. *p. cap.* 115. *num.* 2. & *seq.* licèt ex *num.* 5. contrarium tenentes referat, cúmque eis teneat. 9

Nec responsio ad *text. in d.* §. *Ad filiorum* à contrariæ partis sequacibus tradita, contendentibus in casu speciali, & dispensatiuè loqui; omnino satisfacit, cùm generaliter intelligendum asserat *Iaso vbi proximè*, supponántque alij cum eo relati.

Si tamen pauperi † conditio hæc adiecta 10
sit, dum ob paupertatem decenter, commodéque matrimonium contrahere non potest, prædicto trium annorum spatio non arctari; post illúdque hæreditatem, legatúmve deberi, indubitanter tenendum est, ex *text. in l.* 1. *D. de curat. bonis dand.* & ex his, quæ suprà *n.* 6. *in fin.* adnotauimus. Quinimò & pro impleta conditionem haberi, ex vulgari regula *text. in cap. Cùm non stat, de regul. iur. lib.* 6. Quæ in conditionibus potestatiuis, mixtísque procedit, † *text. in l. Multa*, 6. & *in l. In testamen-* 11
to, 31. *D. de condit. & demonst. l.* 1. *C. de instit. & substit. l. Turpia*, 54. §. 1. & §. *pen. D. de legat.* 1 *l. Vter ex fratribus*, 32. *vers. Plerúmque*, *D. de condit. instit.* cuius sunt verba: *Plerúmque enim hæc conditio, si vxorem duxerit, si dederit, si fecerit, ita accipi oportet, quòd per eum non stet, quominùs ducat, det, aut faciat.* Qui est in terminis nostris formalis, & expressus text. de iure etiam Regio in *l.* 14. *tit.* 4. & *in l.* 22. *tit.* 9. *part.* 6. obseruant (præter ordinarios

narios in dictis locis) *Philipp. Corne. consi. 168. num. 12. lib. 3. Cardinal. Tusch. practic. conclus. lit. C. conclus. 581. num. 8.* éstque communis secundùm *Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiss. artic. 16. n. 130.*

Idque siue grauatus conditionem omnino implere non valeat; siue possit de facto, non tamen honestè, † cum tunc posse non dicatur,
12 iuxta iura vulgaria, docuitque in specie *gloss. in d. l. 1. verb. Manifestum est, in fin. C. de instit. & substit.* ibi: *Item quod dicit hæc lex, est verum, si honestè potest nubere mulier, aliàs non excluditur,* obseruant in iisdem terminis *Ioan. à Castillo controuer. lib. 4. cap. 25. nu. 78. Marc. Ant. Peregrin. d. art. 16. n. 138.*

Quare si testator præciperet, hácve conditione hæreditatem relinqueret, vel legatum, vt hæres, aut legatarius cum persona indigna, † talíve cum qua matrimonium honestè con-
13 trahere non posset, contraheret: licèt conditioni non pareret, hæreditatem, aut legatum haberet. Imò talis conditio tanquam impossibilis de iure reiicitur, próque non adiecta reputatur, iuxta *text. in l.* Conditiones, 9. *l.* Conditiones, 14. *l. Filius, 15. D. de condit. institut. l. Si à muliere, 29. §. Idémque, D. de milit. testam. l. 2.* (à contrario sensu) *C. de condit. & substitut. l. Non dubitamus, 20.* & expressior in *l. Cùm ita legatum, 62. §. Videamus, D. de condit. & demonstrat. Videamus* (inquit Gaius) *& si ita legatum sit,* Si Titio nupserit. *Et quidem si honestè Titio possit nubere, dubium non erit, quin nisi paruerit conditioni, excludatur à legato; Si verò indignus sit nuptiis iste Titius, dicendum est, posse beneficio legis cuilibet nubere. l. 3. tit. 4. part. 6.* ibi: *E generalmente son llamadas impossibiles segun derecho, todas las conditiones que son contra honestad de aquel a quien son puestas, ò contra buenas costumbres. l. 14. in fin. eod. tit. & part. l. 32. titul. 29. ead. part.* ibi: *O contra su fama, ò deshonora de los parientes del, non deue ser guardado tal mandamiento.* éstque communis, & concors omnium resolutio, quam (post antiquiores) tradunt *Cardin. Franc. Mantic. de coniect. vltim. volunt. d. lib. 11. tit. 18. num. 2. & 5.* Tell. *Fernand. in l. 50. Taur. nu. 9. Pelaez de Mieres de maioratib. 1. part. quæstion. 50. num. 10. & 11.* vterque *Molin.* alter *de Hispanor. primogen. lib. 2. cap. 13. numer. 5.* alter *de iustit. & iur. 1. tom. disputat. 207. Pat.* Thom. *Sanchez de matrimon. libro 1. disputatione 33. num. 11. Leand. Galganet. de condit. & demonstrat. 1. part. cap. 2. num. 5. versic. Secunda impossibilis iure, & cap. 8. num. 12. Castill. controuers. d. lib. 4. cap. 25. num. 48.* vbi generaliter, ac indistinctè *dicti §. Videamus* dispositionem procedere, quomodocúmq; inhonestas interueniat, próque non adiecta conditionem habendam, demonstrat, tenéntque *Ioann. Sicchard. in dicta l. 1. num. 4. in fin. C. de instit. & substit. Eman. Costa in d. l. Cùm tale, §. Si arbitratu, ampliat. 3. in princip. Galgan.* Tell. *& Mier. d. locis.*

Vnde sicut conditio nubendi certæ personæ, tunc demum obligat, si grauatus eam honestè possit adimplere: ita cùm intra certum tempus † nubendi conditio adest, non aliter
14 obligabit, aut excludet grauatum, quàm si honestè intra præfixum terminum cùm posset conditioni parere, non paruerit, ob iuris, quæ in vtróque casu adest, impossibilitatem. De persona enim ad tempus, † (vbi eadem præcipuè est ratio) valet argumentum, *text. in l. Qui plures liberos, 38. in princip. & ibi Doctores, D. de vulg. & pup. ill.* late *Nicol. Euerard. in topic. legalib. loco 37. à persona ad tempus,* 15
& ostasupra limit. 8. n. 2. Hoc probans argumento, quòd sicut conditio de non nubendo certo generi personarum; † quia non omnino damnat, sed certarum personarum respectu viduitatem inducit, efficax est; *dict. l. Cùm ita legatum, 62. &* 16
l. Hoc modo, 63. de condit. & demonstrat. Sic etiam conditio non absolutam viduitatem, sed certi temporis respectu iniungens. Et in terminis nostris, conditionem de nubendo intra certum tempus, si honestè intra illud adimpleri nequeat, non facere deficere † legatum, sicut in conditione de nubendo cum certa, & 17
determinata persona, cum qua honestè contrahi non potest; asseuerat (per iam dicta fundamenta) *Castill. dicto c. 25. num. 54.* præcipuè *circa fin. & nu. 55.* ita iudicatum in simili casu, imò & fortioribus terminis per Regium Hispalensem Senatum asserens, *ibidem num. 1.* in causa cuiusdam dominæ Annæ de Quesada, cui patruus suus 1500. ducatos legauerat, si intra duos nuberet annos, quæ cum intra prædictum non nuberet tempus, sed post sextà morte testatoris annos, eam legatum petentem repellendam, legatúmque ob conditionem non impletam defecisse, instabant testatoris hæredes; quorum obiectionibus non obstantibus, in legatariæ fauorem contendentis sibi fore legatum, ac si conditioni paruisset, præstandum, cum per eam quominùs pareret, non stetisset, quia patrem habebat, cuius ad matrimonium intra biennium contrahendum non aderat consensus; iudicauit Senatus. Idque etiam procedere, si non appareret, dictam legatariam intra præfatum tempus nubere voluisse, cótradixisséque patrem, cum satis dicatur matrimonium patrem filiæ impedire, qui eidem maritum non quærit, cum ad patrem munus hoc pertineat, nec ei se filia absque dedecore possit ingerere, aduertit idem ipse *Castillo suprà, numero 56. vers. Quòd si dixeris.*

Quibus accedit *Baldi* doctrina *consilio 257. libro 1.* tradentis: statuto disponente, vt Mediolanensis mulier extra Mediolanum sub hæreditatis priuationis pœna non nubat, priuandam eam non esse, si patris iussu extra † 18
nubat. Eandem protulit idem ipse *Bald.* sententiam *in dict. l. 1. num. 9. C. de institut. & substit.* quam probant *Bertrand. cons. 148. vol. 1. Ioann. Gratian. regul. 83. num. 9. Ludouic. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 15. nu. 22. vers. Idem magis,* & cum aliis, quos refert *P. Thom. Sanchez de matrimon. libro 1. disput. 33. numero 13.* Cum honestè contra, vel præter parentis voluntatem nubere filia nequeat, vt latiùs idem ipse prosequitur *Sanch. lib. 4. disput. 23. n. 9. Petr. Ledesm. de matrim. qu. 47. artic. 6. dub. 2. Bellarmin. eod. tract. capite 19. proposit. 3.* P. *Molin. de iust. & iur. 1. tom. tract. 2. disput. 176. alter Molin. vbi supr. Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glo. 2. n. 6. cum seqq.* Philip. *Pasch. de virib. patr. potest. 2. p. cap. 5. num. 26.*

Quæ

Quæ nostram quoque firmat, arguendo de
19 de loco ad tempus, † quod in iure validum est argumentum, *text. in l. Vinum, 22. D. si cert. petat. Nicola. Euerar in locis legalib. loco 88. de tempore ad locum, Carain Dominic. Tusch. pract. conclus. lit. A conclus. 505. Petr. Barbos. ad leg. Hæres absens, 19. in princip. n. 69. in fine, D. de iudic.*

Sicut igitur conditio de nubendo intra certum locum sub hæreditatis, vel legati priuationis pœna, si honestè impleri non potest, non impedit quominus ea conditione reiecta, legatum, vel hæreditas debeatur: ita si conditio de nubendo intra certum tempus, †
20 honestè intra illud adimpleri non valeat: si post illud impleatur, legatum, vel hæreditatem relictam conditione illa non obstante deberi, dicendum erit.

Ex quibus omnibus deprehenditur manifestè, conditionem de nubendo intra certũ tempus, vel simpliciter pauperi hæredi, vel legatario adiectam, si intra statutum terminum eam honestè ob paupertatem † suam implere non
21 valeat, conditionis defectũ non efficere quominùs hæreditatem vel legatũ non consequatur; si cum facultas adfuit, honestèque grauatus contrahere potuit, etiam post statutum terminum, vel si statutus non sit, post trienium à lege requisitum matrimonium contraxit, nec tunc *d. l. 2. §. Ad filiorum* locum habere Dispositionem. Quod in facti contingentia & habui, & obtinui, in cuiusdã honestæ puellæ persona; cui quingentorum ducatorũ summa *si nupsisset*, testamento relicta fuerant, pósteque nubilis ætatis annos per octo parum plus minùsve cęlebs, inuxoraraque ob eius paupertatem, cuius ratione sibi coæqualem, condignúmque suę conditioni maritum non repererat, stetit, quam legantis hæredes *dicti §. Ad filiorum* prætextu repellere conabantur, contra quos tamen dicta sententia est.

SPECIALIA QVÆDAM extra Quæstiones in vltimis voluntatibus.

SVMMARIVM.

1 *Conditione de nubendo certa, determinatæ personæ adiecta, qualibet in conditione positarum ante illius implementum (mora etiam, vel culpa non interueniente) decedente, legatum corruit.*
2 *Limitatur si pauperi conditio hac apposita sit*
3 *Fidei commissum vniuersale à filio post ipsius mortem alicui relictum, inuinitam habet conditionem* si sine liberis decesserit?
4 *Fallit si hac formula pauperibus pro conscientiæ exoneratione, maléque ablatorum restitutione relictum sit. Et quid si de malè ablatorum restitutione mentio non fiat? num. 6 & 7.*
5 *Animæ fauor liberorum commodo, & fauori praualet.*
8 *Tacita pupillaris sub vulgari expressa filio impuberi facto contenta matrem pupilli non excludit.*
9 *Fallit si pauperes substituti sint.*
10 *Et an vt fallentia procedat, requiratur pro conscientiæ exoneratione, maléque ablatorum restitutione pauperum substitutionem fieri, vel etiam ea non facta vera sit? & num. 11.*
12 *Pupillaris expressa matrem excludit.*
13 *Ampliatur vt etiam à legitima matrem excludat.*
14 *Et etiam in conscientiæ foro.*
15 *Fallit si mater inops sit, quæ legitima tunc priuari non potest.*
16 *Legatum consanguineis pauperibus factum, potiùs ex pia causa, pietatisque ratione, quàm sanguinis factum præsumitur.*
17 *Tale legatum vt pium debetur, etiam si omnes iuris ciuilis solemnitates non fuerint seruatæ.*
18 *Legata ad pias causas in minus solemni testamento relicta, licèt alia non teneant; ipsa tamen valent.*
19 *Miserabilibus personis relictum ad pias causas factum censetur. Intellige vt n. sequent.*
21 *Quælibet dispositio de prima tantùm intelligitur vice.*
22 *Fallit miserabilium personarum fauore, quibus legatum relictum, annuum præsumitur.*

PRimæ huius tractatus partis ordinem seruando, vbi aliqua extra quæstiones specialia ei pertinentia in calce adiecimus: huic pariter secundæ alia, quæ vltimas voluntates respiciunt, nectimus.

Ergo, licèt in conditione de nubendo certæ, † & determinatæ personæ, qualibet in conditione adiectarum ante conditionis implementum (mora etiam vel culpa non interueniente) persona decedente, legatum corruat: *text. in l. Intestamento, la 2. in ordin. 31. D. de condit. & demonstrat l. Legatum, 4. C. de condition. in sert.* de iure Regio *text. in l. 14. tit. 4. & l. 22. tit. 9. part. 6.* tenéntque (præter Scrib. in dict. locis) *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11 tit. 18. n. 37. Ludouic. Molin. de Hispan. primog lib. 2. c. 13. n. 23*, communem dicens, *Iac. Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 183. n 40. & 41. & præsumpt. 146. n. 22. eod. lib. P. Thom. Sanch. de matr. lib 1. disp. 33. n. 24.* quamuis referat ibi *P. Ludouic. Molin. de iustit. & iur. 1. tom. tr. 2. disput. 206. in fin. & disput. 207.* asserentem, conditionem mixtam (vt est hæc de nubendo) pro impleta haberi si altera persona cum qua contrahendum matrimonium foret, è vita migret, secus si ipsamet grauata. Sed in quolibet casu conditione hac deficiente, legatum deficere; firmant aperte *dicta iura Peregrin.* etiam *de fidei commis. art. 16. n. 139.* 1

Si tamen pauperi † conditio hæc de nubendo certæ personę adiecta sit, etsi persona cõditioni apposita decedat; deberi nihilominus legatum; haberíq; tunc pro impleta conditioné; aliter atque si diuiti, quantumuis dotis ratione relinquatur; tenens *Bald. Nouel. de dot. 1. p. priuileg. 76. ad fin. vers Potest dici, & priuileg. 77. Didac. Cou. de testam. c. 3. n. 15 vers. Quintò inde colligitur, Card. Manti. d. lib. 11. tit. 22. n. 32. & 33. Didac. Perez, in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinam. vers. Est tamen notandum. Thom. Sanch. vbi sup. n. 25. Pereg. d. loco, num. 104.* 2

Iacob. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 146. n. 22. & præsumpt. 183. n. 44. assentitúrq; Greg. Lop. in d. l. 14. tit. 4. par. 6. glos. 4. verb. Se muera.

Item, quamuis fideicommissum vniuersale
3 à filio † post ipsius mortem alicui relictum, *si sine liberis decesserit*, intelligatur, inuiuitámque conditionem hanc habeat, ex eleganti satísque noto Papiniani responso in *l. Cum auus*, 101. *D. de condit. & demonstrat.*

4 Si hac formula testator pauperibus † relinquat, eósve pro conscientiæ exoneratione, maléque ablatorum restitutione substituat; conditionem illam non subaudiri? firmant *Ant. d. Barbat. in repet. l. Cum acutissimi, C. de fideicomm. ex n. 282. Tiraq. de priuileg. piæ caus. priuil.* 17. & 68. *Guil. Benedict. in repet. c. Raynuntius, verb. Si absque liberis. n. 25. de testam. Eman. Acost. in c.* Si pater. *verb. Si absq; liberis n.* 18 *eod. tit. in* 6. latè *Ioseph. de Rustic. ad d. l. Cum auus, lib. 2. c. 3. n. 1. & seqq.*

5 Animæ namque fauorem † liberorũ commodo præualere, facereq; conditionem illam, & *d. l. Cum auus* præsumptionem deficere, cessaréq; docuit (post *Bald. Aret.* & alios ibi adductos) *idem ipse Rustic. eod. loco* ex Tobiæ c. 2. *Pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo donat pro anima sua. d. n.* 1. multísque seqq. firmans.

6 Quod tamen non tam pauperum ratione, † eorú nq; fauore, sed conscientiæ exonerationis videtur constitutum. Si enim pauperes aliáve pia causa fuisset filiis substituta, nec de malè ablatorum restitutione mentio fieret, prædictam fore subintelligendam conditionem, *si sine liberis decesserit*, tradit ex plurimis *Acost. loco n.* 17.

Malè autem ablatorum mentione in substi-
7 tutione facta, † etiam piâ causa substituta non sit, præfatam non subaudiri conditioné; obseruat *idem ipse ibi n.* 18. *vers. Ego noto.*

Cuius generis illa etiã videtur assertio, quod licèt tacita pupillaris † substitutio sub vulgari
8 expressa filio impuberi facta, contenta (iuxta *text. in l. 4. de vulg. l. Quamuis. C. de impuber. & aliis substit.*) matrem pupilli non excludat; *l. vlt. C. de instit. & substit. glos. in l. Precibus, §. ver. Omnimodo, C. de impub. & aliis substit. Alex.* (communẽ dicens) *in l. Centurio, n.* 58. *D. de vulg. & pupil. & ibi Ias. n. 22. & in d. l. Precibus, n. 6.* vbi etiam *Curt. Iun. n. 20. Couar.* communẽ quóque dicens in *d. c. Raynuntius, §. 4. n. 6.* Infinitos referés, de cómuni, & magis communi sæpè attestans nouissimè *Vincent. Fusar. de substit. q. 157. n. 1. & seq.* materiam, & conclusionem hanc plenissimè tractans, multis ampliationibus & limitationibus exornans.

9 Si tamen pauperes † substituti sint, pupillaris tacita matrem excludit, ex sententia *Ang. n. 5. Castrens. n. 8. Alex. n. 6. Ias. n. 8. Rimi n. 235. in d. l. Precibus, Alex. in l. 2. n. 36. D. de vulg. & cons. 38. lib. 1. & cons. 12. n. 25. lib. 3. Eman. Acost. in d. c. Si pater, p. 2. verb. Ipsis pauper. n. 5. & verb. Superstite matre num. 11. Paris. cons. 86. n. 75. lib. 2. Rolan. à Val. cons. 69. n. 28. lib. 1. Ant. Gom. var. tom. 1. c. 4. n. 10. Menoch. de succes. progres. lib. 2. §. 11. n. 34. & §. 15. n. 120. Mich. Cras. in §. Substitutio, q. 11. n. 7. Card. Mantic. de coniect. vlti. vol. lib. 5. tit. 15. n. 34. Menoch de præsumpt. lib. 4. præsump. p. 39. n. 90 Alex. Trenta. de substit. p. 1. c. 12. n. 24. Masc. de prob. conclus. 1171. n. 6. Surd. de alim. t. 1. q. 5. n. 157. Nicol. Intrigl. de substit. cent. 1. q. 92. n. 15. & seqq. Vinc. Fusar. d. q.* 157. multos ex his referens *n. 55. Cardin. Tusch. lit. P. conc.* 169.

Ita demum tamen assertionem hanc proce- 10
dere, si pro conscientiæ † exoneratione, maléque restitutione ablatorum pauperes substituantur; contendunt *Soci. in l. 2. n. 37. D. de vulg. Deci. in l. Precibus, n. 14 Guil. Bened. in d. c. Raynuntius, verb. Si absque liberis. el. 2. n. 89. & ibid. Couar. d. n. 6. vers. Qua in re, Alex. Trentacin. d. capit. 12. in fin.* Didac. *Spino in specul. testamen. tit. de vulg. n. 27. Vincent. Fusar. d. loco, n. 57. Ioseph. de Rustic. ad d. l. Cum auus, lib. 2. d. c. 3. n. 8.*

Licèt indistinctè in vtroque casu matrem 11
excludi, † velint *Rip. in d. l. 2. de vulg. n. 32. Cardin. Mantic. d. t. 15. in fin. Nicol. Intrigliol. d. quæst. 92. n. 134. & seqq.*

Quæ ne aut pauperum, miserabiliúmque priuilegia supprimere; aut non competentia videamur assignare, adnotamus.

Ita pariter etsi pupillaris expressa † matrẽ 12
excludat; vt probant *text. in d. l. Precibus, §. C. de impuber. & ali. substi. l. Lutius, 45 D. de vulg. & pupil. l. Papinianus, 8. §. Sed nec impuberis, D. de inoffic. testam. cap. 1. §. fin. de testam. lib. 6. lib. 12. tit. 5. part. 6. Bart. in d. l. 2. num. 3. & 31. D. de vulg. & ibid. Alexand. num. 28. Ias. n. 30. Rip. num. 44. Socin. Iun. n. 94.* latè *Peregrin. cons. 32. lib. 2. Mechac. de succes. progres. §. 15 n. 16. & 57. vers. Primò ergo quæro, Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 5. tit. 8. n. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 38. Alexand. Trentac de substit. part. 2. capit. 16. Intrigliol. eodem tract. cent. 1. quæst.* 90. hos, multósque alios referens *Vincent. Fusar. de substit. quæst. 156. numer.* 1. qui materiam hanc plenè per totam disserit, & præter alias, quæ conclusioni huic ampliationes assignat, vnam quæ ad institutum nostrum pertinet, eiúsque ampliationem, vt speciale paupertatis fauore deducamus, decerpimus: Vt nempè etiam à legitima † matrẽ excludat; quam tradit *n.* 14. ex sententia *Bart. in d. l. 2. D.* 13
de vulg. n. 31. & ibid. Rip. n. 44. Alciat. 55. & Socin. Iun. n. 67. Alberic. in rubric. eiusdem tit. n. 46. Deci. in d. leg. Precibus, n. 9. & Rimin. Iun. n. 90. Couar. in c. Cùm esses, n. 12. de testament. & in d. c. Raynuntius, §. 4. n. 6. Peregrin. d. cons. 32. n. 14. & seqq. & cons. 68. n. 7. lib. 2. Surd. cons. 212. n. 1. Menoch. cons. 362. n. 50. Cephal. cons. 672. n. 12. & cons. 291. n. 8. Mant. de coniectur vltim. volunt. lib. 5. tit. 11. n. 14. 15. & 37. Alexand. Trent. de substit. par. 2. cap. 16. Fach. controuers. lib. 4. c. 42. aliorúmque multorum, quas latè recenset.

Ampliationem, conclusionémque hanc ampliat etiam in foro conscientiæ, † vt nec in eo matri legitima debeatur; allegat *Socin. Sen. in d. l. 2. D. de vulg. n. 20. & ibid. Rip. n. 45. Curt. Iun. in d. l. Precibus, n. 14. & Rimin.* Iun. *n. 14. Cost. in d. c. Si pater, par. 2. in verb. Superstite, n. 9. Crot. in c. 3. de constit. in 6. in 1. notab. & ibid. Gomez. n. 19. Menoch. in d. §. 15. n. 16. & 17. versic.* Contrariam, qui longè veriorẽ hanc dicit, & *de succes. creat. lib. 1. §. 1. n. 25. Alexand. Trentac. in d. c. 16. n.* 5. vbi ab hac non esse recedendum firmat, *Intrigliol. d. quæst. 91. n. 23. Fachin. d. c. 42. vers.* Controuersia etiam, multósque

multóſque alios, quibus ſummæ authoritatis addo. *P. Molin. de inſtit. & iure, tr. 2. diſput. 184. n. 18.*

15 Fallit tamen ſi mater inops † ſit, quia legitima tunc priuari non poteſt, *Rip. in d.l. 2. de vulg. n. 45. Lara in l. Si quis à liberis, §. Item reſcriptum, n. 10. D. de liber. agnoſc. Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 38. n. 22 Alexand. Trentac. d. capit. 16. in fin. Intrigliol. d. quæſtio. 91. in fin. Hieronym. Ceual commun. contra commun. quæſtio. 70. num. 7. Vincent. Fuſar. d. quæſtio 156. n. 24. P. Molin. d. loco, Theſaur. deciſ. Pedemont. 206. n. 2. Vincent. Carot. ſingul. 355. in fin.*

16 Item legatum conſanguineis pauperibus † factum, potiùs ex pia cauſa, pietatiſque ratione, quàm ſanguinis factum præſumitur, vt elegantiſſimè per multa iura, fundamenta, & rationes, contrariis reſpondendo, tradit *Iaſ. conſ. 183. par tot. ex verſ. Sed præmiſſis non obſtantibus.* Etſi contrarium teneant multi relati à *Tiraq. de pia cauſ. in præfat. num. 16.* qui tamen n. ſeq. in priorem inclinat, alios etiam referendo, dictam primam quoque tenent ſententiam *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 115. n. 9. Steph. Grat. diſcept. Forenſ. tom. 4. c. 605. n. 28. Camillo Borello,* aliiſque relatis nouiſſimè *Ioſeph. Ramoni conſ. 95. n. 129.* eámque defendit *Doctor. Marta in ſum. ſucceſſionis legalis, 4 par. quæſt. 18. art. 4. n. 14. verſ. Contrariam opinionem, n. 15. 16. & 31.* Vndè infert, tale legatum vt pium deberi, etiamſi omnes iuris ciuilis in eo ſolemni-
17 tates † non fuerint ſeruatæ, ex *Cephal. conſ. 216. n. 24. & ſeq. vol. 2. Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. n. 14. & Euerar. à libertate ad piam cauſam, in fin.* Cum legata ad
18 pias cauſas in minùs ſolemni † teſtamento relicta, etſi alia non teneant; ipſa tamen valeant, vt (*Anan. Imol. Conar. & Vazq.* relatis) tradit, quod in cæteris aliis miſerabilibus perſonis (quas ſigillatim recenſet *n.* 18. retulimúſque *Nos in præfat. primæ partis n. 7.* & *ſeqq.*) procedere firmat, eiſque legatum factum † ad
19 pias cauſas factum cenſeri, ex *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 115. n. 10.* poſt *Spec. Bald. Aretin.* Tiraq. & alios ibi adductos, & diximus *in prima part.* Qui tamen *Marta* pro huius regulæ declaratione hæc *n.* 19. ib. adiicit.
20 *Intellige † hanc declarationem, vt legata facta miſerabilibus perſonis, dicantur pia, quando concernunt actum pietatis: nam relictum pecuniarum factum mercatori diuiti, non eſt ad pias cauſas: quoniam ille non eſt conſtitutus in neceſſitate: ſed ſi relinquitur aliquid in auxiliū mercatorum, & aliorum aduenarum, qui ſolent in ciuitatibus alienis grauari, & legatum concerneret exonerationem illorum grauaminum, diceretur ad pias cauſas. Item ſi quid relinquatur meretricibus pro illis ſubleuandis, & ad pœnitentiam reducendis, eſt ad pias cauſas, ita vt perſonis miſerabilibus lagata facta. Aliquando dicuntur pia reſpectu ipſarum perſonarum: aliquando dicuntur pia intuitu cauſæ piæ propter quam illi relinquitur; licèt omnes prædicti miſerabiles gaudeant priuilegio l. vnic. C. quando Imperat. inter. pupil. & vid. & earum cauſæ ſint mixti fori, vt latiùs ſcripſi in tr. de iuriſd. part. 1. c. 21.*

Præterea licèt quælibet diſpoſitio de prima † tantùm vice intelligatur, iuxta *legem Boues, 89. §. Hoc ſermone,* D. *de verb. ſignific.* & plenè tradita à *Nobis 1. par. quæſt. 16.* 21

Miſerabilium tamen perſonarum † fauore prima non extinguitur vice, legatúmque eis relictum annum præſumi; dixit (ex ſententia *Franciſc. Viui. deciſ. 87. lib. 1.* quod tamen apud eum non inueni) *Ioann. Aloyſ. Ricci. deciſ. 126. Curiæ Archiep. Neapol. n. 4.* in caſu fauorabili annum legatum præſumi, nec vnica præſtatione finiri firmans ex *l. Legatum,* & *ibi Bart.* D. *annu. legat.* & Cuman. *in l. Eum qui Kalendis,* D. *de verb. oblig.* 22

VTRVM IN DELICTIS ab eorum pœna & infamia aliâs incurrenda, excuſet paupertas?

SVMMARIVM.

1 *Paupertas non excuſat à peccato, nota, ac pœna mulierem, quæ eius obtentu adulterium commiſit, turpémue ſe proſtituendo vitam elegit.*
2 *Paupertas non excuſat ſimoniacos ab infamia, & aliis pœnis contra eos iure ſtatutis.* Contrà *n. 106, & ſeq.*
3 *Nec vſurarios.*
Vſura ſimilis eſt ſimoniæ, & de vno ad aliud valet argumentum, ibid.
4 *Vſurarum crimen infamiam irrogat?*
5 *Omni iure prohibitum eſt, Fœnoris nomen.* } *extra naturam eſt, ibid.*
6 *Vſurarum exactio nec pro captiuorum redemptione permittitur, & n. ſeq.*
7 *Nec pro cultu Diuino.*
8 *Diuino cultui deſtinata ob captiuorum redemptionem vendi poſſunt.*
9 *Nec pro alendis pauperibus, pupillis, viduis, vel quibuſuis aliis miſerabilibus perſonis, quauiſve cauſa pia vſura committenda eſt.*
10 *Non ſunt facienda mala vt bona eueniant.*
11 *Pietatis prætextu impietas committenda non eſt.*
12 *Nec ob propriam paupertatem leuandam vſura committenda eſt.*
13 *Quod quis in alios facere prohibetur; in ſe ipſo non debet iudicare conceſſum.*
14 *Nulla ratione, nec etiam vitæ conſeruandæ, fas eſt peccare potiúſque mala omnia debet quis pati, quàm peccato conſentire.*
15 *Qui non habet in ære, luat in corpore. Limita vt n. 118. Intellige vt n. 119.*
16 *Paupertas regulariter in delictis non excuſat.* Contrà *n. ſeqq.*
18 *Fur eſt infamis, & aliis grauiſſimis pœnis punitur, & n. 20. remiſſiuè.*
19 *Furtum eſt grauiſſimum delictum, omni iure probitum.*
21 *Qui paupertatis leuandæ cauſa furtū committit, excuſatur, tamque à peccato, quàm ab infamia, & aliis pœnis immunis eſt.*
22 *Amplia etiam in graui neceſſitate, vt ibi*
23 *Periurus multas patitur pœnas; inter quas infamiam, & n. 24.*
25 *Et ipſo iure infamiam incurrit.*
26 *Periurium teterrimum eſt nefas omni iure prohibitum.*
27 *Qui ob paupertatē promiſſa cum iuramento non adimplet, à periurio immunis eſt.*

Impedimentum, difficultas, impossibilitas, seu necessitas qualiter à periurio excuset? ibid. remissiuè. Et quid si iurans difficultatem seu impotentiam promissum adimplendi prouidit? ibid.
28 *Apostata Ordinis, seu Religionis grauissimè apostatando peccat, infamiam & alias pœnas incurrit.*
29 *Filius vt parentum paupertati subueniat, Religionem deserere potest.*
30 *Et an absque Superioris licentia, vel eo renitente, habitúque dimisso? Et quæ ad id desideretur paupertas? remissiuè. Et quid de parentibus quoad filios? & de fratribus quoad sorores, vel fratres? n. 31.*
32 *Alearios, siue domum ludi tenentes grauibus afficiunt iura pœnis. Ludi domus quæ mala afferant? ibid.*
33 *Domus ludi publicatur. Limitatur in paupere, n. 34.*
35 *Domum ludi tenens etiam pauper hodie lege Regia punitur, & qualiter?*
36 *Liberum hominem vendere, pignorare, vel alienare, teterrimum est nefas, grauibus pœnis contra parentes etiam vindicatum.*
37 *Propter paupertatem filios distrahere parentibus licet.*
38 *Dies festi sanctè ac deuotè sunt tractandi, in ei, quæ corporalis labor prohibetur.*
39 *Paupertas in Dominicis etiam diebus laborantem excusat. Ampliatur, n. 40. Intellige vt n. 41.*
42 *Iudiciorũ strepitus diebus festiuis conquiescere debet, lités que & iurgia cessare.*
43 *Causæ pauperum, & miserabilium personarum etiam diebus festis agitari poterunt.*
44 *Depositarius in proprios vsus re deposita vtens, furtum committit.*
45 *Limitatur in paupere.*
46 *Iussus illius qui imperare potest, ab infamia, & pœna excusat eum, qui actũ facit, per quem si iussus non foret, eam incurreret.*
47 *Limita in atrocissimis delictis.*
48 *Paupertatis potens imperium, omnibúsque dominatur.*
49 *Nil turpe quod vi, aut necessitate fit, ex quorundam sententia, & inculpabile est iudicium, quod necessitas intulit.*
50 *Necessitas facit licitum, quod in lege licitum non erat.*
51 *Et legi non subiacet.*
52 *Paupertas necessitatis species est.*
53 *Multa non nisi pro peccato, delictóque imponitur.*
54 *Paupertas à mulctâ, eiúsque condemnatione, ac solutione liberat.*
55 *Mulcta ob paupertatem semel remissa licèt melior fortuna superueniat, amplius non exigitur.*
56 *Iudex an ob paupertatem precisè mulctam teneatur remittere? vel in eius resideat potestate?*
57 *Mercatura exercitium exosum est, & vix sine peccato exercetur: Nisi paupertatis ratione vt ibi. Et an etiam Clericus mercaturam, Tabellionis, Notarij, Procuratoris, vel Aduocati officium exercens paupertatis ratione excusetur? ibid, remissiuè.*
58 *Lenocinij crimen grauissimum est, & multa de eius atrocitate & pœnis, remissiuè. Grauius est adulterio, ibid.*
59 *Infamiæ notam ipso iure ingerit.*
60 *In Regno Neapolitano sola magna Curia Vicaria de eo cognoscit.*
61 *Detestabilius est, quod parentes in filias committunt.*
62 *Parentes lenocinium in filias committentes vt paupertati suæ subueniant, an excusentur? & n. seqq.*
63 *Meretricari, aut adulterium committere ob paupertatem non licet.*
64 *Lenocinium facere, non minus est, quàm corporis quæstum exercere.*
65 *Intellectus ad text. in* l. Palam, 43. §. Non est ignoscendum, D. de ritu nupti. & *n. seqq. Paupertas, & necessitas an differant, & in quo? ibid. d. n. 65.*
67 *Nulla necessitas etiam extrema peccatum mortale excusat.*
68 *Adulterium, iniustáue copula nulla causa iustificari potest.*
69 *Furari non dicitur, qui in extrema necessitate rem alienam aufert.*
70 *Necessitatis tempore omnia sunt communia.*
71 *Commune quod est, meum est*
72 *Fornicatio à furto in quibus differat.*
73 *Argumentum à contrario sensu non procedit vbi absonus resultat intellectus, vel peccatum.*
74 *Dispositio peccati nutritiua non valet.*
76 *A pœna peccati iure statuta ex aliqua circunstantia, non tamen à peccato ipso quẽ liberari sapè accidit, & n. seqq.*
77 *Corporalis iniuria non etiam magna grauis est, & qualibet pecuniaria maior.*
78 *Corporalis iniuria atrox dicitur.*
79 *Qualibet precussio manu, flagello, aut quouis instrumento in non subditum, de se peccatum mortale est, nisi facti modicitas excuset.*
80 *Iniuriam inferens iussu eius cui imperandi potestas est à pœna legis excusatur, non tamen à peccato.*
81 *In illicitis Superiori obediendum non est. Ampliatur n. 82. & 83.*
84 *Per obedientiam malum fieri non debet, licèt aliquando bonum, quod agitur debeat intermitti.*
85 *Nullus metus amissioni bonorum, nec etiam vitæ à peccato mortali excusat.*
86 *Offendens, vulnerans, vel occidens alium propter Superioris, vel tyranni minantis mortem metũ in foro exteriori excusatur.*
87 *Lenocinij crimen quoad forum exterius paupertate excusatur, licèt non quoad interius. Ampliatur n. seq.*
89 *Adulterium nulla necessitas nec in foro exteriori excusat.*
90 *Diuersitatis ratio inter hunc, superiorésque lenocinij, & simplicis fornicationis casum, & tribus n. seqq.*
91 *Qui volentem nec importunis precibus coactam virginem stuprauit, à pœna* c. 1. de adulter. *liberatur.*
92 *Vxor sui potestatem non habet, sed maritus.*

93 *Mitius agit lex quàm homo.*
95 *Fornicatio simplex, aut concubinatus de iure ciuili nec prohibitus, nec punibilis erat.*
97 *Lex debet intelligi secundùm titulum sub quo iacet.*
98 *In nuptiis contrahendis, non solùm quod licet, sed quod honestum est inspicitur.*
De iure ciuili quibus cum personis matrimonium contrahere fas non erat? ibid.
99 *Pœna non nisi in casibus à iure expressis irrogatur.*
100 *Nec ad alios debet extendi.*
101 *Nec ex similitudine rationis.*
102 *De Amoris vi eiúsque excusatione multa remissiuè.*
103 *Mulier quæ amore capta sui copiam fecit, à pœna excusatur, nec meretrix, infamis aut turpis dicitur persona.*
104 *Et ea instituta non potest frater fratris testamentum inofficiosum tanquam turpi instituta persona, dicere.*
Intellectus ad text. in l. Fratres, 27. C. de in officios. testam. *&* in §. Soror, instit. eod. *ibid.*
105 *Necessitas non minus imperiũ, quàm Amor habet, sed potentius, & nu. sequentib.*
106 *Simonia an & qualiter paupertate excusetur? Qualitérque incurratur?*
Simoniæ definitio, ibid.
107 *Ministro Ecclesiastico pauperi an liceat aliquid temporale pro spirituali, vel sub spiritualis rei obligatione recipere, exigere, vel licitè detur? & nu. seqq. Et an super eo pacisci? n. 112.*
109 *Prophetas bonos modica munera pro prophetia victus causa accepisse, in veteri testamento legitur.*
110 *Sacerdos qui ex beneficij fructibus cōmodè se alere non potest, absque simoniæ labe Sacramenta, diuináque officia, vt sibi oblationes solitæ dentur, populo subtrahere potest. intellige vt n. seq.*
113 *Intellectus ad* text. in cap. Quoniam 40. de simon.
Monasterium pauper an pro ingressu monachi aliquid absque simoniæ labe exigere, aut super hoc pacisci cum ingrediẽte possit? ibid.
114 *Et quid in Monasterio diuite?*
Intellectus ad text. in extrauag. 1. de simon. *ibid.*
115 *Intellectus ad* tex. in c. vnic. §. Sanè, de statregul. lib. 6. *remissiuè. Et ad* Concil. Trident. sess. 25. c. 3. de reformat. regul. *ibid. remissiuè.*
116 *Pauper non dicitur, qui pecunias ad vsuras credere valet.*
117 *Pauper creditur, qui mutuum sub vsuris accipit. & ex eo paupertas probatur.*
121 *Paupertas in quam quis sua culpa incidit, ad casum non ordinata in præsenti specie excusat.*

QVÆST. LXV.

NEgatiuam partem in proposita quæstione plura iura, authoritates, & rationes probant. Primò enim à peccato, labe, nota, ac pœna paupertatem non excusare mulierem, † quæ eius obtentu adulterium commisit, turpémve se prostituendo, vitam elegit, decedit celebris *text. in l. Palam, 43. §. Non est ignoscendum* (vbi notat *glos. verb. elegit, Alberic. n. 3. & Fulgos. in princip.*) *D. de ritu nuptiar.* text. & ibi notatur in *cap. Ex literis, 5. extra de diuort. glos. 1. in c. Significasti, 4. eod. tit. Bald. in l. Acceptam, n. 61. C. de vsur.* 1

Secundò, nec simoniaca labe, & infamia † 2 (qua ius simoniacos afficit, *c. 1. dist. 9. c. fin. 1. quæst. 3. cap. Sanè, 4. in ord. 15. q. 3. cap. Ex diligenti, 17. & ibi glos. verb. Infamia, de simon* (excusat, neque aliis pœnis contra eos statutis) *capit. Si quis Episcopus, cap. Presbyterum, cap. Reperiuntur, 1. q. 1.* cum aliis ibi, *cap. Patet. 27. in ord. 1. q. 7. capit. Inquisitionis, 21. de accusat.*) à simoniæque vitio liberabit paupertas, *text.* est (& *ibi glos. 1. Abb.* & cæteri) in *c. Quoniam. 40. de simon.* docéntque *Speculat. in tit. de simon. n. 7. Vital. de Camban. in tractat. de clausul. tit. de metu matrimon. n. 15. Guil. Rodoan. in tract. de simon. ment. par. 2. c. 29. n. 17. & seqq.*

Ex quo & tertiò, idem in vsurarum † cri- 3 mine dicendum venit, cum simoniæ similis sit, de vnóque ad aliud valeat argumentum; vt notant *Hostiens. in summ. de simon. num. 6. vers. Item comparatur, Augustin. Beroi. cons. 207. n. 14. lib. 3. Tiber. Decian. tractat. crimin. lib. 5. c. 85. n. 3.* Ideóque neque infamiam † quam 4 irrogat (*l. Improbum fœnus. 20 C. ex quibus caus. infam. irrog. capit. Infames §. Porro, 3. quæst. 7. cap. Infamis, 6. quæst. 1. l. 4. tit. 6. par. 7. vers. E otrosi son enfamados los vsurarios, l. 5. circa fin. tit. 6. lib. 8. noua Reg. (ollect.)* tollere, aliásque pœnas tanto nefas relatis iuribus, & aliis dignissimè impositas paupertatis prætextus potent. Quippè quod omni iure, † 5 Diuino, naturali, & Positiuo prohibitum sit, vt tradunt (post alios) *Farinac. decis. 2. num. 1 lib. 2. Surd. cons. 459. numero 1. Caualcan. decis. 1. num. 4. part. 2.* multis adductis *P. Salas in tract. de vsur. dub. 3. Marquard. de Susan. in tract. de Iudæis, & aliis infidelib. cap. 31. num. 2. Couar. variar. lib. 3. cap. 1. num. 5 & seq.* Extra naturámque vsurarum, fœnorisve nomen esse; testatur *Senec. de benefic. lib. 7. capit. 10.* vbi hæc: *Quid fœnus? & Kalendarium, & vsura? nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina.*

Ideóque nec pro captiuorum redemptione † vsurarum exactio permittitur *text. in c.* 6 *Super eo, 4, de vsur. Ioann. à Capistrano de vsur. 1. par. secundæ partis principalis, num. 2. Ostiensis decis. Pedemon. 137. num. 19. vers. Præterea si pro vita captiui, Fabian. Genuens. de cambiis) nu. 33. Petr. de Barsio in director. electionum cap. 33. num. 6.* vbi etiam, quod nec pro cultu † Diuino vsura committenda est, cum † 7 neque pro redemptione captiuorum (ob quam Diuino cultui destinata † vendi possunt, *cap.* 8 *Aurum habet Ecclesia, 12. quæst. 2 & glos. in summ. ead. causa, & q.*) committi debeat, nec possit.

Nec pro alendis pauperibus, † pupillis, 9 viduis, vel quibusuis aliis miserabilibus personis, quauisue causa pia *Fabian. Genues. d. tr. n. 32. v. Etsi quis piam diceret.*

Non enim sunt facienda mala † vt eueniãt 10 bona, ex sententiâ *Pauli ad Roman. 3. & in c. Fortè, 14. q. 5.* Nec pietatis prætextu † impietas 11

committenda est, *cap. Non est putanda, quæst. 1. c. 2. & cap. Neque, 14. q. 5. cap. Non dicat, 23. quæst. 5.*

12 Quare nec ob propriam † paupertatem, vel necessitatem leuandam: cùm quod quis
13 in alios facere prohibetur in se ipso † non debeat iudicare concessum, vt argum. *l. Athletas, 4. §. Pomponius, D. de his qui not. infam.* notant *Bald. & Aret.* quos refert, & sequitur *Cornel. Beninc. de paupert. special. 9. in indic. n. 31.* Nulláque ratione, nec etiam vitæ con-
14 seruandæ, fas sit peccare, † potiúsque famem, mortem, ac mala omnia debeat quis pati, quã peccato consentire, *cap. Sicut sanctius, 32. q. 2. cap. Lotharius, 31. q. 3. cap. Sacris, 5, de his quæ vi metúve caus. fiunt, l. Isti quidem 8. §. penult. D. quod met. caus.* multa in id *Scacc. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. amplia. 19. num. 67. ver. Secunda species, & seq* vtque Senec. epist. 77. ait: *Omnia pro honesto patienda sunt.* & declamat. lib. 6 declamat. 7. pro filio contra patrem, inquit: *Mori potiùs debuit frater, quàm sanari turpiter.* & ibi. *Quædam remedia grauiora ipsis periculis sunt.* & de ira lib. 1. *Abominandum remedij genus est, sanitatem debere morbo.* alter quoque Senec. in tragœd de Iasone, & Medea, actu 3.

Remedia toties inuenit nobis Deus
Periculis peiora.

Et in Odipso, actu 3.

Vbi turpis est medecina, sanari piget.

Fuitque Zenonis sententia, Pro vita tuenda, ab honesto non recedendum, cuius fecit mentionem Iuuenalis Satyr. 15.

Melius nos
Zenonis præcepta monent; nec enim omnia, quædam
Pro vita facienda putat.

Et *Marci. Fab. Quintil.* declamat. 8. vbi sic: *Non interest an supersit remedium, quod tentare non debeas, & vbi tantundem periculi speres; quantum desperatio habet. Melior exitus est, qui facit miseros innocentes.*

Vtque alia omittamus, hanc negatiuam partem vulgare firmat axioma, Qui in ære nõ
15 habet, † in corpore luat; de quo in *l. fin. D. de in ius voca. in l. Si quis id, 7. §. In seruos autem, D. de iurisd. omni. iudic. in l. 1. §. fin. D. de pœn. in l. Ob fænus, 51. D. de administr. tut. in l. Qui ædes. 9. D. de incend. ruin. naufr. in l. Quicumque, 4. D. de seru. fug. & in l. fin. in fin. C. de sepulcr. violat.*

Generaliter denique paupertatem regula-
16 riter in delictis † non excusare asseruere, obseruarúntque *Cornel. Beninc. de paupert. q. 4. princip. n. 3. Surd. de alim. tit. 7. q. 16. nu. 43. & seqq. Farin. de delict. carn. q. 141. n. 6. & q. 142. n. 15. Franc. Viui. decis. 141. n. 5ò. lib. 2. Ioã. Baptist. Baiard. ad Iul. Clar. in §. Adulterium, n. 76. & 77.* plenissimè *Petr. Royz. Maur. decis. Lituanic. 3. n. 241.* cũ pluribus seq. *Hieron. Bucar. de different. inter iudic. ciuil. & crimi. differ. 100. n. 20. & seq.*

17 Contraria tamen † (superioribus non obstantibus) tenenda regulariter videtur sententia. In delictis nempe intuitu saltèm, & occasione paupertatis commisit, ab infamia & pœna aliàs incurrenda egestatem liberare, nisi nominatim, & expresè pauperibus etiam infligatur: firmatúrque seqq.

Primò, quia fur † est infamis, *cap. Infames, 6. q. 1. c. Hic colligitur, 2. q. 3. l. 1. D. de his qui not. infam. l. Si furti, 8. vbi glos. & Dott. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. Non poterit 63. D. de furt.* cuius verba sunt: *Non poterit Præses prouinciæ efficere, vt furti damnatum non sequatur infamia. Angel. de malefic. verb. Vestem cœlestem, n. 40. & ibi August. in eius addit. Petr. Gregor. syntagm. iur. lib. 73. c. 2. rubr. de pœna extraordinaria furti, n. 2. & 23. v. Erit tamen Cãcer. in q. crim. in c. 8. rubr. de furt. n. 9. v. Vlterius pœna latronum, & furum* alios referens *Farin. de furt. q. 167. n. 10.* 18

Est enim grauissimum delictum † iure Diuino, Naturali, & Positiuo prohibitum, vt latè comprobat idem ipse *Farina.* (vt alios præteream) *q. 165. num. 1. & seq.* Grauissimæque contra furem aliæ sunt constitutæ † pœnæ, de quibus per proximè relatos, præcipue *Farinac. d. q. 167. per tot.* 19 20

Certum tamen est, cùm qui paupertati, miseriæque suæ leuandæ causa † furtum committit (si furtum nominari tunc potest) excusari, támque à peccato, quàm ab infamia, aliisque pœnis immunem esse: ex *text. in cap. Si quis propter, 3. de furt. c. Sicut, 77. dist. & cap. Discipulos, de consecrat. dist. 5. Hostiens. in sum. de fur. §. 1. verb. In casu tamen non teneor,* quem refert, & sequitur *Addit. Abbatis in d. c. Si quis propter, nu. 1. lit. B. Corn. Beninc. de paupert. special. 9. in indic. n. 20. & seqq. Couar. in cap. Peccatum, 2. p. §. 1. n. 3. v. Hinc verò, Hieron. Bucar. d. tract. de different. inter iudic. ciuil. & crimin. different. 100. n. 23.* 21

Nec modò in extrema, † sed in graui necessitate constitutum posse rem alienam absque morali peccato accipere, si aliter graue illud malum aduertere nequeat, *ex Angel. in verb. Furtum, §. 37. Syluest. eod. verb. q. 5. Nauar. c. 17. q. 15. Ioan. à Medin. in Codic. de eleemosy. q. 7.* & aliis, probabiliorem dicit *P. Leonar. Les. de iust. & iur. lib. 2. c. 12. dub. 12. n. 17. ver. Respondetur.* 22

Secundò, inter alias pœnas, quas periurus patitur (de quibus † per Doct. in *l. Si quis maior, C. de transact. Rip. in cap. Ex parte, n. 5. & seq. extra de rescript. Areti. in §. Item si quis, el 2 n. 14. insti. de act. Ioan. à Selua de iur. iur. q. vlt. Card. Tusch. practic. conclus. lit. P. concl. 289. per tot.* prosequitur latissimè *Farin. de falsit. & simulat. q. 160. à num. 28. cum seqq.*) infamia † quoque notatur, *text. in d. l. Si quis maior, 41. C. de transact. vbi glos. verb.* Infamia, *Odofred. n. 1. Bald. n. 3. in fin. Angel n. 4. Castrens. 6. Salyc. 6. in fin. Ias. 21. & ibi eius Addit. Franc Curt. n. 34. Bolognet. 62. & 63. text. in c. Infames, & in c. Quicunque, 6. quæst. 1. c. Ex parte A. 7. c. Sicut, 9. c. Testimonium, 54. de testib. c. Si quis conuictus, 12. q. 5. glos. in c. Querelam, verbo, Periurij, de iur. iur. & ibid. Hostiens. ante nu. 1, verb. Crimine periurij, Bald. nu. 5. Ant. de Butr. n. 5. Zabarel. n. 1. in fin. vers.* In *glos. 2. Vincent. Mancin. in tractat. de iur. iu. p. 1. effectu 1. n. 1.* cum pluribus aliis, quos refert, & sequitur *Farina. d. q. 160. n. 147.* vbi plenè de materia, n. seqq. *Cardin. Tusch. de conclus. 289. n. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. casu 319. n. 3* & latissimè per totum casum, *Tiber. Decian. tract. crim. lib. 6. c. 13. n. 11.* 23 24

Ipsóque iure † in præsenti specie incurritur infamia, 25

infamia, vt est *text.* (& ibi not. *glos. verb. Infamia*, & communiter Doctores) *in d. l. Si quis maior*, *Bald. nu.* 13. *Castrens.* 6. *Ias.* 3. *Rom.* 7. *Alciat.* 30. *vers. Illud quoque constat*, *Franc.* Curt. *n.* 141. & 45. *Cagnol. n.* 144. *vers. Decimò octauò nota, & nu.* 145. & 187. *vers. Quia tamen Doctores, Iul. Clar. Anto. Gabr.* & multi alij quos adducit *Farin d. loco, n.* 164. & de iure nostro Regio expressa extat decisio *text. in d. l.* 4. *tit.* 6. *p.* 7. ibi *E todos aquellos que quebrantan el pleyto, ò postura que ouiessen iurado de guardar.* & ibi: *Ca por qualiter destas razones sobredichas, es el ome enfamado tam solamente por el fecho, maguer non sea dada contra el sentencia, porque la Ley, è el Derecho los infama.*

26 Teterrimum est enim periurium † nefas, iure Diuino, Naturali, & Positiuo prohibitũ, vt latè post alios demonstrat *T. b. Dec. tract. crim. d. lib.* 6. *c.* 9. *n.* 8. & *c.* 13. *n.* & de eius atrocitate, & grauitate multa *Far. d q.* 160. *d. n.* 6. *cum seqq.*

Adhuc tamen à periurio, eiúsque pœna
27 qui ob paupertatem † promissa cum iuramẽto non adimpleuit, immunis, existit, *Bald. in c. Querelam, nu.* 4. *de iur. iur. Hostiens. n.* 1. *in fin. verb. Non necessitate, Alex. de Neu. n.* 3. *Hieron. Grat. respons.* 121. *nu.* 4. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 163. *num.* 3. *in fin. Ant. Gabr. commun. concl. tit. de iure iurand concl.* 7. *nu.* 11. *Tiber. Decian. d. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 17. & *seq.* vbi communem dicit, *decis. Pedemont.* 92. *num.* 35. *Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.* 74. *num.* 142. *Farin. d q.* 160. *n.* 130. apud quem latissimè ex *nu* 120. qualiter impedimentum, difficultas, impossibilitas, seu necessitas à periurio excuset? Præfatam quoque sententiam tenet *Franc. Viui. decis.* 38. *n.* 3. & *dec.* 268. *n.* 1. & 2. *Sebast. de Medic. de casib. fortuit.* 2. *p. q.* 4. *n.* 36. *Fului. Pacian. de probat. lib.* 1. *c.* 54. *n.* 68. *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 8. *Ordinam. Reg. vers. Ex quo infertur Didac.* Couar. *in c. Quamuis pactum, de pact. in* 6. *p.* 2. §. 5. *n.* 4. vbi nec periurum eum esse, qui futura difficultate vel impotentia promissum adimplendi præuisa, iuramento se ad implemẽtum adstrinxit, aliquídve se factũrũ iurauit; licèt iuramentum sic præstitum temerarium sit. Vtrumque (eum sequutus) renet *Osuald. Hillger. in Donel. enucleat. lib.* 22. *c.* 9. *lit. L. pag.* 271. *col.* 2. *ad fin. vers. Quin nec periurus.*

28 Tertiò, apostata Ordinis, † seu Religionis grauissimè apostando peccat, infamiam, aliásque diuersas pœnas patitur, de quibus in *c. Tua,* 3. *de aposta. c. Alieni,* 22. *in ord.* 2. *q.* 7. *cap. Legi,* 36. *in ord.* 16. *q.* 1. *cap. Beatus,* 3. *q.* 4. *c. vlt.* 50. *dist.* & per *Bern. Diaz in pract. crim. Can. c.* 111. *Tib. Dec. tract. crimin. lib.* 5. *c.* 73. *per tot. Masc. de prob. l b.* 1. *concl.* 112. *num.* 17. & *seq.* eleganter *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 6. *casu* 546. *à n.* 30. *cum seqq. Farin. de hæres. q.* 183. *n.* 43. & *à n.* 107. cum pluribus seqq. *Camil. Borrel in summ. decis.* 2. *par. tit.* 15. *n.* 139. & 142. *cum duobus seqq.*

Ab huiusmodi tamen apostasiæ crimine,
29 eiúsque pœnis etiam patris, † vel matris excusat paupertas: vt enim eis subueniat, posse filium de Superioris licentia Religionem deferere, tradunt D. *Thom.* 2. 2. *q.* 101. *ar.* 4. quem omnes Doctores sequuntur, *Nauar.* ita attestante, *cons.* 65. *num.* 1. *tit. de regularib lib.* 3. & *cons.* 1. *n.* 8. *tit. de apostatis, l. b,* 5. *Menoch. d casu* 546. *n.* 41. Farin. *d. q.* 173. *n.* 95. & pleniùs *Nos in prima huius tractat parte, q.* 11. *à n.* 15. *cum seqq.* vbi etiam, an & quando absque Superioris licentia, † imò & Superiore renitente, 30
& contradicente, habitúque dimisso ad id Religionem deserere filio liceat? quæve ad id desideretur paupertas? *à n.* 26. *cum seqq.* Et de parẽtibus † quoad filios & de fratribus quoad sorores, vel fratres, latè egimus *ibidem à n.* 54. *cum seqq.* 31

Quartò, aleatios, siue ludi domum retinentes † grauibus afficiunt iura pœnis, de quibus 32
in *l.* 1. *D. de aleator.* & *in l.* 1. & *fin. C. eod. titul.* secundùm *Gothofredi* impressionem, alias *l. fin. C. de religios. & sumpt. funer.* & de iure Regio in *l.* 6. *tit.* 14. *p* 7. & *l.* 4. & 7. *tit.* 10. *lib.* 8. *Ordinam. Reg.* 3. 5. & 6. *tit.* 7. *lib.* 8. *noua Reg. Collect.* eosque latissimè prosequuntur (vt alios ab ipsis relatos omittamus) *Farina praxis crimin.* 3. *p q.* 109. *ex n.* 137. *ad n.* 173. *Camil. Borrel. de Magistrat. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 40. & *seqq. Phil. p. Paschal de virib. part. potest. p.* 1. *c.* 6. *n.* 96. & *seqq.* Vnam namque ludi domum multarum euersionem, Reipublicæ perniciem, latronum speluncam, peccatorúmque nutrimẽtum esse, relata iura demonstrant. Sua quoque tempora (nostris coæqualia) maláque ex ludorũ domibus prouemẽtia deplorans Iuuenal. Satyr 1. ait:

Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? Alea quando
Hos animos? Nec enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispensatore videbis
Armigero: Simplex nec furor sestertia centum
Perdere. & horrenti tunicam non reddere seruo?

Idcoque inter alias, præcipua domus publicationis † pœna ab Imperatore Iustiniano contra aleatorum, siue domum ludi tenentem 33
constituta est, in *d. l. fin. C. de religios. & sumpt. funer. in vers. Sed istam*, ibi: *Domibus eorum publicatis, vbi hæc reperiuntur.* notant. *Syluest. in summ. verb. Ludus, n.* 9. *in princ. Bonifac. Vitalin. in tract. de ludo azard. n.* 3. 13. & 14. *Ioan. Bonifa. in tract. de furt. num.* 86. *Farina.* (alios referens) *d. q.* 109. *n.* 149. vbi dupliciter amplìat *n.* 150. & 152. *Camil. Borrel. sup. n.* 43.

A qua tamen excusandum pauperem, † qui vt paupertati, indigentiæque suæ succurrat, domum ludi tenet, piè censent *Angel. de malefic. verb. Mestdor de mali dati, n.* 5. & *ibi August. eius addit. n.* 10. *Iodoch in pract. crimin. c.* 126. *n.* 8. *Conrad. in practi. tit. de lusorib. post n.* 5. quos refert, & sequitur *Farinac. dict. loco, n.* 172. 34

Licet hodie mitiori alia pœna etiam pauperem † feriat *d. Regia lex* 3. *tit.* 7. *lib.* 8. *noue Reg. Collect.* ibi: *Qualquiera que en su casa tuuiere tablero para iugar dados, ò naypes, caya en pena de cinco mil marauedis por cada vez: y sino tuuiere de que pagar, esté cien dias in cadena.* 35

Quintò, liberum hominem vendere, † pignorare, vel alienare teterrimum nefas est; 36
grauibus pœnis à iure vindicatum, quas nec parentes distrahentes filios euitant: vt in prima huius tractatus parte ostendimus, *quæst.* 22. *n.* 68. & *seqq.*

Propter

37 Propter paupertatem † verò, necessitatémque id parētibus licere plenè à *n.72.cum seq.* (multipliciter id ampliando) tradidimus.

38 Sextò licèt festi dies sanctè, † ac deuotè sint tractandi, probitúsque in eis sit corporalis labor, *Exod.c.1.20.& 35.Leuitic.16.19.& 32. Deutero. 5. Numeror. 28. Ezech. 20. Decalog. praecept.3.c.1.in fin.de feri.l.1.& 3.C. eod.tit.l.2. tit. 22.p.1.l.4 tit.1.lib.1.noua Reg. Collect.* cecinitque eleganter Tibullus lib. 2. Eleg.1.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator.
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Soluit vincla iugis, nunc ad praesepia debent.
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sint operata Deo, non audeat vlla.
Lanificam pensis imposuisse manum.

Et Ouid. Metamorphos. lib. 4. statim in princ.

Festum celebrare Sacerdos,
Immunésque operum famulas, dominásque suorum.
Pectora pelle tegi, crinales soluere vittas,
Serta comis; manibus frondentes sumere thyrsos
Iusserat.

Quod & ex antiquissimis Romanorum legibus, ritúque obseruatum refert, latéque demonstrant *Aymar. Riual. in hist. iuris Ciuil. & Pontif. lib. 2.a nu.33. cum seqq.* plenè hac de re (vt multos alios agentes omittam) *P. Suar. de Religione, lib. 2. cap. 17.* cum multis seqq.

39 Necessitas tamen, ac paupertas † in diebus etiam Dominicis laborantem excusat *Luca c.14. Matthaei 12.& Marc. 2.cap. Quod non est licitum, de reg.iur.c.Si nulla, 23. quaest.vlt. cap.Licèt 3.* (& ibi not. *Abb*) *de feri. Felin. in cap.fin.n.7. de maiorit.& obed. Paul. Orian. in repet.l.1.in princ.nu.23. D. de offic.eius.* latiùs cōprobat *Cornel.Beninc. de pauper. q.4.nu.28. Camil. Borrel. in summ. decis.2 p.tit 38.de feriis,n.67.68.& 69. Aymar. Riual.d.num.34. Syluest.in summ.verb.Dominica.n.7.P. Suar.d. lib.2.c.32.* Vbi de excusatione ob sui ipsius,

40 familiaeque † indigentiam, ac necessitatem, proximi, publicaeque prosequitur, *Iacob. de Graf.in suis decis. casuum conscient. c.35. n. 3. part.1. lib. 2.* vbi pariter *n. 31.* aduertit, nec excommunicatione aliqua ligari eum qui iustis causis diebus festiuis opera seruilia exercet, si lata à iudice sit contra diebus festiuis laborantes excommunicatio. Quia generalis sententia Ordinarij iuridice interpretanda est, vt nemo scilicet opus efficiat, nisi lege permissum.

41 Quae tamen intelligenda sunt, † dummodo non praetermittantur officia, occultè, & sine scādalo opus fiat. Ita *Angel.de Claua in summ. verb.Feria,n.35.Corn. Beninc.vbi sup.d. n.28. Card.Franc.Tolet.in sum c.25.n.3.*

42 Inde fit similiter, vt licèt iudiciorum strepitus † diebus festiuis cessare debeat, iurgiáque & lites conquiescere, *cap. 1.& cap. Conquestus, 5.de feri.l. Dies festos, C. eod.tit.l.2. D. si quis in ius vocat.non ier.d.l.2.ti.23.p.1.l.34. tit.2.p.3.l.vnic.tit. 5.lib.2.Fori leg.l.10. tit.1. lib.2.Fori iuzg.l.1.tit.7. lib.3. Ordinam.Reg.l. 4.ad fin.tit.9.lib.3.noua Reg. Collect.* scientissimè, & latè hac de re *P. Suar.de Religione,d lib.2.capit. 30. per tot.* quod & protulit Ouid. Fastor.lib.1.

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur;
Fastus erit per quem lege licebit agi.

Et ibi:

Prospera lux oritur, linguis, animísque fauete;
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanáque protinus absint
Iurgia, differ opus liuida turba tuum.

43 Pauperum † tamen miserabiliúmque personarū causae festiuis etiam diebus possunt agitari: *text. in d. c.fin. prope fin.* (ibi *Nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat*) *de feri.* cuius verba explicat (hanc firmando assertionem) *P. Suar. d. loco à n.18.cum seqq.* & probant, latèque prosequuntur *Stephan. Gratian.decis.21. nu.6. Camil.Borrel.in summ.decis.2.par.tit.38.n.70.71.& 72 Sigism.Scacc.de iudic. lib. 2. capit. 5. numero 43. & sequentibus.*

44 Septimò, depositarius in proprios vsus † re deposita vtens, furtum committit, *l. Qui furtum, 16. D.de condict. furtiu.l.Si sacculum, 29. D. de posit. l. 3. C. eod. titul. §. Furtum autem, instit. de oblig. quae ex del ct. Vincent. Carot. de deposit. causa 2. tit. Vsus, pag. mihi 54.*

45 Depositarij autem indigentia † iustam in hoc casu excusationem praebet, réque deposita vtendi, & in proprios vsus conuertendi, quatenus necessitas flagitat, licentiam concedit, vt comprobat, latéque prosequitur idem ipse *Carot.eod.tract.p.1.excusat.5 tit.de necessitate,n.1.& seqq.pag.mihi 160.*

46 Octauò, principalis sententia probatur ex *text.* † *in l. 1. ad fin. vers. Quiue suo nomine, in l. Liberorum, 11.§. Excusatur.in l.Qui iussu patris, 12.in l.Cum praegnans, 16. cum l.seq. D. de his qui not.infam.in l.Liber homo la 2.37.in ordin. D.ad leg. Aquil.& in l.Non videtur, 167 §.Qui iussu & in l Is damnum dat, 169. D.de reg.iur.* Quibus iussus illius, qui imperare potest, ab infamia, & poena excusat eum, qui actum facit per quem si iussus non fuisset, eā incurreret, à qua necessitas parendi liberat. Pulchrè *Senec. declamat.lib 9.declamat.4.* vbi ita: *Patre iubente fecit, non cecidit ipse, sed paruit.* & Ouid.de arte Amand.lib.1.

Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles,
Veste virum longa dissimulatus erat.

47 Si atrocissima † saltèm excipiamus delicta, vt in *l.Seruus 20.D.de obligation.& action.l.Is qui, 11.§. An igno citur, D. quod vi aut clam.* & firmat *Senec. controuers.l.b.7. controuers. 2. An etiam* (inquit) *si necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. Ad quaedam enim nulla debet necessitas compellere,* & ibi: *Ita tu Popili, si Antonius iussisset, patrem tuum occideres?*

48 Cuius autem potentius imperium? iussúsque valentior, quàm paupertatis? † quae
Iubet quod vis & facere, & pati,
teste *Horat.lib.3. Oda 24.* Grauem enim necessitatem omnibus dominari, ei parendum, nec Deos quidem resistere posse; ex plurium sententia

ſententia tradit (qua ſolet elegantia, & copia) *Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 33. n. 5 & 7.*

Vndè, ſicut Superioris iuſſus propter honeſtatẽ, neceſſitatémque parendi ab infamia, pœnáque excuſat: ita (& à fortiori) ipſiuſmet Neceſſitatis indigentiæ, & inopiæ truculentius imperium, inexorabiliſque poteſtas excu-
49 ſabit. Cùm & nihil turpe † ſit, quod vi, aut neceſſitate fit, ex ſententia *Tarentini* cuiuſdam apud Plutarc. referente *Ioan. Ferrar. Montan. in l. Quæ propter, D. de regul. iur.* Senec. in Troas, actu 2.

Nec turpe puta
Quidquid miſeros Fortuna iubet.

Et inculpabile fit iudicium, quod neceſſitas intulit, *c. Ad limina, 30. q. 1. c. 1. 34. q. 1.* quæ &
50 non licitum † in lege, licitum facit, *cap. Quod non eſt, de regul. iur. vbi gloſ.* concordantes adducit, *Cornel. Beninc. de paupert. ſpecial. 9. in iudic. num. 43.* plenè *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. lit. N. concluſ. 19.* & alij relati ab *Auguſt. Barboſ. in d. regul. Quod non eſt.* Et legi non ſubia-
51 cet, † *cap. Sicut, 11. de conſecrat. diſt. 1. cap. 1. de pignor. c. 2. de deſponſat. impub. l. In bello, 12. §. Medio tempore, D. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. l. Item quamuis, 10. ad fin. vbi gloſ. verb. Neceſſitatem, D. commun. diuid.* multos in id referens *Barboſ. vbi ſup. num. 2.* & plura de his paſſim, vt poſt antiquiores, videre licèt per *Tiraq.* & ab eo conqueſtos, *d. cauſa 33. per tot.* vbi *nu. 4.* nominatim in paupertate loqui-
52 tur, quam neceſſitatis † ſpeciem dicit, multiſque relatis oſtendit *Sebaſt. de Medic. in tract. Mors omnia ſoluit, 1. pag. num. 103. pag. 4. in princ.* ibi: *Quia factum paupertatis cauſa à multis excuſat: eſt enim & ipſa ſpecies neceſſitatis.*

53 Nonò, *mulcta*, non niſi pro peccato † delictóque imponitur, *l. Aliud eſt fraus, 131. §. 1. D. de verbor. ſignif.* cuius verba ſunt: *Inter mulctam autem, & pœnam multum intereſt; cum pœna generale ſit nomen, omnium delictorum coercitio: mulcta, ſpecialis peccati.* &c. *l. Illuſtres 4. C. de mod. mulctar. Illuſtres viros* (inquit text.) *Præfectos præ torios vſque ad quinquaginta librarum auri mulctam cum peccatum grauiſſimum erit, perueniri e finimus, l. 4. tit. 22. p. 3.* ibi: *Eſto ſeria quando el indigador condenaſſe alguno que pechaſſe à la Corte del Rey alguna quantia cierta por yerro que fiziera.* & ibid. *Greg. L. p. gloſ. 4. in princip.* Indéque ex ſeueritate, qua delicta mulcta coërcentur; ſeueram appellauit *text.* mulctã in *l. Mulctarum, 5. C. de mod. mulctar.* Farinc. cum multis à ſe relatis *in praxi criminal. q. 18. n. 51.*

54 Paupertas tamen à *mulcta*, † eius condemnatione, ſolutionéque liberat, *l. Illicitas 6. §. fin. D. offi. Præſid. l. fin. in fin. C. de mod. mulctar. d. l. 4. tit. 22. p. 3.* multis citatis *Farinac. d. loco, n. 56. Petr. Cabal. reſolut. criminal. caſu 77. nu. 9. Sebaſt. Guazzin. de defenſion. reor. defenſ. 7. c. 2. num. 3.*

Nec ſemel ob paupertatẽ remiſſa *mulcta*,
55 † licèt melior, vberiórque fortuna ſuperueniat exigi, aut repeti poteſt, ex *d. l. Illicitas, §. fin. in fin. & ibi gloſ. D. de offic. Præſid.* tenet *Martin. Laudenſ. de Fiſco, q. 87. Sebaſtian. Guazzin. d. loco, num. 3. in fin. & de confiſcat. bonor. concluſ. 13. ampliat. 20. num. 4.*

An autem ob paupertatem mulctam iudex præcisè † teneatur remittere? vel in eius re- 56
ſideat poteſtate? quærit *Greg. Lop. in d. lib. 4. gloſ. 3. verb. Ca puede;* qui *d. legis Illicitas, §. fin. D. de offi. Præſid.* & *d. l. fin. in fin. C. de mod. mulctar.* ponderatis verbis, quæ neceſſitatem Iudici videntur imponere, reſoluit, in iudicis arbitrio, eiúſque poteſtate remanere, in grauibus ſaltẽm criminibus, ſecus in leuioribus, in quibus præcisè iudicem mulctã ob paupertatem remittere adſtringi, putat. Vnde, etiam in delictis paupertatem excuſare, ſequitur manifeſtè.

Decimò, † mercaturæ exercitium exoſum 57
eſt, vìxque ſine peccato exercetur, vt pluribus in 1. *huius tractatus parte, quæſt. 8.* oſtendimus, & qua ſolet elegantia luſtrauit *Tiraque. de nobilit. cap. 33. per tot.* nouiſſimè *Ioan. Dominic. Gaii. de credit. cap. 2. tit. 7. q. 5. n. 2078. & ſeqq. & 2136. & ſeqq. Sigiſmund. Scacc. de commerc. q. 1. §. 1. num. 77. & q. 7. n. 11. ibid.* Qui tamen poſt longam mercaturæ execrationem, *in d. q. 1. §. 1. n. 81.* in pauperem mercatorum excuſationem, hæc adiicit: *Ad adducta in contrarium n. 77. reſpondeo diſtinguendo: Aut loquimur de negotiatione, ſeu mercatura, quæ fit ob lucrum quod ordinatur ad aliquẽ effectum neceſſarium, vel honeſtum: puta ad ſuſtentationem ſuæ domus, vel pro pauperibus indigentibus, vel propter publicam vtilitatem, ne ad victum neceſſaria deſint: & iſtis caſibus, ſi negotiator ratione ſui laboris ſuperlucratus eſt; ſic familiæ prouidendo, vel aliàs ex iuſta cauſa carius vendat; non peccat. &c.* Quibus quoque quæ Nos *dict. q. 8. & duobus ſeqq.* de Clerico Tabellione, Procuratore, vel Aduocato tradimus, auxiliantur.

Vndecimò, lenocinij crimen † grauiſſimũ, 58
ac deteſtabile eſt, *auth. de lenonibus, in princ.* plenè de eius atrocitate, & malitia *Farin. de delict. carn. q. 144. à num. 1. Iacob. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 6. caſu 534. per tot. Camil. Borrel. in ſumm. decis. 2. p. tit. 15. de teſtium reprobation. ſeu repulſ. n. 196. & ſeqq.* & plurimi ab eis relati. Qui & grauius homicidio, ac etiam adulterio lenocinium affirmant: & ante eos *Senec. epiſtol. 98. Plus eſt* (inquit) *diſtribuere adulteria, quàm facere.* De huiúſque delicti pœnis videndus latiſſimè cùm ab eo adductis *Farina d. quæſt. 144. à num. 4. cum ſeqq.* Inter quas, infamiæ † nota, quæ ipſo 59
iure incurritur, numeratur, *l. Athletas, §. Ait Prætor, in princip. D. de his qui not. infam.* de iure Reg. *l. 4. titul. 6. part. 7. Farina vbi proximè, nu. 13. Menoch. de caſu 534. n. 35. & ſeqq. Camil. Borrel.* (prope infinitos allegans) *d. n. 196. & ſeqq.*

Tantáque huius delicti grauitas eſt; vt dicat *Franciſc. Viui. deciſ. 454. n. 1. lib. 3.* propter eius enormitatem, † ſolam magnam Curiam 60
Vicariæ hodie in illo Regno de eo cognoſcere, per quandámque pragmaticam ita expreſsè depoſitum exiſtere.

Licèt autem quodlibet lenocinij crimen grauiſſimum ſit; longè tamen turpius, & deteſtabilius, quod parentes † in filias committũt, 61
Odofred. in l. Crimen, n. 1. verſ. Eſt ſecundùm lenocinium turpius, C. ad l. Iul. de adulter. Petr. Cabal. reſolut. crimin. caſ. 171. num. 8. & 10. cum aliis adductis per *Farin. citato loco num. 52.*

Adhuc tamen si vt necessitati, inopiæque
62 suæ subueniant,† illud commiserint parentes; excusari docent *Afflict. in constit. Neapol. rubr. 49. de lenonibus §. Matres*, comprobat, & exornat *Menochi. de arbitrar. d. casu 534. n. 14. & seqq. Montel. in pract. 4. part. n. 946. Farinac. repetit. q. 144. n. 67. & Francisc. Viui.* infrà referendus.

Cui tamen Doctorum determinationi, & principali suprà *nu.* 16. prolatæ, quam tutamur assertioni obstat acriter iam oppositus
63 *text. in d. l. Palam,† 43. §. Non est ignoscendum, de ritu nupt.* Cuius decisione moti *Dec. in l. Quæ propter, nu. 5. D. de reg. iur. Hieron. Cagnol. nu. 2. Didac. Cou. in c. Peccatum, 2. p. §. 1. n. 5. de reg. iur. lib. 6. Guil. Benedict. in repet. c. Raynuntius, verb. quidam Petro, num. 65. de testam.* multi alij infrà referendi *num.* 66. permissum non esse paupertatis prætextu meretricari, adulteriúmve committere, scripsere. Ergo nec lenocinij crimē excusabit paupertas, cùm vel grauius hoc, (vt iam notauimus) vel non
64 inferius † quidem sit, testante *Vlpiano* in eodemmet §. *Non est ignoscendum, v. Lenocinium*, vbi, *Lenocinium facere* (ait) *non minus est, quàm corpore quæstum exercere.*

Quare in oppositæ sententiæ confirmationem, qui eam sequuntur, diuersimodè *d. §.*
65 *Non est ignoscendum* † respondent. *Menoch.* enim *d. casu 534. n. 16. cum tribus seqq.* vt illi satisfaciat, inter paupertatem, & necessitatem differentiam constituit: vt in casu paupertatis (in quo loquitur) non verò necessitatis, eius decisio procedat: Cum pauper dicatur, qui vnde viuat, licèt non commodè, próque sua conditione habet; in necessitate verò constiturus, qui aliunde sibi prouidere non valet: approbans in effectu quam inter paupertatē, & inopiam, siue pauperem, & inopem differentiam tradidimus in prima huius tractatus parte, *q. 1. n. 14. cum seq.* vt licèt in præsenti nō excuset paupertas; inopia tamen, omnimodáque indigentia excuset.

66 Aliter respondent † alij, *d. §. Non est ignoscendum* solùm procedere contendentes, si turpissimam vitam mulier eligat, in eáque perseueret, sæpè, ac sæpiùs, sinéque delectu fornicando, non si semel, aut bis ob paupertatem quid tale commiserit, textus literæ adhærendo, ex verbóque illo *Turpissimam vitam*, in eo adiecto, tamquam tractum longæuum, successiuúmque in turpitudine, vt excusatio ob paupertatem non competat, lex requirat: conducúntque tradita à *Nobis, par. 1. q. 17. n. 5. & 6.* Huius refert opinionis sequaces *Corn. Beninc. de paupert. special. 9. in indic. n. 4. & 44.* eam tamen reiicit, multísque fundamētis impugnat, *n. 45. & seq.* Qua de re Nos latiùs infrà.

Neutram autem *d. §.* solutionem prout iacet, vllo modo sustineri posse, arbitror; Cùm
67 nulla, nec extrema † necessitas peccatum mortale (vt iam diximus) excuset & tradit latè *Couar. in d. c. Peccatum, 2. p. §. 1. num. 5. & seqq.* Et adulterium, iniustámve copulam nulla
68 causa† iustificari posse; profitentur *Bald. Alex.* & alij, quos refert, & sequitur *Petr. Sard. de de alim. tit. 7. q. 16. n. 2. ex text. in c. Etsi Christus, de iure iur.* pulchrè aduersus *Cuchalonem in addit. ad Deci. in d. l. Quæ propter, de reg. iur.* (contendentem ob famis necessitatem corporis sui copiam facere, mulieri licere) *Petr. Royz. Maure. decis. Litua. 3. ex n. 241. cum* multis seqq.

Neque obstat si dicatur; Propter necessitatem furari licere, *d. c. Si quis propter. de furt.* Quia † existens in extrema necessitate, de 69
qua in *d. cap.* aliena furari, vel contrectare non dicitur; cum necessitatis tempore † om- 70
nia sint communia. *cap. Sicut vj 847.* [illegible] *glos. in d. c. Siquis, & glos. fin. in c. Sæpè, de rest. spoliat. Deci. conf. 697.* (incip. *Hijstantibus*) *n. 16. Hieron. Bucca de differ. inter iudic. ciuil. & crim. differ. 100. num. 24.* Et commune quod est, † 71
meum, est, *l. Serui electione, 5. §. 1. (vbi Bart. Ias. & Socin.) D. de legat. 1. l. In re communi, 26. D. de seruit. vrban. prædior. l. Pupillus, 239. §. fin. D. de verbor. signifi. Hier. Buccar. d. differ. 100. n. 24. Francisc. Milanens. decis. 19. nu. 5. lib. 2. Ioann. Petr. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. num. 5. par. 2. Mari. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. c. 1. glos. 5. num. 32. p. 1.* Quæ in fornicationis, lenociniíve crimine non adest, imò diuersissima ratio Septem † inter fornicationem, furtúmque dif- 72
ferentiæ rationes Assignauit *Couar. in d. cap. Peccatum, 2. p §. 1. n. 5. 6. & 7.* ad quem & ad *Petr. Royz. Maur. d. decis. 3. à n. 270. cum seqq.* easdem pariter prosequens recurrere licebit. Nobis hac in re *Salominis in Prouerb. c. 6.* sentētiam proferre sufficiat. *Non grandis est culpa* (ait) *cum quis furatus fuerit, furatur enim vt esurientem impleat animam; deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet, & liberabit se. Qui autem adulter est propter cordis inopiam perdet animam suam. Turpitudinem, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur, &c.*

Nec pariter à contrario sensu arguere licet ex *d. §. Non est ignoscendum*, in illis verbis: *Turpissimam vitam elegit*, iuxta proximè relatum intellectum *n. 64.* vt sensus sit: Ergo si turpissimam vitam non elegit, sed semel tantū peccauit, ei erit ignoscendum. Quia præterquam quod huiusmodi *d. §.* intelligentiam non absolutè probauimus: hîc argumentandi à cōtrario sensu non admittitur, procedítve modus, vbi absonus † resultat intellectus, vel peccatū, 73
text. in l. 2. vbi Bald. C. de condit. insert. glos. in clemēt. 1. verb. Facere, de vsur. latè *Card. Tusch. pract. conclus. lit. A. concl. 498. n. 84. & seqq.* & *Nos in prima huius tract. p. q. 50. n. 51. & q. 52. n. 25.* Resultaret autem in præsenti; fornicādi namque induceretur licentia. Item, quia nec etiam directa, & expressa *d. §.* dispositio vt peccati nutritiua, † valeret, ex *c. fin. de præsumpt.* 74
& c. Erit autem lex, 4. dist. comprobat *Cornel. Beninc. d. special. 9. in indic. n. 45. & seq.* præcipuè *n. 48.*

Quamuis autem neutra dictarum opinionum simpliciter (vt diximus) & absolutè sumpta sustineri queat; vtraque tamen (& facili quidē negotio) defendi posse videtur: si non tam de excusando peccato† (quod per forni- 75
cationē, vel lenocinium, qualibet necessitate etiam extrema non obstante, committitur) quā ab infamia, alijsque pœnis contra ea delicta perpetrantes impositis agere illarum assertores dicamus.

Ex aliqua namque circunstantia à pœna peccati

76 peccati † iure statuta quem liberari, non tamen ab ipso peccato sæpè accidit. Patet, quia cor-
77 poralis iniuria non etiam magna, † grauis est, qualibétq; pecuniaria maior, *l. In seruorum*, 10. *in fin. D. de pœn. Bart. in l. Non solùm* 11. §. *Si mandato meo, D. de iniur. n.* 7. *Ias. in authentic. Ad hæc, in fin. C. de indic. Cornel. Beniuc. de paupert. q.* 4. *n.* 33. *Ant. Capic. dec.* 5. *n.* 5. *Farin.* (plura circa hæc tradés) *q.* 105. *n.* 181. *&* 210.
78 Quinimò atrocem iniuriam † corporalē, dixit ex *Labeonis* sententia *Vlpi. in l. Prætor edixit,* 7. §. *fin. in fin. D. de iniur.* ibi: *Re, atrocem iniuriam haberi, Labeo ait, vt puta si vulnus latum vel os alicui percussum:* dixerúntque multi relati à *Farinac. d. num.* 18. *& seqq.* Quamlibét-
79 que percussionem † manum, flagello, quouis-ve instrumento in non subditum, de se peccatum mortale esse, nisi facti modicitas excuset ex *cap.* 1. *iuncto cap. Episcopum,* 45. *dist. & c.* 1. *de Cleric. percussor.* asserit *Syluest. in summ. verb. Percussio,* Qui autem talem iniuriam in-
80 tulit iussus † ab eo, cui imperandi potestas erat, à pœna legis excusatur; actióque solùm contra mandantem conceditur *text. in l. Liber homo, la* 23. 7. *in ord. D. ad l. Aquil.* eius sunt verba: *Liber homo si iussu alte ius, manu iniuriam dedit, actio legis Aquil a cum eo est, qui iussit, si modò ius imperandi adfuit. Quòd si non habuit: cum eo agendum est, qui fecit,* cum aliis suprà citatis *n.* 45. *& seq.* Non tamen excusabi-
81 tur à peccato: quia in illicitis † Superiori, nec Principi obediendum est, *cap.* 1. *dist.* 9. *cap. Non semper,* 92. *c. Si Dominus* 93. *c. Iulianus,* 94. *c. Qui resistit,* 97. 11. *q.* 3. *c. Inquisitioni,* 44. (& ibi not. *Abb. nu.* 3. *&* 5.) *de sent. excommun, & in c. Si quando, n.* 1. 2. *&* 3. *& in c. Cùm adeo, num.* 4. *de rescript. Syluest. in summ. verb. Obedientia, num.* 5. vbi, quod nec Pontifici
82 quidem Summo, † si præceptum etiā veniale peccatum sapiat, est obediendum. Amplians
83 adhuc etsi mandatum iustum Papa † credat, quod tamen peccatum continere subdito cōstet, ex *cap. Literas. de restit. spol. Nauarr. in rubr. de iudic.* §. 13. *nu.* 35. *vers. Quibus duobus, Farina. prax. crimi. q.* 97. *num.* 5. *& seqq. Iacob de Graf. in suis decis. cas. conscient. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 25. *rubr. de obedient. Religios. num.* 7. eleganter in id *Senec. de benef. lib.* 3. *cap.* 20. in hæc verba: *Non enim aut nos omnia iubere possumus, aut in omnia serui parere coguntur. Contra Rempublicam imperata non facient, nulli sceleri manus acommodabunt.* Nunquam enim per obe-
84 dientiam malum † fieri debet, licèt aliquando bonum quod agitur debeat intermitti, vt inquit *Greg. in c.* 12. *lib.* 35. *in Iob,* relatus in *c. Quid ergo,* 99. in ordine *q.* 3.

85 Sic etsi nullus metus amissionis bonorum vel etiam vitæ à peccato † excuset; *c. Sacris,* 5. *de his quæ vi, metúsve caus. fiunt,* ibi: *Cùm pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, c. Ita ne,* 32. *q.* 5.

86 Si quis tamen propter superioris, domini, vel tyranni † & mortem minantis metum, alium offendat, vulneret, vel occidat, in foro exteriori excusari, asseruit *glos. verb. Agi poterit, in l. pen. D. si fam. furt. fecis. dic.* quam singularem dicit *Ias. in* §. *Si minus n.* 17. *instit. de actio. Cyn. in l.* 1. *q. pen. C. vnde vi,* firmāt latè *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 354. *per tot. & Farinac. de pœn. temper. lib.* 3. *d q.* 97. *nu.* 11. *& seqq.* fuitque *Aristot.* sententia *Ethicor. c.* 1. venia dignum dicentis cùm, qui cruciatu, ac timore, quod agere non deberet, agit. Et licèt aliqui contradixerint; ab hac (quàm cōmunem profitetur sententiam) recedendum non esse; contrariam quoad pœnam spiritualem intelligens; testatur (post *Menoch. de casu* 354. *n.* 18 *vers. Declaratur, & Iacob. de Graf. in suis decis. lib.* 2. *c.* 64. *d.* 12. *v. Non tamen hæc procedunt, part.* 1.) *Farinac. d. q.* 97 *num.* 13. *& seqq.*

Conducúntque (præter alia quæ in præfatæ assertionis confirmationem adduci possent) tradita per *Couar. in c. Cùm in officiis, num.* 31. *de testam.* Concludendum igitur ex his videtur: Paupertate lenocinij crimen quoad forum interius, † spiritualémque pœnam non 87
excusari: quoad exterius verò iudicialéque forum vtique. Ita ex *constit. Regni Neapol.* firmat *Franc. Viui. decis.* 454. *n.* 1. *lib.* 3. subdens. *Quòd vbicunque matres ob inopiam, paupertatémque non valerent filias maritare, dotare, ac nuptui dare maritis; tunc prostituendo illas, tradendóque ad fornicandum, & carnaliter cognoscendū, pro vitæ sustentatione, puniri non possent, iuxta constitutionem Regni Matres.* & ita sacrā Barensem Audientiam iudicasse, mulierem quandam Bari pauperē, de lenocinio filiæ suæ inquisitam absoluendo: hāncque opinionem comprobat *idem ipse ibi n.* 3. *&* 4. & sequitur nouissimè *Ioan. Mar. Nouar. in collect. super pragm. Regni Neapol.* 125. *n.* 11.

Nec in hisce terminis extremam, † vel 88
omnimodam paupertatem ad matris liberationem à pœna temporali requiri; sed sufficere si ad dotandas filias non habeat, licèt pro alimentis habeat; insinuauit idem met *Viui.* in proximè relatis verbis, & expressè asseruit *ibid. n.* 5. in hæc verba: *Et pauper (ne ignorentur termini præsentis speculationis) ille quidem dicitur in casu isto, cui imminet, ac vrget necessitas, onusque etiam dotandi filias, ac eas nuptui tradere, ac commodè dotare aliter nequeat, quamuis tantum habeat, atque retineat, quantum sufficeret ei ad alimenta, vt innuit text. in d. constitutione Matres, & firmat etiam Bald. in l. Si quis ad declinandam, col.* 2 *C. de Episcop. & Cleric. & Iacob. Mandel. cum aliis signatis per eum cons.* 69. *Proponitur in facto, num.* 7. Quamuis à peccato, pœnáque spirituali paupertatē in præsenti non excusare, etiam prædicta Regni *Matres* constitutione stante; aduertat idem ipse *ibi n.* 9.

Adulterium autem nulla necessitas † pœna 89
etiam temporalia excusabit. Ita *Baiard. ad Clarum* (post alios à se licèt mendosè relatos) *in* §. *Adulterium nu.* 75. *& duobus seqq. Farinac. in praxi crimin. q.* 141. *n.* 60. *& q.* 142. *nu.* 15. *Surd. de aliment. tit.* 7. *q.* 16. *num.* 45. Diuersámque inter hunc, † superiorésque lenoci- 90
nij, ac simplicis fornicationis casus assignari rationem posse, existimo: Quia etsi grauissima priora illa duo sint crimina; ab habentibus tamen sui potestatem fiunt, quos lex tanquam in ipsam committentes, necessitate excusare, ac liberare secundùm quæ prædiximus potest.

Indéque fit, eum qui volentem, † nec 91
importunis precibus coactam virginē stuprauit, quia virginitatis suæ domina est, à pœna *c.* 1. *de adulter.* existere immunē, vt resoluunt

*Nauar.in manual.c.16.n.16. Azor. instit.moral.p.3.lib.5.q.2.*summæ eruditionis,& authoritatis vir *P. Sanch.de matrim. lib.7.disp.*14.*n.*11.plures referens *Ant.Gom.in l.80.Taur.nu.*10.*Bernard.Diaz.in pract.c.* 86. *n.*5.*vbi Salzed verb. Non debeat,*Francisc. *Molin.de ritu nupt.lib.1.comput.*19.*n.*140,

91 Vxor autem sui potestatem † non habet, sed maritus, *Paul.ad Corinth.c.7.l. Assiduis,* 12.*C.qui pot.in pignor. habe.*ibi: *Nec quod & corpore, & substantia, & omni vita sua maritus fungitur,&c.*

Quare nullà necessitas adulterantem vxorem excusabit, nec marito, qui in culpa non
93 fuit actionem tollet. Mitiùs enim agit lex, † quàm homo, *l. Celsus,* 28.*vbi glos.*1.*D.de arbitr.l.*33.*tit.*4.*p.*3.præcipuè *ad fin.Card.Tusch. pract.conclus. lit. M. conclus.*392. *Ioan. Mar. Nouar.q.Forens.lib.* 1.*q* 152. *nu.*7.cum adductis à *Nobis in axiom. & loc. com. iur. lit. M. num.*97.

Quamuis autem nulla expressa extet communis, vel Regij iuris ob paupertatem præfata delicta excusans lex: ex generalibus tamē regulis hanc citati Authores deducūt. Obstat tamen adhuc *d* §.*Non est ignoscendum* decisio, cùm non tam quoad peccatum, spiritualémque pœnam, quàm quoad temporalem, iudicialémque loquatur.

Retento autem inter exterius, interiúsque
94 forum assignato discrimine, secunda † suprà tradita *nn.*64.*d.*§.solutio sustineri posse videtur. Vt tunc demum non excuset paupertas eam; quæ eius obtentu turpissimam vitā egit, sæpè sæpiùs,& absque delectu se prostituendo(in quibus terminis loquitur *d.l.Palam*)secus si semel, aut bis deliquit. Nec enim in hoc casu à iure Ciuili præcedenda foret excusatio;
95 quo simplex fornicatio, † aut concubinatus nec prohibitus, nec punibilis erat *l.In concubinatu,* 3.*in fin.D.de concubin.l.vnic.C.eod.tit.l.*2 *tit.*4.*p.*4.*& ibid.in sum. Bart.in l.fin.n.*1. *D.de his quib.vt indign.Iul.Clar.in* §.Fornicatio,*nu.*1. *in prin.Petr.(ab.d.res.lut.crimi.casu* 200.*n* 85 *v.Nec obstat, Menoc.de arbitr.lib.*2.*casu* 289. *n.*3.*Bermond.de public.concub.in verb.Concubinam dimittat,n.*5.*ad fin.vers. Sed vltra praedicta,*ita resoluit *Farinac.in praxi crimin. par.*4. *q.*137.*n.*41.*& q.*138.*n.*7.*Ioan.à Rosas in epitom.succes.c.*10.*n.*20.

Aliter denique (præfata differentia retēta)
96 † *d.*§.responderi posse(nec ineptè)arbitror: in casu nempè speciali loqui, in eóque tantùm specialitatis ratione illius decisionē procedere. De nuptiis namque contrahendis, déque earum ritu agit, vt ex toto illius contextu, nec non tituli sub quo iacet, constat. Secundùm
97 quem † intelligendam legem, docuit *Consultus in l.Imperator,* 60. *D.de in diem adiect.Ias. in l.Si filius,n.*32.*D.de lib. & posth.Pet.Surd. cons.*52.*num.*59. Estque præterea, *d.l. Palam* præcedentium (quæ de nuptiis agunt) declaratoria.

98 Specialitatis autem ratio est; † quia in nuptiis contrahendis non solùm quod licèt, sed quod honestum est, inspicitur, vt inquit text. (*d.legi Palam* adhærens) *in l. Semper,*42.*D. eod.tit.de ritu nup.*Quæ honestas in nuptiis requisita efficit, vt licèt non omnino ius ciuile eam, quæ turpem vitam palam se prostituendo egit, matrimonio copulari vetet: eius tamen cum illustribus, vt cum Senatore, illius filio, nepote, pronepote, aliisque descendentibus coniunctionem prohibeat, *d.l. Palam*; quæ (vt diximus) præcedentem declaratoria est, earum prohibitionem, materiámque prosequitur, vt in casus positione *glos. ibi* continuat. Eadem pariter ratione,& cum ea, quæ publico iudicio damnata est, matrimonium cōtrahere numeratæ prohibentur personæ *.eadem l Palam, in* §.*Senatus*: vel cum liberta, aut cum ea cuius pater, matérve ludicram exercuit artem. Et è controuerso, libertus, vel qui artem ludicram, cuiúsve pater, aut mater exercuit, Senatoris filiam, nepotem, aut pronepotem, vxorem, aut sponsam ducere prohibetur,& si ducant, nuptiæ non erūt.*d.l,Semper,*42.*& l. Lege Iulia,*44.*D.de ritu nupt.*

Cum igitur in hoc speciali casu, materáiq; *d.lex Palam, dictúsque* §.*Non est ignoscendum* loquatur: in eo erit intelligendus. Quasi text. ibi statuat: mulierem, quæ turpem vitam quæstum sui corporis faciens, aut palam se prostituens, egit, quæ vè lenocinij crimen (quod corporis quæstui dicta lex æquiparat) commisit; cum Senatore, eius filiis, vel nepotibus, aliisque relatis personis matrimonium contrahere non posse, nec ideò excusari, aut iudicari dignam, eive quoad ad hoc fore ignoscēdum, quod paupertate fecerit: Non verò ad alios casus pœnam, constitutionémque extenditi; quæ non nisi in casibus à iure expressis † 99
irrogatur, iuxta *auth.de non elig.secund.nubent.* §.*Hoc autem,coll.*1.*l.Et si quis,*14.§.*Diuus autem Marcus,D.de Relig. & sumpt. funer. glos. fin.in fin.in cap.fin.de iurepatron. Mari. Antonin.variar.lib.*3. *resolut.*39.*nu.*11.*&* 32. alios retulimus *Nos in axiomat. & locis comm. iur. lit.P.n.*47.Nec ad alios † debet extendi, *l.Fa-* 100
*ctum cuique,*155.§. *In pœnalibus, vbi Deci. D. de reg.iur.c.In pœnis,eod.tit. lib.*6 *Ias.in l.Cum quidam nu.*9. *D.de liber.& posthum. Thom.de Thomasset. in florib. legum regul.* 227. *Surd. de aliment.tit.* .*q.*51.*n.*12.

Etiam ex similitudine † rationis, *Ias.in d.l.* 101
*Cum quidam.n.*10.*Surd.vbi proxime,Duenn,regul.*287.*Girona.de priuileg.n.*540.

Conducit(inter alia quæ de Amoris vi, † 102
eiúsque excusatione tradunt eleganter *Tiraquel.de pœn.temperand. caus.*4.*Iul. Clar.lib.*5. *sentent.*§ *fin.quæst.*60. *Farinac.in praxi crimin. lib.* 3. *quæst.* 98. *de pœn. temper. à num.* 77. *cum seqq. Aloys. Ricci. in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1843. & in aliis locis infrà referendus, nouissimè *Mari. Giurb. cons.crimin.*47. *à num.* 8. *cum seqq.*) quod pulchrè, lepidáque enarratione comprobat *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib* 2. *cent.* 3. *casu* 328. A pœna scilicet excusari, meretricem † non dici, aut 103
infamem, turpémve personam mulierem, quæ amore capta sui copiam fecit. Ideóque non posse fratrem ea instituta † ratione illa inof- 104
ficiosum fratris dicere testamentum: ad intellectum *l. Fratres,* 27.*C.de inoffic. testam. &* §. *Soror,institut.eod.vbi* not.*Ioann.*Faber, quorum sententiam & sequuntur, & laudant nouissimè Farinac. *d. quæst.* 98. *num.* 86. *& in schol. ad cons.* 35. *lit. L.Ioann. Aloys. Ricc.in praxi fori Ecclesiast. decis.* 672. *num.* 8.*& in collect. decis.*117. *vers.Et hinc mulier infamis, Mari. Giurb.*

Giurb. d. conf. crimin.47.n.12.Vincent.Carot. decis.124.n.1.& seqq.

Quòd si à moris causa mulier sui copiam faciens à pœna, infamia, turpitudinéque excusatur, aliique amoris prætextu ignoscitur; non minùs ei, quæ paupertate adstricta, vtque eam leuaret, in corpus suum peccauit, erit indulgendum. Cum non minùs Necessitatis, †
105 quàm Amoris imperium supra notata, *n. 47. & seqq.* probent. Amorisque vires Paupertatem confringere, ad Necessitatisq; pedes languidum, victúmque iacere, quippe qui gignitur luxu, nutritur inter læta Fortunæ bona, egestate marcescit, cadit, perit, *Senec.in Octauia actu.2.*

Blandus atque animi calor
Amor est. Iuuenta gignitur luxu, otio
Nutritur inter læta Fortunæ bona,
Quem si fouere, atque alere desistas, cadit.
Breuique vires perdit extinctus suas.

Ouidi. de arte Amand. lib. 2.

Diuitis alitur luxuriosus Amor.
Cur nemo est Hecalem, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempè quòd alter egens, altera pauper erat.
Non habet vnde suum Paupertas pascat amorem.

Terent. in Eunuc.

Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Assignatis itaque *dicto §. Non est ignoscendum* solutionibus, eiúsque opinioni cui innitimur (quod fortissimum erat) obstaculo dempto: non etiam obstat secundum argumentum, à simoniæ vitio, pœna, infamiáque ex eo prouueniente paupertatem non excusare. In
106 eo namque si paupertas in causa est, † excusat. Licèt enim vendedo, emendo, aut quoquo modo rem sacrã, aut spiritualem, spiritualisve mi-
107 nisterium pro temporali † commutando, simoniæ vitium incurratur; vt tradit eruditissimus *P. Suarez de Religione part. 1. lib.4. c.1. n. 1. & cap. 17. num. 2. litera C. vers. At vendere ministerium spirituale, simonia est.* Constátque ex illius ab omnibus Iuristis, & Theologis tradita definitione, quòd scilicet, *est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.* Si ta-
108 men pro Ministri pauperis sustentatione† aliquid temporale pro spirituali, vel sub spiritualis rei obligatione detur, aut si Minister aliquid pro sustentatione exigat; neuter simoniam committet, ex sententia *gloss. in verb. Pro exequiis in cap. Suam, 29. de simon, & D. Thom. 2. 2. quæstio.106. art. 3. & ibid. Caiet. & verb. Simonia, regul. 4.* éstque communis, vt hos referendo, asserit *P Leonard. Les. de iust. & iur. lib.2. cap.35. dubio 8. n.46. versic. Dico tertiò*, nouissimè *Martin. Bonazin. de simonia, quæst.6. puncto 2.* è nostris *Tiber. Decian. tr. crimin. lib. 5. c.84. n.5.* plura cumu-
109 lans. Victúsque causa bonos Prophetas † modica munera pro prophetia in veteri testamento accepisse tradit ex *c. Placuit, §. Item opponitur*, cum aliquibus *cap. sequent. 1. quæst. 1. & gloss. in cap. Iudices, verb Sumptum, ead. caus. & quæstio.* Indéque ex *Calcan. cons.*
110 *31. numero 19.* asserit, licere Sacerdoti, † qui ex beneficij fructibus commodè se alere non potest, absque simoniæ labe, Sacramenta, diuináque officia vt sibi oblationes solitæ dentur, populo subtrahere, idque ipsũ tenuere *Ludouic. Roman. consil. 344.n.4. Crauet.cons. 199 n.5. Petr. Barbos. in l. Maritum, n.10. D. solut. matrimon,*

Quod verum intelligi † *d. loco Decian.* modò adeò pauper populus non sit tales nequeat oblationes præstare, vt continetur dicit in *§. Cauendum, 10.quæst.3.* comprobatque *text.in d.c. Iudices, 1. quæst.1.* 111

Nec solùm recipere hæc pro stipendio, & sustentatione pauperes rerum spiritualiũ Ministros posse: sed & super † eis pacisci, licèt dis- 112
sentiant alij, tenent multi, quos citat *P. Suarez d. lib.4. cap.46. n.3. vers. Secunda opinio*, vbi hæc: *Secunda opinio distinguit inter pauperes Clericos, & diuites. Nam pauperes possunt sine simonia pacisci de stipendio sustentationis, non autem diuites. Ita sentit gloss. in d.c. Suam. verb. Pro exequiis, idem Innocentius in cap. Quoniam, ne Prælat. vices suas, & in cap. Significatum, de præbend. & in idem inclinat. Hostiens. ibi, & Caiet. verb. Simonia, reg.4. saltèm de iure positiuo.* Et cum hac sentẽtia transit *P. Leonard. Les. d. lib.2.c.35. dub.8.n.48.*

Neque superioribus obstat *text.* (in materia hac capitalis) † *in dict. c. Quoniam, 40. de simon.* vbi nec paupertatis prætextu licèt Monasterio de aliquo pretio absque simoniæ labe cum ingrediente pacisci. Quo, illúsque decisione motus relatam supra *numer. 2.* opinionem tenuit *Redoan.* cum ibid. citatis. Quia text. in præsenti talem non prohibet Monasterio pauperi pactionem, aut receptionem pro monachi ingressu, sed ei, quod pauper non est, paupertatisque prætextu simoniæ vitiũ palliare intendit, vt ex eo constat, in illis verbis: *Paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare.* Quinimò à contrario sensu deducitur: veram, non palliatam paupertatem à simoniæ labe hoc in casu excusare: vt tenet (sic text. hunc intelligens post *Syluest.* ibi adductum) *P. Leonard. Les. d. lib.2.c.35. dub.12 n.71. in fin. & P. Suar. d. l.b.4.c.17.n.14.* 113

Quòd si paupertate Monasterium prematur, ita vt plures sustentare commodè nequeat? absque simoniæ labe posse cum ingredientibus de sustentatione pacisci tenet (ex *Diuo Thom. Syluest. Caiet. Sot. Victor. Nauar. Medin.* & aliis. quos citat) *Les. proximè dicto loco, & dubitat.23. n. 131. vers. Aduerte tamen*, idem etiam *Guill. Redoan. de simon. mentali, p. 2. cap. 29. numero 11. & seqq.* vbi *numero 13. d. capiti. Quoniam* respondens, loqui dicit, vt nihil pro Religionis ingressu recipiatur, nõ verò pro releuatione sumptus si Monasterium pauper est *P. Suarez, d. lib.4.c.17.n.9.* qui ibid. *n. 8.* probat, docétque eleganter in casu nullum esse decretum, quod talem prohibitionem sufficienter ostendat; vel si est contraria consuetudine derogatum existere, qua humana prohibitio potuit derogari. Ita etiam vtroque relato loco *P. Leonard. Les.* & sic definitum per *Sabaudiæ Senatum* in causa Franciscanorum Camberiensium, 7. Idi. Iulij, 1591. refert *Anton. Faber in suo Cod. definit. lib. 1. tit.2. definit.25.*

Monasterium autem diues † nec pro sustentatione aliquid exigere, aut super eo cum ingrediente pacisci absque simoniæ labe (de iure saltẽ Ecclesiastico) posse, docent *D. Thom.* 114

in 4. distinct. 25. quæst. 3. artic. 1. ad 7. Adriã.& Victor. quos refert *Les.d.c.35.dubit.12. n.68.* vbi hanc eruditissimè comprobat assertioné,quam fulcite, probaréque videtur *text. in c.Veniens.19.de simon.*in eóque casu loqui *text.* etiam *extrauag. de simon.* quem in id subtiliter expendit *Pat. Suarez dicto capit.17.n. 15.& seqq.*

115 Obiectioni autem quæ ex *cap. vnic.* † *§. Sanè de stat. regul.lib.6.* & ex *Concil.Trident. sess.25.c.3. de reform. Regul.* nasci, deducíve posset (quatenus *d.§. Sanè* , ait. *Districtius inhibemus,ne in Monasteriis Ordinum Mendicantium aliqua recipiantur de cetero in sorores, nisi quot poruerint de ipsorum Monasteriorem bonis.siue prouentibus absque penuria sustentari; si secùs actum fuerit,irritum decernentes.* Concil. verò Trident. statuit: *Vt in Monasteriis,& domibus tam virorum,quàm fœminarum is tantùm numerus constituatur, & conseruetur,qui ex propriis redditibus Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè possit sustentari:*)aptissimè respondet,satisfacitque *P.Les. d.dubit.12.n.72.& 73.& P. Suarez vbi supra,n.17.*

116 Non etiam contra principalem sententiam obstat tertiũ argumentũ. Cui responderi potest:in eius specie † non adesse,nec considerari posse paupertatem,quæ tantùm excuset scelus. Cùm pauper non iudicetur, qui pecunias ad vsuras credere valet iuxta illud *Martialis lib. 1.Epigr.69. aliàs 53.*

Venderet excultos colles cum praeco facetus,
Atque suburbani iugera pulchra soli?
Errat,ait,si quis Maior putat esse necesse.
Vendere;fœnera imò magis.

117 Sed è contra, pauper creditur,qui ab aliis † mutuum sub vsuris accipit, vt notatur in *cap. Quantò,de vsur.glos.in l.2.verb.Suspectum habet,D. solut. matrim.Corne.Beninc.de paupert. quæst.6.princip. numero 34. Mascard. de probat.lib. 2.conclus. 1159.numero 28.* Ex eóque paupertatem probari diximus *in prima huius tract. p.quæst. 5.numero 48.* vbi multos retulimus. Cùm ergo contrariorum eadem sit ratio, si sub vsuris pecunias accipiens pauper iudicatur ; dans non reputabitur ; & per consequens argumentum contrarium euanescit.

Nõ denique obstat vltimũ ex vulgari axiomate:vt qui in ære nõ habet,in corpore luat:

118 quia(variis omissis limitationibus,† quas patitur, tradúntque latissimè *Patr. Cabal. resolut. crimin. casu 77. à numero 2. cum seqq.Farinac. prax. crimin. par.1. q. 26. à numer.18. cum seqq.* multiq; alij,quos citauimus *in axiomat. & locis commun. iur. lit. C. numer.246.*) ideò in iuribus illis pœna imponitur,nec paupertas prodest,quia delicta ratione quorum in locum pecuniariæ pœnæ, eiúsque solutionis defectum corporalis imponitur;non paupertatis

119 † proueniunt causa,quibus non opitulatur, nec excusationem exhibet paupertas. Absurdum enim,ridiculúmque foret, à delicto non paupertatis occasione commisso, paupertate excusationem prætendere; veluti si hominem quis occidisset,vulnerasset,iniuriáue afficeret, fugitiuum seruum receptaret,Prætoris album corrumperet,Patronũ sine venia in ius vocasset (in contrariarum legum specie loquamur) paupertatisq;prætextu immunitatẽ peteret:secùs si à paupertate causã delictũ traheret,quia tunc in totũ à pœna iudiciali liberabit egestas; vel eã ad minùs tẽperabit, vt ex huius quæst. serie,casibúsq;in ea addictis constat;nisi aliter nominatim & expressè lex determinem vt diximus.

Ex quibus satis supérq; apparet,falli eos,† 120 qui effuso sermone,non satis re discussa,in delictis paupertatẽ non excusare iactant, quibus iã satisfieri his animaduersionibus meo iudicio potest omnino notandis,quia nouæ,à nemine sic discussæ.vtilésque, & in praxi frequentes.

Quibus pro coronide addo,etiam in præsen- 121 ti paupertatẽ in quam sua culpa † incidit,non tamen ad casũ prærordinatã,excusare,ex plenè traditis *in prima huius tr. part. quæst. 54.per tot.*

Firmántque insuper quam defendimus assertionem duæ sequentes quæstiones,quas ne nimium hanc longitudine grauatemus,separatas eis constituimus sedes,paragraphorumque loco huic quæstioni adiecimus.

VTRVM A CONtumacia excuset paupertas?

SVMMARIVM.

122 *Contumacia an sit delictum:remissiuè.*
123 *Quæstionis diuisio.*
124 *Contumax quis dicatur?*
125 *Contumacia multipliciter incurritur, & qualiter?*
126 *Alia vera,alia ficta. Et vtriusque effectus, remissiuè.*
127 *Verus, vel fictus contumax quis dicatur? remissiuè.*
128 *Contumax non censetur, nec nocet contumacia antequam per aduersarium incusetur. Ampliatur n. seq.*
130 *Contumaces quibus pœnis puniantur? remissiuè.*
131 *Contumax non auditur.nisi restitutis,refectisque expensis.*
132 *Et quid in minore contumace?*
133 *Pro his expensis tam reus, quàm actor tenetur.*
134 *Etsi denarius deficiat,ante integram satisfactionem audiri contumax non debet.*
135 *Contumaci denegatur audientia ante expensarum reparationem,non solũ in causa in qua commissa contumacia est:sed & in alia separata coram eodem Iudice, & inter easdem personas.*
136 *Contumax solutas ob contumaciam expensas non recuperat,etsi victor postmodum in causa existat.*
137 *Expensarum condemnatio ob contumaciam etiam parte non citata fieri potest.*
138 *Iudex cuius violatur preceptum,contumaciæ pœnam imponere potest.*
139 *Etiamsi nullum ius habeat actor.*
140 *Vel à Iudice incompetenti reus sit vocatus.*
141 *Vocatus ab incompetenti Iudice si non compareat, præscriptionem for. quam antè opponere posset,amittit,& n.147.*

142 *Exceptio*

141 *Exceptio incompetentiæ dilatoria est, & per consequens ante litis contestationem opponenda.*
143 *Contumacia litis contestationem inducit.*
144 *Contumax ad reconuentionis remedium admittendus non est.*
145 *Contumax pro confesso habetur in his, quæ eius damnum, incommodúmque respiciunt & n. seq. Limitatur n. 172.*
146 *Intellectus ad* l. Regiam 5. tit. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect.
Recognitio ficta (per contumaciam nempè) ad executionẽ sufficit, ibid. Ampliatur n. seq.
148 *Agnitio, vel denegatio chirographi ad iurisdictionis probationem non inducit, & ex cuius libet Iudicis authoritate, etiam incompetentis fieri potest.*
149 *Fictio quandóque plus operatur in casu ficto, quàm veritas in casu vero.*
150 *Contumax in dubio malam præsumitur habere causam. Limitatur n. 172.*
151 *Condemnatus ob contumaciam, ob malam causam condemnatus non videtur.*
152 *Actor mittitur in possessionem bonorũ contumacis ante litem contestatam, ex primo decreto.*
153 *Et tam in vero, quàm in ficto contumace procedit.*
154 *Et etiam post litem contestatam ob rei contumaciam missio in possessionem ex primo decreto fieri potest.*
155 *Contumacia crescente, augetur pœna, & ad secundi decreti interpositionem deuenitur.*
156 *Hodie quod tempus, quæue ad id requiratur contumacia: remissiuè.*
157 *Decretum bonorum possessionis passus non priùs bona recuperat, quàm refectis expensis.*
158 *Iudex non potest expensarum præstationem ob contumaciam remittere.*
159 *Iudex requisitus expensarum condemnationem intermittens de suo reficere, ac restituere parti læsæ tenetur.*
160 *Contumax exceptiones dilatorias amittit. Limitatur n. 173.*
161 *Vassallus contumax in seruitio Domino præstando tribus vicibus requisitus feudo priuatur.*
162 *Excommunicationis sententia ob contumaciam ferri potest.*
163 *Etiam ex re minima insurgentem. Cùm tantò maior contumacia sit, quantò minor contumaciæ causa est,*
164 *Ob contumaciam excommunicatus ante expensarum præstationem aduersæ parti factam, non absoluitur. aut nisi de mandatis parendo cautionem præstet.*
165 *Contumax in appellando, appellationémve prosequendo, pro appellationis desertore reputatur.*
166 *Paupertas à contumacia, eiúsque pœna (si à paupertate causam trahat) excusat, & n. seq.*
167 *Pauper qui absque dedecore ad iudicium venire nequit, contumaciæ pœnam euitat.*
168 *Et audiri debet ante expensarum parti aduersæ refectionem, factámque emendam.*
169 *Comparens post duas, vel tres sententias per Audientiam latas, ad restitutionem aut iudicium non admittitur? nisi cum clausula* Parito iudicato.
Limitatur in paupere, n. 171.
170 *Clausula* Parito iudicato, *quid importet;*
172 *Contra iustam contumaciæ, vel absentiæ excusationem habentem non præsumitur.*
173 *Pauper qui paupertate impeditus in termino exceptiones opponere non potuit, etiam post terminum eas poterit opponere.*
174 *Vassallus vel emphyteuta seruitium, vel canonem debito tempore Domino ob paupertatem non præstans excusatur.*
175 *Excommunicatus ob non solutum debitum si pauper sit, absolui debet.*
Excommunicatus nisi soluerit intra mensem, *licèt aliquando intra mensem soluere, non tamen circa finem potuerit; malitia non fuit, paupertate excusabitur, ibid.*
176 *Excommunicationis sententia contra pauperem ob non factam solutionem latam, si de eius paupertate notoriè constet, nulla est ipso iure, si verò paupertas notoria non sit, infirmabitur.*
177 *Pauper qui incidit in* canonem Si quis suadente diabolo 17. q. 4. *ad Curiam Romanam pro absolutione petenda accedere non astringitur.*
178 *Et in hoc casu non omnimoda requiritur egestas.*
179 *Nec contumax reputatur, nec causa pro deserta habetur eius, qui ob paupertatem intra debita tempora, aut appellationem non proposuit, aut non fuit eam prosequutus, remissiuè.*

§. I

PRæcedentis quæstionis generalitas hanc posset etiam includere: sed & quia contumaciam delictum esse, † multi af- 22
firmant; negant multi, saltèm propriè; vt ex latè traditis per *Iacob. Menoch. de arbitrar. casu* 153. *lib.* 2. *Roland. à Vall. cons.* 45. *n.* 65. *& seqq, lib.* 1. *& cons.* 47. *numero* 2. *& seqq. lib.* 1. *And. Gail. de pace public. lib.* 2. *c* 5. *num.* 8. *Marc. Anton. Eugen. consil.* 31. *num.* 11. 22. *& seqq.* & copiosissimum *Farin. in praxi crimin. par.* 1. *quæst.* 18. *num.* 26. 27. *&* 28. *Camill. Borrell. in sum. decis.* 1. *part. tit.* 46. *numero* 44. *& duobus seqq.* apertè constat; vtque clariùs materia hæc pateat, & ne præcedentem quæstionem oneratemus nimis, ex professo separatim eam hîc tractare, separatámque illi sedem constituere decreuimus. Et vt aptiùs procedamus, aliqua in primis obiter discutere oportet. Quis nempè contumax † dicatur? Quibus modis committatur cõtumacia? Quotuplex sit? Quibúsque plectatur 23
pœnis? vt ad institutum nostrum de excusanda à contumacia paupertate deueniamus; sitque transitus expeditus.

Contumax igitur dicitur, † qui comparere 24
debet in iudicio, nec comparet, vel qui cum debeat Iudici obedire, non obedit, iuxta *text.*

in c. 1. de dol. & contum. & in l. 1. D. si quis ius dicenti non obtemper. Simanc. de Cathol. instit. t. 14. de contumacia, n. 1.

125 Multiplicitérque committitur, † & incurritur contumacia, In non veniendo, in non respondendo, latitando, vel ne ad eum citatio fiat, procurando: in non restituendo, aliisque modis, de quibus per *Goffred. in sum. de senten. excommun. §. Excommunicatio fieri habet, D. Anton. de excommunicat. c. 73. n. 2. Paz in praxi 1. parte, tom. 2. capite 3. n. 2.* ad quod etiam est *textus in l. 1. titulo 8, part. 3. & ibidem Gregorius LopeZ glossa 3. verbo Non queriendo.*

126 Estque quandóque vera † quandóq; ficta; ex cuius differentiæ ratione plures resultant (qui alium desiderant locum, viderique poterunt per *Farinac. in praxi crimin. part. 1. quæstione 18. numero 50. & sequenti*) effe-

127 ctus. Quando autem verus, † vel fictus quis d. atur contumax (ne sermonem protrahamus) videre licet per *Farinac.* multósque ab eo relatos *dicta quæstione 18. numer. 52. Camill. Borrell. in summ. decision. par. 1. titulo 46. numero 166. 175. & 188. Paz in praxi, dicto capite 3. numero 1. Cardinal. Tusch. practic. conclus. litera C. tom. 2. conclus. 1624. per tot. Nicola. Vigell. decis. 21. cent. 6. Cesar BarZi. decis. 150. n. 10. 11. & 12.*

Vnum hac in re aduertere libet: nec contumacem censeri, nec nocere contumaciam

128 antequam per aduersarium † incusetur, *text. in l. Properandum, 13, §. Et siquidem* (ibi: *Actoris absentiam incusantem*) *C. de iudic.* vbi not. *Ias. numero 7.* & *Castr. numero 3.* communitérque *DD. in l. Contumacia, D. de re iudic. Bart. in l. Si finita, numero 10. & ibidem Alex. numero 24. D. de damn. infect. Petr. Pechi de iure sistend. capite 38. numero 5. Corne. Beninc. de paupert. specialem 10. in iudic. numero 22. Petr. Rebuff. ad constit. Gallic. tom. 3. tit. de contumac. artic. 1. glos. vnic. numero 2?. Octaui Cacher. decis. Pedam. 3. numero 2. & 4. D. decis. 71. numero 44. 48. & 49. Iacob. Thoming. decis. Lipsens. 24. numero 10. & 11. Franc. Milanens. decis. 21. numero 23. liber. 1. Camil. Borrell. d. tit. 46. numero 170. Ant. Grauat. in addit. ad Octaui Vestr. in praxi lib. 4. cap. 4. numero 17. PaZ in prax. d. 1. p. tom. 2. cap. 3. numero 6. & sequenti Azeued. in l. 1. tit. 4. liber. 4. noua Reg. Collect. numero 52. & 53.* procedere asserens (ex *Rebuff. d. loco tit. de contumac. & defect. articul. 13. gloss. 1. numero 11.* & aliis) etiam-

129 si contumaces esse † in termino non comparentes, disponat statutum: limitans per hoc proximè relatam *legem 1. Regiam* pro confesso eum, qui intra nouem dies litē non fuerit contestatus habentem; vt non nisi contumacia incusata procedat.

130 Restat ex ordine, Quibus puniatur † contumacia pœni,? & an ab eis excuset paupertas? discutere. Complures enim contra contumaces iure sunt constitutæ, de quibus agunt latè *Marant. de ordin. indic. 6. part. membr. 2. n. 9. Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 3. cap. 2. numer. 24. & 25. Iacob. Simanc. de Catholic. instit. tit. 14. de contumac. ex numero 1. Roland. a Valle consil. 41. numero 1. & seqq. libro 2.* plenissime hac in re *Cam. Borell. d. tit. 46.* varia pœnarum genera aduersùs contumaces per totum prosequens, *Cardinal. Tusch. d. lit. C. tom. 2. conclus. 1017. 1019. 1020. & aliis seqq. Bernard. Graue. in practic. Camer. Imper. lib. 1. conclus. 60.* multorum remissione vlus *numero 3. PaZ in d. cap. 3. numero 5.* Quarum hic præcipuas, frequentioresque vt ex eis priuilegium instituti nostri pateat, nectemus.

In primis igitur, non nisi aduersario restitutis, † refectísque expensis auditur contumax, *l. Sancimus, 15. C. de iud. gloss. in cap. 1. verb. Rationabilis causa, de procur. in c. Quoniam contra, verb. Dilationes, de probat. & in cap. 1. gloss. 1. de dol. contum. lib. 6. Bart. in l. vnic. §. Is videtur numero 4. vers. Præterea in expensis condemnatur, D. si quis ius dicent, non obtemp. & in l. Qui ante Kalendas, num. 3. vers. Dicunt Doctores, D. de verbor. obligat. Guid. Pap. quæstio. 99. Petr. Foler. in pract. crimin. verb. Variantur, numero 43. Alex. in l. Si finita, §. Iulianus, numero 80. D. de damn. infect. Frederic. Seken. in tract. de in ius voc. num. 39. & de expens. in iudic. fact. numero 12. & 13. Octauian. Vester. in praxi lib. 4. cap. 4. de dol. & contumac. numero 9. Quintil. Mandos. de Monitor. quæstione 32. numero 2. PaZ in praxi. d. c. 3. n. 5. propè fin. Ioann. de Grass. in tr. de substantial. procurator. §. Ad exigendum. numero 2. Camil. Borel. d. t. 46. numero 54. Bernar. Grau. in prac. Camer. Imp. d. concl. 60. consid. 1. & seqq.* multipliciter amplians *Menoc. de arbit. lib. 1. q. 36. n. 1.* 131

Vbi regulam hanc, etiam in minore † contumace veram intelligit, *Bernard. Graue. d. loco n. 4. versic. Extenditur,* licèt *n. 5.* dicat, expositione expensarum facti, Iudicem cogniturum, vtrùm aduersùs expēsas minor sit restituēdus, ex *Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 9. ante n. 10. & n. 10. vers. Postremò pro clariori omniū responsione:* concludēs, licèt contrariæ sint opiniones, æquiorem esse, vt minor restituatur quando in dolo non fuit; aliter secùs. 132

Próque his expensis tam reum, † quàm actorem teneri (ex *Ias.* & aliis in *d. l. Sancimus, 15. C. de iudic. Marsil. in l. De vnoquoque, n. 238. D. de re iudic.*) profitetur *Menoch. vbi supr.* Qualitérque hodie tam reus, quàm actor in comparendo contumax puniatur vide *l. 8. t. 7. p. 3. & l. 5. & 14. t. 3. lib. 4. noua Reg. Collect.* 133

Adeóque vera, in tantúmque hæccine procedit conclusio; vt si denarius deficiat vnus, † ante realem, integrámque solutionem audiri contumax non debeas; obseruent *Bald. in capit. Conquerente, numero 1. de restit. spoliat. Ias. in auth. Qui rem, n. 16. versic. Quintò adde, C de Sacr. Eccl. Corn. Beninc. d. spec. 10. in iudic. n. 2. Franc. Viui. decis. 11. n. 2. Bernard. Graue. d. concl. 60. consid. 1. n. 2.* 133

Nec in illa met solùm causa, † in qua cōmissa contumacia est, denegari ante expensarū reparationē audientiā debere; sed & in alia quoque separata corā eodem Iudice, inter easdémque personas ventilanda (ex *Alex. Raud. resp. 25. n. 529. volu. 1. & Viui. d. decisione 11. n. 5.*) Idemmet asserit *Graue. vbi supr. n. 8.* 135

Solutas

136 Solutáſque ob contumaciam expenſas non recuperaturum,† qui eas præſtitit,etſi victor poſtmodum in cauſa exiſtat; notant *Bart. in l. Si pignore in princip. D. de pignor. Bald. Salyc.* & alij,quos refert, & ſequitur *Camil. Borrell.d. tit.46. n.57. Nicola.Boer.deciſ.17. num. 12.*

137 Et parte etiam non citata † huiuſmodi expenſarum condemnationem aduerſus contumacem fieri poſſe; aſſeruere *Cyn. in d.l. Sancimus,quæſt.13.* & *ibid. Bald. q. 10. C. de iudic.& in authent.Poſt iuſiurandum,& ibid.Iaſ. in fin. C. eod. Iacob. Philipp. Porc.* (multos referens (*commun.opin. lib. 1. concluſ.53.limit. 40. & limit.57. Camil. Borrel. vbi ſupr.n.59. 131.& 132.*

138 Iudicique ipſi,cuius violatur præceptum,† contumaciæ pœnam (ne eius eludatur authoritas) imponere,pœnalique iudicio propriam iuriſdictionem tueri,datum eſt, *d.l. vnic. D. ſi quis ius dicente non obtemper. l.2. D. ſi quis in ius vocat. non ier. cap. Quærenti, extr. de verbor. ſignificat. Farinac. dicta quæſtione 18. numer. 17.* Quod & factum illud tam memorabile, quàm ſeueritate plenum, quod de Manio Curio Dentato.Conſule ſcriptis ſuis memoriæ commendauit *Valer. Maxim.lib 6.de Seueritate,c.4.* ſatis monſtrat *Qui cùm delectum ſubitò edicere coactus eſſet, & iuniorum nemo reſpondiſſet: coniectis in ſortem omnibus tribubus Poliæ, quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractum citari iuſſit. Neque eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtæ ſubiecit. Quod vt illi nunciatum eſt, ad Conſulis Tribunal cucurrit, Collegiúmque Tribunorum appellauit. Tunc Manius Curius præfatus; Non opus eſſe eo ciue Reipub. qui parere neſciret:& bona eius, & ipſũ vendidit.* hæc ille.

139 Prædictáque concluſio procedit,etſi nullum ius † habeat actor,vt ex *Anton. de Butr. in c. fin. circa fin. de clandeſt. deſponſat. & Marſil. in l. De vnoquoque, num.121. D. de re iudic.* tradit *Roland. à Vall. conſ.47. n.8. volu.2.* A

140 Iudicéve incompetenti † reus ſit vocatus,*l.Si quis ex aliena, 5. D. de iudic.* cuius decidendi ratio vtrumque comprobat. *Prætoris eſt enim æſtimaare an ſua ſit iuriſdictio; vocati autem, non contemnere authoritatem Prætoris &c. Farinac.*(vtrumque firmans) *proximè dicto loco, Borrel. d. tit. 46. numer. 98. Vincent. Carot. ſingul.161.*

141 Quòd ſi à non competenti Iudice vocatus non ierit,præſcriptionẽ fori,† quam initio habere potuit,obiicere amplius non valere,iuriſdictionéque approbaſſe videri, qui tam facili negotio, comparendo, incompetentiámque allegando,ſe defendere poſſet, pluribus relatis tradit *Camill.Borrell. in ſumm.dec.1.part.t.43. de foro compet.n.67.& t.46.de contumacia.n.7.* & ſic ſæpiùs per Sabaudiæ Senatum iudicatũ teſtatur iuris ſcientiſſimus *Anton.Faber in ſuo Cod. definit. lib.3.t.12. definit. 3.* Cùm enim declinatoria fori,incompetentiæque exceptio

142 † dilatoria ſit,& per conſequẽs ante litis conteſtationem opponenda,*l. Exceptionem,19.C. de probat.l.2.§.vlt. & l.3.D. de except.* contu-

143 macia autem litis conteſtationẽm † inducat? *auth. Qua in prouincia, C. vbi de crimin. agi oport.* poſt cõtumaciã,& legalem(vt ſic dicã) conteſtationem,opponi non poſſe,dicendum eſt. Quod & repetiit idem ipſe *Faber eod.lib. & t.definit.44.* ſimiléque *eod.lib.3.t.1.defin.25.* vbi poſt fictã conteſtationem,per contumaciã ſcilicet reſpondere recuſantis,ſicut poſt veram conteſtationem,ad reconuentionis † remediũ 144 contumacem admittendum non eſſe,ex *auth. Et conſequẽter,C.de ſentent.& interlocut.omni. iudic.* tradit etiã *Ioan.Aloyſ. Ricci.in deciſ.Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ.163.n.11.*

Imò contumacem hunc pro confeſſo † in 145 his,quæ eius damnum incõmodúmque reſpiciunt haberi, contumaciámque tacitam inducere confeſſionem, probant *text. in l. Diuus Antoninus,7. D.de in integr.reſtit.l.De ætate,§. Qui tacuit,D. de interrogat.actionib. tex.* optimus in *c.2. de confeſſ.lib.6.* inter eũ,qui poſtquam reſpondere iuſſus eſt,contumaciter reſpondere recuſat;& eum,qui antequã reſpondere iuſſus ſit, contumaciter abeſſe contingat differentiam conſtituens; vt primo caſu pro confeſſo habeatur;non verò in ſecundo,licet contra eum tanquã contumacem, prout ratio dictauerit,ſit procedendum. Próque confeſſo in ciuilibus ſaltèm eum,qui poſt iuſſionem reſpondere recuſat, habendum, obſeruarunt *Bald. in l.Si filius,D. de interrogator. actionib. & in l.1.n. 10.C. quomod. & quand. Iudex, Marc. Anton. Cuch. de mentient.circa poſſeſſ. n.181. Cornel. Beninc.dict.ſpecial.10. in iudic. n.19. Gigas de penſionibus Eccleſiaſt. q.64.n.5. Petr.Barboſ. ad leg. 1. art 3.n.11.D. de iudic. Cardin. Tuſch.practic.concl.litera C.concl.1019. Petr.Cabal.reſolut.crimin cent.3.caſ.288.n.74. Camill.Borrell. dicto t.46. n. 28.* cum aliis infra proximè referendis.

Ex quibus ſatis vtilis deducitur intellectus † ad *Regi leg.5.t.21.lib.4. nouæ Reg. Collect.* 146 diſponentem: ſchedulam priuatam coram Iudice,vel alguacello (vt lex quoque ſequens ſtatuit) recognitam, paratã executionem habere;vt non expreſſam neceſſariò recognitionem deſideret,ſed ficta ſit contenta, per contumaciam nempè eius,qui ſchedulam recognoſcere iuſſus,ac perſonaliter requiſitus recognitionem contumaciter recuſat,doloséve ad id citationem,requiſitionéque ſubterfugit. Eámque fictam per contumaciam recognitionem ad executionem in terminis *d. Regiæ legis* faciendam, ſufficere aſſeruere *Couar. variar. lib.2. c. 11. n.4.* & in ſimili Galliæ ſanctione *Petr. Rebuff. ſuper conſtit Reg.tr.de chirographis præfat.n.98.* Sic in practica ſeruari atteſtans, contrariis plenè ſatisfaciens,*Bald. in addit.ad Roderic. Suar.in l.Poſt rem iudicatam in decla. leg.Regni,verſic. Alius caſus poteſt aſſignari,litera B.* mendoſè alios citans,*Azeued. in l.1.t. 22.n.14.lib.4. nouæ Reg. Collect. Auendañ,de exequend. mandat.p.2.c.30.n.4. Didac. Perez in l.4. t. 8.lib. 3. Ordinam. verb. Mandamos, verſ. Quid obſecro iuris erit, pag. mihi 636. Magon. deciſ. Lucan. 15. num. 30. & per tot. Franciſc. Merlin.*(ita per decretum excellentiſſimi Conſilii cautũ dicens)*deciſ.15.n.1. Anton. Faber* (ſic multis placuiſſe referens,licèt Senat.Sabaud.aliud mediũ elegerit) *in ſuo Cod. definit. d. lib.3. t. 1. definit. 25.& tit. 12. definit. 44.* vbi non ſolùm pro recognita ſchedulã in præſenti habendã firmat;ſed etiãſi à Iudice incompetenti † ad recognoſcendum vocatus non ierit,interlocutionéque pro 147

recognita ob contumaciam habita schedula sit:non posse postmodum contumacem se fori præscriptione tueri, Cum si paruisset,& chirographi scripturam aut agnosceret,aut denegaret;non eo minùs saluam præscriptioné haberet;quia agnitio,vel denegatio chirographi
148 ad iurisdictionis probationem † non inducit; cùm ex cuiuslibet Iudicis authoritate,etiá incompetentis,fieri possit,vt illius Ducatus stylo disertè cautum refert;mirabilémque casum
149 hunc,in quo plus operatur fictio † in casu ficto,quàm veritas in casu vero,aduertit.

Malam deinde præsumitur in dubio habe-
150 re causam † contumax.*c. Nullus de præsumpt. Bald in d.l Sancimus,n.3. C. de iudic. Alciat. de præsumpt.regul. 3.n. 22. in fin. Menoch. eod.tract. lib. 2.præsumpt. 70. num 12. 13. & 14. Camil. Borrelus. in summ. decis. d, tit.46. n.63. Francis.Brun. de indic. & tortur. n. 293.*

Non adeò tamen vt condemnatus ob con-
151 tumaciam, † ob malam causam condemnatus videatur: ob contumaciam enim potiùs condemnatio facta videtur,*l.Si ideò,55.D.de euict. l.Papinianus,8.§.Meminisse,D.de in offic.testă. Anton. Faber in suo Cod.definit.lib.3.tit.1.definit.19.n.4.*

Indéque in possessionem bonorum contu-
152 macis † ante litem contestatam ex primo decreto actor mittitur,*l.Fulcinius, D.ex quibus caus. in possess. eatur, l. Consentaneum, 8. C. quomod. & quand. Iudex, auth. Ei qui, C. de bon. author. iud. possid. Bart. in l. Cum proponas,n.2. C. eod. titul. & in l. Si finita,§. Iulianus,n. 17.* (vbi plenè *Alexand. numer.32.* & alij, *D. de damn. infect. Roman. consilio 454. numer. 2. Panormit. in cap. fin. §. In aliis,num.31. & 32.* extra *vt lite non contest. & in capit. Prout, num. 8. & 22. de dol. & contumac, & in capit. Cum venissent num. 12. de eo qui mitt. in possess. Cornel. Beninc. de paupert. de special. 10. in iudic. num. 5. & 6.* alios referendo *Borrell. d. tit. 46. de contumacia, numer. 48. & 160. Nath.* Coller. *decis. German.104. numer.5.* Cardinal. *Tusch. d. litera C. conclus. 1019. num. 1 & 2. & litera M. conclus. 287.* & sunt de iure Regio *text, in l.1. & 2. tit.8. p.3. & in l. vnic. tit.9. lib.3.* Ordin. *& in l.2. & 3.t.11. lib. 4. noua Reg. Collect.*

153 Quod tam in verò,† quàm in ficto contumace procedere, docent *Alex. in l. Plerique n.9. D. de in ius vocand. & Camill. Borell. d. loco,n.49.*

154 Posséque etiam post litem contestatam † missionem ex primo decreto ob rei contumaciam fieri;est *tex. in l.9.t.22. p.3.* & ibid.notat *Gregor. Lopez glos.1. in fin.*

155 Contumacia verò crescente,† pœna quoque augetur, ad secundique decreti interpositionem peruenitur, *c. Quoniam frequenter, 5. §. In aliis vt lite non contest.* & ibid. Scrib. *Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 5. casu 416. n.32. Cami.. Borrel. repet. tit. 46. n. 157.*

156 Quodque tempus,† quævè ad id hodie requiratur contumacia? vide per *legem 4. & 6. t,8.p.3. l. vnic. tit. 9. lib.3.* Ordinam.*l.1.t.11 lib.4. noua Reg.Collect. & ibid. Azeued.verb. Dosmeses.*

Volens autem decretum bonorum possessionis passus ea recuperare; non prius quam si expensas † integrè refecerit, ad id erit ad- 157 mittendus,*c. 3.de eo, qui mitt. in possess. caus. rei seruand.d.l.6.partita,*ibi:*Eppechasse las costas que tassare el. iudgador.* & notant multi ex relatis suprà *n.10.*

Nec huiusmodi ob contumaciam expensarum præstationem † poteris remittere Iudex. 158 Cùm non ob eius solùm contemptum? sed in partis aduersæ damnorum refectionem ad earum restitutionem, præstationémque contumax teneatur,*Menoch. de arbitrar lib. 1.q.56. n.4.* neminem fore, qui hac de re dubitet, adiiciens, *Sempron. Actiu.decis. siue determin. 105.n.1.* Adeò vt si requisitus † expensarum 159 condemnationé intermittat Iudex; de suo reficere,restituereque parti læsæ compellatur,ita iubente Iustiniano Imperatore *in d.l. Sancimus,*C. *de iud.* ibi:*Scituris Iudicibus nostris,& Executoribus,quòd si hoc prætermiserint,ex sua substantia huiusmodi detrimentũ læsis resarcire compellentur.Bernard. Graue. d.l.1.conclus.60. consider.1.n.3*

Exceptiones præterea dilatorias † amittere 160 contumacé;pluribus congestis tradunt *Math.* Coller.*decis. German.108.n.71. Borel.vbi sup. n.162. & t.48. de exceptionib. n. 153. Petr. Barbos. in d.l. Si quis ex aliena,n. 76. & seq. D. de iudic.*

Item si vassallus † feudum à Domino ha- 161 bens, tribus vicibus vt seruitium pro feudo præstet requisitus, contumax in eo præstădo extiterit;feudo priuatur, *text.in c 11.de missit. vassall. qui contumax est, Camil. Borrell.* (alios adducens) *d. tit.46.numer.19.& 20.* diximúsque latius *in prima huius tractat part. quæst.33.*

Ob contumaciam quoque excommunica-
162 tionis † sententiam ferri posse, vulgaria sunt iura in *capit. Ex parte,el. 1.23. cum glos.ibid. de verb. signific.c. Et literis,11. de constitut. c. Tuæ,3.vt lite non contest.glos. in cap.1. de dol. & contum. in 6. & in capite 2. de procurat. gloss. fin. in l. in actionibus, D. de in litem iurand.* latè *Cornel. Beninc. de special.. 10. in iud. ex n.11. cum seqq. Marant. de ordin. iudicior. 6. p. memb. 2. n, 19. Iacob. Simanc. de Catholic. instit. c. 14. de contumacib. per tot. Ludouic. Montal. de reprobat. sentent. Pilat. art.3. n. 25. Farinac. d. quæst. 18. n. 39.versic. Si Iudex Ecclesiasticus, Paz in praxi,tom.1. p.1. c. 3. num.5, vers. Alia pœna est.*

Próque omni contumacia, † ex re etiam 163 minima insurgente;Cum tanto maior contumacia sit;quăto minor contumaciæ causa est, *gloss. in cap. Si Clerico 96 dist.* quam pro singulari allegat *Abb. in cap. ex parte, num. 3. de verbor. signific. Andr. Barba. in tractatu de testib. part 3. numer.9. Philipp. Franc. in cap. Quia cordi, § Quòd si appellator, notab. vlt. de appellat. in 6 Cornel. Beninc. d. special. 10. num, 12.* Camil. *Borrell. dit.46. n. 133. Laurent.Syluann. de feud. recogni. q.110. n.1.*

Nec ob contumaciam excommunicatus ante expensarum † præstationem,emen- 164 dámque aduersæ parti factam absoluitur, *Hostiens.in sum.t. de sentent. excommunic.§.Et*

qualiter,

qualiter, verb. Secundò requiretur, verſ. Et nota bene. Aut niſi cautionem ſaltèm de parendo mandatis præſtet, iuxta *text. in dict. cap. Ex parteel.* 1. *& ibi not. Abb. n.* 6. *Ioann. Paul. Lancellot. inſtit. Can.n. lib.* 4. *tit. de ſentent. excommun.* §. *Manifeſtè autem, Daniel Venator. in annal. iur. Pontif. lib.* 5. *tit.* 39. §. *Cùm abſolutio, quæ cauſam, &c. verſ. Sententia enim ab homine prolata,* quos refert, & ſequitur *Camil. Borrel. d. loco, n.* 90.

Vtque alias contra contumaces per iam relatos videndas pœnas omittamus: in appellando,
165 appellationémve proſequendo † contumax pro appellationis deſertore reputatur, *Camill. Borrell.d.tit.*46.*n.*114. & pleniſſimè *Nos in prima huius tr. par. q.*31.

166 Paupertas tamen à contumacia, † eiúſque pœna (ſi à paupertate contumacia cauſã trahat) excuſat, vt in propoſitis caſibus videre eſt. In primis enim ad iudicium venire iuſſus, ſi
167 abſque dedecore † ob paupertatem comparere nequeat, nec compareat, contumaciæ pœnam euitat, vt probat *text. in* § *Hinc nobis* (ibi. *Aut qualibet neceſſitas, cum gloſ.*) *in auth. de hæred. & Falcid. Marant. de ordin. iud.* 6. *p. verb. Contumacia, n.*5. *Corne. Beninc. d. ſpecial.*10. *in iudic.n.*23. *& ſeqq. Bertran.conſ.*28.*n.*87. *Sebaſt.de Medic.de caſib. fortuit,*2.*p.q.*4.*n.*12. *Mauritc. Appicell. allegat.*6.*n.*18. *Surd. de aliment.t.*1.*q.*48. *n.*6. *Bernard. Grau. pract. Camer. Imperial. libro* 1. *concluſ.* 142. *numer.* 2.

Auditíque contumacem hunc (ſi ob paupertatem contumax dici poteſt) etiam antè
168 expenſarum † parti aduerſæ refectionem factámque emendam, tradiderunt multi ex ſuprà citatis, *n.*10. Et nominatim in contumace poſt
199 duas, vel tres ſententias † per Audientiã latas comparente (qui nec ad reſtitutionem, nec ad iudicium, niſi cum clauſula *Parito iudicato* admittitur, iuxta *tex. in l. Fulcinius,*§. *fin. D.ex quib. cauſ. in poſſeſſ.eatur*) obſeruat *Octauian. Veſter in praxi,lib.*4.*c.*4. *de dolo,& contumac.*
170 *n.* 9. Quæ clauſula † ſecundùm *eundem ibid. in fin.* remiſſionem poſſeſſionis, fructuum perceptorum, & expenſarum litis ſolutionem importat. *Mareſc.* (plenè de ea agens) *variar. reſolut. lib.*1.*c.*86.

171 Si tamen pauper † ſit, & ad reſtitutionem, iudiciúmque admitti deſideret, hunc temporari rigorem; ſoleréque pauperi commiſſionem dari, dilata, ſeu reſeruata in finem litis fructuũ, & expenſarum ſolutione, ſub hac reſcripti formula: *Placet D. N. Papæ, demiſſa poſſeſſione, conſtito de Oratoris paupertate: &c.* reſtatur idẽ *Octauian. Veſter prœcitato loco, & lib.*8. *c.*3. *de reſtit. in integr. n.*12. Admiſſione namque poſſeſſionis (quam facilè quantumuis pauper dimittere poteſt) non excuſatur, licèt à reſtitutione fructuum, & expenſarum excuſetur: ad *text. in c. Olim, de reſt. ſpoliator.* notat (aliis adductis) *Octauian. Veſter vbi proximè.*

Item nec contra pauperem, cuius in cauſa fuit paupertas ne compararet, inducitur cõfeſſio; nec malam præſumitur habere cauſã. Cum
172 aduersùs iuſtam † contumaciæ, vel abſentiæ excuſationem habentem non præſumatur, ex *gloſ. verb. Abſens, in l.*2. *C de contrar. iud. tutel. Camil. Borrell.d.t.*46.*n.*65. Sicque omnes
exceptiones † opponere poſſe, cum in culpa 173
eas opponendi non fuerit; legitiméque extiterit paupertate impeditus, & in mora per conſequens non fuerit, ex traditis à *Nobis* 1. *p. q.* 17. *à n.*32.*cum ſeqq. & q.*31.*n.*11. *& ſeqq. & q.*32.*n.*12. *& ſeqq.* firmandum venit.

Item ſi ob paupertatem ſeruitium † Domi- 174
nó debito tẽpore non præſtiterit vaſſallus, vel emphyteuta; non ideò feudo, vel emphyteuſi eum priuari; latè deduximus 1.*p.q.*33.*n.*21.*& ſeqq. & quæſt.*26.

Pariter ob non ſolutum debitum excommunicatus, ſi propter paupertatem † ſoluere 175
non poſſe oſtendat, relaxari, ac retractari excommunicationis ſententia, abſolutionisque proferri debet, *gloſ. in clemen.* 2. *verb. Satisfecerint, de hæretic. Butri. in c. Oduardus, q.* 1. *de ſolut. Paul. Caſtr. in l. Si reus,*73. *n.*9. *D. de procurator.* Vbi vnum ſingulariſſimum addit; excommunicatum, *niſi ſoluerit intra menſem,* licèt aliquãdo intra menſẽ ſoluere, non tamen circa finem potuerit; ſi in malitia non fuit, paupertate excuſari: prædictam quoque ſententiã tenet *Milui. in repert. verb. Excommunicari non poteſt, Galleſ. ad formam obligat. Camer. de præambulis ipſius proceſſu ipſo, n.* 24. *in noua edit. q.*36. *Aſin. in praxi iudi.*§3.*c.*37.*n.*11. *Stephã. Gratian. diſcept. forenſ. tom* 4.*c.*660.*n.*9 *&* 10. *Pyrrh. Maur. de ſolut. & oblat. c.* 88. *per tot.* præcipuè *n.*3. *Ful. Pacian. de probat. lib.*1.*c.*54. *n.*71. *Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit.* 2.*p. q.*4.*n.*20.*& in tr. Mors omnia ſoluit,* 1.*p.n.*103. *pag.*4.*poſt med. verſ. Nonò excuſatur,* vbi communem dicit, *Franciſc. Viui. deciſ.* 268. *n.* 6. *lib.*2.

Imò excommunicationis ſententiam in hoc caſu latam ſi de paupertate, † impotentiáque 176
debitoris notoriè conſtet (vt ſi contra eum, qui ritè, & rectè ad bonorum ceſſionem, vel ad beneficium *c. Oduardus* admiſſus eſt, feratur) nullam ipſo iure eſſe; infirmandam verò, ſi notoria mendicitas non ſit; aſſeruere *Quintill. Mandoſ. in tr. de monitor. q.*37.*n.*8.*&* 10. *Theſaur. deciſ.*10. *n.*5. *poſt med. Fului. Pacian. proximè relato loco.*

Indéque etiam fit, pauperem, qui in *Canonem. Si quis ſuadente diabolo,* † 17. *q* 4. incidit, 177
ad Curiam Romanam pro abſolutione petenda accedere non adſtringi, *c. Quod de his,*26. *c. Quamuis,* 58. *de ſentent. excommunic. Diuus Antonin. de excommunic. c.*1.*n.*45. *Cardin. Tolet. in ſumm. lib.*5.*c.*8. *n.* 2. *verſ. Quartò iſta, Hieronym. de Mont. quæſt.*15. *n.*6. *cum tribus ſeqq. Franciſc. Marc. deciſ.*596. *per tot. Carol. de Graſſ. de effectibus Clericat. effect.*9.*n.*164. *&* 165.

Nec omnimoda † in hoc caſu requiritur 178
egeſtas, ſed & in ex artificio, vel officio viuẽte, aliis tamẽ pro itinere faciendo expenſis carente veram propoſitam concluſionem, nec oſtiatim tunc mendicare cogendũ eum, aſſeruere *Syluеſ. in ſumm. verb. Abſolutio,* 4. *num.* 3. *verſ. Octauus, Carol. de Graſſ. d.n.*165. *Ioan. Mar. Bellet. diſquiſit.* Clerical. *part.* 1. *tit. de fauore Clericor.* Canonis, §. 3. *n.* 24. ex *Hoſtienſ. in d. cap. Quòd de his, n.*1. & *Abbat. in cap. Ea noſcitur. numer,* 5. *de ſent. excommun. Azened. in l.*2. *n.*46. *tit.* 18. *lib.*4. *nouæ Reg. Collect.*

Non denique contumax, causáve pro deserta habetur eius, qui ob paupertatem † intra debita tempora aut appellationem non propesuit, aut non fuit prosequutus, vt latè in *prima huius tr. parte quæst.* 3 1. *d.n.* 1 1. *cum seqq.* tradidimus.

EXPONENTES infantes quibus plectantur pœnis? Et an ab eis excuset paupertas?

SVMMARIVM

180 *De huius criminis atrocitate.*

181 *Parentem huius criminis reum morte puniendum, multa suadent, quæ ad id expenduntur. & n. seqq.*

182 *Sanguinolenti infantes, quare dicti?*

183 *Mortis pœna in præsenti an plectatur parens, siue expositi mors sequatur, siue non; & n. seqq.*

186 *Intellectus ad* text. in capit. fin. 87. distinct.

187 *Parens qui filium exposuit, an & quando illum repetere possit? & n. seq.*

188 *Expensæ factæ cum expositis post decennium, cum seruitiis computantur.*

189 *Nisi Dei amore, qui infantem suscepit, eas fecisset.*

190 *Et qualiter amore Dei factæ probentur;*

191 *Ecclesia non repetit expensas, quas cum expositis fecit, nec protestatione præcedente.*

192 *Parentes exponentes filios, exponive consentientes patriam potestatem amittunt: & domini dominium quod in seruis ad ipsis expositis, aut ab aliis de ipsorum permissu habebant.*

193 *Domini periclitantes vassallos deserentes, eorum dominio vassallagióque priuantur.*

194 *Ciues in periculo Ciuitatem deserentes ciuitatis iura amittunt.*

195 *In exposito parricidium non consideratur, nec si fortè patrem occidat, vt parricida punitur.*

196 *Alentes expositos nullum in eis ius adquirunt.*

Seruus expositus iuris sui manet, ibidem.

197 *Legis* 4. tit. 2 3. lib. 4. For. leg. *dispositio in vsu non est.*

198 *Expositi possunt ad Sacros Ordines, beneficia Ecclesiastica, & dignitates absque aliqua dispensatione promoueri, legitimique censentur. Contrà n.* 201.

199 *Nec excluduntur statuto requirente, ne ex Iudæis, Maurisve descendant niue ad beneficium aut dignitatem admittendi aliqua macula sint infecti.*

200 *Secùs si puri sanguinis, aut ex notis parentibus qualitatem desideret.*

Statutū iuri communi contrarium restringitur, nec vltra id quod exprimitur, extenditur, d. n. 199.

202 *Parentes filios exponentes eis intestatis non succedunt.*

203 *Expositis quis ab intestato succedat, remissiuè.*

204 *Pœnæ contra exponentes infantes constitutæ, contra languidos quoque cuiuscumque ætatis sint exponentes locum habent.*

205 *Ignorantia parentum, aut dominorum filiorum, vel seruorum expositorum, eos excusat.*

206 *Ignorantia in præsenti, parentis, vel domini iuramento probatur.*

207 *Paupertas parentes, & dominos filios, vel seruos in aliquo Xenodochio exponentes excusat.*

208 *Et quid si Xenodochium in quo expositio fieri possit, præsto non sit, & numer. seqq.*

212 *Ob mortis timorem, licet parenti filium exponere.*

213 *Parentes ob infamiam vitandam filios exponentes, excusantur, & n. seq.*

Honor non modò filiis, sed propriæ vitæ antefertur, ibid. dicto n. 213.

§. II.

IMmane crimen † humanóque generi, ac 180
naturæ fœderi (quoad ipsa quoque ratione carentia animalia) repugnans est quos protulerint, genuerintque fœtus abiicere, nec alere. Naturale namque ius procreare, educaréque fœtus omnia etiam animalia, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur, docuit, huiúsque iuris peritia censeri videmus, & firmat (si firmitate natura ipsa, cuius vim ab origine mundi experimur, eget) Imperator Iustinian. in *princip. instit. de iure natur. gent. & ciui.* & *Senec. epist.* 1 2 2. *lib.* 2 2. (de irrationabili animali loquens) *Producit fœtus suos* (inquit) *nec abiicit.* Cuius criminis atrocitatem ostendunt etiam sapientissimi Alphonsi Regis verba in *l.* 4. *tit.* 20. *part.* 4. cuius est initium, *Verguença, crueleza, ò mald. ad mueue à las vegadas al padre, ò a la madre en desamparar los niños echandolos à las puertas de las Eglesias, è de los Hospitales, è de los otros lugares, &c.* Inde Senec. de benefic. lib. 3. cap. 1. *Et parentes suos non amare* (inquit) *impietas est; non agnoscere, insania.* Cúmque sic grauiter contra ipsam naturalem legem (pietatis officium relegantes) peccent parentes, liberos suos vel exponentes, vel permittentes exponi, eos quasi tradēdo morti (cùm pietatem, quam in suos ipsi non habent, non debeant ab aliis expectare) grauibus illós afficiunt iura pœnis.

Morte † parentem huius criminis reum 181
puniendum, suadet *textus in l. Necare,* 4. *D. de liber. agnosc.* vbi sic *Paul.* iure consult. ait: *Necare videtur, non tantùm is, qui partum perfocat; sed & is, qui abiicit; & qui alimonia denegat, & is, qui publicis locis misericordiæ causa exponit, quam ipse non habet.* quam visa est approbare sententiam (vltimo eam referendo loco) *glossa* 1. *in l.* 2. *C. de infantibus exposit.* eadémque lex ipsa ibi: *Si ab ipsis expositos quodammodò ad mortem, voluntas misericordiæ amica collegerit. Nec enim suum quis dicere poterit? quem pereuntem contempsit.* apertiùs *text. in capite*

capite final. in fine, 87. distinct. ibi: *Sanè qui post prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida Ecclesiastica districtione damnabitur, sicut* Patrum *sanxit authoritas.* Ideóque
182 que sanguinolentos † infantes hos in *rubric. C. de infantib. exposit.* appellari; quia sanguinis pœna scelus hoc expositionis vindicicetur; adnotarunt *glos. in c. vnic. de infantib. exposit. verb. Liberatus circa med. Azor. in summ. C. eod. Gregor. Lopez in d.l. 4. glos. 1. Montal. in l. 1. tit. 23. lib. 4. Fori leg. glos. 1.* Licèt alia ego sanguinolentos appellari arbitrer ratione; quòd à matrum, nempe, frequenter vberibus extracti, necdum benè (vt sic dicamus) sanguine mundi exponantur, iuxta *Calepini* traditionem (quem postmodum vidi) *verb. Sanguinolentus*, sic *titul. C. de infantib. exposit.* intelligens, qua etiam de re latè *Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 14. n. 4.* Capitísque pœnam hac in specie pati debere patrem sciēter exponentem infantem, asseuerat *Montal. vbi proximè*, Quòd & apud Thebanos obseruatū refert *Æliam var. histor. lib. 2. c. 7.* Quorum humanissima lex in solitudine exponentem, abiicientémve infantem capitis supplicio mulctabat.

Ex quibus etiam non sequuta expositi
183 morte † eidem pœnæ locum fore, videtur firmandum. Pósque varias disceptationes in congressione Synodali Constantinopolitana constitutum fuisse, tradit *Petrus Gregor. lib. 15. Syntag. iur. vniuers. capite 28. numer. 5.* matres proprios filios in diuinorum Templorum aditibus exponentes, quamuis filij ab aliis educentur, vt homicidas puniri. Cuius etiam constitutionis mentionem facit *Ioann. Hieronym. Episcop. Campanill. in suo diuersor. iuris. Canon. rubric. 11. capit. 13. numer. 160.*

Quàm tamen mortis pœnam tum demum
184 si expositi mors † sequatur, imponit patri *textus in l. 3. dict. titulo 23. lib. 4. Fori leg.* tenuitque *Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 9. c. 8.*
185 *n. 9.* Morte verò non sequuta † extraordinem, arbitrióque Iudicis puniendum patrem: obseruatunt *glossa 1. in l. 2. C. de infantib. exposit. & in l. Nec filium, 9. verb. Pœna, C. de patria potestate, Gregorius Lopez dict. gloss. 1. Ioan. Vela de delict. c. 9. versic. Puniuntur autem Petrus Fernandez Otero diuersar. quæst. iur. par. 3. q. 11. nu. 3* quem non sine verecundia, ruboréque hoc in casu refero, qui integram illam quæstionem à *Ioann. Vela* allegato loco nullo penè dempto, aut mutato verbo, suppresso nomine mutuatus est.

Planè si ab eo, qui infantem expositum su-
186 scepit, fuerit facta denunciatio, † vt à proprio suscipiatur, alatúrque patente, si decem dierum spatium fluere permiserit parens, post illúdque postulare filium velit; Ecclesiastica districtione coerceri, vtque homicidam puniri, determinat expressus *tex. in dicto cap. fin. 87. dist.* quem sic intelligendum dicit *Montal. in l. 2. dict. titul. 23. lib. 4. Fori leg. gloss. 1.* Dicta verò denunciatione non facta, vel inscio
187 parente facta, † posse quandocumque parentem filium suum repetere, si & expensas ad decennium vsque cum eo factas offerat, con-
188 tendit *Montalu. ibid.* Post decennium † namque factæ, cum seruitiis computantur, ex *text. in dicta l. 2. Fori leg.* nisi Dei amore; † 189
qui infantem suscepit eas fecisset, ex dispositione *text. in d. l. 4. titulo 20. part. 4.*

Quòd indiciis † probari notat *ibidem Gregor. gloss. 5.* ex *Abbat. in d. cap. vnic. de infant.* 190
exposit. num. 3. vbi pariter aduertit; alimenta hæc si ea fecerit Ecclesia, † cùm ad id tenea- 191
tur, egentibúsque subuenire, non repetere, ex *text. in cap. Sacrorum, 12. quæst. 2. & in l. Alimenta. C. de negot. gest.* protestatione quoque præcedente ea ratione id procedere firmans.

Patriam deinde potestatem † parentes fi- 192
lios exponentes, exponive consentientes, dominiúmque in seruis domini exponentes seruos, ab aliisve exponi permittentes amittere indicat *text. in d. c. vnic. de infantib. exposit. in l. 2. C. eod. tit. in d. l. 4. part. & in l. 1. tit. 23. lib. 4. Fori leg.* vbi not. *Montal. glos. 1. circa fin. in d. c. fin. 87. dist.* docéntque *Bald. in d. lib. 2. Cardin. Paleot. de noth. & spur. c. 63. n. 6. Iacob. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. casu 396. n. 11. Surd. de alimen. tit. 4. q. 18. n. 2. & tit. 8. priuil. 63. n. 4. & priuil. 64. n. 2. cum seqq. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 2. c. 26. q. 1. Ioan. Vela d. cap. 9 §. Puniuntur autem vers. Et sciente patre, Otero d. q. 11. n. 3. Tiber. Decian. tract. crim. lib. 9. c. 8. n. 9. Ioan. Hieron. Episcop. Campanil. in suo diuers. iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n 158. Steph. Gratiam. d. c. 267. n. 1. & seqq.* Qui *nu. 2. & 3.* ad dominos † etiam periclitantes deserentes 193
vassallos; nec non ad ciues † ciuitatem in pe- 194
riculo deserentes, ex *Menoc. loco proximè relato* sententia, id extendit, vt illi vassallagij; hi ciuitatis iura perdant.

Indéque ex hac patriæ potestatis amissione patricidij reatum † in exposito considerā- 195
dum non esse, neque vt patricidam si patrem forte occidisset puniendum, notarunt eleganter *Carrer. in practic. §. Homicidium. nu. 143. Menoch. d. casu 96. n. 14. & num. 39. Petr. Gerard. singul. 2. incip. Tuscus, quod in præcedenti, n. 9. Petr. Plac. in epitome delictor. c. 22. nu. 27. in fine, versicul. Alius subiiciatur casus, Stephan. Gratian. vbi suprà, n. 3. Tiber. Decian d. lib. 9. c. 15. n. 29. Prosper Farinac. lib. 4. praxis crimin. q. 120. n. 164.*

Non tamen ex eo, quòd patriam potestatem in filios à se, vel de consensu, & patientia sua expositos parentes amittant, dominiúmve in seruos dominij ius aliquod in eis hi qui eos alendos † susceperunt, adquirunt: quinimò 196
sui iuris manent, libertatémque omnimodam (serui licèt aliàs nascerentur) obtinent, *d. l. 2. & 3. C. de infantib. exposit. text. in d. cap. vnic. extra eod. tit. gloss. 1. in fin. in d. cap. fin. 87. dist.*

Quamuis ex *legis 1. d. tit. 23. lib. 4. Fori leg.* dispositione † eorum dominium nisi donan- 197
di animus accederet, qui eos suscepit adquireret: quæ tamen in vsu non est, imò contrarium secundùm iuris Ciuilis, & Canonici dispositionem seruatur.

Quare ad Sacros Ordines, † beneficia 198
Ecclesiastica, & dignitates absque aliqua dispensatione promoueri hos posse, legitimósque censeri, obseruant *Anani in d. c. vnic. n. 11. de infantib. exposit. Felin. in cap. Cùm deputari, n. 13. d. indic.* communem asseuerat *Cardin. Paleot. d. cap. 63. n. 3. & 7. Bermond. de public.*

Rr 3 concub.

*conenb. in verb. Qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos,num.*90. *Mascard.de probat. concl.*799.*Girond.de priuileg.explicat.n.*1441. *& seq.Menoch. d.casu* 366.*n.*15.*&* 16. *& de præsumpt.lib.*6.*q.*54.*n.* 20.veriorem de rigore iuris opinatur *Sayr. in suo thesaur. lib.*6.*c.*10. *versic.Secunda opinio,n.*39.quos refert, & sequitur *Episcop. Campanill.de rubr.*11.*n.*157. cum *Suarez in suo* 5. *volumine, disp.*50.*sect.*4. vnicuique licere dicente huic adhærere resolutioni,etsi in praxi dispensatione vti securiùs esse addat: Firmántque dictā sententiam *Eman. Rodrig. in suis quæst. regular. tom.*1. *quæst.*13.*art.*1. *Philipp. Pascha.de virib. patriæ potest.part.*1.*c.*6.*n.*10.eique assentitur *Gregor. Lopez in d.l.*4.*part.gloss.* 6.*vers.Case torna libre,Stephan.Gratiam.discep.forens.lib.*1.*c.*135. *n.*31.*& seqq.& lib.*2.*c.*267.*n.*22. *& seq.num.* quoque 24.adiiciens : statuto solùm requirente
199 te † ne ex Iudæis,Maurisve descendant;néve aliqua macula ad beneficium, aut dignitatem admittendi,sint infecti;expositos non excludi cum tale statutum iuri sit contrarium , *cap. Eam te,de rescript.* debeátque restringi, *Bart. in l.Omnes populi,n.*56. *D.de iustit & iur. Roland.à Valle consilio n.*21.*lib.*1. nec debeat vltra id quod exprimitur extendi , *l. Si verò, §. De viro, D. solut. matrim.* in expositis autem huiusmodi non reperiatur macula Idem quoque firmat *Anton. Ricciul.in tract. de neophytis,c.*7.*n.*33. Aliud dicendū si puri sanguinis,
200 † aut ex notis parentibus qualitatem statutum desideret ; cùm nequeat per expositos, spuriósque probari,vt obseruat *Perez de Lara de anniuersar. & capellan lib.*2.*c.*4.*n.*39.*vsque ad* 42.cúmque referendo *Gratian.vbi proximè,n.* 26.*Girond.d.loco.n.*1443.*& seq.*

201 Quamuis non sine dispensatione † ad Ordines,aut beneficia eos promoueri posse , asseuerent *Angel.in l. Liberorum, D. de his qui not.infam.Didac.Couarr.in clement.Si furiosus, part.*1.*in princip.n.*9.*Simon Maiol.in tract.de irregular.specieb.Viual.in rubr.de irreg.nu.*123. *P.Rebell.de obligat.iustit. part.*2.*lib.*1.*q.*3.*sect.* 2.*n.*15.securiúsque esse concludit *Valer.Reginal.in praxi, lib.*30.*n.*77.*v.*7.

Parentes præterea filios exponentes eis in-
202 testatis † non succedere profitetur *Petr. Gregor.lib.*45.*Syntag.iuris vniuersi,c.*10.*n.*12. cóque relato *Episcop. Campanill. d.rubric.*11.*c.* 13.*n.*158.*&* 162.*in fin.* apud quem quis eo-
203 rum ab intestato † sit successor videre licet: cùm neque parentes, neque hi,qui eos alendos susceperunt, succedant, ex sententia *Hostiens.& Zabarel.in d.cap.vnic.de infantib.exposit.*per tex.in *l.Nutritoribus.*10. *C.comm. de success.* qua etiam de re vide *Pereg. de iure Fisci,lib.*4.*tit.*3.*rub.de bonis vacant.n.*16.*Gregor. Lop.in d.l.*4. *ver. Echandalos , Laram in l.Si quis à liberis,§.Si quis ex his,nu.*10.*D.de liber. agnosc.Farin. fragmen .crimin.p.*1. *tit.F. num.* 134.

204 Dictáque de infante , & de languido † quoque exposito cuiuscumque ætatis sit,procedere,aduersúsque languidos exponētes easdem , quæ contra infantiū expositores pœnas locum habere;dicunt *gloss.*1.*in fin.in d.cap.fin.* 87.*dist. Abb.in d.cap vnic.n.*2.& alij ibi, *Syluest.verb.De expositis,n.*2. *Montal.in d.l.*1.*tit.* 23.*lib.*4.*Fori leg. glos.*1.

A quibus tamen parentum dominorúmve ignorantia † eos excusat,vt eademmet paren- 205
tibus,vel dominis filios seruósve exponentes, exponive patientes pœnas imponentia supra relata iura,Authorésque relati ostendunt.Per patrisque vel domini iuramentum † ignorā- 206
tiam probari,disponit nominatim *d.l.*1.*tit.*23. *lib.*4. *Fori leg.* notátque *ibid. Montal. gloss.*1. & faciunt dicta *à Nobis,*1.*parte,q.*14.*n.*17.

Valentior autem est,& in hoc casu paupertatis,inopiæque excusatio, † quæ etiam sciē- 207
tes, filiósue, aut seruos exponentes parentes, vel dominos excusat,si in aliquo Xenodochio non omnino eos deserendo,quoque potuerint adiuuent modo,filios exponant,vel seruos,ex eleganti decisione *text.in l.vnic.§. Sed scimus, C.de Latin. liber.tollend.*docuit *glo.in d.c. vnic. verb. Liberatus,de infantib.exposit.& ibid.Hostiens.in sum. n.*4.& communiter Scribentes, & *in d.l.*2.*C.eod. Montal.in dict.l.*1.*tit.*23. *lib.*4. *Fori leg.gloss.*1. *Gregor.Lop.in d.l.*4.*tit.*20.*par.* 4.*glos.*1.*Ioan.Vela in d.c.*9.*propè fin.vers.Has autem pœnas,Otero d.part.*3. *diuersar.q.iur.qu.* 11.*num.*6.

Quòd si Xenodochium , in quo expositio fiat , † præsto non sit,excusari patrem,qui fi- 208
lium egestate cogente exposuit,fatetur *glos.*1. *in d.c.fin.*87.*dist.*Dominum † tamen excusari 209
negat:quia potiùs seruum vendere debuit,aut donare,ex *d.§.Sed scimus,d.leg.vnic.C.de Latin.libert. tollend.* Cuius quoad filium sententiam ad pœnæ in foro exteriori † excusatio- 210
nem probat *Syluest.verb.De expositis:* ad interioris tamen,† non vtique quia potiùs pro se, 211
filióque alendo mendicare debuisset:nisi forte expositio eo modo fieret,quòd nullum inde periculum immineret,vt in pluribus Hispaniæ locis , in quorum multis non Xenodochium aliquod,in quo expositi suscipiantur,alantúrque infantes,sed reperiuntur plura.

Ob mortis autem timorem † licere parenti 212
filium exponere ; *Exodi c.*2.authoritatem firmauit *Menoch. d.casu* 396.*n.*8. Parique modo si ob infamiam † vitandam filios parentes 213
exponant,excusari,obseruant *Greg.Lop.Vela, & otero* locis iam relatis , & sic per Mediolanensem Senatum iudicatum testatur *Iur.Clar. lib.*5.*senten.§.fin.q.*83.*vers.Partum* cuius comprobat,laudátque decisionem *Menoch. d.loco n.*5.6.*&* 7. Cùm non impietas tunc parentes mouerit,sed qui non modò filiis,sed vitæ propriæ antefertur honor, *l.Isti quidem,* 8.*§.pen. D.de eo quod met. caus. l. Iusta causa ,* 9. *D.de manumis.vindict.Gerard.de Petr. Sanct.singul.* 33.multa iura , & authoritates referens *Petr. Royz.Maure.decis. Lituam.*5.*n.*453.diximúsque 1.*p.q.*4.*n.*177.

Quare eadem ratio parentes , qui pro infante alendo mendicare † cogerentur , qui- 214
bus id indecorum,próque sua conditione verecundum, contumeliosúmque foret (quoad forum saltèm exterius)excusabit.

VTRVM

VTRVM REO PAVPERI, vel miſerabili perſonæ etiam non petenti actorum, proceſſus, & indiciorum ſit danda copia?

SVMMARIVM.

1 *Cuilibet regulariter iſtrumentorum, actorúmve copia cum termino opponendi danda eſt; aliter acta, vel inſtrumenta non nocent, & n.2.*

3 *In criminali etiam non petenti dare debet Iudex proceſſus, & indiciorum copiam.*

4 *Defenſionibus ſuis in criminali non poteſt quis expreſsè renunciare.*

5 *Etiamſi talis renunciatio fuerit iuramento vallata.*

6 *Nec defenſionibus delictum minuentibus renunciare reus poteſt.*

7 *Nec tacitè defenſionibus renunciare reo licèt.*

8 *Si reus ſe defendere nolit, ex officio tenetur Iudex veritatem, defenſiones, & innocentiam eius inueſtigare.*

9 *Et de Aduocato, & Procuratore ei prouidere.*

10 *Copia proceſſus, & indiciorum ante torturam reo etiam non petenti danda eſt. Contrà num. ſeq.*

12 *Iudex qui ad torturam non data copia proceſſus, & indiciorum proceſſit, ea non petita, excuſatur in ſyndicatu.*

13 *Concordantur hæ diſſentientium Doctorum opiniones, & n. ſeqq.*

14 *Pauperibus, ac miſerabilibus perſonis etiam non petentibus tenetur omnino Iudex actorum, proceſſus, & indiciorum copiam præſtare. Amplia n.15.*

16 *Iudicis arbitrio relinquitur quis hac in ſpecie pauper dicatur.*

17 *Copia hæc gratis pauperibus danda eſt, tam ex iure communi, quàm bullarum Pauli III. & Pij IV.*

18 *Hodie ex Pauli V. reformatione etiam non petentibus copia proceſſus danda eſt.*

QVÆST. LXVI.

1 CVilibet regulariter inſtrumentorũ, actorúmve copia † cum termino opponendi danda eſt, *text. in l. Iudices, 17. C. d. fide inſtrument. Bart. ſuper conſtitut. Ad reprimendum, verb. De plano, nu. 3. in fin. Hippol. de Marſil. ſingul 81.* plures referens *Ioſeph. Maſcard. de probat. tom. 2. concluſ. 923. n. 3.*

Aliter acta, vel inſtrumenta non nocent,
2 † *cap. Charta. 3. q. 9. Bald. in l. Si quando, n. 30. C. de teſtib. Andre. Aleiat. in rubric. C. de edend. n. 10. Riòa in l. Quòd te mihi, nu. 20. D. ſi cert. petat. Ludouic. Roman. conſil. 156. n. 3. & conſil. 519. per tot. & ibidem Horat. Mandoſ. in eius addit. litera A. Rota in nouis deciſ. 1. de fide inſtrumentor. num. 3. Ioann. Gratiam. regul. 69. in princip. & n. 6. Gregor. Lopez in l. 23. titulo 16. part. 3. gloſſa 2. verſic. Et regulariter, Didac. Couarr. variar. lib. 1. cap. 1. nu. 5. verſic. Ex quibus idem erit, Paulus Æmil. Verall. deciſ. 99. nu. 1. lib. 2. & deciſione 117. nu. 5. 6. & 7. lib. 3. Bargnin. Caual. deciſ. 21. n. 79. lib. 1. Nicola. Intrigliol. deciſ. 14. n. 15. & deciſ. 44. num. 11. Mari Giurb. deciſ. 26. n. 4. & deciſ. 36. n. 2. Octaui in. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 1. n. 47. Camill. Borrell. in ſumma deciſ. 1. part. tit. 44. de citatione n. 164. & 270. Andr. Gail practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 107. n. 14. Rota Roman. Diuerſor. deciſ. 445. per tot.* præcipuè *num. 3. Cardin. Dominic. Tuſcb litera P. concluſ. 871. num 14. & 29. Stephan. Gratiam. diſceptat. forenſ. lib. 1. c. 156. nu. 25. Oliuer. Beltram. in annotant. ad Gregorium XV. deciſ. 209. n. 8. Cæſar. de Graff deciſ. 3. de reſtitut. ſpoliat. num. 7. Rota Genuenſ. deciſ. 106. num. 1.*

Quòd multo fortiùs in criminali procedit cauſa, in qua etſi pars indiciorũ, & proceſſus copiam non petat, à Iudice dandam † fore ſuadet, & probat ratio *legis L ber homo, 13. D. ad leg. Aquil.* quòd nemo ſuorum membrorum dominus ſit, ac ideò nec defenſionibus ſuis renunciare poſſit † expreſsè *gloſſ. & Doctores in l. Pactum. 47. verb. Cum liceat, D. de pact. Hyppolyt. de Marſ. conſil. 16. n. 25. Alexand. de Neno conſil. 86. n. 8. Marcus Anton. de Natta cõſilio 359. n. 3. lib. 2. Roland. à Valle cõſilio 12. n. 14. lib. 3. Ioannes Baptiſta Ferret. conſilio 300. n. 2. Antonius Gomez de delictis, c. 18. nu. 33. Iuli. Clar. recep. ſentent. lib. 5. §. fin. quæſt. 49. n. 16. & ibidem Baia d. in eius addit. nu. 38. & ſequentib. Laderch. Imol. conſilio 184. nu 9. verſic. Sed idem ſæpe,* plurimos referens *Proſper Farinac. 1. part. praxis crimin. quæſt. 39. nu. 51. Sebaſt. Guazzin. de defenſ. reorum defenſione 27. cap. 1. per tot. Tho. Treuiſan. deciſ. 1. num 7. lib. 2.* 3 4

Et etiamſi talis renunciatio fuiſſet iuramẽto † vallata, *Laderch. Imo. d. n. 9. Anton. Gomez d. tom. 3. c. 13. n. 33. col. 2. circa med. Farinac. vbi ſupr. n. 54. Baiar. loco citato, num. 60. Sebaſtian. Guazzin. d. c. 1. n. 3.* 5

Nec ſolùm omnimodæ defenſioni ex toto cauſam perimenti renunciare prohibetur reus ſed etiam defenſionibus minuẽtibus † delictum, vt tradunt *Laderch. Imo. & Guazzin. d. locis; ille n. 9. hic n. 6.* 6

Sed nec tacitè † defenſionibus ſuis renunciare reo licere, demonſtrat *text. in l. Non tantum 6. & ibid. gloſ. verb. Adquieſcit, D. de appellat.* docẽtque *Marſil. in practic. crimin. §. Nunc videndum, n. 6. & in l. Vnius, §. Cognitiurum, n. 57. D. de quæſtionib. Ludouic. Carrer. in in pract. crimin. in 2. tract. de indiciis & tortura, §. Circa quintum, num. 7. Nouell. in tract. Ad defenſam, rubric. An indicia pro reo danda ſint n. 36. Hieron. à Laurent. deciſ. Auenion. 15. n. 10. Baiard. d. q. 49. n. 9. & ſeqq. Sebaſtian. Guazzin. defenſione 24. capit. 2. numer. 3. Farin. d. loco, num. 91.* 7

Quòd ſi reus ſe defendere nolit; inueſtigare veritatem, defenſiones, & innocentiam eius ex officio † teneatur iudex, *text. in l. Si non defendantur. 19. D. de pœnis, l. 1. §. fin. in fin. D. de quæſtionib. Marſil. in d. §. Num videndum num. 7. & in dict. l. Vnius §. Cognitiurum, n. 57. Sebaſtian. Banti. de nullitat. rubric. de nullitate ex defectu citationis, nu. 5. Hieron. à Laurent. vbi ſup. n. 10. Nouel. d. loco nu. 17. Anton. Gomez d. c. 13. n. 33. Franciſc. Marc. deciſ. 60. n. 4. part. 1. Boſ. in tract. de confeſ. n. 7. & 12. Farinac. d. q. 39. n. 79. 91. & 98. Sebaſtian. Guazzin. d. defenſ. 24. c. 2. n. 5. Flamin. Carthar. de execut. ſentent* 8

sentent. in præfat. num. 17. Andre. Gail. de pace publica lib. 1. c. 7. n. 8. Francisc. Bursat. conf. 201. n. 74. Brunor à Sole in suo consf. crimin. n. 121. & sequentibus.

9 Prouideréque ei ex officio de Aduocato,† & Procurare, *Marc. Anton, Blanc in l. fin. n. 31. v. Propterea superflua, & inanis, D. de q. Farinac. vbi sup. n. 95. Guazzin. iam citato loco, n. 8.* diximúsque late 1 *p. q. 28.*

10 Ex quibus, dandã fore reo etiam non peten. ti ante torturam processus, & indiciorum copiam,† tenuerunt *Hispolyt. de Marsil. sup relatis locis, Nouel. d. rubrica n. 3. Iul. Clar. recept. sentent. lib. 5. §. fin. d. q. 49.* communem dicens ex *Villal. in col. comm. opin. lit. L. n. 22.* notátque ibid. *Baiar. n. 17. & seqq. Seb. Guazzin. d. def. 24. n. 3. Farinac. d. n. 91. & 98. decis. Rotæ Auenion. & Andre. Gail. locis sup. relatis.*

Contrariam tamen sententiam, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus actorum vel indiciorum copiam reo dandam non esse, nisi pe-

11 tatur;† probant iura & Auctores multi. In ciuilibus, probat *text. in l. 4. §. Hoc autem iudic. D. de damno infect.* per quem ita limitant, & intelligunt suprà dictam in principio doctrinã *Ioseph. Mascard. de probat. d. concl. 923. n. 4. Cardinal. Tusch. pract. concl. lit. P, d. concl. 871. n. 29,* vbi, quod ad effectum vt instrumenta, & iura producta probent, requiritur partis citatio & quod ei detur copia si petat; obseruántque plures alij ex relatis *sup. n. 1.* & firmant dicta à Nobis 1 *par. q. 35.* vbi latè ostendimus, non debere iudicem officium suum non petitum impartiri. Ex qua ratione, in criminalibus quoque actorum, processus, vel indiciorum copiam non petenti dandam non fore, est communis opinio, de qua testatur *Bes. in t. de indici. & consid. ante torturam n. 79.* ita practicati subdens, & *int. de confess. n. 6. 7. 15. & 16.* Pro qua parte facit etiam *text. in d. l. Vnius, 18. §. Cogniturum, D. de q.* ibi: *Quamuis defensionem quocunque tempore postulam te reo negari non oportet*, per quem ita tenet *Angel de malefic. verb. Qui d. iudex dictis inquisitis, & cuilibet eorum,* &c. *n. 2. Marsil. in d. §. Nunc videndum, n. 3. & seqq. Iuli. Clar. d. q. 49. n. 4. v. Tu verò dic,* vbi de communi, & *vers. Sed nunquid tenetur iudex, & q. 64. v. Sed quid si ille, in fin.* Franc. *Brun. de indic. & tortur. 2. p. q. 2. n. 51. v. Posse, Roland. à Valle cons. 12. n. 42. lib. 3. Bertazol. consf. 474. n. 14. & 15. lib. 2. crimin. Marc. Anton. Blanc. in tr. de indiciis, ad d. l. fin. D. de q. n. 29 in princip. & n. 31. v. In hac quæstione puto, Ioan. Mar. Monticel, regul. crimin. 14. n. 29. Anton.* Scapp. *de iure non scripto, lib. 5. capit. 97. n. 14. Flamin.* Cathar. *in praxi interrogand. reor. lib. 3. c. 2. n. 51. & lib. 4. c. 1. n. 193. Simon de Prær. consf. 36. n. 6. Farinac. d. q. 39. n. 90. Francisc. Burs. consf. 201. n. 72. lib. 2.* vbi de comm. *Sebastian. Guazzin. d. defensione 24. n. 1. Franc. Personal. de indic. & tortur. n. 20. & 28.*

Ideoque excusari iudicem in syndicatu, qui ad torturam non data indiciorum copia deuenit, † ea non petita, obseruarunt *Alexand.* 12 *consf. 65. n. 9. & seq. lib. 1.* & alij relati à *Farinac. sup. n. 91. circa fin Baiard. ad Iul. Clar, in d. q. 49. n. 15. & seqq. Sebastian. Guazz. d. loco, n. 9.* & hanc (quoad iudicis excusationem in proposita specie) tenuerunt sententiam contrariæ etiam assertores; meliùs tamen facere, copiam non petitiam quoque concedendo.

Has autem variantium, dissentientiúmque Doctorum opiniones paupertatis, miserabiliúmque personarum fauor † componit, ac se- 13 dat. Posteriorem enim sententiam in aliis, non in pauperibus, & miserabilibus locum habere; priorem autem in pauperibus, ac miserabilibus personis, quibus omnino tenetur iudex etiam non petentibus † actorum, processus, 14 & indiciorum, non etiam aliis copiam concedere; docent *Hippolyt. de Marsil. in praxi crimin. in d. §. Nunc videndum, num. 13. & seqq. Carrei. in pract. crimin. d. tract. 2. de indic. & tortur. §. Circa quintum, n. 11. Montic. in pract. crimin. d. regul. 14. n. 4. Vulpel. responso 34. n. 6. Caualc. de testib. 4. pan. n. 123.* Franc. *Bursat. consf. 201. n. 72. lib. 2. Claud. Bertazol. d. consf. 130. lit. A, ampliatione 1. lib. 2. Guazzin. d. defens. 24. c. 2. n. 4. And. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obser. 107. n. 14. & de pace publ. d. c. 7. n. 6. lib. 2.* sic contrarias has opiniones componentes.

Quod adeò verum est (pauperi, aut miserabili personæ etiam non petenti copiam processus dandam) vt licèt extaret statutum, *dandam fore, si petatur?* adhuc prædictis personis etiam non petentibus † concedendã, asserant 15 *Marsil. consf. 56. n. 14. Monticel. sup. n. 15. Burs. d. consf. 201. n. 73.* Farinac. *d. q. 39. n. 93. Simon de Prat. consf. 202. n. 15. Vulpel. respons. 34. n. 6. & respons. 74. n. 7. Baiard, vbi sup. num. 9.* refert, & sequitur *Guazzin. d. loco n. 7.* Vbi pariter iudicis in arbitio † repositum esse dicit, 16 quis hac in specie pauper dicatur, ex *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2, casu 65. Sigismund. Scaccia de iudic. c. 100. n. 8. in fin Caualc. de testib. d. 4. p. n. 123.* notauimúsque latiùs Nos *1. p. q. 4. n. 75. 150. in fin. 164. & 178. & q. 12. n. 38.* Gratisque tunc copiam pauperibus dandam;† tradimus *ibid. q. 28. n. 61. & 62.* tam- 17 que ex iure communi, quàm vigore Bullarum *Pauli III. & Pij IIII.* id obseruandum, notat Flamin. *Carthar. in pract. interrogand. reor. l. 3. cap. 3. n. 55.*

Hodie autem, nouam post eius scripta superuenisse *Pauli V.* Pontificis maximi reformationem sub rubrica de iudicib. crimin. locatam, vt etiã non petentibus † copia processus 18 tradatur, vt possit in eo contenta purgare inquisitus, tradit *Guazzin. d. def. 24. c. 2. n. 6.* quē in materia hac pleniùs consule *d. def. 24. c. 1. c. 2. & c. 3. per totum.*

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
quæ in hac prima Parte continentur accuratissimus.

A

Abbas, Abbatissa.

ABBAS, seu Prior ad distribuendum inter pauperes nominatus Monachos suos eligere poterit, *quæst.* 62. *num.* 29. Idem si Abbatissa ad sic distribuendum electa sit; poterit enim suum eligere Monasterium egens; *ibid.n.*28.

Abesse, Absens, Absentia.

Abesse dicitur id, in quo quis obligatus est *quæst.*4.§.2. *num.*98.

Absenti conceditur in integrum restitutio, *quæst.*30.*num.*4.

Absentiæ æquiparatur paupertas; *ibidem num.*2.

Absolutio, Absoluere.

Absolutio denegatur ante realem restitutionem eius; quod quis donationis titulo à Religiosis accepit, vel antequam pauperibus erogatum sit; quod pro iustitia gratiáve facienda receptum est, *quæst.*27.*num.*16. Limita, nisi moraliter restitutio fieri non possit, vel per absoluendum non stet quominus restitutio fiat, *ibidem* Absolutio à iuramento an necessariò sit obtinenda vt periurium euitetur, vtque locus sit dispositioni. *Auth. Hoc nisi debitor, C. de solut.quæst.*49.*num.*15.

Absoluere quis hodie possit Inquisitores, vel Commissarios pecuniam prætextu officij extorquentes? *q.*27.*n.*15.*remissiuè.*

Acceptio Personarum.

Acceptio personarum & Diuino, & Humano iure in iudiciis prohibetur *q.*55.*num.*1. *& seqq.* Intellige vt *num.*22.*& seqq.*Præuertit iudicium, sæpeque pro præmio pœnam, & præmium pro pœna confert, *ibid.n.*1.

Accusare. Accusator.

Accusare non potest pauper non habens quinquaginta in bonis, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, *q.*4.*n.*79.

Accusator tenetur alimenta, litisque sumptus pauperi accusato ad sui defensionem ministrare, *q.*39.*n.*41.

Actio.

Actio non datur conditione pendente, *q.*4. §. 2.*n.*98. Proponi potest contra personam Monachi pro debito ante Religionis ingressum contracto, *quæst.*11.*num.*6. Omnis triginta annorum spatio perimitur, *q.*32. *n.*7. Apud plurimas nationes ob ingratitudinem prodita erat. *remissiuè quæst.*41. *num.*2. Redditur inanis, quam inopia debitoris excludit. *q.*45.*n.*6. Personalis non datur contra tertium, sed contra debitorem ipsum, vel eius hæredem, *quæst.* 48.*num.* 1. Nec fundi sequitur possessorem, *ibi. n.*2. Paupertatis fauore contra tertium datur, *ibid.n.*7.*&.*8.

Actionem habens contra pauperem vel non exigibilem de iure, & de facto pauper dicitur, si & absque ea pauper diceretur, *q.*56. *n.*21.*& in* 1.*part.q.*4.§.2.*n.*139. *vers. Secus si debitores.*

Actor.

Actor ob rei contumaciam mittitur in possessionem ex primo & secundo decreto, *vide verb.* Contumacia, *& verb.* Missio in possessionem.

Actor forum rei sequi debet, *quæst.*52.*num.* 1. Siue laicus sit, siue Clericus, & siue pro rebus propriis, siue Ecclesiæ suæ laicum conueniat, *ibi.num.*2.

Actori copia instrumentorum danda non est ad actionem suam fundandam, secùs ad iam fundatam iuuandam, *quæst.* 39. *num.* 50. Et vide verb. *Reus.*

Actus.

Paupertas an excuset à peccato, nota, ac pœna mulierem, quæ eius obtentu adulterium commisit turpémve se prostituendo vitam elegit, *d.q.*65.*n.*1. *& n.*63. *& seqq.* Non excusat simoniacos ab infamia, & aliis pœnis contra eos iure statutis, *ibid. n.*2. Contra, & quando, & qualiter id procedat? *ibid.n.*106. *& sequentibus.* Nec vsurarios excusat, *ibid.num.*3. *& seqq.* In delictis regulariter non excusat, *ibid.num.*16. Contra *num.seqq.* A furto excusat, támque à peccato, quàm ab aliis pœnis furantem immunem reddit, *ibid. num.*21. *& num.* 69. *cum duobus seqq.* Et an grauis tunc sufficiat, nec extrema requiratur? *ibid. n.* 22. A periurio excusat eum, qui cum iuramento promissa ob paupertatem non adimplet, *ibidem numero* 27. Et quid si iurans difficultatem, seu impotentiam promissum adimplendi præuidit? *ibidem.* Potens tenet Imperium omnibúsque dominatur, *ibid num.*48. A turpitudine & aliàs illicitis excusat, *ibidem numero* 49. *& sequentibus.* Necessitas species est, *ibidem numero* 52. A mulcta eiúsque condemnatione liberat, *ibidem numero* 54. Amplia *duobus numeris seq.* An à necessitate differat, *ibid. num.* 65. In quam quis sua culpa incidit ad casum non prænordinata, in delictis excusat, *ibidem numero* 121. A contumacia, eiúsque pœna, si à contumacia causam trahat, excusat, *d. quæst.* 65. §.1. *num.* 166. *& sequent.* Inter fortuitos casus numeratur, *q.*60.*n.*21.

Peccans, peccatum.

Peccans spe veniæ grauiùs peccat, ac punitur, *q.*27.*n.*26. *& seq.*

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, *quæst.*27. *numero* 1. An & qualiter ab iniquitate differat? *quæst.*1.*num.*20.*remissiuè.* Peccat venialiter delitiosa cibaria pauperibus præparans, *quæst.*51.*numero* 19. Alia huc tangentia vide verb. *Vitia,* & verb. *Malitia.*

Peccare nulla ratione, nec etiam vitæ conseruandæ fas est; potiúsque mala omnia debet quis pati quàm peccato consentire, *q.*65.*n.*14. *& n.*85.

Peculium.

Peculium quandóque pro patrimonio sumitur, *q.*1.*n.*7.

Pecunia.

Pecunia vnde dicta? *q.*4.*n.*10. Nil ad animum pertinet, *q.*6.*n.*70. Neque bona, neque mala est, sed indifferens, *quæst.*2. *n.*8. *&* 9.*in fin.* Est anima miseris mortalibus, *quæst.* 51. *num.*29.

Pecuniam exigit omne officium ex honestate, vide verb. *Officium.* Pecuniæ appellatione quid contineatur? *q.*4.*n.*10.

Pedagium.

Pedagium quid sit, vel significet? *q.*38.*n.*1.*remissiuè.* Alia supple verb. *Gabella.*

Pœna.

Pœna amputationis pedis si imponatur delinquenti per statutum, vel alia arbitrio Iudicis; debet de amputatione membri intelligi *q.*9. *n.*23. Si imponatur pecuniaria, seu alia Iudicis arbitrio, pecuniariam excedere non debet, *ibid. num.* 24. Apponi potest in contractu mutui, de aliqua summa vltra sortem principalem persoluenda, si constituto tempore debitor non soluat, non ratione mutui, sed nomine pœnæ, exigíq; potest, *in specialibus in calce q. adiectis n.*8. Limitatur *ibidem num.*9. *&* 10. Priuationis omnium bonorum, maior est quàm mortis, *q.*51.*n.*17. Negligentiæ non punitur, qui negligens non est, *q.*17. *n.*33.

*n.*33.Pœnam non meretur, qui lege permittente facit,*ibid.n.*29.

Penu, Penuria.

Penu appellatione quid veniat? *q.*1. *n.*33. *remissiuè.*

Penuria vnde dicatur? & an à paupertate differat?*ibid.n.*32.

Pensio.

Pensio domus, vel prædij conducti, quo tempore soluenda sit?*q.*29.*n.*7.8.9.&10. Assignata pro alimentis Clerici, præstanda est appellatione non obstante,*q.*38.*n.*31.

Pensionarius.

Pensionarius pensionem beneficij in tempore de quo in litteris non soluens, beneficio priuatur, *q.*33. *n.* 10. Limitatur in paupere, *ibid.n.*7.

Percussio.

Percussio quælibet manu flagello aut quouis instrumento in non subditum de se peccatum est mortale, nisi facti modicitas excuset,*q.*65.*n.*79.

Perdere.

Perdere ius suum nemo præsumitur, *q.*21. *num.*3.

Periurium.

Periurium teterrimum est nefas omni iure prohibitum,*q.*65. *n.*26. A periurij pœna immunis est,qui ob paupertatem cum iuramento promissa non adimplet,*ibid.n.*27.

Periurus.

Periurus multas patitur pœnas, *ibid. n.*23. infamiam incurrit ipso iure,*ibid.n.* 24.

Permissum.

Permissum non debet quis in se iudicare, quod in alios facere prohibetur,*quæstione* 65. *num.*13.

Persona Egregia.

Vide verb.*Egregia persona.*

Pictor.

Pictor ad Sacros Ordines promoueri non potest, si beneficium, congruúmve patrimonium non habeat, licèt ex picturæ exercitio victum quærere possit,*q.*9.*n.*19.

Pietas.

Pietas vide verb.*impietas.*

Plinius.

Plinius nepos vt faciliùs amico præturam ab Imperatore Traiano impetraret; eius paupertatem cum integritate commendat, *q.* 6. *num.*57.

Pluralitas beneficiorum.

Pluralitatis beneficiorum materiam, qui latè tractauerint?*q.*12.*n.*30. Qualiter puniatur,qui duo incompatibilia beneficia retinere intendit?*ibid.*

Plus.

Plus & minus specie non differunt, *q.*56. *n.*31.*ad finem.*

Pœnitentia.

Pœnitentia an deleat delictum?exhæredationísque pœnam extinguat?*q.*17 *n.*11.

Pontifex.

Pontifex non potest contra gesta prædecessoris venire, *quæstione* 6. *numero* 38. Propter importunitatem supplicantium sæpè præoccupatus, vel circumuentus non concedenda concedit, *quæstio.*12.*numero* 32. Moratoriam dilationem super debito iurato concedendo simpliciter; si de iuramento mentio facta non sit;non videtur voluisse iuramento derogare,*quæstione* 44. *numero* 54. Secùs si de iuramento facta sit mentio, *ibidem numero* 55. Pontifici soli vbi de magno tertij agitur præiudicio, an credatur? *quæstione* 5. *numero* 6. *remissiuè.*

Posse.

Posse videtur, qui potest facere vt possit, *q.*4.§.2.*n.*131.

Possessio.

Possessio contemptum rei possessæ parit, *quæstio.* 1. *numero* 9. An transferatur absque apprehensione dotis fauore? *q.*23.*numero* 11. *in fin. remissiuè.* Facit præsumi dominium, *q.*39.*n.*9.

Possessor.

Possessor maioratus fructuarius tantùm est ex plurium sententia, *quæst.* 4. §.1. *num.* 83. *remissiuè.*Transfert probandi onus in aduersarium,*quæstione* 29.*numero* 10 Bonæ fidei,siue titulum habeat, siue non necessarias deducit expensas, quas in re bona fide possessa fecit, *quæst.*41.*num.*1. Et vtiles, *ibidem numero* 35. Malæ fidei necessarios detrahit sumptus, *ibid. num.*15.Et pro eis non solùm retentio,sed repetitio, actióque competit illi, *ibidem n.*17. Et quid in vtilibus? *ibid. num.* 43. 44. & 45. Bonæ fidei non aliter melioramenta consequitur, quàm retentionis iure, doli mali exceptione opposita, *ibid. num* 26. Bonæ fidei simplex fructus cum expensis compensat,non verò si dominium aliquod quantumcúmque reuocabile habeat,*ibid.num.*28. & 29. Intelligitur in fructibus à bonæ fidei possessore in ipsa re perceptis;secùs ex ipsis melioramentis, quia eos illibatos debet habere, *ibid. num.*32. Et quid in malæ fidei possessore?*ibidem.*Bonæ fidei non tenetur fructus perceptos etiam post litem contestatam ex meliorationibus, cum expensis compensare, *ibid. num.*33. Nec etiamsi ad fructus restitutionem fuerit bonæ fidei possessor condemnatus,quia ex meliorationibus perceptos restituere non debet, aut compensare, *ibidem numero* 34. Malæ fidei vtiles expensas, & melioramenta facienda,an videatur donare? *d. quæstione* 41. *numero* 44. Bonæ fidei consequitur expensas necessarias, & vtiles, quantumcúmque excessiuæ sint, si aliunde, quàm per ipsius rei venditionem, nouúmve debitum contrahendo, eas soluere Dominus potest, *ibidem numero* 60. Et qualiter eas deducat, *ibidem numero* 61. & *seq.* Maioratus, quibus ex bonis sumptus pro litibus, quæ in maioratibus accidunt, facere teneatur, *ibidem numero* 11. *remissiuè.* Et an sumptus, quos in litibus maioratus agitandis fecit,cum eius fructibus compenset,*ibid.n.*31. Bonæ fidei habet pro melioramentis, & expensis necessariis retentionem, licèt aliter ei obligata non sint,*d.quæst.*41.*n.*16.Beneficij,si de illius dismembratione agatur, an citandus sit,*q.*12.*n.*28.

Possessor iudicatur, qui dolo desit possidere,*q.*59.*n.*10.

Potentia.

Potentia actui proxima,pro actu habetur, *quæst.*

*q.*4.§.2.*n.*129. *& seq.* Magis attenditur, notabiliúsque est, quod in potentia, quàm quod est in actu, *ibid. num.*131.

Præceptum.

Præcepta non sunt omittenda propter consilia, *q.*11. *n.*5. Negatiua obligant semper, & pro semper. *q.*27.*n.*4.

Præceptum legis debet in specifica forma adimpleri, *q.* 53. *n.* 2. Intellige vt *n.* 16. *& n.* 37. *ibid,*

Preces importunæ,

Vide verb. *Pontifex.*& verb. *Princeps.*

Prædicator.

Prædicator an pauper esse debeat? *q.* 6. *num.*79.

Prælatus.

Prælatus Ecclesiasticus eligens imperitos, & ignaros Iudices, mortaliter peccat; & ad damnorum per eos datorum restitutionem tenetur, *quæstio.*6. *numer.* 41. Tenetur Iudici, vel Vicario suo salarium constituere, ac soluere in conscientiæ foro. *ibid. n.*88. Religionis potest duo Monialium Monasteria, si Moniales in altero Monasterio non possunt decenter, & sine penuria viuere, vnire, Monasteríoque euacuato Capellanum deseruire facere, *quæst.*12.*n.*6. Pauper Ecclesias diœcesimque visitans, procurationem à Clericis pauperibus exigere non debet, *quæst.* 28. *num.* 69. Ab aliis potest, *ibid. num.* 70. Deducit expensas, & melioramenta vtilia, quæ in rebus Ecclesiæ de propriis ipsius bonis fecit, *quæst.* 41. *num.* 39. An & quatenus possit ex bonis Ecclesiæ cognatis tribuere, qui habent vnde viuere secundùm conditionem suam possunt, non tamen secundùm auctam consanguinei dignitatem? *q.*4. *num.*39.

Præmium.

Præmium non meretur, qui aliquid coactus facit, *q.* 2. *n.* 6. Ordinatum capienti bannitum, non debetur Potestati, nisi de Potestate, vel Officiali expressè disponatur, *ibid. n.* 7. Inuitat ad labores, ad virtutem, & ad scientiam amplectendam, *quæst.* 6. *numer.* 47. 49. *& sequentibus vsque ad n.* 55. Debet commensurari labori, *ib. n.* 54. Exigit omnis labor, *q* 28.*n.*1.

Præscriptio.

Præscriptio intra breue tempus perficienda, habetur pro perfecta. *q.*4. §. 2. *n.* 115. Quo iure, & quibus rationibus fuerit introducta? *q.* 32. *n.*1. 2. 3. *&* 4. Quid sit? *ib. n.* 3. Spatio 10. 20. *vel* 30. annorum contra quaslibet personas terminatur, *ib.n.*7. Contra Ecclesiam, vel pauperes, quanto tempore præscribatur? *ib.n.*8.*& seq.* An currat contra pauperes certos, & determinatos? *ibid. num.* 12. *& seq.* Contra legitimè impeditum non currit ipso iure, *d. num.* 12. Etiamsi impedimenti origo culpa impediti proueniat, dum ad casum non fuerit ordinatum, *ib. n.* 13. Et an tam impedito impedimento iuris, quàm facti procedat? *ib.n.*14. *& quatuor seq.* Non currit contra eum, qui negligens non est, *ib. n* 17. Præscriptionem videtur comprobare, qui præscriptionis tempora compleri passus est. *d. q.* 32. *n.* 4. Præscriptioni an possit per partes renunciari? *ibid n.*6. *remissiuè.*

Præsens.

Præsens rei status, non qui euenire potest, inspiciendus est, *quæstione* 4. §. 2. *num.*115.

Præsentatio.

Præsentatio patroni ius in re non tribuit, *q.* 62.*n.*24. Et in quo ab institutione differat? *ib. remissiuè.*

Præsumere, Præsumptio.

Præsumitur nemo suum iactare, *quæstio.* 21. *num.* 3. Bonus animus, charitas, ac meritum præsumitur potiùsquàm dolus, ex actu præsertim agenti non vtili, *quæstio.* 51. *num.* 9.

Præsumptio non vrget contra iustam absentiæ, vel contumaciæ excusationem habentem, *q.*65.§.1.*n.*172. Iuris & de iure est contra non conficientē inuentarium, quod res hæreditarias subtraxerit, contrà quam non admittitur probatio, *q.*58.*n.*23.

Pretium.

Pretium quod superest ex venditione necessaria rei alienari prohibitæ, in alterius minoris fundi, vel rei emptionem conuerti debet, *q.*22. *num.*63.

Princeps.

Princeps efficere non potest, vt generaliter, & in omni casu, quandóve de tertij agitur non leui præiudicio, vnico testi plena adhibeatur fides, *quæst.*5. *num.*3. Fidem seruare debet, promissáque adimplere, *quæst.*6.*n.*33. Debet habere vnum calamum, & vnam linguam, *ibidem.* Et esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo, *ibidem.* Debet habere constantem, & perpetuam voluntatem tanquam iustitiæ fons, *ib.* Frangendo fidem, grauiùs quàm inferior peccat, *ibid. numer.* 34. Ad obseruantiam contractuum, vel pactorum tenetur, *ibidem numer.* 36. Nec de plenitudine potestatis, valet pacto contrauenire, *ibidem numer.*37. Ampliatur *ibid. numer. seq.* De proprio patrimonio expendere tam pro bellis gerendis, quàm pro subditorum paupertate leuanda, próque Iudicum salariis tenetur; *ibidem numer.* 69. Propter importunitatem supplicantium sæpè præoccupatus, vel circumuentus, non concedenda concedit, *quæstio* 12. *numer.* 32. Non potest aliquam de suis ciuitatibus vassallis inuitis alienare, *quæstio.*22. *numer.* 81. Nisi ob maximam necessitatem, *ibidem numer.* 82. Ad interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, si per vim aliquem negotiari solitum, siue iustè, siue iniustè vt sibi aliquam pecuniæ mutuet quantitatem compellat an teneatur? *quæstio.*26. *numer.* 32.33. *&* 34. An & quando gabellam subditis imponere possit? *quæst.* 38. *num.* 4. *& sequentibus.* Non debet absque iustissima causa per noui vectigalis impositionem subditos bonis suis priuare, solitisque stipendiis, ac tributis contentus esse debet, *ibid.n.*7. Et aliter faciens, ad exacti vectigalis restitutionem tenetur, *ibid. n.* 8. Non debet subditis grauis existere, sed boni Pastoris, Patrísque vicem præstare, *ibid. n.* 9. Studere debet, vt non exactor, sed Rector, nominetur *ibidem.* Propter necessitatem gabellam imponere potest, *ibid. num.* 10. Et etiam subditis mediatis, *ibid. num.* 11. Nec de plenitudine potestatis potest vassallum, vel feudatarium feudo priuare, *quæst.*42.*num.*6. Moratorias literas frequenter concedere solet, *quæst.*44.*n.*25. *& seq.*

In tertij præiudicium non rescripta concedere solet, *ibid.n.*28. Ad Principem spectat, qualiter pauperibus debitoribus, prouideatur, *ibid. n.* 32. Potest tollere iuramentum, *ibid. n.*50. 60.61.*&* 63. Contra *num.*58. An literas moratorias pro debito inrato concedere possit? ad illúdque concessæ extendantur? *ibid.d. n.* 50. *&* 52.*cum seq. ad n.* 65. Alia in id vide verb. *Moratoriæ litteræ.*

Prior.

Prior ad distribuendum bona inter pauperes nominatus, poterit Monachos suos eligere, *q.* 62.*n.*29.

Priuatus Bonis.

Vide verb. *Bona.*

Priuilegium.

Priuilegium dicitur lex priuata. *q.* 47.*n.*2. Adstringit fortiùs, quàm generalis lex, *ibid. num.* 3. Eligendi forum Ecclesiasticum aduersùs laïcos, solùm miserabilibus personis pietatis ratione concessum est, *quæst.* 52. *num.* 30. *Legis vnica*, *C. quando Imperat. inter pup. & vid.* etiam ei, qui culpa sua ad paupertatem, vel miserum statum deuenit conceditur, *quæst.* 54. *num.* 8. *&* 9. In corpore iuris clausum nunquam per alia priuilegia etiam amplissima, & prægnantissima sublatum videtur, *quæst.* 47. *num.* 7. Priuilegia pauperibus, ac miserabilibus personis concessa per clausulam, *Non obstantibus*, nisi de eis expreſsè fiat mentio, non reuocantur, *q.* 52. *n.* 58. Eligendi Principis forum miserabilibus competit personis, etiamsi cessionatio nomine veniant, *ibid. num.* 61. Miserationis causa datum, an per renunciationem à miserabilibus factam tolli possit? *in special. post quæst.* 55. *num.*5.

Priuilegia concessa minoribus pauperibus competunt, *q.*60.*n.*19.

Probatio.

Probatio manifesta, euidens, vel euidentissima, quæ dicatur? & quæ facienda sit, quando à lege requiritur? *q.*5.*n.*8.9. *&* 10. *&* 49. Plena dicitur, quæ fit per duos testes, *ibid. n.*12. Per coniecturas an pro lucro cessante consequendo sufficiat? vel necessario certa, & euidens requiratur? *q.* 26. *n.*5. *& seq.* Incumbit ei, qui dicit alium sua culpa ad casum præordinata in paupertatem incidisse, *quæstio* 54. *num.*38.

Procuratio.

Procurationes debitæ Episcopis, & Prælatis Papæ, diœcesim, Ecclesiásque suas visitantibus vel Legato, nec longissimo temporis spatio præscribuntur, *q.*28.*n.*70.

Procurator.

Procuratores licitè pro labore suo salarium exigunt, *ibidem*, *num.* 22. Pro salario aliis creditoribus etiam anterioribus præferuntur, *ibid. num.* 40. Voracissimi Reipublicæ canes, pauperum excoriatores, pecuniæque accipitres appellantur, *ibid. num.* 55. Gratis pauperes adiuuare debent, *ibid. num.* 60. An percipere salarium ante finitam causam debeant? *quæst.* 19. *num.* 5. Pauperes an ob paupertatem ab interpositione appellationis excusentur? *quæst.* 31. *num.* 20. Non excusantur ob paupertatem ab onere denunciandi *ibid. num.* 21. Curiæ Principis, vel Pontificis honorabile officium dicuntur habere, *quæst.* 9.*n.* 15. Etiam extra Curiam Papæ, vel Regis, viles, aut infames non sunt, *ibid. num.* 16. An & quando in causa criminali admittantur? *quæstio.* 35. *num.*6.

Procurator quantumuis generale mandatum cum liberáque habens, donare, aut remittere ius dominii atque speciali ad remittendum, vel donandum mandato non potest, *in special. post quæst. fin. n.*11. Nec etiam Procurator Cæsaris, *ibid.* Et siue à lege, siue ab homine mandatum cum libera habeat, *ibid. remissiuè.* Remittere, vel donare potest pauperi, *ibid. n* 12.

Procurator constitutus ad resignandum in fauorem personæ per ipsummet procuratorem eligendæ, seipsum eligere non poterit, *q.* 62. *num.* 10. Neque cui velit vendere procurator constitutus sibimet vendere valebit, *ibidem*, *num.*12.

Profana.

Profana quæ dicantur, *q.*52.*n.*48.

Profectitia.

Profectitia bona vide verb. *Bona.*

Professor Iuris.

Vide verb. *Ciuilis sapientia.*

Professio.

Professio eius, qui ære alieno granatus est, an valeat, tam de iure veteri, quàm recentiori? *q.*8.*n.*9. Facta à filio existentibus parentibus in gram, grauissimáue egestate, an valeat? *ibidem*, *num.* 18. *& seq.* Professurus statim, habetur pro professo, *quæst.* 4.§. 2. *num.*125.

Prohibitio.

Prohibitio alienationis à testatore cum causa facta, dominii translationem impedit, *q.* 22. *num.* 5. Hominis, & legis æqualiter operatur, *ibid.* In contractu facta, an dominii translationem impediat? & quid operetur? *ibid. n.* 6. Apposita in donatione causa mortis, idem operatur quod in testamento facta, dominiique translationem impedit, *ibid.n.*7.*&* 10. Alienationem necessariam non includit, *ibid.n.*35.*& seq.* Generalis ius speciale non corrigit, *q.* 52. *num.*42.

Prohibitus.

Prohibitus alienare, ad longum tempus locare non poterit, *q.*22.*n.*14. Nec in emphyteusim dare, *ibid. num.*19. Nec in vsum fructum, *ibid. n.*20. An annuum censum super re alienari prohibita constituere possit? *ibid.* An possit hypothecam in re stabili constituere? *ibid. n.*24. *& tribus seq.* Nullam imponere potest seruitutem in re alienari prohibita, *ibid. n.*28. Nec seruum dotalem manumittere, *ibid. num.* 29. Nec dotalis debitoris obligationem nouare, *ibid.n.*30. Nec alienationi tacitè, aut expreſsè consentire, *ibid.n.* 31. Nec fideiubere in contractu rei alienari prohibitæ, *ibid. n.*32. Nec super ea compromittere, aut transigere, *ibid. n.*33. Nec in testamento de re cuius alienatio prohibita est, disponere, vel hæredem instituere, *ibid. num.* 34. Alia supple verb. *Granatus*, verb. *Res alienari prohibita*, & verbo *Alienatio.*

Prohibitum.

Prohibitum in aliis, in se non debet quis iudicare permissum, *q.*65.*n.*13.

Promissio.

Promissa adimplere omnes tenentur, *quæst.*6 *num.* 32.

Promissio etiam iurata *rebus sic stantibus* intelligi debet, *quæstio.* 14. *numer.* 3. Dotis siue expressa, siue tacita, est veluti conditio sub qua sponsalia celebrantur, qua deficiente, non obligant, *ibidem numer.* 17. & 18. Rei impossibilis inutilis est, si impossibilitas proueniat à natura, secùs si ab accidenti, *quæstio.* 45. *numer.* 5. & 28. Arrharum, à paupere facta de bonis futuris, valet, & quando, & infra quod tempus peti possit? *quæst.* 18. *numer.* 6. De præsentando aliquem infra octo dies, si promittens fuerit requisitus intelligitur, nec ante requisitionem tenetur iuramento etiam interueniente, *quæstio.* 35. *numer.* 8. Promittens aliquem vt filium tractare, ministrare expensas ei tenetur vt legere, scribere & Grammaticam discat, si id eius exposcat conditio, *q.* 4. *n.* 58.

Pronomen.

Pronomina illa *Meum*, & *Tuum*, paupertatem induxerunt, *quæst.* 3. *n.* 5. Et discordiam. *ibidem.*

Propheta.

Prophetæ boni an modica munera pro prophetia victus causa acceperint *quæstio.* 65. *num.* 109.

Proprietas.

Proprietas verbi in dubio attendenda est, *q.* 1. *n.* 11. Et secundùm Grammaticalem sensũ accipi debet, *ib.* & *n.* 21. & *seq.*

Proprietas vendi non debet, vt pauper, aut diues quis dicatur, sed redditus rei ad id considerandi sunt, *quæst.* 4. §. 4. *n.* 167. & *seq.* Limitatur *num.* 172 & *seq.* Proprietatem vendere non debet vt alimenta præstet, qui alere obligatus est, *ibid. num.* 169. Et in quibus casibus proprietas ad id vendi debet? *ibid. num,* 170. *remissiuè.* Exigui redditus vendi debet, quando ex eius pretio comparari res posset, quæ sufficientes ad vitam præstaret redditus; annuúsve census congruus constitui posset, *ib. n.* 172. & 173. Limitatur *n. seq.*

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis, *q.* 9. *n.* 7.

Protestatio.

Protestatio parentis expendentis pro filio in studio, animo credendi expendere dicentis, quo tempore facienda sit? *q.* 59. *n.* 19. vide verb. *impeditus.*

Prouisio.

Specialis prouisio, vide verb. *Specialis.*

Publius, Valer. Publicola.

Publius Valerius Publicola pauperrimus, primus Consul creatus, tresque postmodum Consulatus accepiissimos populo Romano gessit, *q.* 6. *n.* 55. versic. *Consulatus autem.*

Pupillus.

Pupillus pauper cuius bonorum redditus vix pro ipso alendo sufficiunt, decimam partem fructuum tutori non tenetur præstare; secùs si pauper non sit, *quæst.* 28. *num.* 72. Cessans in solutione canonis biennio Ecclesiæ, vel triennio priuato, cadit à iure suo, *quæst.* 33. *num.* 12. Nec restituitur, si tutorem habeat, qui soluendo sit, à quo interesse consequi possit: secùs si tutorem non habeat, vel non soluendo, *ibid. n.* 14. Diues an propriè, & verè miserabilis dicatur? Foríque electionem tam quoad Ecclesiasticum, quàm sæculare habeat, *q.* 52. *n.* 35. & *tribus sequentibus.*

Pupilli inuentarium non conficientes an vltra vires hæreditarias teneantur? *q.* 58. *n.* 15.

Q

Quadrimestre.

Quadrimestre datur in actione personali debitori condemnato ad soluendum, de iure Codicis, *q.* 44. *n.* 6. Et de iure Canonico, *ibid. num.* 7. Et etiam confesso, *ibid. num.* 8. Et quid hodie? *ibid.* Et condemnato per sententiam arbitri, *ibid. n.* 9. Et condemnato ex iuramento decisorio, *ibid. num.* 10. Et fideiussori condemnati, *ibid. n.* 11. Et an debitori ex publico, guarentigióque instrumento concedatur? *ibid. numer.* 12. Paupertatis fauore concessum fuit diuitibúsque denegatur, quando præcipue debitum est leue, commodéque illud posset debitor soluere, *ib n.* 13. & 14. An hodie condemnatis ad soluendum detur? & ad quod tempus redactum sit? *ib. num.* 5.

Quantitas.

Quantitas magna, vel parua, quæ dicatur, ex personarum conditione perpenditur, *quæst.* 4. *num.* 20

Qualitas.

Qualitas accidentalis an possit, vel attendatur? *q.* 4. *n.* 32. & *seq.* Naturalis inesse præsumitur, *q.* 5. *n.* 27.

Quarta.

Quarta coniugi pauperi debita est? debitum legale tempore celebrati matrimonij cum paupere coniuge contractum *quæst.* 56. *n.* 12. & 44. Tanquam æs alienum priusquam tertium, & quintum deduci debet, illúdque minuit, *ib. n.* 14. Et quid si melioratio tertij, & quinti per contractum donationis irreuocabilis facta fuisset? *ibid. remissiuè.* Non vt quota bonorum? sed vt quota hæreditatis debetur, *ibid. n.* 68. Centum librarum auri summam excedere non debet? etsi excedat, ad centum auri libras conditione ex lege coniux superstes ager, *ibid. n.* 80. Debetur coniugi pauperi superstiti sine diminutione, licèt ampla sit, minorique quantitate honestè viuere posset *ibid. num.* 81. Non augetur, licèt maiora alimenta ad vitam decenter transigendam coniux desideret, *ibid. num.* 82. An & quando quoad vsumfructum, & proprietatem, vel vsumfructum tantùm debeatur? *ibidem, numer.* 83. 84. 85. 86. 87. 89. & 92.

Quartæ locus non est, si plures quàm tres extent filij: sed in virilem coniux superstes succedet, *dict. q.* 56. *n.* 88. In quibus casibus, & ex quibus causis quartæ detractioni locus non sit? *ibid. à n.* 95. *cum multis seq.* An detrahatur ex feudo? *ibid. d. n.* 95. & *seq.* Non detrahitur ex re emphyteutica Ecclesiastica, vel sæculari, *ibid, n.* 97. Nec de bonis fideicommisso subiectis, *ibidem, numer.* 98. Nec ex bonis maioratus, *ib. n.* 99. Non detrahitur si vtriusque coniugis culpa, & mala gratia diuortiũ factum sit; secus si bona, & in casu licito, *ib. n.* 110. & *seq.* Alia supple verb. *Coniux.* verb. *Dispositio* & verb. *Maritus.*

Quint. Hortens.

Quinti Hortensij ditissimi, testamenti suppositi nefandum crimen, *quæstione* 6. *num.* 80.

Quintum.

Quintum à patre illegitimo pro alimentis filio relictum integrum debetur, licèt alimenta excedat, *q.*4.*n.*66.

Quintum bonorum paternorum ab intestato decedentis, an necessariò pro anima distribuendum sit, *q.*56.*n.*7.

Qui non habet in ære, vide verb. *Luere.*

R

Ratio.

Ratio, quæ sola reddi potest, habetur pro expressa, *q.*50.*n.*7.

Rationes tutelæ post finitam tutelam regulariter reddi debent, *quæst.*60. Reddere is verè dicitur, qui eas edit, & reliqua soluit, nec reddere rationes videtur, qui reliqua non soluit *ib.n.*11.

Recognitio.

Recognitio ficta schedulæ (per contumaciam nempè) ad executionem sufficit, *quæst.* 65. §. 1. *n.* 146. Recognitio, vel denegatio chirographi iurisdictionis probationem non inducit; & ex cuiuslibet Iudicis auctoritate etiam incompetentis fieri potest, *ibid. n.* 148.

Recusatio.

Recusans Regium Senatorem certam debet deponere pecuniæ quantitatem, amittendam, si recusationis causam non probauerit, *quæstio.* 53. *numer.* 38. Et quid in paupere? *ibidem numer. seq.* Recusari potest Iudex inimicitiæ causa, licèt culpa recusantis contracta sit, si ad casum non fuerit ordinata, *q.* 54. *n.*29.

Redemptor.

Redemptor retinere poterit pro redemptionis pretio redemptum, donec solutum sit, *q.* 54. *num.* 3.

Regularis.

Regulari potest conferri beneficium ad mutum Superioris amobile, quin id voto paupertatis repugnet, *quæstione* 4. §. 2. *num.* 132.

Relegatus.

Relegato an & quando restitutio concedatur? *q.* 54. *n.* 34.

Relicta.

Relicta pro pauperibus virginibus maritandis, in piam causam, vel pro anima inter virgines, quæ suo labore viuunt, distribui possunt, *quæst.* 4. §. 3. *numer.* 147. Ad pias causas respiciunt spiritualia, remissionémque peccatorum; *q.* 52. *n.* 53. Alia supple verb. *Legatum.*

Religio.

Religionis ingressus non est de præcepto, sed de consilio, *quæstio.* 11. *numer.* 5. Non liberat ingredientem à debitis ante ingressum contractis, *ibidem numer.* 6. Alia supple verb. *Debitor*, & verb. *Professio.*

Remedia.

Remedia subsidiaria vbi duo absunt; minùs subsidiarium præualet, *q.*39.*n.*59. Extraordinaria faciliùs denegantur, *quæstione* 54. *num.*34.

Remedium minus subsidiarium præualet vbi duo subsidiaria remedia adsunt, *quæst.* 56. *num.*34.

Remissio.

Remissio carcerati pauperis, vel etiam non pauperis ad alium Iudicem, cuius expensis facienda sit? *q.* 39.*n.*44. *& duobus seq.* Mercedis quando facienda sit? Vide verb. *Conductori.* Remissionem debiti an facere possit procurator cum libera, vel alij legitimi administratores? Vide verb. *Donare.*

Remissio correctionis inuentarij à testatore in creditorum præiudicium facta non præiudicat; secùs in legatariorum odium, *q.* 58.*n.*13.

Renunciare.

Renunciare defensionibus suis in criminalibus quis non potest, *quæst.*66.*n.*4. Etiamsi talis renunciatio fuerit iuramento vallata, *ibid. n.*5. Nec defensionibus delictum minuentibus renunciare reus potest, *ibid. numer.* 6. Nec tacitè defensionibus suis renunciare reo licet, *ib.n.*7.

Renunciatio.

Renunciari non potest priuilegio miserationis concesso, ne quis extra prouinciam ad litigandum extrahatur, vel è conuerso, quod aduersarium suum extra prouinciam trahere non possit, *q.* 47. *n.* 10. Nec priuilegio cessionis bonorum, *ibid. n.* 11. & latiùs *q.* 49. *num.* 17. Neque alteri priuilegio miserationis causa concesso, *in specialibus post q. fin. n.* 5. Nec prohibitioni, ne maritus vltra decimam bonorum suorum partem arrhas constituat, *q.*18.*n.*4.

Repetitio.

Repetitio indebiti soluti pauperi non soluendo, datur aduersùs eum cui pecunia profecit, si causam habuit lucratiuam, *q.*48.*n.*7. Repeti potest solutum ante diem, vel conditionem, *q.*4.§. 2.*n.*108. Et quod ob iustum, grauémque metū donatum est, licèt metus culpa eius, qui donauit acciderit, *q.*54.*n.*11.

Rescriptum.

Rescriptum contra rem iudicatam non valet, *q.*44.*n*46.

Res.

Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, *quæstio.* 24. *numer.* 3. Res magni valoris, quæ redditus tantùm necessarios domino præstat? ab eo extorquenda non est, qui in id quod facere potest, conuenitur, nec vendi potest, *quæst.*4.§.4.*num.* 168. Ecclesiæ ad Diuinum cultum constitutæ in laicos alienari prohibentur, *quæstio.*22. *numer.*40. Etiamsi res consecratæ ipsorum laicorum sint, *ibidem.* Alienari possunt pro pauperum subuentione, vel captiuorum redemptione, *ibid. num.* 41. *& q.* 52. *num.* 45. Etiamsi pauper captiuus, vel incarceratus ad paupertatem, captiuitatem, vel carcerem sua culpa ad casum non præordinata deuenerint, *d. quæstione* 22. *numer.* 42. Prohibitæ alienari, fideicommisso, vel restitutioni subiectæ, an ex causa alimentorum, dotis, vel alia necessaria alienari possit? siue prohibitio expressa sit, siue tacita? Et in quibus personis id locum habere possit, vel non? *idem, num.*43. *& seq. vsque ad numer.* 58. Dotalis, vt propinquorum necessitati succurratur, sororique inopi dos constituatur, alienari poterit, *ibidem, numer.* 38. Semel alienatæ ex dotis causa an semper liberæ maneant? *ibidem.num.*58. Alienari probibitæ, nec ex causa necessaria alienandæ sunt

sunt si earum fructus sufficiant, *ibid.num.*60. Limita, & intellige vt *numer.* 61. 62. *&* 63. Transeunt cum suo onere, *q.*11.*n.*16.*in fine.*

Res diuino cultui destinatæ pro captiuorum redemptione vendi possunt, *q.*85.*n.*8.

Rescripta.

Rescripta in tertij præiudicium à Principe concessa non tenent, *q.*44. *n.* 28. Nisi leue contineant detrimentum, modicéque præiudicent, *ibid.n.*28.

Reseruatio.

Reseruatio beneficiorum in id fuit facta, vt de illis pauperibus prouidere posset Pontifex, *q.*7.*n.*15.

Resignatio.

Resignatio beneficij eius, qui aliunde non habet vnde viuere possit, admittenda non est, tenet tamen si eam admittat Episcopus: & ad quid teneatur? *quæst.*9.*num.*17. Qualiter facienda, & qua cum probatione? *ibid.*

Respublica.

Respublica egestate laborans potest conductores gabellarum, vt ante diem soluant compellere, *q.*43. *n.*13. Alia supple verbo *Ciuitas*, verb. *Castrum*, verb. *Vniuersitas*, & verb. *Roma.*

Restituere, Restitutio.

Restituere qui tenetur malè ablata, vel adquisita ex illicitis contractibus arbitrio Prælati, vel Confessoris, quia certus dominus non cognoscitur; poterit propter suam necessitatem, vel quia filias habet, sibi, vel filiarum dotibus dicta bona applicare, *q.* 4. *num.* 47. Restituere obligatus, si commodè restituere non valet, interim de lucro cessante, vel damno emergenti non tenetur, *q.*26.*num.*44. Restituere an teneatur quis, quod in extrema abstulit necessitate, si ad pinguiorem fortunam deuenerit; *q* 27.*num.*28. Restitutio statim facienda est, quia præceptum de restituendo, tanquam negatiuum, vel à negatiuo descendens obligat semper, & ad semper, *ibid. num.*2. Limitatur in paupere, qui animum deliberatum restituendi habet, *ibid.num.*6. Ampliatur, *num.* 9.10. 12.13.14. 16.17.18.22. 23.*&* 24. Limitatur, *num.*7.8.19.20.21.25. *&* 26. Facienda est eius quod quisque à Religiosis accepit, nec ante restitutionem præstanda absolutio est, nisi moraliter restitutionem facere non possit, *ibid. num.*16. Facienda est pauperibus, eius quod quis pro iustitia accepit, nec antè præstari debet absolutio, nisi paupertas excuset, *ibid.* Facienda est pauperibus de acquisitis ex illicita negotiatione si dominus ignoretur, *q.* 8.*n.*10. A restitutione an excusetur, absoluíque debeat ante eam, qui à Religiosis munera accepit; *d. quæst.*27, *num.*16. Et quid in dante, vel accipiente aliquid pro iustitia? *ibid.* Restitutionem per multum tempus differens, an multa committat peccata, vel idem continuetur? *ibidem num.* 3. *remissiuè.*

Restitutio in integrum denegatur ei, qui aliàs restituendus foret, si opponere, vel probare exceptionem dilatoriam omisit, *quæst.*44. *num.*31. Non conceditur pro modica læsione, *ibid.* An concedatur læso sua culpa? *quæst.*54, *num.*2. *&* *num.* 34. Et an carcerato sua culpa? *ibid. d. num.*2.*&* *n.*29.*in fin.* Pauperibus conceditur, *q.* 30. *num.* 1. *&* *seqq.* Etiam contra tres conformes sententias in contradictorio iudicio latas, *ibid.num.*6. Et an ex capite generali, vel iure minorum, aut Ecclesiarum pauperibus competat restitutio? *ibid.n.*7. *&* *seqq.* Conceditur absenti vel infirmo; *ibid. num.*4. Denegatur aduersùs lapsum trium dierum, qui ad supplicandum à sententiis interlocutoriis Iudicum superiorum datur, *q.* 31. *num.* 6. Et quid in paupere? *ibid. n.* 28. Non conceditur minori tutorem? vel curatorem habenti, si tutor, vel curator soluendo sit, *ibid.d. n.*28. *&* *seqq.* Alia circa hæc vide verb. *Minor.*

Restitutionis remedium extraordinarium est, & facilè denegatur, *q.*54.*n.*34.

Restitutio malè ablatorum cuius dominus ignoratur, pauperibus facienda est, *q.* 62. *num.*29. In integrum an & qualiter concedatur ei, qui post duas, vel tres sententias per Audientiam latas comparet? *quæst.* 65. §. 1. *num.*169

Restrictio.

Restrictio fit pro inducenda, æqualitatéque seruanda, *q.*55.*n.*6.

Retentio.

Retentio pro melioramentis competit bonæ fidei possessori, etiamsi aliter ei bona obligata non sint, *q.*41.*n.* 16. Malæ quoque fidei possessori, *ibid.n.*17. An in vna re pro melioramentis in alia factis concedatur? *ibid. n.*18. Retineri non potest vna res pro alia, *quæst.*49. *num.*6.

Retrahens.

Retrahens rem consanguinei, an reficere expensas vtiles, & necessarias debeat emptori? vide verb. *Consanguineus.*

Reuocatio.

Reuocari potest quod ob iustum, grauémque metum quis promisit, vel donauit, licèt metus culpa eius, qui donauit, vel promisit, euenerit, *q.*54.*n.*11.

Reus.

Reus edere miserabilibus etiam ad intentionem fundam tenetur, *q.*55.*n.*16. Regulariter contra *ibid. n.* 17. Etiam in quantumuis summario iudicio, *ibid.* Non tenetur ad actionem fundandam copiam instrumentorum aduersario edere, secùs ad iam fundatam iuuandam, *q.*39.*n.*30.

Reus vide verbo *Copia*, & verbo *Renunciare.*

Rex.

Rex etiam potens attenta eius conditione pauper dici potest, *q.* 4.*n.* 11. vers. *Ex diuerso* An & quando possit gabellam subditis imponere? Vide verb. *Gabella* & verb. *Princeps.* Romanorum ante coronationem non vocatur Imperator *q.*38.*n.* 14. Regi soli non creditur plenè vbi de tertij magno agitur præiudicio, *q.*5.*n.*6. *remissiuè.* Regis verbo nemo decipi debet, *q.*6.*n.*33. Alia supple verb. *Princeps.*

Roma.

Roma floruit, mundíque domina effecta est, dum eius regimen apud doctos, peritósque extitit; corruit cùm hic peruersus est ordo, *q.*6.*n.*44. Romana iura ex Atheniensium legibus originem sumpsere, *ibid.n.*60.

Rusticus

Rusticus delicatis cibis vti non debet sed grossis, & vtilibus, *q.4.n.*14. Dicitur diues eisdem facultatibus, quibus nobilis pauper, *ib.n.*11 Diues dicitur si habeat centum scuta, *ibid.* An dicatur persona miserabilis? *in præfat. num.* 10. *remissiuè.*

S

Sacrilegium.

SAcrilegium an committatur, si non Deo dicata, sed destinata auferantur? *quæst.*4. §.2.*n.*126.

Sacerdos.

Sacerdos qui ex beneficij fructibus commodè se alere non potest, absque simoniæ labe Sacramenta, Diuináque officia vt sibi oblationes solitæ dentur, populo subtrahere potest, *quæstio.* 65. *numer.* 110. Intellige vt *numer. seq.* Alia vide verb. *Clericus*, & verb. *Minister.*

Salarium,

Salarium Iudicum ex quibus bonis anteà soluebatur? & hodie soluatur? *q.6.n.*84. *&* 90. Datur Iudicibus etiam præter sportulas in omnibus ferè partibus, *ib.n.*84.86.87. *& q.*28.*n.*3. *& seq.* An debeatur Iudici infirmo, mortui hæredibus vel absenti? Et quo tempore soluendum sit? *ibid. q.6 & d. q.*28.*n.*4. *& seq. & n.*93. In fine operis soluendum est *quæst.*29. *num.* 1. *& seq.* Alia vide verb. *Solicitator,* & verb. *Sportulæ.*

Sanguinolenti.

Sanguinolenti infantes quare dicti? *q.*65. §. 2. *n.* 182.

Satisdatio,

Satisdatio præstanda est ab eo, qui dilatione concessa à Principe frui vult, *q.*44. *n.*83. Ampliatur *n.*84.86. *&* 88. Limitatur *n.* 85. 89. 91. *&* 92. Non requiritur in quinquennali dilatione à maiori parte creditorum concessa, *ib.n.* 90. Est de substantia in vsufructu, nec iuratoria sufficit cautio, *q.*53.*n.*5. Contra *n.*29.33. *& seq. vsque ad n.*38. Intellige vt *n.*30. Alia vide verb. *Cautio iuratoria.*

Schedula.

Schedula vide verb. *Recognitio.*

Scientia.

Scientia omnis incipit à cognitione vocabulorum, *quæst.*1.*n.*2. Reddit quem nobilem, *q.*4.*n.*33. *& seq. & q.*7. *n.*47. *remissiuè.* Nobilitat magis quàm sanguis, *ibid.* Pauperis contemnitur, inscitiáque reputatur, *q.* 6. *n.* 5. Sua vi homines allicit, *ib. n.* 48. Alia supple verb. *Ciuilis sapientia.*

Scientia simplex quando denunciationem suppleat? *q.*40.*n.*4.

Seminarium.

Seminarium de proximo erigendum, habetur pro iã erecto, *q.*4.§. 2.*n.*127. Seminatio puerorum nondum erecto beneficiorum vnio, fraude cessante, fieri potest, *q.*11.*n.*9. Et qualiter Seminario possit Episcopus facere vniones, *ib.n.*18.

Senatores.

Senatores Regij possunt moratorias literas concedere, *q.*44.*n.*38.

Senex.

Senex dicitur persona miserabilis, *in præfat. n.*9. *remissiuè.*

Senex dicitur quinquagenaria, *quæst.* 56. *num.*40.

Sententia.

Sententia ex abrupto prolata, ob temporis breuitatem redditur nulla, *q.*6. *n.*20. Ferri potest in personam Monachi pro debito ante ingressum Monasterij contracto, *q.* 11. *n.* 6. A qua intra decem dies non fuit appellatum, de iure communi firma manet, in rémque iudicatam transit, *q.* 31. *n.* 1. Et quid hodie? tam in sententia diffinitiua, quàm interlocutoria, siue Iudicum inferiorum, siue superiorum, *n. seq. ibid.* Lata absque partis petitione nulla est, *q.* 35. *n.* 9. Non requiritur pro paupere, vt ei alimentata, litisque sumptus à diuite collitigante præstandi sint, *quæst.*39.*n.*26. Mercedis: eiusque taxationis pro paupere lata, inappellabilis est, *quæst.* 50. *num.*22. In dubio pro pauperibus ferenda est, *q.*55.*n.*18. *&* 24. Sententiæ acquieuisse videtur, qui tempora appellandi elabi patitur, *q.*51. *n.*6. *vers. Quarta & vltima.*

Sententia contra defunctum lata, contra hæredem tempore confectionis inuentarij durante exequi non potest, *q.*57.*n.*7.

Seruus.

Seruus absque domini consensu Religionem ingredi non potest, aut in ea permanere, *quæst.*11.*num.*10. Non tenetur domino de alimentis prouidere, nisi sibi priùs prouideat, de iure saltem Canonico, & in terris Ecclesiæ, *q.*42.*n.*15.

Seruus expositus iuris sui manet, *q.*65. §.2. *num.*196.

Seuerus.

Beatus Seuerus ex lanificio in Archiepiscopum assumptus est, *q.*6.*n.*66.

Significare, Significatio.

Significare, quid sit? *quæstio.*1. *num.*21. *&* 22.

Significatio propria, quæ dicatur? *ibid.* Quandóque largè, quandóque strictè sumitur, *ibid.n.*20.

Silere.

Silere ille propriè dicitur, qui potest loqui *q.* 17.*n.*36.

Simulatio.

Simulatio præsumitur potiùs quam donatio, *q.*21.*n.*5.

Simonia.

Simonia est similis vsuræ, & de vno ad aliud valet argumentum, *q.* 65. *n.* 3. An & qualiter paupertate excusetur? *ib.n.*2. *& n.*106. *& seq.* simoniæ definitio, *ibid.n.*106.

Socer.

Socer non potest loco dotis congrua genero alimenta assignare, nec dotis obligationi satisfacit, *q.*4 §.3.*n.*163.

Solicitator.

Solicitatoribus debetur salarium etiam non conuentũ, de generali saltèm consuetudine, ex æquitate, & verosimili contrahentium, vel litigantium mente, *q.*28.*n.*24.

Solon.

Solon Magistratus omnes ex nobilibus, & locupletibus, ex censu quingentorum modiorum, & iugerum constitui decreuit, *q.*6.*n.*24.

Id

Id primum in sua Republica constituit, vt debitoribus pauperibus aliqua debiti pars remitteretur, *q.44.n.33.*

Soluere, Solutio, Solutum.

Soluere minus dicitur, qui post tempus soluit, *q 44.n.27.* Soluere posse an quis præsumatur in dubio? *q.33.n.13.*

Solutio expensarum, & meliotamentorum, quo tempore attento facienda sit? *q.41.n.69. & sequentibus.* Solutum ante diei, vel conditionis euentum repeti potest, *quæst. 4. §. 2. num.108.*

Soror.

Soror diues an alere, & dotare sororem inopem teneatur? *quæst.4. §.3.num.160.* & latius *q.16.n. 20.* Vt sorori inopi dotem constituat, matrimonio durante rem dotalem alienare potest, *ibid. & quæst. 22. num. 38.* Iterum dotare, vel alere sororem tenetur, dote, vel alimentis constitutis absque culpa deperditis, *ibid. & num.seq.* Continetur fratris nomine, *ibid. num.21.*

Specialis.

Specialis prouisio generali derogat, *q. 47. num.3.*

Spes.

Spes præmii inuitat ad labores, vide verb. *Præmium.* Spe veniæ peccans, grauiùs peccat, ac punitur, *q.27.n.26.& seq.*

Spiritualia.

Spiritualia interesse, siue æstimationem non recipiunt, *q.33.n.7.*

Spiritus Generosus.

Vide verb. *Maiestas.*

Spoliator, Spoliatus.

Spoliator non antè auditur, quàm rem cum fructibus, & expensis restituat, & non solùm fructus perceptos, & extantes, sed etiam qui percipi potuerunt, restituere debet, *q.46.n.6.& 7.* Tenetur fructus rei in loco spolij commisit præstare, *ibid.n.8.* Spoliatoris an spoliati in restitutione fructuum rei ablatæ sit habenda ratio? *ibid.n.9.* Spoliator pauper ante fructuum, & expensarum restitutionem audiendus est, *ibid.n.10.* Spoliatus ante omnia est restituendus omni exceptione postposita, *ibid. n. 1.* Nec respondere si vnus deficiat nummus tenetur, *ibid. n. 2.* Et siue iustus, siue iniustus possessor sit, *ibid.n.3.* Et siue re corporali, siue incorporali spoliatus sit, vtili saltèm interdicto vnde vi, *ibid.num.4.*

Spolij actione non solùm contra ipsummet spoliatorem, sed etiam contra quoscumque ad quos res ipsa peruenit egi potest, *d. quæst. 46. num.5.*

Sponsa, Sponsalia, Sponsus.

Sponsalia an per superuenientem paupertatem dirimantur? *quæst.14.per tot.* Dissoluuntur per superuenientem grauem morbum, vel deformitatem externam, *q. 14. n. 4.* Et propter deformitatem animi, vt si alter ex exponsis furti, homicidij alteriúsue criminis grauis ratione damnatus sit, *ibid.n.6.* Et si sponsaliorum tempore talis adesset deformitas, ab altero spōsorum incognita, *ibid.* Sub promissione dotis celebrata videtur, siue expressa sit dotis promissio, siue tacita, *ibid.n.17.& 18.* Non dissoluūtur propter superuenientem paupertatem, si certa dotis quantitas fuit promissa, eáque soluatur, *ibid.n.15.* Etiam iurata per superuenientem dirimuntur paupertatem, *ibid. num. 19.* Et tam si sponsæ, quàm sponso superueniat paupertas, *ibid.n.20.* Non ex eo, quod sponsorum altero in eodem statu manente; alteri ingentissima diuitiarum copia accreuerit dirimuntur, *d. q.14. num.21* Non dirimuntur propter superuenientem sponsæ paupertatem, si ita eam sponsus adamaret, vt etiam paupertate, vel casu illo præuisio, cum ea contraheret, *ib.n.25.* Spōsique in hoc casu stabitur iuramento, *ib. n. 26. 28.* Sponsi an casuum compensationem, vt sponsalia non dirimantur opponere possint? *ibid.n.22.& 23.*

Sponsa de præsenti etiam ad viri domum traducta, nec carnali copula sequuta, quartam, ex *Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor* dispositione deducit, *quæst. 56. num. 69.& 73.* Sponsi de præsenti absque copula, vel traductione ad domum, verè coniuges, vir atque vxor vocantur, *ibid.d.num.69.* Sponsa de præsenti etiam ad domum viri non traducta, nec carnaliter cognitæ mariti forum sortitur, *ibid. num.70.* Et statuti dispositione, quæ maritatas à successione excludit, includitur, *ibid.num.71.* Et omnia iura de matrimonio, seu de marito, & vxore loquentia, in sponsa etiam per verba de præsenti copula quoque vel traductione ad domum non sequuta procedunt, *ibid. num. 72.* Sponsa de futuro quartam ex *d. Auth. Præterea* non detrahit, *ibidem num.74.* Sponsa quam maritus ex iniusta causa admittere recusat in quartam marito succedit, *ibidem, num.109.*

Sportulæ.

Sportulæ laboris ratione, etiam præter salarium Iudicibus debentur, *quæst.28.n.3.* Et etiam infirmo, vel absenti cum causa, & de licentia, *ibid. num. 4.* Et an etiamsi partes inter se concordauerint, à litéque destiterint? *ibid.num.6.* Alia vide verb. *Salarium,* & verb. *Iudex.*

Statutum.

Statutum loquens in filiis, intelligitur etiam in nepotibus, *quæst. 4. num. 9* Excludens omnes exceptione aduersus publicum instrumentum, exceptionem diei, vel conditionis non impletæ non censetur excludere, *ibid.§.2. num. 116.* Efficere non potest, vt generaliter, & in omni casu, quandoue de tertij igitur non leui præiudicio, vnico testi plena adhibeatur fides *quæst. 5. num.3. remissiuè.* Puniens delinquentem pœna corporali amputationis pedis siue alia, de amputatione membri intelligi debet, *quæst. 9. num. 23.* Et idem si statutum pœnam pecuniariam, vel aliam arbitrio Iudicis imponeret, quia tale arbitrium pœnam pecuniariam excedere non debet, *ibid. num. 24.* Imponens pœnam iurisdictionē Potestatis declinanti, in Ecclesiastico, qui etiamsi velit non potest coram Sæculari litigare, non habet locum, *quæst. 17. num. 37.* Dictans, vt Iudex teneatur causam cum consilio sapientis expedire, intelligitur *si à parte fuerit petitum, quæst. 35. num. 3.* Et idem si ex forma statuti teneretur Iudex cogere affines ad compromissum, *ibid. num. 4.* Vel si iubet dari terminum ad aliquid agendum, *si pars petierit,* intelligi debet, *ibidem, num.5.* Potest legi derogare, *quæst. 47. num. 4.* Tanto fortius est, quantò

ſpecialius, *ibid. num.* 5. Diſponens vt inſtrumenta guarentigio executioni mandentur; & ne contra ea alia exceptio, niſi ſolutionis opponi poſſit; ſolùm quoad principalem procedit debitorem, non quoad tertium, *q.* 48.*n.* 3. Diſponens, vt vnus pro debito alterius teneatur, non valet, *ibid.n.*6. Laïcorum non ſe ad piam extendit cauſam, *q.* 52.*num.* 41. Generaliter loquens, pauperes non comprehendit, *ibidem, num.*57.

Statutum maritas à ſucceſſione excludens, eas quoque quæ per verba de præſenti, licèt nec ad domum viri traductæ, nec ſint carnaliter cognitæ maritatæ ſunt, excludit, *quæſt.* 56. *num.* 71. *& ſeq.* Diſponens, vt Mediolanenſis mulier extrà Mediolanum ſub hæreditatis priuationis pœna non nubat; ſi patris iuſſu extra nubat non priuabitur, nec eius dipoſitio tunc procedit, *quæſt.* 64. *num.* 18. Iuri communi contrarium reſtringitur, nec vltra id quod exprimitur, extenditur, *quæſt.* 65. §.2. *num.* 199. Si dicat *vt debitor poſſit pro debito incarcerari*; eius quoque hæres poterit, etſi de eo non faciat ſtatutum mentionem, *q.* 57.*n.*3. Conſtituens certam pœnam petenti illud, quod iam ſolutum erat; in eius quoque hærede, quando de eo notitiam habuit, procedet, *ibidem.*

Stipendia.

Stipendia congruo tempore militibus pauperibus ſoluenda, ne cogantur cogitare quod auferant, *q.*6.*n.*21.

Studia.

Studij cauſa, & dotis à pari procedunt, *q.*4. *n.*60.*&* 62.

Studiorum expenſæ, vide verbo *Expenſæ ſtudiorum.*

Stuprator.

Stuprator virginis ea volente, nec importunis precibus coacta, à pœna *c.*1.*de adulter.* liberatur, *q.*65.*n.*91.

Subſtitutio.

Subſtitutio pupillaris tacita ſub vulgari expreſſa filio impuberi facta contenta matrem pupilli non excludit, *in ſpecialib.in vltim. voluntatib.poſt q.* 64.*n.* 8. Fallit ſi pauperes ſubſtituti ſint, *ibid.n.*9. Et an vt fallentia procedat requiratur pro conſcientiæ exoneratione maléque ablatorum reſtitutione pauperum ſubſtitutionem fieri; vel etiam ea non facta vera ſit? *ibid.n.* 10. *&* 11. Pupillaris expreſſa matrem excludit, *ibid.n.*12. Etiam à legitima, *ibid.n.*13. In foro conſcientiæ, *ibid.n.*14. Fallit, ſi mater inops ſit quæ legitima tunc priuari non poteſt, *ibid.n.*15.

Subuenire.

Subueniendum an ſit ei, qui culpa ſua ad neceſſitatem deuenit? *q.*54.*per tot.* Subueniendum non eſt eis, quibus imputari poteſt, cur ſibi non proſpexerint, *q.*12.*n.*17. Subueniendum eſt ei, qui ſua culpa (etiam ad caſum ordinata) in paupertatem deuenit, ſi neceſſitas exigat, *q.* 54.*n.*29.

Subtrahere.

Subtrahere non debet quis ſibi neceſſaria, vt Eccleſiæ det, vel pauperibus, *quæſt.* 36. *num.*7.

Succedens, Succeſſor.

Succeſſor in dignitate ad obſeruantiam tenetur pactorum, contractuum, & conuentionū, quas præceſſor fecit, nominéque dignitatis celebrauit, etiamſi tyrannus eſſet, *q.*6.*n.*38. Contra geſta præceſſoris venire nequit, etiamſi ei non hæreditario iure, ſed per electionem ſuccedat, *ibidem.*

Sucedens in quota bonorum à creditoribus conueniri non poteſt: ſecùs ſi in quota hæreditatis, *q.*56.*n.*61.

Suffragium.

Suffragium patris filio prodeſt & è contra? *q.*62.*n.*27.

Suorum Appellatione.

Suorum appellatione qui veniant, vt Clericus eos alere teneatur, quorúmque reſpectu beneficium pauper, vel tenue dicatur? *q.* 4. *n.* 51.*&* 52.

Superior.

Vide verb. *obedire.*

Supplicatio, Supplicans.

Supplicatio intra quot dies à ſententiis ſuperiorum Iudicum interponi debeat, Tam ab interlocutoriis quàm à definitiuis? *q.*31. *n.*4. Et an à lapſu termini detur reſtitutio? *ibid.n.*5. Et an à die latæ ſententiæ, an verò à die notificationis terminus currat? *num.* 6. Et an de momento ad momentum; ipſéque notificationis latæve ſententiæ dies, feriatúſque etiam in termino computetur? *ibid.n.*7.*&* 8. A ſententia reuiſionis ſupplicans an cum cautione iuratoria, ſi quingentarum duplarum fideiuſſorem ob paupertatem non inueniant, admittatur: *quæſt.* 55. *num.* 25. *& ſeq. vſque ad numer.*48.

Suſpectus.

Suſpectus dicitur, & vt ſuſpectus capi poteſt pro aliis fideiubere ſolitus, *quæſt.* 5. *num.*48.

Suſtentatio.

Suſtentatione relicta, ſtudiorum expenſæ veniunt, *q.*4.*n.*57.

Synodalis Conſtitutio.

Synodalis conſtitutio pro trina monitione habetur, *q.*8.*n.*9.

T

Tabellio.

Tabellio inſtrumentum arrharum maioris quantitatis, quàm decimę partis bonorum mariti conficiens, legíque id prohibenti renunciationem apponens, qualiter puniatur? *q.*18. *n.*4. *remiſſiuè.* Licitè pro ſcripturis mercedem, ſalariúmque exigit *q.*28.*n.* 22. Nec ſcripturas edere parti tenetur, ſi ſalarium ſibi non ſoluatur, *ibid.n.*23. Etiam ſalarium non conuentum, de generali conſuetudine, ex æquitate, & veroſimili litigantium, vel contrahentium mente, exigere poteſt, *ibid. n.* 24. Tabelliones voraciſſimi Reipublicæ canes, pauperúmque excoriatores, & pecuniæ accipitres appellantur, *d.q* 28.*n.*55. Gratis pauperibus ſcripturas cōficere, & exhibere tenentur, *ibid.n.*61. Gratiſque pauperibus acta, ſcripturáſque exhibere cum ad Tabellionatus officium recipiuntur, iurant. Quod & in noui quoque Orbis Tabellionibus obſeruatur, *ibid.* Et ad id etiam ſub officij priuationis pœna poſſunt à iudice compelli, *ibid. num.*62.

Talis.

Talis.

Talem qualem quis se facit, non tenetur probare, qui præsumptionem naturalem pro se habet, *quæst.* 5. *num.* 27. vers. *Et præsumptionem.*

Talliare.

Talliare non licèt Principi subditos etiam pro bello gerendo, *q.* 38. *n.* 4. Limitatur, *n.* 10. *& seq.* Alia supple verb. *Gabella*, verb. *Princeps*, & verb. *Vasallus.*

Tempus.

Tempus breue, vel longum, quod dicatur Iudicis relinquitur arbitrio, *q.* 4. §. 2. *num.* 134. Quòd dicatur longum in materia locationis? *q.* 22. *n.* 15. 16. 17. *&* 18. An contra impeditum tam impedimento facti, quàm iuris currat ipso iure? *q.* 32. *n.* 14. *& seq.* Quod ad expensarum, melioramentorúmque solutionem debeat attendi? *q.* 41. *n.* 69. *& seq.* Datum ad soluendum miserationis causa iudicatis, vel confessis in actione personali, quod fuerit olim? Et quod sit hodie? *q.* 44. *n* 4. *& seq. vsque ad n.* 16. Moratoriæ dilationis à die concessi beneficij, & datæ, non à die præsentationis, vel notificationis, currere incipit, *ibid n.* 109. Tempora litium ob paupertatem protrahuntur, *q.* 51 *num.* 8. *remissiuè.*

Tempus non præfinitum in perpetuum extenditur, *q.* 64. *n.* 3.

Terminus.

Terminus supplicationis, appellationis, vel eius prosequutionis, currit de momento ad momentum, *q.* 31. *n.* 7. 8. *&* 10.

Tertius.

Tertius pro alterius debito conueniri non potest, *q.* 48. *n.* 4. Nec ex vi statuti, *ibid. n.* 6. Fauore paupertatis actione personali conueniri potest, *ibid. n.* 7. *&* 8. An & quando pro alio possit appellare, *q.* 51. *per tot.* & vide verb. *Appellare.*

Testator.

Testatores abusiuè sæpè loquuntur, ironicè, simulatè, vel fictè *q.* 1. *n.* 6.

Testis.

Testi quæ expensæ sint soluendæ ab eo, qui *q.* 4. *n.* 19. *& q.* 36. *n.* 5. *&* 6. Non sunt præstanda damna, licèt præstentur expensæ, *d. q.* 36. *num.* 18.

Testis si vltra expensas capiat, corruptus dici potest, *ibid. num.* 19. Vt idoneus sit, tanti debet habere valoris bona; quanti est causa super qua deponit, *q.* 4. *n.* 74. Reddens rationem scientiæ, *quia vicinus est*, sufficienter probat in his, quæ verosimiliter, & à communiter accidentibus vicinos latere non solent, *q.* 5. *n.* 15. Vnicus nulla in causa probat, *ibid. num.* 1. *& sequentib.*

Testes pauperum vt recipiantur à Magistratu, sub quo domicilium habent; commissiones decerni solent ne pauperes grauentur, *q.* 28. *n.* 64. Duo in omni causa requiruntur, nec vnius testis dicto plena adhibetur fides, *q.* 5. *n.* 1 Etiamsi Senatoria, aut Præsidiali dignitate præfulgeat, *ibid. num.* 2. *remissiuè.* Neque statuto caueri potest, consuetudinéue induci, vt generaliter, & in omni casu, quandóue de tertij non leui agitur præiudicio, vnico testi credatur, *ibid. num.* 3. *remissiuè*, Nec piæ causæ fauore vni creditur testi, *ibid. num.* 4. Neque vbi iudici sola veritate inspecta iudicare commissum est, *ibid. num.* 5. *remissiuè.* Neqne Cardinali, Regi, aut Pontifici creditur, vbi de magno patris agitur præiudicio, *ibid. n.* 6. Possunt recipi publicatis attestationibus, nisi pars opponat, *q.* 35. *n.* 6.

Timor.

Vide verb. *Metus.*

Tonsurandus.

Tonsurandus de proximo an ad beneficium iurispatronatus promoueri possit? *q.* 4. §. 2. *n.* 128. *remissiuè.*

Traditio.

Traditio ad dominij translationem requiritur, *q.* 25. *n.* 3. Operatur, vt licèt res tradentis non sit, si postea eius dominium consequatur, reualidet traditionem, & secundæ præferatur traditioni in alium factæ tempore, quo tradens dominus est, *ibid. n.* 5. Dominium transfet, impedítque dominium in alium eiusdem rei transferri, *ibid. n.* 13.

Transactio.

Transactio super alimentis etiam cum de eorum parte tractatur, prohibita est, *q.* 50. *n.* 19. *ad fin.*

Transigere.

Transigere non potest prohibitus alienare, *q.* 22. *n.* 33.

Tributum.

Tributum quid sit, vel significet? *q.* 38. *n.* 1. *remissiuè.* Alia à suis sedibus pete.

Turcarum Imperator.

Turcarum Imperator plura Iudicibus quotannis donare solebat, *q* 6. *n.* 85.

Turpe.

Turpe an sit quod vi, aut necessitate fit? *q.* 65. *n.* 49.

Tutor.

Tutor de iure Fori *leg. (vniuersali Hispaniæ consuetudine comprobato)* pro administratione rerum, personæque pupilli, decimam partem fructuum illius exigere potest, *q.* 28. *num.* 71. Et quid si minor pauper sit? *ibid. n.* 72. In dubio soluendo esse censetur, *q.* 33. *num.* 13. Debet damnum ob non solutum canonem resarcire minori, *ibid. n.* 12. Ius minoris donare, aut remittere nequit, *in specialib. in quæstionum calce adiectis num.* 11. *remissiuè.* Limita, *num seq.*

Tutor pauperis vltra vires hæreditarias ob non confectum inuentarium non tenetur, *q.* 58 *num.* 30. Et an tunc necessaria sit tutoris protestatio? *ibid. n.* 31. Regulariter rationem, tutelæ post finitam tutelam reddere debet, *q.* 60. *num.* 8.

V

Valetudinarij.

Valetudinarij à comparendo coram Iudice pro testimonio ferendo excusantur, *q.* 36. *n.* 1. Pauperibus æquiparantur, *ibid. num.* 12. Et quando secus? *ibid. n.* 15.

Valor.

Valor rei ex redditu, & fructibus cognoscitur, *q.* 4. §. 4. *n.* 160.

Vassallus.

Vassalli tenentur subuenire domino, non solùm pro filia carnaliter maritanda, sed etiam spiritualiter pro Religionis ingressu, *q.* 15. *num.* 21. *& quæst.* 38. *num.* 18. Talliari possunt non solùm

solùm pro Regis; sed etiam alterius Domini redemptione, *d.q.*38.*n.*12.*&* 15. Etiam pro filia domini maritanda, si dominus eam maritare non potest, *ibid.n.*16. Et pro filia tantùm naturali, vel spuria maritanda, *ibid.n.* 17. Et pro eius Religionis ingressu, *ibid.n.*18. Et pro nepte Domini, vel Baronis pauperis dotanda, *ibid. n.* 19. Intellige *vt num. seq.* Renitentes vendi à dominis non debent, *q.*22.*n.*81. Nisi pro dominorum necessitatibus, *ibi.n.*82 Qui ob paupertatem seruitium domino non præstat, excusatur, *q.*33. *n.* 26. Deducit expensas necessarias, quas in re feudali fecit, *q.*41.*n.*3. Vtiles etiam, *ib.n.* 36. Limita vt *n.*48. Non solũ habet pro his expensis retentionem, sed etiam actionem, *ibid. n.* 8. Priuari non potest feudo etiam à Principe, nec de plenitudine potestatis, *q.*42.*n.*6. Domino ingratus existens feudo priuari potest, *ibid. n.* 8. Non tenetur anteà Domino, quàm sibi de alimentis prouidere, *ibid.n.*17. An possit super re feudali inconsulto Domino censum imponere? *quæst.*22.*n.*23. *remissiuè.*

Vassallus contumax in seruitio Domino præstando, tribus vicibus requisitus feudo priuatur, *q.*65.§.1. *n.*161. limitatur in paupere, *ibid. n.*174.

Vectigal.

Vectigal quid sit, vel significet, *q.* 38. *n.*1. *remissiuè.* Alia à suis repete sedibus.

Velle.

Vide verb. *Nolle.*

Vendere, Venditio, Venditor.

Vendere proprietatem pro alterius alimentis, in aliisve casibus, an & quando quis teneatur? vide verb. *Proprietas.* Non cogitur quis domum maiorum, quantumcúnque iusto pretio, nec etiam Ecclesiæ construendæ, ampliandæve causa, *q.*4.§.4. *n.* 176. Vendi an debeat res magni valoris, & exigui redditus, vt iudicari quis pauper, vel diues possit? Et an creditoribus possit ex eius pretio satisfieri, & domino consuli? *q.*4.§.4.*n.*178. Vendere nemo cogitur rem suam, *q.*24.*n.*1. Et quando secus? *ibid.n.*4.5.*&* 7. Qui compellitur iusto pretio, *ibid.n* 6. Alia supple verb. *Dominus.*

Venditio etiam iurata absque traditione dominium nou transfert, *q.*23 *n.*4.

Venditor disponere potest de re, quàm vendidit, non tamen tradidit. Licèt ad interesse teneatur, *ibid.n.* 2. Non tenetur de euictione si ei emptor litem non nuntiauit, *q.* 40.*nu.*1. Etiamsi venditor promisisset emptori rem venditam suis sumptibus defendere, *ibid.n.*2. Etiamsi aliter quàm per denunciationem, & requisitionem ab emptore factam, scientiam habuisset litis motæ, *ibid.n.*3.*&* 4. Et quid si venditor iurauerit emptorem defendere? *ibid. n.* 5. An teneatur de euictione, quando ei nuntiatum non est, si emptor nullum posse venditori ius competere probet? idve notorium esset; *ibid. nu.* 6. Tenetur de euictione, licèt ei non fuerit facta nuntiatio, si super re minori, vel Ecclesiæ vendita litem scit motam, *ibid. nu.*11. Et an teneatur pauperi? *ibid. n.*10. *& seqq.* Pro euictione satisdare non tenetur, nisi noua si perueniat causa, *q.* 45. *n.*16. Tenetur reficere expensas necessarias, & vtiles emptoris, quas in re quam venditor remedio *legis 2.C.de rescind. vendit.* auocauit, fecerat, *quæst.*41.*n.*42. Qui læsionem sciuit, an beneficio *leg.2.C.de rescind.vend.* gaudeat, *q.*45.*n.*17

Vendi possunt diuino cultui destinata pro captiuorum redemptione, *q.*65. *n.*8.

Venditor.

Venditor & emptor simul quis esse non potest. *q.*62.*n.*10.

Venter.

Venter non patitur dilationem, *q.*50.*n.*8.

Veracruz.

Veracruz reprobatur opinio, *q.*17. *n.*18.

Verba.

Verba propriè & strictè in statutis intelligenda sunt, *q.* 1. *n.* 10. Narratiua, nihil de nouo disponunt, *q.* 52. *n.* 27. Præsentis temporis à lege adiecta dispositionem ipso iure inducunt, *q.*31.*n.*12. *prope fin.*

Verbi proprietas in dubio attendenda, *d.q.* 1.*n.*10. *& seqq.* Improprietas toleranda est, vbi lex tolerat, *ibid.n.*23.

Secundùm Grammaticalem sensum accipi debent. *ibid. n.*10. 11.12. *& seq.* Quandóque largè, quandoque strictè in iure verbum accipi solet, *ibid.n.* 10. *Beo & Beare,* quid significet? *b* 4.§.5.*n.*181. *Euidentissimè,* vide Aduerbium *Euidentissimè.* Verbum *Differre* veram suppouit potentiam. *q.*17.*n.*31.

Veritas.

Veritas, testatorisque mens magis quàm verba inspicienda est, *q.*1.*num.*6. Argumentis elucescit, *q.*39.*n.*1. Et magis elucet, quò sæpius ad manum venit, *ibid. ante n.*1.

Vestis, Vestire.

Veste relicta, secundùm conditionem personæ præstanda est, *q* 4.*n.*13.

Vestire non omnes æqualiter debent. *ibid. num.*12.

Vicinus.

Vicinus præsumitur scire facta vicini, *q.*5. *num.*14.

Victus.

Victus appellatione, quæ contineantur? *q.*4. *num.*5.*& n.*57.

Victum suum arctare non debet quis vt alium alat, *q.*42.*n.*21.

Victus in teneatur ad expensas victori, qui eas non fecit, quia Aduocatus, Procurator, aliive Officiales gratis, eum adiuuarunt, mercedémque remiserunt? *q.*28.*n.*58.*& num. seq.*

Victus victori an & quando in expensis teneatur? *q.*39.*n.*65.*&* 66.

Vidua.

Vidua pauper nubere volens, an & quando à filio dotari debeat? *q.* 16. *n.*24. *remissiuè.* Diues an miserabilis propriè, & verè dicatur? forique priuilegio, tam quoad Sæculare, quàm Ecclesiasticum gaudeat? *q.*52.*n.*35. *& tribus seqq.* Pro recuperatione dotis agens, an aduersarios suos coram iudice Ecclesiastico conuenire possit? *ibid.n.* 53. Pro repetitione dotis aduersus pupillos agens, potest primum iudicem habere Senatum, *q.*52.*n.*65. Et an vsuras, interesse, vel damnum post annum luctûs, absque alia interpellatione à mariti hæredibus pro dotis restitutione consequatur, *q.*26.*n.* 48. *& seqq.* Pauper dicitur, quæ patrem fratrémve diuitem habet, hæredum mariti respectu, ab eisque alimenta intra annum luctûs dote non restituta consequetur, *q.*4.§.3.*n.*164. Alia supple verb. *Vxor,* & verb. *Mulier.*

Vilis.

Vilis non dicitur pauper bonis præditus moribus, ingenuisque parentibus natus, *q.9.n.29. ad fin. & n.70.*

Virgo.

Virgo dicitur persona miserabilis, *in præfat. n.9. remissiuè.*

Virtus,

Virtus sua vi homines ad sui amorem allicit, suiquemet pulcherrima est merces, *quæst. 6. numer.* 49. Non amplectitur, si præmium desit, *ibid. num.* 50. Verum, & mansurum est bonum, *quæst.* 4. §. 5. *num.* 184. Magnos facit, *quæst.6.n.70.*

Vita, Viuere.

Vita pauperis est in cogitatione victus *quæstione 6. numer.* 17. Mortis genus est *q.* 51. *num.* 14. Turpem, & luxuriosam degere quæ dicatur? *quæstio.* 17. *numer.* 5. Turpem degere, & indigno nubere, in iure æquiparantur, *ibid.n.*10.

Viuere debet de altari, qui altari seruit, *q.12. num.*19.

Viuens ex proprio artificio an cedere possit bonis? vide verb. *Cessio bonorum.*

Vitia.

Vitia etiam auctori displicent, *quæstio.* 51. *numer.* 9. Ad peccandum fallaci mercede solicitant, *ibid.*

Vitio naturali an parcendum? *q.* 17. *n.* 29. *in fin. & n.4.*

Vnio.

Vnio beneficiorum est odiosa, & iuri communi repugnans, *quæstio.* 12. *num.* 1. *& seq.* Dignitatem, vide verb. *Dignitas.* An possit fieri à Prælato duorum Monialium Monasteriorum; vide verb. *Prælatus.* Beneficiorum potest fieri Seminario puerorum, etiam futuro, & nondum constructo fraude cessante, *quæst.*12. *num* 9. Et qualiter huiusmodi vnio Seminario fieri debeat? *ibid. num.* 8. Plenè probanda est *ibid. num.* 11. Et quando tempore probari possit? *ibid.n.*13. *remissiuè.* Solo verbo, aut facto fieri non potest, & si fiat irritatur, *ibid. num.*12, Vnionis modus, per quem vnio facta est, probandus erit, *d. quæst.* 12. *numer.* 14. Necessitas vel causa probanda est nec sufficit necessitatis nuntiatio, *ibid. numer.*4. Vnio beneficiorum non solùm pauperum Ecclesiarum respectu sed etiam ipsius Cleri, eiusque attenta conditione fieri potest, *ibid. num.*15. Limitatur in eo, qui à principio pauperem Ecclesiam acceptauit, *ibid.num.*16. & 17. Episcopatuum ob paupertatem à Sede Apostolica fieri potest, & solet, *ib.n.*3.

Vniuersitas.

Vniuersitas absque Regia facultate collectã imponere non potest, *q.*38. *n.*23. Nisi paupertatis, vel necessitatis ratione, *ib.n.*24. Et quid de iure Regio? *ib.n.*25. & 26. Administratorem habens, an aduersus canonem non solutum restituatur? *q.*33.*n.*11. & 14.

Vocatus.

Vocatus ab incompetenti Iudice, si non compareat, præscriptionem fori, quam antea opponere posset, amittit, *quæst.*65. §. 1. *num.* 141. & 147.

Voluntaria, Voluptaria.

Voluntaria esse debet omnis bona operatio *quæst.*34.*n.*3.

Voluptariæ expensæ quando soluantur? vide verb. *Expensæ.*

Votum.

Voto paupertatis non repugnat habere beneficium ad voluntatem Superioris amobile, *quæst.*4 §.2.*n.*132. Nec peculium ex Superioris permissu habere, *ibid.n.*133.

Vox.

Vox hæc, *Redde quod debes*, æquissima est, *quæst.* 44.*num.*18.

Vsuarius.

Vsuarius alia non habens bona præter vsuaria, an pauper sit? *quæst.* 4.§. 1.*num.* 87. & *tribus seq.* Et qualiter re vsuaria vti possit? *ibid.num.*86.

Vsucapio.

Vsucapio intra breue tempus perficienda, pro perfecta habetur, *q.*4.§ 2.*n.*122.

Vsufructuarius.

Vsufructuarius si necessaria ad vitam percipere potest, pauper non est, *q.*4 §.1.*n.*84. Qualiter re fructuaria vti potest? *ibid.n.*85. Deducere debet expensas, & melioramenta vtilia, *q.*41.*n.*28. Limita *n.*48. & 49. Poterit vsum fructum habere, fructúsque suos facere non data satisdatione si petita non sit, *q.*53. *n.*55. An omnino satisdare teneatur? & an de necessitate vsus fructus satisdatio requiratur? vide verb. *Satisdatio.*

Vsurarius, Vsura.

Vsurarius ob paupertatem à restitutione excusatur, *q.*54.*n.*4. Et quid si culpa sua ad paupertatem deuenit? *ibid.n.*5 & 36.

Vsuræ an currant moratoria dilatione concessa? *q.*44.*n* 106. Etiam in casibus in quibus dilatione durante currunt; exigendæ non sunt vsquequo finiatur dilatio, nec interim peti possunt, sicut nec principale exigitur, *ibid.n.* 107. Alia vide verb. *Mutuans.*

Vsura paupertatis prætextu non excusatur, *q.*65.*num.*3. Similis est simoniæ, & de vno ad aliud valet argumentum, *ibid.* Vsurarum crimen infamiam irrogat, *ibid. n.* 4. Omni iure prohibita est, *ibid n.*5. Nec pro captiuorum redemptione permittitur, *ib. n.6.* Nec pro Diuino cultu, *ibid.n.* 7. Nec pro alendis pauperibus, pupillis, viduis, vel quibusuis aliis miserabilibus personis, quauisve causa pia, *ibidem num.*9. Nec ob propriam paupertatem leuandam vsura committenda est, *ibidem, num.* 12. & *seq.*

Vtiles Expensæ.

Vtiles expensæ quæ dicantur? *q.* 41. *n.*35. Alia vide verb. *Expensæ.*

Vtilitas.

Vtilitas publica deposcit vt pauperes illæsi seruentur, *q.*51.*num.*7. *prope fin.* Magis quam priuata appetenda, *q.6. n.*16.

Vulnerans.

Vulnerans alium propter Superioris vel tyranni minantis mortem metum, in foro exteriori excusatur, *q.*65.*n.*86

Vxor.

Vxor filij Clerici venit appellatione suorum, *q.*4 *n.*52. Repetere potest dotem à viro, qui licèt bona sufficientia pro dote restituenda habeat; non tamen pro conditione sua, & ad decentem victum redditus ex eis percipit necessarios, *ibid.*§.4.*n.* 171. Habet dominium in rebus dotalibus, *quæst.*16.*n.6.post med.* An possit

possit cum consensu viri censum super re dotali imponere? *q*,22. *n*. 22. Nullum interesse, vel lucrum prætendere potest pro dote post annum à morte mariti non restituta, *q*.26. *nu*. 51. Et quid si vxor pauper esset, & pro alimentis, vel aliis necessariis sumptibus pecuniam sub vsuris acciperet; vel aliter ex dotis retardata solutione læderetur, *ib.n*.52.*& seqq*. An damnum emergens vxor diues post annum consequatur? *ibid. n*. 53. Consequitur à marito alimenta, litisque expensas, siue agat, siue conueniatur, sine de adulterio accusetur, siue pro matrimonio separando, vel dirimendo, pro dotéve recuperanda agat, *q*. 39. *num*.21. Non tenetur pro debito mariti, *q*. 48.*num*.5. Diues tenetur soluere pecuniam, quam vt se, suosque aleret, mutuam maritus pauper recepit, *ibid. n*. 9. Et non solùm pecuniam à marito pro alimentis acceptam necessariis, sed & ad status conseruationem, *ibid. n*. 10 Et pro pensionibus domorum, *ibid. n*. 11. Et pro expensis in emendo sustinendóque curru, si id eius exposcat conditio, *ibid. n*.12. Vel si merces emptas acceperit maritus, easque vt vxorem aleret, reuendiderit, licèt immediatè reuenditarum mercium pretium in alimenta non conuertatur, *ibid. num*. 13. Secus si maritus tempore quo debitum contraxit, pauper non esset, *ibid. n*.14. Alimenta, necessariáque ex fructibus dotis, vel aliis etiam bonis, licèt sua culpa ad paupertatem deuenerit maritus, illi præstare tenetur *q*.54.*n*.32. Quæ adulterium commisit, non solùm bonis mariti; sed etiam dote priuatur, *ibid.n*.33. Vagabundi cum quo scienter contraxit, eum sequi tenetur, *quæst*.45. *num*.24.*remissiuè*, *in fin*. Vxorem ducere absque dote, pauci, aut nulli volunt, *q*.17.*n*.47.

Vxor pauper, quæ fratrem diuitem habet, à quo alimenta consequi potest, an quartam ex bonis prædefuncti mariti diuitis ex dispositione, *Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor* deducat? *q*.56.*num*.23. Et quid in ea, quæ patrem diuitem habet? *ibid.n*.24.*& seqq*. Facultates in actu, non in habitu habere debet, vt beneficium hoc ei denegari possit, *ibid. n*.25. Quæ ex redditibus dotis alimenta non percipit necessaria, quartam prædictam habere debet, *ibid.num*.32. Nec ad hoc proprietas vendi debet, *ibid. n*. 34. Quæ vnde viuere possit, habet, non tamen sic honorificè, & lautè vt cum marito viuebat, an à beneficio quartæ remoueatur? *ibid.n*.41. Et quid si secundùm necessitatem, licèt non secundùm dignitatem viuere possit? *ibid.n*.42. *& seqq*. Industriosa indotata, vel dotata incongruè, si ex artificio, iunctisvè dotis redditibus viuere possit, an quartam habeat? *ibid.n*.35-38.*&* 39. Nobilis nec viro viuente tenetur operari, nec mortuo, viliores operas quàm eo viuente faceret, exercere, *ibid.d. num*.35. Quæ mortis mariti tempore inops reperitur, quartam retinere, aut consequi potest, licèt ad meliorem postmodum fortunam deueniat, ditiorque fiat, cum maritóve diuite matrimonium contrahat, *ibid. n*. 77. Et quid si diues incontinenti fiat? *ibid.d.quæst*.56. *n*.78. Aut etiam pauper, cum diues esset? *ibid*. Quartam non detrahit si plures quàm tres extent liberi, sed in virilem succedet, *ibid.n*.88. Ex quibus causis, & quibus in casibus quartam hanc non detrahat? *ibid.n*.95. *cum multis seqq*. Pauper, quæ à primo coniunge cuius etiam bona confiscata essent, quartam non petiit, in bonis secundi eam non debet habere, *ibid. n*. 116. Quartæ huius ius an ad hæredes transferat? *ibid n*.119. Alia vide verb. *Coniux*, & verb. *Dispositio*. Sui potestatem non habet; sed meritus, *quæst*.65. *num*.91.

Finis primæ partis.

D. GABRIELIS

D. GABRIELIS ALVAREZ DE VELASCO VALLISOLETANI,

DE PRIVILEGIIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM,

PARS SECVNDA.

AD LECTOREM

CVM non Nobis minor ſit erga Pauperes, Miſerabileſque perſonas charitas, & affectio, quàm eoſdem pro facultatibus noſtris iuuandi obligatio, vt *ſuprà quæſtione noſtrâ trigeſimâ quartâ* ſatis diffusè demonſtrauimus; Ideò hanc ſecundam de Pauperum, Miſerabiliumquè perſonarum priuilegiis partem priori adiecimus, vt ea, quæ breuitatis causâ in ipsâ prætermiſeramus, hoc in loco meliùs, & fuſiùs tractentur: Tanta equidem, tàm ex Diuinis, quàm ex ſcriptoribus Ethnicis ad Pauperum, miſerabiliumquè perſonarum fauorem, ſtudio, & diligentiâ noſtrâ aduocauimus, vt iis omnibus; quæ in præcedenti parte deeſſe videbantur, ex integro ſatisfeciſſe arbitremur: Hunc noſtrum gratum habeas laborem, quem tibi, vtilem omnino exoptamus, Vale.

Dans veniam ſcriptis, quorum non gloria Nobis;
Cauſa, ſed vtilitas, officiumquè fuit:

Licent. GABR. ALVAREZ de Velaſco.

C. D. R.

ELENCHVS.

Quæstionum in ac Secundâ Parte contentarum.

QVÆST. I.

Nomina hæc, Miser, Miserabilis, & Miserandus, quid significent? & an, & quatenus inter se differant? pag. 10. col. 1.

II.

Miserabilis, vnde & quis dicatur? pag. 11. col. 2.

III.

Vtrum viduæ pupilli debiles, aut diuturno morbo fatigati Miserabiles *sint; possintquè aduersarios suos in prima causæ cognitione ad principem trahere inuitos? ab aliis autem ipsi trahi nequeant? quatenusquè priuilegiati existant?* pag. 17. c. 2.

IV.

Vtrum Orphani miserabiles sint, legisquè nostræ vnicæ priuilegio gaudeant? Pag. 52. col. 2.

V.

Vtrum minores Miserabiles sint, legis nostræ vnicæ fori priuilegio vtantur, quatenusquè priuilegiati existant? pag. 54. c. 1.

VI.

Vtrum Virgines, cælibemquè vitam agentes Miserabiles sint & quomodo legis nostræ vnicæ Priuilegio gaudeant? pag. 65. c. 1.

VII.

Vtrum Nupta inutilem Maritum habens legis nostræ vnicæ forì Priuilegio gaudeat? pag. 70. c. 1.

VIII.

Vtrum Ecclesia inter Miserabiles personas contineatur, legis nostræ vnicæ fauore vtatur; quatenusque priuilegiata existat? pag. 72. col. 1.

IX.

Vtrum clerici & Ecclesiasticæ porsonæ, quas Doctores nominant, Ecclesiæ nempe seruientes, in ea manumissi, illius Officiales Rustici vel Coloni, publicæ penitentes, aut nouiter ad fidem catholicam conuersi, miserabiles dicantur, legis nostræ priuilegio gaudeant? quibusque aliis? pag. 117. c. 2.

X.

Vtrum Vniuersitas Miserabilis persona dicatur, priuilegio legis nostræ vnicæ gaudeat, & quatenus priuilegiata existat? pag. 125. c. 2.

XI.

Vtrum Carcerati Miserabiles dicantur, fori electionem iuxta legem nostram vnicam habeant; quibusquè aliis priuilegiis fruantur? pag. 136. c. 1.

XII.

Vtrum Scholastici Miserabiles sint personæ, & legis nostræ vnicæ priuilegio gaudeant? pag. 143. c. 1.

XIII.

Vtrum Agricola sit persona Miserabilis, & legis nostræ vnicæ priuilegio gaudeat? pag. 147. c. 2.

XIV.

Vtrum Mercator sit Miserabilis persona & legis nostræ vnicæ sicut prædicti, priuilegio gaudeat? pag. 159. c. 1.

XV.

Vtrum Peregrini, & Aduenæ Miserabiles personæ sint, & legis nostræ vnicæ Priuilegio donati sint? pag. 163. c, 1.

XVI.

Vtrum Captiui Miserabiles sint personæ & legis nostræ priuilegio vtantur, & quatenus? pag. 170. c. 2.

XVII.

Vtrum Milites, Miserabiles sint personæ, vtque Miserabiles legis nostræ vnicæ priuilegiis gaudeant, quibusque aliis fruantur? pag. 180. c. 1.

XVIII.

Vtrum Senex miserabilis sit persona, & legis nostræ vnicæ dispositione comprehendatur; quibusque aliis priuilegiis gaudeat. pag. 200. c. 1.

XIX.

Vtrum prodigus, aut Auarus Miserabilis sit persona, fori electione, aut aliis quibusque priuilegiis gaudeat? pagin. 214. col. 1.

XX.

Vtrum cupidineo amore captus Miserabilis sit persona fori priuilegio, aliisve gaudeat? pag. 217. c. 1.

PROOEM.

PROOEMII SVMMARIVM.

1 TRACTATVS huius conscribendi ratio, discriminisque ab altero de priuilegiis pauperum, & miserabilium personarum ab Auctore iam in lucem edito, & n.12.
Error communis maiori animaduersione dignus, cauendumque ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem. ibid.
Error, aut confusio circa legem vnicam C. quando Imper. inter pupill. & vid. vnde pracipuè deuenerit? ibid. & nu. seqq.
2 Relatiuum alius, alia, aliud, cuius natura?
3 Diuersa ratio diuersũ ius postulat statuẽdũ.
4 Personæ miserabiles quæ dicantur? Et an omnes fori priuilegio gaudeant. & seqq.
Labori cum parcitur, recta sæpè via perditur. ibid.
5 Miserabilium diuersæ species numerantur.
6 Miseri à lege vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid. nominati, ad eiusque priuilegium vocati, non etiam ad alia sæpè miserabilium priuilegia admittuntur.
Si diuites sint, gratis ab Aduocatis, aut Procuratorib. iuuari necessariò non debent. ib.
7 Neque eorum causæ summariæ dicuntur, neque summariæ tractantur.
8 Neque legatum miserabilibus factum consequuntur; nec prædictis diuitibus factum pium dicitur, nec si pro dote, alimentis, aut pro anima relinquatur eisdem.
9 Rescriptum contrà miserabilem impetratum miseriæ qualitate non expressa surreptitium, & inutile redditur.
10 Qualitas, quæ ad rescripti concessionem difficiliorem Principem reddere potest, exprimi in supplicatione necessariò debet.
11 Franciscus Carrascus in tract. de casibus Curiæ reprehenditur.
12 Ioan. Maria Nouar. in tract. de priuilegiis miserabilium personarum, carpitur, & sequent. & num. 85.
13 Factum à maiori vniuersitatis parte, an in miserabilium personarum teneat præiudicium. & num. seqq.
14 Minor pars maiori potiorique ratione nixa, maior reputatur.
15 Generalis, aut etiam specialis renunciatio, an legata miseris facta comprehendat. & nu. 16. 17. & 18.
16 Beneficium alicui miserationis, ac pietatis intuitu concessum, per verba generalia non tollitur.
17 Miserabilis, an priuilegio pietatis intuitù concesso à lege valeat renunciare.
18 Facilius admittitur renunciatio hominis, quam legis priuilegij.
19 Confessio extraiudicialis, an miserabilium fauore probet.
20 An post litem contestatam, exceptiones dilatorias opponere miserabiles possint.
21 Miserabilium, & piæ causæ fauore, an enunciatiua verba disponant, & probent.
22 Falsi pœna, an miserabiles puniantur.
23 Iure sibi cesse onerosa, vel lucratiua causa, agere & Principem habere primum iudicem, num miserabilis possit.
24 Cessio miserabilibus facta, simulata non præsumitur.
Et an id speciale, vel regulare sit.
25 Primum testamentum solemne, in quo miserabiles personæ institutæ sunt, vel pia causa tollatur.
26 Legatum miserabilibus, aut piæ causæ factũ an diminutionem pro rata non patiatur, licet patrimonij vires non sufficiant.
27 Donatio miserabilibus, aut piæ causæ facta, latè interpretanda.
28 Miserabilium, & piæ causæ gratia, an donatio præsumatur, vel in eorum præiudicio non præsumatur. & num. seq.
30 An in facultatiuis præscriptio, & obligatio miserabilium fauore inducatur. & tribus num. seqq.
31 In facultatiuis nulla regulariter præscriptio currit.
32 Tempus non est inducendæ obligationis modus, neque pia quidem causa, aut alimentorum fauore, ni aliquis, etiam inualidus; obligationis titulus adsit.
33 Pia causa quilibet stipulari potest; quod hodiè regulare est.
34 Legata miserabilibus facta, etiam non adita hereditate debentur.
35 Miserabilium, vt Ecclesiæ fauore, an instrumenta nouiter reperta (eorum etiam negligentia data) post conclusionem in causa produci valeant.
36 Sententia contrà miserabiles personas lata; an vt contrà Ecclesiam, repertorum de nouo instrumentorum prætextu, retractari possit.
37 Mobilium legatum miserabilibus factum, an acquisita post testamẽtum cõprehendat.
38 Legis taxatiuè loquentis, an Ecclesiæ, & miserabilium fauore extensio fiat.

39 *Donatio miserabilibus facta, cum pacto praestandi alimenta donanti, si non praestentur, non reuocatur.*
Et an id speciali fauore, vel natura pacti (quod magis in modum, quam resolutionem sonet) eueniat.
40 *Miserabilium, vt Ecclesiae Aduocata femina esse potest.*
41 *A domo conducta, an miserabiles expelli possint, si tantum quantum alij offerunt, praestent.*
42 *Miserabilium gratia, an executionis ordo praeuerti possit.*
43 *Personae miserabiles legatariae, an propria authoritate capere legata possint.*
44 *De legatis miserabilibus factis, an non detrahatur falcidia.*
45 *Monitoria reuelationis, an etsi res de qua agitur non exprimatur, miserabilibus concedantur.*
46 *Duabus sententiis, altera pro miserabilibus, aduersus eos altera; an quae miserabilibus fauet attendatur?*
Et quid in Fisco; ibid.
47 *In duarum opinionum conflictu, quae miserabilibus fauet, in dubio tenenda.*
48 *Duobus testamentis eodem die confectis, quod miseris fauet, prius celebratum praesumitur.*
49 *Actore miserabili non probante, an reus sit absoluendus.*
Ex speciali ad generalem casum non licet arguere.
50 *In criminalibus miserabilium personarum causis an per inquisitionem officio suo procedere iudex possit?*
Et an ad id iam regulare ius, consuetudoque effecerit? ibid.
51 *Ad honorabile officium promotus, an Ecclesiae, miserabiliumvè fauore, ad vile subeundum cogi possit.*
52 *Pauperibus relicta pro malè ablatis, reuocari non possunt.*
Et quid si solùm miseris absque alia adiectione relinquantur? ibid.
Legata pia, an eiusdem coniecturis reuocata, quibus alia censeantur. ibid.
53 *Legatum miseris relictum, an alienatione, etiam post testamentum facta, debeatur, aut videatur reuocatum.*
54 *Legata miserabilibus facta, si cancellata reperiantur, nec testatoris voluntate deleta constet, an vt Ecclesiae debeantur.*
55 *Aequitas non scripta miserabilium, & piae causae fauore, an scripto rigori praeferatur.*
56 *In causis piis ius Canonicum attenditur, neque in eis instantia perit.*
Et an idem in miserabilium causis.
57 *Legatum indebitum miserabilibus solutum, an vt pium non repetatur.*
58 *Mandatum miserabilium gratia, an, morte mandantis expiret.*
59 *Miserabiles an eligendi meliora facultatem habeant.*
60 *Praelegata an veniant in fideicommissi restitutione, quando Hospitale, vel miserabiles personae sunt substitutae.*
61 *Bona administratoris Hospitalis malè administrantis, tacitè eidem sunt obligata.*
62 *Pro miserabilib. an fideiubere feminae possint.*
63 *Testamentum imperfectum, non voluntatis, sed solemnitatis ratione, an miserabilium fauore sustineatur.*
64 *Executor testamẽti miserabiliũ vel piae causae commodum continentis, si executoris munus subire recuset, an mortaliter peccet.*
Executoris testamenti munus voluntarium est. ibid.
65 *Testamenti executor, an vt in propria causa, pro miserabilibus munus suum alteri committere possit.*
66 *Executor testamenti, in quo miserabiles personae legatariae relictae sunt, an haereditate non adita, bona haereditaria alienare, dispensareque possit.*
67 *Testamentum, in quo miserabiles personae institutae sunt, an praesumptionibus, aut etiam nutu testatoris firmum sit.*
68 *Testium rogitus, an in testamento in quo miseri instituti sunt, desideretur.*
Quidque regulariter hodiè. ibid. remissiuè.
69 *An coram Parocho, & duobus testibus huiusmodi testamentum subsistat.*
70 *Legatum rei alienae, siue scienter, siue ignoranter miserabilibus factum, an valeat.*
71 *Donatio miserabilibus facta, an insinuatione egeat.*
72 *Exemptus iudiceq; conseruatorẽ habens, aduersus miserabiles exceptione vti nõ potest.*
73 *Miserabiles an à domo conducta, domini superueniente necessitate, expelli possint.*
74 *Testes etiam non periti instrumenti deperditi tenorem fauore Fisci probant.*
Et an miserabilium gratia. ibib.
75 *Gratia, seu beneplacitum publicam vtilitatem respiciens, sicut morte concedentis non expirat: an ita quoque si miserabilium commodum tangat.*
76 *Testium reprobatio, an in miserabilium causis locum habeat?*
In iudiciis summariis, an testium reprobationi sit locus. ibid.
77 *In miserabiliũ causis, an cõclusio desideretur.*
78 *Dos miserabilib. personis data, ab eo qui dotem constituere tenebatur, an incongrua, earum fauore censeatur.*
79 *Sententia in fauorem tutorũ, vel administratorum rerum miserabilium prolata, an executioni mandetur, si tutor, vel administrator rationes non reddiderit.*
80 *Executor testamenti, in quo miserabiles sunt instituti, an inuentarium conficere debeat.*
81 *Monachi aut Religiosi claustrales, an miserabilium fauore, vel regulariter etiam, Superiorum licentia, testamentorum executores esse possint.*
82 *Et quid circa Fratres Minores de Obseruãtia? Quidq; si testator praecipiat, vt executores testamenti sui, pecuniam inter pauperes per Fratres Minores, vel de eorum consilio eligendos distribuant: an pauperũ electionẽ Minores tunc facere possint.* & n.83.
84 *Tutor qui aliquid à sponso, vel eius patre accepit, vt illi pupillam nuptui traderet, an si acceptum miseris restituat, liberetur.*
Ad restitutionem obligatus si dñus ignoretur, pauperibus erogando, liberatur. ibid.
86 *Scriptores amplius ratione niti quam opinionibus debent. Non enim quod multorum, ideò melior sententia est.*

PRO

PROOEMIVM.

1 Qvamvis *de Priuilegiis Pauperum* in tractatu, *Miserabilium* † quoque *personarum*, titulum adiecerimus: de pauperum tantùm priuilegiis (vt de miserabilioribus, in quibus dicta, aliis etiam conueniunt) non de cæteris (quemadmodum ibidem in procemio notamus) sigillatim agere decreuimus, præstitimusque pariter. Separatim enim *Miserabilium* priuilegia (& materiam præcipuè *legis vnica, C. quando Imperator inter pup. & vid.*) pertractare nobis cordi inerat. Cui & inferiùs subiiciendus casus desiderio calcaria addidit. Confusè namque, & absque aliqua distinctione, eius *Miserabilibus* Doctores commodant priuilegium. In ipsorumque numero infinitos propè congerunt, quorum tamen multi, nec dictæ legis, nec pleraque ex priuilegiis, quæ gregatim *Miserabilibus* tribuunt competunt. Qui non tam dictæ legis generalibus verbis, quàm Doctorum incuria. communis factus est error. Maiori ideò animaduersione dignus. *Nihil enim* (vt perbellè *Senec. de vita beata, cap. 1.*) *magis praestandum est, quàm ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem; pergentes, non qua eundum est; sed qua itur.* Insuper addens: *Versatque nos, & præcipitat traditus per manus error; alienisque perimus exemplis. Sanabimur, si modo separemur à cœtu.* Huic (nos à cœtu separantes) occurrere curabimus. Quem illi recusarunt, sustinentes laborem. Ex eo enim, quòd pupillis, viduis, diuturnoque morbo fatigatis indulserit Imperator, vt eum primum habere possint iudicem; aduersariosque in primæ causæ cognitione ad Curiam trahendi, & ne ab aliis ipsi trahantur, potestatem fecerit: huncque fauorem aliis etiam fortunæ iniuria *Miserabilibus* porrexerit: non solùm similes nominatis (vt relatiui. *Alij* † in præfata
2 lege adiecti, est natura, veluti, 1. *part. de priuileg. pauper. quæst. 7. num. 14. & quæst 9. num. 22.* nonotauimus.) Sed longè dissimiles inter *Miserabiles* & numero, & auctoritate validissimi) Doctores recensent; omnibusque æqualiter & prædictæ legis, & cætera omnia priuilegia concedunt: cum tamen diuersa inter eosdem sit ratio:
3 quæ diuersum, † per consequens, ius postulat statuendum, ex *l. duobus 25. de testament. tutel. & l. Tau, 25. D. de mort. caus. donat.* Miserabiliumque numerum (præter iam relatos) ex pere-
4 grinis, † rusticis pauperibus, minoribus, captiuis, Ecclesia, Ecclesiasticis personis, his seruientibus, ciuitate, meretrice, scholaribus, publicè pœnitentibus, expositis, senibus, cæcis, carceratis, nouiter ad fidem conuersis, cruce signatis, Virgine, Cælibe nupta inutilem maritum habente, milite, prodigo, aliisque in discursu adducendis, iuris monarchæ componunt *Innoc. in cap. significantibus, de offic. & potest. iudic. deleg. num. 1. & seqq.* Anton. de Butr. *num. 22.* Imol. *num. 19. vsque ad 23. specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua, num. 62.* Syluest. *in summ. verb. Miserabiles persona,* Petr. Rebuf. *ad constit. Gallic. tit. de sentent. prouisional. art. 5. glos. vlt.* Ioseph. Mascard. *de probat. concl. 1065.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 66.* March. *de commiss. auoc. causar. part. 2. §. 2. nu. 1. & seqq. & num. 27. 28. & 29.* Ricc. *collect. 2720. part. 7.* Marta *in Comm. success. legal. part. 5. quæst. 18. art. 4. num. 18.* Antonin. Thesaur. *decis. 177. nu. 1. & seqq. & ibidem eius Additionator, lit. A.* Card. Tusch. *practic. conclus. lit. M. concl. 275.* Thom. *Acti. de infirmitate, 1. part. cap. 13. nu. 5. & seq.* Quorum plerique, *Miserabilium*, simul priuilegia recensendo, absque aliqua distinctione relatis commodant. Vt cùm de *Miserabili*, vel eius in specie priuilegio quæritur, deciditurvè: de omnibus actum velint. Mirabile quidem, inter tot tantosque eximios Doctores hanc ex professo materiam tractantes, nullum (quem viderim vidi autem relatos omnes) in tam aperto *Miserabilium* discrimine differentiam aliquam constituisse, aut desiderasse: sed eis eorumque fauoribus glomeratim congestis; eisdem gaudere indistinctè firmasse: profusi sermonis velamine, difficiliorem prouinciam, prolixioremque laborem recusantes. Quibus illud *Lucrety de rer. natur. lib. 1.* conuenit.

Ardua dum metuunt, amittunt vera viarũ.

Sensit hoc vitium, & in *Petro Rebuffo*, (quem recentiores sequuti sunt) *Prosper. Carauita*, damnauit in *ritib. magna Cur. ritu 219. numer. 6.* non tamen emendauit. Veritatem inquirendi, ansam præbet, quam non inquirit. Viam à longè indicat: gradum tamen ab ea reuocat. Ait enim: *Quia multæ sunt personæ, quas* Rebuf. *inter miserabiles posuit; quibus hoc priuilegium electionis non tribuitur; etsi aliàs alio respectu essent miserabiles.* Nec longè ab eodem, eruditissimus D. Præses *Couar.* abesse videtur. Qui *practicar. cap. 6.* generalem proponens disputandam quæstionem: *De his qui pro iure exigendo, possunt alios ad curiam Regis vocare; quoad primam causarum cognitionem*: pupillis, & viduis à lege nostra vnica; pauperibusque à *lege Regia. 5. tit. 3. part. 3.* ab eademque lege vnica virtualiter comprehensis (vt ponderat à relatis: etsi *Miserabilibus* hoc fori competere priuilegium *num. 1.* dicat: non de aliis quæsiuit, aut egit.

Miserabilium namque diuersæ sunt species. † Quidam enim, actu simul & habitu; habitu quidam tantùm. Strictè, & verè alij; quidam interpretatiuè; largè, & impropriè. Alij natura, ab accidenti alij. Fortunæ iniuria; propriavè culpa. Quidam absolutè, & simpliciter: alij, quoad quid, & aliquo respectu *Miserabiles* existunt. Quibus miseræ conditionis diuersitas; diuersum quoque ius tribuit; vt in huius tractatus progressu (cum de minore, vniuersitate, Ecclesia, rustico, mercatore, similibusque agimus) apparebit. 5

Ex *Miserabiliumque* diuersitate, plures quoque differentiæ descendunt. Iidem namque ipsi ab eadem lege nostra vnica nominati, ad eiusque priuilegium vocati. vidua, pupillus, diuturnoque morbo fatigati: † non etiam ad alia sæpè

miserabiles iudicantur, neque miserabilium priuilegiis gaudent. Non enim si diuites sint, gratis ab aduocatis, procuratoribusvè iuuandi necessario sunt; nec ab sportularum iudicum solutione excusantur, vt norant: Prosper. Carauit. *in ritib mag. cur. ritu. 19. nu. 11.* Vincent. de Frach. *decis.* 100. *num.* 20. Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. 2. p. cap. 2. num.* 98. Adrian. Negusan *resp. quest.* 186. *num.* 2. *& quast.* 251. *num.* 30. *& seqq.* Iacob. Cancer. *variar. resolut. tom. 2. c. 2. n. 6.* ita Cathaloniæ praxi seruatum asserens. Firmantque dicta à *nobis de priuil. pauper.* 1. *part. q.* 28. *num.* 41. *& seqq.*

Neque eorumdem causæ (si pariter diuites
7 sint † summariæ dicuntur, vt summariæ tractantur, reste, defensoréque, Maranta *in praxi iudic. 4 part. dist. 9. num.* 79. antiquioris impressionis; recentioris autem, *num.* 195. quem *dict.* 1. *part. quest.* 55. *num.* 10. Nos quoque adducimus. Vbi pariter miserabilium causas summarias esse, summariéque tractandas, multorum auctoritate ostendimus.

Non item vidua, pupillus, orphanus, infir-
8 mus, & similes diuites, legatum *miserabilibus* † factum consequentur; neque his relictum, pium dici, firmat scientissimus Andr. Tiraquell. *de priuil. pia caus. in prafat. num.* 12. quem sequitur, *Mones. de commutat. cap. 4. num.* 35. Imò nec si pro dote, alimentis, aut etiam anima relinquatur eisdem, vt *de priuil. paup.* 1. *part. q.* 52. *num.* 17. 18 *&* 19. ostendimus.

Denique (vt alia in præsenti faciamus omissa, in discursu videnda) si contra *miserabilem*,
9 quis rescriptum impetret; nec miseriam specialiter, qua laboret, in supplicatione declaret; † surreptitium inutileque reddi (ex Cardin. *cons.* 136. *num.* 10 Archidiac. *in cap. licèt nos* 8. *dist.* & Innocent. *in dict. cap. significantibus, de offic. delegat.* cùm Felin. *ibi, n.* 6.) asserunt Marqnes. *de commiss. auoc. causar. part. 2. §. 2. num. 4. &* Card. Dominic. Tusch. *pract. conclus. dict. lit. M. concl.* 274 *n.* 1. Nevizan. *in sylu. nupt. lib. 6. n.* 37. *inter communes opiniones, lib.* 5.

Miseriæ namque specifica qualitas, maiorque,
10 vel minor *Miseri* infœlicitas faciliorem, † difficilemve ad concessionem principem reddere potest, cuius ad rescripti valorem specificam declarationem omninò requiri, cùm propè infinitis (qui nos ab aliorum allegatione excusat) tradit (erudissimus pariter, & in relatione fidelissimus Pat. Sanchez *de matrim. libr. 8. disputat. 21. nu.* 10

An prædicta, hac in materia scribentium (æquè *miserabilium* priuilegia omnibus indistin-
11 ctè donantium, nouissiméque *Francisci Carasci*, † à quo nobis leuamen pollicebamur, in libello de casibus Curiæ, qui ad manus nostras cum vltimã penè huic imponeremus, peruenit) desidiam meritò incussissent; cùm inscitiã nequeant: aliorum relinquimus iudicio. Tritam enim viam ambulauit & ipse, priorum vestigiis, sectæque inhærendo, à *num.* 50. cum aliquibus sequentibus *miserabilium* collectione facta (cœtui se reliquorum inuoluens) *miseros* dictæ legis vnicæ forique priuilegio indistinctè, sine altiori indagine gaudere affirmans.

12 Neque absimile, quod cum *Ioanne Maria Nauario.* † Nobis accidit. Postquam enim *de priuilegiis pauperum, & miserabilium personarum*, primam, & secundam perfeceramus, prælloque dederamus partem; cum de *miserabilium* priuilegiis librum edidisse Fama tulit. Quæ & mihi nonnullam, & librario (cuius sumptibus nostet in lucem tunc prodierat) maiorem curam ingessit. Nec quidem immeritò, cum & copiosus, & acceptus *Nauarius* suis prioribus exararet scriptis: posterioribusque potiori commendatione, acceptioneque dignum reddendum ratio postularet. Solicitudinem libri carentia auxit, cõiecturisq; præbuit locũ. De quibus cũ inter doctissimum (mihique pariter arctissima amicitia iunctum, regalium supernorum Senatum disertissimum Aulicum, omniumque bonarum artium acerrimum cultorem) meque, inter alia, sermo incideret: an à *Nauario* ego: an à me ille, in *Miserabilium* priuilegii decerpendis, discederet: an differentem, eandemve elegisset viam: Diuersam, illud mihi suadebat; quod pauperum præcipuè (tanquam maximè miserorum, in eisque dicta, in aliis quoque *miserabilibus* prolata censerentur) priuilegia recenserim: Nauarium autem, *miserabilium* omnium sigillatim fauores prosequuturum, videbatur mihi. Animo cessit vtilitate, & pulchritudine labor, ac mihi quod illac non pergerem, increpaui. Ea imaginationis, mentisque conceptus, vis? quem enim in ea modum formaueram *Nauarium* sequutum, adeò mihi persuadebat, vt nullum penè dubitationi locum faceret. Nec ideò minor videndi librum cupiditas instabat Quem cùm anxiè perquisiissem apud dignissimum tandem Italiæ tunc regentem (Iurisprudentiæ Antistitem, animi dotibus non minùs quam sanguine clarum, virtutumque splendore fulgentem, ad supremum iam meritò Senatum euectum) D. Ioannem Baptistam Valençuela Velazquez; non tamen quem finxeram ac desiderabam inueni. Paruũ quidem libellum; sed (si ita dicere fas est, contemptu, & iniuria procul) vtilitate minorem, nihil enim aliud quam à Tiraquello *de pia causa* dicta transcribere, *miserabilibus* commodando, effecit. Si quid ab eo non desumpsit; à Marco Anthonio Genuense *in practicabilibus Ecclesiasticis* (à pia causa, Fisco, republica, minoribus, similibusque, Ecclesiæ priuilegia, operosius licet, ac subtiliori calamo formante) mutuatus est. Gratias vterq; Tiraquello agat, cuius labor, eorum fuit otium, cuius fatigatio requies. Quorum nos vitium effugere cupientes, ab ipsis dicta, peritissimoque *Surdo de alimentis* (quæ miserabilibus conueniebant, vt transcriptionis notam vitemus) omissa data opera fecimus. Quemadmodum & in 1. *part. de priuil. pauper. praelud. num.* 3 aduertimus. Etsi quandoque in eos incidere sit omninò necesse. Quod enim semel aut bis aptè, ac decorè; sæpè, ineptè, semper fit verecundè. Quid autem ineptiùs, Quid indecentiùs, quam semel, & iterum *miserabilium* priuilegia ex piæ causæ similitudine petere; Integrumque hoc modo librum componere? Nec legis, nec Doctoris specifica assertionis suæ authoritate nixus? Quodque breui quidem pagina comprehendere (dicta æquiparatione præhabita) posset ad libri vsque volumen protendere? Effingendo quæstiones quibus si conuenirem scripta vtilitatem præ se ferrent mererent laudem, maximumq; honorẽ auctori cõpararent Sed aut eis non respondent, aut formatum speciale nullo aut leui quidẽ

argu

argumento(modo iam dicto)probat:dissimilibus verbis, eadem tamen substantia priuilegia componens. Si pleraque, & præcipua adiecerimus; veritas libro carentibus apparebit. Quæ, vt & liuoris nota longè absit;& nostrum quisque opus hac ratione non carpat;ab eo nec nos mutuasse quidquam,& difficiliorem, longéque dissimulem prouinciam aggressos pateat: breuiter (nec enim ad latam impugnationem nostra se conuertit oratio) compendij loco, cursimque nectemus.

13 Igitur priuilegio 2.regulæ *legis quod maior, D.ad municip.* miserabilium fauorem pro limitatione adducit. Vt licèt à maiori vniuersitatis, vel Concilij parte † factum teneat:non quidem, si in *miserabilium* præiudicium vertatur. Neminem firmantem profert, in casusque tantum contingentia se ita consultum respondisse, ait. Quia cùm in quadam Neapolitani Regni ciuitate, foret per maiorem ciuium partem conclusum,vt pro egenis,infirmis,*miserabilibusque* fieret Hospitale:aduersus maiorem contradicentem, posse fieri obtinuit. Ea ratione, quòd in minore parte aderat maior pietas, maiorque per
14 consequens ratio, † minorque tunc pars, maior reputetur,ex *glos.in cap.* . *§.quod circa,verb. rationabiliter,de his,quæ fiunt à maior.parte capituli.* Quam quidem decisionem non miserabilium specialis fauor; sed generalis ratio introduxit. Quæ vbi potior,saniusvè iudicium affuerit,præualebit ex tex.*in cap.1.2.& per tot. de his quæ fiunt à maior.parte.cap.* expressoque de iure Regio,in *l.*10.*titul.*14.*part.* 1. cum multis aliis, quos in id conciuis noster congerit *Ioan. Garcia de nobilit.glos.*3.§.2.*n.* 20. totum ius in hoc concordare affirmans.Illudque in *Nauarij* casu extitisse,satis quod addit ipse,monstrat: In ciuitate nempè opulenta Hospitale non esse.

Ita similiter priuilegio tertio, *miserabilium* fauore generalem, aut etiam specialem renun-
15 ciationem † legata *miserabilibus* facta non comprehendere;sine aliqua lege,vel auctore firmat; sed sic pariter consultum respondisse.Ex eo quòd beneficium alicui concessum miserationis, &
16 pietatis gratia, † per verba generalia non tollatur, ex traditis ab *ipso in praxi,quæst.* 46. *num.* 20.*cum seqq.sect.*2. Quæ quidem ratio priorem nequaquam decisionem comprobat, differentia ex facto hominis,vel legis(quæ illius confirmatione deducitur)existente. Aliud est enim *miserum* ipsum specialiter fauori suo renunciare: aliud in specie concessum à lege,per alterius generalem dispositionem non tolli,neque ea *miseros* comprehendi,vt infrà *quæst.*3.*num.*26. notamus.Inductione verò concessa:eadem ipsa difficultas. manet. Cùm ad generalem tantùm renunciationem;non etiam ad specialem ratio trahi valeat;nec confirmationem suam(qualemqualem)ad specialem renunciationem;sed generalem referat ipse.

17 Posse autem *miserabilem* priuilegio eidem pietatis intuitu à lege concesso†renunciare(post multa hinc inde) ipsemet *Nauarius in praxi, sect.*2.*q.à n.*5.*cum seqq* concludit, *Nosque dict. q.*3.*num.* 27.aduertimus. Fortiùs ergò hominis (& sic legato) poterit renunciare fauori: cuius
18 faciliùs†quàm à lege traheretis originem admittitur renunciatio,*Sigismund.Scaccia* teste,*de appellat q.*7 *n.*115.

Confessionem extraiudicialem, miserabilium † fauore probare (nemine pariter in specie firmante adducto,piæ causæ similitudine)*priuilegio* comprobat *octauo*. 19

Ad mulieris quoque,& minoris similitudinem (ex *l. de die,§.si seruus*,& ibidem doctoribus, *D.qui satisd.cog.*)etiam post litem contestatam† 20 exceptiones dilatorias opponere miserabilem posse,*priuilegio* 9.tantummodo profert. Qua de re *nos infr.q.*8.*n.*173.

Eodem etiam modo (piæ causæ instar,nemineque in specie citato) *priuilegio* 13. miserabilium fauore enunciatiua verba † disponere, & 21 probare,asserit. Quam in pia causa assertionem firmarunt(quos non adducit)Mascard.*de probat. concl.*388.*n.*3.*concl.*622.*n.*41.*& conclus.* 1176. *n.*58.Nicol.Genua *de verbis enunciatiu.lib.* 2.*q.* 23.*num.*1. *& seqq.*ex *text.*præcipuè in *c.fin.de success.ab intest.* in verbis illis:*asseruit se,&c.*

Falsi pœna miserabiles † non puniri,ad illius 22 Regni pragmaticam notari dicit *priuilegio* 15. & ratione,& auctoritate omninò destitutus.Nulla quippè(generaliter etiam; aut indistinctè, vt ipse loquitur)fulciri legitima possit.

Ex iure sibi onerosa, vel lucratiua causa cesso,miserabilem agere†posse,aduersus Regni il- 23 lius constitutionem(etsi iure communi,vtroque in casu id regulare sit,*l. Per diuersas.* 22. *l. ab* Anastasio,23.*C. mandati)priuilegio* 16. affirmat. Fortiùs autem *nos* infrà *q.*3.*n.*16.posse miserabilem ex iure cesso Principem primum habere iudicem,quamuis id cedenti ius non competeret,ostendimus.

Cessionem deinde miserabilibus factam, † 24 simulatam non præsumi; *priuilegio* 17. tradit. Quod specialem nequaquam fauorem constituit;sed commune est omnibus.Cum simulationem,dolum,aut fraudem præsumi,leges,vetent, quas adducimus in *axiomatib. nostris lit. D. n.* 177.Nec gratuitam,aut etiam onerosam cessionem (certis casibus exceptis)simulationis vitio damnant,*dict.leg. Per diuersas,l.* ab Anastasio, aut Regia 64.*tit.*18.*part.*3.Cessionemque regulariter non præsumi simulatam,ab allegante ideo simulationem probandam; aduertunt Roland. à Vall *cons.*6.*num.*28.*& seq.lib.*3. Hippol. Bonacos.*in tract.de præsumpt.lit.* S. Iacob. Menoch. *eod.tract.lib.*3.*præsumpt.*125.*num.*1.

Priuilegio 21. primum testamentum solemne,† per secundum minus solemne, in quo mi- 25 serabiles personæ institutæ fuere, tolli contendit.Nil tamen in confirmationem adducit:sed in qualibet pia causa id obseruari solitum,ex Tiraquel.*de pia causa,priuileg.*2. *in princip. & priuilegio* 53.necnon Couar.*de test.part.*2.*n.* 1. *ad med.*Cuius & allegatio vitiosa est,non enim ibi, sed in 2.*p.rubrica.n.*3 impressionum forsan diuersitas,errori causam præstitit.

Legatum miserabilibus factum, diminutionem † pro rata non pati, licèt patrimonij vires 26 non sufficiant;ex aliis causis piis *vigesimosecundo priuilegio*,probat. Quod(licèt ab eo non adductus)Tiraq.*priuileg.*72.tradit,inferiusque *nos q.*8.*n.*188.*& seqq.* præcipuè *n.*250.

Donationem etiam miserabilibus factam † in- 27 terpretandam latè (piæ causæ similitudine cùm solo *Genuense* de Ecclesia loquente *in practicabil.Ecclesiasticis,q.*2.*priuil.*23.)prodit.

Pariter atque *priuilegio* 30. Miserabilium gratia † donationem præsumi. Qua de re *nos* 28 *de priuileg. pauper.*1.*part. quæst.* 21. *numer.* 8.

 Quod

Quod si à similibus argumentum petamus; è conuerso, etiam in casibus, qui donationis præsumptionem inducunt, aduersus eos de-
29 ficere † nec in eorum præiudicium donationem præsumi, ex dictis in Ecclesia, quæst.8.num.187. apparet.

30 In facultatiuis, † præscriptionem, & obligationem miserabilium fauore induci (ex Rota, & Gabriele, apud quos non inueni) priuileg.24. prodit. Cùm in his nulla regulariter præscriptio
31 † currat, l.2.§. deinde Marcellus, & l. si eo fundo, D. de aqua pluu. arcend. Stephan. Gratian. discept. forens. cap.745.num.83. tom.4. Addoque id probantia iura, l. Proculus, 26. D. de damn. infect. & in l. qui iure familiaritatis, 41. D. de acquir. poss. plenissiméque tradentem nouissimè Castill. de tertiis debitis Regib. Hispan. cap.32. à n.1. vsque ad 14.

Ex limitatione (quam non probat Nauarius) inferens; eum qui quolibet anno, per multos, pauperibus quotidie aliqua erogabat; pro futuris præstationibus compellendum. Quod mihi absurdum, omninoque iuri repugnans videtur: ni
32 aliquem, † aut etiam inualidum (quod miserabilium, causæque piæ priuilegium est) pauperes titulum obligationis allegent, iuxta notata infrà, quæst.8.num.310. quæ & Antonij Gabrielis opinioni (pro limitatione hac non fideliter à Nauario adducti, eam tamen firmantis, commun. conclus. lib.5. conclus.10. num.12. Abbatis auctoritate comprobatæ in cap. suam, 29. num.8. de simon.) satisfaciunt.

Cum aliter, tempus non sit inducendi obligationem modus, vt in axiomatib. nostris, lit.T. num. 34. diximus nec miserabilium, causæque piæ quidem fauore, vt in alimentorum specie, Surdus (quem pro se Nauarius, allegat ineptè) de aliment. tit.8. priuileg.28. num. 1. 2. & seqq. tradit; in qualibet etiam causa pia num.3. procedere affirmans. Conducuntque dicta in 1. de priuileg. paup. parte quæst. 34. num.3.

33 Stipulari pro miserabilibus † quemlibet posse, piæ causæ æquiparatione cui id Tiraq. concessum ostendit, priuil.115. & infrà Nos Ecclesiæ comprobamus, q.8.n. 378. Idque omnibus pariter hodiè commune factum esse, ibidem) Nauar. priuileg.25. tradit.

Ex eademque comparatione, legata miserabi-
34 libus † etiam non adita hæreditate deberi (& Tiraq. priuil.33. multisque aliis id in pia causa firmantibus) ipse quoque priuileg.26. firmat.

Miserabilium pariter fauore, posse instrumen-
35 ta † nouiter reperta, post conclusionem etiam in causa, eorumque negligentia data, produci (ad Ecclesiæ æquiparationem, cum Marco Antonio Genuense, de ea loquente, in practicab. Ecclesiast. q. 151. cui etiam infrà Nos id datum q.8. n.167. ostendimus) ille priuileg.27. notat.

Ita similiter Ecclesiæ priuilegium, quod latam
36 contrà eam sententiam, † repertorum de nouo instrumentorum prætextu retractat. (Qua de re eiusque intellectu Nos d.q.8.n.164.165. & 166.) Miserabilibus Nauar simpliciter priuil. commodat 28.

Mobiliúmque legatum personis miserabilibus
37 factum, † acquisita post testamentum comprehendere (consueto solum argumento, à causa pia similitudinem petens, in qua, in Ecclesiaque id Nos procedere reperita q.8.n.159. dicimus) priuileg.29. probat.

Eadem item Ecclesiæ similitudine (quæ legis 38
taxatiuè loquentis, † extensioni locum facit, vt q.8.n.282. scribimus) speciale idem miserabilibus tribuit priuileg.36.

Donationem miserabilibus factam, cum pacto præstandi alimenta † donanti: si non præsten- 39
tur; non reuocari, priuileg.39. determinat. Quod & Nos in Ecclesia tradimus, d.q.8.n.249. Cuius hoc in casu similitudine Nauarius (vt assolet) non vsus, inermem, auxilioque destitutam determinationem suam omninò relinquit. Ex eo enim illam confirmat, quod pactum hoc, magis in modum, quam resolutionem sonet, ex Gratian. discept.44 n. .o. & seqq. & Tusch. practic. conclus. lit. D conclus. 643. Id ergo pacti natura, non speciali fauore ea ratione accidere nemo non videt.

Ad Ecclesiæ similitudinem priuileg. 41. reddit, cuius procuratricem, † & aduocatum fœ- 40
minam esse posse, Genuens. in practicabil. Ecclesiast. docet q.346. & 436. Quod & miserabilibus, suo more, ibi Nauarius tribuit.

Eadem quoque similitudine, à conducta domo † tempore locationis finito, si quantum alij 41
offerant, soluant, miserabiles expelli non posse (quemadmodum neque Ecclesia, vt notamus, dict. quæst.8. num. 331.) ipse priuil. 42. profitetur.

Eodemque proposito retento, miserabilium gratia, executionis ordinem † necessariò seruan- 42
dum non esse (vt in Ecclesia Doctores obseruant, Nosque dict. q.8. num. 267.) ille priuilegio sequenti, 43. nempè, scribit.

Ad piæ causæ instar, posse personas miserabiles legatarias † propria capere auctoritate lega- 43
ta, priuileg.45. tradit, & in pia causa Tiraquel. priuileg.26. & 45. & post eum Farin. de furt. q. 175. num.336.

Ad eandem pariter similitudinem, sequenti priuilegio 46. de legatis † miserabilibus factis 44
Falcidiam non detrahi (Tiraquelli auctoritate, dict. priuileg.26.) confirmat.

Ipsaque ratione, monitoria reuelationis † (etsi res de qua agitur non exprimatur, vt piæ cau- 45
sæ) miserabilibus concedi posse (in idem sæpè recidens) priuilegio 49. ait.

Duabus sententiis contrariis existentibus, altera † pro miserabilibus; aduersus eos altera; 46
eam quæ miserabilibus fauet (Fisci ad instar) attendendam priuileg.53. docet. Qua in re suppositum si non falsum, maximè dubium, controuersumque extat: An nempè Fiscus (à cuius similitudine ad miseros descendit) hoc vtatur fauore, vt apud Farinacium, & ab eo citatos fragmentor. crimin. lit. F. num.192. & 193. videre licet.

In duarum autem opinionum conflictu, † 47
eam quæ miserabilibus fauet, tenendum in dubioque pro eis iudicandum; de priuileg. pauper. 1.p.q.55. n. 18. aduertimus Idémque Nauar. priuileg.99.

Non absimile, de duobus instrumentis eadem die † confectis, quorum, miserabilium priùs 48
celebratum præsumi, & Nauar. priuil.54. profert & ex dictis à Nobis dict. 1. par. q.28. n. 37. robur capit.

Reum prætereà, etsi actor non probet, non esse absoluendum, † si actor persona miserabilis 49
sit, priuilegio 56. contendit Speculatoris auctoritate, in titul. de probationibus, §. 1. incip. Probare,

Probare,

Probare, numero 13. Cuius assertio generalem *Nauarij* non confirmat. E us in id proferantur verba: *Quintum est actoris priuilegium: Nam qui repetit tanquam indebitum, quod iam soluit, regulariter debet probare indebitum. Tamen si repetens sit priuilegiata persona puta pupillus, vel minor, vel miles, vel Agricola, reus debet prob. e se debitum recepisse.* Quæ ineptè assertioni suæ *Nauarius* commodat; cum ex speciali ad generalem casum non liceat arguere, ex §. *Planè, instit. de iure natur. gent. & ciuil.* Specialiter autem, præcipuaque ignorantiæ, & simplicitatis ratione præsenti reus onere probationis debitum recepisse grauatur, aduertenterque ideò *Speculator* ignaras solum personas (quarum simplicitati ius sucurrit) numerauit; ad alias etiam miserabiles sagaces id non porrecturus: inaduertenter verò *Nauarius*, qui ad omnes id extendit. Cùm non tam misera conditio, quàm vel naturalis, vel præsumpta ignorantia illud ius pupillo, Minori, militi, vel rustico concedat; quod diuturno etiam morbo laboranti, sagaci seni, aduocato pauperi, aliisvè ex miserabilium turba denegaret. Cuius quidem lapsum profusa (vt diximus) miserabilium prolatio velat: detegunt verò quæ in huius *procemij* initio notamus, *à num.* præsertim *tertio cum sequentib.* Ne in impugnationibus dilabamur, longioremque (aduersus desiderata) protrahamus sermonem

50 Per inquisitionem † officio suo in *miserabilium* criminalibus causis procedere iudicem posse (ex *l. Ne quidquam, §. Aduocatus, & §. fin. D. de offic Procons.*) tradit *priuileg.* 59. Quod & ius non solum Canonicum, sed etiam ciuile, & vniuersalis consuetudo (de qua & *Farinac.* plurimique ab eo relati testantur, *quæstio.* 1. *numero* 10.) ordinarium, non speciale, aut extraordinarium reddidit, in quibuslibetque iam causis ad inquisitionem iudicibus procedendi facultatem tribuit, vt (præter relatos) aduertit Paz *in praxi*, 5. *part. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. experimur in foro, ostenduntque Regia iura (quæ nec ipse adducit) *in l.* 8. *titu.* 2. *lib.* 1. *l.* 21. *titul.* 9. *lib.* 3. *& l.* 2. *titul.* 19. *libr.* 8. *noua Reg. collection.*

Ad tertiam *priuilegio sequenti* (60. nempè) viam reuertitur, Ecclesiæque similitudine repetita, eius causa concessum, vt ad honorabile offi-
51 cium † promotus, ad vile deinde subeundum cogi possit (tradente Genuense *in practic. Ecclesiast. quæst.* 327. contra textus prohibitionem, in *l.* 2. *C. quemadmodum ciuil. mun. indic. lib.* 10. in *l. Vniuersos*, 15. *C. de Decur. eod. lib.* Doctorumque commune placitum *ibid.* & Vuesembech. *consil.* 40. *numero* 61. *& sequenti*,) ad miserabiles simpliciter trahit.

Sic, quod Vincent. Carot. *decis.* 7. *numero* 13. (ab ipso non fideliter relatus) tradit: animæ fa-
52 uore † legatum pro incertis malè ablatis, pauperibus relictum, reuocari non posse; ad miserabilibus legatum factum, indistinctè refert. Quod nemo vsquam (ne Ecclesiæ quidem, alimentorum, libertatis, pauperumque solum, non malè ablatorum contemplatione, alteriusvè cuiuslibet piæ causæ) dixit, ne dubitabit quidem. Cum testantium voluntates vsque ad postremum vitæ exitum ambulatoriæ sint, liberaque antecedentium reuocatione quauis in causa pro libito potestate fruantur, ex *l.* 3. §. *fin & l.* 4. *D. de adimend. legat. l. cùm his status*, 33. §. *ait oratio*, *&* §. *sequenti*, *D. de donat. inter vir. & vxorem, l. fideicommissum*, 27. *C. de fideicomm* §. adductisque à Petro Surdo *de alim. titul* 8. *priu leg.* 10. *numero* 1. *& sequentib.* In eo autem solum dubitatio verti solet (cùm de testantium expressa voluntate, & reuocatione non apparet, sed coniecturæ adsunt, quæ legatorum reuocationem regulariter inducunt) an pia quoque ex eisdem reuocata censeantur? Quam non mediocrem facit, text. in *l. Verum est*, 58 *D. de manumiss. testam.* & alij adducti à Surd. *d. priuileg.* 8. *n.* 2. *&* 3. De quibus & *Nos quæst.* 8. *num.* 219. 220. *&* 221. *& num.* 424. *& quæst.* 16. *num.* 71. & proximè duobus *numeris seqq.* Ineptè igitur casum illum specialissimum, ad miserabilium turbam (diuites etiam, vt suprà ostendimus, & *q.* 3. latiùs apparet, comprehendentem) porrigit. Cuius quidem resolutio, nec miserrimis quidem, sed animæ tantum præcipuo fauori (speciali ratione, aliis non conueniente) competit.

Piæ item causæ comparatione, miserabilibus
legatum † relictum alienatione post testamen- 53
tum facta, deberi *priuileg.* 68. deducit ex Tiraq. *de pia causa priuileg.* 41. falsò allegato Mascardo, *concl.* 1281. *numero* 113. qui potius *conclus.* 1281. *num.* 102. *&* 115. *vers. Sed non recederem*, & *duobus seqq.* fauore quoque piæ causæ legatum factum, alienatione voluntaria reuocatum videri, eleganter defendit. Qua de re etiam *Nos infrà quæst.* 8. *num.* 221.

Eadem similiter piæ causæ similitudine, *priuileg.* 69. legata miserabilibus facta si cancellata † reperiantur, nec testatoris voluntate deleta
constet, deberi affirmat, quem Ecclesiæ fauorem, 54
dict. quæst. 8. *num.* 424. assignamus.

Repetito etiam argumento, vt piæ causæ intuitu, æquitas † non scripta scripto rigori præfe-
ratur (quemadmodum *dict. quæst.* 8. *numero* 407. 55
aduertimus) ita & miserabilium gratia, *priuileg.* 75. tradit.

Eodem, *priuileg.* 76. vt in piis causis, in mise-
rabilium, ius † Canonicum attendi (vt & 56
Nos de priuileg. pauper. 1. *p. quæst.* 51. *num.* 40. scripsimus) in eisque instantiam ideò non perimi; cum iure canonico non pereat, notat.

Priuilegio 97. proposito, suo retento) lega-
tum indebitum miserabilibus solutum, vt pium 57
non repeti, cum Tiraq. *de pia caus. priuileg.* 119. profert. Dicimusque in Ecclesia infrà *dict. q.* 8. *num.* 361.

Mandatum † præterea morte mandantis (vt 58
piæ causæ) miserabilium gratia non expirare (ex *Tiraq. de pia caus. priuileg.* 82.) ipse *priuileg.* 98. scribit.

Eligendi meliora † (ex eadem ipsa piæ cau- 59
sæ similitudine) facultatem miserabilibus tribuit *priuileg.* 100. Nos Ecclesiæ, *quæst.* 8. *num.* 148. tribuimus.

In idem sæpè residens (piæ causæ instar) in
fideicommissi restitutione † prælegata venire, 60
quando Hospitale, & inde miserabiles personæ substitutæ sunt (ex Tiraq. *de pia caus. priuil.* 62. & Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 39) ille *priuileg.* 104 ait; & Nos in Ecclesia, *dict. q.* 8. *num.* 385.

Sic & pauperum Hospitalis (ad Ecclesiæ instar cuius nunc omninò similitudo conuenit)
administratoris † malè gerentis bona esse tacitè 61
obligata; *priuileg.* 105. scribit. Cùm bona pauperum

perum bona reputentur Ecclesiæ, eisdem fauoribus gaudeant: Ecclesiæque Hospitale comparetur. Vtrumque Nos *de priuileg.pauper.1.p.q. 52.n.23.& p.2.q.58.numer.* 20. Prædictumque Ecclesiæ priuilegium (minori comparatæ) assignat, cum multis, Escobar *de ratiocin. c. 39. n.* 13. Illatiuéque Hospitali, *num.* 14. & *nos q.* 8. *n.*36.

62 Posse mulieres pro miserabilibus † fideiubere piæ causæ similitudine retenta, cui hoc dedimus *d.q.8.num.*171.) ille *priuileg.* 110. tradit.

63 Ita pariter, testamentum imperfectum, † non voluntatis, sed solemnitatis ratione miserabilium, vt piæ causæ fauore, sustineri (*Tiraquello de pia cauf.priuileg.7.Riccio collect.*300.& aliis in pia causa simpliciter loquentibus, adductis) probat.

Eidem similitudinis argumento instans, miserabilium commodum testamento continente,
64 † cuius executor munus subire recusat (quantumuis munus huiusmodi aliàs voluntarium sit; Stephan.Gratian.*discept. forens. cap.* 329. *num.* 21.) mortaliter peccare (ex *glos.in cap.sicut*, 11. *quæst.*1. Felin.*in cap.Pastoralis,n.6.de offic.delegat.* Spin. *de testam.glos.* 28. *num.* 47. de causa pia nominatim agentibus) *priuileg.*113. scribit. Etsi neque ad pias causas præcisè hoc munus subire quis compellatur firmet, cum multis, Gutier.*de tutel.3.part.cap.45.num.12.versicul. Secundo.*

Posseque testamenti executorem (assueto modo) vt propria causa, pro miserabilibus al-
65 teri † munus suum committere (vt in illa tradit Tiraq. *priuileg.* 37.) ille *priuileg.* 123. profitetur.

Executorem quoque testamenti, in quo mise-
66 rabiles † personæ legatariæ relictæ sunt, etiam hæreditate non adita (vnico argumento suo nixus, à pia causa petito) bona hæreditaria alienare, dispensaréque posse (ex *cap.cùm tibi, de testam.& l.si ita scripsero, de condit. & demonstrat.*) *priuileg.*118. comprobat.

Testamentum item, in quo Miserabiles per-
67 sonæ institutæ sunt, solis præsumptionibus, † imò testatoris nutu firmum esse (non alio quàm fundamento solito, ex Tiraquel. *priuileg. 8. & in l. si vnquam, verb.Donatione, numer. 266. C. de reuoc.donat.*& Couarru.*in dict.capit. cùm tibi, numero 6. de testament.*) *priuileg.* 119. asserit.

Testium rogitum in testamento, in quo insti-
68 tuti † miserabiles sunt, necessarium non esse (instituto suo inhærens, piæ causæ similitudine, cui id Achil. de Graf.*decis.1.de testam.& Gamma decision.*8 *numer.* 3. arrogant) *priuileg.*124. contendit, hodiéque regulariter necessarium non esse *quæst.* 17.*num.*121. infrà notamus.

69 Coramque Parocho † & duobus testibus huiusmodi testamentum (vt in pia causa) subsistere, *priuileg.* 126. obseruat. Cui Nos inferiùs assertioni *q.* 8. *num.* 340. specialiùs addimus.

70 Legatum deinde rei alienæ, † siue scienter, siue ignoranter miserabilibus factum (vt cum causæ piæ fit) valere, *priuileg.* 130. refert ex Tiraq. *de pia cauf. priuileg.66.*

71 Donationemque † miserabilibus (vt piæ causæ) factam, insinuatione non egere (etsi per ambages) *priuileg.* 129. deducit. Diximusque in Ecclesia *dict. quæst.* 8. *numero* 87.

Vnum illud *priuil.* 70. aptè miserabilibus commodat, quod & *nos de priuileg. paup.* 1. *p. q.*47. *n.* 12. commodamus exemptum, † iudi- 72
cemque Conseruatorem habentem, exemptionis priuilegio aduersus miserabiles personas vti non posse, nec coram conseruatore (eis inuitis) sed coram suo iudice conueniendos.

Ab aliis item priuilegiatis miserabilium priuilegia ad libitum petit, sineque adiutore componit. Vt ab scholaribus; quorum fauorem, ne à domo locata † (etiam domini superueniente ne- 73
cessitate) expelli possint; ad miserabiles *priuileg.* 93. transfert.

A Fisco, vt sicut in eius causa instrumenti deperditi † tenorem testes etiam non periti pro- 74
bant; *l.2.§.Diuus, D.de iure fisci*; sic & in miserabilium causa, *priuileg.* 106. æquiparatione non firmata, firmauimus autem *nos* cum pauperibus eam *de priuileg.pauper. 1. p. in specialib. extrà quæstiones post finalem, n. 7.*

A publico item fauore, † vt sicut gratia, seu 75
beneplacitum publicam vtilitatem respiciens, morte concedentis non expirat) ex Menoch. *de arbitr. q.*65. Farin.1.*p.fragment.crim. lit. B. n.* 99.) sic nec miserabilium fauorem continens, nemine ad id in specie adducto.

Testium reprobationem † in miserabilium 76
causis locum non habere, *priuileg.* 121. probat ex eo, quòd in iudiciis summariis huiusmodi reprobatio non fiat: duas licet contrarias rationis huius referat opiniones. Id quod etsi iudiciis summariis datum Farin. *q.*62.*n.*193. dicat: ipse tamen idem, *à num.*201. tot assertioni huic limitationes assignat: vt nullum pœnæ fauori locum relinquat: generaliter *num.*207. statuens: calumnia cessante, in summariis testium concedi repulsam, ex Bart *in extrauag. Ad reprimend.verb. Et figura iudicij, n.9.* Afflict. *decis.*351.*n.* 3. & 9.& *ibid.* Cæsar. Vrsil.*in addit. n.*1.& 3. *in fin.* Menoch.*de arbitr.lib.*1.*q.*32.*n.* 9. Prætetquam quòd, idem hoc, quod cætera ab ipso miserabilium fauore specialia tradita, vitium patitur: quippè quod non nisi ad miserabiles pauperes referri potest, quorum solùm, non aliorum autem miserabilium summarias causas esse, vtque summarias tractandas, & *de priuileg.pauper.*1.*p. q.* 52. *num.*10. *suprà num.*7. aduertimus; & in foro experimur.

Eidem autem incautus, pertinaciter tamen argumento insistens; vt in summariis, in miserabilium causis conclusionem † non desidera- 77
ri, *priuileg.*125. tradit. Quem proxima annotatio damnat. Cui illud saltem gratulamur, quod similitudinem hanc latiùs (suo more auctoritate etiam deficiente) non est prosequutus.

Ad auctoritatem quoque propriam, vel contingentem casum (eo pro auctoritate vsus vbi comparatio defecit) conuertitur. Dotemque miserabilibus personis datam ab eo, qui dotem constituere tenebatur; earum fauore congruam † non censeri (allegando nihil, sed sic an- 78
no 1622. responsum vidisse) *priuileg.*109. ait. Ad laxiorem, tritamque viam se conferens; quæ nempè dos congrua dicatur, latè examinans.

Idem *priuileg.*67. vitium contrahit, sententiam in tutorum, vel administratorum rerum miserabi

miserabilium vtilitatem prolatam, eorum fauore
79 executioni † non mandari, si tutores, vel admini-
stratores rationes non reddiderint, relato nomine, etsi ita in casus contingentia decisum testetur, ex doctrina in simili data à *Socin.* & *Decio*, citatis ab Anna. singul. 214.

Eodem pariter modo, nec ratione, nec Doctore firmante, sed tantum sic consuluisse dicens, *priui-*
80 *leg.* 117. ait Executorem † testamenti, in quo sunt miserabiles instituti, eorum fauore, inuentarium facere debere,
81 Monachos item, seu Religiosos claustrales † testamenti in miserabilium fauorem conditi, superiorum licentia executores esse posse, *priuileg.* 112. affirmat ex *text. in cap. 1. de testamen. lib. 6.* Quod quidem in quibuslibet vltimis voluntatibus, aut testamentis *text.* ipse indistinctè concedit, & *text. in Clement. 1. eod. tit.* de quo regio iure in *l. 2. tit. 10. p. 6. vers. Etsi tales omnes*, & ibidem notat Gregor. Lopez, *glos. 4. verb. Frayales*, vt in legali decisione expressa alios omittamus, quos (praeter ordinarios) Aug. Barbos. *in collect. ad d. c. 1. n. 1. & 2.* refert. Quibus autem hoc religiosis
82 munus interdictum est, minoribus † nempè de obseruantia Fratribus, nec de voluntate superioris miserabilium quoque fauore, illud exercere licet, decernente, non obscure, *text. in Clement. exiui, §. Verum etiam, de verbor. significat.* & notante Glossa marginali *in dict. cap. 1. de testament. lib. 6.* multisque relatis ab Augustino Barbos. *in dict. Clement. Exiui, num. 23. P.* praesertim Thoma Sanchez, *in praecept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 11. numer. 24. & sequentibus*, ampliante *n. 27.* etiamsi executio, bonorumque distributio inter ipsósmet fratres minores, monialesvè Sanctae Clarae, eisdem subiectas, sit facienda. Quamuis testatore praecipiente, vt executores testamenti sint, pecuniam inter pauperes, per fratres minores, vel eorum
83 consilio eligendos, † distribuant; electionem pauperum facere minores posse; ex *Couarru. Quesad. Menoch. Ceuall. Paris. Gratian. Sanch. Emman. Roder. Molin.* multisque aliis, rationibusque adductis, concludat idemmet Barbos. *in collect. ad d. c. 1. n. 9.* Quod mihi probat apertè, *text. in d. §. Verum etiam, ad fin. versicul: Veruntamen.*

Non quidem absimile, quod *priuilegio 120.*
84 tradit. Tutorem scilicet, qui aliquid ab sponso, † vel eius patre accepit, vt illi pupillam nuptui traderet; si illud miserabilibus restituat, liberari, puella saltem, quae damnum est passa, deficiente: cum pauperibus erogandum, aut restituendum id non sit, cuius certus est dominus. Quem enim fauorem ex hoc *Nauarius* deducat, nec attentè quidem perspicienti liquebit. Siquidem existente puella, eidem satisfaciendum, & ius postulet, & ipse dicat: ea verò, vel cui restitutio, satisfactiove facienda est, non extante, restituere, vel satisfacere obligatum, vt ignorato domino, damnumve passo, pauperibus erogando liberari, regulare est, ex traditis à *nobis de priuileg pauper. 1. part. quaest. 8. n. 10.* & *part. 2. quaest. 62. num. 19.*
85 Haec ferè omnia, † praecipuaque Nauarij *miserabilium* priuilegia. Quorum relatio diuersam omnino vtriusque prouinciam; longè nostram difficiliorem; nihilque ab eo (nec minimum quidem mutuasse, monstrabit: à malignantium liberabit morsu: & ipsius incuriam, & infructuosum damnabit sudorem: veramque de illo, quam in principio tulimus sententiam, reddet: Tritam nempe viam ambulasse, aliorum vestigia sequutum, *miserorum*, turbae priuilegia sine discrimine commodantem; cum tamen nullum ferè (vt relata monstrant) nisi pauperibus conueniat: antiquis tenebris materiam inuolutam reliquisse; sparsisseque nouiter densiores, nulla inter miseros distinctione facta, à causa pia praecipuè deducto argumento, quod neque in miseris ab ipsa *lege* nostra *vnica* nominatis saepè vigere, iam *sup. num. 5. & sequentibus num. 7 & sequenti.* notamus: alienis vigiliis laudem, alienis laboribus quaesiuisse requiem. Quibus vbi quoquomodo non est vsus; destitutus reperitur omnino. Et cum proprias ad speciale manus tendit: vel regulare profert, vel suae simplici assertioni, ex vrbanitate, credendum relinquit. Seuerum me forsan, rigidumque censorem aliquis iudicabit Cuius quantumuis nasi adunci, superioribus perlectis) intrepidè (exculpationis securus) iudicium subeo. Aliquam fortè nobis priora nostra scripta (ni proprius decipiat amor, votumque commune) & fiduciam, & ab ea notae immunitatem praestabunt; pariter & praesentia, quoad quaestionum, quas disputandas proponimus, materiam: etsi qualibet terminata, in priuilegiis verè, largè aliquovè respectu assignandis, aliorum morem sequi sit necessum. In quibus nec disputatio deceret, nec ad eam vita quidem longissima sufficeret. Cum vniuscuiusque ex miserabilium vulgari numero, si ad eum pertinentia omnia sigillatim discuterentur, integrum (nec mediocre) volumen confici posset, multique fecere diuersa Quorum & nobis debitores studiosi erunt. Omnia namque ad haec spectantia (compendiosa licet via) complectimur. Ideo neque singula in controuersiam trahimus; neque disputationem omittimus, vbi res institutumque *legis* nostrae *vnicae C. quando Imper. inter pupill. & vid.* postulat. Cuius exactè (vsque adhuc Doctorum incuria in tenebris iacentem, ad lucem reuocatam) materiam prosequimur.

Non tam aliorum opinionibus †, quàm ratio- 86
ne nixi, pristinum nostrorum scriptorum morem seruantes. Non quòd singularitatem amemus: sed ne aliorum iudicio, à nostro deuio mancipati videamur. *Malum magnorum virorum iudicio credo; aliquid & meo vindico.* Senecam sequutus *epistol. 45.* eiusque consilij memores, *epistol. 33. Hoc Zeno dixit* (ille ait) *tu quid? Hoc* Cleanthes, *tu quid? Quousque sub alio moneris? Et impera, & dic quod memoriae tradatur: aliquid & de tuo profer.*

Quid ergo (vt cum eodem ibidem loquar) *non ibo per priorum vestigia? ego verò vtar via veteri; sed si propiorem inuenero, hanc muniam. Qui ante nos ista mouerunt, non domini nostri, sed Duces sunt.* Et epistol. 80. *Non ergo sequor priores: facio; sed permitto mihi inuenire aliquid, & mutare, & relinquere. Non seruio illis, sed assentior.* Non enim quòd multorum, ideo sententia melior, iuxta iam *supr. numer. 1.* dicta. *Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est.* Verba sunt ipsiusmet, *de vita beat. c. 2.* Eiusdem placiti *de fin. bonor. & malor. lib. 2.* Cicero existens ait: *Sed tamen non grauissimum est testimonium multitudinis. In omni enim arte, vel studio, vel quauis scientia, vel in ipsa virtute, optimum quidque rarissimum est.*

At vero *& refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus;* vt eiusdem Ciceronis Tusculan. qq. *lib. 2.* verbis vtamur.

DE SIGNIFICATIONE NOMINVM MISER, MISERABILIS, ET MISERANDVS, ET AN, ET QVATENVS DIFFERANT?

SVMMARIVM.

1 *VBI diuersa nomen de quo agitur, significatione fungitur, consimileve habet; ea in primis inuestiganda est, diffinitioni anteponenda, & constituenda diuisio.*

2 *Nomina miser, miserabilis, & miserandus, an eandem significationem habeant? promiscuumvè suum?* & num. seqq.

3 *Miserabilis vox etiam inanimatis conuenit.* *Acridophagorum vita, mortisque miseranda genus.* ibid. temis.

4 *Vrbes sunt humanarum cladium concepta miseranda.*

5 *Nihil tam firmum, quod contradictore, tam certum (in hominum determinationibus) quod dubio careat: nec quidquam tam dubium, quod diligens non patefaciat indagatio.*

7 *Dictio, siue copula* Et, *inter diuersa poni solet. Fallit quandoque* num. 14.

8 *Diuersitas nominis diuersam significationem ostendit.*

9 *Apij filie facetum, & petulans pariter dictū.*

10 *Miseria quid sit?*

11 *Nomen sepè vnum pro alio (ex laxiori saltem significatione) & apud probatos auctores, Iurisperitos, & legum Conditores sumitur,* & num seq.

13 *Diuersa nomina non semper diuersitatem rei significant.*

QVÆSTIO I.

VBI diuersa nomen de quo agitur, significatione fungitur, consimileve habet; eius in primis significationem
1 † inquirendam, *in prima de priuileg. pauper. part. q. 1. n. 1. & 2.* notamus; diuisionem constituendam, anteponendamque diffinitioni (vt expeditior dicendis sit locus) Aristot. *libr. de cœl.* docet. Cui & Auson. *in exhortat. stud. pueril. ad nepotem,* conuenit, inquiens:

..........*Distinctio sensum.*
Auget.

Ostenditque Vlpian. *in l. 1. D. de reb. credit. & glos. marginalis ibid.* & multis confirmat Crauet. *de antiquit. tempor. in procem.* Iacob Menoch. *in procem. de arbitr. iudic. quæst. num. 13.* latiúsque Ioann. Borcholt. *in consuetud. feudor. cap. 4. n. 1.* quibus nos obsequentes, monstratum arripimus iter.

Horum igitur nominum eandem significationem esse; † omnimodæ in fœlicitatis cumulum, & congeriem denotantem, esséque illorum promiscuum vsum: sequentia probant testimonia.

De primo (*misero* nempè) *Psalmista Psalm. 37.* (post multa flebilia) dicentis: *Miser factus sum.* D. August. in soliloq; suis cap. 6. *Seruus eram, & seruitutem amabam: Cæcus eram, & cæcitatem desiderabam: Vinctus eram, & vincula non horrebam: Amarum dulce, & dulce amarum credebam:* miser *eram, nec cognoscebam.* Valer. Maxim. *lib. 7. de vafrè dictis, aut factis cap. 5.* ex externis: *Herebat* misera *in maxima pariter & pecunia, & defensionis penuria: iamquè de laqueo, & suspendio cogitabat.* Boet. de consol. lib. 1. *Cumte, inquit, mœstum, lacrymantemque vidissem: illico* Miserum, *exulemque cognoui.* Francisc. Petrarch. de remed. vtriusque fortun. lib. 2 dialog. 111. *An non te mortalem, an non assidue fatiscentem, an non peccatorem, an non mille cassibus expositum, an non morti obnoxium incerta, an non deniquè te* miserum *meministi?* Accedant & ex Poëtis Papin. Stat. Thebaid. *lib. 11.*

Stabat in argolica ferrato margine turris
Egregius lituo dextri Mauorti Enipeus
Hortator, sed tunc miseris *dabat vtile signum,*
Suadebatque fugam.

Plautus in *Aulular. actu 2. scen. 2.*

St. *Nam cur me* miseram *verberas?*
En. *Vt misera sis.*

Ouid. Trist. lib. 5. eleg. 7.

Sum miser: *hac breuis est nostrorum summa malorum.*

Aliarum in id remissio suppleat, ad nostra *de priuileg. pauper. part. 1. quæst. 52. num. 31. & 32.*

De secundo † Miserabili *nempè) iudicum, cap. 5.* de Sisara à Iaël. clauo perforato, ac perempto: 3
Inter pedes ruit: defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis, & miserabilis. Quam etiam inanimatis (non ineleganter) vocem commodant *Liui. prim. ab Vrbe condit. Euentus tamen belli (ait) miserabilem dimicationem fecit.* Et iterum: *Vos etiā* miserabiles *exaudiebantur.* Ouid item, *de consol. ad Liuiam.*

Vrbs gemit, & vultum miserabilis *induit vnum.*

Romanæ eloquentiæ parens Cicer. (cuius retulit sententiam Gellius, noct. Atticar. *lib. 10* hunc in modum (vtraque simul voce sine discrimine vsus) *Cædebatur, inquit, virgis, in medio fori messanæ, ciuis Romanum. Cum interea nullus gemitus, nulla vox* miseri, *inter dolorem, crepitumque plagarū audiebatur, nisi hæc: Ciuis Romanus sum.* Et post pauca: eandem ex Cicerone relationem prosequens: *Huccine tandem hæc omnia recidcrunt, vt ciuis Roman. in Po. Ro. in oppido fœderatorum, ab eo qui beneficio in Po. Ro. faces, ac secures haberet; deligatus in foro, virgis cæderetur?* Et ibi: *Sic te acerba illius imploratio, & vox* miserabilis *non leniebat? &c.* Comitatur (magnæ quoque auctoritatis, & in dicendo elegantiæ) Diodor. Sicul. *rerum antiquar. lib. 4. cap. 3. pag. mihi 225.* Archidophagorum

phagorum vitæ, mortisque miserandæ genus enarrans: *Finis eorum* (ait) *non solùm* miserabilis *est*: *sed etiam incredibilis*. Paucisque interiectis: *Hoc pacto, siue cibi, siue aeris causa*, Miseri *sortiuntur vitæ finem*. D. quoque Hioronymus (horum etsi tempore, non cultu, eleganriaque posterior) epist. ad Asellam: *Tu* (inquit) *tales* miseros *arbitraris*: *Nos te* miserabiliorem *putamus*.

Eandem cum præcedentibus. Tertium † (*miserandus* scilicet) nomen inducere videtur naturam, ex *Ouid.* iterum *de consolat. ad Liuiam.*

At miseranda *parens suprema neque oscula fixit.*

Et post multa, ibid.

Et cuicunque miseranda *ero.*

Et *Metamorfos.* lib. 4.

Nostra nocens anima est: *ego te* Miseranda *peremi.*

Claudian. *in* Ruffin. *lib.* 2.

Iam plaga Pannonia, miserandaque *mœnia Tracum &c.*

Valer. Maxim. lib. 7. tit. 2. cap. 8. *Qua consolatione monstrauit* (ait) *vrbes esse humanarum cladium concepta miseranda.*

His forsan, assertioni propositæ, eiusque cõprobationi, & infœlicitatis nempè congeriem, ea nomina denotare, & illorum promiscuum esse vsum) contentus acquieuisset alius.

Nunc age dicta meo dulci quæsita labore Percipe.

Vt cùm *Lucretio rerum naturalium lib.* 2.

5 loquar. Quid enim tam firmum † quod contradictore tam certum (in hominum determinationibus) quod dubio careat? Quidvè tam dubiũ, quod diligens non patefaciat indagatio.

Illa ergò mihi inter *miserum* & *miserabilem*

6 discrimen † obtulit. Nec à prophanis tantùm; sed à sacræ paginæ irrefragabili testimonio, *Apoc. c.* 3. *Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus: incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo. Et nescis, quia tu es* miser, *&* miserabilis. Ex copulæ, Et

7 natura † inter diuersa apponi solita, iuxta tradita per *nos de priuil. paup.* 1. *p. q.* 1 *n.* 17. Diuer-

8 sitateque nominis, diuersam significationem † ostendente. Si .n. idem forent, cur diuersis appellarentur nominib. vt *Constant.* arguit in *l. Si idem* 7. *C. de codicill. & nos in axiomatib. lit. D. nu.* 176. A diuo quoque Bernardo *ita in suis meditationib c.* 7. dicente *Ego autem*, miser, *&* miserabilis, *citius curro ad lectionem, quam ad orationem* Et c. 17. *O* miser. *&* miserabilis *homo quis te liberauit à vinculo impropery huius.*

Hæc inter *miserum*, & *miserabilem* differentiam esse prædicant: eam tamen non apertè designant. Vtrumq; autem fœliciter *Ouid.* ex quo inter præfata nomina discrimen, discriminis ratio, & vtriusq; vocis natura colligitur. Vt *mi-*

9 *ser* sit, † qui nec infœlicitatis consolatorẽ, aut condolentem habeant, *miserabilis* habeat, sitq; misericordia dignus. Sic enim ait in Ibim.

Sisq; miser *semper: nec sis* miserabilis *vlli.*

Et Metamorf. lib. 8.

Moliturque genus pœnæ miserabile *Sinon.*

Ille suis esset nulli miserabilis *actis.*

Quo quidem *miseri* verbo, Appij filia, à turba (eius non compatiente, arctè pressa, è ludorum spectatione exiens, huc atq; illuc iactata) vsa est, eiusvè casus relator *Gellius, noct. Attic. lib.* 10. *c.* 6. Quem pulchra hac narratione describit; *Appij namq; illius cæci filia; à ludis quos spectauerat, exiens, turba vndiq; confluentis, fluctuantisq; populi iactata est: Atque inde egressa, cum se malè habitam diceret: quid .n. in me tunc factum esset, inquit, quantòque arctius pressiusque conflictassem, si P. Claud. frater meus nauali pralio classem nauium cum ingenti ciuium numero non perdidisset? Certè q idem maiore turc copia populi oppressa intercidissem. Sed vtinam, inquit; reuiniscat, aliamque classem in Sciciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me malè nunc* miseram *connexauit.*

Contrà verò, miseratione dignos, quorumq; infœlicitate ad compassionem Imperator motus est *in d. l.* nostra *vnic. C. quãdo Imp. inter pup. & vid.* (non casu quidẽ) *miserabiles* nominauit. Et ita *miserabilis* nomen *Ambr. Calepin.* explicauit, in *Dictionar.* suo, eodem illo verbo.

Miseriam † ideò (cui *miser*, quàm *miserabilis* 10 vicinior) *D. Aug.* lib. diffinitio. *Copiam* (dixit) *tribulationis, & inopiam consolationis, quando multifariè quis patitur, & à nemine releuatur.* 11

Miserandus † nomen ex his cum *miserabili* conuenire deducitur, futurique in dus natura, vt *miserandum* miseratione dignum vertamus, quemadmodũ & *amandum*, amore, & *legendũ*, lectu dignum præ se ferat: à *misero* (iuxta notata) differens, *miserabiliq;* adhærens. Quo sæpè verbo eo sensu Scriptores vtuntur. *Ouidio* cõtentus ero, humani generis extinctionem deflentem Pyrrham alloquentem Deucalionem, sic *Metamof. lib.* 1. inducente.

Quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses, Nunc animus miseranda fores?

Ea tamen discriminis, differentiæque inter prædicta nomina ratio, licet summo † (vt aiunt) 12 iure, strictaque significatione subsistat: laxiori verò, vsuque cõmuni corruit, vnumq; pro alio sæpè sumi, & apud probatissimos auctores suprà vidimus: & apud iuris interpretes, fieri frequenter solere, in 1. *de priuil. paup p. q.* 1. *n.* 19. *& seqq.* latè comprobamus huius pariter inuestigationis effectum tradentes.

Neque diuersa nomina † rei semper diuersitatem significare, perpetuum est: sed synonyma, 13 proque eodẽ sæpè apponi ostendunt Nicola. Tertius *in c.* 2. *in fin. de verb. signif. lib.* 6. & Bonifac. Octau. *in c. Ab eo* 31. *de elect. eod. lib.* pro eodẽ *Euidens, notoriũ, & manifestũ* ponentes.

Neque semper ideò dictionẽ, Et † inter di- 14 uersa constitui, diuersitatemvè inducere, *d. q.* 1. *n.* 18. (simili obiectioni respõdentes) notamus.

Quæ & nos à promiscuo horum nominum vsu (sic enim in discursu vtemur) excusant.

MISERABILIS VNDE, Et quis dicatur.

SVMMARIVM.

1 Miserabilis, *quasi miseria habilis dicitur. Et an* miserabilis *natura Etymon id conueniat, num. seq.*

Natura neminem non miseria habilem fecit. Et qui hominem miserabilem *consequenter dicit*, ibid. d. nu. 1. seq. & 9.

2 *Potentia actui proxima non solum pro actu habetur, sed notabiliùs magisque attenditur.*
3 *Alia* miserabilis *etymologia,& denominationes.*
4 Miserabilis *diffinitio.*
5 Homo *apud Iuristas locum generis tenet: apud Dialecticos speciem constituit.*
6 *Definitio bona quibus constare debeat.*
7 *Quis* miserabilis *dicatur,iudicantis arbitrio relinquitur.*
8 *Index hac in re coarctare arbitrium suum ad legum mensuram debet,non ad humanæ miseræ conditionis latitudinem illud protrahere. seqq. & fin.*
9 *Omnis homo,conditione humana attenta miser est. Hominisque describitur natura,& num. 22.*
10 *Peccatum* miseros *facit. Et quemadmodum sine peccato nullus; sic miseri omnes, & num. seqq.*
12 *Mundana fœlicitas* miseriam *non tollit. Nemo enim malus fœlix.*
13 *Superbum miserum esse demonstratur,& non nisi* miserum,*aut stultum superbire.*
14 *Auarum, & cupidum.*
15 *Luxuriosum, luxuriaque vitium miserum.*
16 *Iracundum.*
Ira furor breuis est. ibid.
17 *Gulosum pariter* miserum *esse ostenditur.*
18 *Inuidum quoque.*
19 *Otiosum,& pigrum.*
20 *Occupatum,& solitum.*
21 *Ingratus non inter* miseros *inferiorem tenet locum.*
23 *Miser est pauper. Et diues.& nu.seq.*
25 *Coniugatus, à coniugiovè continens,nubens & non nubens miseriam patiuntur.*
26 *Qui liberos habet,& qui non habet.*
27 *Qui amicos habet, & qui non habet. & seq.*
29 *Qui timet:& qui timetur. & n.seq.*
31 *Qui patitur, & qui committit furtum.*
32 *Deformis,& pulcher.*
33 *Qui spe sustinetur:& qui spe cadit. & num. seq.*
35 *Qui seruitium obsequiumque præstat:& cui præstatur.*
36 *Bonus, & malus miseriam patiuntur. Imò boni sæpè maioribus miseriis premuntur,vt illis virtus perficiatur, quia vt ignis aurum; miseria fortes viros probat.*
37 *Humana fœlicitas miseria est. Et quantò quisque fœlicior, tantò miserior, metuendumque ne parum miseri simus.*
38 *Miseria ideò felicior est, quod infœlicitatis timore vacat.*
39 *Miseros,& tristes,quam gaudentes & plaudentes esse præstat.*

QVÆSTIO II.

HVius nominis significatione, natura, & vi cognita, aliorumque similium differétia(si quæ est) constituta:eius continuò inuestigandam originem, rectus postulat scribendi ordo,vt in *prima de priuileg paupe.p.q.1. in princip.* notamus.

Etsi igitur plures denominationes præsto sint; an satis congruant,non satis adhuc compertum. Quæ enim nomini ex latinitate; non sensui,& significationi: quæ sensui,non satis nomini conueniunt.

Miserabilem † ergò (Diui Isidori authoritate) quasi *miseriæ habilem* dicunt Petr. Rebuf. *de sentent.prouis.art.3.gloss.vlt.nu.7.5..&* Sigismond. Scacc. *de appellation. quæstio. 7. nu.138.* 1

Affine certe nomini etymon; à natura verò, miserabilisque significatione distans. Quem enim mortalium *miseriæ habilem* natura non fecit? *Iob. 5.* dicente: *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volandum.* Apparebitque inferiùs latiùs?Miserabilis autem nomẽ, passionem in actu (quæ ad miserationem mouet) non in habitu aptitudine,aut potentia solùm monstrat vt præcedenti quæstione notata iudicant.Nisi (cùm nomen hoc soli homini propriè, aliisvè cum relatione ad ipsum,competat:quique hominem dicit; & *miserabilem* consequenter dicat:) *Miserabilis* prolatione,& *miseriæ habilem*; & illius actu patientem intelligamus, ex vicissitudine, aut potiùs inseparabilitate humanæ conditionis cum *miseria* naturæ.

Cùm & potentia actui proxima † (vt *in 1. de priuileg.pauper.p.q.4.§.2.n.229.& seqq.* aduertimus) non modo pro actu habeatur: sed notabiliùs magisque attendatur; Quique ideò *miseriæ habilem* dicat; *hominem:* qui *Hominem*; miseriis (cum *Iob. 14.*) repletum proferat. Sed hæc sophisticè, & per illationem potiùs, quam denominationis vi deducuntur. 2

Aliam † ex diuo etiam Isidoro *etymologiam* retulimus *d. 1. p. q. 52. nu.31.*dici *miserabilem*, quod *amiserit fœlicitatem.* Proximior hæc denominationi, & sensui; à nominis deductione remotior. Cuius si vicinitatem attendamus; non procul distaret, si *miseria plenum* verteremus.Sed non vltima miseria,eiusque plenitudo,vt *miserabilis* quis dicatur,desideranda est: *Miserationem* alij *miseratione dignum* firmant cum *Archidiac.* à verbo impersonali *miseret* (dignum miseratione denotante) *in c.Tanta 5. n.3.dist.86.*eius denominationẽ deducẽtes: Quo vsus est verbo *Cornel. Tacit.* histo.lib.4. *Vester me pudet* (inquit) *miseretque.* 3

Quæ quidem nominis etymologia, diffinitionis vices sustinet. Aptè enim diffiniri † *miserabilem* posse arbitror vt *homo miseratione dignus*,vel cuius natura mouemur ad miserendũ. Quæ quidem diffinitio(nostratum more)genere constat,& differentia. Nostratum (id est Iuristarum) dixi: quia secundum eos, *Homo*, † locum generis tenet, cùm secundum dialecticos,speciem constituat. *gloss.in l. 1.§. 1. verb.* Incerditum,*vers. Et nota quod genus, D.si cert. pet.* Bart. *in l.* Mæuius,68.§. *Duobus,in princ. D.de legat.2.*Syluest.Aldobrand.*siue* Francisc. Cornel. (si eius illa annotatio est) *in parabrapho Plebs autem, institut. de iur. natur.gent. & ciuil.post Accursij glossam primam* in excusis cum horum annotationibus, anno 1618.Ioan.Parlad.*different.31.n.1.* Franc. Sarment. *selectar. libro secundo, capite quinto, numero octano.* Vbi differentiæ istius iuridicam rationem reddit, *Seneca* quoque auctoritatem adducens, nostratum morem, non Dialecticorum, hac in re sequentem, Ioan. Neuiz. *in sylu. nupt. libro 1.numero ducentesimo vigesimo-primo.* 4 5

Cùm

Cum suo deinde diffinitio assignata conuertitur diffinito. Omnem eius substantiam comprehendit: nec aliis à diffinitis competit. Quæ optimam,
6 † & perfectam diffinitionem constituunt, vt *prima de priuileg. pauper. p. q. 4. n. 5. 6. & 8.* longius prosequimur.

Generica igitur, & lata nominis huius *miserabilis*, natura (etymologiam, siue diffinitionem appelles, cum omnem infœlicitatem vndequaque venientem, infortunij omne genus, singulasque species contineat) effecit; vt certis finibus præfiniri nequeat; alio siquidem respectu *Miserabilis*; alio idem ipse fœlix reputari valeat. Quod in
7 causa fuit, vt ad iudicantis arbitrium † Doctores recurrerint, qui negotij, personæque attenta qualitate, miserabilium dicat, aut neget vt *de priuileg. pauper. dict. quæst. 4. num. 77.* diximus; ibidemque relatis nunc addimus sic tenentes Didac. Perez *in l. 13. tit. 3. lib. 2.* Ordinam. Ioan. Mar. Nauar. *in praxi elect. & variat. for. sect. 1. q. 4. num. 2. & sect. 3. quæst. 4. num. 7.* & *in decisionib. eiusdem, decis. 1. in addit. num. 4.* Neuizan. *in sylu. nupt. lib. 6. num. 36. ad fin. inter commun. opin. lib. 5.* Cabed. *decis. 54. num. 8. & arrest. 32. part. 1.* Petr. Barbos. *in l. 1. part. 1. numer. 50. D. solut. matrim.* Bobadill. *in politic. lib. 3. cap. 14. numero 75.* Ioan. à Castill. *controuers. lib. 3. cap. 25. numero 18.* Alexand. Trentac. *variar. resolut. lib. 2 titul. de citat. resolut. 2. num. 25.* Prosper. Farinac. *decis. nouiss. 862. numero 10.* Sigismund. Scacc. *de appellat. quæst. 7. numer. 138.* Marchesan. *de commission. tit. de commis. auocat. caus. p. 2. §. 2. n. 165.*

Quamuis autem in omnibus quidem, animi sui motum à legibus instruere iudex ad rectum iudicium proferendum, debeat: hac in re, materiaque præcipuè. Non enim extendere in immen-
8 sum † (provt humana misera se extendit conditio) arbitrium suum valet; sed ad legum metas, intraque earum terminos illud continere. *miserabilis* namque (si conditionem attendamus hu-
9 manam) omnis Homo † existit. *Ecclesiastico cap. 40.* dicente: *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ omnium.* Iob. 5. cuius supr. *numer. 1.* meminimus, & *cap. 7. Militia est vita hominis super terram; & sicut dies mercenarij, dies eius* cap. 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Et cap. 25. *Homo putredo, & filius hominis, vermis.* Pulchre hominem describens Pontifex maximus *Innocent. Tert* de vtilitate condit. human. lib. 1. *Formatus est (ait) Homo de luto, de puluere, & cinere; quodcunque est, vilissimo, & spurcissimo spermate, conceptus in fœtore luxuriæ: quodque deterius est, in labe peccati: natus ad laborem, timorem, dolorem; miserrimus ad mortem. Agit praua, quibus offendit Deum; offendit proximum; offendit se ipsum. Agit turpia, quibus polluit famam, polluit personam; polluit conscientiam. Agit vana, quibus negligit sana, necessaria.* Merito inde idem ipse ibi flebiliter prorumpit: *Quis ergo det oculis meis fontem lacrymarum, vt defleam* miserabilem *humanæ conditionis ingressum; culpabilem humanæ conuersationis progressum; damnabilem humanæ dissolutionis egressum? Considerauerim igitur cum lacrymis, de quo factus est homo; quid faciat homo: quid facturus sit homo. Sanè formatus est homo de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam. Agit praua, quæ non licent, turpia, quæ non decent; vana quæ non expediunt.* Et D. Augustin. in soliloq. suis capit. 2. *Quid sum ego qui loquor tecum? Væh mihi Domine, parce mihi Domine. Ego cadauer putridum, esca vermium, vas fœtidum, cibus ignium. Quid sum ego qui loquor tecum? Væh mihi Domine, parce mihi Domine. Infœlix ego homo. Homo, inquam, natus de muliere, breui viuens tempore, repletus multis miseriis. Homo, inquam, vanitati similis factus, comparatus iumentis insipientibus, & iam similis factus illis. Quid iterum ego? Abyssus tenebrosa, terra misera, filius iræ, vas aptum in contumeliam; genitus per immunditiam; viuens in* miseria, *moriturus in angustia. Heu* miser, *quid sum? Heu, quid futurus sum? Vas sterquilinij, concha putredinis, plenus fœtore, & horrore; cæcus, pauper, nudus; plurimis necessitatibus subditus; & ignorans introitum, & exitum meum:* miser, *& mortalis, cuius dies sicut vmbra prætereunt cuius vita, sicut vmbra lunatica euanescit: sicut flos in arbore crescit, & statim marcessit; nunc floret, & statim aret. Vita inquam mea: vita, quæ quanto magis crescit; tanto magis decrescit; quanto magis procedit; tanto magis ad mortem accedit. Vita fallax, & vmbratica; plena laqueis mortis. Nunc gaudeo, statim tristor. Nunc vigeo; iam infirmor. Nunc viuo, statim morior. Nunc fœlix appareo; semper miser.* D. item Bernard. meditat. cap. 2. *Secundùm exteriorem hominem (ait) de parentibus illis venio, qui me ante fecerunt damnatum; quàm natum. Peccatores peccatorem in peccato nutriuerunt.* Miseri miserum *in hanc lucis* miseriam *induxerunt. Nihil ex eis habeo nisi miseriam.* Similiter D. Petr. Chrysol. sermo. 17. *Quid agit, quid patitur fragilitas humana, talibus & tantis subiecta miseriis?* Et sermo. 45. in Psal. 6. sup. verb. illud: miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, ait: *Quid infirmius homine, quem sensus fallit; ignorantia decipit, circumuenit iudicium, pompa lædit, tempus deserit, mutat ætas, hebetat infantia, iuuentus præcipitat, senectus frangit?* Neque in humanæ conditionis describenda miseria, dissentiunt ethnici. Inter quos *Apuleius*, in libello, quem *de Deo Socratis* inscripsit, sic eam, hominemque format: *Igitur homines ratione pollentes, oratione plaudentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus, & anxiis mentibus, brutis, & obnoxiis corporibus, dissimillimis moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe; casso labore, fortuna caduca, singillatim mortales, cuncti tamen vniuerso genere perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita; terras incolunt.* Suaque solita elegantia Senec *de consolat. ad Marciam*: *Quid est homo? Inbecillum corpus, & fragile, nudum, suapte natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnem Fortunæ contumeliam proiectum: cùm benè lacertos exercuit, cuiuslibet feræ pabulum, cuiuslibet victima: ex infirmis, fluidisque contextum, & lineamentis exterioribus nitidum: frigoris, æstus, laboris impatiens; ipso rursus situ, & otio iturus in tabiem: alimenta metuens sua, quorum modo inopia, modo copia rumpitur: anxiæ solicitæque tutellæ; precarij spiritus. & malè hærentis.* Et continuò ferè: *Odor illi, saporque, & lassitudo, & vigilia, & humor, & cibus, & sine quibus viuere non potest; mortifera sunt. Quocumque se mouet, infirmitatis suæ statim conscium: non omne cœlum ferens; aquarum nouitatibus; flatuque non familiaris*

 auræ;

aura, & tenuissimis causis, atque offensionibus morbidum, putre, cassum: à fletu vitam auspicatum. Optimo ergo iure alter Senec. in Hercul. furent. *actu 2.*

Quemcumque miserum *videris, hominem credas.*

Exclamantque meritò Lucret. *de rer. natur. lib. 2. in princ.*

O Miseras *hominum mentes! ô pectora cæca.*
Qualibus in tenebris vita, quantisque periclis
Degitur hoc æui, quodcumque est.

Et lib. 5.

O genus infœlix hominum!

Cornel. Gall.

O quam dura premit miseros *conditio vitæ!*

Vt enim Georg. lib. 3. Virgil.

Optima quæque dies miseris *mortalibus æui.*
Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus,
Et labor, &c.

Iuuen. satyr. 9.

Festinat enim decurrere velox
Flosculus, angustæ Miseræque *breuissima vitæ*
Portio.

Vnde coactus est dicere Herodotus *lib. 1. Omnino calamitosa res est homo.* Et Cicer. 1. Tuscul. *Nemo non miser.* Et *de finib. bonor. & malor. lib. 1.* repetit. *Nemo igitur est non miser.* Quinimò nil miserius homine, ex Homero tradit Francisc. Petrarch. *de remed. vtriusque fortun. dialog. 111.* versum eius referens:

Nil miserius *terra nutrit Homine.*

Cui adhæret *Simon Nanquer.* infrà cum de superbis agimus, referendus. Non mirum ideo, si ad vitæ malorum eiusque miseræ conditionis repræsentationem, ab *Hegesia* factam, tot tantisque voluntariæ mortis appetendæ, cupiditas sit illata; vt à Ptolemeo Rege vlterius ea de re agere, prohibitus sit, auctore Valer. Max. *lib. 8. cap.*

10 Qua quidem, vel peccatum solum † misera conditione genus humanum afficeret. Quemadmodum enim sine peccato nullus: sic *miseri* omnes. Primum constat *Ecclesiast. cap. 7. Non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet.* Psalm. 13. *Non est qui faciat bonum; non est vsque ad vnum.* Esdr. lib. 4. c. 8. *Quid est enim Homo, vt ei indigneris? aut genus corruptibile, vt ita amarus sis de ipso? In veritate enim nemo de genitis est, qui non impiè gessit; & de confitentibus, qui non deliquit.* B. Ioann. Apostol. Epist. 1. c. 1. ad fin. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus; ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et iterum: *Si dixerimus, quoniam non peccauimus; mendacem faciemus eum, & verbum eius non est in nobis.* Paul. ad Roman. capit. 3. *Quoniam non est iustus quisquam.* Diu. Iacob. epistol. Catholic. capit. 3. *In multis enim offendimus omnes. Septies enim* (vt Sapiens Prouerb. capit. 14. ait) *cadet iustus.* Vndè, *Non peccare solius Dei est.* dixit text. in *capit. Inter hæc, 34. de pœnit. distin. 3.* Et Diu. Hieronym. in epist. ad Occean. *Res penè contra naturam est, vt sine peccato aliquis sit.* Vt enim & Horat. *sermon. libro 1. satyr. 3.*

Nam vitiis nemo sine nascitur.

Eleganter inde Senec. (cuius Diu. Augustin. epistol. ad Macedon. sententiam probat) *Omnes odit, qui malos odit.* Et de Clement. libro primo, capit. 6. *Peccauimus omnes: alij grauia, alij leuiora, alij ex destinato, alij forte impulsi, aut aliena nequitia ablati, alij in bonis consiliis parum fortiter stetimus, & innocentiam inuiti, ac retinentes perdidimus. Nec delinquimus tantum; sed vsque ad extremum æui delinquimus. Etiamsi quis tam benè purgauit animum, vt nihil obturbare eum amplius possit, ac fallere; ad innocentiam tamen peccando peruenit.* Alter quoque *Senec.* controuersiar. lib. 2. controuers. 4. *Nemo sine vitio est.*

Secundum † (peccatum nempe *miseros* facere) confirmat Sapiens, *Prouerb. cap. 14. ad fin.* inquiens: *Miseros autem facit populos peccatum.* Dolenterque Augustin. in soliloq. suis, capit. 4. *Vah mihi* misero, *toties occæcato, quia tu lux, & ego sine te. Vah mihi* misero *toties vulnerato, quia tu salus, & ego sine te. Vah mihi* misero, *toties infatuato, quia tu es veritas, & ego sine te. Vah mihi* misero *toties aberrato, quia tu via, & ego sine te. Vah mihi* misero, *toties annihilato, quia tu verbum per quod facta sunt omnia, & ego sine te.* Et capit. 6. *Cæcus eram, & cæcitatem desiderabam, victus eram, & vincula non horrebam: amarum dulce, & dulce amarum credebam:* miser *eram, nec cognoscebam. Et hoc quia sine verbo eram, sine quo factum est nihil per quod omnia conseruantur, sine quo omnia annihilantur.* Et in manuali, cap. 4. *Vah* miseræ *animæ meæ, quæ Christum non quærit, nec amat, arida manet, &* misera. Et de verbis domini: *Qui nequiter vult viuere, nonnè tanto* miserior *esse conuincitur; quanto facilius mala eius voluntas impletur?* Et de Ecclesi. dogmatib. cap. 53. relatus in capit. *quotidie 13. in ordine, de consecr. distinct. 2.* ibi: *ambo honorificantes saluatorem, diuerso, & quasi contrario modo: ambo peccatis miseri.* Diu. Gregor. super Ezechiel. *Peccantes quosque nunc consideremus amplius* miseros, *quando eos conspicimus in in culpa sua sine flagello derelictos.* Diu. Hieron. in epistol. ad gaudent. *Quare solus cum sola, & non cum arbitris sedes, vt cum ipse non pecces, aliis peccare videaris, vt exemplo sis* miseris, *qui nominis tui auctoritate delinquant?* Diu. Ambros. (cuius in *capit. salicibus, 37. de pœnit. distinct. 30.* refertur auctoritas) *filia Babylonis* misera. Misera *vtique quia Babylonis filia est, quæ Dei filia esse desinit.* Quod & nouit Cicero Tusch. *lib. 5. Potes igitur, aut qui malè viuat non eum miserum dicere aut? quem benè fateare; eum negare beatè viuere?* Et ibidem: *ita prorsus existimo: bonos beatos, improbos miseros.* Et iterum: *Quid cum fatentur satis magna satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam: nonnè fatendum est, eandem vim in virtute esse ad beatam vitam?*

Neque humanam fœlicitatem † (si fœlicitas nominari potest) cum improbitate iunctam, fœlicitatem non modò non esse; sed miserrimam conditionem inducere; *Cicero* quoque professus est eodem *Tusculanor. lib. 5.* dicens: *An dubitas, quin præstans valetudine, viribus, forma, acerrimis, integerrimisque sensibus, adde etiam, si libet, pernicitatem, & velocitatem, diuitias, honores, imperia, opes, gloriam; si fuerit is qui hæc habet, iniustus, intemperans, tumidus, &c. dubitabis ne eum miserum dicere?* Et epistol. 7. familiar. Caio. Mario, *Ita viuere vt non sit viuendum,* miserrimum *est.* Malumque apparenter fœlicem; miserum verè esse, Iuuen. *Satyr. 4.* monstrat:

Quid refert igitur quantis iumenta fatiget.
Porticibus, quanta nemorum vectetur in vmbra,
Iugera quot vicina foro, quas emerit ædes?

Nemo

11 12

Nemo malus fœlix.

Cum ergo sine peccato nullus: sic (ex eo quoque capite) *miseri* omnes. Suppetuntque reliquæ humanæ conditionis mille miseriam causæ malorumque species mille. Siquidem vt *de remed. amor. lib. 2.* Ouid. ait:

Omnibus illa Deus plusvè, minusvè dedit.

Et ne generalitas assertionis fidem extenuet; & ad singula vitia, & fœlicitates quoque apparentes descendere, & vtorumque miseriam (cursim saltem) ostendere libet. Vtque per ordinem exe-
13 quamur: superbum † non modò *miserum*, sed *miseriam* ipsam esse firmauit August. *de catechiz. rudib.* inquiens: Magna est miseria *superbus homo.* Et non nisi *miserum*, aut stultum superbire; probat eleganter Francisc. Petrarch. *de remed. vtriusque fortun.* Dialog. 110. *Quod ad præsens malum attinet* (ait) *vnum illud adiecerim: superbiam esse ægritudinem* miserorum, *ac stultorum. Tales enim sunt haud dubiè, qui superbiunt; neque enim aliter superbirent. Neque verò sine causa in libro sapientia scriptum est: omnes insipientes, & infœlices supra modum animæ suæ superbiunt.* Vt enim Simon Naquer.

Quid iuuat ô homines tanto turgescere fastu?
Et ibi:
O miser! *interius secreta mente reuoluas,*
Carne quid humana vilius esse potest?
Et iterum ibi:
Inspice quàm fragilis, quàm pauper, quamque misellus
Viuas.

In idem Senec. Tragic. in Hercul. Oetæ *actu 2.*

Vrit miserum *gloria pectus.*

14 Auarum, aut cupidum † *miserum* esse; quam de auaritia descriptionem Valer. Maxim. facit, *lib. 9. capit. 4. in princ.* satis ostendit. *Protrahatur etiam* (ait) *auaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ auidissima vorago: nec habendi fructu fœlix; & cupiditate quærendi, miserrima.* Senec. etiam in prouerb. ait: *auarus ipse* miseriæ *sua causa est.* Consentitque Horat. *lib. 1. Sermon. satyr. 1.* de auaro loquens:

Quid facias illi? miserum *iubeas esse libenter*
Et de arte Poët.
Quærit, & inuentis miser *abstinet.*
Iuuenal. satyr. 14.
Tanta parta malis, cura maiore metuque.
Seruantur: misera *est magni custodia census.*

Francisc. Petrach *de remed. vtriusque fortunæ.* dialog. 26. *Sed Auaritia nihil vnquam ieiunius, nihilque miserius.* Vtrosque, auaros scilicet, & cupidos complexus est (*miseros* dicens) Lucret. *de rer. natur. lib. 3.*

Denique auaritia, & honorum cæca cupido.
Quæ miseros homines cogunt transcendere fines.
Iuris, &c.

Horat. dicto sermonum lib. 1. satyr. 3.

Aut ob auaritiam, aut misera *ambitione laborat.*
Et satyr. 6.
Hæc est
Vita solutorum misera *ambitione.*

Miseram auri famem Egesip. dixit, *lib. 5. excidij Hierosolymitani.* Miserrimamque ambitionem Cicer. *officior. 1. misertima* (inquiens) *est omnino ambitio. Tolle cupiditatem* (Petrarch. ait, de remed. vtriusque fortun. lib. 2. dialog. 54.) *nauigationem ipsam; aut certè periculum nauigandi magna ex parte sustuleris. Illa non in nauem solùm, sed in scopulos, & in mortem cogit* miseros.

De luxuria, † luxuriæque vitio, sic Diu. August. de singular. clericorum: *Quantos leones domuit* 15
vna infirmitas delicata, id est luxuria? Quæ cum sit vilis, & miserâ; *de imaginis efficit prædam* Tibul. *lib. 2. eleg. 1.* de amore loquens:

Ah miseri, *quos hic grauiter Deus vrget!*

Aliis circa id hic omissis, quæstione finali referendis,

De iracundo, † Terent. in Ad. Iph. 16

Ah me miserum! *vix sum compos animi,*
Ita ardeo iracundia.

Lucan. de bello ciuil. lib. 2.

O rabies miseranda *ducis!*

Papin. Stac. Thebaid. lib. 11.

Sic pater infrendens, miseraque *exæstuat ira.*

Comprobantque hæc eadem à nobis *quæst. 19.* dicenda. Siquidem, vt Horat. ait, & Senec. *de ira lib. 1. in princip.* firmat:

Ira furor breuis est.

De Gulôso, † sic *stat. lib. 4. sylua. pag. mihi 72.* 17

Ah miseri, *quos nosse iuuat, quod phasidis ales*
Distet ab hiberna Rodopes grue, quis magis anser
Exta ferat: cur Tuscbus aper, generosior vmbro:
Lubrica quare cubent conchilia molius alga.

De inuido † Plaut. in Truculent. *act. 4. scen. 2.* 18

Nam inuidere alij benè esse, tibi malè esse, miseria *est.*

Et in captiui, actu 3. scen. 4.

Est miserorum, *vt malè volentes sint, atque inuideant bonis.*

Francisc. Petrarch. *de remed. vtriusque fortun. lib. 2. dialog. 106. Sed an non satis est, propriis malis angi, quæ tam multa sunt: nisi & alieno vos crucient, vndique miseri?* Iterumque ibi. *Ex omnibus vitiis nullum pigrius inuidia, altos in animos non ascendit: nullum quoque* miserius.

De otioso, † & pigro, in *Prouerb. suis* Senec. 19
nil agere semper, infœlici est optimum. Et epist. *92. Pigro supplicij loco labor est, delicatis,* miseria *est.* Et siquidem (vt ipse idem *de benefic. lib.* inquit (*pigritia est nutrix egestatis:* satis eius miseram conditionem esse apparet, Sed non ab illationibus confirmatio ex instituto nostro petenda: si enim id pateretur, quodlibet horum, librum, aut longum tractatum postularet.

Occupatorum, † & sollicitorum *miseram* 20
conditionem *Ecclesiastici n. 9.* relata verba ostendunt, & Senec, *de breuit. vita, cap. 9. Non dubium est ergo* (inquit) *quin prima quæque optima dies fugiat mortalibus* miseris; *id est occupatis,* & cap. 19. *Omnium quidem occupatorum* misera *conditio est*; & epist. 99. *calamitosus est animus futuri anxius, & ante miserias, miser.*

Non item inferiorem inter *miseros* ingratus † 21
tenet locum. Plato in Epidic. *act. 1. scen. 2.* dicente:

Herclè miseri *est, ingratum esse hominem.*

Nec modò qui manifestis peccatis, vitiisque laborant, sed (vt iam diximus) cæteri † omnes *miseri* 22
sunt. Dictisque in id Innocent. addendus, *de vilitate human. conditionis. d. lib. 1. cap. 10. Non est quisquam sine labore sub Sole, non est sine defectu sub Luna, non est sine vanitate sub tempore,* & cap. 13. *O quanta mortales agit anxietas, affligit cura, solicitudo molestat, metus exterret, tremor concutit; horror abducit, dolor affligit, conturbat*

tristitia;

tristitia, contristat turbatio! Pauper & diues, seruus & dominus, coniugatus & continens; Denique bonus & malus, omnes mundanis cruciatibus affliguntur, & mundanis afflictionibus cruciantur. Quodque ille collectiuè, etsi bieuiter nos sigillatim persequemur.

23 Miserum (à quo ille incipit) pauperem † esse, & *in prima, de priuileg. pauper. parte, quæst.* 35. *num.* 13. *qu.* 54. *num.* 14. & in præsenti sæpè ostendimus. Nunc Plautum addimus *in Dramat.* seu *captiuit. actu tertio, scen. prima, in princip.*

> Miser *est homo qui ipse sibi quod edat quærit.*
> *Sed ille est miserior, qui ægrè quærit, & nil inuenit.*
> *Ille miserrimus est, qui cum esse cupit, quod edat non habet.*

Et Iustini historici verba id ipsum testantia, *lib.* 11. quæ sunt: *Insignis præter cæteros fuit Abortominus, Rex ab Alexandro Sidonia constitutus. Quem Alexander) cum operam òblocare ad puteos exauriendos, hortosque irrigandos solitus esset,* miserè *vitam exhibentem) Regem fecerat.*

24 Diuites pariter *miseros* † esse 1. *part. de priuileg. pauper. dist. quæst.* 52. *num.* 37. comprobamus: ibique similiter dictis, Diui Iacobi validum addimus testimonium *in epistol. Catholic. capit.* 5. *agite nunc diuites* (ait) *plorate vlulantes in miseriis vestris;* miserasque diuitias vocauit Horatius *sermon. lib.* 2. *satyr.* 8. Deque pauperis, & diuitis speciatim *miseria,* idem ipse Innocent. *dict. lib.* 1. *capit.* 14. egit. Quibus eloquentiæ parentis *Tully* nouiter *Tuscul.* 5. sententia accedat: *Non sunt igitur ea bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet esse miserrimum.*

25 Coniugatum, † à coniugiovè continentem, nubentemque, & non nubentem *miseriam* pati, *Socrates* monstrauit. *Qui ab adolescentulo quodam consultus vxorem duceret, an se omni matrimonio abstineret? respondit: Vtrum eorum fecisset, acturum pœnitentiam. Hic te, inquit, solicitudo, hic orbitas, hic generis interitus, hic hæres alienus excipiet: Illic perpetua solicitudo, contextus querelarum, dotis exprobatio, affinium graue supercilium, garrula socrus lingua, subcessor alieni matrimonij, incertus liberorum euentus. Non passus est iuuenem in contextu rerum asperarum, quasi lætæ materiæ facere delectum.* Vt *Valer. Maxim.* prodit, *lib.* 7. *titul.* 2. *capit.* 7. confert & diuus Augustinus *lib.* 6. *cap.* 11. *Putabam enim* (ait) *me* miserum *fore nimis, si fœminæ priuarer amplexibus.* Boet. de consolat. libro 2. prof. 4. *Ille vtroque circumfluus vitam cœlibem deflet: ille nuptiis fœlix, orbus liberis, alieno censum nutrit hæredi.* Alia in id Innocent. ipse *d. lib.* 1. *c.* 16. *De miseria continentis, & coniugati.*

26 Et qui liberos habet, † & qui non habet. Ad longum firmat Pertrarc. *de remed. vtriusque fortun. libr* 1. *dialog.* 70. Gaud. *Pater filiorum sum bonorum.* Ratio. *Quantò meliores filij, tanto periculosior conditio tua est. Nescis quam dolendi materiam gignendo quæsieris? quos aditus lacrimis in tuam domum patefeceris? quantum in te ius morti præbueris? O matres miseræ,* ait Horatius! *O patres miseri,* dico ego. Et post alia: Gaud. *Votiua fœlix lætusque sum sobole.* Ratio. *Fœlicitas anxia, solicitum gaudium, & sæpè mœstum gaudium, fœlicitas* misera. *Boet.* quoque proximè relato loco. *Alius prole lætus filsæuè delictis mœstus illacrymat.*

Qui amicos habet, † D. Augustin. *confes. lib.* 4. *cap.* 6. miser *eram, &* miser *est omnis amicus vinctus amicitia rerum mortalium, & dilaniatur cum eas amittit, & tunc sentit miseriam qua* miser *est, & antequam amittat eas.* Et ibid. *Iam miser eram, & habebam cariorem illo amico meo, vitam ipsam miseram.* Conuenit Ouid. *metamorf. lib.* 11. 27

> *Horruit Alcyone, lacrymasque emisit obortas.*
> *Amplexumque dedit, tristique* Miserrima *tandem.*
> *Ore vale dixit.*

Et qui amicos non habet, † *Ouid.* ipse Trist. 28
lib. 3. & eleg. 5.

> *Idque recens præstas, nec longo cognitus vsu.*
> *Quod veterum* Misero *vix duo, tresvè mihi.*

Qui timet, † Plaut. in Asinar. *actu secundo,* 29
scen. 4.

> *Vah formido* miser?

Et *in cistellar. actu* 4. *scen.* 2.

> *Nam & intus paueo, & foris formido ita nunc.*
> *Vtrobique me metus agitat. & illo sunt homines* miserè.

Miseri.

Siquidem pauidis (vt Iustin. Historic. *lib.* 24. *ad fin.* ait) *Nulla sub tectis acta nox: nullus sine labore, & periculo dies.* Quos & consilium pariter deserit, vt apud Lucium Apulei. metamorfos. lib. 9. *At ille repentino malo perturbatus, & misera trepidatione ad inopiam consily deductus, &c. Qui dolet, ac metuit)* Petrarcha ait, de remed. vtriusque fortun. dialog. 113.) *ille miser est.*

Et qui timetur, † vt in hæc verba ostendit 30
Æmil. Prob. in vita Dionisij. *Hic sicut ante dictum est, quam inuisa sit singularis potentia, &* miseranda *vita eorum qui metui, quam amari malunt, &c.*

Qui patitur, † & qui committit furtum, Senec. 31
de vita breuit. in fin. *Interim dum rapiuntur, & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit; dum mutuo sunt. miseri.*

Deformis, † & pulcher. Primum *Lucerel.* pro- 32
bat *de rer. natur. lib.* 4. *ad fin.*

> *Et miseram tetris se suffit odoribus ipsa.*

Secundum Plaut. *de Milite gloriof. actu* 1. *scen.* 1.

> *Nimia est* miseria, *pulchrum esse hominem nimis.*

Qui spe sustinetur, † Plaut. *in Epidic. actu* 3. 33
scen. 1. *in princ.*

> *Expectando exedor* miser.

Et *in Asinaria, actu* 3. *scen.* 3.

> *Imò herclè verò.*
> *Qui pendet, multò est* miserior.

Senec. *de vita breuit.* cap. 17. *Spes spem excitat, ambitionem ambitio:* miseriarum *non finis queritur; sed materia mutatur.*

Et qui spe cadit, † Ouidius *de consolat. ad* 34
Liuiam.

> *Spem pone* miserrima *falsam.*

Qui seruit, † & cui seruitur, obsequentesque 35
adsunt.

adsunt. Primùm, & per se, & ex adductis in *Axiomatib. nostris, lit. A. numero 569.* & infrà *qu. 16.* patet: Secundùm, ex *Senec.* de morib. *Numquid nobilitas gloriabitur affecta, nonnumquam indignis,* miserabilibus *seruiens?*

36 Iniustus, † & iustus miseriam patiuntur, Iob. *c.10.* dicente: *Etsi impius fuero, vè mihi est: etsi iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione, & miseria.* Multis ostendit (quamuis huius loci immemor) Innocent. *de human. condit. vilit. lib. 1. c.17. de miseria bonorum, & malorum.* Imò boni sæpè maioribus temporalibus præmuntur miseriis, vt illis virtus perficiatur, *ad Corinth. 2. c.12. & cap. non omnis, q. 5.* Vt enim Senec. *de diuin. prouid.* ait: *Ipse ignis aurum probat; miseria fortes.* Et prosequimur *de priuileg. pauper. q.6. n.81.*

Ne denique cætera dispungendo, in immensum se protrahat sermo, & finem propositus recipiat: eadem ipsa fœlicitas humana † *miseria* est,
37 quantoque fœlicior. *Tu tales* miseros *arbitraris: nos te* miserabiliorem *putamus*, Hieron. ait *ad* Asellam, de fœlic.bus, & miseris loquens. Ex fœlicitateque *miserum* iudicauit Senec. *de diuin. prouid.* titul. de prosperitate: *Miserum te iudico, quòd non fuisti miser.* Et de morib. *Nondum es fœlix, si te turba non deriserit.* Neque magis metuendum; *quàm ne quando forte parum* miseri *simus,* dixit Petrach. *in prolog. de remed. vtriusque fortunæ*, circa princip. *magna* enim *prosperitas magna viam facit aduersitati*, vt ipse idem ibi, *lib.1. Dialog. 91.* affirmat contestemque habet *Senecam epist. 91.* dicentem: *Et cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi fœlicitas inuenit.* Ideo de *breuit. vitæ, c.17.* per bellè idem: *Alia fœlicitate opus est: & pro ipsis, quæ successerunt votis, vota facienda sunt: Omne enim quod fortuitò euenit, instabile est: quo altius surrexit, vergit pronius in occasum: neminem porro casura delectant.* miserrimam *ergo necesse est, non tantum breuissimam vitam eorum esse, qui magno parant labore, quod maiore possideant. Operosè assequuntur, quod volunt: anxiè tenent, quæ assequuti sunt.* Dixeratque secundo ibidem capite: *De istis me putas disserere, quorum in confesso mala sunt? Aspice illos ad quorum fœlicitatem concurritur, bonis suis suffocantur,* & in tract. *Quare bonis mala accidant, c.4. Illos meritò quis dixerit* miseros, *qui nimia fœlicitate torpescunt.* Vnde cùm amplissimum regnum suum *Cyrus* seniori filio suo *Cambisses* assignaret: iuniori verò *Tanazoares* magnarum, atque opulentarum Prouinciarum Satrapam esse dedisset; nullam sine *miseria* fœlicitatem cognoscens, intolerabilem autem, quæ in summo illius fastigio residet: tolerabiliorem quidem quo magis à summa fœlicitate discedit; inquir: *Hæc verò dans tibi: existimo Imperium quidem maius, atque Regni nomen seniori filio reliquisse: at fœlicitatem, tibi cum minore molestia.* Vt auctor est Xenoph. *de Pædia Cyri, lib.8.* Et confirmat Senec. *de vita breuit. c.7.* experientiam validissimum testem proferens: *Plerosque certè audies ex his quos magna felicitas grauat, inter clientium greges, aut causarum actiones, aut cæteras* honestas miserias *exclamare interdum: mihi viuere non licet.* Rixa namque fœlicitati ipsi, cùm fortuna secunda est, *eodem de moribus* dicente: *mihi crede, non potes diues esse, & fœlix. Quis est enim* (vt Boët. de consolat. lib. 2. pros. 4. ait) *tam composita fœlicitatis, vt non aliqua ex parte cum statūs sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum conditio bonorum, & quæ vel nunquam tota proueniat: vel nunquam perpetua subsistat. Hunc census exuberat: sed est pudor degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit; sed angustia rei familiaris inclusus, mallet esse ignotus.* Et quisquis ille, adductus à P. Martino del Rio, in Senecæ Tragici *castigationibus. Non est tam bona fortuna, de qua nihil queri possis.* Siquidem (vt Apul. Floridor. *lib. 3.* pag mihi 332 ait.) *Nihil quidquam homini tam prosperum diuinitus datum; quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis; vt etiam in amplissima quaque lætitia subsit quæpiam vel parua querimonia, coniugatione quadam mellis, & fellis. Vbi vber, ibi tuber.*

Meritò inde Aug. *Confession. lib. 10. c.8.* exclamat: *Væ prosperitatibus huius sæculi semel & iterū, à timore aduersitatis, & à corruptione lætitiæ.* meritoq; ille de ornatu, fastigioque regali quærulus: *O nobile magis quàm fœlicem pānum! quem si quis penitus cognoscat, quam multis solicitudinibus, & periculis, &* miseriis *sit refertus; ne humi quidem iacentem tollere vellet.* vt Valer. Max. tradit *lib.7. tit.2. c.5.* miserandam potestatem *Papin. Stat.* vocauit *Thebaid. lib 8.* Potentūq; vitam *miserrimam*, vltimo elogio fassus est *Germanus* ille tot regnorum, prouinciarumq; moderator, D. Augustini filius, Imperij particeps; vt *annalium lib.3. Cornel. Tacit.* (eius in hunc modum amicis, parentique vltima verba, ac mandata referens) prodit. *Vltimas preces pectoribus vestris relinquo referatis patri, ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumuentus,* miserrimam vitam *pessima morte finierim.* 38

Eoque fœlicior † *miseria*, quòd infœlicitatis timore vacat. Ouid. *trist. lib.3. eleg.11.*
Non est quod timeas, fortuna miserrima *tuta est.*
Et de Ponto lib.2. eleg.2.
Tuta petant alij, fortuna miserrima *tuta est.*
Nam timor euentus deterioris abest. 39
Miseros tandem, & tristes, † non fellices, & gaudentes, nos consulit esse D. Iacob. Apostol epist. Catholic. c. 4. *miseri stote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.*

Summa igitur cum ratione iudicantem monuimus, ne in immensum facultatem hac in re, arbitriumque libito suo datum; sed legibus adhærens, incidentis negotij, causæque ratione putet. Quem satis notata in prœmio, quæstionibusque sigillatim, instructum reddunt.

VTRVM VIDVÆ, PVPILLI, Debiles, aut diuturno morbo fatigati, *Miserabiles* sint? possintque aduersarios suos in prima causæ cognitione ad principem trahere inuitos? Ab aliis autem ipsis trahi nequeant? Quatenusque priuilegiati existant?

SVMMARIVM.

1 Lex vnica, C. quando Imper. inter pupill. & & vid. *an duos separatos cōtineat casus, diuersimodèque in eis disponat, an æqualiter?*
2 *Legis huius vnicæ fauor à diuino iure trahit originem.*
3 *Et procedit, siue in ea* miserabiles *personæ contenta agant: siue conueniantur.*
4 *Et non solum in prima instantia, sed etiam in secunda, & vlteriori.*
5 *Et an siue antè, siue post litem coram ordinario contestatam; & in eius, per consequens, iurisdictionem concessum?*

6 *Minori, aut miserabili personæ aduersus tacitum per contestationem in iudicem inferiorem consensum, an restitutio detur.*
7 *Ordinarium iudicem eligere, Principis deinde Curiam, iterúmq; ad ordinarium redire, an Miserabilibus liceat.*
8 *Ita miserabilibus fauendum, vt aliis iniuria non fiat.*
9 *An miserabili post conclusionem in causa variare liceat.*
10 *Fori dictum priuilegium, etiam miserationis causa cessante, quæ à principio aderat, durat.*
Iudicium ibi finiri debet, vbi cœptum est. ibid.
Causa cessante non cessat effectus, quando consummatus productúsque adest. ibid.
11 *Fori hoc priuilegio gaudent miseri, quibus post litem cœptam, vel contestatam, misera superuenit conditio, quæ antea non extabat.*
12 *Non solum miserabilibus ipsis, sed etiam eorum litium consortibus hoc fori priuilegiũ competit. Quando saltem indiuidua causa est,* num. 13.
Limita & intellige, vt num. 15.
14 *Indiuidua causa, quæ censeatur.*
16 *Nec solum iure proprio, sed cessio quoq; agentibus, hæc miserabilibus fori datur electio.*
17 *Si modo fraudulenta cessio non sit.*
18 *Et an etiam procedat, si miserabili diuiti cessio facta sit.*
19 *Aut quando cum eo qui miserabili cessionem fecit, lis foret incepta.*
Clericus laici hæres, cum quo lis fuerat incepta, prosequi coram sæculari iudice debet.
Neque ab emptore (cui super re sibi vendita lis mota est) requisitus vt eum defendat, Iudicis laici forum subterfugere valet. ib.
Intellectus text. in l. venditor, 49. D. de iudic. & legis 57. tit. 6. part. 1. *ibid.*
20 *Miserabilis persona, quæ non miserabili successit, cum quo lis incepta erat legis nostræ vnicæ priuilegio, eius rei ratione, non gaudet, Secus filiis incepta non erat,* & n. seq.
21 *Priuilegiatus non priuilegiato succedens, suo vtitur priuilegio.*
22 *Cessionarius cui priuilegium hoc fori non competebat, cessionis virtute à miserabili facta, eo vti non poterit, cum priuilegium personale sit, quod cum persona extinguitur.*
23 *Legis nostræ vnicæ determinatio tam in ciuilib. quam in criminalibus procedat, necne.*
Causa nomen generale est, ciuilem & criminalẽ complectens. Et quid de litis vocabulo.
Delictum nemini patrocinari debet. ibid.
Honor vita potior reputatur. ibid.
Criminalis causa tantùm à ciuili, & pecuniaria quantùm anima à corpore distat. ibid.
Vbi maiùs est periculum, cautiùs est agendum. ibid.
Lex generaliter loquens generaliter intelligenda, & vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus. ibid.
Princeps fons est iustitiæ, lex animata, & ius ipsum. ibid.
Legis nostræ vnicæ priuilegio etiam hi, qui sua culpa, ad casum non ordinata, in miserum statum deuenerunt, gaudent. ibid.
Intellectus text. in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi oport. ibi.
24 *Miserabiles personæ non solum extrà prouinciam ad litigandum trahi non possunt; sed nec extra ciuitatem.*
25 *Miserabiles relatæ personæ nõ solum Principis forum declinare possunt, quando extrà domicilium, aut prouinciam trahuntur, sed etiamsi in domicilio earundem coram principe ibi (per accidens tamen) existente, conueniantur.*
26 *Priuilegio huic præfatis miserabilibus cõcesso nullis rescriptis, quantumuis pregnantibus, & generalibus verbis, clausulisvè quorumlibet priuilegiorum derogatoriis conceptis, nisi de miserabilibus specifica mentio fiat, videtur derogatum. Etiamsi in rescripto dicatur:* Non obstantibus priuilegiis, quorũ specialis mentio facienda foret.
27 *Huiusmodi priuilegio, an miserabiles renuntiare queant.*
28 *Legis nostræ vnicæ dispositio in causis etiam iurispatronatus procedit.*
29 *Et an locum habeat, si miserabiles diuites sint?* & duob. seqq. *Et an & quatenus miser actu, & habitu differat.* ibid.
Vidua diues an simplici paupere miserabilior sit. d. n. 29. vers. *Ex qq.* remis.
Naturalia immutabilia permanent, neq; accidentaliter euenientibus mutantur. ibid.
30 *Contra viduam, diuturno morbo fatigatum, aut senem, si diuites sint, tempus currit, cum aliis causas mandare possint gerendas. Secus contra hosce pauperes.* & n. seqq.
33 *Pupillus qui in aui potestatem recidit, an fori priuilegio legis nostræ vnicæ gaudeat,* & num. seq.
34 *Nepos patre etiam viuente in aui existit potestate, & patre mortuo, eius locum tenet. Ideoque neq; orbus videtur.*
Et quid hodiè? n. 39.
35 *Impubes parentem habens pupillus non dicitur neque legis nostræ fauore gaudet.*
Et quid in pupillo tutorem habente. ibid.
36 *Per matrimonium hodiè à patris potestate filius exit, proque emancipato habetur; neque eius filij in aui potestatem recidunt.*
37 *Pupilli spurij, an legis nostræ vtantur fauore.*
38 *Perhorrescentia iuramentum, vt legis nostræ remedium competat, non requiritur precisè.*
Dictionis præsertim natura. ibid.
39 *Fori, legisque nostræ priuilegium miserabili euidenter malitiosè desideranti, non datur.*
Et an malitia præsumatur? n. seq.
41 *Nec miserabili alieno agenti nomine competit.*
42 *Nec proprio nomine agenti, si non vt principalis, sed vt tertius causa adest, vtpotè ab emptore laudatus.*
43 *Neque in iudicij preparatoriis. Ad iudicemque citatus miser, vel aliàs priuilegiatus coram iudice comparere priuilegium allegaturus omninò debet, neque ad id vti fori præscriptione potest.* ibid.
Et an non cõparens fori priuilegiũ perdat. ibi.
44 *Vidua dotem exigens, an eo priuilegio vtatur.*
45 *Miserabilis in loco contractus conuentus, an legis nostræ priuilegio gaudeat.*
46 *Vidua honestè, & castè non viuens, an se indignã fauoris huius reddat. Et an si non vt vidua, vt miserabilis illum consequatur?* num. 49.
47 *Honestè ac turpiter viuere, quæ dicatur.* num seq. & num. 210.

50 *Vidua*

50 *Vidua quæ luxuriosè vixit, ad meliorem tamen frugem se recepit, honestéque ad præsens viuit, an fori priuilegium habeat.*
Qualitas iuncta verbo, secundum tempus verbi intelligitur. ibid.
51 *Fori priuilegio non gaudet vidua, quæ maritũ occidit, eiusvè morti causam præbuit.*
52 *An inter pares priuilegiatos, huic sit priuilegio locus,* & n. seqq. vsque ad 58.
54 *Naturalis qualitas, an accidentali præualeat?* & n. seq.
55 *Magis sæpè Accidens, quam Natura attenditur.*
56 *Miserabilis, an aduersus miserabilem minus, fori priuilegio gaudeat.*
57 *Reus ab aquè miserabili, aut priuilegiato, à foro suo extrahi non debet.*
Æquè priuilegiatus, iuris communis regulis vtens, præferendus est. ibid.
58 *Miserabilis effectus, lite coram Principe, collitigantis miseræ conditionis prætextu pendente; an domicilij Iudicem causam remitti iure postulet.*
59 *Vidua, Pupillus, &c. Legis nostræ priuilegio non gaudent, si in eo foro in quo iurisdictio eorum nomine exercetur, litigare velint.*
60 *Incompetentis Iudicis forum miserabilis eligere nequit.*
61 *Qui vbique locorum se conuenire posse pactus est, an fori electionem habeat?* & num. seqq. vsque ad 67. inclusiuè.
62 *Clausula,* vt vbicumque locorum, & coram quibuscumque iudicibus conueniri quis possit, *quam vim teneat.*
Et quam si solutioni, eiusque obligationi adiecta sit? & n. seqq.
Et quam si à miserabili sit apposita; n. 64.
Clausula instrumenti Cameralis, per quam contrahentes omni loco, & foro se submittunt, ita vt vbicumque locorum conueniri possint, qualiter restringatur? cuiusque sit virtutis? ibid nu. 63.
64 *Miserabilis foro suo renunciare non potest.*
65 *Foro proprio renuncians, an communi, vel priuilegiato, vtriquevè etiam renunciasse sit visus?* & n. seq.
Renunciatio ad alia quam nominatim expressa, non extenditur. ibid. d. n. 65 & 66.
67 *In causa executiua, an fori vtatur miserabilis priuilegio.*
68 *Miserabilis excommunicatus, aut hæreticus, an hoc fori priuilegio gaudeat?* & n seq.
69 *Hæretici excommunicationem ipso iure incurrunt.*
70 *Hæretici priuilegiis Catholicis concessis priuantur.*
71 *In fiscali causa, regaliumvè redditũum, fori huic priuilegio non est locus.*
72 *Pupillus vel miserabilis persona, à tutore vel administratore rationes postulans, an & quando hoc fori priuilegio vtatur,* & duob. num. seqq.
75 *In feudalibus causis huic fori priuilegio locus non est*
76 *Neque in officialium, qui syndicantur causis.*
Iudices præcipuos habentes, qui ad curiam trahi ea ratione nequeant? remiss. ibid.
77 *In reconuentionis causa fori non datur electio.*
78 *Laicus non nisi coram iudice Ecclesiastico Clericum potest conuenire.*
79 *Nisi in reconuentionis causa. Si clericus enim laicum apud iudicem sæcularem conuenit, ibique reconueniatur: sustinere coram illo reconuentionis iudicium debet.*
80 *Quinquennalem dilationem petens, fori hanc electionem non habet.*
81 *Fori priuilegium non nisi de illo opponenti competit.*
82 *Iudicium cum excommunicato agitatum, si de excommunicatione ab aduersario non fuerit oppositum, tenet.*
83 *Reconuenire actorem reus debet coram conuentionis iudice, non diuerso: nisi pars non contradicat.*
84 *Contra non infamatum non tenet inquisitio.*
Nisi parte non opponente. & num. seq.
86 *Incertitudo actũ vitiat, nisi pars non opponat.*
87 *Sententia nulla sustinetur, si pars nõ opponat.*
88 *Executio legum non seruata forma facta, iudiciivè substantialibus carens, etsi nulla sit: parte non opponente conualescit.*
89 *Qualibet dispositio iudicem, partemvè ad aliquid faciendum adstringens,* si in iudicio fuerit petitum, *intelligi debet.*
90 *Pupillis & Diuina, & humanæ leges fauent.*
Nec pupillaris solum ætas (hoc est impuberum, parentibus carentium) sed puerilis quælibet fauorem meretur. ibid.
91 *Maius Pupillis in bonis suis, quàm mulieribus pro dote, quàmque fisco concessum priuilegium est.*
92 *Minor aduersus fiscum restitutionem habet. Pupillus, absque restitutione tutus est,* & num. præced.
93 *Mater negligens in idoneis tutoribus filiis suis petendis, qualiter puniatur?*
94 *Et qualiter consanguinei ad pupilli successionem vocati, in eo pariter negligentes?*
95 *Matre vel consanguineis tutorem pupillo non petentibus; eius educator, vel amicus petere potest.*
96 *His non petentibus, quilibet de populo tutorem pupillo petere valet.*
97 *Nemine pupillo tutorem, aut aduocatum petente, illum ex officio Iudex dare potest, & debet.*
98 *Officium suum non nisi petitum impartiri iudex debet.*
99 *De interesse suo non docens, à iudicio repellitur.*
100 *Pupillorum fauore, tertius cuius non interest, admittitur.*
102 *Inter viuos manumisso, cui expresse peculium ademptum non est, concessum videtur.*
103 *Fallit in manumisso à Pupillo, tutore auctore.*
104 *Contra pupillos nec longissima quidem præscriptio, quæ contra quoslibet priuilegiatos procedit, currit.*
105 *Neque vsucapio.*
106 *Vsucapio an contra Romanam Ecclesiam triennio perficiatur.*
107 *Ad inuestituram petendam, tempus pupillo non currit; etsi adulto currat, egeatque restitutione.*
108 *Defunctorum voluntates pro legibus seruari, pietas suadet, & leges imperant.*
109 *Pupilli gratia, à defuncti voluntate recedi solet.*
110 *Tutor pupillo sub conditione dari nequit*

111 *Procurator sub conditione in diem,& usq;ad diē dari potest. Et quæ differentiæ ratio est.*

112 *Sine accusatore contra quemuis inquirere, aut procedere Iudex non potest.*

113 *Tutor suspectus sine accusatore repelli potest.*

114 *Pro alio fideiubere non magis quam donare quis cogitur.*

Beneficium quid sit? ibid.

115 *Pro filio tutore designato pater,vel fideiubere, vel eandem cum filio tutelam subire cogitur.*

116 *Pro Republica munere filio imposito, nec fideiubere pater, nec munus subire pro eo tenetur.*

Et quid hodiè circa id dispositum ibid. remiss.

117 *Fideiussores plures simpliciter dati,existentes,pro parte conueniendi sunt,diuisionisque beneficium habent.*

118 *Fideiussores à tutoribus sic dati, in solidum conueniuntur.*

119 *Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.*

120 *Tutores nominati, si excusationem à tutela prætendant,per se non per alios eam proponere debent.*

121 *Sententia ex falsa causa, falsisque allegationibus lata, sua natura tenet.*

122 *Pupillorum gratia talis sententia nulla est ipso iure.*

123 *Pupillus in re pupillaribus pecuniis empta, triplici gaudet priuilegio.*

Et quæ sint? & duob. n.seqq.

126 *Procuratores plures si in solidum dati non sint,unus sine alio agere non potest.*

127 *Nec testamenti executor, sine aliis executoribus exequi potest, si in solidum datus non sit.*

128 *Quilibet tutorum etiamsi insolidum dati non sint, pupilli fauore agere potest.*

129 *Pupilli quamuis non magis quam furiosi discernere queant: fauorabiliores quam alij, qui iudicio carent,existunt.*

130 *Impuberes etiamsi se hæreditati immiscuerint, abstinere possunt; puberes non possunt, restitutioneque egent.*

Et quid si impubes tutore auctore damnosam adiuit hæreditatem? ibid.

131 *Fauor pupilli, vel minoris, an etiam eius fideiussoribus prosit?* & n.132.133.& 134.

135 *Pupilli fauor participi,& communionem cum eo habenti prodest.*

136 *Fauor pupilli in causa est,vt possit quis per alium,quod per se non potest.*

137 *Pupillus sine cessione agere potest,non vtique alij.*

138 *Debitor speciei pupilli, an eius interitu liberetur.*

Et quid in aliis.

139 *Suspecti tutoris cognitio,non alij, quam Præsidi prouinciæ pertinet.*

140 *Pupillorum vtilitate mandari huiusmodi cognitio potest.*

141 *Fœminis accusandi facultatem, cum suam, suorumvè iniuriam non prosequuntur,iura negant.*

142 *Tutorem suspectum accusandi facultatem eis præbent.*

143 *Mulier pro debito ciuili etiam fiscali ad carcerem trahi nequit.*

144 *Pro debito pupillari etiam mater in carcerem trahi potest.*

145 *Pro pupillis Clericis postulare licet, non sic pro aliis.*

Et generaliter,pro aliis postulare prohibiti,pro pupillis non prohibentur.

146 *Legatis, dum munere funguntur, proprij etiam negotij occupatio prohibita est.*

Conceditur in pupillorum fauorem.

148 *Pupillus tutore auctore, quæuis agere vt maior potest;& hæreditatem adire,& ex ea obligari.*

149 *Si hæreditas damnosa sit,quam pupillus tutore auctore, adiuit sine restitutione quoque tutus est.*

150 *In vtilibus tutoris auctoritas pupillo necessaria non est, potestque sine ea conditionem suam meliorem efficere,obligat secum contrahentes; nec obligatur ipse.*

151 *Contractus claudicare non debet.*

152 *In pupilli alienatione vtili de rebus suis facta, an solemnitates aliàs requisitæ desiderentur,* & num.seq.

Intellectus text. in l. Iulianus, §. Si quis à pupillo, & §. Si quis colludente,D. de actionib. empt.

153 *Vt bona pupilli alienari possint, quæ requirantur? quoque ordine alienatio fieri debeat.*

154 *Iudicis decretum, an etiam in mobilium, iurium, & actionum alienatione requiratur.*

Iudex non sine causa cognitione decretum suum ad rei pupilli venditionem interponere debet; & interponens peccat.

156 *Sententia pro pupillo minorevè lata licet ipse absque tutore in iudicio extiterit,tenet.*

157 *Taciturnitas in præiudicialibus consensum non inducit.*

158 *Fauore pupilli inducit.*

Stipulatio minorum gratia fingitur vbi stipulatio desideratur? ibid.

*In fideiussione stipulatio requiritur.*ibid.

159 *Pupillus contumaciam, eiusque pœnam vitat.*

160 *Et ingratitudinem.*

161 *Exhæredari pupillus nequit.*

612 *An ob solutionem emphyteutici canonis non factam cadat in commissum pupillus.*

163 *Ad secundum decretum contrà pupillum non proceditur.*

164 *Carcerari pupillus nec pro delicto potest.*

165 *Carcerari omnes possunt qui legibus non reperiuntur expressi.*

166 *Torqueri pupilli nequeunt.*

167 *Torqueri omnes possunt,quos lex non eximit.*

168 *An omninò in delictis pupilli excusentur. remissiuè.*

169 *Hæreditas non adita non transmittitur.*

170 *Pupillus etiam non aditam transmittit.*

De intellectu text. in l. Si infanti,18.C.de iure delibe.*ibid. remiss.*

171 *Seruus tutor dari non potest.*

Limitatur & intelligitur num. seq. & n.173. & 174.

175 *Charitas benè ordinata à seipso incipit,& sibi, suisque rebus potius quam alienis prouidere quis debet.*

176 *Pupillorum vtilitates,an propriis anteponere tutores debeant.*

177 *Tutores qui pupillares pecunias in prædiorum emptionē non conuertūt,in fœnusvè nō locāt, etsi suam repositam seruent:ipsorum periculo*

cedit

cedit. Debentque in antiquarum usurarum locum pupillares pecunias vel in prædiorum emptionem vertere; vel ad honesti lucri partem ex regionis more, mercatori, ad redditusvè annui emptionem, facultate existente, dare. Et an ad cambium hodiè poni valeant? ibi. remiss.

Et an ad hoc iudicis decretum requiratur? ibid. remiss.

Usura nec pietatis prætextu admitti debent. ibi.

178 Tutor qui inuentarium non fecit, in dolo dicitur præsumpto.

179 Et mox cùm fuerit ordinatus, illud conficere debet; anteque illius confectionem nil, nisi quod dilationem non recipiat, administrare valet.

180 Tutor mox inuentarium non conficiens, suspectus habetur, in furti suspicionem rerum pupillarum incidit; & in carceribus dicere causam debet. Et an contrà eum præsumptio iuris, & de iure vrgeat? n. 187.

181 Hæres intra quod tempus inuentarium conficere debeat?

182 Tutoris inuentarium cum iudicis decreto fieri debet.

183 In hæredis inuentario pleraq; ex prædictis non desiderantur.

184 Aduersus contenta in instrumento probatio admittitur.

Instrumentum an, & quatenus probatio probata dicatur? ibid.

185 Aduersus ea, quæ in inuentario descripta sunt, tutori probatio denegatur.

186 Hæredi aduersus ea, quæ inuentarium continet, probatio conceditur.

188 Inuentarij, vel instrumenti copia cohæredi petenti, integra danda est.

189 Cum pupillo litiganti, principium tantum, & finis inuentarij edi debet.

190 A sententia excusationem tutori nominato non admittente, appellare licet: à datione ipsa non vtique.

191 Tutores dati, si intrà legitimum tempus excusationem non opponant; non admittuntur postmodum.

192 Sine interpellatione mora non committitur.

193 Pupillares usuræ sine interpellatione currunt, & debentur.

194 Ab usurarum pupillarium obligatione non sine consignatione, & depositione pecuniæ, oblatio liberat: in aliis cursum usurarum impedire oblatio solet.

195 A muneribus personalibus excusatus Pupillus existit.

196 Maior annorum quatuordecim, minor 25. à muneribus personalibus, quæ consilium non requirunt, non excusatur. Longéque multo minus alij qui de immunitate sua non docent.

Intellectus text. in l. 2. §. 1. D. de vacat. muner. ibid. n. præced.

Domus fundusvè Pupilli, aut viduæ in quo falsa moneta cuditur, an pœnis ordinariis subiaceat?

197 Quinquaginta quinq; annorum ætas, à personalibus muneribus excusationem præstat.

198 A tutela, vel cura onere, non minor quam 70. annorum ætas excusat.

199 Domus fundusvè Pupilli, aut viduæ in quo falsa cuditur moneta, an pœnis ordinariis subiaceat?

200 Repetitio denegatur, debitum naturaliter soluenti, licèt ciuiliter indebitum. Nisi sit pupillus. Et an ipso iure, sineque restitutionis tunc ope repetat?

201 Qui munerum simpliciter ciuilium, & publicorum vacationem, immunitatemq; obtinuit, licèt à patrimonialibus ordinariis non liberetur: à personibus, magistratibusque in dictis liberatus. Nisi munus tutelæ sit.

202 Viduæ (in his saltem, quæ Miseratio, Pietas, imbecillaq; naturæ ratio specialiter induxit) Pupillis inferiores an sint?

203 Vidualis status non multùm à Virginali distat.

204 Sacerdotum filiæ viduæ, sicut Virgines, de oblationibus sanctis vescebantur: nuptæ verò prohibebantur vesci.

205 Priuilegio alicui, suisque descendentibus tàm masculis, quàm fœminis dato, Virgines, & viduæ gaudent, non maritatæ.

206 Vidualibus fauoribus, ita demum viduæ gaudent, si earum statui, vidualis vita conueniat. & num. 209.

207 Vidua mariti forum, nobilitatem, & priuilegia retinet: de illius dicitur familia, & in eodem matrimonio præsumitur durare: viua, & vera mariti mortui imago; inque mariti obsequio esse dicitur.

208 Vidua inhonestè viuens, ad secundavè transiens vota, defuncti mariti forum, claritatem, & priuilegium amittit.

209 Nec priuilegiis viduis concessis gaudet.

210 Inhonestè viuere, quæ dicatur? Quibusque plectatur pœnis? & n. seq. remiss.

212 Quemadmodum matrimonio constante, dotalis fundus inalienabilis, & imprascriptibilis est; sic & matrimonio soluto, dum vidua restitutus non est, competitque illi de dote actio. & n. seq.

214 Matrimonio durante, vxor etiam diues, à marito ali debet.

215 Et an marito mortuo, de illius bonis siue diues, siue pauper, alenda quoque sit? & num. seqq. vsque ad 320.

Hæres non melioris conditionis, quam defunctus esse debet. ibid.

216 Maritus alere vxorem debet, quam etiam sine dote, eiusvè promissione duxit.

217 Mariti hæredes etiam post annum luctus, ad viduæ pauperis alimenta tenentur

Hæres personam defuncti repræsentat; & quidquid ius est de aliquo, idem etiam est de eius hærede ibid.

Vidua in præteriti matrimonij dedecus mendicare non debet. ibid.

218 Hæres qui in causa est, vt defuncti superstes coniux, alimentis negatis, ad viliores operas, quam quas marito viuente exercebat, saluaque dignitate faceret, descendat; prædefuncti mariti memoriam offendit, & indignum se illius hæreditate efficit. remiss.

219 Vidua pauper, quartam, si malit, in bonis mariti prædefuncti consequi potest.

220 Mariti hæredes, vestes lugubres viduæ secundum consuetudinem loci præstare debent.

221 Et an vidua intra luctus annum nubens, eat restituere compellatur? & n. seq.

223 *Quotidianus lectus superuiuenti debetur coniugi. Qui tamen secundas contrahit nuptias, illum restituere, ad partitionemque cum heredibus trahere debet.* & n.seq.

225 *Quo tempore secundæ nuptiæ contrahi debeant, vt lectus restitui debeat? De quibus bonis eius sit facienda deductio? Qualiterque eius diuisio?* remiss.

226 *Acquisita constante matrimonio, inter coniuges communicantur.* remiss.

227 *An vsuras, interesse, vel damnum post annum luctus, absq; aliqua interpellatione pro dotis restitutione à mariti heredibus vidua consequatur?* remiss.

228 *Viduæ de bonis Ecclesiæ, si aliundè non habent, sunt alendæ.*

229 *Viduas diuites non nutrit Ecclesia, licet protegat.*

230 *Super rebus etiam profanis, & circa rem quoque feudalem, si oppressionem viduæ patiantur, quamuisque dominus feudi negligens non probetur, nisi cum limitatione de qua ibi, eis Signatura commissiones concedit.*

231 *Viduæ retentio bonorum mariti pro dote competit: marito in bonis præmortuæ coniugis denegatur.*

232 *Postulare prohibiti, pro viduis possunt.*

233 *Viduæ testimonium, aliarum fœminarum testimonio præualet.*

234 *Fœminæ, mares pietate, & deuotione præcellunt.*

235 *Ceteras fœminas charitate, & pietate viduæ antecellunt. Neque vt ceteræ sunt auaræ.*

236 *Iudex nemine petente, fœminis, & pupillis de aduocato prouidet.*

237 *Mitiùs cum fœminis in delictis regulariter agitur.*

238 *A pœna* legis Si quis in tantam, C. vnde vi. *excusantur fœminæ.*

Et an à præsumpta vsurarum fraude? A pœna falsi, ob scripturæ lacerationem? A periurio? Et an in heresis crimine cum eis mitiùs agatur? ibi, remiss.

239 *Delicta mulierum, mulcta aliqua pecuniaria, apud gentes aliquas redimebantur.*

240 *Aduersus propriam confessionem, cum aliter de delicto non constat, mulieri restitutio datur.*

241 *Ceteris communis regula contraria obstat.*

242 *Muliebris sexus bonam fidem inducit, dolique præsumptionem excludit.*

243 *Facilè mulierem decipi lex præsumit.*

Instruitur omnis arte fœmina doli ibid.

244 *Vt testimonium ferat, ad iudicium trahi fœmina nequit.*

Et quid antiquitus in id obseruatum? ibid.

245 *Neque pro debito ciuili, priuato publico, vel Fiscali coram iudice comparere aut ad carcerem trahi debet.*

246 *Neque pro criminali causa, leni, aut non saltem atroci.*

247 *Fœmina, quæ in canonem* Si quis suadente; *incidit, Romam pro absolutione ire non adstringitur; à proprioque parocho absolui poterit: cum ceteri adstringantur.*

248 *Ignorantia facti, non iuris excusat.*

Et an mulieres iuris ignorantia excuset? numero seq.

250 *Mulierum priuilegia* remiss.

251 *Infirmitas corporis vires minuit, animi addit. Plures infirmitatis vtilitates, appetendique describuntur effectus: scientiarum, & artium magistram, multis exemplis, auctoritatibusque comprobatur.*

252 *Infirmitate graui laborans, an pro ciuili debito, criminevè carcerari possit;*

253 *Torqueri non potest.*

254 *Contra sic infirmantem executio fieri non potest.*

255 *A contumacia infirmitas excusat.*

256 *Infirmus, aut impeditus ad longum tempus, vel in perpetuum, citatus an saltem mittere procuratorem teneatur?*

257 *Suorum quoque infirmitas, citatum à comparendo excusat.*

258 *Infirmitatis impedimento allegato, oblataque de ea fide, Iudicis potestas suspenditur, inque valetudinis tempus iudicium differtur, & nullus interim processus factus redditur.*

259 *Fide de infirmitate non facta, iudice ad vlteriora procedente, processus tenet: sed infirmitate detento in integrum restitutio datur.*

260 *A negligentia excusat infirmitas.*

261 *Delicti pœnam infirmitas minuit, mitiusq; cum infirmo agendi causam præstat.*

262 *Ad infirmos non solum pro testimonio recipiendo mittendum est: sed neque testimonium præstare coguntur.*

263 *Infirmus, qui diuinis horis interesse personaliter nequit, vel absens est sanitatis recuperandi gratia: distributiones percipit quotidianas. Etiamsi propria culpa in infirmitatem inciderit. Saltem si sanus diuinis officiis adesse consueuerat. &* duobus & num. seqq.

266 *An & quando à muneribus personalibus, vel etiam realibus excusetur infirmus?*

267 *Ab omnibus excusatur infirmus, quæ sanitati obesse, aut incommode fieri possunt.*

268 *Quemadmodum iuramentum, quod sine dispendio salutis æternæ seruari non potest, obligatorium non est: ita quod nec sine corporalis salutis detrimento:*

269 *Pro absolutione etiam Romano Pontifici reseruata, Romam ire infirmus non cogitur.*

270 *Longa infirmitate grauatus à beneficio, præbenda, vel dignitate remouendus non est, sed coadiutor illi dandus.*

271 *Tutor ob infirmitatem à tutela remouendus non est, sed adiutorem recipit.*

272 *Iudex morbo inutilis effectus, officio remouetur.*

273 *Infirmitate durante, dumque in officio existit, salarium percipit, & seruire intelligitur.*

274 *Famulus infirmus seruire censetur. Et an pro infirmitatis tempore mercedem recipiat?*

275 *Aduocatus infirmus salarium consequitur; nec per substitutum seruire adstringitur.*

276 *Delegatus à Principe infirmitate detentus, subdelegat.*

277 *Ordinarius Iudex alium subrogare, substituereque infirmitatis ratione lege Regia potest.*

278 *Episcopus aduersa valetudine laborans, consecretionem suffraganeorum alij committere potest, suasque ad id mandare vices.*

279 *Quod publicè, & per proclama factum est, in communem notitiam venire præsumitur; nec eius ignorantia admittitur allegatio.*

280 *Ab*

280 *Ab huiuſmodi ignorantia, an excuſet infirmitas?*

281 *Infirmitatis, & curationis ſumptus, vt funeris, de hæreditate deducuntur, cuiuiſque alij creditori præferuntur, funerariique cenſentur.*

Et quid hodiè? ibi. remiſſ.

282 *Nil magis rationi congruit, quàm vt pacta ſeruentur.*

283 *Contractus ab infirmo cum medico factus Iudicis officio reſcinditur; nec ſpontanea promiſſio, infirmitate durante, eidem ab infirmo facta, tenet.*

284 *Arbiter poſt ſuſceptam cauſam, eam cogitur terminare, niſi infirmetur.*

285 *Dominus, qui ſeruum infirmum curare contempſit, illius priuatur dominio: filius qui parenti infirmo non prouidit illius hæreditate: ſerui emptor, qui eius incuria deceſſit, redhibitoria: coniux, qui coniugem infirmum diligenter non curauit, eius quoque hæreditate.*

286 *Iuſta cauſa eſt manumiſſionis etiam per minorem faciendæ, conſequendæque libertatis, quòd ſeruus dominum in infirmitate curarit.*

287 *Iniuriarum actio, partim conuentione, diſſimulatione, tacitauè remiſſione extinguitur.*

288 *Iniuriæ remiſſio ab infirmo facta, non impedit, quominus iniuriarum actio perſequi, inſtaurarique à valente poſſit.*

289 *Officij vacationem propter aduerſam valetudinem adeptus, eiſdem potitur, quibus in eo exiſtens priuilegiis potiretur.*

290 *Obſtrepentes, vel maleantes à vicinia expellere infirmus poteſt.*

291 *Ludouicus Gomez notatur.*

QVÆSTIO III.

ARgumentis legentem onerare, vbi expreſſa legis determinatio extat, puerile prorſus, & inane. Adeſt autem in præſenti non minus nota, quàm pietate plena Imperatoris Conſtant. Auguſt, in *l. Vnica, C. quando Imperator inter Pupil. & viduas.* Quæ ita ſe ſanctio habet. ❡ *Si contra Pupillos, vel viduas, vel diuturno morbo fatigatos, & debiles, impetratum fuerit lenitatis noſtræ iudicium: memorati à nullo noſtrorum iudicum compellantur comitatui noſtro ſui copiam facere Quinimò intra prouinciam in qua litigator & teſtes, vel inſtrumenta ſunt, experiantur iurgandi formam: atque omnis cautela ſeruetur, ne terminos prouinciarum ſuarum cogantur excedere. Quod ſi pupilli, vel viduæ, aliique Fortunæ iniuria miſerabiles, iudicium noſtræ Serenitatis orauerint; præſertim cum alicuius potentiam perhorreſcunt: cogantur eorum aduerſarij ex amini noſtro ſui copiam facere*

1 Quæquidem licèt ſcrupuloſis duos ſeparatos videatur aſſignare caſus: † Primum, vt Viduæ, Pupilli, diuturno morbo fatigati, ac Debiles, iurgandi fortunam in prouincia experiantur, nec extra illam cogantur exire: Secundum, vt Pupilli, & viduæ, alios ad Principis Curiam euocare poſſint; neque Debiles, diuturnoque morbo fatigatos in eo expreſſerit: eadem tamen verè vtroſque ratio, imò & dictæ legis determinatio æquè comprehendit. Cùm etſi non eoſdem, quos in primo, nominet in ſecundo: latiorem tamen in eo regulam, quam in primo conſtituit. Siquidem non tantum ab ea ſpecificè nominatis ſed cæteris aliis Fortunæ iniuria miſerabilibus; hoc priuilegium indulſit. Et nè manifeſta tempus (quo ad difficiliora egemus) vanè conſumant: veritatem hanc Regia pandant iura in *l. 41. tit. 18. l. 5. tit. 3. & l. 20. tit. 25. p. 3.* Prioris verba, aliatum excuſabunt relationem: *Mucnenſe a las vegadas malicioſamente omes yu, a ganar cartas contra los huerfanos, è las viudas, ò los omes muy viejos, o cuytados de grandes enfermedades, ò de muy gran pobreza, parà aduzir los pleitos ante el Rey, ò ante los Adelantados, ò ante otros Iuezes, que no ſon moradores en la tierra do viuen eſtos ſobredichos contra qui en las ganan. E porque eſto no tenemos por guiſada coſa, nin por derecha; mandamos que que la carta que fuere ganada contra qualquier deſtos ſobredichos, ò contra otra perſona ſemejante dellos, de quien ome debieſſe auer merced, ò piedad, porrazon de la mezquindad, ò miſeria en que viue: que non vala, nin ſea tenudo de in a reſponder por ella a ninguna parte; ſino ante aquel juez de ſu lugar do viue Mas as otras que qualquier deſtas perſonas cuytadas contra otri ganaſe, para aduzirlo ante el Rey, ò ante otro juez que le otorgaſſe que lo oyeſſe, è le fizieſſe auer derecho; mandamos que vala.* Nouæ quoque Regiæ collectionis ſimilis *l. 8. titul. 3. lib. 4.* in verbis illis: *Pleyto de viudas, y huerfanos, y perſonas miſerables.*

Quarum quidem, etſi manifeſta deciſio, Doctorum numeroſam allegationem culpabilem redderet: dilucidam tamen explicationem poſcit. Quod vt fiat aptiùs, ampliationibus, limitationibuſque vtemur: ad ſingulorumque deinde deueniemus fauores. Quem in cæteris quoque (poſt diſputationem) morem ſeruabimus.

Primò igitur † *legis* noſtræ *vnica, Regiarumque* concordium diſpoſitionem à iure Diuino originem trahere, Sigiſmund Soac. firmat, *de appellationib. quæſt. 7. numer.* 114 Quod & *Miſerabilium* præcipuum, & ampliationibus deſeruiens, prima ſede locamus. 2

Amplia eandem ſecundò, † ſiue nominatæ miſerabiles perſonæ agant, ſiue conueniantur, vt Accurſ. in *dict. l. vnic. verb. Perhorreſcunt.* ſenſit, aſſeruntque Ioan. Maria. Nouar. *in praxi election. & variat fori, ſect. 2. quæſt. 1. & ſect. 3. quæſt. 4.* Oſuald. Hilliger. *in Donel. enucl. lib. 17. cap. 20. lit. D.* vſque forenſi id comprobatum etſi non ſatis à legibus explicitum) *Couarru.* teſtatur *practicar. capit. 7. n. 5.* & cum eo Azeued. *in dict. l. 8. tit. 3. lib. 4. noua Reg. collect. n. 6.* 3

Tertiò † vt non modo in prima inſtantia, ſed & in ſecunda, & vlteriori procedat (dictæ legis vnicæ perpenſis verbis, multiſque rationibus, poſt antiquiores) firmant Roland, à Valle *conſil. 55. n. 12. volumin. 1.* doctéque Marcheſ. *de commiſſ. tit, de commiſſ. auoc. cauſar. part. 2. §. 2. n. 68 verſicul. Amplia vigeſimo ſecundo*, Sigiſmund. Scacc. *dict. quæſt. 7. per tot.* 4

Amplia 4. † ſiue ante, ſiue poſt litem coram Ordinario conteſtatam, inque (per conſequens) iuriſdictionem eius conceſſum, poſſe quemlibet *Miſerabilium* prædictorum, aduerſarium ad Principem in prima cauſæ cognitione trahere Cùm miſerationis cauſa priuilegio dato aut renuntiari nequeat: aut tacita ſaltem eius renuntiatio non inducatur, vt latiùs infrà; *ampliatione 13.* notamus, in ſpecieq; profitentur, cum multis, Giurba, *deciſ. 32. n. 5.* Iacob. Cancer. *variar.* 5

*riar.resolut.tom.1.cap.2.n.26.*Marches.*dict.loco.n.69.* Damil.Borrel.*in summ.decis.t.56.de iurament.perhorrescent.n.36.* Cardin. Tusch.*lit. M. conclus.274.n.* 8.Ioann.Mar.Nouar.*dict. sect.2. quæst.6.per tot.*Olauld.Hiliger *in* Donel. *enucle. lib.17.c.20 lit. D.vers.Sed inter hos*,id verũ intelligens,si non vexandi aduersarij causa,iudicium cœptum alio transferre *Miser* velit. Alexand.Trentac *variar.resolut.lib.2, resolut. 2. de citatione,n.16.* Cabed. *decis. Lusit.25.n.8.part.1.* ALoys.*de* Leo. *in dict.l vnic.n.9.& seqq.*multique alij per *Nos* adducti in *Axiomatibus nostris,lit.I.n.140.*Azebed,*in l.9.tit.3. lib. 4. nouæ Reg. collect.n.5.*etsi in practica non admitti dicat;Regiumq;vidisse diploma, quo viduæ causa ad Vallisoletanam Cancellariam remitti iubebatur, *Nisi iam coram Ordinario cœpta esset,post nouem saltem dies.*Cui adstipulari praxi videtur *Regia lex 1.tit.1.lib.4.nouæ Reg.collect.*in verbis illis:*Y quen estemismo termino,el actor sea obligado a prouar el caso de Corte.*Cumq;aliis quatuor limitationibus aut exceptionibus Regias has litteras expediri solere;imò nec aliis miserabilibus, nisi Viduis (tametsi *d.l.vnica*, dictæque Regiæ leges de cæteris pari iure, & ratione tractarint) Couar.notat,*practic.q.cap.7.n.5.*Deque præsenti ait: Tertius,*vbi causa fuerit cœpta coram iudice inferiori per litis contestationem, absq; fori præscriptione,& exceptione declinatoria tribunalis inferioris*

Neque aduersus huiusmodi tacitum per contestationem in inferiorem iudicem consensum †
6 in integrum restitutionem *Miserab.*nec minori, erroris causa dari, quo deceptus,absq;priuilegij sui allegatione,exceptionisque declinatoriæ,litem fuerit contestatus, idem ipse asserit Couarru.*ibi. versic.Nonò:*rationem sic reddẽs: *Huius equidem opinionis sum,ob fauorem ordinariæ iurisdictionis, & quia non admodum læditur ex hoc errore minor. Etsi* Matth *de* Afflict. *in constit.* Neapolit. *rubr.37.n.24.contrarium responderit.*Et Couar. sequitur Adrian Negus.*responsorum,q.345.n.* 8. Aduersus quos,relatorum auctoritates (cùm *Osualdi* saltẽ limitatione notata)rationesq; vrgẽt.

Plus imo voluerũt alij: Posse nẽpè *miserab.* Or-
7 dinariũ iudicem eligere;†Principis deinde Curiã: iterumque ad Ordinarium reddire,vt(multos referendo) *Marchesan.*tradit,*d.loco,n.70.*etsi *n.35.* dissentiat:priorem tamen opinionem in praxi seruari, iurique consonam ex relatis dicit, de quo latiùs *ibi.n.85.& seqq.*agit.Eandem pariter priorem tenet opinionem Sigismund.Scacc. *dict. q. 7.n.121.*de praxis obseruantia,& pro ea sæpè iudicatum *Nouar.*testatur *in praxi election. & variat.fori,sect.1.q.3.n.10.& seqq.* Muscat.*in prax. sac.cons.glos.Competens,l.1.part.2.n.30.* Prosper. Carauit.*ritu 133. n. 10. & sequentib.* Alexand. Trentac. variar.*resolut.lib.1.resolut.2.n.10.*

Quæ neque apud Nos praxis,imò(vt vidimus) contraria viget,vbi etiam solum persona miserabilis coram inferiore litem contestata est,eumque tacite delegit,priorisque partis sequaces, semel tantum in iudice,foroque eligendo variare concedant,vt Marches.*dict tit.de auoc,causar. part. 2.§. 1.n.149.* & Scacc. *dict.q.7.n.120.*affirmant. Quod iuri, & rationi congruit; cum nec tunc *Miser.*priuilegio suo fraudetur;& à litibus,sumptibusque excusetur aduersarius. Ita siquidem
8 *miserabil.* fauendum,vt aliis iniuria † non fiat, ratio,iuraque decernant,vt in *prima de priuileg.* *pauper.p.q.39.n.4.& q.55.n.8.& 13.*aduertimus, & *infrà limit.* 1.

Nec potiori fulcitur ratione,†quod Nouar.*in praxi election,&* variat. *fori,sect.3.q. 5. per tot.* & *de priuileg.miserab.person. priuil. 35.* asserit: 9
etiam post conclusionem in causa *Misero* variare licere:aduersus quem auctoritates, rationes relatæ,praxisq;pugnant.

Principalis ampliatur conclusio quinto,†etiã- 10
si miserationis causa cesset, quæ litis initio aderat.Velutì,si vidua lite durante, nubat; pupillus, adultus; pauper,diues effectus sit:non enim ideo priuilegium cessabit,sed illæsum remanet, quod semel extiterat. Cùm nec alibi finiri lis debeat, quàm vbi est cœpta,*l.vbi acceptum, 30.D.de iudic.*cùm latè à *Nobis* adductis *in Axiomatib.nostris,lit.I.n.135.*Nec cessãte causa,cesset effectus, cõsummatusque adest.*Veri,& Antonini* Imperatorum ampliationem hanc,illiusque rationẽ verba probant,in *l. Cùm vxori,4.C.quando dies legat.ced.Cùm vxori,*(aiunt)*vsusfructus fundi legatur,& eius proprietas,cum liberos habuerit:nato filio,statim proprietatis legati dies cedit.* & text.in *l.fin. D.vnde liberi,in l.Inter stip.83.§.Sacram,D.de ver.oblig.in l.non putauit,8.§. Sed si post mortem,in l.Si post mortem,10.§.1.D.de bonor.possess.contra tab.in cap.Ab eo 31.* extra *de elect.lib.6.*firmantque Tiraquel. *in tract.cessante causa,limit.12.n. 2.* Vincent. *de* Franch. *decis. 257.in fi. Gramm.decis.27.n.4.* Aluar. Valasc.*consult.57.n.1.*Prosper.Carauit *super tit.*magn.Cur. *ritu 233.q.4.n.12.& seq.*Nouar.*in praxi elect.& variat.fori,sect.1.q.5.n.2.& quæst.7.n.4.*& latius *sect.1.q.10.*per tot.præcipuè *n. 67.& seq.*copiosè Mar.Giurba *in consuetudin.Senat.* Messan. *capit. 7.glos.2.n.6.part.1.& cap.10.glos.10.n.12.& decis.81.n.12.* Antoni.Thesaur.*decis.177.n.4. & in eius addit ibi.* Gasp.Thesaur. Iacob. Menoch. *de arbit.lib.2.casu 66.n.36.*Bernard. Grœuæ. *cõclus.* Camer.Imperial.*conclus.1.consider.1.n.6.* Camil. Borrel.*in summ.decis.1.part.titul.56.de iurament. perhorrescen.n.30.*Sigismund.Scacc.*de appellationib.dict.q.7.n.118 & 119.*Pelaez *de maioratib.1.part.q.9.n.7.&part.2.q.6.n.12.*Osuald.Hilliger.*in* Donel.enucl.*dict.lib.17.cap.20.lit.N.ad fin.*Philip.Paschal.*de virib.patr.potest.2.part.c.2. n.100.Nos in Axiomatib.lit.C.n.44.*num.idipsũ ampliantes sequenti.

E conuerso quoque amplia 6.si tempore cœ- 11
ptæ,†aut contestatæ litis misera non extaret conditio,postmodum autem superuenerit: huiusmodi enim tunc fori priuilegio esse locum, asseuerant *Felin.in c. Ex tenore,versic. Fallit vndecimo, de rescript.* Anton.Gabr.*commun. opinion.tit. de iudic.conclus.1. n. 17.* quos sequitur Marchesan. *de commis.auocat.caus.dict.2.part.§. 2. n. 46.* & latè *Nouar.in praxi elect.& variat.fori,sect.2.q. 13.per tot.Nos in Axiomat.dict.lit.I.n.14.* dictæ *legis vbi acceptum,30.D.de iudic.* conclusionem miserabilium gratia limitantes.

Amplia 7.vt non solum *miserabiles* ipsi,†hoc 12
priuilegio gaudeant;sed ipsorum litium consortibus aditum præbeant eidem.Sic tenuere Natta *consil.590.n.16.vol.3.*Antonin Thesaur. *d. decis. 177.n.5.Franc.Vini.*(ita per Romæ Signaturam iustitiæ,coram illustrissimo Sfortia, decisum referens)*decis.521.n.1.*Ioan.Mar Nouar.*in praxi, sect.1.quæst.7.numero 6.*rationes numeris sequentibus reddens,& latius *quæst, 45.per tot.* Didac. Couat. *practicar. dict.c.7.in fin.vers.Solet autẽ,* Iacob.

Iacob. Menoch. *de arbitr. dict. casu 66. num. 29.* Marius Giurb. *dict. dec. 82. numero 1. versic. quod iuris priuilegium*, Marchesan. *dict. loco numero 42.* Camil. Borrel. *dict. titul. 56. n. 32. & 32.* Sigismund. Scacc. *d. q. 7. numero 122.* Osuald. Hilliger. *d. lib. 17. cap. 20. lit. L. versicul. Et prodest hoc priuileg.* Iacob. Cancer. variar. *resol. tom. 2. c. 2. n. 27.*

13 Hanc tamen limita, intelligeque ampliationem, † quando indiuidua causa est, vt dicunt Abb. *in cap. verum, numero 6. de foro compet.* Felin. *in cap. 1. num. 6. versic. Sunt autem prædicta, de præscript.* Roman. *consil. 195. numero 4.* Marchesan. *d. §. 2. n. 43.* sic contrarium hac in re placitum componens, Gregor. Lopez, *in l. 5. titul. 3. part. 3. glos. 4. verb.* Huerfanos, post med. Camil. Borrel. *d. loco, nu. 33.*

14 Quæ autem indiuidua † causa censeatur, ab eodem Borrello *numero 43.* citatis disces, pariterque à Nouario *d. sect. 1. quæst. 46. per tot.* Et *q. seqq.* Quid in mariti priuilegiati vxore? Quid in sponsa? Quid in fideiussore, filio, aut *miserabilis* cessionario? cognosces.

15 Limita 2. † si *miserabilis* suo vti priuilegio nollet; ad illud namque litis consorti viam tunc præcluderet, vt firmant Cassan. *in consuetudin.* Burgund. rubr. 9. §. 17. *glos. 3. numero 2.* Marchesan. *d. 2. p. §. 2. n. 44.*

16 Amplia 8. principalem conclusionem, † vt non solum iure proprio, sed etiam sibi cesso præfatis *miserabilibus* agentibus hæc fori concedatur electio, ex sententia Afflict. *in Constit. Statuimus, numero 25. qu. 6.* & ibid. Foller. *nu. 24.* Alber. *in tract. statutor. quæst. 102. part. 1.* Vrsil. ad Afflict. *decis. 257. num. 7.* Marches. *vbi proximè, numer. 47.* Ioann. Mar. Nouar. *in praxi dict. sect. 2. qu. 4. per tot.* & in fortioribus terminis, *ibid. decis. 31. num. 1.* Camill. Borrel. *dict. titul. 56. numero 39.* Ioseph Cum. *in ritib. Sicil. cap. 82. numero 16.* Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. part. 2. c. 2. nu. 91. versicul. quo priuilegio,* Iac. Cancer. *d. tom. 2. c. 2. n. 28.* sic iudicatum referens, aliisque adductis *in prima de priuil. p. q. 52. n. 61.* notamus.

17 Si modo fraudulenta † cessio non sit, Afflict. *dict. loco,* Marchesan. *dict. numero 47. vers. Limita præmissa*, Camill. Borrel. *vbi suprà, numero 40.* Cumi. *d. capite 28. numero 17. & seqq.* Nouar. *d. q. 4. numero 3. & sequentibus* Paschal. & Cancer. *citatis proximè locis*

18 Dupliciter præterea ampliationem istam *ibidem* limitat † *Marchesanus*. Primò, si miserabili personæ diuiti, ex lucratiua causa, non verò pauperi in eleemosynam, & piam causam sit cessio facta, *Follerij* sententia *in dict. Const. Statuimus, nu. 78. vers. quæro.*

Quæ mihi nullatenus differentia probatur; & in vtroque casu (simulatione non extante) sine discrimine ex iure cesso, lucratiua etiam causa, fori hac præscriptione vti posse, in dubiè censeo. Tùm *legis* nostræ *vnica* dispositione, verbisque attentis; quibus innixi tot viri prudentes primam sine distinctione (fraude excepta) conclusionem assignarunt: Tùm, quia cum misera conditio hunc sibi comparatit fauorem: illa existente; & ille quoque extabit. Neque acquisitionis erit in consideratione modus, ex Consulti ratione in *l. Ex pluribus, 43. in fin. D. de administ. tutor.* dicentis: *Nec enim causa, sed personæ succurritur, quæ meruit præcipuum fauorem.* Cum præsertim diuitiæ miseram conditionem non tollant, nec ob eam fori priuilegium concessum, vt latiùs apparebit inferiùs. Quare in hanc quam tuemur (Miserabilem nempè fori priuilegio vti pro re lucratiua causa, non minus quàm onerosa, cessa) opinionem nominatim descendunt (post *Carauit. Camiam, & Menoch.* quos referunt) Camil. Borrel. *d. tit. 56. de iuram. perhorresc. n. 39.* Ioan. Mar. Nouar. *d. q. 4. num. 2. & de priuileg. miserabil. personar. priuileg. 16. n. 2.* Sigismund. Scacc. *d. q. 7. n. 133. vers. contra hanc restrictionem, &* Philip. Pasch. *proximè dicto loco.*

Secundò limitat *Marquesanus* (cuius in hoc iudicium probo) quando cum eo, qui *miserabili* cessionem fecit, † lis foret incepta: adinstar eius, quod de Clerico laici hærede cum quo lis cœpta fuerat, tradit, cum multis, Couarruu. *practicar. c. 8. nu. 2. & seq.* asserentibus Clericum tunc coram iudice sæculari causam pertractare debere, ex *l. Venditor, 49. D. de iudic.* cuius celebrem decisionem in Clerico laico vendente, locum habere; denunciatumque vt emptorem defendat, ad Ecclesiasticum causam trahere Clericum non posse, sed coram iudice laico apud quem mota est, agitandum firmarunt, veramque, & communem (multis adductis) profitetur sententiam Andr. Fachin. *controuersiar. iuris, lib. 2. c. 38. vers. communis est, & vera.* Quod apud nostrates in Clerico laici hærede expressa extat determinatione sancitum in *l. 57. tit. 6. part. 1.* de cuius intellectu Couar. *vbi proximè* agit. 19

Sicut nec *legis* nostræ *vnica* priuilegio gaudere *Miserabilem*, † qui non miserabili successit, cum quo lis erat incœpta, dicunt Ias. *in leg. hæres absens, in princ. & n. 4. D. de iudic.* Franc. Marc. *decis. 364. num. 3.* quos refert, & sequitur idem Marchesan. *d. loco, n. 84 & 93.* Nouar. *in praxi elect. & variat. fori sect. 1. q. 5 nu. 7. & seq.* latiusque *sect. 2. per tot.* Mar. Giurb. *d. dec. 82. nu. 1. vers.* Ideo Pupillus, plenè firmans Scacc. *de appellat. d. q. 7. n. 133.* 20

Aliter si cum defuncto † lis cœpta non esset. Priuilegiatum enim non priuilegato succedentem, suo tunc priuilegio vti, tradunt (latè vtrumque comprobantes) *Marches.* repetito §. *2. n. 127. & seqq. & n. 133. cum seqq. aliis, proximoque loco Scaccia.* 21

E conuerso † autem, ex iure à *Miserabili* cesso, non posse cessionarium cessionis virtute, ad Principis tribunal primam causæ cognitionem deferre, haud dubie constat; cum personale priuilegium sit, quod priuilegiatam personam non egreditur, iuxta vulgarem regulam text. in *c. Priuilegium, 7. de reg. iur. lib. 6.* cùm adductis à *Nobis in Axiomatib. lib. P. n. 179.* firmantque in specie nostra Bald. *in l. Etsi post diuortium, D. solut. matri* & ibid. Roman. Fulgos. Imol. Castrens. & alij, Aret. *in rubr. instit. de except. n. 13. vers. Etiam ex prædictis*, quos refert, sequiturque, cum aliis, Marchesan. *citato loco, n. 58.* 22

Amplia nonò † principalem conclusionem, vt tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus dictæ legis nostræ vnicæ determinatio procedat, cum indistinctè loquatur videaturque eadem in vno, quæ in alio ratio. Ita profitentur *Matth. de Afflict. dict. const. Statuimus, n. 23. vers. 5. quæro,* Couarr. *practic. c. 6. nu. 1.* Nouar. *in praxi elect. & var. fori, sect. 1. q. 5. n. 4. &* plenissimè *sect. 2. q. 2. per tot.* Marches. *d. §. 2. n. 64.* Camil Borrel. *d. titu. 56. n. 38.* Card. Tusch. *practic. conclus. lit. M. conclus. 274. numer. septimo.* Etsi alios huic aduersantes opinioni (rationibus adductis) referat ipse 23

ipse ibi, eamque amplectamur Nouarius *d.q.2. a n.5.cum seqq.* & Marchesf. *d.loco,n.92*. In prioris tamen confirmationem extare videtur decisio textus *in l.8.tit. 3. lib. 4. noua regia collectionis.* Quæ postquam delicta, pro quorum vindicta Princeps adiri in prima causæ cognitione potest, retulit: Viduarum Orphanorum,miserabiliumq; simul *Causas* indistinctè adiecit. *Causarum* autem,nomen, generale esse,ciuiles, & criminales æquè complectens, in dubium non venit *ex text. in capit.* Forus, 10.*in princ.& in §.Iurgium, de verb.sign.* etsi *Litis* vocabulum,non sic latum esse, sed causas tantum ciuiles cōplecti voluerit Glos.*ib.verb.Lis autem*,ex eo *tex.& l.Litis,36. D.eod.tit.* quam probant Andr.Alciat. *in l. causas,vel lites,C.de transact.&* Pratei. *in lexic. iur. verb causa.* Quos tamen improbat Parlad. *differ.* 136.*n.4.* non minus *litis* vocabulum,quam *causæ* criminales,ciuilesque continere probans.

Neque(cum miserabilis saltem persona damnum,vel iniuriam perpessa est,actrixque existit) efficax se mihi discriminis ratio offert, cur pro re familiari vindicanda Principem ei adire liceat, pro iniuria non liceat,potiori ad id in criminali ratione existente.Si enim vt illæsos *miserabiles* seruet, Maiestatis suæ præsidio munire eos Princeps voluit:credendum nè eum facultatibus illorum intētum:vitam,& potiorem vita honorem(vt *in 1.de priuileg.pauper.p.q.4.n.*177.& in *Axiomatib.lit.* H. *num.*48.aduertimus)aut contempsisse, aut inferiori sede locasse?animæ præposuisse corpus?(tantum enim ciuilis,aut pecuniaria, à criminali causa distat)& vbi maius est periculum, incautius (contra naturalem, ciuilemque rationem,à multis, vulgatis iuribus,expressam,de quibus *in axiomatibus nostris, lit. P. num.* 59.qui omnia in scrinio pectoris sui iura habet) egisse?

Quare licet in praxi,regias litteras in Viduarum fauorem concedi solitas,ab illarum causarum cognitione inferiores iudices interdicentes (vulgò *Ordinaria del fuero*, dictas)criminalem causam excipere *Couarru.* dicat,*practicar. d. c. 7. n.5.& Monterros.* quem *Francisc. Carrasc.* (post hæc scripta visus) refert,*de casib.curiæ , nu. 65.* clausulam consuetam adiiciens:*Excepto en seis casos,y causas:conuene à saber,en causa criminal, &c.* Eam vt *Nos,ipse idem ibi,nu.71.72.& 73.* (cùm Cardin Tusch.*d.lit.M conclus.274.nu. 7.*) intelligit,vbi vidua, aut miserabilis alter, reus, non actor existit. Reo namque existente,delicti, maleficijque patrati odium(quod patrocinium, aut commodum præstare non debet,vt vulgaria sunt iuris axiomata,de quibus in nostris, *lit.* D *n.*189.*lit.*F *n.*167.*& lit.*E *n.*167.) diuersum suadere videtur.Sed nec tunc (summo saltem, strictoque iure(diuersum fore constituendum, attentè rimanti liquebit forsan.Ex legum generalitate, priuilegium id *miserabilibus* concedentium,generalem desiderantium intellectum,iuxta nota iura,de quibus *nos in axiomatib.lit.* L *n.* 55. Neque enim non distinguente lege , nobis distinguere licet,vt simile firmat axioma. ibid. adductum *numero* 50.

Aduersantia autem fundamenta non est laboriosum destruere. Nemini enim malitiā suā proficuam esse debere,fatemur:at nō fauorem hunc malitiæ,aut delicto tribuimus, sed miseræ ante delictum existenti conditioni.

Nec quod ad Principem referatur causa,delicti impunitas, aut quid à iustitia deuians, quoquomodo timeri potest,cum eius fons Princeps sit,vt (ex *Aristot.*) *Petr.Vander.* tradit,*in tract. de priuileg.eorumq; origine,n.32.* Lex animata, & ius ipsum , Iustiniano Imperatore firmante, *in auth.de Consulib.§. Descriptionem,coll.5.*

Nec pariter, quod Fortunæ iniuria *miserabilibus* in concesserit Imperator , eos qui sua culpa ad miserum statum deuenerunt, nisi ad casum fuerit ordinata,excludit, vt *de priuileg.paup.1.p. q.54.*(in hisce terminis) *n.* 8.probamus, in præsentique sæpè aduertimus.

Qui autem difficultatem hac in re auget text. *in auth. qua in prouincia, C. vbi de criminib. agi oport.*(quo nixus,Baldique *ibid.n.* 6. Caualcani *decis.2.n.11.* & aliorum auctoritate, Machesan. *d.tit.de commiss.auoc.causar.p.2.§.2.n.92.* oppositum firmauit) duplicem recipit interpretationem primam,aut contemptam,vel ad quam parum attentos scriptores video , eiusdem textus litteræ adhærentem : quæ habet,vt in qua prouincia quis deliquit, illic etiam priuilegiatus) iuri subiaceat. Cùmque prouincia non oppidi, aut etiam ciuitatis terminis (ex veriori opinione)circumscribatur:sed lōgissimis constet, vt *infrà q.9.* ostendemus : nil prohibet,quominùs ad eam audientiam , vel cancellariam in cuius terminis prouinciaque delictum commissum est, causam priuilegiatus delinquens referat. Cùm præsertim hodiè tenere, prouinciarum locum Hispanas Cancellarias, *d. q. 9.n.11.* diximus. Saluumque inde miserabilium manere ius,deducitur. Quam sequens ampliatio interpretationem quoque iuuat.

Secundam tradit *Glossa ibidem verb. Illic omni priuilegio, versic. Dic ergò,* Vt non *legis* nostræ *vnica* priuilegium,aliudvè in corpore iuris clausum dicta authentica tollat, licet omni priuilegio cessante, cognoscendum de delicto esse in prouincia in qua commissum est, disponat:sed à Principe solum viuente concessum. Praxis autem hanc(tam etsi probabilem) reiecit,cuius fauore etiam *infrà* dicenda extant, *q.11.num.16.*

Decimò, † principalem ampliat conclusionem Luc.*de Pen.in l.3.C.de priuileg.Schol.lib. 11.* Matth.*de afflict. in d.constit.n.16.* eisque relatis Marchesan.*d.p.2.§. 2.nu. 62 versic. Amplia 14.* vt non modo iam relatæ personæ extrà prouinciam ad litigandum trahi non possint:sed neque extrà ciuitatem in qua degunt. 24

Vndecimo † amplia , vt Principis non modo forum personis istis declinare liceat,ordinariumque eligere iudicem, quando extra prouinciam, aut domicilium trahuntur:sed etiamsi earūdem domicilio coram Principe, ibi (per accidens tamen)existente, conueniantur, vt in *dict. constit. Statuimus, numero 34. & seq. quæstione 11.* relato, tenet *Cardinal. Dominic. Tusch. dict. conclus. 274. numero 11.* Ioann. Mat. Nouar. *in praxi elect. & variat. fori,sect. 1.q.5.nu. 2.versf. Amplia. 2.* 25

Duodecimo † amplia,vt priuilegio huic præfatis miserabilibus concesso , rescriptis aliis , quantumuis prægnantibus,& generalibus verbis Clausulisvè quotumuis priuilegiorum derogatoriis conceptis, nisi de miserabilibus specifica mentio fiat,derogatū ne vtiquam aut in aliquo detractum videatur.Ita obseruant *Cyn.* in ipsamet *lege vnica,n.3.versic.Vltimo quæro.* Roman. *consil.436.num.10.& 21.* Deci. *consil.165.nu. 5.* 26

Grammat-

Grammat.decis.20.numero 45 Antonin.Thesaur. d.decis.177.n.9. in cuius additionibus sic refert iudicatum filius. Vincent. de Franch. decis.192. num.2.Ioan.Mar.Nouar.in d.praxi,sect 2.quæst.1. per tot. & quæst. 47. & de priuileg.miserabil personar.priuileg. 101. Sigismund.Scacc.de appell.d q. 7.nu.125.& 126. Garf.Mastril decis.127.nu.14. & 15.Aloys.de Le.,in d.l.vnic.nu.14.& 15.Prosper. Farinac. in praxi crimin. quæst.27.num.82. Camil. Borrer. dict. titul.56. num.37.Osuald.in Donel.enucl. lib.17. cap.20.lit.N.versicul Sed id fallere,Cardin.Tusch. dict.lit.M.conclus 24. nu.3.& 4.Philip.Pasch.de virib. patr. potest.dict. 2.part.c.7.n.106.& seq.Iacob.Cancer. variar.resolut.tom.2.cap.2.num. 14.& 15.Marches.dict.2. part.§.2.num.17. & seqq. & numer. 66. & seqq. extendens, etiamsi in derogatoriis diceretur: Non obstantibus priuilegiis, quorum specialis mentio facienda foret. De quo latius ibidem ipse n. 68. nu.69.& seqq. Superioremque etiam tradidimus Nos assertionem de priuileg.pauper.p.1.q 4.n.7.

27 Amplia decimotertiò, † vt nec huiusmodi priuilegio Miserabiles renunciare valeant, vt antiquus tenuit Glossator.Io. cuius sententiam in l.nostra vnic.verb. Excedere, Accurs.refert Tenueruntque (post antiquiores alios) Vincent. de Franch.decis 187.& decis. 192 nu.7. Stephan. Gratian. discept. forens tom.1. cap. 182.num 22. Masul.ad Capye.decis 160.num 7. Ioan Baptist. Cost. de facti scient.& ignor.inspect.98.n.9.Ioan. Mat. Nouar. in praxi elect. & variat fori,sect.1. quæst.9. num.3. & sect. 2.quæst.7.n.1.& seqq. & de priuil.mis.pers.priuil.8. Marius G urb. (multos referens) decis.82.num.5. Didac.Perez in l.1. titul.1.lib.3. Ordinam.verb. Pobres, versic.Item queritur, pag. mibi 461.Azebed.in d.l.8.tit.3. lib.4.noua Regia collectionis,nu. 12. Sigismund. Scacc. (aliam præter ordinariam, Quod misericordiam tolleret huiusmodi renunciatio, adducta ratione) de appellat.dict.qu.7.v.115 Quia nempe à iure Diuino (vt diximus) priuilegium hoc descendat;ideóque illi renunciari non posse nouiter contendit. Prædictam quoque opinionem (non ea 1 cer ratione)defendunt Osuald.in Donel.dict.lib.17 c.20.lit.D.vers. Et verius,Iacob.Cancer.dict.tom.2 c.2.n.29. Aloys de Leo.in dict.l.nostra vnica, num.16. Nos de priuileg pauper.1 p.q.47.n.10.& 11.quæst.49.n.17.& in specialib.extra quæstiones,n 5.Etsi post multa hinc inde, Nouar. dict sect.2.qu.9.n.5.cum seqq.posse miserabilem fauori huic expresse renunciare, concludat; quamuis tacita contra eum fori non indicatur renuntiatio, nec ei officiat, ex l. De die,& ibi Bart. D.qui satisdar.cog.

28 Decimoquartò † principalem amplia conclusionem in causis etiam Iurispatronatus, in quibus legis nostræ vnicæ habere dispositionem locum,idem ipse Nouar.dict.sect.2.quæst.12.per totam firmat.

29 Amplia decimoquintò, † etiamsi præfati miserabiles diuites sint,vt tenuerunt (ex antiquioribus) Azo. in sum. C quando imper.inter pupill. & vid. ad fin. Alberic.in eadem lege nostra vnica,cùm aliis adductis à Couarru.practicar.d.c.6. nu.3. eorum sententiam probante Quam etiam ex recentioribus tenent Antonin. Thesaur.dict. decis. c.177.nu. 3 Vincent.de Franch.decis.100. num.19. Franc. Vivi.decis. 459.num. 12.& decis. 521.à numero septimo Ioseph. Mascard. de probat.conclus.1065. num.4.& 6.Iacob.Menoch.de arbitr.dict.casu 66. num.4. Camil. Borrel dict.titul.56.à numer. 9.Alex. Trentac. variar.resolut. libro 2.titul.de citat.resol.1. num.16. Azebed in l.8 tit.3. lib.4.noua Reg collect.num.9 & in l.8. ibid.num.8. Didac Perez in l.1.tit.1.lib.3.Ordinam. verb.Probres.versic. Hinc dicit Angel. col. mibi 461. Ioann. a Castill. controuersiar.lib.3.c. 25.num.25.Francisc.Caualc dict. tract.de casib. Cur.n.63. Ma ta de iurisdict. 2.part.cap.21.n.6, voto 209 num.5. Nouar. in dict.praxi,sect.1 qu. 5.per tot.Osuald.Hillig. in Donel. enucl.dict lib. 17.cap 20 lit. B.versic. Quid si diuites sint?Iacob Cancer.d.tom.2 c.2.nu.5. Philip.Paschal de virib.patr.potest. dict.2. p.cap.2.n.97. Diximusque Nos de priuil paup.1.part.quæst.52.num.36. vers In contrarium,& n.37.

Contrariam licet, neque numero, neque auctoritate inferiores sustinuerint, vt (ex Cardin. Florent Specul. Ioan.de Imol. Alex. & aliis) tradunt Tiraquel.in l.Si vnquam, verb.Facultatum, n.1.circa fin.C.de reuoc. donat. Cornel. Beninc. de priuileg.paupertat.quæst.4.numer.12. Cardin. Tusch. practicar. concl.lit M.conclus. 73.nu.13. & lit.V.concl. 204.in princ.Bernard.Grœuæ.conclus.practic.Camer.Imper.conclus.1.considerer.1. n.5.Ioan Mat.Nouar. (sibi contrarius) in praxi elect. & variat.fori, sect. 3.q.2.num 6.& decis.1. in addit. n. 3. late Adrian.Negusan.responsor.q. 86.per totam, tritissimam Legistarum & Canonistarum sententiam hanc dicens, & quæst.251. n.50. & seqq. aliique citati à Nobis de priuileg. paupert.1.part.q.52.numer.36. Ioseph.Mascard. de probation. concl. 1065. num.3.qui viduæ, pupillis, & Orphanis diuitibus priuilegium hoc negat: senibus autem, infirmis,cæterisque aliis, quorum natura mouemur ad miserandum, nu.5. & 6.concedit.Cuius etsi mentem conicere damur (non enim eam exprimit) probate, ne vtiquam. Vel enim (vt insinuat) Viduas, pupillos, aut Orphanos diuites miserabiles personas non esse, super quibus natura mouetur ad miserandum, putat; & manifestè decipitur, generalibus legis nostræ vnicæ veris, & natura ipsa contradicentibus: Aut hos miserabiles habitu: illos, actu, & habitu reputat: Quæ rationes cæterorum turbæ cui & Nos quandoque inseruisse d.q.52.n. 35. visi sumus,etsi in legis nostræ terminis nu.37.discessimus ab ea) in causa sunt, vt viduis, aut Pupillis diuitibus legis nostræ fauorem deneget,cæteris concedat.Sed vtrosque falli, in dubie censeo,falsaque discriminis fundamenta. miserabiles namque viduas,& pupillos casus, & Natura fecit, nosque ad earum personarum miserationem mouet. Quam quidem miseram conditionem, rationemque miserendi,tollere diuitiæ nequeunt Animi enim imbecillitatem infirmitatem iudicij,mentisque trepidationem, qua natura easdem affecit, mariti, parentisvè orbitatem, non pecunia exterminat, non diuitiæ relegant. Horatio epistolarum lib.1. epistol.2 ad Bullatum dicente:

...Naturam mutare pecunia nescit.

Hancque præcipuam (inter alias) huius priuilegij statuisse causam, Imperatorisque animum ad illius concessionem mouisse idem ipse in eadem lege nostra vnica illis verbis declarat: Præsertim,cum alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorum aduersarij examini nostro sui copiam facere.Quam quidem piam constitutioné,pupillos, & viduas principaliter respexisse,illius rubrum,

nigrum que demonstrat, perpenditque *Bald. in auth. habita, n. 61. & seq. C. ne filius pro patr.* inquiens: *Ex hoc determinatur quæstio proposita; quia in vidua & pupillo maior est ratio specialitatis, quia debiliores sunt, & etiam paruam potentiam perhorrescunt: Vnde suos habent iudices, &c.*

Quis ergò iam ad horum compassionem, & fauorem, spectandam paupertatem dicat? ipsa per se viduitate, orbitate, ætatevè pupillari vtrinsque digna existente, à legeque nostra vnica, & consimilibus regiis, fori priuilegio distinctione nulla donata? Quatevè non distinguente lege, rationeque fauoris quolibet in casu existēte (contrà vulgaria iura (Inuidiam (pietatis æmulam) distinguere patiemur? Quævè potentior in Sene diuite ratio, quàm in pupillo; vt illi tribuant; huic legis nostræ priuilegiū *Mascard.* & sequaces negent? Cùm non modo vterque æqualiter miser existat, ex simili imbecillitate, inualidoque iudicio (vt latiùs inferiùs, & *qu.* 18. notamus:) sed ex horum quos lex speciatim nominauit; vicinitate, ac exemplo, Senes, similesq; miseri priuilegium hoc consequantur. Maximi excessus argumentum, quo & *Ouid.* vtitur, *de Pont. lib. 1. eleg. ad Maxim.*

Quorum tu Princeps, neque enim comes esse, sed auctor.

Nec petere exemplum, sed dare dignus eras.

Ne pariter vulgare, hic conueniens, axioma referamus, *Propter vnumquodque tale, & illud magis;* quod *in nostris* tradidimus *lit. P. nu.* 224. Quod si discrimen aliquod inter vtrosque adest; vegetior Senum natura, firmiusque iudicium constituit.

Ex quibus, aut fallor, aut falluntur ipsi, qui Viduas, & pupillos diuites, habitu tantùm miseros prædicant. Quasi magis in potentia, quam in actu miserabiles putent, actuali qua premuntur, natura sua, miseria repugnante. Quam etsi communiter distinctionem traditam videam: rationem non video, nec reddunt ipsi. Ni vel discrimen, quasi inter potentiam, & actum (vt diximus) constituere velint, à miserabilium turba, quos lex Miserabiles solos nominauit, omninò separantes: Viduitatem, Orbitatem, Pupillatem ætatem, mentis imbecillitatem, inualidum iudicium, animique trepidationem, non præcipuam miseram conditionem arbitrati, aut diuitiis saltem sublatam, quasi naturam accidentia superent, vincant, aut mutent; cum & naturalia immutabilia permanere, vulgare dictet axioma, multis cōprobatum à *Nobis in nostris, lit. I. n.* 147. & *lit. N. n.* 9. & accidentaliter euenientia naturalem qualitatem, reiq; substantiam mutare non valere, *text.* ostendit *in l. naturalem, 5. §. Pauonum, D. de acquir. rer. dom.* multæque à *Nobis* auctoritates congestæ *anxiomatibus* iisdē *lit. A. n.* 55. Miserabiliorem denique Viduam diuitem, paupere misero, maiorique commiseratione, & fauore dignam (quippe quæ & natura, sexus imbecillitate; & ab accidenti, orbitate mariti, misera existit) *Quintil. infr. n.* 56. referendus probat.

Habitu autem solum Miser (si quo diximus sensu accipiatur) Homo, alterius etiam actualis infœlicitatis expers) tot casibus expositus, tot calamitatibus proximus; tot miseriis aptus dici non immèrito posset. Viduas autem, aut pupillos actu miseros, pro talibusque à lege nostra reputatos. Ad cuius quippe fauorem non omne infortunij genus cōcurrat necesse sit; sed quodlibet sufficiat, quod humanæ conditionis miseriam (iudicantis arbitrio, vt præcedenti quæstione aduertimus) supergrauet, siue viduitas, orbitas, iudicij, sensusvè imbecillitas, aut Paupertas sit. Ideoque prouidè text. *l.* 41. *titul.* 18. *part.* 3. viduis, pupillis, & infirmis, pauperes adiecit, cuilibètque eorum priuilegium hoc indulsit. Vt iam liqueat, ad illud consequendum, idem opulentam viduitatem, ætatemvè pupillatem operari, quod Paupertas, aliavè præcipua calamitas. Meritoque hanc praxis, vsusque forensis, recepit, teste *Francisc. Carrasc. de casib. Curie, n.* 63. quotidieque Signatura amplectitur. *vt nos de priuileg. pauper. dict. quæst.* 52. *nu.* 36. *vers. Contrariam,* notamus.

Hæc planè quoad legis nostræ vnicæ, similiumque dispositionem: in aliis verò, diuitiarum existentiam multum viduis, aut pupillis cæterisque miserabilibus detrahere; iam *in proœmio, n.* 6. & *seqq.* multorum casuum relatione probamus, quibus & illum addimus: contra viduam, diuturno morbo fatigatum, aut senem, diuites † non agentes, tempus currere, cum aliis mandare causas gerendas, possint, *Vlpiani* sententia in *l.* 1. *§. planè, D. de diuersis, & temporalib. præscript.* dicentis: *Planè is qui ea valetudine impeditur, vt mandare possit, in ea causa est, vt experiundi potestatem habeat.* Glos. *verb.* currit, *ad med. in c. fin. de election.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 123. *num.* 22. Cùm aduersus pauperes 30
† non vtique currat, vt latè *de priuileg. pauper.* 1. *part quæstion.* 31. *à num.* 11. *cum seqq.* ostendimus. 31

Eoque fœdere (vt quoad legis nostrę vnicæ, forique priuilegium pupillorum viduarumvè diuitiæ ad illud consequendum in consideratione non sint; ad alia vero, iuxta iam à nobis notata attendantur) præfatam dissentionem † com- 32
ponunt Didac. Couarru. *practicar. d. cap.* 6. *num.* 2. *versic. Nam & horum opinio,* Vincent. de Franc. *d. decis.* 100. *nu.* 20 Iacob Menoch. *d. cas.* 66. *n.* 4. Bernard. Grœuæ. *dicta consideratione prima; numero septimo,* Mar. Giurb. *dict. decis.* 82. *num.* 8.

An autem pupillo, qui in aui potestatem recidit, † ius istud competat, videndum. Et compe- 33
tere negant Vincen. de Franc. (ita referens iudicatum) *decis.* 671. Ioan. Mar. Nouar. *in praxi election. & variat. fori, sect.* 1. *quæst.* 5. *nu.* 10. & *quæst.* 11. *num.* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. to.* 3. *c.* 421. *nu.* 69. & 70. Osual. Heliger. *in* Donel. *enucl. d. lib.* 17. *cap.* 20. *lit. B.* Neque immeritò, si quidem in sacris paternis (vt aiunt) & hic esse † 34
videtur, quippè qui in aui potestate, patre quoq; viuente, existat, *Vlpiano* auctore, *in l. Nam ciuium* 4. §. *Nam qui ex me, D. de his qui sui, vel alieni iuris;* patre mortuo, eiusdem locum nepos occupet, *Iustiniani* constitutione *in* §. *Posthumorum, vers. Sed si filius inst. de exhered. liberor. Sed si filius eius* (Imperator ait) *viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate eius; incipit nepos, neptisvè in eius locum succedere: & eo modo iura suorum hæredum quasi agnatione nanciscuntur.* Quare nec filius hic orbus censetur parente, cum auum pro parente teneat: parentem verò habens, nec pupillus dicatur, neque legis nostræ, forique priuilegio vtatur, vt sequenti apparebit quæstione.

Cum

Cum neque pupillo tutorem habenti competere
35 † (ab omnibus licèt improbatus) in eiusdem legis vnicæ rubrica ausus sit tenere Castrensis. Cuius latiorem quæstione sequenti mentionem facimus.

Superius tamen (de filio in aui potestatem ob
36 parentis mortem recidente) non ita hodie † procedit argumentum. Cum per matrimonium de patris potestate filius exeat, pro emancipato habitus à *lege 47. Tauri, & l. 8. titul. 1. lib. 5. nouæ Regiæ collectionis*, suique factus iuris, suos habeat in potestate liberos; qui parentis morte, sui quoque iuris remanent, patria potestate liberati, neque in aui potestatem recidunt, vt *Iustinianus* Imperator decernit in *princip. instit. quib. mod. ius patr. potest. soluit.* Semel namque patria potestate liberatum, ad eam non reuerti, *Vlpian.* quoque rescripsit, in *l. qui liberatus, 12. D. de adoptionibus*, & Modestin. in *l. si pater, 41. & ibid.* Accurs. *glos. 1. D. eod. tit.* Si ergo patria potestas quæ in auo, mortuo quoque nepotis parente, durabat, fori priuilegio impedimentum Pupillo erat: extincta hodie, non erit vtique, vtque Pupillo parente orbato legis nostræ auxilium aderit.

37 Pupillis spuriis † fauorem hunc competere negarunt aliqui, quibus se quoque *Marchesan.* adiungit. *de commiss. auoc. caus. dict. 2. part. §. 2. à n. 112.* quos impugnat, meritoque refellit, contrarium defendens, Nouar. *in praxi electio. & variat. for. dict. sect. 2. quæst. 19. à numer. 6. cum seqq.*

Amplia decimo sexto, prædictas miserabiles
38 personas etiam sine perhorrescentiæ † iuramento, etiamque si neque cum potentioribus; quorumvè potentiam non timeant, experiantur, eo vti fauore. Non enim solum potentiores; sed etiam iudicis locum verentur *miseri*, vt legis nostræ ignarus; naturæ tamen *miserorum* conscius, expertusque *Ouid.* clamat, *Trist. lib. 3. eleg. 1.*

Me miserum! vereorque locum, vereorque potentem.

Cui imbecillitati, vtroque in casu prouidè lex nostra succurrit: *Præsertim cum alicuius potentiam perhorrescunt.* Ea namque implicita dictionis *Præsertim* natura est, vt eadem in casu contrario, quàm in proposito (licèt in hoc fortiùs) dispositionis rationem constituat, dubitabiliorem casum includat, etsi minus dubitabilem exprimat, simulque vtrosque complectatur, quemadmodum & dictionis *Maximè*, vt multis latè comprobat Euerard. *in locis legalib. loco à natura dictionum implicatiuarum, n. 1.* Ioan. Gutier. *canonic. quæst. lib. 1. cap. 20. numero 5.* Azebed. *in l. 1. titul. 19. lib. 8. nouæ Regiæ collectionis, numero 32.* Octauian. Vulpell. *de præposit. & aduerb. signific. dictione Præsertim, pag. mihi* 80. Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu 416. numero 19. & consil. 69. numero 26.* Petr. Cened. *singul. 83. numero 1. & seq.* Marc. Anton. Natta *consil. 590. numero 4. tom. 3.* Anton. Angel Gratt. *de diction. dict. 180.* eruditissimus P. Thom. Sanchez *de matrimon. libro 2. disputat. 39. numero 6. lib. 6. disputat. 14. numero 21. & libro 10. disputat. 5. numero 4.* Prædictamque sententiam, & amplectitur, & praxim admisisse testatur scientissimus Didac. Couarru. *practicar. dict. capit. 6. numero 1.* tametsi Regia Neapolitana constitutio *libro 1. titul. 37.* præfatum iusiurandum exigat, vt & notant Vincent. de Franch. *decisione 257.* Camil. Borrel. *in summ. decision. part. 1. dict. titul. 56. numero 3. &* Ioann. Mar. Nouar. *in praxi electron. & variat. fori, section. 1. quæst. 2. numero 1. & de priuileg. miserabilium personarum priuileg. 55.*

Aliquibus pariter principalis venit limitanda conclusio modis. Primò, † si *miserabilis* malitiosè, & per euidentem calumniam, aduersariumque vexandi causa, fori hoc priuilegium desideret, ne ex malitia sua commodum consequatur, vt docent Follet. *in dict. Constit. Statuimus, numero 71.* latè Ioann. Mar. Nouar. *in dict. praxi, sect. 1. q. 42. per tot.* & Marchesan. *de commiss. titul. de commiss. auoc. caus. dict. §. 2. num. 71.* 39

In dubio † autem, malitiam, aut dolum præsumendum non esse, & ei qui factum malitia asserit, illius incumbere probationem; iura auctoritatesque à *nobis* adductæ in *Axiomatib. nostris, lit. D. n. 77.* ostendunt. In præsenti præcipuè specie, cum suo *miser* iure vtatur, ex congestis quoque à *nobis in dd. Axiomatib. lit. I. numer. 161.* 40

Limita secundo, † si *miserabilis* alieno agat nomine: cum & personale sit, & miseræ conditionis leuandæ causa priuilegium concessum extet, qua cessante, ipsum quoque cessare, consequens est, ex iuribus, & auctoribus congestis à *nobis in axiomatib. lit. C. num. 40* Cessat autem cum mandantis, non mandatarij *miserabilis* causa, intetessèque vertatur ex *Vlpiani* responso in *l. 3. §. sed vtrùm, D. de minorib. nec enim* (vt Papinian. in *l. Ex pluribus, 43. D. de administrat. & pericul. tutor.* ait) *causæ, sed personæ succurritur, quæ meruit præcipuum fauorem.* 41

Eandemque limitationem amplia, vel principalem, si malis, tertio limita conclusionem, non solum quando *miserabilis* alieno agit nomine: sed etiam † quando proprio, non tamen vt principalis, sed vt tertius causæ adest, vt puta ab emptore laudatus, quemadmodum latè comprobant Ioann. Mar. Nouar. *in praxi electiion. & variat. fori, sect. 2. quæst. 18. per tot. &* Sigismund. Scacc. *de appellat. dict. q. 7. num. 123.* duobus id modis declarans. 42

Limita quarto, in iudicij præparatoriis, † veluti ad apochæ recognitionem. De recognoscendo enim præceptum recusare *miserabilem* non posse, neque ad id fori electione vti; plenè *Ioan. Mar. Nauar.* confirmat. *d. sect. 2. quæst. 26. per tot. & quæst. 17.* de citato super tenore instrumenti agens. 43

In quolibet præterea casu coram iudice comparere iussus, omnino, priuilegium suum allegaturus, comparere debet, quin fori ad id præscriptione vtatur, vt idem *Nauar.* tradit *dict. praxi section. 3. quæst. 6. per tot. pagina mihi* 290. Etsi non comparendo, fori electionis iacturam *miser* non faciat; priuilegiatus alius, qui priuilegio suo renunciare potest, facit. Primum, superius dicta *ampliatione decimatertia numero 27. hac eadem quæstione*: secundum à *nobis* quoque prolata, *de priuilegiis pauper. 2. part. quæstion. 65. §. 1. numero 139. cum seqq. vsque ad num. 150.* manifestum reddunt.

Quintò principalem quidam limitant conclusionem, in vidua dotem † exigente, quam fori electione non gaudere, domiciliique mariti forum sequi debere, & in eo mariti hæredes conuenire, profitetur, Ioan. Mat. Nouarius *in ead. praxi, section. 1. quæstion. 7. numero 11. & 12.* cum *Molfes.* ab eo adducto, à me non viso, *in comment.* 44

ad consuetud. Neapol. part. 2. de bonis, quæst. 12. *numero* 18. formalem, & expressum ad id textum dicentes in *l. exigere dotem*, 65. *D. de iudic.*

Sed inexcusabili errore *Nouarius*, necnon *Molfesius* (si vera illius allegatio est) labuntur. Nequaquam enim assertionem præfatam *dict. l. exigere dotem* probat. Occurrentem namque solum quæstionem: *An pro dote à mariti heredibus recuperanda, in loco celebrati instrumenti; an in viri in eius domicilio sit facienda exactio* proponit: in viri domicilio faciendam decidens, nil inde legis nostræ, forique priuilegio detrahens, sed veterem, generalemque fori regulam confirmans, *legisque hæres absens*, 19. cum similibus, *D. de iudic.* defuncti hæredes ibi conueniendos esse, vbi defunctus debuit, statuentis. Legis verba (vt veritas, errorque *Nouarij*, & *Molfesij* appareat) hæc:
6 *Exigere dotem mulier debet illic, vbi maritus domicilium habuit, non vbi instrumentum dotale conscriptum est. Nec enim id genus contractus est, vt potius eum locum spectari oporteat, in quo instrumentum dotis factum est; quam eum in cuius domicilium & ipsa mulier, per conditionem matrimonij, erat reditura*, Quæ neque prædictis vulgatis fori, regulis aduersantur, nec detrahunt quidquam: Lex verò nostra vnica, Regiæque concordes vtique detrahunt. Aduertitque in specie Osuald Hilliger. *in* Donel. *enucl. lib.* 17. *cap.* 20. *lit. D. vers. nam regula.* Quæ ergo congrua reddi, aut excogitari quidem potest ratio, quare in cæteris regulariter causis, Principis fori viduæ concedatur, nouiori constitutione, electio: in dote verò exigenda quæ adeò fauorabilis est, nil præcipuum in *dict. l. exigere dotem* apparente, quod viduali, forique priuilegio impedimento esse possit) denegetur?

Infirmam igitur aut opinionem hanc cognoscens, aut eius immemor; contrariam idem ipse, Nauar. *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 47. tenet. Imò, nec solum viduæ pro dote recuperanda, vel exigenda legis nostræ priuilegium competere: sed etiam mulieri marito adhuc viuente, firmauit. Quod vltimum, dotis solum ratione (qua ille, piæ causæ æquiparatione facta, mouetur, alia specifica miseriæ non existente) non satis mihi compertum, nec probo: cum non fauor hic doti, aut causæ piæ solum, sed miserabili personæ datus sit, vt Couar. *practic. qq. cap.* 7. *num.* 3. aduertit, *Nosque* latiùs *infra quæst.* 8. *à num.* 3 notamus, & firmat *Papiniani* responsum in *l.* 3. §. *Sed vtrum, D. de minor.*

Pro vidua verò dotem exigente, & misera viduitatis conditio, & dotis fauor adeò pugnant: vt merito Sabaudiæ Senatus decident, posse viduam repetentem dotem aduersus pupillum, primum iudicem habere Senatum, vt in casus contingentia prodit, confirmatque eruditissimus Anton. Faber, *in suo Codice definit. lib.* 3. *tit.* 13. *quando Imper. inter pupil. & vid. definition. vnic.* Cuius tandem veritatem fateri coactus idemmet Nauar. *in ead. praxi*, integram *Fabri* decisionem transtulit, *ad praxus suæ* calcem *decis.* 33. pugnat etiam *Quintiliani*, allegatio, quàm *infra num.* 56. nectimus.

Similis pariter (ex limitatione, quam principali nostræ conclusioni assignat) eiusdem conuincitur *Nouarij* error, *in praxi election. & variat fori sect.* 2. *quæst.* 28. firmantis, *miserabilem* contra-
41 ctus † loco conuentum, legis nostræ vnicæ fauore se munire non posse. Quasi potentior contractus, quàm domicilij forus, ad priuilegium hoc impediendum sit, aut debilior non sit, ex eademmet lege *exigere dotem*, aliisque de contractus, domiciliique loco agentibus: cui tamen lex nostra nominatim (vt diximus) derrahit. Cuius ratio in domicilij, quam contractus locum æquè con[...]lectitur.

Principalem sexto limita conclusionem, † procedereque intellige in vidua castè, honestèque viuente, vt multis relatis, asserit Couarru. *practicar. cap.* 7. *num.* 1. Oralor. *de nobilit. cap.* 8. *numero* 1. Iacob. Menoch. *dict. libro* 2. *de arbitrar. casu* 66. *numero* 10. plures congerens Benedict. Ægid. *de priuileg. honest. articul.* 5. *numero* 3. Marchesi. *de commiss. dict.* 2. *part.* §. 2. *numero* 33. Franc. Abil. *in capit. Pretor. in proœm. numero* 36. Didac. Perez, *in l.* 1. *titul.* 1. *libro* 3. Ordinam. *verb.* Pobres, *versicul. Quod intelligendum est, column.* 462. Azeued. *in l.* 9. *titul.* 3. *libro* 4. *nouæ Regiæ collectionis, numero* 11. Bernard. Grœnæ, *conclus. practic.* Camer. Imper *dict. consider.* 1. *numero* 1. Iacob. Cancer. *variar. resolution. tom.* 2. *capit.* 2. *numero* 7. Sigismund Scacc. *de appellat. dict. quæstion.* 7. *numero* 131. Et ita vsus forensis apud Suprema tribunalia seruat, in quibus non aliter, quàm pro vidua honestè viuente dictæ Regiæ fori litteræ expediuntur, teste *Monterroso*, per *Francisc. Carras.* adductum, *dict. tract. de casib. cur. n.* 66. Regiam concedi prouisionem dicente: *Por la qual se inhibe a tos dos los Iuezes inferiores a las supremas audiencias, aunque sean Alcaldes de Corte, y Chancillerias, entretanto fuere Viuda, y viuiere honestamente, &c.* Priuilegia namque viduitati concessa, luxuriosa vita perduntur, vt *Couarru.* nominatim proximo loco, cæterique relati aduertunt.

In honestam autem vitam, non solum illicita carnalis cum viris immixtio: † sed etiam 47
conuersatio, cultusvè inhonestus reddit, quippè quæ faciant, vt legatum ea conditione mulieri relictum, *si honestè vixerit*, amittatur, auctore Bald. *cons.* 207. *vol.* 4. cuius probant sententiam Couarru. *de sponsalib.* 2 *part. cap.* 7. §. 6. *num.* 3. *in fin.* Cardin. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 11. *titul.* 19. *numero* 34. Vtrumque complexus Sigismund. Scacc. *proximè relato loco*, P. Thom. Sanchez, *de matrimon. libro* 7. *disputat.* 91. *numero* 38. Benedict. Ægid. *vbi suprà, numero* 4. & *seqq.* Apud homines enim, turpem verè esse; aut conuersatione, cultuvè apparere, & æquè vtrumque existimationi nocere; extra controuersiam est, & *Ausonij* elegans indicat epigrama, in duas diuersorum morum sorores, *pagina mihi* 41.

Delia, nos miramur, & est mirabile, quod tam.
Dissimiles estis, tuque, sororque tua.
Hæc habitu casto, cum non sit; casta videtur,
Tu præter cultum, nil meretricis habes.
Cum casti mores tibi sint, huic cultus honestus:
Te tamen & cultus damnat; & actus eam.

Ouid. que Fastor. lib. 4.

Casta quidem, sed non est credita: rumor iniquus.
Læserat, & falsi criminis acta rea est.
Cultus, & ornatus, variis prodiisse capillis.
Offuit.

Incontinentiæque lu[...]e pœnas propter amœniorem

niorem solum cultum, iustoque mundiorem Posthumiam Virginem Vestalem, & Minutiam viuam ea causa defossam, *Liui*, prodit, de illa, *lib.4. decad.1.* de hac, *lib.8. decad.1.*

Sed tamen turpis conuersatio, inhonestusvè
48 cultus, vt vitæ turpitudinem inducat, frequens † esse debet lasciuiorumque actuum frequentiam, etiam citrà copulam, non raritatem, prædicti legati amissionem operari, firmat (moribus, & doctrina clarus) *P. Thom. Sanchez, dict. disput. 91. numer. 40.* Imò nec eam, quæ amore capta vni, aut alteri, semel, aut iterum sui copiam fecit; turpiter viuere, nec istud perdere legatum; plurimorum fuit sententia, quorum ad longum idem *ipse ibi numer. 31.* fundamenta recenset, *nosque* retulimus, *de priuileg. pauper. 1. p. quæst. 17. numero 5. & part. 2. quæstion. 65. numero 103. & 104.*

Adhuc tamen sunt, nec pauci, nec contemnendæ auctoritatis, qui Viduæ omnino luxuriosè
49 viuenti, † fori hoc priuilegium competere, si non vt viduæ, vt *miserabili* quidem personæ, contendant. Cuius extitere voti Vincent. *de* Franch. *decision. 233.* Trois. *in pragmat. Cursu dilationum, numero 32.* Menoch. *dict. casu 66. numero 25.* Francisc. Viui. *decision. 521. numero 5.* Gaspar. Thesaur. *in addition. ad patrem, decision. 177.* quos refert, & sequitur Ioann. Mar. Nouar. *in praxi election. & variat. fori, sect. 1. capit. 7. numero 5.* Prosper. Carauit. *in ritib. magnæ Curiæ, ritu 9. numero 8.* Camil. Borrel. *in summ. decision. dict. titul. 56. numero 12. cum tribus seqq.* Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. 2. part. capit. 2. numero 99.* Ioann. Aloys. Ricci. *collect. 3053. part. 7.* Cuius & nos opinionis mentionem fecimus *de priuileg. pauper. 1. part. quæstion. 54. numero 9.* Quæ & tunc nobis non omninò placuit; & hodiè omnino displicet: si peccati ratione, miseriæque ex eo prouenientis (vt plerique ex relatis volunt ad simplicem meretricem, peccato *miseram*, hunc porrigentes fauorem) eam proferant. Etsi enim peccatum *miseros* faciat: non priuilegij, ipsius ratione, dignos, vt præcedenti latè egimus quæstione: nè præmium vnde pœnam merentur, consequantur, iuxta *Vlpian.* responsum in *l. 3. §. si in metallum. D. de mun. & hon.* & ea quæ in *Axiom. nostris, lit. C. num. 84. & 86. & lit. M. num. 16.* notamus. Hi namque, non tam miseri, aut infœlices, quàm iniqui dicuntur, nec *miserabilium* ideo priuilegiis gaudent, vt *de priuileg. pauper. 1. p. dict. quæst. 54. num. 1.* aduertimus.

Planè si vidua luxuriosè viuens pauper sit, aliovè infortunio miseram conditionem inducente, laboret, si non vt vidua; paupertatis, aut infortunij alterius ratione, legis nostræ priuilegium obtinebit. Imò etiamsi luxuriosa vita eam ad paupertatem, ad casum hunc non præordinata, deduxerit, iuxta ea, quæ lato sermone repetita *quæst. 54.* prosequimur. Namque vt optimè quisquis ille: *Misericordia non causam, sed fortunam spectat.* Neque enim vt luxuriosa vita vidualia priuilegia perduntur: sic quæ paupertati, aut speciali miseriæ concessa sunt, vt ibidem congesta probant. Veraque hoc sensu, & tenenda relatorum sententia extat.

50 Sed nec Vidua diues, quæ luxuriosè vixit, † ad meliorem tamen frugem se recepit, casteque ad præsens, & honestè degit, hac fori electione carebit, secundùm Prosper. Carauit. *dict. ritu 19. ad fin. num. 26.* (quantumuis dubitet Scacc. *dict. quæst. 7. num. 131. versicul. quid si vidua*) & iuxta eorum sententiam, quos plena congessimus manu *de priuileg. pauper. 1. part. quæst. 17. num. 7.* quæ fortius in nostro procedit casu, in quo non sic grauiter Respublica, quàm pater in illo offenditur, cum in eo & pater, & Respublica simul offendatur: & tamen aboleatur pœnitentia delictum. Ideoque, non sic in præsenti pro contraria parte *ibidem* adducta *num. 11.* vrgent. Auxiliaturque huic dominicum illud *Ierem. cap. 3. tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit Dominus, & ego suscipiam te.* Prætereà, quia hac in specie, si tempore quo vidua fauorem hunc desiderat, Regiasvè fori litteras est adepta, emendata existit, honestam vitam degens: earum fit satis (quem iam retulimus) tenori, ex *text. in cap. si eo tempore, 9. de rescrip. lib. 6. in l. in delictis 4. §. si damnum* (aliàs, *si extraneus*) *D. de noxal. actionib.* cùm similibus cumulatis à *nobis in axiomatib. lit. Q. numer. 12.* qualitatem iunctam verbo, secundum tempus verbi intelligendam, probantibus.

Septimò principalem limita conclusionem, 51
in vidua quæ maritum † occidit, aut eius morti causam præbuit, ex notatis à *nobis de priuileg. pauper. 1. parte, quæstion. 54. numero 33. versicul. quo quidem casu*, actus hic ad viduitatem directò tendat, obseruantque in specie Couarru. *practicar. dict. capit. 6. numero 2. in fin.* Azeued. *in dict. l. 9. titul. 3. lib. 4. nouæ regiæ collectionis, numero 8. versicul. Est tamen notandum,* Ioann. Mar. Nouar. *in praxi elect. & variat. fori, sect. 1. quæstion. 7. numero 13.* Sigism. Scacc. *de appellat. dict. quæst. 7. numero 131. versicul. Multoque minus.*

Octauò limita † inter pares priuilegiatos, ex 52
traditis à *nobis de priuileg. pauper. dict. 1. parte, quæstion. 52. numero 59.* ibique relatis adde, in eadem *lege nostra vnica* Aloys. *de* Leo, *numero 13.* Camil. Borrel. *dict. titul. 56. numero 4 part. 1.* Philip. Paschal. *de virib. patr. potest dict. 2. par. capit. 2. numero 105.* Osuald. Hillig. *in* Donel. *enucl. dict. lib. 17. capit. 20. lit. C. versicul. Planè.* Vnumque ex casibus in literis Regiis exceptis, hunc esse, primumque retulit Couarru. *practicar. quæst. dict. cap. 7. numer. &* Francisc. Carrasc. *de casib. cur. numero 65. & 66.* verba apponi solita describens: *O con persona que tenga igual priuilegio.*

Quam tamen aliqui limitationem arctant in *miserabili* ex iure cesso † contra miserabilem iure 53
proprio agentem; vt (ex Foller. *in practica. crimin. numero 105. versicul. hac regula*) tradit Marquesi. *de commis. auoc. caus. part. 2. §. 2. numero 79.* à nobis quoque *dict. quæst. 52. num. 60.* relatus. Quæ non se mihi (ex his quæ suprà *ampliatione* 8. perpendimus) commendabilem restrictio reddit.

Alij etiam eandem octauam limitationem restringunt, in *miserabili* † ex accidenti, cum quo 54
miserabilis natura contendit, illumque ad Principis tribunal in prima causæ cognitione euocat: quod *miserabilem* ex accidenti recusare non posse, seque sui fori præscriptione tueri (cum naturalis causa debeat accidentali præferri, ex congestis à *nobis in axiomatib. lit. C. numero 52.* Baldi auctoritate in *l, qui habet, D. de tutel.*) obseruat Matth. de Afflict. *in constit. Neapolit. libro 1. rub. 36. numero 35.* tenueruntque alij à Sigismund. Scacc. relati, *dict. quæstion. 7. de appellation. numero 128. versicul. sub restringe, 1.* Quorum tamen

tamen opinionem perbellè fefellit Couarru. *practicar. dict. capit. 7. numero 4.* Præcipuè *in versicul. Primus etenim casus.* Cuius & adhæreo libenter,& noua opinioni fulcimina iacto: Tum ex eadem lege nostra vnica,& consimilibus tegiis, pupillum (natura miserum) viduam infirmumque(ab accidenti) æquantibus.

Tum, quia esto quod *miseris* inuicem inter se pugnantibus; *miserioris* (iuxta dicenda proximè) fauor prævaleat: non tamen *miserior* à natura quam ab accidenti *miser*, ea sola existimati ratione potest; imò *natura miserum*, non accidentali pariter miseria læsum, legis nostræ priuilegio non vti (vt in pupillo diuite) multorum opinionem fuisse; iam suprà, *numero 29. versicul. contraria*, adiecimus, *& quæstion. 18.* infrà adiiciemus in Sene. Sæpè enim magis ac-
55 cidens, † quam natura solet attendi, vt (per legem Gracchus, *C. ad leg. Iul. de adulter*) asseruit Fului. Pacian. *de probationib. capit. 3. numero 89.* eademque *additio glossa fin.* (quæ pro contraria parte consueuit adduci) *in l. qui habent, 3. D. de tutel.* longè ante notarat.

Quare inter natura, vel accidenti *miseros* nullo seruato discrimine,attendi solum an vnus
56 altero miserabilior † sit, vt aduersus miserabilem minus, suo alter priuilegio gaudeat: firmatunt Aloys. *de Leo. in nostra lege vnic. numero 13.* & (post Marchesf. eumdemque afflictum, ab ipso adductos) Sigismund. Scacc. repetita *quæst. 7. numero 129.* Cardin. Tusch. *practic. conclusion. littera M. conclusion. 274. numero 19.* insinuat Couarru. *dict. cap. 7. nume- 4. versicul. Tertio constat, non esse maiorem miserationis causam in pupillo.* & sensit Sabaudiæ Senatus in decisione, quam ex Fabio *suprà nunumero 44. in fine*, retulimus. Auxilianturque his, *Quintiliani,& Seneca* verba. Illius, *declam. 338.* sic in clienculi sui defensionem prorumpentis: *Etiamsi lis huic mulieri, cui adsum, Iudices, esset contra pauperem istum: infirmo loco pars nostra, & indignior auxilio videtur: quia per se imbecilla res est Fœmina; & affert infirmitati naturali non leue pondus, quod vidua est.* Huius, *controuers. 6. ad finem, libro 1. Orba, inquit est: & hac orba est. Inter duas orbas, ea mihi curanda est magis, quam orbam ego feci.*

Adeò autem æquè priuilegiati miserior Præualet conditio, vt actoris, vel rei differentiam, ordinarij: vel extraordinarij fori ad præsens tollat, veluti si cum pupillo, aut vidua diuite, pupillus contendat pauper; è contràvè pupillus diues cum vidua, aut diuturno morbo fatigato paupere contendat, quemadmodum firmat (etsi in pupillo paupere cum diuite litigante exemplificet, cum in cæteris prædictis eadem subsit ratio) Sigismund. Scacc. *de appellat. dict. quæst. 7. numero 128. versic. Substringe secundo, & num. 129. in princip. & in vers. Extende eam.* Pauperem namque, vel miseriorem non solum si coram ordinario experiri velit, diuite, vel minus misero principem desiderante, sed etiam si coram ordinario diues, aut Miser causam agi desideret: coram Principe vero pauper, miseriorvè; hoc fori priuilegio gaudere, idem ibidem *Scacc.* profitetur: priuilegiatumque contrà pariter priuilegiatum priuilegio suo tunc non vti, cum & priuilegij, & personæ, causæ, miseriæque ratione æqualitas omnimoda adest, non si in aliquo sit excessus, vt & nos pariter annotamus *in axiomatib. nostris, lit. P. num. 175.*

Pari licèt misera conditione existente,† & rei, 57
& ordinarij fori habeatur ratio, vt non obscurè monstrat Bald. *in auth. habita, num. 61. C. nè fil. pro pat. Et quæro* (inquit) *si scholaris coram Potestate conuenitur a vidua, vel Pupillo, vtrùm habeat priuilegium huius auth. Resp. quando plures sunt priuilegiati sub eadem consideratione; tunc melior est conditio rei.* similiter & Couarru. *d. c. 7. n. 4. versic. Sexto*, quando æquè miserabilis reus conueniri apud sui fori iudicem desiderat: cum regulis tunc communibus iuris vtatur; alter verò deuiis, quo in casu, æquè priuilegiatum iuris communibus regulis nixum, præferendum (cum Decio *in cap. in præsentia, num. 15. de probat.* Bald. Aret. & aliis) tradit. Inde pariter, reum æquè priuilegiatum, ad Principem ire volentem, actore in proprio eum conueniente domicilio, audiendum non esse; *idem ipse ibi, num. 5. vers. quinto* (multorum sententia) ex præsumpta malitia profert.

An verò si *miser* (cum non misero litiget, suoque priuilegio ad Principis tribunal in prima causæ cognitione litem deferri obtinuerit: eaque du- 58
rante collitigans quoque *miserabilis* † effectus sit ad domiciliique iudicem causam remitti postulet; iure petat? latè disputat *Mar. Giurb. decision. 82.* per totam, affirmatiuam aliquibus muniens fundamentis, cui & suprà *num.* præcipuè 11. dicta auxiliantur: negatiuam tandem melioribus probans.

Principalem deinde conclusionem limita nono, si vidua, pupillus, &c. in eo foro in quo iurisdictio† eius nomine exercetur, litigare vellet, vt 59
(post D. Couarru) asseuerat Iacob. Menoch. *d. casu 66. numero 48.* & plenè Ioann. Mat. Nouar. *in praxi election. & variat. fori, sect. 2. quæst. 29. per totam.*

Limita decimo,& intellige, vt incompetentis
† iudicis forum eligere *miserabilis* nequeat, vt 60
profitentur Afflict. *in d. Regni constit. Statuimus, numero 13. & decision. 153. numero 4.* Prosper. Carauit. *ritu 233. numero 7.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. dict. lib. 2. cent. 1. casu 66. n. 50.* Ioan. Mar. Nouar: *in d. praxi, sect. 2. quæst. 30.* Marchesf. *de commiss. dict. 2. part. §. 2. numero 81. & 153.* Cardin. Tusch. *dict. lit. M. concl. 274. n. 14.*

Limita vndecimo † (ex sententia *Ioann. Mar.* 61
Nouar. & aliorum, quos ipse refert *dict. praxi, sect. 2. quæstion. 32. per totam.*) in eo qui *vbique locorum* se conueniri posse, pactus est, quem fori electionem non habere, ait. Sed neque ab ipso adducti id in specie firmant; neque iure sustinetur. Pactum enim hoc; nec electione aliàs competente, nec foro pasciscentem priuat, ex textus decisione in *l. si conuenerit, 18. D. de iurisdict. omn. iudic.* vt (post antiquiores in hac ipsa lege) tradit subtilis Roder. Suar. *in lectur. legis Post rem iudicatam, in declaration. legis Regni, q. 5. principali*, incip. *circa iudicem, numero 18. & seq.* Inutilem dicens ad conuentionem extra proprium forum, clausulam eam,† quæ hodiernis instrumentis in- 62
seri solet: *Et reus dedit potestatem exequendi hunc contractum omnibus, & quibuscumque iudicibus, coram quibus hoc publicum instrumentum ostensum fuit, & eius executio petita; iurisdictioni quorum se submittit, renuncians suo proprio foro, vt illud executioni mandent.* dicto n. 18. in fine concludens: *Et sic remaneat hac regula, quòd instrumentum*

partibus, poteſt exequi per quemcumque iudicem cui reus ſubeſt, & non per alium. & num. 19. *Vnde iſta pacta, quæ quotidie apponuntur in inſtrumentis*, quòd quis poſſet vbique alium conueniri, *regulariter nihil releuant, nec operantur ad conuentionem, & executionem.* De quo recentior extat, *l. 20. titul. 21. lib. 4. noua Reg. collect.* præcipuè *circa fin. verſ. Torroſi mandamos, que en virtud de las ſubmiſſiones generales.* Aliter atque ſi
63 clauſula dicta obligationi ſoluẽdi † apponatur, ſoluereque reus vbicumque promittat, & ad ſolutionem compelli poſſe paciſcatur, quia vbicumque fuerit inuentus, & conueniri, & exigi poterit, dicente Vlpiano *in l. contraxiſſe, 20. D. de action. & oblig. Contraxiſſe vnuſquiſque in eo loco intelligitur, in quo vt ſolueret, ſe obligauit.* Cuius textus deciſione, & text. *in l.* Titium, & Mæuium, 48. §. Tutores, *D. de adminiſtr. tutor.* eum qui vbicumque ſoluere promiſit; vbicumque fuerit inuentus poſſe pro ſolutione conueniri (quod ibi contraxiſſe videatur) idem ipſe Roder. Suar. *dict. loco* affirmat: Inde *num.* 20. conſulens: *Quod cum hodie in omnibus inſtrumentis apponatur hoc pactum*: Et dederunt poteſtatem omnibus Iudicibus, coram quibus dictum inſtrumentum fuerit oſtenſum, & ex eo petita executio; iuriſdictioni quorum ſe ſubmittunt, vt illud mandent executioni: *Quod vltra hoc addatur*: Et promiſſerunt ſoluere, adimplere contenta, & ibi promiſſa vbicumque inueniatur. *Nam virtute iſtius clauſulæ finalis poterit peti executio in quocumque loco inueniatur, etiamſi non ſortiatur forum in illo loco. Quia ſi hanc clauſulam non poneres; virtute dicti pacti, cum tale pactum apponatur ſuper iuriſdictione: non poſſet peti executio cum effectu, niſi loco idoneo, vbi reus ſortiretur forum, cum poſſet reus pœnitere ante litis conteſtationem, dicto pacto non obſtante, vt dict. l. Si conuenerit, & ibi Bart.* Similiter clauſulam inſtrumenti cameralis, per quam contrahens omni loco, & foro ſe ſubmittit, ita vt vbicumque locorum conueniri poſſit (de qua, eiuſque virtute agentes, plures *Steph. Gratian.* refert *deciſ.* 180. *nu.* 11. eiuſque generalitatem, ad loca tantum in quibus alias ſic paſciſcens poterat conueniri, reſtringendam; ipſemet (quem pro ſua opinione ineptè *Nouar.* ſuprà citarat) *Stephan. Gratian. ibid. num.* 13. affirmat.

Quæ cum ita regulariter procedant; multo
64 fortius in *miſero*, † qui vbicumque locorum conueniri ſe poſſe cum proprij etiam fori renunciatione, pactus eſt. Cùm per clauſulam hanc, nec quilibet alius forum ſuum inuitus perdat; *miſer* autem, nec foro ſuo, nec legis noſtræ vnicæ priuilegio renunciare valeat, iuxta dicta, *ſuprà ampliatione* 13.

Ex quibus deſcendit, *Miſerabilem*, qui non ſolum vbique locorum conueniri poſſe (cum proprij fori renunciatione, ad quoſuiſque iudices ſubmiſſione facta) pactus eſt; ſed etiam qui ſimul ſoluendi obligationem vbique locorum adiecit, facultatemq; ie exactionis conceſſit: neque priuilegio ſuo renunciaſſe, neque quidquam per eam conuentionem, illi detractum videri. Non ex eo ſolum, quòd miſerationis cauſa priuilegio conceſſo renunciari (vt diximus) nequeat; ſed quia valida etiam ren[un]ciatione, pactoque exiſtente; integrum priuilegium electionis Principis fori, *miſerabili* duret. Siquidem *vbique locorum* ſoluendi obligatio, inde vires ſumit, quod contraxiſſe vbi exigitur, promittens videatur, deſtinataque ſolutio eſt, veluti ſuperiora probant: ſed *miſerabilem* in loco contractus conuentum, non minus fori Principis electionem habere, quàm ſi in proprio domicilio conueniatur; nemo iure negabat, cum principalior (aut nihil inferior) domicilij, quàm contractus forus ſit, in quo miſerabilis conuentus Principem iure aduocat.

A fortiori ergò, cum vbique locorum, vel certo loco ſoluere promiſit. Nec ſimul proprij fori renunciatio nocumento *miſerabili* eſſet: non ſolum quòd ab eo fieri (veluti prædiximus) nequeat: ſed quia nec priuilegiato foro renunciaſſe, 65
viſus ſit, cum priuilegio ſuo † (& ſic domicilij) renunciauit. is enim proprius forus dicitur, ex *l. 1. D. ſi quis in ius vocat. non ier. & l. 2. C. de iuriſd. omn. iudic.*) Neque ad alia, quàm nominatim expreſſa, renunciatio extendatur, vt probat, *text. in l Præcipimus, 32. C. de appellat. & in cap. ſanè, 7. de renunc.* vbi id nominatim docet, Gloſ. *verb. ſuſtinere, in fin.* & tradit (cum Bal. Decio, Roland. à Valle, & Tiber. Decian. quos allegat) Ioſeph. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1264. *nu.* 12. plenè concluſionem hanc numeris ſeqq. ornans, & Ayn. Crauet. *conſ.* 200. *n.* 10. *lib.* 1. Et in ſpecie ſententiam hanc (cum nempè, qui forum commune, & priuilegiatum habet; foro ſuo ſimpliciter renunciando, non priuilegiato foro, ſed communi renunciaſſe videri, priuilegiatoque vti poſſe, iure optimo (aduerſus *Decium, & Iaſſonem*) aduertit eruditiſſimus Præſes D. Couarru. *practic. q. c. 10. n. 5. verſ. 7.* ſic noſtræ congruentem rationem ſententiæ reddens: *Priuilegium fori, hac in parte non aſſumi pro foro, quod ex iure ſpeciali datũ ſit alicui; ſed pro illa fori præſcriptione, quæ ex regula iuris cõmunis deducitur; qua cautũ extat, reum eſſe in proprio domicilio conueniendũ.*

Neque *Alciati* aſſertio huic nocet, *in tract. de præſumpt. regul. 3. præſ. 36. nu.* 13. dicentis: † facilius quem præſumi priuilegio, quàm iuri 66
communi renunciare, cuius ſimpliciter *Maſcard.* refert placitum *d. concluſ.* 1264. *n.* 17. quia id nec ratione, nec iure firmat. Text. enim in *l. Miles, 11. § Sexaginta, D. ad l.* Iul. *de adulter.* & Gloſ. *in l. 2. verb. conſenſus, D. de iudic.* ab ipſo adducti, nihil tale probant. Vtrobique enim de priuilegio, iureve ex priuilegio, competenti, non de iure ordinario, & communi agitur; idque ſolum deducitur ex eis: *Duobus remediis alicui competentibus, alterum, de iure communi; alterum, ex priuilegio: ſi priuilegio renunciet, iure communi renunciaſſe non videri*, ad quod text. in dict. §. *Sexaginta*, cùm aliis *Maſcard.* allegat *d. loco, n.* 15. Nos oppoſitum, cum communi iuri, id eſt foro proprio, & ſic domicilij, renunciatum eſt, ſaluo virtualiter, ex priuilegio iure manente. Neque vni renunciando, alteri quoque renunciatum, videtur, ex *l. Si domus 20. D. de ſeruit. urban. prædior.* iuncta *l. Stillicidij, D. quemadmod. ſeruit. amitt.* Maſcard. *vbi ſuprà n.* 14.

De iuris igitur rigore, aduerſus etiam inſtru- 67
mentum publicum † executiuum (quodque guarentigium vocant) prædictam clauſulã *vbicumq; locorum* continens, facultatumque omnibus, & quibuſcumque iudicibus, quibus illud fuerit oſtenſum, & coram quibus executio petita, exequendi poteſtatem tribuens, ſubmiſſione renunciationeque proprij fori facta; poſſe *miſerabilem* legis noſtræ vnicæ priuilegio vti, hancque ad Principis tribunal cauſam euocare; ſatis firmiter ſuperiora probant. Vſus tamen forenſis (vel nè

nè malitiæ locum præstare videatur, cum de iure suo apertè doceat aduersarius, iuxta *limitationem primam* suprà huic regulæ traditam: vel nè ambagibus, aut subterfugiis, ordinariæ causæ, natura sua breuis, summariaque, executiua vices sustineat) hanc fori electionem Miserabilibus eo in casu negauit, regiasque fori literas, hac nota exceptioneque in hunc sanè modum, expediri solere; cum Monteroso Carasc. prodit, *de casib. Curiæ num. 66. Excepto en seis casos, y causas. Conuiene à saber; en causa criminal, ò marauedis pertenecientes al Rey, ò sobre execucion de carta executoria, ò contrato guarentigio, que trae aparejada execucion; &c.* In idq; idem Carrasc. *n.* 80. Et in facti contingentia, cameralis obligationis executionis (prædictas clausulas similiter, vt suprà adiecimus continentis) etsi ob maximam eius difficultatem, cum in camera incidisset, inque aliam audientiam eius fuisset decisio reseruata: tandem in illius executione aduersus miserabilem petitam, locum principis foro, legisque nostræ vnicæ priuilegio non esse, conclusum asserit Marchesan. *de commission. d. 2. part. §. 2. nu. 94. vers. Sed maxima quæstio.*

Duodecimo principalem limita conclusioné,
68 in excommunicato † etiam reo, qui hac fori præscriptione non vtitur (actionem enim neque in iudicio stare posse, dubium est nemini, *ex text. in cap cùm inter, 5. de exception. cap. 1. eod. tit. lib. 6. cap. 1. de rescript. eod. lib. cap. Intelleximus, 7. de iudic.* cum aliis adductis per Glos. *vnic. ibid.* cum excommunicatis iuris beneficia, priuilegiaque merito denegentur, vt tenet (cum *Riccio*, & *Satyr.* quos allegat) *Ioan. Mar. Nouar. in praxi electiòn. & variat. fori, dict. sect. 2.*
69 *quæst.* 33. Idem in hæreticis † eadem, fortioriq; ratione procedere notans, repetita *sect. 2. q. 11.* cum & hi excommunicationem ipso iure incurrant, *cap. cùm Christus, 7.* & ibi notat Glos. *cap. ad abolendam, 9. cap. Excommunicamus; 13. §. Credentes, de hæretic. cap. nouerit, 49. & ibi glos. 1. de sent. excommunic.* Qua de re (vt in dictis locis scribentes, Iacobum Simanc. *de Catholic. instit. titul. 29. nu. 1. & seq.* Tiber Decian. *tract. crimin. lib. 1. cap. 41. num. 2.* multosque alios, quos operosum valdè esset recensere, omittamus compendio vtentes) plenissimè copiosus egit Prosper. Farinac. *in tract. de hæres. quæst. 192. §. 2. per tot.* & recentiùs Anton. Ricciul. *de iur. personar. extrà Eccles. grem. existent. lib. 5. c. 13.*
70 *per tot.* Et priuilegiis Catholicis concessis † institissimè priuentur: Imperatorum Constantini Theodosij, & Iustiniani constitutionibus *in l. 1. & in auth. sequenti. & in l. Curiales, 7. Cod. de hæretic. & in auth. de priuilegiis dotis hæreticis mulieribus non præstand. coll.* 8. Ideòque nec legis nostræ vnicæ priuilegio vti viduam iudæam, aut hæreticam posse, aduertit Isern. *in constit. regn. 18. lib. 1. verb. iudæis, vers. Cum priuilegia*, quem probat. (contempto *Afflict.* contrarium ibidem tenente, *num. 47. versic. item 4.*) Anton. Ricciul. *d. tract. lib. 2. capit. 48. nu. 9.*
71 Limita decimotertiò in Fisci causis reditibusque regiis à quolibet præfatorum *miserabilium* exigendis, *ex l. 2. & toto titul.* (Vbi Doctores notant) *C. vbi caus. fiscal. l. 1. de offic. procurat.* Cæsar. *l. Si vt proponis, 5. C. de bon. præscrip.* profitentur Aretin. *cons.* 83. *num.* 5. *& seq.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. d. casu 66. n.* 52. Ioan. Mar. Nouar. *d. sect. 2. q. 15. per tot. & quæst. 43. nu. 2.* Marches. *de commiss. d. 2. part. §. 2. num.* 102. Hacque exceptione regias fori litteras expediri testatur D. Præses Couarruu. *practic. dict. cap. 7. num. 5. vers. quintus, vbi actum fuerit de redditibus regiis à vidua exigendis. nam in hisce casibus non licet ei viduæ, quæ vocata fuerit ad iudicem inferiorem eius tribunal declinare*, & ex Monteros. Francisc. Carras. *de casib. cur. num. 66.* Hispanam limitationis adiiciens clausulam; *Excepto en seis casos, y causas conuiene a saber: en causa criminal, ò marauedis pertenecientes al Rey, &c.* Cæteros ibi, numerisque seqq. prosequens hunc eundem, *nu.* 79. repetens.

Limita decimoquarto in rationum iudicio;
† non enim tutor, curator, vel administrator à 72
miserabili conuentus ad curiam pro rationibus reddendis trahetur inuitus, sed in loco administrationis gestæ conueniri omninò debebit, *ex l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi oport.* vt expendunt Escobar. *de ratiocin. cap. 4 num. 56. & seq.* Ioan. Mar. Nouar. *dict. sect. 2. quæst. 17. per tot.* Steph. Grat. *in addition. ad decis.* 180. *nu.* 6. *& 7.* & Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. p. 2. c. 2. n. fin.*

Cæterùm vt rationes in loco tutelæ, † curæ vel 73
administrationis gestæ reddantur, vtque ad id tutorem, curatorem vel administratorem Princeps compellat, posse *à miserabili* Principem ipsum adiri, fatetur *Escobar. ibid.* vel si rationibus 74
se grauatum † sentiat, Principem appellare posse, apud eumque rationum retentionem petere, iureque retineri: aut si inter magnatem, diuitem, vel potentem rationes minoris, alteriusvè miserabilis, cuius meritò potentiam perhorrescat, dispungantur, nullo etiam grauamine apparente, procedere idem ipse *ibi. n.* 58. *& seqq.* firmat, & ita decisum in regio Neap. Concil. *Nouar.* tradit, *de priuil. miserabilium person. priuil. 65. num.* 5.

Limita decimoquinto, † in causis feudali- 75
bus, cum suos hæ proprios Iudices habeant, apud quos tractandæ necessariò sint, vt monstrant iura, quæ *infrà nu.* 229. citamus, & tenent Afflict. *in dict. Constit. Statuimus, num. 33. q. 10. & decis. 257. nu. 3.* vbi pleniùs Vrsil. *n. 4, & seq.* Ioann. Mar. Nouar. *in praxi, dict. sect. 2. qu. 22. per tot. & quæst. 43. n. 3.* Camil. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. cap. 62. num. 58. & in summ. decis. part. 1. titul. 56. num. 43.* Alex Trentac. *var. resolut. lib. 1. tit. de citat. resolut. 2. n. 21.* Bernard. Grœuæ. *in practic.* Camer. Imper. *conclusione 1. consider. 1. num. 15.*

Decimosextò, principalem conclusionem 76
eadem limitatione, † in officialibus syndicatis, quod destinator iudices administrationis suæ syndicantes habeant, quorum iudicium, nec subterfugere ipsos, nec pro rebus in officio gestis ad alios trahi posse, iura decernunt *in rubro, & nigro, C. vt omnes iudices, tam ciuiles, quam militares, post administrationem depositam, per 50. dies in ciuitatibus, vel certis locis permaneant, l. 6. titul. 4. part. 3. l. 23. titul. 7. lib. 3. noua Reg. collect.* Ita & in specie tenet, & constitutum pariter in Regno Neapolitano *dicit* Ioan. Mar. Nouar. *dict. sect. 2. quæstion. 43. num. 4.* Apud quem alios ibidem quoque casus in quibus *miserabilibus* causam ad curiam referre concessum non est, quia iudices speciales designatos aduersarij habeant videre licet. Consulendusque pariter ad id diligentissimus Osual. Hilig. *in Donel. enucl. lib. 17. cap. 20. lit. E Simile vero, & lit. F. & seqq.*

Limita

77 Limita decimoseptimo, principalem conclusionem † reconuentionis casu: apud iudicem enim coram quo vidua, aut pupillus, &c. reum conuenerit, si ab eodem reconueniatur; eius subterfugere iudicium nequibit, aut forum priuilegij, prætextu declinare, æquitatis ratione à Iustiniano perpensa in *l. Cùm Papinianus*, 14. *in fin. C. de sent. & interlocut. omn. iudic. Cuius enim* (inquit) *in agendo obseruat arbitrium, eum habere & contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur.* prosequiturque in *auth. Et consequenter*, statim sequenti.

Quæ quidem efficit, vt licèt laicus non nisi
78 coram Ecclesiæ iudice Clericum † conuenire possit, *cap. Si diligenti*, 12. *de foro compet. auth. Statuimus, C. de Episc. & Cleric.* cum aliis: Si tamen laicum coram eius iudice laico Clericus
79 conuenisset; ab eo reconuentus, † ibidem cogitur sustinere iudicium, Glos. *verb. Super suis quæstionibus, post med. in c.* 1. *de mut. petit.* Glos. *in cap. At si clerici*, 4. *verb. Non tenet, post princip. vers. Sed si clericus, de iudic.* Bart. *in d. auth. Et consequenter, in fin.* Specul. *lib. 2. partic. 1. titul. de reconuentione*, §. 2. *incip. Nunc dicamus, n.* 7. Marant *de ordin. indic. 4. p. distinct. 6. n.* 44. secundùm antiquiorem impressionem, *& in repet. legis Si actor, D. de procurat.* etiam, *nu.* 44. cum prope infinitis Farinac. *in praxi crimin. 1. p. q.* 8. *n.* 99. & recentiùs Carol. de Gras. *de effectib. clericat. effect.* 1. *nu.* 746. multisque aliis adductis Augustin. Barbos. *in collect. ad dict. c.* 1. *de mutuis petition. num.* 4. & in specie, casúque præsentis limitationis, Nouar. *in praxi dict. sect. 2. quæst.* 14. *per tot.*

80 Limita decimooctauo in eo, qui quinquennalem † dilationem petit, quem quamtumuis priuilegiatum, fori electione, aut præscriptione non vti, firmant Viui. *decis.* 38. *numero* 8. & Nouar. *dict. sect. 2. quæst. 25. per tot. præcipuè n.* 3.

Principalem denique decimononò limita
81 conclusionem, † eamque procedere intellige, si vidua, cæterivè prædicti Miserabiles de priuilegio suo opponant, aliter agitatum iudicium tenet, vt notat Afflict. *d. Constit. Statuimus, numero* 38. & Marches. *dict. 2. part.* §. 2. *nu.* 77. comprobanteque tradita à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 35. ferè per tot. & ab Anton. Ricciul. *de iure personar. extr. Eccles. grem. existent. lib.* 4. *c.* 31. *num.* 36. 37. *&* 38. affirmante, † iudicium
82 cum excommunicato actore agitatum, sustineri, si de excommunicatione non fuerit ab aduersario oppositum, ex *text. in c.* 1. *de except. libro* 6. Abbate *in cap. Intelleximus, numero* 13. Felin. *nu* 9. Decio, *numero* 76. *de iudic.* multisque aliis, numeris id seqq. amplians.

Sic etsi reus actorem non coram alio, quam coram conuentionis iudice † reconuenire de-
83 beat, vt probat *text. in capit.* 1. *de mut. petit.* vbi Augustin. Barbos. *n.* 2. & 3. in adducit *Marant. Muscat. Cardos.* & *Petr. Barbos.* ita pariter ordinatione Lusitana cautum referens: Si tamen de hoc pars non opponat, reconuentionis iudicium coram diuerso iudice agitatum sustineri, asserit Cald. Pereyr. *de resolut. emphyt. capit.* 17. *numero* 10. *versicul. Infero decimoquinto*, quem ipsemet August. Barbos. *dict. n.* 3. referendo, sequitur.

Sed, licèt inquisitio contra non infamatum,
84 † non teneat, vt probant *text. in c. Inquisitionis* 21. *& in cap. qualiter. & quando*, 2. *in ordine* 24. *de accusation. & in cap. licèt Heli*, 31. *de simon.* & communiter in dictis locis Sribentes, latéque *Farinac.* & ab eo adducti, assertionem hanc comprobans, amplians, & ornans à *nu.* 1. *cum seqq.* & ab Augustin. Barbos. *in collect. ad dict. c. qualiter & quando, n.* 5.

Parte tamen non opponente, † infamia etiàm 85
non præcedente, inquisitionem tenere, firmat idem ipse Barbos. *ibid. num.* 13. post Duen. *regul.* 298. *limit.* 1. Farinac. *dict. loco, numer.* 12. *& in collect. ad cap.* 2. per text. ibi *eod. titul. de accusat. lib. 6. num.* 1. *&* 2.

Sic incertitudo, † quæ actum viciat, (vt *in* 86
Axiomatib. nostris multis iuribus, & auctoritatibus comprobamus, *lit. I. n.* 35.) non viciat, si pars non opponat, iuxta *notata in l. in fin. C. de annal. except.* & aduertit. Andr. Fachin. *controuers. lib.* 11. *cap.* 19. *versicul. Contrarium in fin.* Qui & in *versicul. Respondeo*, cum glos. *fin. in fin. l. qui habebat*, 54. *D. manumiss. testam.* & Cephal. *consil.* 47. *numero* 20. nemine † de sententiæ nullitate 87
opponente, esse ac si valida foret (iuxta sensus, intellectusque ibi assignatos) profitetur, similiter & Stephan. Gratian. *discept. forens. part.* 1. *capit.* 16. *n.* 35.

Sic executionem nullam † ob non seruatam 88
legis 19. *titul.* 21. *lib.* 4. *noua Reg. collect.* formam, præscriptumque ordinem; parte non opponente conualescere, tradit (cum Paul. Boer. Tiraq. & aliis) *Parladqr. rer. quotidian. libro* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 3. *num.* 6. Steph. Gratian. Matchiæ *decis.* 108. *numero* 12. Decii, Crauettæque authoritate, firmantium, iudicium substantialibus carens, non aliter inualidum esse, quàm si pars opponat.

Et generaliter, quamlibet dispositionem aliquid facere astringentem, † intelligendam, *si* 89
in iudicio fuerit petitum, neque aliter iudicem, aut partem actari (relatis *Bart. Felin. Alex. Castr. Corset. Hippol. Puteo*, & aliis tenet Borgnin. Caualean. *de tutore, numero* 40.

Hæc quoad legis nostræ vnicæ dispositionem, personarumque in ea contentarum fori priuilegium: quod alia verò an *miserabilium* locum & ipse teneant, quatenusque priuilegiatæ existant; superest videre.

Et quoad alia, in multis si diuites sint, *miserabilium.* priuilegiis non gaudere, iam in proœmio aduertimus: longè tamen plura, extra iam dicta, præfatis miserabilibus lege nostra vnica nominatis specialia, concessaque priilegia in iure extant. Vtque per nominationem ab eadem lege factam exequar: pupillorum in primis recensenda se offerunt, quibus eos diuinæ, † humanæque 90
leges prosequuntur. *Exodi* 22. *Zacar.* 7. *Ierem.* 5. *Isai.* 1. & alibi sæpè vt inferiùs, *nu.* 202. pariter notamus. Paruulosque inter nos degens legislator Supremus, Christus Dominus, & speciali amore prosequutus; & prosequendos in posterum monstrauit, Matth. 18. *&* 19. *Tunc oblati sunt paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem increpabant eos.* Iesus verò ait eis: *Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim Regnum Cœlorum.* Et Marc. 19. *Et accipiens puerum, statuit eam in medio eorum: quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo; me recipit.* Idque ipsum *Luc.* refert, *capite nono.* Merito inde Galas. Papa in *capite secundo distinctione octuagesimaseptima.* ait: *Defensionis propria desolatis auxilio, & qui suis*

suis actibus adesse pro ætatis infirmitate non possunt, exoratum Pontificem decet subuenire: quia Pupillus tuitionem etiam Diuitas iussit impendi.

Prophanæ quoque leges pupillorum præcipuam curam habent, commendant, communem faciunt, earumque Latores illam certatim ostendere tentant. Pandent tot illico ab eis concessi, à Nobis numerandi fauores: interim Seueri Imperatoris edicti verba assertionem confirment; cuius chronographus *Modestinus* existit. in *l.3. D.qui pet.tutores.* Qui Vlpio Ruffino scribens, ait: *Omnem me rationem habere subueniendis Pupillis, cum ad curam publicam pertineat; liquere omnibus volo.*

Adeóque subuentionis promissæ implementum præstitere; vt maius pupillis in bonis suis;
91 quàm mulieribus † pro dotibus, quamque fisco priuilegium dederint, quemadmodum ex *textu in l.si tutor,6.C.de seru.pignor.dato manumis.* deducit ibid Glos.*vnic.in fin.ex lege* pariter 1.*& 3. eiusdem titul.* Minoresque etiam viginriquinque annis, aduersus fiscum in integrum restitui (huius rei fiscalium rerum administratores admonens, certioresque reddens) ostendit Paul. *in l.in fraudem,45.§.fin. D. de iure Fisc. minoribus 25. neque fundus, neque vectigalia locanda sunt; ne aduersus ea beneficio ætatis vtantur.* similiter Vlpian.in *l.si ex causa,10.si in commissum, D.de minorib.*& Imperatore, verus, & Antoni.*in l.1. C.si aduers.Fisc.* decreuere.

92 Idque præcipuum pupillus in hoc Minore adulto habet, quòd hic, † restitutione aduersus fiscum eget: ille, absque restitutione rutus est, ex Vlpiani responso in *l.Imperatores,7.paragrapho fin. D.de public. & vectigal. & ibid. glos. verb. Commissi, in fin.*& *in d. §.si in commissum, verb. Restitutio.*

Sicque pupillorum commodis leges inuigilant; vt non modò matribus, aut consanguineis illorum curam, solicitudinemque committant (naturalem affectionem pœnis quoque excitantes) sed publicam, vt diximus, faciant. *Et ideo mater,* † *quæ vel non petit tutores idoneos filiis*
93 *suis; vel prioribus accusatis, reiectisvè, non confestim aliorum nomina ediderit: ius non habeat vendicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum.* vt Seueri rescripto in *d. l.3.D.qui pet.tut.* concontinetur. Cuius & ab Vlpiano translata sunt verba in *l.2.§.si mater, D. ad S. C. Tertyl.* Vndè textus quoque emanauit decisio in *l.Omnem, 6. C.eod.tit.Omnem matri* (Imperatores Gra.Valen. & Theodos.aiunt) *siue ab intestato, siue iure substitutionis, si filius impubes moriatur, denegandam volumus successionem: si ea legitima liberorum tutela suscepta, ad secundas (contra sacramentum præstitum) aspirauerit nuptias, antequam tutorem alium ei fecerit ordinari, eique quod debetur ex ratione tutelæ gestæ, soluerit.* de qua latè Ioann. Gutier.*de tutel.1.part. cap. 16.num.134.*& *Nos, de priuileg.pauper.2.p.quæst.60. numer.5.6.8 & seqq.*

94 Consanguineos † huius curæ immemores, parumvè soliciros, Theodos.& Valer.Imperatores sic in *l.Sciant.10.C.de legitim.hæred.* & admonent, & puniunt: *Sciant qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre, tutorem ei, secundum leges, non petierint intra annum: omne eis, siue abintestato, siue iure substitutionis, si impubes moritur, denegandam,* quæ concordem habet *legem 12.titul.16.part.6.* quarum materiam discutit, Gutier.*dict.cap.16.nu.136.& seq.*

In matris autem, vel aliàs iure succedentium defectu † hanc petendi pupillo tutorem, curam, 95
etsi voluntariam, eius educatori, vel parentis amicis iniungit Modestinus, in *l.2.D.qui petant tutores,* quam & *dict.leg.Regia,12.*confirmat; & in eo illam quoque excedit, eiusque dispositionem extendit, vt cuilibet † de populo id non 96
modo liceat: sed tutorem petendi necessitatem imponere videatur, prouidens: *O si non ouiesse parientes que lo fiziessen: estonce los amigos del moço, ò otros qualesquier del pueblo deben pedir al Iuez: que dè al huerfano guardador que sea a tal, que aliñe el pro de moço.* 97

Nemine tandem tutorem pupillo petente, † ex officio illum posse Iudicem assignare, probant, *text.in l.Illud,5.D.de tutor.& curat.dat.ab his,& in l.1.versic. Magistratibus, D.de Magistratib.conueniend.* firmarque (cum Bart.Alexand.Purpur. Socin. Gregor.Lopez, & aliis ab eo adductis) Gutier. *dict. cap. 16. numero 140.* Quemadmodum, & Aduocato carenti *Vlpianus* prouidit in *l. Ne quidquam 9.§. Aduocatos, D. de offic.Proconf. & legat.* necessitatem Iudici huiusce prouisionis imponens.

Quæ quidem aduersus notas Iuris regulas, pupillorum fauor obtinuit, quæ & non nisi pe- 98
titum † impartiri Iudicem officium suum debere, & à iudicio pariter repellendum de suo inte- 99
resse † non docentem dictitant. Vt primum, *in tract.de priuileg.pauper 1.part.quæst. 35.numero 1.& seqq.* ostendentes ornamus: secundum, in *Axiomatib. nostris, lit.I.numero 92.& seqq.* Vbi 100
illud simul pupillorum gratia † *numero 96.* limitamus.

Vtque ad alia transitum faciamus: Inter viuos manumisso, cui expressè peculium adem- 102
ptum † non est, concessum videri; *Paulus* dixit, in *l.si Stico, 54. D.de pecul.si Sticho (ait) peculium cum manumitteretur, ademptum non est: videtur concessum.* Cuius Imperatores Diocletianus, & Maximianus iudicium probarunt, in *leg. vnic.C.de pecul.eius qui libert.mer.*

Concessum tamen, & in hoc casu peculium non videri † à Pupillo tutore auctore manumisso, apud Pupillumque remanere: in hæc verba 103
Paulus idem respondit, in *l.Pupillus, 24.* D.de manumis. vindict. *Pupillus, qui infans non est, apud consilium rectè manumittit* Paulus; *scilicet, tutore auctore: ita tamen vt peculium manumissum eum non sequatur.* & ibidem *finalis* notat Glossa.

Pupillis, nec longissimam quidem præscri- 104
ptionem † (quæ etiam contra quosuis priuilegiatos curreret) nocere, Imperatores Honor. & Arcad.in *l.Sicut,4.C.de præscript.trigint.vel quadrag. annor.* in hunc sanè modum decreuere: *Non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda: sed pupillari ætate duntaxat (quamuis sub tutoris defensione consistat) huic eximenda sanctioni.* Qua de re plenè Francis. Bald. *de præscriptionib. part. 6. c. incip. Postquam satis n. 29.cum seqq.pagina mihi 558.*

Id quod & in vsucapione † Paulus sentit, in 105
l.2.§.Tutor,D.pro emptore, in l. Alienationis verbum, 28. D.de verbor.signific. & in l.bonæ fidei, 48.D.de acquir. rer. domin. vbi sic *Glossa* (contrariis respondens) firmat, *verb.Pupilli, Glos.* etiam *in l.Si communem,10.verb.Et ego, D.quemadmod. seruit.amitt. & in l. Apud Celsum, 4.§.*

Si

Si quis non tutor, verb. Suam, D. de doli mal. & met. except.

Licet eam (ex ſententia Angeli, per *authent. Quas actiones, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* in hoc ius antiquum non corrigentem) etiam contrà
106 Romanam † Eccleſiá triennio perfici, *Felin.* dicat, *in cap. ad audientiam, de præſcr.* relatus à Franciſc. Balb. *dict. tract. partis 5. 1. part. numero 23. pag. mihi 402. in princip.* etſi in progreſſu, ſatis controuerſum id eſſe oſtendat. Quam apud nos difficultatem regia *lex* ſedauit 16. *titul. 29. part. 3.* dubitationem *ex dict. auth. Quas actiones*, eius, quoad id; inuolucro verborum inſurgentem, tollens: Vſucapionem triennio contra quamlibet Eccleſiam, Romana excepta, perfici ſtatuens, aduerſus quam centum annorum, tam quoad res immobiles, quam mobiles præſcriptionem requirit, requirebantque magis communiter, & Canonici, & ciuilis iuris interpretes, vt *Couarr.* tradit (legis prædictæ regiæ mentione nulla facta) *in relect. cap. Poſſeſſor, de regul. iur. lib. 6. part. 2. §. 2. numero 5.*

107 Quare neque ad inueſtituram petendam, † Pupillo tempus currere, etſi adulto currat, aduertit Vlderic. Zaſ. *de feud. p. 7. n. 11. inter tract. Doctor. tom. 10. p. 1. fol. mihi 310.*

108 Defunctorum voluntates ad amuſim, † proque legibus ſeruandas, pietas ſuadet, leges imperant, *auth. de nupt. §. diſponat, collat. 4. l. In conditionibus primum locum, 19. D. de condit. & demonſtr. cap. tua nos (& ibi gloſ. verb. voluntatem) extr. de teſtament.*

109 A quibus pupillorum gratia † recedi ſoluere, communis magiſter *Bartol.* notauit *in confirmando, 8. D. de confirmand. tutore.* eſtque in id ibi non obſcurus textus, *cum lege ſequenti, 9. & 10.* vbi Triphonius (dictæ quoque *legis Inconfirmando*, auctor) ait: *Vtilitatem pupillorum Prætor ſequetur; non ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum.*

110 Tutorem pupillo ſub conditione, † vel die dari poſſe, *Papinianus* negauit, *in l. Actus legitimi 78. D. de regul. iur.* & Vlpian. *in l. multo, 6. §. Sub conditione, D. de tutel.* Cum idem, procu-
111 ratorem † eo modo dari permiſerit *in l. 3. D. de procuratorib.* Cuius differentiæ pupillorum fauor in cauſa eſt, *ne dum dies, vel conditionis exiſtentia ſpectatur, bona pupilli negligantur, & pereant*, vt ex Bartol. *in dict. §. Sub conditione*, tradit *ibid. gloſſa prima Additionator.*

112 Sine accuſatore procedere, † aut inquirere contrà quemuis Iudicem non poſſe *Vlpianus* edixit *in l. Reſcripto 6. §. ſi quis accuſatorem, D. de munerib. & honor.* Modeſtin. *in l. fin. D. de in ius voc.* Imper Alex. *in l. 3. C. qui Accuſ non poſſ.* Felix Papa *in c. 1. de accuſat.* inquiens: *Si legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus.* Diuus item Ambroſ. lib. 8. epiſt. ad Syagrium *Si leges publicas interrogemus, accuſatorem exigunt.* eſtque de iure regio text, in *leg. 3. titul. 17.* Quodque Chriſtus Dominus ſupremus legiſlator, facto comprobauit *Ioannis 8. capit.* Arguũtque plenè hac de re (vt antiquiores apud eos videndos, omittam) Paz. *in praxi 1. part. 5. tom. cap. 1. numero 2. & ſeq.* Proſper Farinac. *quæſtion. 1. num. 7.* Andr. Fachin. *controueſ. iuris, lib. 1. cap. 34.* videndaque *ſuprà in proœmio* notata *num. 50.*

113 Pupillorum autem debilitas † tot iuribus fulcitam regulam infringit, Vlpiano in *l. 3. Præterea, D. de ſuſpect. tutor.* hæc proferente: *Præterea videndum eſt, an ſine accuſatione poſſit ſuſpectus repelli? Et magis eſt, vt repelli debeat, ſi Prætori liqueat ex appertiſſimis rerum argumentis, ſuſpectum eum eſſe. Quod fauore pupillorum accipiendum eſt.* obſeruatque gloſ. *in c. venerabilis, 37. verb. ſuſpectus, circa med. verſ. Et etiam iudex, de offic. & poteſt. iudic. deleg.*

Fideiubere pro alio † non magis quam donare quis cogitur, cum ſpecies donationis fideiuſſio ſit, ex Iaſone *in l. qui pecuniam, num. 1. D. de pact.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 513. numero 19.* mera gratia, proueniens, vt *idem ipſe* Gratian. *diſcept. 459. numero 14.* ait, voluntariumque beneficium eſſe debeat, cum ſit *Beneuola actio, tribuens gaudium, capienſque tribuendo: in id quod facit prona, & ſponte ſua parata*: vt Senec. definit, de *benefic. lib. 1. cap. 6.* Probantque dicta à *nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 34. n. 3.* & *titul. D. & C. de fideiuſſor.* 114

Pro filio tamen Pupilli tutore deſignato, † vel fideiubere pater, vel eandem cum filio tutelam ſubire *Adriani* Imperatoris edicto compellitur, ab Vlpiano relato in *l. ſi quis inter, 18. §. ſi quis, & §.* Imperator, *D. de excuſat. tutor, ſi quis creabitur tutor, exiſtens in patris poteſtate; deinde pater noluerit pro eo cauere; iubserunt leges, & ipſum patrem creari tutorem, vt nullo modo impediatur tutelæ cautio.* Vlpian. in *d. §. ſi quis*, ait, Adrianus verò, in dict. §. Imperator; Si Iſidorus Marcus, *quamuis filiusfamilias ſit; idoneus tamen non eſſe videbitur: pater autem eius idcirco cauere non vult, vt filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeuerauerit: exiſtimo ſe huic fraudi occurſurum, vt filius, & ipſe ad tutelam liberorum clementis, gerendam compellantur.* 115

Quem neque Reſpublica † adepta eſt fauorem, vt ex *l. 3. § Si filius*, & *§. quod pater, D. de muner. & honorib.* & ex *l. ſpurij, 6. §.* Prætor, *D. de decurion. & eor. filiis*, notat Accurſ. *in dict. §. ſi filius, verb. non habet, in fin*, & in *§. ſi duo*, eiuſdem *legis, verb. non compellitur.* Quæ pro munere filio impoſito, fideiubere patrem, idemvè cum filio ſubire munus non adſtringi, apertè probant. Hodie videnda circa id *Regia pragmatica edita anno 1623. capite, fine n. 19.* 116

Fideiuſſores vbi plures dati ſimpliciter exiſtunt, † pro parte conueniendos, frequenter in cauſidicorum ore verſatur, ex *Diui Adriani* epiſtola, diuiſionis beneficio vtentes, vt Caius notat in *l. inter fideiuſſores, 27. D. de fideiuſſorib. & mandat.* & Iuſtinianus ſanxit in *l. fin. C. de conſt. pecun. & in §. ſi plures, inſt. de fideiuſſor.* Regiáque *l. 8 tit. 12 part. 5.* 117

A tutoribus † autem ſic fideiuſſores datos, conuenire inſolidum poſſe, *Paulo* placuit in *l. fi. D. rem pupilli ſaluam fore*, vbi hunc pupillorum fauorem *Accurſ.* ponderat, *verb. diuidēda, & in d. §. ſi plures, verb.* Pater, & Paul. Montan. *de tutel. c. 32. regul. 7. n. 18.* 118

Poſſe quem per alium, † quod poteſt facere per ſe ipſum, vulgaris eſt regula, tradita in *cap. Poteſt quis, 68. de regulis iuris, libro 6.* & aliis citatis à *nobis, in axiomatib. littera F. numero 5.* 119

In tutelarum tamen excuſationibus, † limitata inuenitur. Per ſe namque ipſos tutores nominatos, excuſationem à tutelis prætendentes, non per alios, eam petere debere; non aliis mandare; 120

Papinianus censuit in *l. excusare* 18. (secundum tertiam lecturam, quam illi *Glossa* assignat *vnica*) *D. de excusat. tutor.*

121 Sententiam ex falsa causa,† falsisvè allegationibus latam, tenere, appellationeque ad illius recisionem opus esse, asserunt, Bernard Diaz, *regul.* 677. Ioan. Gracian. *regul.* 417. *num.* 5. antiquioribus relatis, etsi ab eis in id citata *Glossa in l. is ad quem, D. de acquir. heredit.* meæ vigilanti perquisitioni latuerit.

122 Talem verò aduersus pupillum † ex falsis allegationibus sententiam latam, nullam profert Sceuola, in *l. qui testamento,* 40. *D. de excusat. tutor.* quam sic *Dynus* summat: *inserto falsa causa, reddit sententiam ipso iure nullam fauore minoris.* Imperatorque *Alexand.* confirmauit, in *l.* 1. *C. si tutor, vel curat. falsis allegationib. excusatus sit.*

In re Pupillaribus pecuniis (alterius licèt nomine empta) triplici pupillus priuilegio gaudet.
123 Tacitam † namque in ea hypothecam habet, ex Vlpiani responso in *l.* 3. *de reb. eorum,* Imperatorisque *Alexandri* constitutione (Diuorum parentum suorum sanctione confirmata) in *l. si tutor,* 6. *C. de seruo pignor. dat. manumiss.* Estque apud nos Regia *l.* 25. *titul.* 13. *part.* 5. quam alij non habent, *l. quamuis ex ea,* 17. *C. de pignor. & hypothec.*

Omnibusque etiam anterioribus creditoribus
124 † in ea præfertur ab Vlpiano in *l. Idemque,* 7. *D. qui potiores in pign. habe.* vbi Accurs. *verb. res fuerit.* Bartol. *& ceteri scribentes* notant, Vital. de Camban. *de clausul. Et specialiter obligauit, numero* 5. Gasp Rodr. *de annu. reddit. lib* 2. *quæst.* 20. *num.* 6. *& lib.* 3. *quæst.* 10. *n.* 8. *in fin.* Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 2. cum aliisque Antonin. de Amat. *resol.* 3. *n.* 66. *& seq.* Idemque lex prouidit *Regia* 30. *dict. tit.* 13. *part.* 5.

Cum aliorum priuilegia ex tempore metiantur *Aphrican.* in *l. qui balneum,* 9. Caius in *l. Potior,* 11. *D. qui potior. in pignor. habe.* cæterique ciuiles, canonici, Regiique legislatores, & eius Professores, quos plena congessimus manu in *axiomatib. nostris, liter. P. numero* 163.

125 Imò rem hanc Pupilli fieri, † vindicationemque pro ea pupillo competere; Imperator Anton. (iuxta antiquius *Vlpiani* decretum, in *l.* 2. *D. quando ex fact. tutor.*) in *l.* 3. *C. arbitr. tutel.* sanxit, confirmatum à *lege Regia,* 49. *tit.* 5. *part.* 5 Quod aliis iura denegant citanda *inferius q.* 8 *num.* 132.

Procuratoribus pluribus, insolidum non datis, † vnum sine alio agere non posse, *Iulianus*
126 respondit in *l. qui duos,* 47. *D. de procuratorib.* Bonif. VIII. sanxit, in *cap. si duo,* 6. *extr. eod. tit. lib.* 6. decernens: *si duo procuratores simul* (*non adiecto* In solidum) *deputentur: vnus sine alio non debebit admitti,* & Regia confirmauit *lex* 19. *tit.* 5. *p.* 3. Quæ glossarum, auctorumque profusam relationem excusant.

Idemque in pluribus testamenti executoribus
127 † datis; quorum vnum sine altero, si præsentes sint, exequi non posse, probat *text. in cap. Religiosus,* 2. 3. *Sanè, de testament lib.* 6. vbi sic (post Greg. Lopez *in l.* 6. *tit.* 10. *p.* 6. & Bened. Capr. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 21. *n.* 16.) asserit August. Barbos. *num* 14.

128 Pluribus autem tutoribus † designatis, quemlibet eorum (etiamsi insolidum dati non sint) posse agere: pupillorum fauor (pietate ductrice) obtinuit, auctore *Paulo* in *l. decreto,* 25. §. *si duobus, D. de admin. tutor. si duobus* (inquit) *tutela simul gerenda permissa est, vel à parente, vel à contutoribus, vel à magistratibus: benignè accipiendum est, etiam vni agere permissum.* Iustinianoque Imperatore confirmante, in *l. fin. C. de auctorit. præst. & in l.* 1. *C. si vnus ex plurib. tutor.* & Regia *lege* 17. *titul.* 16. *part.* 6. Nullo ex iuribus his relatis aliis ornat, probatque Gratian. *discept. forens.* 1. *p. c.* 86. *num.* 10. 11. *&* 12.

Quamuis in ea sint pupilli ætate, in qua discernere nequeant: fauorabiliores † tamen quàm 129
alij qui iudicio carent, *Paulus,* in *l. pupillus,* 9. *D. de acquir. heredit.* his verbis protulit: *pupillus si fari possit, licèt eius ætatis sit, vt causam acquirendæ hereditatis non intelligat: quamuis non videatur scire huiusmodi ætatis puer (neque enim scire, neque discernere talis ætas potest, non magis quàm furiosus:) tamen, cum tutoris auctoritate, hæreditatem acquirere potest. Hoc enim fauorabiliter ei præstatur.* Conueniturque *text.* in *l. potuit,* 5. *C. de iure deliber. & in l.* 13. *tit.* 6. *part.* 5.

Impuberibus abstinendi, etsi hæreditati se immiscuerint,† potestatem facit: puberibus denegat 130
Pomponius in l. Impuberibus, 11. *D. de acquir. hered.* inquiens: *Impuberibus liberis omninò abstinendi potestas fit: puberibus autem, ita si se bonis non immiscuerint.* Similiter & Caius in *l. necessariis,* 57. *D. eod. tit.* his verbis: *necessariis heredibus, non solum impuberibus; sed etiam puberibus, abstinendi se ab hereditate, Proconsul. potestatem facit: vt quamuis creditoribus hereditariis iure ciuili teneantur: tamen in eos actio non detur, si velint relinquere hereditatem. Sed impuberibus quidem, etiamsi se immiscuerint hereditati, præstat abstinendi facultatem: puberibus autem ita, si se non immiscuerint.* Etsi puberibus damnosa hæreditate læsis, restitutionis remedium superesse, idem ipse inferiùs dicat, *Verusque, & Anton.* Imperatores in *l.* 1. *C. si minor. ab heredit. abstin.* decernant, quibus *dict. l.* 13. *titul.* 6. *part.* 6. *versicul. E si el que fuesse establecido,* congruit. Et an superiora etiam cum tutoris auctoritate damnosam pupillus hæreditatem adiuit, procedant: inferiùs, *num.* 148 *&* 149. notamus.

Pupillorum fauor, non modò ipsis; sed fideiussoribus † prodest. Namque, *si pupillus hereditate* 131
abstineat, succurrendum est ei, & fideiussoribus ab eo datis, si ex hereditario contractu conueniātur. vt verba sunt Sceuolæ in *l. si pupillus,* 88. *D. de acquir. heredit.* Cui adhæret Vlpian. (ex Marcelli placito) in *l.* 2. §. *amplius, D. de administ. & pericul. tutor. & in l. fin. D. si quis caution.*

Cum aliorum,† minorum etiam fauor fideius- 132
soribus prodesse non soleat, iuxta *Vlpiani* responsum in *l. in causa,* 14. *D. de minorib.* Anton. Dioc. & maximiani Imperatorum decretum in *l.* 1. *&* 2. *C. de fideiussor. minor. & in l.* 4. *tit.* 12 *part.* 5.

Verum licèt sit, non perpetuam † vtramque as- 133
sertionem esse. Neque enim semper pupillorum fauorem fideiussoribus prodesse, *Vlpianus* ostendit in *l. Marcellus,* 26. *D. de fideiussor.* & Caius, in *l. si pupillus,* 40. *D. de recept. arbitr.* Et quando-
que minorum fauores † eorumdem fideiussoribus 134
communicari; idem ipse *Vlpian. in l. minor.* 51. *D. de procur.* Inque restitutione minori competente,

tente, an & illius fideiussori quoque competat? affirmatiuam alij; negatiuam alij tuentur, vt constat ex Cal. Pereir. *in l. si cura orem, verb. minoribus, n. 43. versicul. 3. circa fin. & num. 49. C. de in integ. restit.* Iacob. Menoch. *consil.* 179. *num.* 1. *libro* 2. Valent. Franc. *de fideiussor. cap.* 3. *num.* 63. *& seqq.* Anton. Hering. *eod. tract. part.* 4. *cap.* 27. *num.* 113. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 27. *num.* 4. *par.* 1. Anton. Gomez, *variar. resolut. p.* 2. *cap.* 14. *num.* 9. Pyrr. Maur. *de fideiussor. sect.* 9. §. 19. *numero* 2. *&* 3.

135 Participi † quoque ac rem communem cum Pupillo habenti illius prodesse fauorem, *Pan.* verba monstrant, in *l. si communem,* 10. *D. quemadmod. seruit. amitt.* quæ sunt: *si communem fundum ego, & Pupillus habeamus, licèt vterque non vteremur: tamen propter pupillum, & ego viam retineo.* vbi Glos. *verb. Et ego,* ex prædicto

136 pupilli fauore notat: posse quem per alium, † quod per se non potest, aduersus textus regulam in *l. neque per se, C. de haredib. instit. & in capit. quod alicui, de regul. iur. lib.* 6. latè à *nobis* traditam in *axiomatib. iur. littera. F. numero* 7.

137 Pupillum item sine cessione † agere posse, *Bald.* firmauit in *capit. vigilanti, num.* 5. *de prascript.* in aduersæ regulæ limitationem, quam *infra q.* 8. *n.* 258. assignamus.

138 Debitorem speciei, † eius, ante moram, interitu liberati, iura prædicant à *nobis* relata in *axiomatib. iur. litter. D. numero* 19. & infra *quaest.* 8. *numero* 393. quibus Pupillorum fauorem opponit *Marc. Mant. in tract. de pupillorum fauorib.* eorum debitores, specierum interitu non liberari affirmans, *legis si dictum,* 56. §. *fin. D. de euict.* auctoritate fultus. Cuius longè diuersam assertionem, materiamque arbitror. Posset tamen ex Ecclesiæ æquiparatione firmari, cui hoc *Genuens.* speciale iuscompetere dixit, vt *dict. quaest.* 8. *numero* 394. inferiùs aduertimus; si ab eo in confirmationem auctoritates adductæ extarent.

139 Suspecti tutoris cognitionem non alij † quàm Præsidi prouinciæ pertinere, Marcellus in *l.* 1. §. *suspecti, D. ad S.C. Turpil.* in hunc modum protulit: *Et nullus alius de huiusmodi quaestione, quam Præses prouinciæ pronunciare potest.*

140 Macianus verò, si pupillo intersit, † mandari huiusmodi cognitionem posse dixit in *l. cognitio,* 4. *D. de offic. eius cui mand. est iurisd.* & Vlpian. in *l.* 1. §. *damus, vers. an autem, D. de suspect. tutor.*

Accusandi facultatem (cum suam, suorumvè non prosequuntur iniuriam summa cum ratione)

141 fœminis † iura ademerunt, in *l. qui accusare,* 8. *D. de accusat.* in *l. de crimine,* 12. *C. de his, qui accus. non poss. in cap. Prohibentur,* 2. *quaest.* 1. *in l.* 2. *tit.* 1. *part.* 7. & tradit, cum multis Farinac. *in prax. criminal. q.* 11. *n.* 16.

Eam tamen cuilibet fœminæ, quæ pietate ductasuspectum tutorem † dicere velit, *Vlpianus,*

142 concessit in *l.* 1. (. *consequens, D. suspect. tutor.* Iustinian. Imper. in §. *consequens, instit. eod. titul.* Aduertitque cum aliis, Farin. *proximè citato loco, vers. Tertio.*

143 Quamuis item fœmina pro ciuili debito † ad carcerem trahi iura vetent, *in anthen. hodie nouo iure* (alias, *Sed nouo iure*) *C. de custod. reor.* (quæ neque pro fiscali debito id permisit) in *l.* 3. *& anthen. seq. C. de offic. diuers. iudic. in l.* 62. Taur. *& in l.* 10. *titulo* 3. *libro* 5. *nona Regiæ collectionis;* quam multipliciter conclusionem ampliat Farin. *quaest.* 27. *numero* 42. *& seqq.* nè multorum relatione immoremur.

Pro debito tamen tutelati, † matrem etiam 144 posse in carcerem trudi, firmarunt Bartol. *in anth. Matri & auiæ, numero* 13. *C. quand. mu. ff. tutel. fung. poss. & in l. si quis sub conditione, numero* 18. *D. de testam. tutel. & ibid.* Salic. *numero* 14. *Doctores communiter in l. Plerique, D. de in ius voc.* Ias. *in .p n. numer.* 4. *D. si cert. p.* Matthes. *notab.* 109. & multi alij quos refert *Couarru. variar. resolut. libro* 2. *cap.* 1. *numero* 3. ipse licet ab eis (eruditis quidem rationibus) discedat, eumque equutus *Escobar de ratiocin. capit.* 35. *numero* 2. & huic contrariæ firmiter *Farinac.* adhæret, post longam pro vtraque parte Doctorum congeriem, *dict. quaest.* 27. *numero* 61. 62. *&* 63. Priorem tamen (præter eos quos allegat ipse) tenet etiam *Roland à Valle, de inuentar. quaest.* 38. *numero* 5. *pag. mihi* 28. totisque viribus posteriorem hanc (priorem sustinens) conatur euertere (Couarruuias fundamentis respondere nixus) *Paul. Montan. de tutel. cap.* 15 *numer.* 66.

Pro pupillo Clericum postulare † posse, etsi 145 pro aliis in sæcularibus causis, foroque sæculari, prohibeatur; *tex.* decernit ex *cap.* 1. *ne cleric. vel* Monach. *in capit.* 1. *de postul. in cap.* 188. *dist.* aliique ex ciuili, Regioque iure adducti à *nobis de priuileg. pauper.* 1. *part. quaest.* 9. *numero* 1. Esséque regulare, vt quibus pro aliis postulandi, denegatur facultas; pro pupillis concedatur: prætoris edictum probat, in *l.* 1. §. *sed est aequissimum, &* §. *si .D. de postul.* traditque Ioan. Langl. *semestrium lib.* 1. *c.* 2. *mihi p.* 22. *ad med.*

Sic, etsi legato, dum munere suo fungitur, 146 † proprij etiam negotij prohibita sit à Paulo, in *l. Paulus,* 8. §. *fin. D. de legationib.* his occupatio verbis: *Paulus respondit: eum qui legatione fungitur, neque alieni; neque propriis negotiis se interponere debere.*

Idem tamen ipse propriam sententiam † (ex 147 *Anton.* decreto) in *l. Absenti,* 11. §. 1. *D. eod. tit.* his verbis limitauit: *Qui legationis officio fungitur, licèt suum negotium curare non potest: magnus tamen Anton. permisit ei, pupilla nomine, & instituere, & defendere causam: licèt legationi, quam susceperit, nondum renunciauerit.*

Quæuis licèt tutore auctore, vt maior agere 148 † Pupillus possit, ex quolibetque obligari contractu, *l. Obligari,* 9. *l. potest,* 18. *& toto ferè tit. D. de auctor. tutor. text. in princip. instit. eod. tit. l. More,* 8. *D. de acquir. hared. l.* 17. *tit.* 16 *part.* 6. Hæreditatemque adire, *dict. l. obligari,* §. *pupillus, &* §. *neque tamen, instit. eod. tit. de auctorit. tutor.* Et additione obligari, *dict. l. more, & ibi gloss. verb. obliget, leg. non enim,* 38. *D. ad S C. Trebell.*

Si damnosa, hæreditas sit, † quam tutore etiam 149 auctore adiuit; adhuc sine restitutione resilire, abstinereque posse, & sibi ius integrum remanere, iura *suprà num.* 130. citata probant, & confirmat Sfort. Odd. *de restit. in integr. p.* 2. *q.* 62. *num.* 41.

In vtilibus † autem tutoris auctoritatem pu- 150 pillo necessariam non esse, posseque meliorem conditionem suam sine tutore, non deteriorem efficere; Diui Imperatores decreuere, Iustinian. *in princip. instit. de auctorit. tutor. & in* §. *pupillus;*

lus, instit. de inutilib. stipul. Diocletian. & Maxim. in *l. neque*,7. *C. de contrah. & commit. stipul.& in l.1.C. de auctor. praest.* Secundum antiquiora iurisconsultorum decreta: eos qui cum pupillis sine tutoribus contrahunt, obligatos deuinctosque: Pupillos ipsos, liberos, ac solutos redentia, iuxta *Vlpiani* responsum in *l.* Iulianus,14.*§. si quis a pupillo, D. de action.empt.* dicentis: *si quis à pupillo sine tutoris auctoritate emerit: ex vno latere constat contractus. Nam qui emit obligatus est pupillo: pupillum autem sibi non obligat.* Cai in *l. contra iuris 29. D. de pact. d.l.17.tit.16.part.6.& l.4. titul. 11.part.5.* dixeruntque Alber. *de statut.q.90.n.6.* Guil. Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. casu 7. numero 19.& rubr. 19.num. 176.* Anton. Gomez, *variar. tom.2.cap.14. num.1.* Caualc. cum multis à se relatis *) de tutor. numero 170.*

151 Qui quidem pupillorum fauor, generalis regulæ † infringit vites, quæ contractus claudicare non patitur, constitutæ à *Papiniano* in *l. sicum dies*,26.*§. vnde, D. de recept. arbitr.* & Paulo in *l. Labeo 19. D. de verbor. sign.* supra proximis legibus, & à *nobis in axiomatib. iur. lit. C. num.* 186. Miserabilem inde illum, vtque mirabile notandum *Accurs.* dixit in *l. Potest*,41.*verb. Dari, D. mandat.* aduertitque in *dict. princ. inst. de auctor. tutor. verb. non obligantur*, & Glos. *in c. de illis,7. verb. semel consenserit, circa med.* extr. *de sponsat. impuber. & fin. in cap.1. de ea qui duxit ei matrim.*

152 Vnde neque alienationem à pupillo in sui euidentem vtilitatem † factam, solemnitates à iure requisitas (in *l. lex quæ tutores, 22. C. de administr. tutor. & toto titul. C. de præd. & aliis reb. minor.*) necessario desiderate descendit, & dixit *Glos. in l. cum hi 8. §. eam transactionem, verb. alimentarius, D. de transaction.* quam (in minore, & Ecclesia loquentem) sequuntur plures à *Tiraquel.* citati, *de iure marit. glos. 8. numero 62.* probatque *Surd. consil. 9. numero 10.& seqq.* & *infra* plurimi *quæstion. 8. numero 56.* referendi, in Ecclesiæ alienatione confirmant. Etsi Bartol. Alberic. Ias. Felin. & alij à Tiraquel. *dicto loco, numero 56.& 57.* allegati, dictam glossam reprobent, quibus adhæret (magis eorum opinionem communem receptam dicens) Arias Pinel. *in l. 1. 3. part. numero 31. C. de bonis matern.* aduertens *numero 32.* ab Ecclesia, vel Minore approbari, vel reiici alienationem hanc posse, electionemque istam præcedentem obligationem validam reddere, inuito eo, cum quo fuerat celebrata, sic respondens contrario textui, in *dict. l. Iulianus, 14. paragrapho si quis à pupillo D. de actionib. empt.* Hæc insuper intelligens, si pars aduersa ante iudicium, vel actum consummatum, de solemnitatis defectu opponat: tunc priuilegiatæ personæ actum sibi vtilem sustinere volenti denegari electionem (ex plurium sententia) tradens. Et quòd quando ita contractus claudicat, poteftque ab altera tantum parte rescindi, vel nullus declarari; possit pars agere aduersa, vt priuilegiata persona, in cuiusvè fauorem actus irritatur, an velit conuentióni stare, ab illavè recedere, declaret (ex *text. in dict. l. Iulianus, §. si quis colludente*, cum multis *numero 34.* probat: simulque *sequenti*; modum hunc agendi in *dict. §. si quis colludente* assignatum; in minore, non in pupillo locum habere. Ait enim: *Quod is modus agendi ponitur in d. §. si quis colludente, in maiorem, vel minorem circumuentum. Deinde sequitur statim §. si quis à pupillo: Vbi in pupillo I.C. inquit: contractuum claudicare, nec repetit quod proximè dixerat in minore. Ideóque* Bartol. *ibi intelligit non procedere in pupillo, quod dictum fuit in minore: vt sic contrahens cum pupillo, non audiatur petens eam declarationem, an pupillus stare velit contractui. Et ita intelligunt* Alber. Paul. Fulgos. & Salicet. ibid. &c.

In aliis autem non sic euidenter vtilibus, prædictas pupillorum fauore † solemnitates in 153 eorum rerum alienatione, meritò relata iura exigunt, necessitatemque instantem, omnium tutorum concursum, iudicisque decretum, vt & prosequitur Caualc. *de tutore, nu. 123. & seqq.* Præcipuè *num. 129.* æs pupilli apparare, creditores instare, nomina primo debitorum, mobilia deinde, vltimo immobilia distrahi, requirens, ex hisque minus damnosa publica subhastatione maiori licitatori dati, quæ & proximè citatæ requirunt leges.

Iudicis autem decretum non ad immobilium 154 tantum pupilli alienationem: sed etiam mobilium iurium, & actionum desiderat text *in d. l. quæ tutores, iuncto §.1.* notantque *ibid. Doctores*, & Ias. *in l. singularia, num. 14. D. si cert. pet. in l. mandata, num. 3. D. de offic. eius, & in l. 1. §. fuit quæsitum, n. 28.& 32. D. ad SC. Trebel.* Roland. *à* Valle. *de lucro dotis, quæstion. 45.* Arias Pinel. *in rubr. Cod. de bon. matern. 1. part. numero 35.* His exceptis, quæ seruando seruari non possunt, ex eadem *l. Lex quæ tutores*, Caualcan. *d. tract. numero 125.& seq.* Anton. Gomez. *variar. resol. tom.2. cap.14. num.13.*

Decretum verò ad rei pupilli venditionem, † 155 non nisi cum causæ cognitione interponere Iudicem debere: *Constantini* Imperatoris verba in repetita *l. Lex quæ tutores, §. 1.* haud obscurè ostendunt, dum ait; *Scilicet per inquisitionem Iudicis, & probationem causæ, interpositionemque decreti, vt fraudi locus non sit.* Diocle. & Maximian. *in l. ob æs, 12. Cod. de præd. & aliis reb. minor.* & ante eos Paul. *in l. magis puto, 5. §. non passim, D. de reb. eor. qui sub tut. sunt.* de iure regio *text. in l. 60. tit. 18. part. 3. in l. 4. tit. 5. part. 5.& in l. 18. titul. 16. part. 6.* Aliterque decretum interpositum, & nullum esse; & illud interponendo, Iudicem peccare (post Duen. *reg. 185.&* Anchar. *consf. 83. nu. 3.*) Caualc. *vbi supr. num. 128.& 129.* aduertit.

Nec modo in pupillorum fauorem contractus claudicant, sed & iudicia, † Siquidem pro 156 eis sententia absque tutoris interuentu lata, firma, aduersus eos, infirma existit, *Gordiani* Imperatoris decreto (minoribus etiam 25. annis id concedens) *in l. non eo minus, 14. Codic. de procurat. Minoribus enim ætas in damnis subuenire non in rebus prosperè gestis obesse consueuit.* ipse ait confirmauitque regia *lex 11. in fin. tit. 2. part. 3.* inquiens: *E el que de otra guisa fiziesse demanda contra à tal persona, que non ouiesse edad complida: si el juizio fuesse dado contra el demandado; non debe valer: è si fuesse dado a su pro, è a daño del demandador, es valedero.* Dicemusque *quæst. 5. num. 45.*

Taciturnitatem in præiudicialibus consensum non inducere; *text.* probat *in l. Sicut, 8. §. Non videtur, D. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* cum adductis *à nobis in axiomatib. iur. lit. T. n. 5.* 157

Pupillo

158 Pupillorum verò gratia,† consensum inducere taciturnitatem; *Vlpiani* firmat responsum, in *l.4. §.fideiussores, D.fideiussor.tutor.* Eius sunt verba: *fideiussores à tutoribus nominati: si præsentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina sua referri in acta publica passi sunt : æquum est perinde teneri, atque si iure legitimo stipulatio interposita fuisset.* vbi glos. *verb.iure legitimo,* & id colligit speciale; & stipulationem fingi, vbi non est. Desideratur enim in fideiussione; ex *l. Blanditus 12. C.de fideius.l.5.§.Satis acceptio, & leg. Sciendum, D.de verbor.oblig. §.fin.inst.eod.l.si hæreditatem, 32.ad fin.vers. Neque multum, D.*Mandat.Mascard.*de probation. conclus.781. num.1.* Menoch. *de præsumpt.lib.3.præsumpt.132. num.5. & cons. 212. nu.4.* cum multis aliis, Pyrrh.Maur.*de fideiussor.p.2.sect.3.cap.5.per tot.* Valent. Franc.*eod. tract.c.1.n.7.*Anton. Hering. *eod. ipso c.11. n. 2.*

159 Pupillus contumaciam,† eiusque pœnam vitat, *Paulo* authore, in *l.Contra pupillum,54.D.de re iudic.& ibi* Glos.*verb. Nihil momenti, D. de re iudic.* Latiúsque notamus, *infrà quæstion.5. numero 43.*

160 Ingratitudinem,† Bald.*de Vbald.in tractat.de substit.rubr.de pupill.substitut.num.15.inter Doctorum tract. tom. 8. p.1.pag. mibi* 204. Ideóque
161 neque exhæredari † ob demerita potest, Paul.Leo, *de substit.numer.53. dict. tom. 8.part.1.pagina 278.& §.tertio, num.111.pag.301.& §.5.nu.88. pag.304.*

162 Neque in solutione canonis † emphyteutici deficiens, in commissum cadit, si vel tutorem non habeat, vel non soluendo habeat, iuxta tradita à *Nobis de priuileg. pauper.1.part.quæst.53.nu.12. & 14.* Contrà regulam textus in *cap. potuit, 4. de locat.in auth. qui rem, C.de sacros.Eccles.in l. 2.C.de iure emphy.*& aliorum quos *d.qu.53.numero 1.*retulimus, latè materiam istam prosequentes.

Neque contrà pupillum ad secundum decre-
163 tum † procedi, probat, *text.in l.3.D.quib.ex caus. in possess.eatur,* vbi & Scribentes notant, infráque pariter *q.10.*notamus.

164 Nec carcerari † pro ciuili debito potest, Angel.*in l.Nemo carcerem, C.de exact.tribut.lib. 10.* Roman.*consil.120.num.3.* vbi Mandos. *verb. pupilli,* veriorem dicit, Salyc. *in l.fin.quæst.11.C.qui bon.ceder poss.* Caccial. *de debit.suspect. quæst.5. numero 3.*Paris.*cons.94.numero 40 libro 1.*Octauian.Simoncel. *de decret. minor.lib.2.titul.9.inspect.18.numero 118.* Stephan. Gratian.(hoc referens) *discept forens tom.2.cap. 160.numero 26.* Nec pro delicto Bald.Perus.*in tract. de carcerib. c.1.n.4.vers quinto quæro.*

Contra generalem, quam assignat regulam †
165 Farin.*tom.1.praxis crimin.quæst.27. numero 41.* Omnes scilicet capi, & carcerati posse, qui legibus nom natim non reperiantur excepti.

Minúsque de pupillo quæstionem habendam
166 † Calistratus dixit in *leg. ex libero 15. D. de quæstion.* his verbis: *de minore 14. annis, in caput alterius quæstionem habendam non esse :* Diuus Pius Mætilio, *rescripsit.* similiter & Vlpianus, *in leg. prima paragrapho, impuberi, D. ad S. C.* Syllan.his: *impuberi autem, vtrum supplicio tantum pareamus, an vero etiam in quæstione? Et magis est, vt de impubere quæstio habeatur. Et aliàs soles hoc in vsu obseruari, vt impuberes non torqueantur : terreri tamen solent, & habena, vel ferula cædi.* Quorum placitum confirmauit Arcadius, in *l. de minore,10, C.de quæst.*sic: *de minore 14.annis quæstio habenda non est, vt & Diuus Pius* Celcilio Iubentiano, *rescripsit,* & recentius *l 2. titul.30. part.7.* Quæ neque vt principalem reum pupillum torqueri permittit, & ita notat ibi Gregor. Lopez *glos.2.verb.Menor de catorze años.* Multos in id ad saturitatem vsque cumulat Farinac. *quæstion.41.n.16.*

Tametsi torqueri omnes, † cuiuscumque se- 167
xus, & conditionis) qui exemptionem istam nominatim à lege non meruerint) possint, vt plurium authoritate idem *Farinac.* ipse *dict. loco,nu. 1.* confirmat, textusque in id appertus in *l. 8.tit. 30.part.7.*

An autem omnino in delictis pupillaris † ex- 168
cuset ætas? ab Vlpiano pete, in *l. Impuberem,23. D.furt.in l. Sed si quemcumque,5.§. Quod si impubes, D.ad leg.*Aquil.*in l.Cum autem,23.§.Capitalem* iuncto *§.seq. D. de ædilit. edict.* à Caio in *leg. Pupillum, 111. D.de regul. iur.* Iustiniano Imperatore, in *§. In summa,instit.de obligat. quæ ex delict.nasc.*à sum. Pontificibus Gregorio, in *cap.1.* Alexandro, in *cap.2.extr.de delict pueror.* à sapiente Rege Ildephonso in *l. 15. titul.1. part.1.& in l 9.titul.1.part.7.* à Prosper. Farinac. *quæst.92.num.15.& seqq.* Augustin. Barbos.*in collect. ad dict. capit. 1.num. 2. & ad cap.2.num.5.* ab hisque relatis.

Quamuis hæreditas non adita † non trans- 169
mittatur, *text.in l. 1. In nouissimo, C.de caduc.tollend.* cum multis citatis à *Nobis in Axiomatib. iur.litera H.numero 8.*

Pupillus tamen etiam non aditam † transmit- 170
tit iuxta *Theodosij* Imperatoris decretum in *l. Si infanti, 18. C. de iure deliber.*de cuius intellectu, & materia agit Guil. Benedict.*in repetit.cap.* Raynuntius, *de testam. verb. mortuo itaque testatore,2.n.169.& seqq.*

Seruus item etsi tutor † dari nequeat, *l. 1. D.* 171
de tutel.& §.1.instit. eod.tit. & ibid. Sylvest. Aldobrand. notat post Accurs. *verb libero,& §.Seruus, inst.qui testam. tutor. dar.poss.l. In seruilis,7. C.eod.tit.*

Proprius tamen vtiliter à domino † tutor da- 172
tur, vtque tutoris datio teneat, etiam libertatis mentione non facta, concessa intelligitur, sic statuentibus Imperatoribus Valerian. & Galien. in *l. Etsi non adscripta,9.C.de fideicommiss.libert.&* Iustiniano *in l. quidam, 5.C.de necess.seru.hæred. instit. & in princip. insti. qui testam. tutor. dar. poss.& l.7.titul.16.part.6.*

Imò seruo quoque alieno tutore scripto, cuius
nota † testatori conditio, fideicommissariam liber- 173
tatem datam videri; & prudentibus placuisse referunt, & eorum probant placitum iidem Imperatores in *d.l. Etsi non ascripta.*

Idque in pupillorum fauorem † constitutum. 174
In dicta enim *l. Etsi non ascripta,* aiunt *Etsi non ascripta libertate, testator seruum suum tutorem filiis suis dederit : receptum est tamen & libertatis, & pupillorum fauore, vt per fideicommissum manumisisse eum videatur. Etsi non suum proprium, sed alienũ seruum, conditionem eius sciens, tutorem ascripserit : æquè fideicommissariam libertatem datam (nisi aliud euidenter defunctum sensisse appareat) Prudentibus placuit.* indicta verò *l.Quidam,§.Cum verò,*sic: *Cum igitur inuenimus, nostro iure id esse inductũ, vt si quis seruum suum tutorem filiis suis reliquerit sine libertate,* ex

ex ipsa tutele datione præsumatur etiam libertatem ei fauore pupillorum imposuisse.

175 Benè ordinatam charitatem à seipso † incipere, vulgariter circumfertur, in omniumque ore frequens axioma, quod multis comprobamus in *nostris, lit. C. numero* 71. Sibique ideo potius, rebusque suis, quàm proximi prospicere quem debere, eadem ipsa postulat, & aduertit (ex Diu. Thom.) Syluest. *verb. charitas, numero* 2. ita inquiens: *Debet antè homo taliter ordinatè diligere: Primò, vt Deum diligat plusquam proximum, & seipsum, & super omnia. Et secundò, seipsum, & suum corpus, & suas res, plusquam proximum, & eius corpus, aut res.* Conuenitque Senec. *de benefic. lib.* 2. *c.* 15. *Dabo egenti (* inquit ipse *) sed vt ipse non egeam: succurram perituro: sed vt ipse non peream.*

Sunt tamen qui indistinctè hoc etiam speciale pupillis competere profiteantur: vt bonis po-
176 tius pupilli, † quàm suis prouidere tutor debeat, in æqualique vtriusque bonorum amissionis periculo, si vtraque seruare incolumia nequeat: pupilli seruet. Sic tenuit *Roman. singul.* 705. cuius probauit iudicium Escobar, *de ratiocin. cap.* 19. *numero* 64. Cui non nihil fauet, *text. in l.* 11. *tit.* 16. *part.* 6. in verbis illis: *E que entienda, que le recibe mas por pro del moço que de si mismo.* Validus autem, *text. in l. tutor secundum dignitatem,* 14 §. 1. *D. de administr. & pericul. tutor.* dum *Caius* inquit: *Non est audiendus tutor, cum dicat, ideo cessasse pupillarem pecuniam collocare, quò idonea nomina non inueniret: si arguatur, eo tempore suam pecuniam bene collocasse.* Pupillaribus igitur commodis magis quàm propriis intentum tutorem esse, damnumque potius à pupilli rebus, quam propriis auertere debere, aptè quidem inde deducitur. Quod tamen hac in re moderamen *Accursius* præstat, *in l. si vt certo,* 5. § *Quod vero, verb. Saluas, D. commodat.* Adhibendum arbitror Siluester *in summ. verb. Commodatum, numero* 9. & Iodoc. Damhouder. *in patrocinio Pupillor. Minorum, &c. titul. de tutor. & curator. tom.* 7. *numero* 12. quem *à numero* 10. *cum sequentib.* quæstionem hanc disputantem, videre licet.

Sed si cùm facultas adesset, pupillares pecu-
177 nias in prædiorum † emptionem tutor non vertat, in fœnusvè collocet, otiosasque retineat, licet suas repositas seruet ipsius periculo cedere, dixerunt Iulianus *in l. tutor qui repertorium,* 8. §. *Si post depositum*, Paulus *in l. Si tutor constitutus,* 16. & *in l. ob fœnus,* 50. *D. de admin. tutor.* Arcad. & Honor. *in leg. tutores, vel curatores,* 24. *Codice eodem, titul.* in antiquarumque vsurarum locum (cùm nec pietatis prætextu hodiè permitti debeant, vt *in* 2. *de priuileg. paup. parte, quæstio.* 65. *numero* 3. 6. 7. 9. 11. *& seq.* Aduertimus) ad interesse tutorem hunc (ob non conuersam in prædiorum, annuivè redditus emptionem, ad honestivè lucri partem, secundum regionis morem, mercatori traditam pecuniam pupillarem) teneri obseruant, post antiquiores, Didac. Couarruu. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *numero* 1. *vers. Illud sanè* Syluest. *in summ. verb. Tutela, quæstione* 4. Surd. *de aliment. titulo vltimo, quæstione* 46. *numero* 35. *cum seqq.* Ayor de *partic.* 1. *part. capite* 4. *numero* 2. *& seqq.* Tiber. Decian. *consil.* 85. *numero* 3. *libro* 2. Borgnin. Caualc. *de tutor.* 116. Ioann. Gutier. *de tutel. parte secunda, numero* 5. *&* 23. Escobar, *de ratiocin. capite* 14. *numero* 3. *&* 7. *à numero* 14. dissetens, num hodiè ad cambium pupillares pecunias dare tutor queat? Necessariumque ad id Iudicis sit decretum, vt à dãno si quod acciderit excusatus existat? *n.* 16. resoluens. Eleganterq; hæc omnia Iodoch. Damhoud. *in patrocin. pupillor. & minor. titul. de pupil. minor. & prodig. interes. tom.* 1. *à num.* 44. *cum seqq.* vsque ad finem, *pagina mihi* 214. nullatenus prætermittendus, dilucida enim explicatione rem istam, omniaque materiam hanc concernentia pertractat, Digestorum Iuris, Codicis, & Canonum luculenta distinctione facta.

Sic pariter, & in eo quod interest, pupillo tutorem qui inuentarium † non fecit teneri, dolo- 178
que versatum videri; Iulianus respondit *in dicta lege tutor, qui repertorium,* 8. *D. de administr. tutor.* & sanxit *l.* 5. *titul.* 26. *part.* 6. Prosequunturque latè Bero. Fulgos. Socin. Plor. Phanut. & alij, quos congessit Roland. à Vall. *in tract. de inuentar. quæstione* 38. *per tot.* præcipuè *numero* 4. *& sequent.* vbi mox † cùm ordinatus 179
fuerit, inuentarium conficere debere, & ante illius confectionem nil prorsus (nisi quod dilationem non recipiat) administrare posse: aliter,
vt suspectum † tutorem remouendum, in furti 180
suspicionem rerum pupillarium incidere, in carceribusque dicere causam debere, firmat, ac prosequitur.

Quod pupilli gratia constitum apparet: cùm huiusmodi conficiendi inuentarij non sic hæredes arctet. Quippè quibus † ad inuenta- 181
rium incipiendum triginta (post hæreditatis sibi delatæ notitiam) ad perficiendum, sexaginta insuper cocessi dies extent, facultate interim adeundi, vel se immiscendi hæreditati præstita ab Augusto *in leg. fin.* §. *Sin autem dubius, Codice de iure deliber. & à lege quinta. titulo* 6. *part.* 6.

Sic, & cum iudicis decreto † à tutore inuentarium consiciendum idem ipse Roland. à Valle 182
dict. tract. §. *postquam visum est, numero* 1. *pagina mihi* 67. multorum auctoritate probat, aliorumque Mascard. *de probat. conclus.* 959. *num.* 5. Ayor. *de partit.* 1. *part. cap.* 2. *numero* 2. *& seqq.* Quorum pleraque in hæredis † inuentario
non desiderari, Roland. *dicto loco per totum pa-* 183
ragraphum (Inter vtrumque tutoris, hæredisque inuentarium differentias constituens) latè ostendit, & *Ayor.* vbi proximè. Hanc autem vnam non omittam: quod licet aduersus contenta in instrumento † admittatur probatio, Valer. & Galien. Imperatoribus *in l.* 1. *C. plus valere* 184
quod agitur, dicentibus: *In contractibus, rei veritas potius quam scriptura perspici debet.* similijterque *Diocl. & Maxim.* disponentibus, *in l. cum propria* 5. *C. si quis alter, vel sibi.* Quamuis enim probatio probata dicatur (vt illud *Alciat.* appellat *in tract. de præsumpt. reg.* 3. *præs.* 13. *nu.* 8. Grammat. *decis.* 103. *numero* 1. Osasc. *decis.* 17. *numero* 1. *& decis.* 72. *numero* 4. propéque infiniti alij, quos enumerat Ioseph. Mascard. *de probat. tom.* 2. *concl.* 907. *n.* 1.) in contrarium probationem non excludit: tuncque nomen illud, naturamque instrumentum retinet, cum contraria non adest, parsvè acquiescit, vt ex Ioan. de Amic. *cons.* 13. *n.* 18 aliisq; *idem ipse* Mascat. *ibid.* tradit, *num.* 2. *&* 3. *& præcedenti quoque conclu. num.* 6 *&* 7. tradiderat.

Tutori † tamen aduersus ea, quæ in 185
inuen

inuentario descripta sunt, probationem denegat
Iustinian. in *l. Veteris*, 13.§.1.*C. arbitr.tutel.* &
obseruant Boër. *decis.*61.*num.*8. Afflict.*decision.*
13.*num.* 1. Borgnin. Caual.*de tutore,numero* 66.
Mascard. *dict. conclus.*939.*num* 2.& 4.multique
ab eis citati, quod præsumptionem iuris, & de
iure pro pupillo,rebusque suis tunc esse dicant.
186 Hæredi † verò hanc concedi aduersus ea, quæ
in inuentario suo descripsit, probationem (ex *d.
l.fin.§.Licentia,C de iure liber.*) omnes vno ore
ibidem profitentur,firmàtque Roland.*dict.quæst.*
38.*n.*7.
187 Contra tutorem pariter, inuentarium illicò †
non conficientem, subtractionis rerum, Pupilla-
rium, iuris,& de iure præsumptionem vrgere,iam
ex plurimorum sententia, retulimus *de priuileg.
pauper.*2.*part.quæst.*58.*num.*23.
188 Edere item adstrictum,integram † instrumenti
copiam edere debere (iuxta modum saltem *legis*
1.§. *editione, D.de edend.* & *legis*,112.*titul.*18.
*part.*3.) ex Vlpiano in eadem *l.* 1.§.*Edere*,dedu-
citur, dicente: *Edere non videtur,qui stipulatio-
nem totam non edit.* & in *l.* 2.§.*Si quis non ne-
gans, D.quemadmod. testam. apper. Si quis non
negans penes se tabullas esse, non patitur inspici,
& describi: omnimodo ad hoc compelletur.*ex Bo-
nifac. quoque VIII.in *cap.Cum persona* 7.*de pri-
uileg.lib* 6.& *ibid.glos.verb. Integraliter.*
189 Pupillus tamen, aut tutor eius nomine, si in-
uentarium edere † compellatur: non integrum
edere tenebitur, principiumque & finem edendo
obligationi satisfaciet, secundum Angel.*in l.*1.§.
Solent, D.de tab.exhibend.& Francisc.Porcellin.
(huiusmodi editionis practicam assignantem) *in
tract.de confect.inuent. cap.* 1.*num.*16.Ne publi-
catione pompaque rerum familiarium Pupilli,
aut paupertatis vilitas detegatur: aut inuidiæ
diuitiæ pateant, vt Imperator Theodos. ait, in
*l.*2.§.*Naturale,in fin.C. quando & quib.* 4.*pars
debe.lib.*10. & Alex.in *l.fin.C.de alimen.Pupill.
præst.Cæterum* (inquit) *si bonus vir, & innocens
tutor, arbitrio suo aluit Pupillos:quod interdum
etiam necesse est fieri, ne secreta patrimonij, &
suspectum æs alienum, pandatur; quod melius est
interim taceri, quàm cum de modo bonorum quæ-
ritur, vltro proferri, & apud actaius dicentis,
contra vtilitatem Pupillorum designari,&c.*
Quamuis prætereà, à sententia auferente tuto-
ribus datis † excusationem, eis appellatio per-
190 missa sit à *lege quinquaginta*,6.*C.de excus.tut.* &
à *l.fin.tit.* 17.*p.* 6. A datione tamen ipsa (vt fa-
ciliùs pupillis consulatur) appellandi facultatem
denegarunt Modestin. *in l. Scire oportet*,15.*D.de
excusat.tut.* Vlpianus in *l.* 1.§. *Si quis tutor, D.
quando appell.sit.* Diocl. & Maxim.in *l. Tutores*,
18.*C.eod.titul.de excusat.tutor.* & Iustin.in §.*qui
autem*,2.*instit. ipso eod. titul.vbi* Glos *verb.Non
appellant*,contraria soluens,præfatam huius con-
stitutionis rationem assignat, & in *d.l.*50. *verb.
Non prouocauit.* Intraque legitimum tempus, †
191 (ab iisdem legibus præfinitum)excusationes non
proponentes, nullatenus postmodum admittuntur,
d.l.scire oportet,§.1.& *seq.d.l.*50.& *ibi* Glos.*ver.*
192 *Acquiescere*,cæterisque citatis iuribus.
Mora licèt sine interpellatione † non commit-
tatur (vt *de priuileg.pauper.*1.*p. quæst* 25.*num.*5.
plenè tradidimus, *frequentibusque numeris* exor-
193 namus) Pupillares tamen vsuras † absque inter-
pellatione contrahi,currereque, Papinianus cen-
suit in *l.*1.§.*Papinianus,D.de vsur.& fruct* cen-
sueruntque cæteri adducti à *Nobis d. loco, nu-
mero* 13.
Nec modò vt mora pupillorum fauore con-
trahatur, petitio necessaria non est: sed neque ab
vsurarum præstatione pecuniæ liberabit oblatio,
† nisi pariter & consignatio, & depositio con- 194
currant,ex eiusdem *Papiani* sententia, à *Marcello*
relata in *l.tutor pupillo*, 29.§.1. *D.de administr.
tutor.*in hæc verba:Vlpianus *notat:non sufficit ob-
tulisse, nisi & deposuerit obsignatam tuto in loco.*
Cum aliàs soleat oblatio vsurarũ cursum impedi-
re,iuxta,*l.*2.& *l. Acceptam*, 19.*C.de vsur* notant-
que Menoch. *de arbitr.in addit.casu* 232.*num.*2.
Stephan. Gratian.*decis.prouin.*March 49.*nu.*9.&
*in addit.n.*2.
A muneribus personalibus † & natura, & *Vl- 195
pianus* pupillos excusat in *l.* 2. §. 1. *D.de vacat.
muner.*Quæ licèt in Minore loquatur; in pupillo
tamen eam arctat (puberem ab illius priuilegio
excludens) Petr.*de Vbald.in tract.de collect.qu.*
15.*numer.*49.& *seq.* cum Guil. *de Cun.in l.Ne-
minem,C.de sacros.Eccles.*
Quatuordecim namque annis maiorem, † etsi 196
vigintiquinque minorem, à muneribus persona-
libus, quæ consilium non requirunt,nequaquam
excusari, *dict.numer.* 50. *Petr. de Vbald.* firmat.
Multoque longè minus cæteros nominatim non
exemptos, dequè immunitate sua non docentes,
à muneribus his liberari,ex *l.*1.& *toto titul.D.de
vacat.muner.* & *toto tit.C.de excusat muner.lib.*
10.manifestè constat.
Quinimò à muneribus personalibus aliàs
exemptum (quinquagintaquinque nempè annis
maiorem, † quæ à muneribus excusationem præ- 197
stat ætas, *l.fin. C.qui ætate,lib.*10 cum aliis *infrà
quæst.* 18. latiùs referendis) à tutelæ, † vel cu- 198
ræ munere non excusari, septuaginiaque ad id
annorum ætatem desiderari, in *l.*3.*D.de iure im-
munit.*& *in* §.*Item. maior,instit.de excusat.tutor.*
dispositum extat, & latiùs *dict. qu.*17.prosequi-
mur. Quod in pupillorum obtinuisse fauorem, vt
plures illi tutores adsint, constitutum dubitabit,
nemo & *Portius in citato* §. aduertit: simileque
proximè *n.*201. nectemus.
Pupillaris etiam ætas Imperatoris *Iustiniani*
mouit animum, vt cum in *l.* 1.§. *Domus, C.de
fals.monet.*ita cauisset:† *Domus verò, vel fundus* 199
*in quo hæc perpetrata sunt, si dominus in proximo
constitutus sit (cuius incuria,vel negligentia pu-
nienda est,etsi ignoret) fisco vindicetur,nisi domi-
nus ante ignorans, vt primùm repererit, scelus
produxit patratum:* Hæc in §.*Viduas* adiicit:*vi-
duas autem,ac Pupillos speciali dignos indulgen-
tia credimus.* addens insuper: *Impuberes vero,et-
iamsi conscij fuerint;nullum sustineant detrimen-
tum:quia ætas eorum,quod videat ignorat.*sanxít-
que idem *l.fin.tit.*7.*part.*7.
Naturaliter debitum soluenti, † etsi ciuiliter
indebitum,repetitionẽ,*Iulianus* negat in *l.Iulia- 200
nus* 60. *D.de condict. indebit.* cuius probant pla-
citum *l.*15.*ad fin.titul.* 11.*part.*5. & *ibi* Gregor.
Lopez *gl.* 8. *verb.Non menbrandose*, & *l.*31.*ti-
tul. decimoquarto part.* 5. *vers.* Otrosi *aezimos.*
Pupillo tamen naturaliter debitum soluenti repe-
titionem concedunt Vpianus in *l. Interdum*,
26.*D.de cond.indebit.*Caius in *l.Illud*,26. *D.de
minor.* Imperatores Diocle. & Maxim. in *leg.*2.
*C.si aduers.solut.*Idque ipso iure,sineque restitu-

tionis ope, rem extantem condicere pupillum posse; vel non extantem, restitutionis auxilio, *Glos.* docet in *dict. l. Interdum, verb. locum esse, versic. Sed secundum, & in l. Impuberibus, 11. in fin. D. de acquir. hered.* prolixiorque hac de re *infrà quaestion. 19.* faciendus sermo.

101 Munerum simpliciter ciuilium, † & publicorum immunitatem adeptus, licèt à patrimonialibus ordinariis non liberetur: à personalibus tamen, à Iudicéque in dictis immunem esse *text.* probat, & *ibi Accurs in l. vnic. C. de vac. pub. mun. lib. 10.*

Pupillorum vero fauore, à personali tutelæ munere, immunitate illa non vtetur, ex singulari *Modestini* responso in *l. Spadonem, 17. §. qui accepit, D. de excusat. tutor. qui accepit* (ait) *vel habet immunitatem ciuilium, vel publicorum munerum: hic à tutela, vel cura non excusabitur.* Quod speciali pupillorum beneficio sancitum, Glos. *ibi verb. Excusabitur*, notat & in *dict. l. vnic. glos. 1. ad fin.* Hodieque exemptiones huiusmodi reuocatæ extant in *l. 21. tit. 14. lib. 6. noua Regia collectionis.*

Plura forsan pupillorum desiderabit priuilegia Lector, & cumulari possent: sed vel desiderio satisfaciet, ex his quæ in minorum fauorem suo loco protulimus: vel his saltem quæ plena manu *quæst. 8.* in Ecclesiæ fauorem cõgessimus: pupillis pleraque aut nominatim concessa; aut æquiparationis iure competentia. Non enim tanti priuilegiorum coacerbatio habenda est; vt aut repetitionis fastidium scriptor contemnat: aut ea suo Marte, sine lege, firmavè auctoritate effingat. Vt in multis *Marco Mantua* pupillorum fauores recensenti accidisse reperio.

Viduarum ex ordine priuilegia assignanda sequuntur.

102 Quas (in his saltem quæ miseratio, † pietas, imbecillæque naturæ ratio specialiter induxit) Pupillis inferiores non esse; earum crebra à diuinis, humanisque literis æqualis, vniformisque mentio, ac dispositio facta suadet. *Exod. vigesimosecundo Zachar. septimo Isaiæ primo cap.* Quorum iam *suprà num. 90.* mentionem fecimus. Addimúsque *Deuter. cap. 10. Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo, & Viduæ.* Et cap. 26. *Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ.* Ierem. cap. 22. *Et aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare.* Ecclesiast. cap. 4. *In indicando esto Pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum.* & cap. 35. *Non despiciet preces Pupilli; nec viduam, si effundat loquela gemitus. Nonnè lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum: & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* D. Iacob. epistol. Cathol. cap. 1. in fin. *Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem, hæc est: visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum.* Quibus *Gelas.* obsequens, *in cap. 1. 86. dist.* ait: *Licèt omnibus de nobis sperantibus, non debeamus (in quantum possumus) nos negare: plus tamen viduarum, & Orphanorum causas, & impensius duximus exequendas, quas tueri à nobis, vel ab omnibus, diuina manifestat assertio.* Similiter *text. in cap. Regum officium, vigesimotertio, in ord. 23. quæst. 5.* ex *Diuo Hieronymo, super* Ierem. *dict. cap. 22.* deductus. *Regum* (inquit) *officium est proprium facere iudicium; & iustitiam, & liberare de manu calumniantium, vi oppressos: & peregrino, pupilloque & viduæ (qui facilius opprimuntur à potentibus) præbere auxilium.* In id ipsum, *text. in cap. Administratores, 27. eadem caus. & quæst.* Eandemque exæquationem Constantin. Imper. fecit in *l. 1. §. viduas, C. de fals. monet. viduas autem, ac pupillos* (ait) *speciali dignos indulgentia credimus,* Quare & Ecclesiastici, & sæcularis fori, Ecclesiastica sæculariaque iura pupillis, & viduis, vt æquè miserabilibus, imbecillæque naturæ, electionem debere, vt vel aduersarios suos etiam laicos, ad Ecclesiæ Iudicem trahere possint: ex *Innocent. III.* decreto, in *cap. Super quibusdam, 26. in fin. de verb. signific.* (de cuius intellectu *1. part. de priuileg. paup. quæst. 52. numero 35. & seqq.* egimus, circa quem non insistimus) vel ad Principis tribunal primam causæ cognitionem, ex *lege* nostra *vnica*, consimilibusque sæpè repetitis regiis.

Nec solum pupillos imbecilla natura, orbitate, & commiseratione viduæ æquant: sed status excellentia (multum quoque digni fauore) superant. Quippe qui † non multum à Virginitate distat, assertore Imperatore, *Iustiniano in auth. de non elig. secund. nub. §. Optimum, coll. 1.* 103

Sacerdotum inde Viduis filiabus, de sanctis oblationibus, † sicut Virginibus vesci, licitum, nuptis autem prohibitum extitisse; ex *Leuit. cap. 22.* constat. Vbi hæc leguntur verba: *Si filia Sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit; de his, quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. Sin autem Vidua, vel repudiata, & absque liberis reuersa fuerit, ad domum patris sui: sicut puella consueuerat, aletur cibis patris sui.* 104

Indéque etiam ex *tex. in l. quoties, C. de priuileg. scolast. & ibi* Bart. aliisque Guil. Bened. *in repetit. c.* Raynuntius, *2. p. verb. Cuidam Petro tradiderunt, de testam. numero 47.* eadem æquiparatione, profert: priuilegio alicui, suisque descendentibus, tàm masculis, quàm fœminis dato, † filias Virgines, & viduas, non autem maritatas gaudere, quæ per coniugium & statum, & forum mutant, nec patris iam illum retinent, sed mariti, vt proximè latiùs notandum nobis est. Eiusdemque placiti extitere Cassan. *in cathalog. glor. mund. 3. part. considerer. 40. vers. tertius est, castitas*, Benedict. Ægid. *de priuileg. honest. art. 5. numer. 1.* Videndus tamen in id *Deci. in l. Fœmina, num. 83. & seqq. D. de regul. iur.* 105

Pluráque in status Vidualis fauorem *Nicolaum de Lira, Matth. 13.* congerere, *Gull. Bened. dict. loco*, refert. Quibus tamen ita demum gaudent, si viduali statui, † earum vidualis vita conueniat illud *Pauli ad Timoth. 1. cap. 5. viduas honora, quæ verè viduæ sunt.* Aliàs namque honestatum viduarum priuilegia perdere; & iam suprà *hac eadem qu. numero quadragesimosexto.* in specie sua dicta probant; & in genere militant, & firmant Doctores. Licèt enim vidua mariti præmortui forum, † nobilitatem, & priuilegia retineat, ex *l. Fœmina, 8. D. de Senator, l. Filij, 22. §. Vidua, D. ad municip. l. Cum te, 10. C. de nupt. l. fin. C. de bon. mater. l. fin. C. de priuil. scholar. lib. 12. in cap. Is qui, 3. §. Mulier, de sepultur. lib. 6.* Glos. in Clement. *Ne Romani, 2. ver. Vacare, de elect. leg. 7. titul. 2. part. quarta versic. E auna otra fuerça el casamiento segum las leyes antiguas: que maguer la muger fuesse de vil linage: si casare con Rey, deben la llamar* 106 107

mar

mar Reyna, è si Conde Condesa. E aun despues que fuere muerto su marido, la llamaran assi, si nō casare con otro de menor guisa. Ca las horas, è las dignidades de los maridos, han las mugeres por razon dellos. Traduntque, & exornant Andr. Tiraq. *in tract. cessant. causa, part.* 1. *numero* 117. *& de nobilit. cap.* 18. *numero* 5. Otalor. *eod. de nobilit. tract.* 4. *part. princip. cap.* 8. *numero* 1. Ioann. Garc. *eod. ipso tractatu, gloss.* 1. §. 1. *numero* 44. Ioann. Gratian. *regul.* 499. *numero* 1. *& seqq.* Gabed. *decis.* 98. *à numero* 1. *cum sequent. & decis.* 213, *numero* 5. *& fin.* Benedict. Ægyd. *de priuileg. honest. artic.* 5. *numero* 2. Petr. Barbos. *in l. qui tale ferè per tot.* præcipuè *numero* 30. *ad fin. & seq. D. solut. matrimon.* Girond. *de priuileg. nu.* 175. *& seqq.*

Dicantur de familia viri, & in eodem matrimonio durare: Surd. *de aliment, titulo* 4. *quæst.* 29. *numero* 36. *&* 37. *titul.* 6. *quæst.* 16. *numero* 12. *& seq. titul.* 9. *quæst.* 35. *numero* 5. Pelaez *de maioratib. quæstione* 27. *numero* 2. *& quæstione* 6. *numero* 46. Gasp. Baez. *de inop. debit. capit.* 14. *numero* 7. cum multis, Catol. de Gras. *de effect. cleric. effect.* 1. *numero* 163. *& seqq.* Cardin. Tusch. *practicar. concl. lit. V. concl.* 203. *numero* 2. 10. *&* 11. *& conclus.* 204. *per tot.* Dumque in viduitate manet, in mariti obsequio censeatur esse, Bald. *in l. diuortio, numero* 5. *D. solut. matrim.* Cardin. Tusch. *d. concl.* 203. *numero* 12. *&* 13.

208 Sitque vera, & viua mariti mortui imago, in qua ipse viuere iudicatur: vt dicunt Bald. *in l. Pignoris, numero* 2. *C. de pignorat. action.* Roland. à Valle *consilio* 15. *numero* 7. *&* 13. *lib.* 3. Ioann. Cephal. *consil.* 416. *numero* 39. *lib.* 3. Adrian. Negusan *in sylua respons or. quæst.* 190. *numero* 10. Cardin. Tusch. *vbi proximè, numero* 9. Alex. Carter. *de spons. & matrim. cap.* 5. *colum.* 2. *in princip. inter tract. Doctor. tom.* 9. *pag. mihi* 74.

209 Si tamen inhonestè † viuat, vel ad secunda tantum vota transeat; defuncti mariti forum, claritatem, & priuilegium amittere (præter superius allegata id probantia iura) apertior in id Constantini Sanctio in *l. His solis, ad fin. Cod. de reuoc. donat.* in hæc verba extat: *De cæteris autem, quæ portentosæ vtilitatis, abiectæque pudicitia sunt; satis etiam tacitè cautum putamus. Quis est enim, qui iis aliquid arbitretur tribuendum esse, cum etiam illis, quæ iure secundas tamen contraxerunt nuptias: nihil ex his priuilegiis tributum esse velimus.* Regiarumque ordinationum, *in l.* 6. *tit.* 2. *lib.* Ordinam. quæ est *lege* 9. *titulo* 11. *libro* 2. *noua Regia collect. vers. Yotrosi las mugeres que fueron casadas con hijosdalgo, y mantubieren despues castidat.* & *in l.* 18. *tit.* 14. *lib.* 6. eiusdem Reg. collect. *Mandamos, que la exencion otorgada por priuilegio a los nuestros oficiales de nuestra casa, se guarde a los tales en su vida, y despues de su vida, se guarde a las mugeres legitimas dellos, no casando, y mãteniẽdo castidad.* Quæ quidē manifesta legum constitutio, multorū allegationē DD. damnabit. Videri tamen (si libet) ad hæc Poisunt, & Ioan. Gratian. *dict. regul.* 499. *numero* 9. & Matienz. *in leg.* 5. *titulo* 9. *glos.* 8 *numero* 4. *lib.* 5. *noua Regia collect.* multosque ab eis citatos. Generalem † pariter ibi Matienzius ipse (post *Felin. & Bernard. Diaz* à se relatos) memoratam regulam constituens; viduam scilicet inhonestè viuentem, nequaquam priuilegiis viduis concessis gaudere.

Quæ autem inhonestè, † aut luxuriosè viuere dicatur, vt Vidualibus priuilegiis arceatur, lis est, iisdem *Constantini* relatis verbis ortum, fundamentumque habens. Quæ à dictis *suprà hac eadem quæstione limit.* 6. & à Matinzo *proximè dicto loco, numero* 4. *& seq* (vt multorum allegationi parcamus) solutionem recipit. 210

De pœnis † quoque Viduæ inhonestè viuentis, plenè *idem ipse* Matienzius agit. *repetita glos.* 8. *per totam.* Nobis non pœnarum, sed fauorum numeratio tangit. Inter quos, non inferiori loco reponendus ille; quòd quemadmodum dotalis fundus matrimonio constante inalienabilis, † & impræscriptibilis est, *l. Si fundus,* 16. *& ibi* Bar. *D. de fund. dot. l. In rebus.* 39. §. *Omnis autem, D. de iure dot. l.* 8. *titul.* 29. *part.* 3. cum citatis à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 22. *numero* 4. 22. 29. *& seqq.* Ita & soluto matrimonio † donec saltem Viduæ restitutus non est, actioneque per consequens de dote durante. Ita *Pauli* suadente responso, in *l.* 3. *D. de fund. dot.* dicentis: *Toties autem non potest alienari fundus; quoties mulieri actio de dote competit; aut omnimodo competitura est.* & Papiniani in *l. Etiam dirempto,* 12. *D. eod titul. Etiam dirempto matrimonio* (ait) *dotale prædium esse intelligitur.* Quam, si lubet, eleganter discussam quæstionem, *An soluto matrimonio, dos amplius dicatur?* vide per Anton. Guibert. *in comment. de dotib. cap.* 2. *numero* 15. 16 *&* 17. 211 212 213

Quemadmodum item matrimonio durante, ali vxor † diues etiam debet, *l Si filia.* 20. §. 1. *D. famil. ercisc. l. Dotis fructus,* 8. *D. de iure dot. l. fin. in princip. D. de dol. except. l. pen. D. vt in possess. legator.* cum adductis à Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæstion.* 32. *per tot.* & à *Nobis, de priuileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 4. *numero* 26. *& seq.* Ita & de bonis mariti † Vdua quoque, siue diues, siue pauper ea sit, secundum multorum opinionem, quos *Surd.* refert. *dict. tract. quæst.* 44. *numer.* 9. ea nixi ratione, quam & *Surd. ipse ibi, numero* 10. assignat: Quòd non melioris conditionis hæredes, quàm defunctus esse debeant, *l. Mortuo reo,* 23. *D. de fideiussorib. l. Maritum,* 13. *D. solut. matrim.* Quæ quidem efficit, vt quémadmodum vir, qui sine dote, illius vè promissione vxorem duxit, eam alere, deque necessariis ad vitam illi prouidere tenetur *Pomponii* decreto in *l. Quod si nulla,* 28. *D. de relig. & sump. funer.* quam ad id *Cyn.* allegat in *l. Si constante* §. *Si vir, D. solut. matrim.* sic *Glos. margin. ibi* notante, multisque fundamentis firmante *Surdo dict. quæst.* 32. *numero* 11. Ita eiusdem quoque Viduam pauperem, ductamque sine dote, post annum etiam luctus, alere teneantur hæredes. Docuereque sic Bartol. *in tract. alimentor. numero* 48. Ludouic. Roman *in l. Diuortio, numero* 15. Alexand. *numero* 21. *&* 27. *D. solut. matrim* Bero. *cons.* 130. *per totum*, Ricard. Lancellot. & multi alii, quos refert, & approbat *Surd. dict. quæst.* 44. *numero* 44. Quòd si cæteræ ad mariti obligationem in alimentis vxori pauperi præstandis rationes, quas *Surdus dict. numero* 11. recenset (plures namque adducit, contrarium licèt *num.* 44. sequutus) non ita in hæredibus, vt in marito vrgeant: vel hæc quidem sola sufficiens est, cum à marito in hæredes obligatio descendat, illiusque personam & hi repræsentent, & quidquid iuris sit de ali- 214

 quo,

quo, idem de eius sit hærede, in quem actiuè, & passiuè defuncti obligationes transeunt, vt vulgaria sunt iura; pleneque ostendimus,& ornamus *de priuileg.paup.2.p.quæst.57. numero 1. & seqq.* Et quia in præteriti matrimonij, prædefunctique mariti dedecus, Vidua mendicare non debeat, cum defuncti mariti typum gerat, eiusque viua sit imago, in qua ille viuere (iuxta proximè dicta *numero* 107 censetur. Quam pariter huius assertionis defensores rationem tradunt, teste eodem *Surd.repetita quæst.*44. *numero* 44. *vers. Prima tamen.* Quæ adeò vrget, vt si hæres superstiti vxori alimentis negatis, in causa sit, vt ad viliores operas, quàm quas marito viuente
218 exercebat, † saluaque dignitate faceret, descendat: illius hæreditate veluti indignus priuetur, vt multorum fuit opinio, quos *de priuileg.pauper. 2.part. quæst.* 56. *numero* 35. *&* 36 retulimus, temperamento *numero sequenti* præstito.

219 Si verò quartam † in prædefuncti mariti diuitis bonis eligat Vidua pauper; habebit vtique, beneficio *authentica Præterea, C. vnde vir, & vxor*, fusè à *Nobis* explicatæ *dict. quæst.* 56. *per tot.* profiteturque idem *Surd.* ex ipso *versic. Prima tamen opinio.*

220 Vestes prætereà lugubres † secundum consuetudinem loci, personarumque dignitatem, à mariti hæredibus Viduæ consequuntur, vt est commune Doctorum placitum in *l. Si is qui quadraginta, § Si dos legata, D. ad leg. Falcid.* traduntque (omissis antiquioribus à referendis citatis) Couarru.*sup.4.libro* Decretal. 2.*part capit.*5.§. 9. *numero* 10. Didac. Perez, *in l.7.titul.1. libro* 1. Ordinam. *verb. Vestir de luto*, conterraneus noster Ioann. Garc. *de expens, & meliorat. cap.*8. *à numero* 37. Matienz. *in l.3 titul.1.lib.5.noua Regia collect. glos.2.numero* 36. Ioan. Gutier. *practicar.quæst.lib.2.quæst.95.à numero* 6. P. Thom. Sanch. *de matrimon.libro* 7.*disput.*87.*numero* 31. Petr. Surd.*de aliment titul.*4.*quæstion.* 2. *num.* 13.*&* 14.

221 Quas etsi Vidua infrà annum luctus † ad secundas transiens nuptias, mariti hæredibus restituere) secundum multorum ex relatis sententiam) debeat: (cui se etiam subscribunt Quesad. *in suis quæstionib. iuris, cap.*25.*num.fin.vers. sic. Circa quas vestes*, Anton. Cuc.*lib.*5.*instit.maior. titul.*12,*numero* 190. Anton à Padill.*in l. Fideicommissum, num.*12.*C.de fideicommiss.* Azebed. *in l.3.tit.1.lib.5 noua Regia collection.numero* 8.) Si tamen eius sit conditionis Vidua, cui alimenta
222 debeantur: † nec intrà luctus annum nubentem, hæredibus præteriti mariti eas restituere debere, iure quidem, aliis citatis, sustinet Petr. Barbos.*in l.quæ doris*,34.*num.*81.*&* 82.*D.solut. matr.* cuius amplectitur sententiam eruditissimus P. Sanchez *vbi suprà, dict.numero* 31.*vers. Sed placet.* Quia cùm hæres obligationi suæ vestes præstando eo in casu satisfecerit; repetitionis ius perdidit, à quo eum remouere Vlpianus in *l. Si quis pro vxore*, 22.*D. de donat. inter vir. & vxor.* & Neratius in *l.Quod dicitur*, 15. *D. de impens.in reb. dotal.fact.* cum & vestes illæ alimentorum nomine contineantur, *l.Verbo victus*, 43.*D.de verbor.signific. l. Legatis*, 6.*D. de alim.& cibar.legat.*

223 Lectum etiam quotidianum † superuiuenti coniugi deberi, *lex fori* 6. *titulo* 6. *libro* 3. statuit. quam vsu receptam testantur Quesad. *proximè dicto loco*, Aluarad. *de coniectcurata mente defuncti lib.* 4. *capite* 2. *numero* 39. Gutier. *practicar. quæst. lib.*2. *quæst.* 93. *numero* 5. Salazar. *de vsu, & consuet. capite* 2.*numero* 28. Azebed. *in dicta lege* 3. *titulo* 1. *libro* 5. *noua Regia collectionis, numero* 9. eisque relatis, Sanchez. *vbi suprà, num.*32.

Quem tamen per secundas nuptias † restituendum, ad diuisionemque trahendum cum hæredibus eadem Fori lege ita sancitum: *Si el marido, ò la muger muriere, el lecho que auian quotidiano finque al viuo: è si se casare, tornelo a particion con los herederos.* 224

Quislibetque secundas nuptias lecti amissionem inducere, † textus generalitas suaderet; ni ad contractas intrà annum luctus illum *Sanchez dicto loco, vers. intellige tamen*, cum *Didaco Perez* ab eo citato, restringeret, eiusque dispositionem in contrahente post luctus annum non procedere firmaret. Per quem, perque ab eo relatos de quibus bonis lectus deducendus hîc, qualiterque eius diuisio ob secundas nuptias, sit facienda; licet videre. 225

De lucris item constante matrimonio † quæsitis inter coniuges communicandis, regia sunt iura quæ nos & adducimus & interpretamur de *priuileg. pauperum*, 1. *pars. quæstion.* 19. *per totam.* 226

Et an vidua vsuras † interesse, vel damnum post annum luctus, absq; aliqua interpellatione, pro dote non restituta, à mariti hæredibus consequatur? diximus *eod. tract. quæst.* 26. *num.*48. *& seqq.* 227

Viduas de Ecclesiæ bonis, si aliundè non habeant, † sustentandas (tanquam speciale) quidam dixere; sed immerito. Vel enim pauperes sunt; & commune id cum cæteris pauperibus habent, quorum mater Ecclesia est, cuiusque bona eorum sunt, *vt de priuileg. pauper.*1.*part. quæstione* 7. *numero* 28. *cum tribus sequentibus.* sumus prosequuti: vel pauperes non sunt; & cessat † Ecclesiæ alendi eas obligatio, licet protectionis duret, vt dixit *Glos. fin.in fin. in capit.* 1.12. *quæst.* 1. Inde & fori Ecclesiastici electio eis (vt diximus) concessa, signaturæque styli in viduarum fauorem etiam super rebus profanis commissiones expedientis, testis est Staphil. *de commiss. & lit. instit. ver. dicendum, numero* 17. amplians, *numero* 18. etiam si oppressionem circa rem feudalem patiatur; quantumuis natura sua coram feudi domino tractanda esset, *cap. Cæterùm, de iudic. cap. Ex transmissa, & cap. Verum, de foro compet.* Et si negligens feudi dominus non probetur, nisi in partibus coram domino temporali lis penderet, si de ea in commissione mentio facta non esset, secundum *Ægidium conclus.* 46. 228 229 230

Viduæ prætereà retentionem † bonorum mariti, pro dotis recuperatione competere, communis *Doctorum* consensus firmat, traditque (ex Bart. Bald. Socin. Decio, & aliis) Roland. à Valle, *consil.* 77. *numero* 27. *libro* 1. Thom. Grammat. *decis.* 58. *numero* 5. *lib.* 1. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 61. *num.*2. Quam marito in bonis præmortuæ vxoris Imperator Iustinianus negauit *in leg. vnic. §. Taceat, Cod. de rei vxor action.* 231

Pro viduis quoque alias prohibitos † Postulare posse; & *text. in cap.* 1. *de postul.* & cæteri suprà, *numero* 145. relati probant. Estque *Regia lex* 11. *vers. Fueras inde, titul.*5. *part.* 5. 232

quæ

quæ Regem, illustremvè personam, in iudicio alioquin stare prohibitam, pro Vidua stare concedit.

233 Viduæ etiam testimonium † aliarum fœminarum testimonio prævalere, & sui, & aliorum iudicio asseruit *Anton.* Gabr. *commun.opin.lib.* 1. *tit.de testib. conclus.*4.*num.*67.

234 Nec modò pariter mares deuotione, † & pietate præcellunt (quod commune cæteris est fœminis, quarum deuotum sexum in *deprecatione ad Dei Genitricem Virginem Mariam* Ecclesia

235 prædicat, quasque melioris pietatis *Aristoteles animalium libro* 8. affirmat.) Sed cæteras † quoque fœminas, vt testimonium sacra Pagina prabet, *lib.* 3. *Regum*, *capit.* 17. & 18. Eliam (ab Achab, Iezabelque eius nequissima vxore Prophetas occidente, profugum) à Vidua paupere, validæ famis tempore susceptum, nutritumque ostendens. Maximum & pietatis, & liberalitatis simul Viduarum argumentum, quodque eas ab aliarum mulierum cœtu, & auaritiæ contracta labe, eximit: roboratum Iudith *capite* 16 dicente: *Porrò.* Iudith *vniuersa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopæum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis.* Lucæ cap. 21. & Marc. 12. *Et sedens IESVS contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in garzophylacium: & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem Vidua vna pauper, misit duo minuta (quod est quadrans) & conuocans Discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis quoniam Vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserat in gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis miserunt: hæc verò de penuria sua, omnia quæ habuit, misit totum victum suum.*

Omittimus, quos in genere Fœminarum infirmus sexus meruit, à legibusque obtinuit fauores; cum non tam sexus quàm Viduitatis ratione eorum Nos relatio tangat: aut leui saltem calamo (nè aliqua ex parte eas iure suo vel priuare, vel tantis perfraudare videamur, & breuitati, & earum præsumpto voto consulentes) pertingemus, ad leges, & Doctores fusius de his agentes, remissione contenti. Quorum faciat initium Vlpianus in *l. Nec quicquam*, 9. §. *Aduocatos*, *D. de offic. Proconsul.* inquiens: † *Aduocatos quo-*

236 *que petentibus debebit indulgere, plerumque Fœminis vel Pupillis, vel his, qui suæ mentis non sunt; si quis eis petat: vel si nemo sit qui petat; vltro eis dare debebit.*

Mitius cum eis † regulariter in delictis agen-

237 dum; benignè *Honorius* & *Arcad.* Imperatores sanxere in *l. Quisquis*, 5. §. *Ad filias, in fin. C. ad leg.* Iul. Maiest. *Mitior enim (aiunt) circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus.* Prædixerant Vlpianus in *l. Sacrilegij pœnam*, 6. *D ad leg. Iul. pecul.* & Papinianus in *l Si adulterium*, 38. §. *Incestum, D. ad leg. Iul. de adulter.* probaruntque Alexander III. *in capit. Sicut dignum*, 6. extra *de homic, volunt. l. Regia* 2. *titul.* 2. *part.* 7. & tradunt plenè Tiraquel. *de pœn. temper. casu* 9. *per. tot.* & *de legib. conn. ubial. l.* 1 *glos.* 1 *num* 85. & *seqq.* & *in l.* 9. *numero* 177. *versicul. Et huic opinioni*, Sfort. Odd. *de restit in integ. part.* 1. *quæst.* 10. *art.* 2. *numero* 3. & *seqq.* & *numero* 14. Prosper. Farinac. *in prax. crimin tom.* 3. *quæst.* 98. *numero* 1. & *sequentibus.* Rausner. *decisione vigesima* Ioann. Aloys. Ricci. *collection.* 1841. *part.* 5.

Vnde, & à pœna *legis Si quis in tantam*, † *C. vnde vi*, Fœminam excusari profitetur (cum Bart. *in l.* 1. *numero* 6. *C. eod. titul.*) Sfort. Odd. 238
vbi proximè, *numero* 3. & *seqq* & Farinac. *dict. loco*, *numero* 3. & à præsumpta vsurarum fraude, à pœna falsi, ob scripturæ lacerationem, à periurioque excusari: & in hæresis crimine si pertinaces non sint, mitius cum eis agendum; idem ipse prosequitur ibidem Farinac. *numer. seqq.* multipliciter limitans, & intelligens.

Adeòque venia Fœminarum delicta digna 239
Antiquitas reputauit: vt non corporali pœna, † aut grauiori quàm mulcta aliqua pecuniaria vindicari iusserit, teste Diodor. Sicul. *Bibliotheca lib.* 12. pagin. mihi 668. *Nam (inquit ille) cum apud cæteras gentes, mulieribus delicta cunctis argentea mulcta redimendi ius fiat. &c.*

Restitutionemque aduersus suam confessionem, † cum de delicto aliter non constat, Fœminæ dari; dixit Foller. *in pract. crimin. verb. Etsi* 240
confitebuntur, *part.* 1. *numero* 27. ex *Afflict.* quos refert, & sequitur Farinac. *quæstion.* 81. *numero* 381. Cæteris † licèt communis regula obstet à 241
Iustiniano tradita in *l. Generaliter*, 13. *C. de non numer. pecun.* & ab aliis *quæst.* 5. (cum de Minoris simili priuilegio agimus) referendis.

Bonam prætereà fidem † muliebrem inducere 242
sexum, doloque præsumptionem excludere (pro more suo, cum multis) probant *Tiraquel de retract. conuent. in præfat. num.* 35. & Farin. *quæst.* 89. *numero* 50. & *seqq.* Facilè potius ipsam seduci, † præsumit Iustinianus in *l. vnic.* §. *Et si-* 243
quidem, *ad fin. C. de rapt. virg.* vt latiùs *quæst.* 6. ostendemus: quamuis *Senec. Hippol. act.* 2. dicat:

Instruitur omnis arte Fœmina doli

Mulieres item ad iudicium vt testimonium † 244
ferant, trahendas non esse, sed vel ad eas mittendum notarium, vel si causa, & conditio deposcat, ire Iudicem debere, statuit Bonifacius VIII. in *capite* 2. *de iudic. libro* 6. *glos.* 1. *versicul. Idem de domino in. l. Ad personas*, 15. *D. de iureiurand.* & *ibi Castrens. numero* 1. *versicul. Item in mulieribus*, *Romam. numero* 2. & Ias. 9. Bald. *in capit. Si quis testium*, *numero* 2. *in fin. versicul. Item ad mulieres*, extr. *de testib.* Specul. *in titul. de teste*, §. *Qualiter autem*, *numero* 12. *versicul. Vel est honesta mulier*, Lanfranc. *de testib. numero* 17. *in fin.* Vocac. *in tractat. de liter. remissor. capit.* 2. *numero* 28. Farinac. *quæstion.* 77. *numero* 224. estque Regia lex, 3. *versicul. Pero si los jugadores*, *titul.* 7. *part.* 3. Tametsi *Cornel. Tacit annal. libro* 2. dicat: *Cum Virgines Vestales in foro, & indicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit.*

Neque pro causa debitovè ciuili † coram Iu- 245
dice comparere personaliter in iudicio honestam Fœminam compellendam, *eadem ipsa Regia lex in principio* determinat. Proque nullo, publico etiam, vel Fiscali ad carcerem trahi posse: iam *suprà num.* 146. aduertimus.

Neque item pro criminali non atroci, † aut 246
saltem leui. In ea enim, vel præstito fideiussore, si eius copia adsit; vel iuratoria cautione, si non adsit, extra carcerem audiri debere, probat *text. in authen. Vt nulli iudic.* §. *Necessarium*, *versicul. Si verò crimen*, & *in authen. Hodiè nouo iure, versicul. Si verò tale sit crimen*, *C. de custod.*

stod. reor. & cum multis Farinac. *praxis crimin. 1. part. quastion. 27.num.44.*

247 Fœminæ etiam, quæ in Canonem † *Si quis suadente diabolo, 17.quastion.4* incidit, datum est, vt ab Episcopo absolui possit, per *text. in capit. Ea noscitur, 13. de sent. excommunic.* Cum alios pro absolutione eo in casu Romam petere debere, eadem ipsa iura decernant, & in *capit. Mulieres, eod. titul. de sent. excommunic.* celebresque Regiæ *leges, 3. & 4. titul. 9. part. 1.* illa statim inprincipio ait: *Manos ayradas, metiendo alguno en Clerigo, o en otme, ò en muger de Religion para ferirlo, ò para matarlo, ò para prēderlo; cae en dos penas: La vna de descomunion: La otra, que ha de ira Roma que lo absueluan*: Hec: *Roma es logar fennalado onde se va a absoluer el que mete manos ayradas en Clerigo, ò en Monge, o en muger de Religion.* pauloque inferiùs: *Pero treze razones son, porque no debrian yr a su Corte, aunque. cayessen en tal descomunion*: quarum octauam, nostram assigat: *La octaua es, si es muger.*

248 Etsi prætereà facti, † non Iuris ingnorantiam excusent vulgaria Iura in *capit. Ignorantia, 13. de regul. iur. libro 6. in capit. Si laicis, 3. dist. 38.* cum adductis à *Nobis in Axiomatib. lit. I. numero 17.*

249 Mulierum † tamen vtramque ignoratiam excusant Calistratas in *l. 2. §. fin. D. de iure Fisci,* Vlpianus in *l. 1. §. filij. D. de edend.* & Paulus in *l. Cum de indebito, §. Sin autem, D. de probat.* Non enim omni in casu excusatam iuris mulierum ignorantiam, habere Imperatores *Leo, & Anton.* voluerunt, in *l. fin. C. de iur. & fact. ignor.* sanctione facta: *Ne passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare, in his quæ prætermiserint, vel ignorauerint: statuimus, si per ignorantiam iuris damnum aliquod circa ius vel substantiam suam patiantur: in his tantum casibus, in quibus præteritarum legum authoritas eis suffragatur, subueniri.* Plurimi tamen à legibus specificè nominati sunt casus, in quibus iuris ignorantiæ subterfugio, excusationeque vtuntur, quos magistralis *Glossa fin. ibidem* recenset. Aguntque hac de re & citati à *Nobis dict. lit. I. num. 17.* & Cald. Pereir. *de emphyt. extinct. cap. 6. numero 19. & seq.*

250 Et ne sigillatim cetera prosequamur, † & ad præfatam *finalem Glossam*, & (plenè de his agentem) *Decium in l. Fœmina, à numero 70. cum seqq. D. de regul. iur.* plura desiderantem remittimus, pro repetito etiam habito, quod fœmineo sexui speciale, indulgentiamque iura Regia concessere, ob non vltam defuncti, cui hæres Fœmina extitit, mortem, de quo *infra quæstione 5. numero 63. & 64.* faciendus serm.

Pupillorum, & viduarum fauores retulimus: Infirmorum nunc, ex contextu, literæque *legis nostræ vnicæ*, ordine supersunt. Quorum ille & primus, & maximus: quod licèt vires corpori

251 † Infirmitas demat: animo addat, *Paulo, 1. ad Corint. capit. 12.* dicente: *Cum enim infirmor, tunc potens sum.* Diu. Ambros. 1. lib. de pœnit. capit. 13. *Ægritudo carnis, peccatum repellit.* Et inferiùs: *Quod nocet corpori, iuuat spiritum,* translatus in *cap. Potest fieri, 52. de pœnit. dist. 1.* De qua similiter *Petrarcha* loquens, *de remed. vtriusque fortunæ lib. 2. dialog. 3.* ait. *Consequens est, vt quod alteri obest: prosit alteri.* Plures numerat Infirmitatis effectus, bonaque ex ea nascentia multa Guillelm. Benedict. *in repetit. cap.* Raynūtius, *verb. mortuo itaque testatore, el. 1. de de testam. num. 10.* hæc adiiciens: *Et sæpè infirmitas peccatum impedit, ne scilicet fiat, vt ibi, & prouerbiorum vigesimo: Liuor vulneris absterget mala. Secundò, Infirmitas feruentiorem reddit iuxta illud Psalmista: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt Scilicet feruentiùs operantes. Tertiò, hominem humilem reddit, iuxta illud apostoli, 1. ad Corint. duodecimo; Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt in me habitet virtus Christi: scilicet humilitatis. Quartò constantem facit hominem ex consuetudine patiendi, vt ibidem dicit* Apostolus: *Cùm infirmor, tunc potens sum. Scilicet, contra nequitias dæmonum, & tentationum, capit. Nisi cum pridem, de renunc. Vltimò infirmitas ad perfectionem adducit. Quia virtus in infirmitate perficitur, vt ibi* Alia in id ipsum, sic *Petrarcha superiore loco*: Dolor. *Inualida valetudo est.* Ratio. *At est valida hortatrix parsimoniæ, dehortaturque libidinum, & magistra modestiæ.* Dolor. *Mala est valetudo corporis.* Ratio. *Si valetudo animi bona est; pone solicitudinem. Quidquid corpori euenerit, saluus es.* Dolor. *Corpus ægrum, Infirmumque est.* Ratio. *Est quæ obliuionem, somnumque discutiat, & torporem abigat.* Dolor. *Valetudo Infirma est.* Ratio. *Infirmitatibus gloriare, & virtutem perfice: duo hæc vnius magistri ore didicisti.* Dolor. *Valetudo misera est.* Ratio *Comes iniucunda; sed fidelis, quæ te crebro vellicet, interstignet, & conditionis admoneat: optimus in periculis monitor fidus.* Nec minus elegans, quàm doctrina referta, Infirmitatis commoda, & vtilitates demonstrans *Plinij secundi, Maximo suo epistolar. libro 7.* scribens, epistola in hac verba adest: *Nuper me cuiusdam amici. angor admonuit; optimos nos esse, dum infirmi sumus. Quem enim infirmum, aut auaritia, aut libido sollicitat? Non amoribus seruit; non appetit honores; opes negligit; & quantulumcumque vt relicturus, satis habet. Tunc Deos; tum hominem se esse meminit. Inuidet nemini, neminem miratur, neminem despicit: ac nec sermonibus quidem malignis aut attendit, aut alitur. Balnea imaginatur, & fonteis. Hac summa curarum, summa votorum. molemque in posterum, & pinguem (si contingat euadere) hoc est; beatam, innoxiamque destinat vitam. Possum ego, quod pluribus verbis, pluribus etiam voluminibus Philosophi docere conantur; ipse breuiter tibi, mihique præcipere: vt tales esse sani perseueremus; quales nos futuros profitemur infirmi.*

Scientiarum, & Artium magistram Infirmitatem, *Ælian. var. histor. libro 4. capit. 15.* his confirmat exemplis: Hieron. *Siciliæ tyrannus. primum fuisse priuatus dicitur, & omnium hominum à musica alienissimus, ac rusticitati nihil inferior fratre* Gelone. *Verum, cum aliquando in morbum incidisset; factus est literatissimus; cum otium, quod ei corporis imbecillitas imponebat; doctorum hominum sermonibus audiendis tribueret. Conualescens igitur ex aduersa valetudine, frequenter audiebat* Simonidem Seum, Pindarum Thebanum, *&* Bacchylidem Iulietam. Gelon *verò, indoctus homo permansit. Doctissimum etiam* Ptolomæum *secundum, aiunt euasisse, cum ægrotaret.* Plato *affirmat, Theagem nulla alia occasione*

casione philosophiæ operam dedisse, quàm morbi otio, Nam cùm is eum à ciuilibus rebus prohiberet; compulit ad sapientiæ studium, & amorem. Quis autem sapiens non optasset huiusmodi morbum Alcibiadi, Critiæ, Pausaniæ Lacædemonio, *& reliquis?* Alcibiadi, & Critiæ, *ne fugientes à* Socrate, *alter* Socratem, *iniuria læsisset, & tunc Spartanorum, nūc Bæotiorium partes fouens; nonnumquam etiam thesalorum, medorum, & personarum adhærens* Barnabazo: Critias *vero, truculentissimus euasisset, & infinitis cædibus manus suas poluisset; quàm multas calamitates intulit patriæ, & vitam omnium odiis propositam egit.* Straton *etiam filius* Chorragi, *viliter & commodè ægrotasse videtur: quoniam cum esset ex illustri familia oriundus, & diuitiis abundaret: non antè corporis exercitia vsurpauit, quàm ex splene laborare cœpit. Tunc enim cum remedium petere ex palæstra, & corporis exercitiis oporteret: primum quidem ad recuperandam valetudinem, iis vsus est Deinde verò cum profectus in arte non pœnitendos fecisset: & iam specimen eius daret in ludis Olimpicis; vna die vicit luctam, & Pancratium: & sequenti Olimpiade, & in Nomeo, & in Isthimico, & in Pythico certaminibus similiter vicit. Democrates pugil etiam ipse, cum laborasset ex pedibus, ad certamina venit, & sistens in medio, descripsit sibi circum, & iubebat aduersarios vt se expellerent extra lineam. At illi cum nequirent; victi sunt: & ipse cum benè, & fortiter in statione sua perstitisset; coronam secum deportauit.* Ex recentioribus, præclarum in id exemplum *Dydimus Alexandrinus*, reliquit. *Qui cum ad quadragesimum ætatis annum peruenisset*, in Grammaticum, Geometram, *atque* Dialecticum, *consummatissimum euasit. Nam cum in supputandis numeris, dimensionibus, atque in scribendo, aliena vteretur manu; multa subtilissimè scripsit: atque haud pauca in Sacra Scriptura commentatus est.* Vti tradit Baptist. Fulgos. *lib.* 8. & ex eo Andr. Eborens. *locorum commun. libro posteriori, titul. de lectione, & studio, pagina mihi centesima-octuagesima-prima.*

Hæc ex ipsa infirmitate per se nascentia bona: alia iuris beneficio concessa infirmitatibus priuilegia extant. Namque, neque pro debito ciui-
252 li, † neque etiam pro delicto, graui infirmitate laborantem in carcerem trahi posse, asseruit (ex Grammatic. *consil.* 55. *numero* 9. *& seqq.*) Prosper. Farinac. *praxis crimin. tom.* 1. *quæstione* 27. *nu.* 87. formam, modumque præscribens, qua vbi aduersus criminosum grauiter infirmantem iudex debeat. Et quamuis legum, quas in id ipse affert (*legem* nempè, 4. *C. finium regund. & leg. pœna, C. de stat. liber.*) prima mihi assertionem non probet: secunda non extet: eandem tamen firmant Sebastian. *de* Medic *in tractat. de casib. fortuit.* 2. *part. quæst.* 6. *num.* 14. *&* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 805. *num.* 14.

253 Ex quibus, & à fortiori. nec torqueri † infirmum posse, eo saltem modo ægrotante, sequitur & tradit (cum *Cason & Ioseph. Ludouic.*) Farinac. *praxis crimin.* 1. *part. quæstione* 41. *nu.* 93.

254 Nec contrà infirmum executionem † fieri posse; Clementissima Hispan arum Regum decreuit sanctio, *in lege vndecima, titulo nono, parte* 7.

255 A contumacia † pariter excusat infirmitas, dicente Hermogeniano *in l. Contumacia*, 53. §. *Pœnam, D. de re iudic. Pœnam contumacis nòn patit ur, quem aduersa valetudo, vel maioris causæ occupatio defendit.* Ideòque & militem ad diem conuentum valetudine impeditum non venientem, excusat Paulus, *in l. qui commeatus*, 14. *D. de re militar.* cæterosque, quantumuis citatos, & requisitos (cum iam relatis iuribus) *tex. in cap.* 1. 5. *quæstione* 3. *in cap. Si Episcopus* 13. *distinction.* 18. *& in cap.* 2. *de procurator.* vbi nec procuratorem † mittere infirmum citatum necessariò debere, *Alexander Pontifex* 256
Maximus, decernit. Quod ampliat ibidem Glos. *verb. detemus*, etiam si citatus quis fuerit, *vt eat, vel responsalem transmittat.* An verò ad longum tempus, in perpetuum impeditus procuratorem mittere teneatur? *Glos.* tradit *in cap. Cum dilecti*, 6. *de dol. & contum. verb. Responsalem, ad fin.* Indistinctéque legitimè impeditum procuratorem mittere non debere, dicunt Glos. *& omnes in cap. Si ægrotans*, 5. *quæstion.* 3. Accurs. *in l. Interdum*, 36. *verb. Et similibus, D. de indic.* Felin. *in cap. accedens*, 2. *numero* 8. *vt lite non contest.* Pinel. *in authentic. Nisi numero* 43. *versicul. Amplia*, 3. *Cod. de bon. matern.* Cald. Pereir. *de renouat. emphyteus. quæstion.* 7. *num.* 4. cum aliis citatis ab Augustino Barbos. *in collect. ad dictum capitulum secundum de procurator. numero* 6.

Nec modo legitimam excusationem citato à 257
comparendo ipsiusmet infirmitatem præbere: sed etiam suorum tantum, profitentur Glos. *verb. Suorum, in cap. communis, per text. ibi, dist.* 23. Ias. *in l.* 1. *numero* 84. *D. de offic. eius*; Petr. Rebuf. *ad leg.* Gallic. *tom.* 3. *titul. de excusat. numero* 31. Tiraq. *de pen. temper. capit.* 51. *num.* 78. Petr. Foller. *in practic. crimin. capite* 10. *verb. non comparentes contumaces reputentur, sub numero* 51. Prosper. Farinac. (solo *Follerio* adducto) *praxis crimin. tom.* 1. *quæstione* 11. *numero* 53. *versic. Et quod iusta*, Cald. Pereir. *de renouat. emphyt. quæstione* 5. *n.* 23. Prosper. Carauit. *super ritu* 269. *numero* 24. Sebastian. *de* Medic. *de casib. fortuit. dicta* 2. *parte, qu.* 6. *num.* 15.

Interimque Infirmitatis impedimento allega- 258
to, deque ea oblata fide, Iudicis potestatem suspendi, inque bonæ valetudinis tempus differri iudicium, est *text. in leg. Quæsitum*, 60. *D. de re iudic.* & ita per illum tenet Sebastian. Vant. *de nullit. sent. titul. de nullit. ex defect. iurisdict. & vnde, & quibus mod. &c. numero.* 161. Sebastian. de Medic. *de casib. fortuit. dicta* 2. *parte. quæst.* 6. *numero* 19. nullum interim à Iudice processum factum dicentes: nullaque ideò reuocatione indigere firmauit (cum *Gandin.* & *Iodoc.* ab eo relatis (Farinac. *dict. qu.* 11. *numero* 53. tenetque pariter Ioach. Minsing. *practicar. obseruat. cent.* 4. *obser.* 58.

Fide verò de infirmitate non exhibita, † Iudi- 259
ceque ad vlteriora procedente, tenere quidem processum; sed infirmitate detento in integrum restitutionem dari (citato *Sfortia*, & aliis) tradit Baiard. *in addition. ad Clarum, qu.* 34. *numero* 24. & notat Sebast. *de* Medic. *in tract. de casib. fortuit.* 2. *part. qu.* 6. *num.* 15. Nosque notamus *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæstion.* 30. *nu.* 4.

A negligentia † similiter ægritudinem excu- 260
sare (iura firmantia referens) dixit Glos. *verb.*

Negligenter, in capit. Si clericus 11. *de præbent. & dignitat. libro* 6.

261 Pœnamque delicti † infirmitatem minuere, & iustam in ea dispensandi, mitiúsque agendi causam præbere, *text.* probat, iuncta Glossa, *verb. necessitate, in Clem.* 1. *§. quibus etiam, vers. super, de priuileg.* A pœnaque, & pœnitentia excusare dicit Sebastian. *de* Medic. *citato loco numero* 22. allegato, *cap. Placuit*, 8. *dist. & cap. Ab infirmis* 26. *quæst.* 7.

Neque solum pro ægrotantium testimonio
262 recipiendo mittere † ad illorum domos tabellionem Iudices debent; vel ipsimet ire, si causæ qualitas deposcat, iuxta *Pauli* responsum, *in l. Ad personas*, 15. *D. de iureiur.* dicentis: *ad personas egregias, eosq, qui; valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iusiurandum*; decterumq, *legis* 22. *tit.* 11. *part.* 3. & à Farinac. *praxis crimin. tom.* 2. *q.* 77. *num.* 225. *à nobisque* adductos *de priuileg. pauper.* 1. *part. qu.* 36. *n.* 1. Sed neque in propria domo testimonium ferre coguntur, iuxta text. *in cap. Si testes*, 3. *§. Inuiti*, 3. *qu.* 4. *& l. inuiti, la* 1. & ibi notat Glos. *verb. valetudinarij, Bald. in princip.* Alberic. *nu.* 1. *&* 3. Florian. *nu.* 4. *in fin. D. de testib.* Stephan. Gratia. *discept. forens. tom.* 5. *dict. capit.* 805. *nu.* 28. Medic. *vbi suprà num.* 18.

263 Infirmus item, qui interesse diuinis horis personaliter † nequit; distributiones nihilominus quotidianas percipiet, ex *Gregorij* constitutione, *libro* 2. *epist.* 5. translata *in cap.* 1. *de cler. ægrot.* & Bonifacij VIII. *in cap. vnic. de cler. non resid. libro* 6. docentque Didac. Couarru. *libro* 3. *variar. capit.* 13. *numero* 8. Paul. Fusc. *de visit. libro* 1. *capit.* 15. *numero* 25. *vers. Et infirmo & cap.* 20. *numero* 26. Thom. *Act. in tract. de infirm. part.* 1. *cap.* 50. *num.* 25. Ioan. Selu. *de benefic.* 4. *part. qu.* 6. *num.* 9. Carol. *de* Gras. *de effectib. clericat. effectu* 1. *num.* 1172. Petr. Cened. *practic. quæstion.* 1. *num.* 7. Nicol. Garz. *de benefic.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 363. cum aliis citatis ab August. Barbos. *in collect. ad dict. cap. vnic. de cler. non resid. in* 6. *num.* 8 *& seqq.* vbi non modo de iacente infirmitatis causa in lecto: sed & de aliàs debili, vel ad balnea, aliumvè locum sanitatis obtinendæ gratia, profecto, ob idque absente, intelligendum probat. *Camil.* etiam Borrel. *in summ. decis. titul.* 9. *num.* 19.

264 Quinimò, licet propria culpa † in infirmitatem incidisset, eas percipere infirmum debere, defendunt Couarruu. *d. loco*, Cened. *d. quæst.* 1. *n.* 8. & cum Zerol. Azor. Sanctarel. & aliis, August. Barbos. *vbi proximè, num.* 15. tradidimusque; *Nos de priuileg. pauper.* 1. *part. q.* 54. *nu.* 15.

265 Id quod merito limitant, † verumque intelligunt. Petr. Cened. *citato loco, num.* 9. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *q.* 11. Monet. *de distribut. quotidian. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 21. Henriq. *in summ. libro* 13. *cap.* 13. *§.* 4. *in fin. in comment. lit. I.* Cald. Pereir. *de renouat. emphyteut. qu.* 5. *num.* 23. *vers. Vnde si Canonicus*, hisque relatis, *August. Barbos. d. cap. vnic. num.* 16. si in sanitate, diuinis officiis interesse consueuerat.

266 Morbo prætereà perpetuo † saltem laborantem ad munera personalia non teneri, integer probat *titulus, Cod. qui morbo se excus. libro* 10. *& text. in cap. Licet*, 4. *extra, de sensib. §. Item propter aduersam valetudinem, instit. de excus. tutor.* Nec ad extraordinalia realia quandoque, dixit Syluest. *in summ. verb. Gabella* 5. *nu.* 5.

Ab omnibusque generaliter excusat infirmitas † quæ sanitati obesse, aut incommodè ob illam fieri possunt, veluti ab obseruatione ieiunij, vt concors *omnium Summistarum* est sententia, *verb. Ieiunium.* & ab esu carnium quadragesimali, vel solemnis ieiunij tempore, *Innocentij III.* decreto *in capite secundo, §. fin. de obseruat. ieiun.* 267

Vnde, quemadmodum iuramentum, quod sine dispendio † salutis æternæ seruari non potest obligatorium non est, *capit. si vero* 8. *de iureiur.* cum similibus: sic, nec quod sine dispendio temporalis salutis, vt *diui Ambros.* 3. *officior. libr. capit.* 10. auctoritas relata *in capit. Innocens*, 23. in ordine, *§. quisquis*, 22. *quæstione* 4. manifestat. Cuius sunt verba: *Quisquis ergo, se iuramento firmauerit aliquid facturum, quo vel corporalis, vel spiritualis salus adimatur, vel sine quo vtraque salus reparari, vel confirmari non possit: fidem promissam seruare prohibetur.* Cuius etiam voti glossa extitit *in d. cap. Si verò, verb. salutis æternæ.* 268

Nec ideò cogitur infirmus Romam † pro absolutione obtinenda petere, etiamsi aliàs Romanus Pontifex pro ea adeundus foret, ab Episcopoque absolui poterit, *Clementis III.* constitutione *in cap. ea noscitur*, 13. *de sent. excommunic.* & notant Syluest. *in summ. verb. absolutio*, 4. *num.* 3. *vers. nonus*, Thom. *act. de infirm. part.* 2. *verb. absolutio, numero* 4. *&* 5. Carol. de Gras. *de effect. cler. effect.* 9. *num.* 163. & alij quos in *collect. ad dict. cap. Ea noscitur, numero* 4. Augustinus Barbos. refert, & *in capit. Si quis suadente*, 17. *quæstione* 4. *numero* 92. Infirmorum ad id numero comprehendentes, non modo incurabili, aut periculoso, aut longo morbo, sed & podagra, aut febri quartana laborantes. Suntque etiam iura in id Regia *in leg.* 3. *&* 4. *tit.* 9. *part.* 1. 269

Non item longa infirmitate grauatum, à beneficio, † præbenda, seu dignitate remouendum; sed coadiutorem illi dandum decreuere Innocentius III. *in capit. ex parte* 5. Honor. III. *in capit. Consultationibus*, 6. *de Cleric. ægrot.* & Gregorius *in capit.* 1. 2. *&* 3. 7. *quæstion.* 1. *glos. verb. coadiutor, in capit. venerabili*, 37. *de offic. & potest. Iudic. deleg.* Sebastian. *de Medic. dicta quæstione sexta, numero decimo-tertio*; Stephan. Gratian. *discept. forens. tomo quarto, dicto capite octingentesimoquinto; numero vigesimo-nono:* & Camil. Borrel. *in summ. decisione, dicto titulo nono, numero* 6. 7. 8. *&* 22. 270

Nec ob infirmitatem pariter à tutela † remouendum tutorem; sed adiutorem illi dandum: *Pomponius* censuit, *in l. Solet.* 13. *D. de tutel. & l. regia*, 13. *tit.* 16. *part.* 6. 271

Diuersum licet in Iudice † infirma valetudine laborante, inutilique effecto Imperatores *Val. & Theod.* sanxerint *in l.* 3. *C. de offic. Præfect. Prætor. Orient.* 272

Infirmitate tamen durante; dumque in officio existit, salarium percipere Iudicem, & seruire videri text. probat, *in l. Si cui* 38. *§. fin. D. ex quib. caus. maior.* Ias. *in l. diem functo, numero* 48. *D. de offic. assessor.* dictaque inferiùs, *num.* 275. estque Regia *Lex.* 6. *titul.* 5. *libro* 3. *nouæ Regiæ collectionis.* 273

Sicut & seruire famulus infirmus † intelligitur, dicente Paulo, *in leg. Cum hæres* 4. *§.* 274

Stichus

Stichus *D. de stat. liber. Sed si quibusdam diebus, aut valetudo, aut alia iusta causa impedimento sit, quominus seruiat; Et hi anno imputandi sunt. Seruire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes nobis seruire, propter aduersam valetudinem Impediuntur.* Et per consequens pro infirmitatis tépore salariũ ægroto famulo deberi, vt & asseruit Accurs. *in l. Arboribus*, 13. §. *De illo, verb. Ægrotantis, D. vsufruct. & quemadmod. quis vtat.* & cum eo Innoc. Ioann. And. & Barba. *in capit.* 3. *de locat.* vbi *Imol. numero* 10. profitetur communem, & alii, quos in id *Didac. Couarrun.* refert *variar. libro* 3. *capit.* 13. *numero* 8. licèt in contrarium multos quoque numeret, quorum etiam aduersantem opinionem sequutus est Flores Dias de Men. *variar. libro* 1. *quæst.* 8. §. 2. *numero* 17. Cald. Pereir. *quæstion. forens. consil.* 20. *numero* 9 & Ioann. Gutier. *practicar. quæstion. libro* 4. *quæstion.* 52. *numero* 13. qui *numero* 12. pro priore *Horacium* quoque *Didac. Perez, & Celsum* retulerat quam etiam tenet Sebastian. *de Medic. de casib. fortuit. dict.* 2 *part. quæstion.* 6. *numero.* 16.

275 Aduocato † quoque pro ægritudinis tempore salarium deberi conuentum concors Scribentium sententia est, ex *Vlpiani* responso in *l.* 1. §. *Diuus, D. de var. & extraordin. cognit.* & Pauli in *l. Qui operas*, 41. *in princip. & in* §. *Aduocati, D. locat.* vt cum multis tradidimus, *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæstion.* 28. *numero* 15. Neque ad substituti præstationem tunc Aduocatum teneri (ex ratione *legis Inter artifices*, 31. *D. de solut. & liber.*) dixit *Glos. in dict.* §. *Diuus verb. Repeti, ad fin.* Idem in Potestate, Assessore, Doctore, vel Magistro intelligens, cum per eos non stet, quominus ministerium suum peragant, vt *ibi text.* ait, in *dict. l. Qui operas, l. Si pecuniam.* 5. *D. de condit. caus. dat. & dict. l.* 4. §. *Sed si quibusdam, D. stat. liber.*

276 Iudicique à Principe delegato † infirmitate laboranti, subdelegandi licentiam *Alexand. III.* concessit, in *capit.* 3. *de offic. & potest. iudic. deleg.* Regiaque *lex* 19. *titul.* 4. *part.* 3. hac licèt causa non expressa.

277 Ordinariumque Iudicem alium suo loco † Infirmitatis ratione subrogare, aut substituere posse (præter *eandem legem* 19. simpliciter loquentem) recentior in specie decreuit *l.* 4. *titul.* 9. *lib.* 3. *nouæ Regiæ collect.* Generaliterque meri, & mixti Imperij causas, quæ aliàs non delegarentur, Infirmitatis causa delegari posse (cum *Salicet. Felin. Menoch.* & aliis per eum relatis) dixit *Sebast. de Medic. dict. quæst.* 6. *numero* 12.

278 Sic & Episcopum aduersa valetudine impeditum, suffraganeorum † consecrationem aliis committere posse suasque ad id mandare vices; *Innocentius III* stabiliuit, in *cap. Quod sedem*, 10. *de offic. Ordinar.*

279 Etsi prætereà, eius quod publicè, & per proclama, † seu banna factum est; in communem notitiam præsumatur venire, neque ignorantiæ admittatur allegatio; *text. in cap. fin. decimasexta distinct. in cap. Qui diuinis* (aliàs, *Qui humanis*, 24. in ordine. 12. *quæst.* 2. *in cap. Licèt ergo*, decimoquinto, 8. *quæst.* 1. *in cap. Curæ*, vigesimo, 11. *quæst.* 3. Cum adductis à *Glos. vni. sup. d. ap fin.*

280 Infirmitas verò, à notitia, scientiaque etiam, tunc excusat. Vtrumque probant *text. in cap. fin. Qui matrimon. accusar. poss.* & *in l.* 5. *titul.* 9. *part.* 4. Etsi non oppugnatione careant; cum ille, Infirmitatem quæ à mente alienet, ad excusationem hanc requirat: Hic, non tam ad scientiæ, vel notitiæ excusationem, quàm ad denunciandi facultatem respiciat. Ideóque Infirmum sic publicata scire præsumi, à visitantibusque didicisse (non satis sibi constans) firmauit *Rimin. Iun. consil.* 01 *lib.* 7. *numero* 27. priorem simpliciter (ad absentis similitudinem) *Sebast. de Medic. dict. quæst.* 6. *nu.* 9.

Sicut impensa funeris † cuius alij creditori præfertur, dicente Marciano in *l. Impensa funeris*, 45. *D. de Religios. & sumpt. funer. Impensa funeris semper ex hereditate deducitur; quæ etiam omne creditum solet precedere, cum bona soluendo non sunt.* cui *lex* conuenit 12. *titul.* 13. *part.* 1. *l.* 9. *titul.* 3. & *l.* 30. *titul.* 13. *part.* 5. *in fin.* Aguntque plenè hac de re *Gutier. practicar. quæst. lib.* 2. *quæst.* 72. & *libro* 3. *quæstion.* 59. *per tot.* & Scribentes in *l.* 30. *Tauri, & in l.* 13. *titul.* 6. *libro* 5. *nouæ Regiæ collectionis.* Sic & Infirmitatis quoque impensam inter funerarios sumptus idem ipse locauit Marcianus in *l. Funeris sumptus*, 37. *D. eod. titul.* inquiens: *Funeris sumptus accipitur, quidquid corporis causa, veluti vnguentorum, erogatum est.* Et vtrosque similiter æquiparauit sumptus Imperator Antonius in *l. In restituenda*, 4. *C. de petit. hæred.* cuius, hæc verba: *In restituenda hereditate, compensatio eius habebitur, quod te in mortui Infirmitatem, in sumptumque funeris, bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaueris.* Per quam ibi *Bald.* eandem pro Infirmitatis, curationisque expensis, quam funeris, priuilegiatam actionem competere firmat. & cum eo Fan. *de pignor.* 2. *memb.* 5. *p. num.* 28. *ad fin.* Cassan. *in consuet.* Burg. *rubr.* 4. §. 9. *num.* 6. 7. & 8. Rol. à Vall. *cons.* 14. *num.* 29. *lib.* 1. Anton. Gom. *in d. l.* 10. Taur. *num.* 2. *ad fin.* Azeb. *in d. l.* 13. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ Reg. collect. num.* 3. alios citans. 281

Nil magis rationi consentaneum, quàm vt pacta seruentur, & ratio eadem & *tex.* suadet in *cap.* 1 *de pact.* cum citatis à *Nobis in Axiomatib. & locis communibus. lit. P. num.* 1. 282

Ab Infirmo tamen cum medico † facta, con tractusque celebratos, Iudicis officio rescindi, *Vlpianus* edixit in *l. Medicus*, 3. (quam in id singularem professus est *in ibi Bart.*) *D. de var. & extraordin. cognit.* generaliter, nec in casu solum, cum aduersa medicamenta inferendo, ægrum ad pactum, promissionemvè compulit (de quo lex ipsa loquitur) eam intelligens, quem ibidem sequitur *Alberic.* repetitque *Bart. in l. Archiatri, C. de profess. & medic. lib.* 10. verioremque opinionem hanc testatur (cum multis à se relatis) Arias Pinel. *in repet. l.* 2. *C. de rescind. vendit. part* 2. *cap* 2. *num.* 32. & 33. Quinimò neque spontaneam, proprioque motu promissionem medico ab infirmo ægritudinis tempore factam, subsistere, neque obligatoriam esse (cum spontaneæ liberalitati, ex infirmitate coactionis insurgens præsũptio obstet) firmarunt Franciss. Rip. *in tract. de pest. tit. de remed. præseruat. contra pestem, n.* 84. & 86. Petr. Rebuf. *ad constit. Gall.* 2. *in tit. de rescis. contract. præfat. n.* 29. & aliorum quoque relatione Ioan. Gutier. *de iurã. confir.* 1. *part. quæst.* 57. *n.* 28. & 19. Andr. Fachin. *cõtrouers. iur. l.* 2. *c.* 25 Cõducitque inferius suo loco de carcerato dicẽda 283

285 Post susceptam ab arbitro † causam, omninò ab eo terminandam, ad idque etiam captura cogendum, & *Vlpiano* placuit *in l. licet, 16. D. de recept. arbitr.* & illius placitum *leges regiæ* probarunt 29. *&* 30. *titul. 4. part. 3.* eadem tamen ipsa iura à necessitate hac ægrotantem excusant.

286 Dominum qui seruum infirmum curare contempsit, eius dominio *Iustinianus* Imperator priuauit, *in l. vnic. §. sed scimus, Cod. de Latin. libert. tollend.* Filium qui infirmo parenti non prouidit, illius hæreditate Augustus, *in authent. vt cum de appel. cognosc. §. si quis de prædictis, 1. coll. 8.* Serui emptorem, qui ad illius curationem nullum, vel imperitum medicum adhibuit, redhibitoria Vlpianus, in *l. quod si nolis, 31. §. Si mancipium, D. de ædilit. edict.* Simileque de coniuge, in coniugis infirmitate non solicito, *de priuil. paup. 2. part. quæst. 56. numero 103. & duobus seqq* notamus

287 E contrà verò, iustam esse causam manumissionis, † etiam à minore faciendæ, consequendæque libertatis, quod dominum seruus in infirmitate curarit, *Paulus* dixit *in l. etiam, 15. §. Ex præterito D. de manumiss. vindict. l. 1. & ibi* Gregorius *glos. 10. verb.* Librado, *tit. 22. parte 4.*

288 Iniuriarum actionem, conuentione † partium, tacita remissione, vel dissimulatione extingui, scitissimum est, ex Vlpiano *in l. Non solum, 11. §. 1. D. de iniur.* Iustiniano *in §. Hæc actio, instit. eod. tit. l. 22. tit. 9 part. 7.* & vt vnius allegatione, multorum relationem suppleamus) plenè criminalista Farinac. *quæstione 105. num. 334. & seqq.*

289 Ab infirmo † tamen iniuriæ facta remissio, non impedit quominùs iniuriarum actio persequi, instaurarique à valente possit, vt (ex Bart. *in l. si quis decedens, §. Codicillis, D. de legat. 3.*) obseruat Prosper. Carauit. *in ritib. magn. Cur. ritu 275. numero 9. &* 10. quod odium, rancorque tunc solum non etiam iniuriæ satisfactio, & interesse censeatur remissum. Consulendusque *vbi proximè* Farinac. *numero 379.* Quod & in donatione ab infirmo facta, vt conualescentia reuocata censeatur. *Iulianus* respondit, *in l. non omnis, 19. D. si cert. pet.* Cui præstat intellectum Gomezius *variar. tom. 2. cap. 4. num. 19. versic. tertio reuocatur.*

290 Eum qui propter aduersam valetudinem officij † vacationem obtinuit, iisdem, quibus si in eo existeret, potiretur, priuilegiis gaudere; clementissima *Augusti* constitutio decreuit *in leg. Ex agentibus, 4. Codice de Princip. agent. in reb. libro 12.*

291 Graui quoque morbo laboranti, & illud concessum, vt possit obstrepentes, † maleantesvè à vicinia expellere, asserit (Cum Rip. *in l. dotis, numero 129. D. solut. matrim. &* Stephan. Gratian. *discept. forens. 1. part. cap. 86. numero 14.*) Sebastian. *de Medic. de casibus fortuit. dict. 2. part. quæst. 6. num 17.*

292 His omnibus fermè descriptis, *in Ludouicum Gomezium* † incidimus, multa priuilegia infirmitatis nomine cumulantem, *in regul. Cancellariæ, de infirmis resignantibus intrà viginti dies, quæst. 9.* Quorum tamen pleraque neque (si verum amamus) priuilegium continent, neque infirmorum fauori conueniunt. Qui quidem congerere id potius intendisse videtur, vt quid quid de infirmitate scriptum reperisset, proferret. Neque absimiliter *Thom. Actius*, qui integrum *de infirmitate, eiusque priuilegiis, & effectibus* librum edidit. A quo mutuauimus nihil, nec dolemus quod anteà non perlegerimus, nil siquidem addere nobis conueniens visum. An benè vtroque legens iudicabit.

VTRVM ORPHANI Miserabiles sint? Legisque nostræ vnicæ priuilegio gaudeant.

SVMMARIVM.

1 *Orphanus, & pupillus à pari procedunt, & quasi idem sunt.*

2 *Orphanus quis dicatur? Et quis pupillus? Et an, & in quo differant?* & numero 3. 5. 7. & 8.

4 *Orphanus pro pupillo, & è conuerso frequenter vsurpatur.*

5 *Cui orphano legis nostræ vnica priuilegium competat? an impuberi, vel etiam puberi patre carenti?* & num. seq.

8 *Et an vtroque parente, vel altero tantum orbato?* & nu. 9. 10. & 11.

Et an ei qui in aui potestatem recidit num. 12.

Et an diuiti? num. 13.

E an maiori viginti annis masculo, vel fœmina 18. venia ætatis impetrata? nu. 14.

Et an hodiè, decem, & octo annis maiori, qui matrimonium contraxit? nu. 15. & 16.

Et an orphano alieno nomine agenti? n. 17.

9 *Legatum virginibus orphanis dandum, an patre solum carentibus dari possit.*

14 *Masculus viginti annis maior, & fœmina decem & octo ætatis venia impetrata, pro maioribus habentur, eisque restitutio, & legis nostræ vnicæ fauor denegatur.*

15 *Decem, & octo annis maior qui matrimonium contraxit, apud nos viginti quinque annis maior habetur.*

16 *Orba, quæ nupsit, orba esse desinit.*

QVÆSTIO IV.

De personis miserabilibus vsque adhuc ab Imperatore expressè designatis (pupillis nempè, viduis & diuturno modo fatigatis) simul egimus. Quibus, quia adeò (pupillis maximè) orphani proximi sunt, vt sæpè vni pro aliis sumantur neque modo proximus inter eos gradus, sed idem reputetur: de illis hìc agendum, benè institutus postulat ordo.

Ex dictis autem, præfataque non solum paritate, sed quasi identitate, idem in orphanis, quod in pupillis & generaliter, & in legis nostræ vnicæ specie dicendum; coniectabitur quisquam. 1

Sed vt suppositum ex quo relata consequentia deducitur, verum esse constet: & pupilli, & orphani descriptio fiat, conueniens est, legesque monstrare orphanum pro pupillo vsurpantes, sotique priuilegium vtrisque simul concedentes.

Primum igitur, ex *Ambrosio Calepino* (diligentissimo nominum, verborumque indagatore) *in dictionario suo verb. Orphanus*, deducitur dicente † orphanum eũ qui caret patre, præsidio 2

3 sidioque paterno: pupillum eum, † qui caret patre, cum tutore iuuetur. Ita fermè (ex Valla, *lib. 4. elegant. cap. 33.*) Ioan. Caluin. *in lexic. iur. eod. verbo*, refert, Orphanum pariter describente, vt sit qui patre caret, præsidioque paterno, & qui summoperè illius desiderat opem. Tenentque Ioan. Corras *in tractat. de inuent. in princ. num. 7.* Alciat. *prætermissor. libro 1. verb. Orphanotrophus.* Petr. Gregor. *syntagm. Iuris vniuers. part. 2. libro 2. cap. 1. numer. 5.* eisque relatis Stephan. Gratian. *discept. forens. capit. 666. numero 1. tom. 4.*

Constat iam de pupilli, & Orphani, ex vtriusque natura, paritate; quódque si in aliquo differant; id miseræ magis Orphani conditioni, pietatique illi debitæ accrescat.

4 Quare & pupillum pro Orphano, † & Orphanum pro pupillo non solum generaliter diuinæ literæ vsurpant, eosque eadem dispositione includunt (vt ex relatis, *quæst. præcedenti* locis *numero 202.* & alibi sæpè apparet:) sed etiam humanæ leges. In specieque nostra, Regiæ præsertim vniformiter sanciunt. Quos namque pupillos *lex nostra vnica* appellat: Orphanos ipsæ nominant, *l. 5. titul. 23. part. 3.* dum ait: *O por pleyto que demandasse huerfano, ò ome pobre, &c. l. 41. titul. 18. ead. part.* dicens: *Mueuense a las vegadas maliciosamente omes ya a ganar cartas contra los Huerfanos, è las Viudas, &c. l. 20. titul. 13. ead. p. in l. 14. ad fin. tit. 2. lib. 4.* Ordinam translata ad *l. 8. titul. 3. libro 4. nouæ Regiæ collectionis*, ibi: Pleyto *de Viudas, y Huerfanos, y personas Miserables, &c.* In quibus omnibus, & consimilibus, *præcedenti quæstione* relatis, de Orphano solum, cum viduis cæterisque miserabilibus fit mentio, nulla quidem de pupillis facta, pro pupillo, Orphano nominato. Quod aduertit (si animaduersione quod patet, eget) Couarru *practicar. cap. 6. num. 2.* de iure quoque ciuili hanc æquiparationem facientes, idem sustinent iudicium forique Orphano priuilegium concedunt multi, quos referunt, & sequuntur Ioan. Mar. Nouar. *in praxi elect. & variat. for. sect. 1. quæst. 4. num. 5. &* Didac. Perez *in l. tit. 1. lib. 3.* Ordinam. *verb.* Probres, *vers. Item est notandum, pag. mihi 463.* Ioann Neuizan. *in sylu. nuptial. lib. 6. tit. quomod. iudic. pro commun. opin num. 31.*

5 Vt autem omnimoda hæc adsit paritas, † forique priuilegio sit locus, Orphanum impuberem esse debere; requiri necessario videtur: cum his qualitatibus Pomponius in *l. Pupillus, 239. D. de verbor. signific.* Pupillum designet, inquiens: *Pupillus est, qui cum impubes est, desiit in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione.* Quare puberem patre carentem, intra vigintiquinque annorum meram existentem, nec Orphanum propriè dici nec legis nostræ vnicæ priuilegio gaudere; asseruit Castrens. *in eadem ipsa lege.*

6 Quam tamen sententiam aduersus, quatuordecimque annis maiorem, † infrà vigesimumquintum existentem, carentem patre, & Orphanum dici, & hoc fori priuilegio vti, firmarunt Gregor. Lopez, *in dict. l. 5. titul. 3. part. 3. glos. 4. verb. Huerfano*, communi in hisce Hispanarum Regnis receptum vsu testatus, & in *d. l. 41. titul. 18. ead. part. glos. 1.* Couarru. *practicar. dict. cap. 6. numer. 2.* Escobar, *de ratiocin. cap. 7. nu. 60.* Ioan. Mar. Nouar. *dict. quæstion. 4. numero 5* Francisc. Carrasc. (nullo horum, dempto Couarruuia, citato) *de casib. cur. numero 16.*

7 Neque ab Orphani propria significatione † id abhorrere, ex *Vallæ* auctoritate, iam *suprà numero 3.* relata, deducitur. Vbi pupillum ab Orphano in hoc ipso distinguit: quod pupillus sit, qui caret patre, est tamen in ea ætate cui tutor datur: eam ætatis qualitatem in Orphano non requirens, pro vt illum Couar. *citato loco* refert.

Sic pariter eum qui parente sit orbatus, nisi vtroque † simul careat, hoc fori priuilegio non 8
vti; ex multorum elicitur iudicio, illum propriè Orphanum appellantium; qui vtriusque parentis orbitatem sustinet, professique sunt Petr. Rebuf. *de sentent. præiudic. siue prouisional artic. 3. glos. vlt. numero 4. & in dict. l. Pupillus, col. 2. ad med. vers. Secundo quamuis,* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. in addit. ad cas. 66.* Steph. Gratian. *discept forens. dict. capit. 666. numero 2.* Ioan. Mar. Nouar. (ex his adducto nemine) *d. q. 4. n. 5.*

Post longam tamen disputationem contrariam partem † sequitur ipsemet *Gratian. vbi proximè, à num. 3. cum seqq.* concludens: Legatum 9
Virginibus Orphanis relictum, patre tantum carentibus (maximè aliis vtroque parente Orbatis non concurrentibus) dari posse, ita factum asserens. Et licèt aduersetur Perezius *in dict. l. 1. titul. 1. libro 3.* Ordinam. *verb.* Probres, *versic. Item est notandum*: infirmo tamen nititur fundamento; cum ab vsu loquendi illud iaciat; quo attento, patre carentem Orphanum appellari experimur. Tandemque is apud forensia tribunalia † pro eo 10
priuilegio consequendo inualuit vsus, de quo testatur practicus *Monterrossus*, citatus à Carrasco, *dict. tract. num. 17.* hæc eius verba referens: *Los menores de vente y cinco años, aunque sean ilustres, que sean huerfanos de padre, &c.*

Iureque optimo id vsus recepit † siue intrà pu- 11
pillarem ætatem existat Orbus, quia pupillus est, *dict. l. pupillus, 239* siue extrà, dummodo ad vigintiquinque annos non peruenerit, ob eius ætatis infirmum iudicium, vt latiùs *quæstione sequenti* prosequemur: siue quia (hoc præcipuè in casu, forique priuilegio) patre Orbus, matre quoque Orbatus (ea etiam existente) videtur, ex textus, & *Glossæ* ratione in *l. fin. C. ad leg. Flau. de plagiar.* cum parentis præsidium, aut illius vices ad filium tuendum, nequaquam mater suppleat: tantumque ab hoc absit; vt & ipsa potiùs Orba sit: Maritique Orbitate Miserabilis effecta, hoc fori priuilegio donata. Non ergo Orbata Mariti morte, Miserabilisque ea ratione effecta; aliis aut præsidio esse; aut aliorum miseram conditionem, sui existentia, tollere poterit, iuxta *Catulli* carmen *lib. 1. ad Mallium.*

Ne amplius à Misero dona beata petas.

traditque à *Nobis in Axiomat. lit. D. n. 14.*

Vnus sanè de iure communi † excipiendus 12
foret casus; qui neque patre carentem filium Orbum redderet, neque fori priuilegio locum faceret: si in Aui potestatem filius recideret, iuxta *præcedente quæstione* notata *numero 33. & seq.* vbi simul in id hodiernam obseruantium adiecimus.

Quibus sic stantibus, de Orphano quoquo diuitė † superiora intelligenda esse; sat *quæst. præ-* 13
cedenti dicta, *numero 29.* ostendunt. Præter quæ, breuiter in id expendere liber Regium vere textum, in *dict. l. 5. tit. 3. part. 3.* in verbis illis. *O por pleyto que demandasse huerfano ò ome pobre*: Orbitatem solam, etiamsi diuitiæ adsint: paupertatem, etiam Orbitate cessante, fori prædictum mereri fauorem, manifestè decernentem.

Non verò de orphano diuite vigintiquinque
14 annis minore, maiore viginti, † aut fœmina decem & octo annis maiore, ætatis venia impetrata, quibus, vt maioribus, & restitutio, & huiusmodi fauor denegatur. Sic tradunt Boër. *decis.* 350. *numero* 5. Cald. Pereir. (aliis adductis) in *l. si curatorem, verb. Implor. in integr. restit. numero* 47. etsi in contrarium *numer. seqq.* descendat, Priorem tamen tuetur Carrasc. *dict. tractat. num.* 23.

Idque ipsum hodiè in maiore decem & octo
15 annis, qui matrimonium contraxit, † sine aliqua venia obtinebit. Cum is, *Regia sanctione, decimo die mensis Februarij, anno millesimo sexcentesimo vigesimotertio* edita, *capit.* 19. & maior habeatur: & non suo modo, sed vxoris quoque (minoris licèt) administrandi facultatem habeat.

16 Quare, neque aliàs orbam, quæ maritum † adepta est, orbam deinceps reputari; neque legis nostræ, forique priuilegio, orbitatis prætextu, dignam esse: & manifeste superiora, & eleganter *quintilianus* sic, *declamat.* 218. probat: *Sicut nomen pupillorum, legitimo tempore finitur: sicut orbam nemo post nuptias dixerit, &c.*

Dicta prætereà de orphano, suo nomine † agente, non alieno, intelligenda sunt, iuxta *text. in l. 3. §. Sed virùm, D. de minor.* notátque Pereir. *in d. l. si curatorem, verb. Lesis, C. de in integ. rest. numero* 34. *& seq.* & aduertimus *quæst. præcedenti, numero* 41.

Necti & alia possent, quæ à pupillis *præcedenti quæstione*, & à minoribus, sequenti extorquere (sine violentia licebit.

VTRVM MINORES MISERABILES SINT? LEGIS NOSTRÆ VNICÆ FORI PRIUILEGIO VTANTUR? QUATENÚSQUE PRIUILEGIATI EXISTANT?

SVMMARIVM.

1 *Minores miserabiles censentur, eorumque restitutionis remedium dicitur miserabile.* Contra, n. 8. & seq.
Minorum fragile, & infirmum iudicium est, multis insidiis, captionibúsque suppositum. ibid. d n. 1.
2 *Minores suarum rerum plenè domini non sunt; alienaque voluntati subiecti seruorum specimen præ se ferunt.*
3 *Tutor dominus, vel quasi dominus rerum pupilli existit.*
4 *Qui liberam disponendi facultatem non habet, non multum ab specie seruientium differt.*
Libertas quid sit? ibid.
5 *Alterius arbitrio, regiminivè suppositus, miserabilis est.*
6 *Minor, prodigo, furioso cuilibetque alij adminiculo alterius egenti comparatur, miseri sunt, & fori priuilegio iidem ipsi gaudent.*
Infirmitas animi, corporis infirmitati praeponderat. ibid.
7 *Lex de pupillo, taxatiuè etiam loquens, in adulto quoque curatorem, vel administratorem habente, locum habet, & è contra.*
Taxatiua, casus similes non excludit. ibid.
Priuilegia pupillis concessa, aliis quoque personis, quæ per administratores reguntur, concessa videntur. ibid.
10 *Filius, vna eademque persona cum patre, corporisque paterni portio iudicatur.*
Bonorum filij dominus olim pater erat; & in quibus hodiè? ibid.
11 *Filius in sacris paternis constitutus, nec conueniri à quoquam, nec conuenire quemquam potest.*
12 *Pupillo tutorem habenti, an legis nostræ vnica fori electio competat?*
13 *Filius minor patrem habens emancipatus, fori priuilegium habet.*
14 *Vel si patrem inutilem habeat.*
15 *Aut longè absentem.*
Absens pro mortuo reputatur. ibid.
16 *Vel si actionem proponere, aut prosequi pater in iudicio omittat, renuat, expressevè remittat.*
Ex iniuria filio facta, actio patri nascitur.
Et an iniuriam hanc remittere pater possit? ibid.
17 *Vel si cum patre litiget, in casibus sibi à iure permissis.*
De minoribus qui scripserint: ibi.
18 *In omni regulariter casu, in quo damnum, læsionemvè, siue ex facto, siue omissione minor sensit, restitutionis remedio subuenitur.*
19 *Restitutionis auxilium, non pro magna solum, sed modica etiam læsione sibi minores vendicant.*
20 *Minor pluris quam oporteat prædium emens, pecunias cum vsuris recuperat: secus maiores, nisi vltrà dimidiam iusti pretij læsionem sentiant: intrà cuius metas contrahentibus se inuicem impunè decipere licet.*
21 *Iurisperitis Minoribus (ex veriori sententia) restitutio ex læsione competit.*
22 *Minores fisco comparantur, omniáque fisco priuilegia concessa (vbi contrarium expressè decisum non reperitur, aut disparitas euidens non apparet) minoribus competunt.*
Rem fisci, vel minoris distrahendi facultatem habens, fidem de pretio habere non potest, neque emptor ante pretij solutionem, dominium adipiscitur. ibid.
Sententia contra fiscum, pupillum, vel minorem lata, repertis de nouo instrumentis, retractari potest ibid.
Sententia contra fiscum, vel minorem per falsas probationes lata, est ipso iure nulla, ibid.
Fiscus priuato succedens, pro tempore præterito, priuati; pro futuro, proprio iure vtitur, ibid.
23 *Priuilegia prodigis, furiosis, & mente captis concessa, minoribus competunt, eisque minores comparantur.*
24 *Minores vniuersitati, & Ecclesiæ comparantur, & illis priuilegia concessa, minoribus quoque competunt.*
25 *Mora, re ipsa, absque interpellatione, minoris contrahitur fauore,* remiss.
Tacita hypotheca competit minori in bonis curatoris, malè illius res administrantis, ibid. remiss.
Alienatio rerum minoris; sine tutoris vel curatoris auctoritate, iudicisque decreto, non tenet, nisi in minoris vtilitatem cedat, ibid. remiss.
Res minoris pecunia empta, eius sit; regulariter

ter secus, ibid. remiss.

A cura onere, non nisi septuaginta annorum completa excusat ætas: in aliis quinquagintaquinque, ibid. remiss.

26 *Consuetudo priuilegium à lege concessum tollit; illudque dare potest.*

27 *Priuilegia minorum, consuetudo, non tollit. Et an minores, vt maiores arctet:* remissiuè

28 *Statuto pœnali, aut contra ius commune delictum puniente, minores non comprehenduntur.*

29 *Minores an à pœnis etiam Iure communi impositis, & quatenus liberentur?* & num. seq.

31 *Pœna pro delictis à minoribus commissis, temperandæ sunt, etiam si Minor delinquere sit solitus.*

32 *Minores, à dolo, & temeritate præsumpta excusantur; ideóque ab expensarum solutione, ob libelli mutationem.*

33 *Et à dolo, delictisque in omittendo, ipso iure, & absque aliqua restitutione.*

34 *Sententia contra ius minoris lata, ei non præiudicat maioribus præiudica.* & numero seq.

36 *Sententia contrà minorem indefensum lata, ipso iure nulla est etiamsi curatorem habeat, qui minorem indefensum condemnari passus sit; siue non habeat.* & duobus num. seqq.

37 *Citatio tutoribus, vel curatoribus facta, non sufficit vt contrà Pupillos, vel minores, pro quibus tutores, vel curatore adesse recusarunt; possit sententia ferri.*

38 *Quid si tutor defensurus minorem adfuit; sed abfuit postmodum? Quidvè si in principio non comparuit; in fine verò sic?* remiss.

39 *Contrà moiores citatos indefensos sententia lata tenet.*

40 *Sententia contrà Ecclesiam contumacem indefensam, administratorem habentem prolata tenet.*

41 *Contrà minorem contumacem vel malitiosè latitantem, hodiè ad sententiam, vel ad primum, & secundum decretum procedi potest.*

In absentia minor condemnatus, an possit in integrum restitutionem petere ad se purgandum, defendendum, bonaque recuperanda? ibid. remiss.

42 *Citatio minori sine curatore facta, etiam hodie nulla est, ex eaque neque incurri contumacia; neque sequi condemnatio potest.*

43 *Contumacia an minor notari possit? an forjudicari? Interpellatione in mora constitui? Aut ad interessis pœnam, si edere iussus, non edat, vt alij, teneatur?*

44 *Restitutionis ad minus, beneficio, aduersus sententiam, contumaciæ ratione, contrà minorem latam, ei subuenitur.*

45 *Sententia in minoris indefensi, vel absentis fauorem lata, cuilibetque actui in illius fauorem cedenti firmitatem Iura dedere.*

46 *Statutum certas in contractibus solemnitates requirens; in minorum contractibus locum non habet, quoties eorum melior sit conditio.*

47 *In minorum, vel Ecclesiæ rerum alienatione, solemnitates remittuntur, si euidens ex eâ minoris, vel Ecclesiæ vtilitas resultet.*

48 Textus in l. Iulianus, 14. §. Si quis à Pupillo, D. de actionib. empt. & in princip. inst. de auctorit. tutor. *qui in Pupillorum fauorem contractus claudicare permittunt; ad minores communiter Doctores extendunt.*

49 *Ignorãtia iuris neminem regulariter excusat:*

50 *Minores excusat.*

51 *A muneribus personalibus minor existit immunis, etsi vigesimumquintum annum sit ingressus.*

52 *Nisi aliorum inopia existat*

53 *Publicatis attestationibus, testes amplius super negotio principali admittendi non sunt.*

54 *Minores publicatis attestationibus, super eisdem articulis, testes alios producere possunt, ad idque conceditur restitutio.*

55 *De iure Regio restitutio hac intrà dies quindecim, à publicationis die numerandos, petenda est: quibus elapsis, eam lex denegat.*

56 *Præscriptiones decem, vel viginti annorum, quæ contra alios regulariter currunt: non contrà minores, qui etiam absque restitutione, legis, ætatisque beneficio, ius suum aduersus præfati temporis cursum, illæsum seruant.*

57 *Tempus querelam inofficiosi testamenti mouendi, minoribus non currit.*

58 *Quæ de voluntate dominorum in prædia conducta coloni inducunt, pignoris iure dominis obligata censentur: in domosque conductas illata, etiam absque domini scientia.*

59 *Minoris bona in prædium rusticum, vel vrbanum illata, tacitè prædij domino obligata non censentur, communiori Doctorum placito.*

60 *Carcerari pro debito minor non potest.*

Et an bonis cedere teneatur? Aut non cedendo, possit pro debito capi? ibid. remiss.

61 *Minor excommunicatus, an ab agendo repellatur?*

62 *Et quid in cæteris, de consuetudine saltèm? Et an iure consuetudo, stylusque nitatur?*

63 *Heredem interfecti mortem non vindicantem, an & quando hæreditate, perceptisque fructibus Iura priuent?* & numer seq.

64 *Minori ætati, sexui fœmineo, & impotentia in hoc parcitur.*

65 *Testes qualibet in causa testimonium ferre compelluntur, nisi specialiter priuilegiati reperiantur.*

Exceptio firmat regulam in contrarium. ibid.

Testificandi munus publicum est. ibid.

66 *A testificando se subtrahens, de corruptione, ac falsitate suspectum se reddit; eaque ratione, de vtroque contra se inquirendi, causam præbet. Et an de vtroque puniatur? Ad damna etiam, & interesse parti tenetur; Iudicisque arbitrio erit prætereà puniendus:* & num. seq.

67 *Minor testificari volens, an admittatur? Et an renuens, non compellatur;* & num. seqq. *vsque ad* 72. exclusiī.

69 *Num iurare Impubes, aut periurium committere possit?*

70 *Testis non iuratus, fidem non facit.*

72 *Confessio est omnium probationum melior, & efficacior.*

efficacior. Estque pro iudicato confessus.

73 *Minor sine curatore delictum in iudicio confessus, sibi non praeiudicat. Et quid in ciuilibus?* ibid.

74 *Priuilegium personale, personam sequitur, & extinguitur cum persona.*

75 *Restitutionis auxilium minoribus competens, ad eorum successores transit. Et an ad eorum fideiussores extendatur?* num. sequent. remiss.

76 *Minor aduersus omissam haereditatis extranei aditionem, ius petendi restitutionem, in extraneum etiam heredem transmittit.*

77 *Venditor, de euictione rei venditae emptori non tenetur, si emptor ei litem motam non denunciauerit.*

78 *Venditor, qui super re minori vendita scit litem motam, si liti non assistat, seque defendat; absque aliqua denunciatione, de euictione tenetur.*

79 *Moratoria dilatio è Principe concessa, ad minorum debita non extenditur.*

QVÆSTIO V.

1 MIserabilem esse minorem, † non obscurè *Tryphoni* verba in *l. Auxilium*, 38. §. *in delictis, D. de minorib.* probare videntur. Interque miserabiles, minores numerauit Alexand. *consil.* 122. *numero* 16. *versic. Et iudicio meo, libro* 4. Eorúmque restitutionis remedium, miserabile dixit Bald. *consil.* 465. *numero* 3. *libro* 1. & Sfort. Odd. *de restit. in integr. quaestione* 3. *numero* 10. Quam quidem miseram conditionem, & aetatis imbecillitas, & iudicij fragilitas inducit. *Cum inter omnes constet* (vt Vlpianus in *leg.* 1. *D. de minorib.* ait) *fragile esse, & infirmum huiusmodi aetatum consilium, & multis captionibus, multorumque insidiis suppositum.*

Quare nec sui arbitrij, nec suarumnet rerum,
2 † plenè minores existunt domini; sed alterius placito voluntatique subiecti, seruorum specimen prae se ferunt. Imò nihil à seruis differre; *Pauli Apostoli* testimonium comprobat, *ad Galat.* 4. aientis: *Dico autem, quanto tempore haeres paruulus est, nil differt à seruo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est, vsque ad praefinitum tempus à patre.* exornat (post haec scripta visus, scientissimus admodum, in scholis subtilis, in Tribunalibus expeditus, in scriptis elegans, in omnibus magister venerandus, multísque mihi nominibus colendus) D. Ioan. à Solorzano *de Indiarum iure, libro* 2. *cap.* 9. *numero* 49. *& antecedentibus, ac seqq.*

3 Dominúmque tutorem, † vel quasi dominum esse; celebris monstrauit Glos. *in l. Cum in vna,* 17. §. *Tutor, verb. Ad hoc inutilis est. D. de appellat. & relation.*

Idque non in pupillo solum, & minore; sed in
4 quolibet alio, qui liberam pro libito † disponendi facultatem non habet, probat Vlpianus in *l.* 2. *D. de liber. homin. exhibend.* inquiens: *Neque enim multum ab specie seruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi.* Expressius Aulus *Pers. satyr.* 5.

An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam.
Cui licet vt voluit?

Conuenit Diodor. Sicul. Bibliothec. *libro* 12. *Quanam, inquit, confessio certior, quod seruitutis acceptae testimonium, atque initium magis apertum dare potest, quam vbi vel inuitus prodita in alium arbitrium maiestate, cogaris Lacedamoniorum iussu consilia capere, ac veluti imperatis parendo, re tua relicta, quod alteri visum fuerit, sequi?*

Nec obscurè quidem *Iustinian.* libertatem definiens; naturalem, dicens, facultatem esse, eius quod cuique facere libet, in §. *libertas, instit. de iure person.* priúsque Cicer. *Paradox lib...* quem, multáque alia, idipsum confirmantia, in *Axiomatib. nostris, lit. A. num.* 569. congessimus.

Quemadmodum ergò seruum miserum, nemo negabit: & minorem reputandum similitudinis ratio omninò suadet. Ideóque alterius arbitrio † 5
suppositum, regiminevè egentem, *miserabilem* haberi; dicere Nouar. *consil.* 1 *titul. ne cleric. vel monach. lib.* 3. *volum.* Ioan. Mar. Nouar. (aliorum quoque relatione) *in praxi electiou. & variat. fori, quaest.* 6. *numero* 7. *sect.* 1. *&* Iacob. Cancer. *variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 1. *numer.* 13. *ad fin.* per textum in *c. fin. dist.* 86.

Inde prodigum † (cui minorem Imperatores 6
Dioclet. & *Maxim.* comparant, in *l.* 2. *C. de in integr. restit.*) & miserabilem, & huius debere participem esse fauoris, furiosum pariter, aut mentecaptum apparet. Cum enim corpore infirmos lex nostra vnica consimiléfque, & miseros dicant; & fori priuilegio iuuet: fortiori ratione, mentis Infirmitate pressos, & dicent miseros, & iuuabunt: cùm mentis Infirmitas, corporis Infirmitati praeponderet, vt *de priuileg. pauper.* 1. *part. q.* 14. *n.* 6. aduertimus. Qua quidem animi infirmitate minores laborare constat. A quibus hac ratione, ad pupillos, prodigos, & furiosos, ac generaliter ad omnes alterius adminiculo, patrociniovè tutoris, curatoris, vel administratoris egentes, fieri comparatio solet, vt (ex *dict. l. si curatorem habens*, cum ibi notatis) Cald. Pereir. tradit *ibid. verb. Hunc tractatum, numero* 1. *& verb. Cum non absimilis, numero* 1. *cum seqq.* Quae efficit, vt lex de pupillo loquens, in adulto quoque curatorem, vel administratorem habente, locum habeat, & è contra; etiamsi taxatiuè loquatur, cum nec taxatiua casus excludat similes, vt in specie notat, Ias. *in l. de pupillo, numero* 3. *vers. Nam regulam habemus, D. de oper. noui nunciat.* relatus à Ripa *in leg.* 1. §. *fuit quaesitum, D. ad* Trebel. probatus à Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 92. firmans inde, omnia pupillis priuilegia concessa, aliis quoque personis, quae per administratores reguntur, concessa videri, ex notabili doctrina Glossae *in l.* 1. *C. de curator. furiosi,* laudata à Baldo *in l. Iubemus, numero* 3. *versicul. ego quaero, C. de sacros. Eccles. &* Socin. *consil.* 65. *numero* 7. *libro* 4. quos in id referre dicit Cardinalem Alban. *in addition. ad* Bart. *in l. nostra vnica, &* Foller. *in sua pract. crimin. verb. Audiantur excusatores, numero* 103. *in fin. &* 104. ad legis nostrae vnicae propositum, eiusque fori priuilegium id trahentes; & veluti firmum, extráque controuersiam omnem (exemplo in hoc ad alia vsus) tradit Azeued. *in l.* 2. *titul.* 10. *libro* 8. *noua Regia collectionis, numero* 245. viginriquinque annis minori legis nostrae, forique priuilegium competere inquiens, nulla conformatione adducta, quippè qui dicat, in specie hac reperiri à Iure priuilegiatum minorem. Quod etiam arguendi genus aliis in id ipsum placuit; qui vt Ecclesiae, & vniuersitati priuilegium hoc arrogent; de minore (cui

(cui illud competere in dubiè supponunt) ad eas argumentum trahunt, vt in vtriusque quæstionis dispunctione videre licebit.

8 Contrariam † alij partem, sustinent, firmantes; adulto viginti quinque annis minori, non hoc priuilegium non competere, tenueruntque sic Cauens. *in pragmat. Cursu dilationum, num.* 28. quem refert, & sequitur Horat. Viscont. *in addit. ad* Vicent. de Franc *decis.* 100. *numero* 17. ita decisum in magna Curia vicar. dicens. Vtrumque referendo, sequitur Nouat. *in praxi election. & variat. for. dict. qu.*6. *numero* 5. Osuald. Hilliger. *in* Donel. *enucl. libro* 17. *cap.* 20. *lit. B.* Eo innixi fundamẽto, quod in *d. l. vnic.* pupillis priuilegium hoc conceditur: Pupilli autem, & patre orbati, & intrà pubertatis tẽpora existentes, dicantur, quod & *precedenti qu.* notamus. Inde *ex dicta legis* verbis eius priuilegio puberes exclusos censeri profitentur, contrariis respondere nitentes.

Nunc animum nobis adhibe, veram ad rationem:

Nam tibi vehementer noua res mollitur ad aures.

si cum *Lucretio de rer. natur. libro* 2. loqui nobis fas est. Neutram enim harum opinionum indistinctè, proque vt iacet, sustinendam arbitror.

Non priorem (quæ minori hoc priuilegium tribuit) si in quolibet casu, & in minore patrem quoque habente, velit procedere, vt velle generalitas, qua loquuntur, ostendit. Quod à legis nostræ, regiarumque similium mente, verbisque alienum esse constat. Cùm illa, pupillarem ætatem, hæ orbitatem, patrisque carentiam (quod idem in effectu est, vt *precedenti quæstione* notamus) requirant. Quare, neque intrà pubertatis annos existentem, patrem habentem, hoc priuilegio vti priuelegio vti apparet, quia nec orphanus, nec pupillus est, *Pompony* sententia *in leg. Pupillus*, 239. *D. de verb. signif.* Meritò inde, eos qui minores indistinctè (& sic patrem quoque habentes) ad hoc priuilegium admittendos dicunt, *Carrascus* damnat, *in tractat de casib. Cur. num.* 18. illosque prædicto fauore non gaudere; firmiter (post Vincent. de Franch. *decis.* 671.) asserit Philip. Paschal. *de vir. patr. potest. d.* 2. *p. cap.* 2. *num.* 92. *in fin.*

9 Non posteriorem (minoribus priuilegium hoc competere negantem) si etiam viginti quinque annis minorem orphanum (vt huius partis sequaces volunt) includat, ex traditis *quæstione precedenti*, vbi orphanum adultum, fori hoc priuilegio vti ostendimus, & aliorum, & *Didaci Conarru.* auctoritate; quem solum (alios enim eiusdem opinionis defensores, eis latuisse oportet) *Nouar. & Osuald. dict. locis* conantur euertere. Quod legibus regiis ita *Conarruuias* cautum dicat: Cùm ille tam regiis, quam nostræ quoque legis vnicæ ratione in id vtatur, vigeantque cæteræ, & quæstione præcedenti, & hac eadem perpensæ. Non enim quod lex pupillos nominarit, orbos adultos, iuxtà modum dictum, aliasvè personas ad quarum misericordiam natura mouemur, excludit; sed includit potiùs.

Primæ opinionis argumenta, *numero* 1. *& seqq.* recitata, facilè diluuntur, si de minore patre carente intelligantur, cui conueniunt, & in quo militant non in alio, quantumuis ætatis imbecillæ, infirmique iudicij, patris præsidio fulto, cum quo vna eademque persona reputatur, † idemque subiectum, iuxta vulgaria iura: 10
& quæ tradidimus *de priuileg. pa per.* 2. *p quæst.* 62. *n.* 13. & comprobat eleganter Scac. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 171. & commune vtriusque patrimonium, vt & *de priuileg. pauper.* 1. *p. q.* 4 §. 3. *num.* 153. *cum duobus sequentibus*, prosequimur, bonorumque filij, si in omnibus plenum vt olim ius habet pater; illud tamen & in profectitiis retinet, & in aduentitiis vsumfructum, ex §. 1. *instit. per quas person. in l. Cùm oportet*, 6. *de bonis quæ liber. & l.* 5. *titul.* 17. *part.* 5. quorum illum legitimum administratorem citatæ leges constituunt: pro quibusque, † neque 11
conuenire quemquam filius patria subditus potestate, neque conueniri à quoquam regulariter potest. primum text. probat, *in l. vlt. Cod. de bon. quæ liber.* Secundum, *in l.* 1. *C. de bonis matern. & in l.* 1. *C. de annal. except.* & vtrumque text. *in c. fin. in fin. de indic. lib.* 6. nominatimque Glos. *in c. Quorum vices*, 6. *vers. illos* 68. *distin.* profiteturque Socin. *regul.* 195. Matant. *de ordin. iudic.* 4. *part. distin.* 16. *numero* 19. *&* 32. Roland. *à* Valle, *consil.* 46. *num.* 3. *lib.* 2. Paz. *in prax. tom.* 1. *part.* 1. *temper.* 2. *num.* 15. *& sequent.* Iacob. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 385. Petr. Barbos. *in l.* 2. §. *quod si in patris, num.* 19. *D. solut. matr.* Ex quibus non magis filio huic, quam patri ipsi legis nostræ vnicæ remedium competere infertur, cùm nec pupillo tutoris auxilio, † tutela- 12
que munito competere, ausus sit tenere Castr. *in rubric. d. tit. C. quando Imper. inter pupil. & Vid.* etsi illum meritò Osuald. *in* Donel. *enucl. lib.* 17. *cap.* 20. *lit. B.* & communis improbet. Non enim parentis vices tutoris existentia supplet, Prouidéque ideò lex nostra vnica, consimilesque regiæ de pupillis, & orphanis mentionem fecere, & in prædicto sensu meritò à Doctoribus sunt receptæ: cum tutoris adeptio non efficiat quominùs pupillus esse desinat: neque pubertas sola, orbitatem, ex eaque miserationem nascentem tollat, vt & ratio ipsa, & rationi inseruientia suprà relata iura, referendaque proximè, demonstrant.

Adhuc tamen, & minori patrem habenti, huiusmodi beneficium concedi debere, † quibus- 13
dam in casibus ratio eadem, pietasque suadent. Primò si minor emancipatus sit; orbum namque tunc patre censeri: idemque filij emancipationem quod patris mortem operari, & æquiparari vtrumque, ex decreto Pomponij constat, *in dicta lege pupillus*, 239. *D. de verbor. signific. Pupillus est (ait) qui cum impubes est, desinit in potestate patris esse; aut morte, aut emancipatione.* Vlpianique verbis, *in l. Sed si vnius*, 17. §. *Sed etsi pater, versic. idem est. D. de iniur.*

Secundo, si patrem quidem minor habeat; inutilem † tamen, cum idem sit non habere, vel 14
habere inutilem, vt plurimis in *Axiomatib. lit. H. num.* 3. comprobamus, & in specie de nupta inutilem maritum habente, *infrà quæst.* 7. Præter quæ *Vlpiani* ad præsens, referre verba libet, *in d. l. Sed si vnius*, §. *Filiofamilias*, dicentis, *Filiofamilias iniuriam passo, si præsens sit pater, agere tamen non possit propter furorem, vel quem alium casum dementiæ, puto competere iniuriarum actionem. Nam & hic pater eius, absentis loco est.*

Vndè & tertia quoque limitatio descendit, 15
si longè absentem patrem † minor habeat: pro mortuo enim & hunc reputari, elegans *Pomponij*

ponij responsum probat, *in leg. mulcta, 6. D. de condit. & demonstr.* his prolatum verbis: *Mulcta testamento non committitur ab herede, vel legatario, vel eo, qui ex vltima voluntate aliquid lucratur, qui alicuius arbitratu, monumentum facere iussus sit, si is cuius arbitrium est, non viuat, vel adesse non possit.* ad idque textum hunc notabilem dicit Bal. *in l. mater, numero 18. C. de rei vindic.* & firmant Boër. *decis.* 88. *numero* 2. Sfort. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 5. *numer.* 27. *part.* 1. & Paul. Fusc. *in singularib. suis, lit. A. numero* 3. *ad fin.* Mortuumque absentem, proque mortuo haberi dicit Bon. Octau. *in c. si delegat.* 7. *de offic. & potest. iudic. deleg. libro* 6. censeátque Caius in *l. mulieris*, 13. §. *fin. D. de verb. signif.* inquiens: *Abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.*

16 Quartò, si patrem, præsentem habeat; actionem tamen pro filio mouere † & prosequi in iudicio omittat, renuat, expressivè illam remittat. Veluti, pro iniuria filio facta, ex qua nascitur actio patri, *l. 1. §. fin. de iniur. l. 9. tit. 9. part. 7.* cuiusque remissionis facultatem ab *Vlpiano* obtinuit in *dict. leg. sed si vnius*, 17. §. *filiofam. versicul. Planè, D. de iniur.* eo dempto casu, quem *ibidem* in hunc excipit modum: *Interdum tamen putamus, etsi pater remittat, iniuriarum actionem filio dandam: vt puta, si patris persona vilis, abiectaque sit; filij honesta. Neque enim debet pater vilissimus, filij sui contumeliam, ad sui vtilitatem metiri.* Quo quidem, vel simili, in quo filio, etiam inuito patre, in iudicio experiendi sit facultas data: fori priuilegio vti posse, aduersariumque suum ad Principis tribunal in prima cognitione causæ deferre; asserendum venit, cum in eo requisitæ ad id qualitates existant, Minoris ætatis, paterni præsidij defectio, in idque saltem, Orbitas, & potens miserationis ratio.

17 Quintò, si cum patre sit minori † litigandum, vbi lis sibi cum patre esse potest: quod *text.* monstrat in *l. lis nulla*, 4. & *ibi gloss.* 1. & 2. *D. de iudic.* in *l. 2. titul. 2. part. 3. in l. 11. titul. 17 part. 4. & ibid.* Gregor. Lop. superioribus rationibus. Et ita affirmat Franciscus Carrascus *dict. tract. de casibus Curiæ, numero* 18. *in fin. & num.* 19. hunc solum in minore patrem habente, vt dicto fori priuilegio vtatur, casum excipiens.

Hæc quoad principis quæstionis materiam: Ad cætera verò minorum priuilegia, in immensum se extenderet, si vel sigillatim omnia, vel restitutionis saltem prosequeremur, cum & integri in Digestis, & Codice huius rei tituli, Doctorumque tractatus extent. Vnum *Ioannes Maur.* composuit; maiorem, copiosioremque postmodum alium *Sfort. Odd.* tradideteque multa Cald. Pereir. *in l. si curatorem, C. de in integr. restit.* Donel. *libro* 21. *Digestor. capit.* 9. *& ibid.* Osuald. *in eius annotat.* Prosper. Farinac. *praxis crimin.* 3. *part. quæst.* 181. *capit.* 10. *per totum.* præsertim etiam *à n.* 374. *cum sequentibus.*

18 Id vnum (materiam fermè totam hanc complectens) in medium proferam: In omni regulariter casu, † in quo damnum, læsionemvè minor sentiat, siue ex facto, siue ex omissione proueniat: eidem restitutionis remedio subueniri, ex *Vlpiani* responso in *l. 1. D. de minor.* & Cæsarum constistitutione in *l. minoribus*, 8. *C. de in integr. restit. minor. minoribus* (dicunt) *in his, quæ vel prætermiserint, vel ignorauerint; innumeris auctoritatibus constat esse consultum.*

Quod quidem auxilium, non pro magna solum, † sed modica etiam læsione sibi Minores 19 vendicant, vt ipsius *Vlpiani* auctoritate, *in l. minoribus*, 6. *D. de minor.* Pomponij in *l. Etsi sine*, 8. & Caij, in *l. Patri*, 28. §. *Item ex diuerso, D. eod. titul.* eruditus comprobat Fachinæus *controuers. libro* 3. *cap.* 4. *vers. de mediocri læsione*, multósque in id allegans Sfort. Odd. *de restit. in integr.* 1. *part. q.* 4. *art.* 12.

Ideò, minorem pluris quam oporteat, † prædium ementem, pecunias cum vsuris recuperare, 20 asseruit Ioan. Cop. *de fruct. libro* 4. *titul.* 1. *cap.* 1. *n.* 2. inter Doctorum tractatus, *tom.* 17. *pagin. mihi* 253. Cum maioribus, non nisi vltra dimidium iusti pretij læsis iura subueniant, iuxta Imperatorum *Diocle.* & *Maximin.* decretum in *l.* 1. §. *fin. C. de rescind. vendit. & in l. Si voluntate*, 8. *C. eod.* vbi aiunt: *Hoc enim solum, quòd paulo minori pretio fundum venditum significas; ad rescindendam venditionem inualidum est*, & *legis* 56. *titul.* 5. *part.* 5. cuius intra pretij metas, licitum contrahentibus esse se circumuenire, in prouerbium abiit, ab *Vlpiano* (ex *Pomponij* sententia acceptum) in *l. In causæ, secunda*, 17. *in ord.* §. *Item pomponius, D. de minorib.* dicente: *Item pomponius ait, in pretio emptionis, & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire.* & à Paulo, in *l. Si pretio*, 25. §. *fi. D. locat.* verbis illis: *Quemadmodum in vendendo, & emendo, naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere: quod minoris sit, pluris vendere, & inuicem se circumscribere: ita & in locationibus quoque, & conductionibus idem iuris est.* Qua de re infinitos penè agentes retulimus, in *Axiomatib. lit. C. nu.* 201. per quos an, & quando procedat, videre licet.

Adeóque restitutionis auxilium diffunditur: vt etiam ad Iurisperitos † minores extendatur; qui- 21 bus prodesse (ex magis consona iuri sententia) tradidere Sarmient. *selectar. opin. capit.* 12. & Andr. Fachin. *controuers. dicto libro* 3. *c.* 5. eáque de re, Sfort. Odd. *dict. tract.* 1. *part. quæst.* 23. *art.* 7.

Pleraque prætereà pupillis iam à nobis priuilegia assignata omittere, in mentem venit; sed ne solum pupillis competere viderentur: in minoribus quoque loquentia Iura, Doctores, cæteraque specialia adiicere nobis conueniens visum est. Vtque in tantæ latitudinis campo, & vasto pelago, breuius iter conficere, & portum appellere possimus: nec onere pressam, aut necessariis vacuam ratem freto damus: ita vt nec prolixitas, tædium; breuitas famem generet, vtilibusque materiam priuet: compendiosa quoad fieri possit, via vtentes. Neque multum difficilis assequutio, si generalia quædam) ex quibus in multorum simul cognitionem deuenitur, auctoritatibus firmata) supponamus.

Quorum sit primum: minorum ad fiscum † 22 comparatio. Quæ omnia fisci priuilegia minoribus competere, vbi contrarium expressè decisum non reperitur, aut euidens disparitas non adest, suadet, & comprobat Accurs. *in l. Si procurator*, 5. *paragrapho fin. verb. soluto, in fin. D. de iure fisc.* eius textus decisionem (facultate habendi fidem de pretio, cum priuantis, cui res fisci distrahendi, data erat) minoribus commodans, &, cum multis confirmat Euerar. *in locis legal. loco, A fisco ad minores, numer.* 1. *cum sequentibus.* tria alia similia, dicta æquiparatione subnectens:

de

De ſententia contrà fiſcum lata, quæ ſpeciali priuilegio, de nouo repertis inſtrumentis retractari poteſt, *l. Imperatores* 35. *D. de re iudic. vbi* Gloſ. *verb. negotio publico*, idem minoris cauſa dicit: de ſententia contrà Fiſcum per falſas probationes lata, contrà abſentem ſcienter factas, ipſo iure nulla: De fiſco priuato ſuccedente, qui pro tempore præterito, priuati; pro futuro, proprio iure vtitur, *l. Fiſcus* 6. *D. de iure Fiſci*, Minoribus tribuens: alterum, Baldi *auctoritate*; alterum gloſſæ *in l. apud* Iulianum, *verb.* Marcellus *D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.* de quibus omnibus longiùs *infrà quæſt.* 8. aliaque huiuſce æquiparationis, & aſſertionis confirmationem ipſe proſequitur *Euerardus.* Quinimò, minorum fauorem, fiſci præferri fauori; iam *quæſt.* 3. *numero* 91. oſtendimus.

23 Secundum, omnia quæ prodigis, & † furioſis priuilegia competunt; minoribus etiam competere: & *ex titul. D. & C. de curat. furioſ.* deduci poteſt, & tradit (vtroſque comparando) idem Euerard. *loco A minoribus ad furioſos, mente captos, ſeu dementes*, & *nos inferiùs, quæſtione* 19.

24 Tertium, priuilegiorum Eccleſiæ, † & vniuerſitati conceſſorum, participes eſſe minores diſcrimine non apparente, veluti inter quos ſimilitudo exiſtit, fiatque comparatio, vt per eundem Euerard. *loco de minoribus ad Eccleſ. & de pupillo ad rempublicam*, & *nos in axiomatibus litera A. num.* 514. Quæ quot, quantaque ſint, non facilè dictu, & laborioſè, *quæſt.* 8. & 10. *infrà* congeſſimus.

Quare, plura hîc omittere, quæ vel dicenda
25 ibi, vel *quæſt.* 3. iam dicta extant, operæ pretium erit. veluti de mora † quæ abſque interpellatione, reipſa minoris contrahitur fauore, de ſententia contrà minorem ex falſis allegationibus lata: de tacita hypotheca, quæ in curatoris malè adminiſtrantis bonis minori competit. de alienatione, quæ abſque tutoris, vel curatoris auctoritate Iudicis decreto non tenetuſi in minoris vtilitatem cedat, valente: de re pecuniis minoris empta, quæ eius fit, cùm non æquè in cæteris quorum pecunia res emitur, accidat: de ſene, qui non niſi ſeptuaginta completis annis à curæ onere excuſationem rectè petit: cum ab aliis perſonalibus muneribus quinquagintaquinque annorum eximat ætas: aliaque ſimilia alibi repetita, data opera prætermittimus, & tranſitum ad cætera facimus.

26 Licet conſuetudo priuilegium † à lege conceſſum tollat, cùm iuri communi præualeat, ex *Iuliani* reſponſo, *in l. de quibus*, 31. *in fin. D. de legib. & ibid.* Gloſ. 1. *& in cap. fruſtrà*, 7. *in ord.* 8. *diſt. gloſ.* 1. *& in cap. Mos antiquus*, 6. *diſt.* 65. Salazar. *de vſu, & conſuet. cap.* 2. *à num.* 1. Poſſeque conſuetudinem, ex vi, & efficacia ſua, legem abrogare profitentur Petr. Rebuf. *ad conſtit. Gallic. tom.* 1. *in præfat. de conſuetud. quæſt.* 5. *numero* 59 Cald. Pereir. *in l. Si curatorem, verb. Contractum feciſti, numero* 24. *C. de in integr. reſtitut.* Cardin. dominic. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. C. concluſ.* 806. *& concluſ.* 814. Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 2. *part.* 1. Azor, *inſtit. moral. part.* 1. *libro* 5. *capit.* 17. Suarez., *de legib. libro* 7. *cap.* 18. ſi modo rationabilis, & legitimè præſcripta ſit, Gregorius nonus diffinit, *in cap. fin. ad fin. de conſuetud.* & Conſtantinus Imperator *in l. quæ ſit longa conſuetud.* Quemadmodum enim dare priuilegium conſuetudo poteſt, *text. in capit. Quia per ambitiones*, 5. in ordine, *diſt.* 64. vbi notat Gloſ. *verb. antiquitas, text. in cap. Conqueſtus*, 8. in ordine, 9. *quæſt.* 3. *& ibid.* Gloſ. *verb. conſuetudo, in fine*:) ita & auferre, ex ratione *legis*, 5. *D. de regul. iur.*

Minorum tamen priuilegia † conſuetudinem 27
tollere non poſſe firmauit Curt. *in tract. de ſtatut. ſect.* 9. *numero* 33. inter tractatus Doctorum, *tom.* 2. *pag. mihi* 179. Eſſet enim irrationabilis, & inefficax conſequenter, vt diximus. Omittimus quæſtionem ex textu *in l. Si ſiue hærede*, 33. §. *Lucius Titius*, *D. de adminiſtr. & peric. tutor.* an conſuetudo minores quoque vt maiores arctet.

Nec pariter ſtatuto † pœnali contrà iuris 28
communis regulas delictum puniente, minores includi, aſſerunt Marſil. *ſingul.* 481. *in fin.* Roman. *ſingul.* 816. & multis comprobans Farinac. *praxis crimin.* 1. *par. qu.* 11. *numero* 29. *& ſequent.* licet ibi Doctores, & plures in contrarium rationes afferat: priorem tamen reaſſumit, *idem ipſe, qu.* 15. *num.* 51. *& q.* 24. *num.* 169. eam veriorem dicens, & *qu.* 92. *num.* 143. *& ſeqq. tom.* 3. Sforr. Odd. *de reſtit. in integr. qu.* 15. *art.* 7. *nu.* 64. Vincent. Carot. *in tract. de minore in delictis excuſand. quæſt.* 33. *numero* 3. *& ſeqq.* contrariis ſatisfaciens.

A pœniſque etiam iure communi † ſtatutis, 29
conſultorum reſponſa, Imperatorumque decreta minores excuſant. Illorum Vlpian. *in l.* 1. §. *Impubes, D. ad SC. Syllan.* in hunc modum: *Ætas enim excuſationem meretur.* Paulus *in l. ferè*, 109. *D. de regul. iur. Ferè in omnibus pœnalibus iudiciis, & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur.* Claudianus: *In huius rei conſideratione, ætatis quoque ratio habetur.* de hoc ipſo agens, in *l. aut facta*, 16 §. *Perſona, in fin. D. de pœnis.* Horum, *verus, & Antonin.* in caſu ſaltem & modo infrà proximè notando. *Regiaque* 8. *tit.* 31. *part.* 7. Ne alia iura in infantibus, ac pupillis loquentia (ſuo iam loco dicta) referamus. Excuſandos enim in delictis etiam puberes, † mi-
30 nores tamen, ætatis fragilitas ſuadet, & notat Gloſ. *in d. l.* 1. §. *Impubes, verb. Ætas, & dec. in d. l. ferè, n.* 3. Si non omninò (*Cum neq; in delictis neq; in calũniationib. Pretorẽ ſuccurrere oportere, certi iuris ſit.* vt Triphonius ait, *in l. Auxilium* 38. §. *Et cum neque*, *D. de minor.* veruſque, & Antonin. Imperatores: *Etenim malorum mores infirmitas animi non excuſat.* dicunt *in l.* 1. *C. ſi aduerſ. delict.*) magna ex parte, vt idem ipſe Triphonius in *eadem l. auxilium*, §. *In delictis* (ſuam moderatus ſententiam) hunc in modum profitetur: *Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit.* Imperatoreſque *in d. l.* 1. *Si tamen delictum non ex animo, ſed extrà venit, noxia non committitur, &c.* In hancque venere ſententiam propè innumeri, quos recenſet Farinac. *de pœn. temperand. qu.* 92. *n.* 41. plurimos quoq; *numero* 43. reſtitutionis auxilium ad id deſiderantes, totidemque *numero ſequenti*, neceſſarium eſſe negantes, referens. Qua in re (vt aliorum allegationi parcamus) conſulendus nouiter *Vincent. Carot. in tractat.* quem *de minore in delictis excuſando*, edidit. nobis (præter iuris communis fundamenta, pro negantiũ parte adducta) textus adeſt, *in d. l.* 8. *titul.* 31. *part.* 7. & pœnam, & tempus minoribus ſic diminuens, *E ſi por auentura el*

el que ouieße erreado, fueße menor de diez annos è medio, non le deben dar ninguna peua. E si fueße mayor desta edad, è menor de diez e siete annos; debenle menguar la pena què darian a los otros mayores por tal yerro.

Illud prætereà in proposita specie adducere
31 cogor, temperandam ætatis ratione pœnam delicti fore, etiam si Minor solitus † sit delinquere, ex *Carrerio in practic. crimin. in 2. tractat. de homicidio, §. Circa quartum, numero 5.* cum *Marsil.* ab eo citato, *singul. 377. incip. Geminatio, ad fin. Iosepho Ludouici decis. Lucens. 17. numero 81. & sequentib. part. 1.* geminationem maiorum delicta, non Minorum aggrauare, firmante, *Sfort. Odd. de restitun integr. quæstion. 80. numero 98.* Farinac. (eosdem referens) *dict. quæst. 92. numero 138.* per quem plura hac de re ad longum tradita videre licet. à doloque & temeritate præsumpta
32 † Minorem excusari, *numer. 161.* tradit, tenuereque (præter ibi citatos) Bartol *in tract. de testib. n. 108. &* Marc. Anton. Nat. *cons. 16. n. 2. lib. 1:* Inde) cum aliis, aduers. *Bart. Salicet. & Alex.*) inferens, ac defendens; ob libelli mutationem ad expensarum solutionem Minorem non teneri.

33 In delictis autem in omittendo, † ipso iure vigintiquinque annis Minorem excusari (ex recepta, & communi sententia, cum *Aret. Cagnol. Anton. Gomez. Petro a Plac. Ioseph. Ludouic.* & aliis) *Farinac.* firmat *dict. quæstion. 92. numero 70.*

34 Sententiam contrà ius Minoris † latam ei non præiudicare, ex l. 1. & 2. *C. si tutor, vel curat. falsis allegation. excusat. sit,* deduxit Glos. *vnic. in dict. l. 2. versicul. Item nota quod etiamsi.*
35 Maioribus † verò præiudicium afferre; ex *l. Quinquaginta, 6. C. de excusation. tutor.* cuius sententiam non sequitur modo; sed transcribit Dionys. Gothofred. *in annotationib. ad eandem legem, verb.* Impetrasse, *lit. O.* proximèque adiiciendæ Regiæ leges confirmant.

36 Sic & contrà Minores indefensos † sententiam latam, esse ipso iure nullam, *Dioclet. & Maxim.* Imperatores in *l: Cum & Minores, 4, C. si aduers. rem iudic.* his verbis decreuerunt: *cum & Minores vos esse affirmetis, & indefensos nullum vobis preiudicium fieri Præses prouinciæ pro sua grauitate curabit.* Paulúsque in *l. Acta, 45. §. fin: D. de re iudic.* in hunc modum prædixerat: *Contrà indefensos Minores, tutorem, vel curatorem non habentes, nulla sententia proferenda est.* & in *l. Contra Pupilum, 54. D. eod. titul. Contra Pupillum indefensum, eumque qui Reipublicæ causa abest, vel Minorem vigintiquinque annis, propositum peremptorium nil momenti habet.* profitenturque Sebas. Bant. *de nullit. sentent. titul. de defect. proces. num. 132. versic. Limitatur,* Marc. Anton. Natt. *consil. 18. num. 165. libro 3.* Grammatic. *consil. 114. numero 9. & seq. in ciuil.* Roland. à Vall. *consil. 72. numero 30. & consil. 85. numero 77. libro 3.* Bernard. Diaz. *regul. 219. limit. 3.* Francisc. Viui. *decis. 86.* Francis. Person. *cons. 8. numero 11. libro 1.* Suntque *Regiæ leges 11. titul. 2. & l. 12. titul. 22. part. 2.*

37 Idque etiam si curatores habeant, † qui Minores indefensos condemnari passi sunt (argumento *legis primæ, §. Et quidem, D. quod cuiusque vniuer. sit. nomin. & dicta leg. Cum & Minores, C. si aduers. rem indic.*) singularis firmauit *Glos. in dict. §. Contra indefensos, verb. Nec habentes.* vbi pariter *Bolegn. in glossa marginali* notauit, citationem tutoribus, vel curatoribus factam, non sufficere vt contra Pupillos, vel Minores pro quibus tutores, vel curatores adesse recusarunt; possit sententia ferri.

Siue curatores non habeant, † contrà quem 38
sententiam latam non tenere; etsi nullo iure expressè firmatum; ab omnibus tamen receptum dicit Accurs. *in d. leg. Cum & Minores, verb. Nullum,* satisque videtur expressus *dicta l. Acta in § fin. & in dicta l. 11. titul. 2. pars. 3.* Quid autem si curator defensurus Minorem adfuit, sed adfuit postmodum? Quidvè si à principio nó comparuit, in fine verò vtque; videre per *dictam glos.* licet.

Contra maiores verò citatos, † indefensos, 39
validam, firmamque sententiam esse, *Iustinianus* sanxit (forma contra absentem procedendi, data in *l. Properandum, 11. §. Sin autem reus, C. de iudic.* præsenseratque Paulus, in *l. De vnoquoque, 47. § Vnic. D. de re indic.* sanxereque *Regiæ leges 10, titul. 22. part. 3. l. 3. titul. 10. l. 1. & 2. titul. 11. libro 4. nouæ Regiæ collectionis,* quæ etiam lite non contestata, contra contumacem absentem procedendi, ferendique sententiam facultatem concedunt. In quo antiquius ius, contestationem ad id requirens, immutant, vt aduertit (plenè rem hanc pertractans) Paz *in praxi primi tom. parte secunda, per tot. pag. mihi 80.*

Et in hoc Minorum priuilegium, Ecclesiæ † 40
priuilegio fortius contra eam siquidem indefensam, & contumacem administratorem habentem, lata sententia valet, dispositione *textus in cap. Prout. 4. & cap. fin. de dol. & contum.* tenuitque sic Marsil. *sing. 44.* & eum sequutus Bernard. Diaz, *dict. regul. 219. fallent. 3.*

Etsi hodiè contra Minorem contumacem, † 41
vel malitiosè latitantem ad sententiam, vel ad primum, & secundum decretum procedi posse, *lex 3. dict. titul. 11. libro 4. nouæ Regiæ collect.* decernat. De cuius materia, & an in absentia, Minor condemnatus possit post annum in integrum restitutionem petere, ad se purgandum, defendendum: bonaque recuperanda: latè differit *Gutier. practicar. quæst. 3. part. quæst. 34. per tot.* Adhuc tamen citationem Minori sine curatore † factam (cum legitimam personam standi 42
in iudicio non habeat) nullam esse; ex eaque ideo neque contumaciam si non compareat incurri; neque condemnationem sequi posse (post *Auend.* à se adductum *Azebedus* firmat in *dict. l. 1. num. 39. tit. 11. lib. 4. noua Reg. collect.*

Contumaciaque Minorem notari † non pos- 43
se dixerunt Caccialup. *de debitore suspect. quæst. 5. numer. 3.* Matth. Brun. *decision. honor. quæst. 3. quart. princip. n. 15. & 20.* Nisi in aperto sit dolo, vt si nolle comparere expresè dicat, non si in præsumpto: veluti si personaliter etiam citatus non compareat: quod cum ex negligentia, dolovè præsumpto accidat; ab eoque Minorem excusari, *supra num. 32.* dixerimus: non reputari hac in specie Minorem contumacem, sequitur, & tradit sic) ex *Bal. Angel. Castr. Ias. Dec.* & aliis) *Prosper. Farin. praxis crimin. part. 1. quæst. 11. n. 27.* nec contra eum contumaciæ ratione sententiam latam exequi posse, cum multis firmat *numero 26.* Ad cuius finem (ex *Bos. in titul. de bann. n. 3.*) secundum bannum (& sic diffinitiuam sententiam) contra Minorem indefensum ferri

ferri non posse asserit, pariterque *Mastril.* fori iudicari non posse, *decis.16*. Neque in mora constitui interpellatione vera, & iudiciali, dixit *Steph. Forcat. in tract. de mora, 1. part. num. 23.* Neque interessis pœnam, quòd edere iussus, non edat (quam alij patiuntur, iuxta *l. si quis ex argentariis, 6. §. ex hoc edicto, l. vbi, 8. & l. Argentarius, 10. §. Cùm autem, D. de edend. & l. locũ, 3. §. Condemnatio, D. de tabul. exhib.* vel actionum denegationis, iuxta *Glossæ fin.* sententiam, in *leg. 1. §. fin. D. de edend.*) minorem pati, *Vlpianus* prouidit *in eodem met §. fin. & ibidem* notauit Accurs. *verb. eis, qui ob ætatem, & verb. Subuenitur. &* Marc. Anton. Natt. *consil. 16. numero 2. libro 1.*

44 Ad minusque contumaciæ ratione minori condemnato, † restitutionis auxilio subuenit Hermogenianus in *l. Minor, 9. D. de minorib. Minor, ait, etiam si quasi contumax condemnatus sit; in integrum restitutionis auxilium implorabit.*

45 In eius verò indefensi, absentisvè fauorem † sententiæ latæ, cuilibetque generaliter actui in ipsius vtilitatem cedenti firmitatem iura dedere, in *l. non eo minus, 14. C. de procurat.* & quæ Glos. *ibi verb. In damnis* numerat. *Minoribus enim ætas* (vt ibi Gordianus Imperator ait) *in damnis, subuenire, non in rebus prosperè gestis subesse consueuit.* in l. 11. tit. 2. part. 3. *E el que de otra guisa fiziesse demandada contra a tal persona que no ouiesse edad complida; si el juyzio fuesse dado contra el demandado, non debe valer: è si fuesse dado a su pro, è dano de demandador; es valedero.* Simile in *l. 3. titul. 5. & l. 12. tit. 22. vers. Esso mismo, ead. part.* ibi: *Esso mismo dezimos, que si el juyzio fuesse dado contra menor de veynte y cinco años, ò contra loco, ò desmemoriado, non estando su guardador delante, que lo defendiesse: ca tal juyzio non debe valer: fueras ende si lo diessen a pro dellos.* Vt alia in pupillorum gratia *quæstion. 3. numero 150. & 56.* omittamus. Quorum & illud Minoribus (multorum opinione) conuenit: statuto solemnitates certas in contractibus requirente; in minorum contractibus locum non ha-

46 bere, quoties melior † eorum fit conditio: in qua extitere Socin. *cons. 160. numero 17. libro 4.* Ruin. *consil. 161. numero 3. libro 2.* Gratian. *cons. 46. numero 26. libro 1.* Roman. *cons. 416. numero 2.* Mandos. *in addit. ad eundem, cons. 353. verb. voluerit,* Rip. *in l. Furioso, post princip. D. de re iudic. & in leg. is cui bonis, n. 46. D. de verbor. oblig.* Andr. Tiraquel. *de legib. connubi al. glos. 9. nu. 76.* quos referens, sequitur Stephan Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 565. numero 56.* addens *numero 59.* in rerum Minorum, vel Ecclesiarum alienatione requisitas solemnitates remitti si ex ea eui-

47 dens † minori, vel Ecclesiæ vtilitas resultet, in confirmationem *Ancharranum* adducens in *clement. 1. notab. 4. de reb. Eccles. non alienan.* innixum *textu in cap. 1. eod. titul. & in cap. sine exceptione, vers. quod non sit dubium profuturum, 12. quæst. 2.* Corn. *consil. 43. numero 3. versic. Præterea, libro 2.* Barbat. *consil. 40. numero 1. libro 1. &* Rot. *coram* Cardin. Pamphilio, Romana *inualiditatis censu, 24. Maii. 591. & coram R. P. D. Sacrato, Romanæ domus de Cupis, 10. Nouembris, 1600. ad fin. & coram R. P. D.* Marco Montio, Bononiens. *census 20. Februar. 1609. versicul. non obstat, quod prætendatur, in fin. & coram* Cardin. Seraphino, Camerin. *prædij, 10. Nouemb. 1597.* in datis prælo 1242.

Dispositionem etiam *textuum in l. Iulianus, 14. § si quis a pupillo, D. de actionib. empti,* † *& in princip. inst. de auctor. tutor.*) de quibus iam *suprà quæst. 3. dict. num 50.* sermo habitus, in pupillis loquentium, eorumque fauore contractus cum ipsis gestos claudicare, in ipsorum nempè vtilitatem tenere, in damnum, nequaquam subsistere decernentium) ad minores communiter Doctores extendunt, profitentúrque Tiraquel. *de legib. connubial. glos. 8. numero 91.* Sebast. Vant. *de nullit. sentent. titul. de nullit. ex defectu inhabilit. numero 28.* Stephan. Gratian. *discept. forens. dict. tom. 3. c. pit. 583. num. 7.* Petr. Surd. *cons. 9. num. 19. & decis. 278. n. 22.* 48

Ignorantiam prætereà iuris (quæ neminem † regulariter excusat, vt in *Axiomatib. nostris liter. I. numero 17.* & iam *suprà quæst. 3. numero 248.* notamus: Minores excusare † dixit Glos. *verb. Ignorauerint, in l. minoribus, 8. C. de restit. in integr.* Bald. *in l. venditioni, numer. C. de vsucap. pro emp.* Thom. Grammat. *decis. 76. numero 10.* Aym. Crauet. *consil. 142. numero 11. consil. 413. numero 11. & consil. 754. numero 13.* Prosper. Farinac. *fragm. crimin. part. 2. lit. I. numero 278.* 49 50

A muneribus personalibus † Minores excusatos vult Vlpianus, in *leg. 2. §. 1. D. de vacat. & excus. muner.* dum ait: *De minoribus quoque annis 25. ad munera, siue honores creandis, iusta ætas seruanda est.* vbi *Glos.* verba illa, *seruanda est,* explicans, *id est, expectanda, quæ est 25. annorum,* ait. Cuius quidem textus decisionem nimium arctauit, nec sine ipsius litteræ repugnantia, de pupillo solum intelligendum putans, *Petr. de Vbald.* iam à *nobis infra quæst. 3. numero 195. & seq.* relatus, licèt suam moderetur sententiam in muneribus personalibus consilium non desiderantibus, vt ibidem subiecimus. Indistinctéque, *dicti §. primi*, generali dispositioni conformis, à muneribus personalibus minorem ætatem excusare firmauit, *Petr. Antibol. in tract. de muner. 3. part. numero 8.* tantum à *Petro de Vbald.* distans: vt minorem etiam vigesimumquintum annum ingressum à muneribus personalibus excusatum asseueret. 51

Quam limites assertionem † cum *Calistrato* velim, in *l. non tantum, 11. §. Neque enim, D. de decur. & eor. fil.* aliísque ab Accurs. *ibidem* congestis, *verb. ex causa,* cum nempè aliæ personæ, quæ munera publica gerere valeant, non extant. 52

Publicatis attestationibus, † testes amplius super negotio principali admittendos non esse, Ciuilia, Canonica, & Regia iura præcipiunt. Ciuilia, in *authen. At qui semel. in princip. C. de probation. authen. de testib. §. quia verò, vers. Illud tamen, coll. 7.* Quæ neque Principis rescriptum in contrarium obtentum prodesse adiicit. Canonica, in *cap. Intimauit, 18.* vbi notat Glos. *verb. eorum, cap. ex tenore, 33. ad fin. versic. Sed è contrà, capit. veniens, 2. in ord. trigesimooctauo versicul. pars autem respondit, capit. Constitutis, 2. in ordin. 46. versicul. Mandamus quatenus, de testib. Clemet. 2. eod. tit.* Regia; in *l. 37. & 39. tit. 16. part. 3.* plenissimè (vt alios in re indubitata omittamus) *Farinac. de testib. quæst. 75. numero 68.* 53

Cui se indubiæ conclusioni minorum † opponit, imò præponderat fauor. Publicatis namque attestationibus, super eisdem articulis testes 54

alios producere Minores posse, profitentur Crot. *de testib. ver. Aggredior, numero* 58. *inter tractatus Doctorum, tom.*4.pagin.mihi, 218. Marches. *de commiss. titul. de commiss. restitur. in integr. part.* 2.§.2. *numero* 102. ad id restitutionem concedendam (ex Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quaest.* 35. *numero* 19.& *Montic.*) *Farin.* prodit *dict, quaest.*75.*numero* 271. & latiùs, *numero* 444. eam sæpè communem, & vsu praxique receptam affirmans, similiterque Sfort. Odd. *de restitut. in integr.* 2. *part. quaest.*65.*art.*11.*numero* 51.*versic. Sed contra*, aduersantibus *n.*52. & *seqq.* respondens.

55 Hodiè, † dummodo intrà quindecim dies, à publicationis die numerandos, restitutio petatur; locum testium productioni esse, sancitum *lege* Regia extat 3. *tit.* 8. *lib.*4.*noua Reg. collect.* post illud præfinitum tempus restitutioni viam præcludens.

56 Præscriptiones decem, vel viginti annorum, quæ contrà alios † regulariter currunt, non currere contrà Minores, neque pro iure suo reintegrando, eis restitutionis auxilio opus esse; sed legis, ætatisque beneficio, ius suum aduersus præfati temporis cursum illæsum seruari; Cæsares decreuere, Gordianus, in *l.* 1.*in fin.* (*vbi & Glos.* notauit, *verb. Statuti temporis*) *C si quis ignorans rem minoris esse*, &c. Dioclet. & Maxim. in *l. Non est*, 3. *C. quib. non obiicit. long. tempor. praescript. Non est ignotum* (aiunt) *id temporis, quod in Minori aetate transmissum est, longi temporis praescriptioni non imputari. Ea enim tunc currere incipit*, *quando ad maiorem aetatem dominus rei peruenerit.* Iustinianus, in *l. fin. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necess.* inquiens: *Sancimus fauore imperfectae aetatis, exceptionem non numeratae pecuniae ab initio minoribus non currere: ne dum in integrum restitutionem expectamus, aliquod emergat obstaculum, per quod huiusmodi beneficio Minor vti non possit, vel ne substantia eius subuertatur. Sed humanius est, latius eandem legis interpretationem extendere, in omnibus casibus, in quibus vetera iura currere quidem temporales praescriptiones aduersus minores concesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subueniebant; eas ipso iure non currere. Melius etenim est intacta eorum iura seruari; quàm post vulneratam causam, remedium quaerere: videlicet exceptionibus triginta, vel quadraginta annorum in suo statu remanentibus. l.* 8.*titul.* 29.*part.*3.*l.* 9. *titul.* 19.*part.* 6. similiter disponens: *Pero dezimos, que las ganancias que se fazen por tiempo de veinte annos, ò dende ayuso; que non corre ninguno destos tiempos contra los que son Menores de veinte y cinco annos, nin contra sus cosas, nin les empece en ninguna manera para perder alguna cosa de lo suyo por tal razon. E esto se debe entender, quando los tiempos de las tales prescripciones comiençan a correr contra los Menores, seyenao ellos naoido.* Ideoque neque contra Minores decennij tempus ad executionem petendam currere, eoque temporis spatio elapso, eam petere posse, aduersariumque de temporis cursu opponentem repellere, adnotauit *Parlador. rerum quotidianar. libro* 1. *cap.*1.*num.* 15. & *sequent.*

57 Nec pariter tempus querelam inofficiosi † testamenti mouendi, minoribus currere Imperatores *Valerian.* & *Galien.* sanciuere in *l.* 2. *C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* & *l.* 4. *titul.* 8. *part.* 6. *versic. Ca dezimos, que si alguno que fuesse desheredado, callasse e non querellasse fasta cinco annos, despues que el heredero ouiesse entrado en la heredad del testador: que de los cinco annos en adelante no se podria querellar: è maguer se querellasse (queriendo mostrar razon por que non debia ser desheredado; non debe ser oído. Fueras ende, si fuesse menor de veinte y cinco annos. E este a tal puede fazer tal querella, fasta que sea de edad cumplida, è aun en los quatro annos que se siguen despues.*

Certi iuris est (Alexander Imperator ait in l. Certi iuris, 5. C. de locat.) *ea quae voluntate dominorum* † *coloni in fundum conductum induxerint: pignoris iure dominis praediorum teneri. Quando autem domus locatur, non est necessaria in rebus inductis, vel illatis scientia domini. nam ea quoque pignoris iure tenentur.* translata à *l.*5 *titul.* 8.*part.* 5. ornata à Iasone *in* §. *Item Seruiana*, & *ibid.* Bellum. à *nu.*20. *instit. de actionib.* Afflict. *decis.* 184. Menoch. *de arbitr. lib* 2.*casu* 44. Cabal.*milleloq*;655. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.*84. & Ioan. Hieronym. Campanil. in *Diuersor. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 10.*num.*11. 58

Minoris tamen bona † in prædium rusticum, vel vrbanum, domumvè etiam conductam illata, tacitè prædij domino obligata non censeri, firmat Octauian. Simoncel. *de decret. libro* 1. *titul.*5.*inspectione* 1. *numero* 18.& 19.*inter tractatus Doctorum to.*6. *p.*2.*pag. mihi* 307. pluribus fundamentis, eoque præcipuè: quòd quemadmodum absque decreto Minoris bona alienari nequeunt, *l.*1.*l. Magis puto*, §. *Si Pupillus*, & *toto tit. D. de reb. eorum*: ita nec tacitè, nisi in casibus in quibus expressè in Minorum rebus id lex prouidit, vt in *legis* 2. *D. eod. tit.* specie. Cui etsi fundamento respondeat Iodochus Damhouder. *in patrocinio Pupillorum, Minorum, &c. titul. de tut. & cur. mun. tom.* 7. *numer.* 96. *versic. Sed contrarium*, Quia sicut tutore, aut curatore auctore Iudicis cum decreto Minoris bona alienari possunt, *l.*1. *C. de praed. & aliis reb. minor. l. Lex quae tutores C. de admin. tutor.* ita cum legis auctoritate alienationem, & obligationem permissam videri dicat: & quia cum iure communi in præsenti Minor fuerit vsus, non videtur iuuandus, *l. fin. C. de in integr. restit. minorum:* Priorem nihilominus opinionem communiter approbatam fatetur. Pro qua considerandum adiicit, ex inductione ea nequaquam obligata videri, quæ specialiter non erat obligaturus inducens, *Vlpiani* responso in *l. Obligatione generali*, *D. de pign. & hypothec.* 59

Carcerari pro debito † Minorem non posse (aduersus communem regulam, quam *supra qu.* 3. *numero* 165. præfinimus) asserunt Angel. Aret. *in* §. *fin. instit. de action. numero* 2. Bald. *in l.* 1. *numer.*24. *C. qui bon. ceder. poss.* Quintilian. Mandos. *de inhibit. quaest.*71.*numero* 21. Caccial. *de debitore suspect. quaest.*5.*nu.*3 Gasp. Baec. *de inope debit. cap.*8.*numero* 12. Gregor. Lop. *in l.* 1. *titul.*15.*part.*5.*verb. Todo.* Ni res suas & ipsi gerant, earumque administrationem habeant, Ioan. Ian. Parlador. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 6. *numero* 15. & 16. An autem saltem bonis cedere † teneantur minores, aut non cedendo valeant pro debito capi: videndi Math. Brun. *decision. bonor. quaest.*3. *quarta princip. num.* necnon Octauian. 60

Octauian.Simoncel.*dict.tract.de decret. libro* 1. *titul.6.numero* 126.*& seqq.*

61 Excommunicatum ab agendo † repelli,& notum omnibus, *& quæstio. tertia, limitatione* 12. notamus. Non tamen repelli Minorem dixit (ex *Stephani Aufrer.* sententia in *addit. ad* Capell. Tholosan. *decis.* 106.) Ioan. Maur. *in tract. de restit. in integr.cap.*275.*numero* 1.*&* 2.quam neque sequitur ipse; neque id dicentem *Aufrerium* reperi; nec fundamentum, quod ab eo *Maurit.*refert (ex mariti suam repetentis vxorem, similitudine, qui à iudicio excommunicationis exceptione repelli non potest, secundum *Glos.in cap. Quoniam multos,* 103.*in ord.*11. *quæst.* 3. *verb. Vxores*, quam etiam mendosè allegat (præsenti assertioni conuenit, aptarivè commodè potest.

62 Cuius quidem rei non magni disputatio momenti, si consuetudinem attendamus, de qua ferè vbique attestantur Doctores, secundum quã † excommunicationis exceptione non obstante, ad agendum excommunicatos in foro seculari inueterato vsu, styloque forensi admitti affirmant. Apud Gallos, *Ioan. Fauer, Andr. Tiraquel, & Ioan.Ropell.* vt eos refert *Conarru. variar. resolut.libro* 1.*cap.*18.*numero* 5. Qui pariter & apud Hispanos de eodem vsu, styloque testatur. Apud Venetos, *Peregrin. de iure Fisc. libro* 2.*titul.*11.*numero* 15.*in fin.*Cuius licèt styli præcitati non tam rationem, quàm admirationem ostendant:eam tamen *Anton.Ricciul. de iure personar.*extra *Eccles.grem.existentium, libro* 4.*capit.*31.*numero* 42.esse arbitratur; quod excommunicationis exceptio non aliter quàm seruata forma à *capite* 1.*de exception. libro* 6. præscripta, admitti debeat;quam adeò seruatu difficilem, vt vix debitè proponatur, *dict.capit.*31. *numero* 40.*&* 41.profitetur:indeque fieri, vt non frequenter à iudicibus admittatur; & nè facilè in Curia quoque Romana proponatur, ex *Rot. decis.*8.*de sentent. excommunic. in nouis*, quæ *numero* 2.*Ioannis Andreæ* opinionem *in eodem cap.*1. probat, dicentis, excommunicationem nequaquam per denunciationem factam;ad effectum repellendi à iudicio aduersarium, probari; cum *text.in dict.cap.*1.apertissima ad id documenta requirat; eiusque opinionem in Curia seruari, *vbi rarissimè* (Rota addit) *exceptio excommunicationis admittitur, quia numquam debite proponitur, & specificatur.* Vndè meritò Ricciul. *dict. numero* 42. Tiraquellum carpit, quod his non (vt debuerat) attentus, exceptionis istius repulsam Galliæ solum consuetudini tribuisset. Ita quoque ex dicta *Rota decisione* (firmat Ioseph. Mascard. *de probat.conclus.*698.*num.*20.

63 Hæredem interfecti mortem non vindicantem † priuant hæreditate, perceptisque fructibus, iura. Sic *Papinianus*, sic *Paulus*: ille, in *l. Heredem*, 17. hic, in *l. Portiones*, 21. *D.de his quib.vt indign.*censuerunt *Heredem* (Papinianus inquit) *qui sciens, defuncti vindictam omisit, & insuper habuit fructus; omnes restituere cogendum existimaui.*Paulus verò *Portiones quoque eorum, Fisco vendicantur, qui mortem libertorum suspecto decedentium, non defenderunt. Omnes enim heredes, vel eos, qui loco heredis sunt, officiosè agere circa defuncti vindictam conuenit.* Sic similiter in *l.* 1. *D. de iure Fisci.*Calistratus ait: *Varia causa sunt ex quibus nunciatio ad* Fiscum *fieri solet. Aut enim se quis, quod tacitè relictum est, profitetur capere non posse: vel ab alio prauentus, defertur: vel quod mors ab heredibus non vendicetur.* Confirmantque Verus & Antonin.in *l.*1.*C. vbi caus. Fiscal. & in l.*1.*C.de his quib. vt.in dign. l.* 13. *titul.*7.*part.* 6. aliæque nouiores proximæ referendæ.

Minoribus † tamen & in hoc *Alexander* Imperator in *l. minoribus,*6.*C. eod.titul.de iis quib. vt indign.* indulget.*minoribus viginti & quinque annis heredibus, non obesse crimen inulta mortis placuit*, ait.Cuius quidem decisionis ratio ex iam suprà notatis deducitur; quod nempè à culpa, dolo præsumpto, delictovè in omittendo, Minor excuset ætas, cuiusmodi hæc existit culpa. Hancque decisionis rationem *Gomezius* assignat 3.*tom.variar.capit.*3.*numero* 53. *circa med.* & prosequitur Cald. Pereir.*in l. Si curatorem, verb. vel aduers dol.numero* 65.*C. de in integr. restit.*Sfort Odd.*eod.tract.de restit.in integ.quæst.*27.*numero* 40.suntque iura Regia, & tempus vindictæ terminantia; & Minoribus non solis; sed aliis etiam personis indulgentiam hanc concedentia, in *l.* 1.*tit.* 3. *libro* 5. *Ordinam.& in l.* 11.*titul.*8.*lib.*5.*noua Regiæ collect:* his verbis: *Si algun hombre fuere morto a traicion, ò a tuerto, y sus herederos quisieren heredar sus bienes por herencia, y los reciben: y la muerte no querellan dentro en cinco annos, por querella de justicia ante el Rey, ò ante sus Alcaldes: pierdan la herencia que del finado han recaudado, para la nuestra Camara. Testo se entienda en aquellos que han edad cumplida, y son varones, y si fuere sabido quien fue el matador, y que sea en la tierra, y que sea poderoso para demandar la muerte.* Neque maioris quidem ætatis superuenientia, vindicandi mortem necessitatem vrgere; *Glossa* firmauit in *dict. l. Minoribus, verb. Respondere,* à Doctoribus communiter probata, testante *Gomezio, dicto loco.* 64

Qualibet in causa, ciuili, vel criminali ad deponendum † compelli testes posse,non obscurè ostendunt Arcadius in *l.*1. in verbis illis: *Etsi quibus non interdicitur testimonium; nec vlla lege à dicendo testimonio excusantur.* Paulus in *l.*4. Caius in *l.* 5. Scæuola in *l. Inuiti*, 8.*D. de testib.*dum certas excipiunt personas, quæ ad testimonium ferendum compelli nequeunt; in non exceptis per consequens contrarium disponere visi. Cum exceptio firmet in contrarium regulam, vt plenè in *Axiomatib. nostris* comprobamus *lit.C.num.*16.*& lit. E.num.* 90. Quo quidem argumento (ad assertionem hanc in criminali quoque causa probandam, ad eamque textus decisionem trahendam, quæ in ciuili loquitur) vsus est *Accursius in l.Si quando*, 15. *C. de testib. verb. Causis.* Ostendique *rubrum* (secundum vetustiora exemplaria) in *Decretalib: de testib. cogend.*& nigrum in *cap.*1. *& sequentibus omnibus.* Quorum in criminali causa nominatim loquuntur *text. in cap. Super eo*, 3., secundum communem intellectum, in *cap. Peruenit*, 4. *Peruenit ad audientiam nostram* (Alexander III. inquit) *quod cum I.prior sancti* Laurentij; *coram te fuisset de simonia, & adulterij crimine accusatus, &c.* post latiorem seriem concludens: *Respondemus, ad detegendum tanta fraudis, & caliditatis commentum, ipsum testem meritò compellendum.* in *cap. Super his*, 8. cuius 65

hæc

hæc verba: *Super his, & infra. Cæterum volumus, & mandamus, vt super inquisitionis articulis, tàm de fama delicti, quàm de literis contra eum sub nomine longe maioris, partis capituli destinatis; cogatis testes qui nominati fuerint, perhibere testimonium veritati.* in *cap. Cùm contra*, 9. & *in cap. Dilectorum*, 10. *eiusdem tituli.* Testificandi enim munus publicum est, vt probant *text. in dict. l. 1. D. de testib. in l. Cùm ab initio*, 4. & *in l. Sed si quis*, 7. *D. quemadmod. testam. aper.* & obseruant Andr. Gail. *practicar. obseruat. libro 1. obseruat. 100. numero 2.* Osas. *decis. Pedemont. 46. numero 4. Aruma. decis. 10. numero 32.* Quod inuitus quilibet nominatim non exceptus, subire compellitur, vti *iidem ipsi* notant, & cum aliis à se relatis *Aruma. dict. loco, numero 33.* asseruereque non pauci, quos refert, & probat *Farinac. de testib. quæstion. 78. numero 57.* Habemusque Hispani textum in *l. 35. titul. 16. part. 6.* sic disponentem: *Testigos es cosa de que se pueden los omnes comunalmente mucho aprouechar en sus pleytos. E por ende, todo ome que fuere llamado que venga a testiguar por otro delante del judgador, debe venir a dezir su testimonio de lo que sabe. Ca muestrase por obediente al Iuez aquel que lo faze: è demas faze merced, diziendo la verdad. E si alguno fuesse rebelde, que non quisiesse venir a dezir su testimonio; puedele el Iuez apremiar, faziendole prendar fasta que venga.* Personas aliquas ad id non cogendas, exinde numerantem.

66 Seque à testificando subtrahentem, de corruptione, † ac falsitate suspectum reddere; eaque ratione, de vtroque contra se inquirendi ansam præbere, dixit Bart. *in l. 1. §. 1. D. de fals.* sequutus ab Abbate, Felin. Monticell. & aliis relatis à Farinac. *dict. quæst. 78. numero 132.* Etsi Gregor. Lopez, *in dict. l. 35. glos. 1. verb. Faze merced*, resolutionem in hoc esse dicat, vt dolosum, non vt falsum testem hunc, non iuratum damnari, ad damnaque, † & interesse litis teneri parti læsæ, ex *l. Argentarius, §. fin. D. de edend.*

67 per quem sic *ibid.* tenentes *Baldum, Angelum, & Castrensem* refert, aliorumque auctoritate Farinac. *dict. loco, num. 136.* Iacob. Menoch. *de præsumption. libro 2. præsumpt. 55. numero 5. versic. Vel etiam puniri potest*, Ioseph. Mascard. *de probation. tom. 1. quæst. 5. numero 70.* Iudicisque arbitrio prætereà puniendum, ex *Bald. Bos. Felin.* & aliis, *Farinac. vbi supr. n. 138.* asserit.

68 Minorem † tamen volentem admitti, renuentem compelli ad testificandum non posse, *Vlpiani* responsum probat in *l. Videamus, 4. §. Adolescens, D. de in lit. iurand.* dicentis: *Adolescens verò, si velit, iurare potest.* Callistrati in *l. 3. §. Lege Iulia, D. de testib.* Impuberes solum testificari prohibens; puberes permittere visus, vt *ibi Glos.* notat, *verb. Impubes*, inquiens: *Nam non prohibetur; ergo admittitur, vt sup. ead. l. 1. §. Adhiberi.* Quibus Concilij Carthaginensis simile decretum accedat, relatum *in cap. 1. 4. quæst. 2. & 3.* clariorem hanc sententiam reddens. *Ad testimonium autem* (inquit) *infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.* dictumque *§. Lege Iulia eadem causa, & quæst. in cap. Si testes 3. §. Lege Iulia*, Gratianus transtulit. Et sic (licet sola *Callistrati* auctoritate in in *dict. §. Lege Iulia*) tenet literatissimus *Osual. Hilliger. in Donel. enucl. libro 25. cap. 16. lit. H.* Non enim ea in pubere, quæ in Pupillo consilij, iudiciique inopia, ob quam meritò à testimonio ferendo Pupillum Iura remouerunt, in *l. Inuiti, 19. in fin. D. de testib.* & præcedentibus: cum quod vident, audiuntvè ignorent, sintque iudicio carentes, vt *Paulus* ait in *l. Prætor, 12. §. Non autem, D. de iudic. & in l. fin. circa fin D. rem Pupill. salu. for.* Papinianus in *l. fin. D. de iuris & fact. ignor.* Constantinus Imper. in *l. 1. ad fin. C. de fals. monet.* Iustinianus in *§. Prætereà, instit. quib. non est permis. facere testam.*

Ideoque neque iurare † posse, neque periurium committere Consulti responderunt, Paulus in *l. Qui iurasse, 26. in fin. D. de iureiur. Quamuis Pupillus*) ait) *non videatur peierare, quia sciens fallere non videtur.* Vlpianus in *dict. l. 4. D. de in lit. iurand. Videamus* (inquit) *in tutelari causa, quis iurare, & aduersus quos possit? Et quidem ipse Pupillus, si impubes est, non potest.* Nec Canonica dissentiunt Iura in *cap. Paruuli, 14. & cap. Pueri, sequenti, 22. quæst. 5.* Illi hæc præbent initium verba: *Paruuli, qui sine rationabili ætate sunt, non coguntur iurare.* Huic, ista: *Pueri ante annos quatuordecim, non coguntur iurare.* vbi *Glos. verb. Iurare*, superiora eisdem rationibus firmat; in doli capace limitanda censens. 69

Testem autem non iuratum † fidem non facere, Imperatores *Carus. Carin. & Numerian.* sanxerunt, in *l. 3.* Constantinus in *l. Iurisiurandi, 8. C. de testib.* Innocentius III. in *cap. Tuis, 39.* Honorarius III. in *cap. Nuper, 51. ext. eod. tit.* & Regia partitæ *lex 3. tit. 16. par. 3.* Quod & *Seneca, & Iuuenal.* téporibus viguisse, eorũ dicta produnt. Illius, *de Ira l. 2.* dum ait: *Testis sine iureiurando non valeret.* Huius, *satyr. 5.* 70

Quamuis iurato, metuam tibi credere testi.

Puberem verò, viginti quinque annis minorem, & ad iuramentum, & testimonium admitti, non modo in ciuilibus superiora probant: † sed etiam in criminalibus *Venulei* responsum, in *leg. In testamento, 20.* (à contrario sensu) *D. de testib.* idque ex ea deducit Glos. *in d. l. inuiti, 19. verb. Sed neque pupillis, D. eod. titul.* tenentque multi à *Farinac.* congesti, *quæst. 58. numero 19.* Qua de re, quæstionem istam dirimens est apud nos *Regia lex 9. titul. 16. part. 3.* in criminalibus, viginti completos annos; in ciuilibus, quatuordecim in teste requirens: etsi minoris quoque ætatis præstantis intellectus, testis dictum, si non probationem; magnam tamen præsumptionem inducere, addat. 71

Optimam, & efficaciorem omnium probationum, partis confessionem † esse, sciunt omnes. Veluti quæ condemnatum confitentem reddat, vt in *l. 1. D. de confess.* Paulus ait: *Confessus pro iudicato est; quia quodammodo sua sententia damnatur.* multisque in *Axiomatib. nostris* comprobamus, *lit. C. numero 128. & seqq.* Quam infringere, aut retractare cõfessus nequit. *Nimis enim indignum iudicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est: id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere*, Iustinianus ait in *l. generaliter, 13. C. de non numer. pecun. & in l. si quis, 11. C. de reb. credit.* similiter: *Satis enim absurdum est, redire ad hoc, cui renunciandum putauit.* Quod & Papinianus in *l. Quidam, 30. D. de donat.* sic prædixerat: *Attamen, eum qui in iure confessus est, suam confessionem infirmare non posse.* 72

Minor † autem delictum sine curatore in 73
iudicio

iudicio confessus, nullatenus, sibi præiudicat,
Iustiniani decreto in *l. Clarum*, 4. *C. de aucto-*
61 *rit. præst.* per quam, & alia ibi relata iura (ve-
tam communemque sæpè sententiam hanc dicen-
do) sic tenet Farinac. *praxis crimin. 3. part.*
quæst 81. *cap.* 10. *num.* 352. ibique citatis *Affli-*
ctum adde *decis.* 208 Amendol. *in annotat. ad*
Vincent. *de* Franc. *decis.* 130. *numero* 2. & Tho-
rum *in compend. decis. verb. Confessio minoris.*
In ciuilibus autem (cum minoris præiudicij sint)
etsi minoris confessio teneat; eam tamen aduer-
sus, restitutionem minoribus Vlpianus in *l Cer-*
tum, 6. §. *fin. D. de confess.* his verbis concedit:
minorem a confessione sua restituemus.

74 Priuilegium personale etsi personam sequatur,
† extingaturque cum persona, vt vulgare fert
axioma ornatum à *Nobis in Axiomatib. & lo-*
cis commun. iur. lit. P. num. 179.

75 Priuilegium tamen, auxiliumque minoribus
competens, ad eorum successores † transire, in
l. nonsolum 6. *D. de in integr. restit. & in l.*
minor, 19. §. *Non solum*, *D. de minorib.* Vl-
pianus dixit. *Non solum autem minoribus* (ait)
verum, successoribus quoque minorum datur in
integrum restitutio, etsi sint ipsi maiores. Inde-
que notam regulam, *Hæreditatem non aditam,*
non transmitti (quam in *Axiomatib. nostris, lit.*
76 *H. numero* 8. assignamus) in minore, † *num.*
10. limitamus, qui aduersus omissam hæredita-
tis extranei aditionem, ius petendi restitutio-
nem, in extraneum etiam hæredem transmittit.
Et fideiussoribus quandoque minorum etiam
communicari fauorem, iam *quæstion.* 3. nota-
mus

Sic pariter tot iuribus fulcitam regulam, tot-
que auctoritatibus comprobatam, quam & *Nos*
de priuileg. pauper. 1. *part. quæst.* 40. *num.* 1. &
77 *seqq.* præfinimus, & multipliciter ampliamus:
Venditorem † de euictione rei venditæ em-
ptori non teneri, ni emptor eidem litem denun-
78 ciauerit motam; minorum quoque gratia limi-
tamus, † Venditorem, qui super re minori ven-
dita litem motam nouit, si liti non assistat, seque
defendat, nulla etiam denunciatione facta, de
79 euictione teneri, *numero* 10. probantes.

Moratoriam præterea dilationem † ad mino-
rum debita non extendi, *dict. part.* 1. *de priuileg.*
pauper. quæst. 44. *n.* 72. aduertimus.

Alia à quibus iam in quæstionis huius initio
mentionem fecimus locis, à *n.* 17. ad 26. exclu-
siuè (nè eandem repetamus) mutuare licebit.

VTRVM VIRGINES CÆLI- bemque vitam agentes miserabiles sint? legis nostræ vnicæ priuilegio, quibusque aliis gaudeant?

SVMMARIVM.

1 *Virgines ex ipsius nominis vi*, legis nostræ vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid. *dispositione continentur. Etiam diuites*, n. 2. *Et tam prouectæ, quam teneræ ætatis* num. 3. *Et etiamsi virgo stuprata contra stupratorem agat.* num. 4 *Et licet patrem habeat.* num. 5. *contrà, virginem, aut cælibem leg. nostra, forique priuilegium non habere.* numero 6. & seqq.

Vidua, quæ? & vnde dicta, eod. num. 1. & 10.

7 *Legis ratione deficiente, deficit quoque legis dispositio.*

8 *Ex lata, aut impropria significatione, contra ordinarias Iuris regulas exorbitans priuilegium inducendum non est.*

Marci Antonij Peregrini error. ibid.

Intellectus text. in l. Malum. 242. §. Viduam, D. de verbor. signific. dict. numero 8. & seqq.

9 Mulieris *nomine, an virgo, corruptaque contineatur?*

10 *Viri nomen, ad maritum refertur.*

11 *Lex si voluisset, expressisset,*

12 *Communis sequendi vsus attendi, & verborum proprietati præferri debet.*

13 *Intelligentia dictorum, ex causis est assumenda dicendi. Nec verbis, sed rebus lex imposita est.*

14 *Vi oppressa virgo, fori hac electione gaudet.*

15 *Et qualibet alia, iure Regio, vi oppressa mulier.*

16 *In quacumque re vis interueniat, predicto remedio violentiam, vimque passo Ius Regium succurrit.*

17 *Prouectæ ætatis virgini, aliis quoque circunstantiis concurrentibus, Granatensis Senatus hunc indulsit fauorem.*

Mulier quinquaginta annos habens, senex dicitur. ibid.

18 *Virginitas humanam conditionem supergressa, terrenam fœlicitatem, & Angelorum gloriam superat. Pluresque virginitatis laudes referuntur.*

19 *Numæ Pompilij temporibus, si virgo vestalis in aliquem, qui ad mortem duceretur, incideret: eidem libertatem, immunitatemque parabat.*

20 *Deorum olim responsa virginibus solam, ob status excellentiam, præstare concessum erat: Eisque in virginitatis præmium Profetiæ donum à Deo O. M. concessum.*

21 *virgines aliis loco, & in sessu ius anteponit.*

22 *Virginum testimonio magis quàm nuptarum, aut viduarum fidem Iura adhibent.*

23 *Puella dicto se a tali fuisse corruptam, stari debet, etiamsi talis assertio simplex, nec iurata fuerit.*

24 *Virginitas, vt naturalis qualitas præsumitur, nisi defloratio probetur.*

25 *Nec modo si à muliere ipsa virginitas allegetur; sed etiam à tertio.*

26 *Dolus fraus, aut deceptio præsumi non debet.*

27 *Virgo deflorata decepta præsumitur.*

28 *Inter virum, & vxorem donationes à Iure sunt prohibitæ; factasque irritas Ius decernit.*

29 *Nec constituendæ, vel augendæ dotis ratione vxori donationem facere marito permittitur: etsi Mulieri diuersa ratione permittatur. &* num. 32.

Dotem constituere, est donare. ibid. *dict.* n. 29.

30 *Dotis constitutio si à marito, ante contractum matrimonium cum relatione ad tempus matrimonij contracti fiat, non tenet.*

31 *Idem est aliquid tempore prohibito, aut inhabili fieri, vel in tempus inhabile, prohibitumvè conferri.*

32 *Mulier dotem constituere, & augere constante matrimonio potest. Et quare?*

33 *A marito*

33 *A marito grandauo, minoris ætatis virgini, siue ante, siue post matrimonium dotis factam constitutionem, tanquam remuneratoriam, Iura sustinent.*

34 *Virginem violatam seductam ducere, & dotare, matrimonio etiam contracto, violator debet. Et an sæpè ad vtrumque teneatur?* ibid. remis.

Donari id dicitur, quod nullo iure cogente conceditur. Neque enim in necessitatibus quis liberalis existit. ibid.

37 *Vxores etsi sine dote duci non soleant solent tamen virgines, aut minore saltem, quia pro dote virginitas ipsa est*, & numer. seq.

QVÆSTIO VI.

VIrgines Ipsius vi nominis, *legis nostræ vnica, C. quand. Imper. inter pupil. & vid.* priui-
1 legio gaudere, † easque virtualiter, non per extensionem, aut similitudinem, Imperatoris verbis contineri; ex quo *Viduam* nominauit, posseque vt viduæ valent, aduersarios suos in causæ congressu ad Principem deferre; ab aliis autem nequaquam deferri ipsas posse; *Labeonis* auctoritas (à *Iabolene* probata (*in l. Malum, 242. §. viduam, D. de verbor. signific.* suadet. Dum, *Viduam non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset; sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo.* Cuius quidem decisione nixi, hoc fori priuilegium virginibus, vt viduis vniformiter competere, dixerunt & antiqui, & recentiores legalis disciplinæ Magistri, *Azo. Cyn. Alberic. Bart. Fulgos. Guid. Pap. Rebuf. Andr. de Isern. Matth. de Afflict. Ioan. Lup.* & alij citati à Couarru *practicar. cap. 7. numero 2.* Quibus (idem pariter tenentes, adhærentesque prioribus) addo Iacobum Menoch. *de arbitrar. libro 2. centur. 1. cas. 66. numero* 8. Vincent. de Franch. (ita sæpè Senatu Neapol. decisum affirmans) *decis.* 100. *numero* 1. Mar. Giurb. *decis.* 81. *numer.* 1. Ioann. Mar. Nouar. *in praxi electiuo. & variat. fori, sect. 1. quæstion. 1. per tot.* & copiosiori allegatione *ibid. decis.* 32. *numero* 1. Marquard. *de* Susan. *tract. de cælibat. Sacerdot. non abreg. part. 1. c. 9. per tot.* Garc. Mastril. *decis.* 127. *numero* 8. Aloys. *de* Leo, *in ead. nostra l. vnic. numer.* 5. Camil. Borrel. *in summ. decis. part. 1. titul. 56. de iuram. perhorresc. numero* 47. Benedict. Ægid. *de priuileg. honestat. articul. 5. numero* 5. Marchesan. *de commiss. anoc. caus. part. 2. §. 2. numer.* 39. Bernard. Grœnæ. *in practicar*, Camer. Imperial. *conclus. 1. consider. 1. numero* 11. Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. part. 2. cap. 2. numer.* 94. Iacob. Cancer. *variar. resolut. tom. 2. cap. 2. numero* 10. & 11. Nicol. *Intrigliol. decis.* 22. *numero* 5. & 6. *libro* 1. Marc-anton. Peregrin. *decis.* 129. *num.* 6.

Nec modò virgini Principis fori priuilegium competere (simpliciter, sed multipliciter assertionem hanc extendentes) superiores, aliique asseclæ firmarunt.

2 Primò ergo etiam in virgine diuite † ampliant *Francisc. Milanes* (ex Nattæ responso 590.) *decis. reg.* Sicil. 5. *num.* 2. *libro* 2 Francisc. Viui. *decis.* 521. *n.* 7. eosque sequutus. Bernard. Grœn. *dict. considerat. n.* 14.

3 Secundò, non solum in prouectæ ætatis † virgine, quæque in cælibatu vitam ducere statuit (in qua minus dubia sententia est, iuxta Couarru. *practic. d. c. 7. numero 2. vers. Cæterum quia* Cyn. Andr. Gail. *obseruat. libro 1. obseruat. 1. numero 41. & seq.* Marchesan. *dict. 2. p. §. 2. nu. 35. vers. Secundo limita, & vers. Tertio limita*, Vincent. *de* Franch. *d. decis.* 100. *n.* 4. & Philip. Paschal. *dict. cap. 2. numero 94.*) sed etiam teneræ ætatis, quæque de matrimonio, viroque ducendo cogitat. Francisc. Viui. *dict. decis.* 251. *num.* 1. & 4. Franch. *vbi proximè, dict. numero 4. vers. Sed quia*, semper indistinctè per sacrum Concilium priuilegium hoc virginibus concedi asserens, & cum cum his Grœnæ *dict. consider. 1. num.* 13.

Tertiò, etiamsi virgo stuprata † contrà stupratorem agat, vt per sacrum Consilium iudicatum refert idem Franch. *decis.* 599. Prosper. Carauit. *ritu* 19. *numero* 25. Ioan. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 1. & *collect.* 1137. Thor. *in compend. decis. verb. virgo*, quos refert, & sequitur, Ioan. Mar. Nouar. *dict. quæst. 11. numero* 2. Quod tempore delicti commissi, Virgine existente; fuerit actionata, Philip. Paschal. *dict. cap. 2. n.* 95. Marc. Giurb. *dict. decis.* 81. *num.* 12. *col.* 2. *post med. vers. Et virgo stuprata*, Osuald. Hilliger. in Donel. *enucl. libro* 17. *cap.* 20. *lit. B. vers. Sed an eadem causa.* 4

Quartò ampliant in virgine etiam patrem † habente, Calla, *de modo procedend. & proband. numero* 111. Vincent. de Franc. (ita per magn. Curiam Vicar. iudicatum pluries asserens) *dict. decis.* 100. *numero* 11. Benedict. Ægid. *de priuileg. honestat. dict. articul. 4. numero 4. in fin.* 5

Contrariam † verò sententiam (nequaquam scilicet fori hac electione virginem, cælibemque gaudere, priora damnata) eruditissimus defendit Conarru. *dict. cap. 7. numero* 2. quem & alij nouiores sequuntur, quos refert (in eorum placitum declinans) Osuald. *citato loco*, Andr. Gail. *d. obseruat. 1. n.* 41. Aduersantemque tunc demum procedere, si orphana simul virgo sit, firmant Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 421. n. 69. & c. 565. num. 69. & 82.* Vvesemb. *in tit. nostro, quando* Imperat. *inter pupill. & vid. nu.* 2. Matt. *de iurisdict. 2. part. cap. 21. numer.* 2. Alexand. Trentac. *variarum resolutionum, resolu. 2. tit. de citat. n.* 16. Cabed. *decis.* 180. *part.* 1. Consequenter fatentes, non id virginitati, sed orbitati concessum. Cui hoc competere priuilegium, q. 4 ostendimus. 6

Quare, si ratione potius quàm multitudine, aliorum supra alios ruentium, moueamur, non optima rati, quæ magno assensu recepta sunt (*Senecæ* consilio vsi, *de vit. beat. c. 1.*) nec qua itur, sed qua eundem est, pergentes: posterior hæc sententia præualebit. Vt enim legis nostræ, forique priuilegio sit locus, misera conditio existat necesse est, illudque desiderantem fortunæ iniuria premi, omninò eadem ipsa requirit. Virginitatem verò miserandam inducere conditionem, nec insaniens quidem dixerit, sed inuidendam magis, quàm miserandam fatebitur. Quòd si non miseræ conditionis intuitu fauorem hunc virgo consequitur: neque quòd *viduæ* appellatione, virgo contineatur, consequetur. Non solum, quia legis ratione (misera nempè conditione) deficiente, † legis quoque deficiat, cesseturque dispositio consequens est, vt vulgare fert axioma deductum à Paulo *in l. Adigere, 6. paragrapho Quamuis, D. de patron. & in l. quod dictum, 33. D. de pact.* à Tiraquello ornatum in *tractat. cessante causa*,

sa part. 1. num. 130. & sequentibus, locupletatumque á *Nobis in Axiomatibus nostris*, littera *L.* numero 22. quod infallibile argumentum præstare, *Seraphinus* asserit, *de priuileg. iurament. priuil. vigesimoprimo, num. secundo*, cuius & *Nos* mentionem facimus *ibi lit. A num.* 343. Sed quia licet *viduæ* appellatione, Virgo continetur, id ex
8 lata † impropriaque significatione accidit, vt semel & iterum in *dict.* §. *Viduam*, repetit Accurs. *verb. viduam*, verb. *Fuisset*, & verbo *Appellari*, & plerique contrariæ partis fatentur. Ex lata verò, aut impropria significatione, contra ordinarias iuris regulas exorbitans priuilegium (vt nostrum) inducendum non esse; erudirè firmat *Didacus Couarruuias dicto capit. 7. numero 2.* probantque dicta à *Nobis*, *de priuileg. pauperum, quæstion. 1. numero 11.* Ergo nullatenus Virgini, quòd virgo sit, quòdve appellatione *Viduæ* contineatur; remedium hoc competit.

Inde, vt argumentum hoc Marc-Antonius Peregrin. *dict. decis. 129. numero 6.* vitaret (priori contrariæ adhærens, infirmam aliter sententiam suam ratus) dicere coactus est; ex propria strictaque nominis, significatione, appellatione *Viduæ*, Virginem contineri Cuius error, & iam relatis, & ipsiúsmet *Labeonis* in *dict. §. viduam*, verb. *viduæ*, quæ denominatione ab eo designata, conuincitur. Cùm non tam Virgini, quàm cuilibet aliæ corruptæ fœminæ, quæ marito non fuerit copulata conueniant. Quid enim (*Cùm viduam non solùm eam, quæ aliquando nupta fuisset; sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuit.* Iabolenus dicat) firmare prohibet, non modò Virgines, sed etiam corruptas, quæ non nupsissent *viduæ* nomine contineri, voluisse monstrare? *mulieris* præcipuè
9 verbo, † vsus, quod etsi latè sumptùm, virgines, corruptasque contineat, *l. mulieris appellatione*, 13. *D. de verborum significatione*, *l. quæritur*, 14. §. *mulierem*, *D. de ædilit, edict.* propriús, & strictius tamen (corruptas *Vlpianus* multis in locis continere professus est, *in leg. Exempto*, 11. §. *si quis Virginem*, *D. actionibus empti Siquis Virginem* (ait) *emere putasset; cum mulier veniret*, &c. in *l. Alioquin*, 11. §. *quod si ego me Virginem emere putarem; cum esset iam mulier*, &c. *D. de contrahend. emption.* & in *l. Si collectaneus*, 13. *ad finem*, *D. de manumis. vindict.* vbi pariter ait: *Idem etsi matrimonij causa Virgo, vel mulier manumittatur*. Firmatúrque ex eo, quod *Cleobol.* dixisse fertur: *filias nuptui locare oportere, ætate Virgines; sed prudentia, & scientia mulieres*, vt in eius vita, *Diogen. Laërt*, prodit, *de Philosophor. vit*, *lib.* 1. Non est ergo cur *Iaboleni*, *Labeonisque* sententiã ad Virgines magis, quàm ad corruptas referamus, *viduaque* nomine corruptam, quæ virum non habuit (hoc est maritum, *vir* enim
10 † pro marito accipitur, *c. quomodo Virginibus*, 10. & *cap. quod si*, 13. *in ord.* 31. *quæst.* 1. & *ad* Corinth. 1. c. 7. vbi sæpè *vnum* pro marito *Apostolus* repetit) eodem modo, aut lato saltem vocabulo comprehendi non dicamus. Cùm & ipsi iidem *Iabolenus Labeoque* ibidem *similiter viduam esse, dictam, quasi sine viduitate*, asseuerent. Quod tàm corruptæ virum non habenti, quàm virgini cõuenit, siquidé vtraque *sine viduitate est.*

Præterea, si viduam solum, aut virginem demonstratione præfata contineri, docere Consul-
11 tus vellet, id clarè † effecisset (iuxta *l. vnic.* §. *si in unum ad deficientis*, *C. de caduc. tollend.* coacernataque à *Nobis in Axiomat. lit. L. n.* 65. Improprietatisque, circuitus, ac superfluitatis notam vitaret, dicendo: *Viduam non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset; sed etiam virginem*, quin diceret: *Sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset*, corruptam etiam non à marito complexus.

Quæ & stricta propriaque nominis significatione Virginem appellatione *viduæ* non contineri ostendunt: & quemadmodum ad corruptam, quæ maritum non habuit (ex eo quòd *viduæ* lato nomine contineatur) *legis* nostræ *vnica* priuilegium se non extendit, ita neque ad Virgines (alia miserationis causa non interueniente) extendendum. Omittimus à loquendi vsu † argumentum, quod & attendi, & verborum proprietati præferendum, multis probauimus in *Axiomatib. lit. V. n.* 191. Virginem autem, viduæ appellatione nullatenus communis accipit loquendi vsus. Quin imo, etsi viduæ appellatio strictè, propriéque Virginem contineret (quod falsum esse apparet) adhuc ex eo solo fori priuilegio (in misera priuilegiati conditione fundato) locus non esset. Siquidem, † *Intelligentia dictorum, ex causa est assumenda: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.* Vt Hilarius inquit, *in c. Intelligentia 6. de verb. signif.* communeque prouerbium, *legem non verbis, sed rebus impositam* dictat, de quo *Nos in Axiomat lit. L. n.* 31. Legis ergò nostræ verba (miserorum subuentioni intentæ) etiamsi alios eorum vi, & significatione comprehendere valeant, mente repugnante; illins dispositio ad alios extendi non debet, vt etiam *supr. n.* 7. annotamus. Cùm præsertim, & ipsasmet à lege nostra personas nominatas, si diuites sint, permulti (quasi non miseras) eius fauore priuare intendant, vt latè *q.* 3. sumus prosquuti. 12 13

Ex quibus & hæc tenenda, & reiicienda prior videtur indubitanter opinio, nisi adhærens Virgini qualitas, legis nostræ, fori priuilegium tribuat. Sed id à virginitate (vt diximus) separatum. Cùm & quæuis alium miseranda qualitas, Fortunæ iniuria accidens (iuxta legis nostræ vnicæ, similiumque terminos) dignum fauore hoc reddat. Ideò, si pauper, si Infirma, si Orba minor, existat (iuxta latè à Nobis præcedentibus quæstionibus notata.) Aliovè simili infortunio laboret Virgo, extrà conuersiam res est.

Inde vi oppressa, † non quod virgo, aut quod 14
virginitatis tempore ei fuerit nata actio (vt contrariæ opinionis *ampliatione tertia* citari dicunt) sed ob criminis immanitatem, hoc fori vtitur priuilegio quod non tantùm Virgini, sed cuilibet † mulieri vim passæ leges tribuunt Regiæ, 5. *titul.* 15
3. *part.* 3. & *l.* 8. *titulo* 3. *libro* 4. *noua Reg. collect.* Neque in hac tantum specie, sed in qualibet alia, 16
si vis † interueniat, hoc remedio Regium idem Ius violentiam, vimque passo succurrit, *in l.* 5. *tit.* 13. *eod. lib.*

Sic & ætatis prouectæ † Virginem (miserandæque perconsequens conditionis) summæ honestatis, in Curia commorantem, & quinquaginta annorum metam excedentem, *Senatum Granatensem* ad priuilegium hoc meritò admisisse, *Conar.* memorat. *d. cap.* 7. *numero* 2. *vers. Cæterum.* Cum & Senectus sola hunc mereatur fauorem, vt suo præcipuo loco notamus. Mulierem autem quinquagenariam, senem esse, *de priuileg. pauperum*, 2. *part. quæstio* 56. *numer.* 40. 17

Vnde non est, quòd hac in re virginitas sibi arroget. Sed in præcipuis aliis verè arrogat, quæ
18 humanam conditionem supergressa, † non terrenam modò fœlicitatem, sed Angelorum gloriam superat, vt diui Ambrosij aliorumque Marquard. de Susan. *de cælibat. Sacerdo. non abrog. cap. 9. numero* 7. sic testimonio comprobat: *Considerent earum excellentem statum, & quòd omnes status mulierum excedit Virginitas, qua inter metalla auro æquiparatur; & est summa gemma, thesaurus pretiosus margaritis refertus: & est sicut lux Solis, respectu status coniugalis, & vidualis. Et dicit* Bernardus, *quòd sola virginalis castitas est, quæ in hoc mortalitatis, & gloriæ repræsentat. Nam, quod Sancti habent in cœlo (scilicet integritatem, & munditiam corporis, & animæ:) hoc iam Virgines obtinent ex gratia in terra. Nam in regno cœlorum neque nubent*, Matth. 2. Marc. 12. Luc. 20. *Et per terram, quæ facit fructum centesimum figuratur Virginitas. Et* Ambros. *in libro de viduis, dicit: Supergreditur Virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis assimilantur. Maior tamen est gloria virginum, quàm Angelorum. Angeli enim sine carne viuunt: Virgines autem, in carne triumphant. Et in carne præter carnem viuere; non terrena vita est, sed cœlestis. Et in carne cœlestem gloriam acquirere, maioris est meriti, quàm habere. Et sicut Christus in cœlo Angelos habet, & habuit antequam ingressus est mundum. Ita in mundo habet Virgines sicut Angelos, & qui Angelos transcendunt.* Plura *numeris sequentibus.* prosequutus. Sic pariter Hieronym. in sermone de assumptione: *Profectò in carne præter carnem viuere; non terrena vita est, sed cœlestis. Vnde in carne Angelicam gloriam acquirere, maioris est meriti quàm habere. Esse enim Angelum, fœlicitas est: esse verò Virginem, virtus: dum hoc habere nititur cum gratia, quod habet* Angelus *ex natura.* Diuus item Augustinus de bono coniug. super illud: *Virgines enim sunt, & sequuntur Agnum quocumque ierit,* ait: *Gaudia Virginum, non sunt eadem cum non Virginibus, quamuis Christi. Nam sunt aliis alia; sed nullis talia.* Non absimiliter Ioannes Franciscus Paul. de visitation. quæstiostione 10. parte 2. numero 129. *Virginibus* (inquit) *datur fructus centenarius; viduis sexagenarius; coniugatis autem tricenarius; & omnibus beatis gaudium inexplicabile, quod oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit, meritis proportionatum. Quia in domo patris, multæ mensiones sunt, & stella differt ab stella.* Nuptiasque terram, virginitatem paradysum implere dixit *in capite Nuptiæ, 12. in ord. 32. quæstione* 1. Multas præterea Virginitatis laudes cumulauit Benedictus Ægidius *de priuilegiis honestat. articulo 4. à numer. 1. cum seqq.*

Inque eo pretio apud Etnicos etiam habita virginitas est; vt *Numæ Pompilij* temporibus, si
19 casu † ad mortem ductus in Virginem vestalem incidisset, immunis à supplicio redderetur, quemadmodum *in ipsius Numæ vita Plutarc.* prodit, refert Bart. *Taeg. tract. crimin. p. 19. n. 21.*

20 Deorumque responsa † solas Virgines antiquitus præstare solitas, literis, posterorumque memoriæ *Diodorus Sicul.* mandauit, Bibliothec. *lib. 16. c. 6.* hunc in modum: *Solebant etiam primo illo tempore Virgines, ob naturam puriorem, & quod Dianæ videantur propinquitate quadam iungi ad officium illud diuina enunciandi assumi. Aptissimæ enim credebantur asseruanda ea arcana, quæ in responsis continerentur.* Iisdemque profetiæ donum in Virginitatis præmium à Deo O. M. concessum (ex Diuo Hieron. *lib. 1. aduers.* Iouin. tradit P. Emanu. Roman. *in elucidat. antiquit. Ordinis Carmelit. elucid. 11. in prin.*

Iura etiam in multis, cæteris eas fœminis anteponunt. Incessu † & loco. Primum enim Vir- 21
ginibus concedunt, vt cum *Baldo* affirmat Felin. *in cap. Causam, n. 4. de probationib.* & post *Cassan. & Marquard.* quos refert *Benedict. Ægid. d. c. 4. n. 13.*

Fide quoque, & testimonio, † maiorem nam- 22
que Virginibus, quàm nuptis, vel etiam viduis fidem Iura adhibent, teste Bald. & Felin. *d. proximè loco,* Barbat. *in eod. cap. Causam, num. 13.* Guill. Bened. *in repet. cap.* Raynuntius, *3. p. verb. qui cum alia matrimonium contrahens, nu. 45. de testam.* Prosp. Farin. *prax. crimin. tom. 2. quæst. 59. n. 50.* Anton. Gabr. *commun. opinion. lib. 1. titul. de testibus, conclus. 4. num. 67.* Magna earum confidentia, & fides ex *Cornel. Taciti* relatione deducitur, apud Virgines vestales magnatum testamenta aperiri insinuans, eisque committi, sic *Annalium libro* 1. inquiens: *Nil primo Senatus die agi passus, nisi de supremi Augusti. Cuius testamentum inlatum per* Virgines vestæ, *Tiberium, & Liuiam heredes habuit.* Conuenit Suet. Tranquil. *in vita* Octaui. August. Dictoque puellæ, se à tali fuisse
desloratam firmantis, † standum, asseuerant Iul. 23
Clar. *in §. Stuprum, numero 42. vers. Sed pone, & ibid.* prosequitur latius Baiard. *num. 41.* Farin. *praxis crimin. tom. 4. qu. 147. numero 135. & seqq.* Antonin. Thesaur. *decis. 3. numero* 2. Ioan. Vincent. Honded. *cons. 68. numero 12. libro* 1. Carol. Bardell. *consil. 83. numero 61.* Paul. Fusc. *singul. 32. littera V.* Nicol. *Intrigliol. singul. 214. lib. 1.* Martin. Nauar. *in* Manual. Latin. *cap. 16. numero 16. in fin.* Ioseph. Mascard. *de probation, tom. 3. conclus. 1412. numer.* 2. Etiamsi talis sit assertio simplex, non iurata, ex *Fuluij Pacciani* sententia, *de probationibus, libro 2. cap. 2. numero 9. & seqq.* relata, & sequuta à Farin. *d. loco, n. 136.*

Virginitas namque, vt naturalis qualitas præ-
sumitur, † nisi defloratio probetur, Ioan Andr. *in* 24
cap. 1. de adulter. nu. 2. Abb. *nu. 5.* Anchar. 2. Anton. *de Butr. num. 4.* Farinac. (multis relatis) *d. qu. 147. n. 135.* Mascard. *d. concl. 1412. n. 1.* Camil. Gallin. *de verb. signif. lib. 5. c. 18. n. 157.* Iacob. Menoch. *de præsumpt. libro 6. præsumpt. 89.* Iacob. Mandel. *cons. 37. numero 2. & cons. 692. numero* 2. Carolus Bardell. *dicto cons. 83. num. 6.* Adrian. Negus. *in sylu. responsor. quæstion. 444. numero* 11.

Nec modò si à Virgine ipsa, sed etiam à tertio
† Virginitas allegetur, vt profitentur Mascard. 25
d. concl. 1412. numero 11. Baiard. ad Clar. *in d. §. Stuprum, numero 42.* Carolus Bardell. *dicto cons. 83. n. 62.*

Deceptaque (quantumuis dolus, † fraus, vel 26
deceptio alias præsumi non debeat, iuxt. *legem dolum, 6. C. de dol.* adducta à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. D. num 177.*) Virgo
stuprata † præsumitur, patronumque *Iustinianum* 27
Imperatorem habeas, *in l. unica, §. Si enim, C. de rapt. Virgin.* dicentem. *Quia hoc ipsum velle mulierem, ab insidiis nequissimi hominis (qui meditatur rapinam) inducitur. Nisi etenim eam solicitauerit, nisi odiosis artibus circumuenerit; non facit eam velle in tantum facinus se prodere.* Profiteanturque

fitenturque sic ibid. communiter Doctores, Abb. & Anan. in d. cap. 1 de adulter. vterque num. 2. Nauar. d. cap. 16. nu. 16. Anton. Gomez in l. 80. Taur. numero 10. Ioan. Gutier. canonicar. quæst. lib. 1 ca. 37. numero 11. P. Thom. Sanchez de matrimonio libro 8. disputat. 36. numero 12. cumque allis multis, Iacob. Cancer, variar. resolut. libro 3. cap. 11. numer. 47. Inde sic, Demophontis fallaciam, ipsumque seductorem Demophontem (cui se circunuentra tradiderat) incusat apud Ouidium Phillis, ipsius ad Demophontem epistola.

Fallere credentem non est operosa puellam.
Gloria simplicitas digna fauore fuit.
Sum decepta tuis, & amans, & fœmina verbis.
Di faciant laudis summa sit ista tuæ.
Improbe quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta est?
Quidque vir, elusa Virgine, laudis habet?

28 Donationes inter virum, & vxorem, à Iure prohibitas,† factasque, irritas, & inanes esse; non est qui ignoret, stantibus huius rei, ac prohibitionis, titulis *Digestis. & Codice de donat. inter vir. & vxor. c. fin eod. tit.* Regiaque *lege* 4. *tit.* 11. *par.* 4. quibus Doctorum cumulum astruere, non decens, & superuacuum putamus.

Easque habet hæc prohibitio vires, & sic (maritum præcipuè) arctat: vt neque dotis con-
29 stituendæ †, augendævè ratione vxori donationem facere permittat; cum dotem constituere sit donate, *l. final. 8. Si à socero, D. quæ in fraud. credi. l. si quis vxori, 60. D. de donation. inter virum, & vxor.* doceneque Abb. & Alex. de Neu. *in cap. Etsi necesse, vterque num. 2. & Praposit. num. 1. de donat. inter vir. & vxor.* Barthol. Socin. *in l. 1. num. 70. D. soluto matrimon.* Palac. Rub. *in rub. de donation. inter vir. & vxor. §. 30. numer. 1.* Syluest. *verb. Dos, quæst. 6.* Angel. *eod. verbo, numer. 6.* Armil. 8. Tabien. *quæst. 5. nu. 6.* Baez. *de non mel. ratione dot. filiab. cap. 16 num. 4.* P. Thom. Sanch. (his fideliter relatis) *de matrimon. lib. 6. disputat. 7. numero 2.* Eorundem quoque iudicio id intelligens, etiamsi hæc donatio, dotisvè constitutio ante contractum
30 matrimonium † fiat, ad contracti matrimonij tempus relatione facta, si ea nempè lege detur, *vt inito matrimonio acquiratur.* Cum factam inter sponsos, vel relatam ad matrimonij tempus donationem, Imperator *Gordianus* nullam *in l. 4. C. de donat. ante nupt.* his verbis decernat: *Quod sponsæ ea lege donatur, vt tunc dominium eius adipiscatur, cum nuptiæ fuerint sequuta, sine effectu est.* Ea quidem rationis paritate; quòd
31 idem sit aliquid tempore prohibito, † aut inhabili fieri: vel in tempus inhabile, prohibitumvè conferri, vt *in Axiomatib. nostris, lit. F. nu. 135.* comprobamus.

Maritum præcipuè Prohibitione hac arctari
32 diximus: quia mulieri, † constituere, vel augere, constante matrimonio, dotem, diuersa ratio permittit. Quod nempè apud eandem illius permaneat dominium, veniat que sibi, soluto matrimonio, restituenda, vt multis *de priuileg. pauper. 1. part. quæst. 16. numero 6. col. 3. in princip,* ostendimus. Dotemque ideò constante matrimonio mulieri constituendi, agendique potestatem fecit Iustinianus *in l. Si constante, 19. & in l. Cùm multæ, 20. vers. Quare enim, C. de donation. ante nup.* & *in §. Est & aliud, vers. Et primis quidem, instit. de donat.* dicuntque Bald. Nouel. *de dot p. 7. priuileg.* 8. Palac Rub. *in d. repet. rubr. §. 53. num. 1. & 2.* Baez. *d. tract. c. 5. n. 16. & seq.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltimar. volunt lib. 11. tit. 22. lib. 2.*

Eam tamen donationem, dotisvè constitutionem, siue ante, siue post matrimonium à marito grandæuo, † minoris ætatis Virgini factam, 33
tanquam remuneratoriam sustineri profitentur, Accus. *in l. Si voluntate, 4. glos. 1. C. de dot. promis.* Bart. *in l. si diuortio, 21. numero 4. D. de verborum obligationibus, & ibidem* Iason. *numero 9. & in l. Ex hoc iure, numero 55. D. de iustit. & iur.* Abb. *in cap. 1. numero 8. de adulter. & in cap. final. numero 7. de donation. inter virum, & vxor.* Tiraquel. *de nobilit. capite 18. numero 19.* Didaç. Couarruui. *in 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 3. numero 2.* Anton. Gomez. *in leg. 52. Taur. numero 66. casu 4. & variarum, tom. 2. capite 4. num. 13.* Villalobos *in commun. opinion. littera D. numero 229.* Petr. Duen. *regul. 121. limitation. 11.* Gaspar. Baez. *de non meliorand. rat. dot. filiabus, dict. cap. 16. in fin.* Ayora *de partition. 1. part. cap. 7. numero 31. & 36.* Petrus Barbosa, *in l. quæ dotis, 34. numero 56. D. soluto matrimonio,* Aluarus Valascus *consultation. 4. numero 7. & consultation 5. numero 18.* Angel. *verbo, dos, numero 6.* Syluest. *quæstione 6.* Tabien. *5. numero 6.* Armil. *numero 8* Molina *de iustit. & iure, tom. 2. tractatu 2. disputation. 289. §. tertius si fiat, & disputation. 439. §. secundum, si eadem confessio,* Sanchez, (his & aliis quam multis relatis) *d. lib. 6. disputat. 7. numero 3. ad medium, vers. sed dicendum,* Philip. Paschal. *de viribus patr. potestat. parte prima, capite 4. num. 45.*

Fortiorique ratione si huiusmodi donatio, 34
dotisvè constitutio ab stupratore constante matrimonio fiat: & vxorem ducere, & dotare, qui virginem seductam violauerit, teneatur, *ex cap. 1. de adulter.* ac ideò nec donatio appellari possit, cùm ex necessitate iureque cogente proueniat. Donari autē id dicitur, quod nullo iure cogēte cōceditur, vt *Papinianus,* inquit, *in leg. donari, 29. D. de donat.* repetita, *in l. donari, 83. D. de regul. iur.* Neque liberalis quis in necessitatibus existit, *vt in axiomatib. nostris, lit. L. numero 70. & 71.* multis probamus. Sic tenet in proposito, Ioan. Lup. *in d. repet. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 50. num. 3.* & cum eo Sanch. *d. cap. 7. nu. 6.* de intelligentia verò textus *in dict. cap. 1. de adulter.* an & quando ad vtrumque virginis violator (ducendum scilicet & dotandum) obligatus existat: præter ordinarios ibidem videndi (vt multorum allegationi parcamus) Farin. *prax. criminal. part. 5. quæstione 147. numero 97.* cum multis sequentibus & *decision. 779. in 1. collect. nouissimè* Sanchez *de matrimon. libr. 4. disputat. 13. nu. 2. in med.* cæterique ab Agustin. Barbosa *in collect. ad idem caput 1. numero 7.* congesti ab eoque non adductus, Ioan. Gutierez *canonistarum quæst. libr. 1. cap. 37. per totam.*

Quibus & illud conuenit: quod licet sine do- 35
te † vxores duci non soleant, vt & experientia monstrat, & *1. part. de priuileg. pauper. quæstio. 17. num. 49.* notauimus: solent tamen virgines quæ satis virginitate ipsa dotatæ sunt, reste *Apuleios in apolog.* dicente: *Virgo formosa etsi*

 sit,

sit oppido pauper;tamen abundè dotata est. Inæstimabilis namque (vt *numero* 18.diximus) thesaurus virginitas est. Quod si omninò indotatam. vel hominum malitia necessitas respuat: minori tamen dote,quam corrupta in matrimonium frequenter admittitur , vt & experimur, & aduertunt Currius Senior *consil.* 27. *numero* 14. Pellic. *ad consuetudin.* Auer *capit.* 8. *num* 164. Panur. *de dote, gloss.* 10.*numero* 28.Iacobus Menochius *de præsumptionib. libro* 3. *præsumption.* 6. *numero* 30. Fuluius Pacian. *de probation cap.* 2. *num.*70.*lib.*2. & cum aliis , quos refert Mar. Giurb. *in consuetudin.Senat.* Messan.*cap.* 8. *glos.* 1.*numero* 10.*part.* 1. Decor enim ille integrita-
09 tis † illæsique Pudoris , hominum voluntates ad se allicit, in suique rapit amorem; qui virginitate amissa languescit, vt cecinit pulcrè *Catulus in carmine nuptiali*, mihi pagina 15.

Vt flos in septis secretus nascitur hortis.
Ignotus pecori , nullo contusus aratro.
Quem mulcent auræ , firmat Sol , educat imber ,
Multi illum pueri , multæ optauere puellæ.
Idem cum tenui carptus defloruit vngui:
Nulli illum pueri , nullæ optauere puellæ:
Sic Virgo dum intacta manet : dum casta suis: sed
Cum castum amisit (polluto corpore) florem;
Nec pueris iucunda manet , nec chara puellis.

Vtrùm Nupta inutilem Maritum habens , regis nostræ vnicæ fori priuilegio gaudeat?

SVMMARIVM.

1 *Negatiua pars proponitur. Affirmatiua*, num. 2.& seqquentibus *defenditur Limitatur*, num.14.

Nupta inutilem Maritum habens an impropriè , vel etiam propriè Orba, Viduaque dicatur ? d. numero 1. & numero. 3.
65 4.& 5.

5. *Communis loquendi vsus attendi , & propriæ etiam verbi significationi præferri debet.*

6 *Eadem Orbitatis , & Miserationis in vxorata inutilem maritum habente, quæ in vidua existit ratio , iusque idem perconsequens adesse debet.*

7 *Nupta inutilem Maritum habens* , legis nostræ vnic. C. quand.Imp.int. pupil. & vid. *dispositione continetur , non extensionis be-*
85 *neficio , sed comprehensionis natura, & numer. seqq. præcipuè numero* 12. *Ratio eadem vbi adest , eadem dicitur adesse lex.*

8 *Extenditur etiam lex pœnalis, expressa ratione dispositionis existente.*

9 *In correctoriis . & exorbitantibus à iure,tunc quoque fit extensio.*

10 *Statutum in Vidua loquens , in Vxorata inutilem Maritum habente intelligitur.*

*Priuilegium à lege , vel statuto Viduæ concessum , huiusmodi Vxoratæ concessum videtur.*ibi.

11 *Paria sunt non habere Maritum,vel habere inutilem.*

12 *Legis aperta dispositio , argumentis , aut coniecturis vti prohibet.*

Absens pro mortuo , Infirmus pro absente reputatur.ibid.

13 *Marito infirmo , vel misero existente , vxor infirmari , Miseraque censetur.*

QVÆSTIO VII.

QVA Ratione quæstione præcedenti *Virginem* legis nostræ vnicæ , Regiarumque similium priuilegio non gaudere probauimus (quod nempè ex lata , impropriaque significatione *viduæ* nomine contineatur ; ex impropriaque si significatione , à communibus Iuris regulis deuium, exorbitansvè priuilegium induci nequeat :) eadem , † Nuptam , inutilem Ma- 1
ritum habentem) si alia speciali Fortunæ iniuria non prematur) priuilegio isto frui non debere, videbatur dicendum. Nupta namque inutilem Maritum habens , etsi aliquo modo vidua dici possit : largè tamen , & impropriè ; non strictè. Siquidem propriè , strictèque *vidua* illa dicitur, cuius Maritus mortuus est , vt profert *Couar. practicar. quæst. cap.* 6. *num.* 2. In speciéque, mulierem hanc inutilem Maritum habentem,latè, ac impropriè , Viduam nominari.*Iacob. Cancer.* profitetur , *variar. resolut. tomo secundo capit.* 2. *n.*10.

Sed , ne veritatem retardemus , contraria † 2
non solum communis , sed sine contradictore (quem viderim) existit , eamque tenuit in primis *Glos.* celebris , *verb.Orbitates , in l.fin.C.ad leg.*Flau. *de plagiar.* laudata , sequutaque à Iasone *in l.Si vs. qui pro emptore , numero* 86.*D. de vsucap.* Marsil.*in l vnic. numero* 214.*&* 222. *C. de rapt. virgin.*Tiraquel. *in l.* 6. *connubial. glos.*1.*part. numero* 11. Francisc. Viui.*decis.* 65. Vincent.*de* Franch.*decis.*100.*numero* 18.Thom. Act.*de ludo scach.quæst.*8. *princip. numero* 43. Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro,casu* 66. *numero* 9. Vuesemb. *ad tit. nostrum , C. quando Imper. inter Papill.&* Vid. *numero* 2.Ioann.Mar. Nouar. *in pract. election. & variat. for. sect.* 1. *quæstion.*7.*numero* 10.Didac.Couarru. *dict. cap.* 7.*numero* 2.*versicul. Est in hoc* , Camil. Borrel. *in summ.decis part.*1.*titul.* 56. *numero* 35. Azebed.*in l.*9.*titul.* 3.*numero* 10. *libro* 4. *nouæ Regiæ collectionis , & in l.*1.*titul.* 3.*numero* 7. *lib.* 6.Euia *in Cur.*Philip. 1. *part.* §. 9. *numero* 15. Stephan. Gratian. *discept. forens.cap.* 666. *num.* 9.*tom.*4.Iacob.cancer. *dict. tom.*2.*capit.* 2. *num.* 8.Philip: Paschal. *de virib. patr. potest. part.* 2. *numero* 93. Sigismund. Scacc. *de appellat. quæst.* 7.*numero* 116.Marches.*de commiss.*1. *part.* §. 2. *titul.de auoc.causar. numero* 36. Alexand. Trentac. *variar.resolut.libro* 2.*titul, de citatione, resolut.*2.*numero* 16.Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæst.*44.*numero* 67. Perez *de Lara, de capellan.& anniuers.libro* 1.*capit.*21.*numero* 36.Bobadill. *in Politic.libro* 1.*capit.* 11.*numero* 7. Petr. Barbos. *in l.* 1. *part.*1.*numero* 47. *D. solut. matrim.*Osuald.Hilliger.*in* Donel.*enucl. lib.* 17. *capit.*20.*liter.B.*Exemplificantes in Marito longè absente , ad triremes damnato , ab hostibus capto , longa , grauique infirmitate laborante, vel fatuo.

Neque contrarium propositum argumentum † huic verissimæ conclusioni quidquam 3
obest.

obest. Quia non ex verbi solum significatione, sed ex rei veritate, miseraque huiusmodi fœminæ conditione ad hanc assertionem mouemur. vtrumque autem eam infallibilem reddit. Pro virgine enim, non alia, quam nominis ad hoc priuilegium obtinendum, significatio, ex *vidua* appellatione deducta, pugnabat (vt eadem *quæstione præcedenti, à numero* 8. prosequimur) meritóque in eo casu, ex lata, impropriáque significatione contrà Iuris communis regulas, exorbitans priuilegium inducendum non esse, firmauimus: At in præsenti, fœminam hanc inutilem maritum habentem, verè quoad effectum, viduam, orbam, & miseram reputari, dignamque per consequens *legis nostræ vnicæ* fauore, iure quidem optimo relati censuerunt.

Neque enim infœlicis aut inutili mariti vita,
4 † orbitatem, miseramque fœminæ conditionem tollit, sed efficit. *Constantini* verba, vt breuiter, sic eleganter id probantia, *dict. leg. fin. Cod. ad leg. Flau. de plagiar.* in medium prodeant: *Plagiarij, qui viuentium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, &c.* Et orbos, & miseros parentes, filiis viuentibus, quos in vsu non habent, meritò vides nominatos. Quibus ex verbis, ad vxorem inutilem maritum habentem dicta *glossa ibi* descendit. & viduam, & miserabilem dicens. Idque non ex impropria verbi significatione si *Labeonis* sententiam spectemus *in l. malum*, 242. §. *Viduam. D. de verbor. signific. quia vidua (* inquit *) sic dicta est, quasi vecors, vesanus; qui sine corde aut sanitate esset: similiter viduam esse dictam, quasi sine duitate.* Nuptamque hanc, latinitatis bonarumque literatum sectatores viduam appellant. *Cornel. Tacit. annal. libro* 16. ita inquiens: *Contrà, filia intrà vicesimum ætatis annum, nuper marito Annio pollione in exilium pulso, viduata desolataque.* Penelopem quoque Vlissis absentis vxorem, viduam miseramque *Plautus* nominauit, *in Stich. actu* 1. *scen.* 1.

Credo ego miseram fuisse Penelopam
Soror, suo exanimo, quæ tandiu vidua
Viro suo caruit.

Vt alios à Tiraquello *d. l. 6. glos. 1. p. 6. nu.* 12. relatos omittamus.

5 Quam quidem significationẽ communis simul vsus loquendi † probauit, eximio venerandoque teste Innocentio III. P. M. *in cap.* 2. §. *Sed neque, de translation.* Episcop. dicente: *Sicut iuxta communem modum loquendi, illa dicitur Ecclesia viduata, quæ licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.* Quem nominis propriæ significationi præualere, potiusque attendi debere; *quæstione quoque præcedenti* aduertimus.

6 Quod si adhuc viduæ nomine vxoratam inutilem maritum habentem contineri neges, nec bonarum literarum professoribus credens, nec communi loquendi vsui deferens, aut optemperans, subterfugia quærens: veritatem, rationemque fugere nequibis. Quæ cum eadem in vxorata † inutilem maritum haberen, orbitatis, & miserationis in vidua adsit: idem per consequens ius adesse & vigere debet, ex vulgari regula *text. in l. illud*, 32. *D. ad leg. Aquil. in l. à Titio*, 108. *D. de verbor. oblig. in l. Si postulauerit*, 25. §. *de eo, D. ad leg. iul. de adulter.* cum aliis de quibus *nos in axiomatibus. liter. R. numero* 14.

Hancque vxoratam, tam legis nostræ dispositione, † quam viduam contineri, non extensionis beneficio dicendum est rationis identitate id efficiente, quæ vbi adest, eadem dicimr lex adesse, *ex l. illud*, 16. *C. de sacros. Eccles. in l. His solis*, 7. *versic. de cæteris autem, quæ portentosæ vtilitatis, abiectaque pudicitia sunt, satis etiam tacitè cautum putamus, Cod. de reuoc. donat. l. Nominis*, 6. *D. de verbor. signif.* vbi apertius id ipsum Vlpianus: *verbum* ex legibus, *sic accipiendum est: tam ex legum sententia, quam ex verbis.* Quam multos in id congessimus *d. lit. R. num.* 15. quibus (optimè loquentem, & assertionem comprobantem) *Farinacium* addimus *fragmentor. criminal. parte prima, littera E. numero* 167. 7

Quod & in lege pœnali, † expressa dispositionis ratione existente (*ex Villagut. Lara, Menoch. Mario Antonin. Rebell.* & aliis) *dict. lit. R. num.* 17. Ampliauimus addimusque similiter *Farinacium* eundem, *n.* 168. 8

In correctoriis etiam, † & exorbitantibus à iure, idem dicendum, eademmet iura suadent, profitetur que (propè innumeris relatis, in idem sæpè residens) Ioan. Gutier. *practicar. quæst. lib.* 3. *quæst.* 17. *num.* 75. *& sequentibus vsque ad numerum* 88. 9

Eamque viduæ, & vxoratæ inutilem maritum habentis paritatem, seu coniunctionem esse; † vt de vidua statutum loquens de habente maritum innutilem intelligendum, profiteantur Iodoc Damhoud. *in enrichid. parium, aut simil. iur. verb. esse inutiliter, & verb. maritus inutilis.* Andr. Tiraq. *de legib. connubial. repetita l.* 6. *numero* 12. Didac. Per. *in l.* 1. *titulo* 1. *libro* 3. Ordin. *versicul. cum iam, sit visum col. mihi* 461. Ideóque siue lege, siue statuto viduæ priuilegium concessum, vxoratæ inutilem maritum habenti concessum videri, firmat etiam Girond. *de priuileg. num.* 1441. 10

Hæc quidem si à lege nostra vnica, concordibusque Regiis (*quæst.* 3. *num.* 1. sæpéque aliis in locis relatis) viduæ solum nominatim fori priuilegium, vt aduersarios in prima causæ discutione ad Principem trahere valeat: trahi verò ab aliis ipsa nequeat, concessum extitisset. Quia identitatis (vt diximus) ratione, omnimodaque vxoratæ inutilem maritum habentis, cum vidua, paritate; in vidua dispositum in huiuscemodi pariter vxorata dispositum censendum foret, cum tot eam viduam, & orbam iudicari auctoritatibus comprobatum extet, pariaque esse, non habere maritum, † vel habere inutilem. Quibus & in *Axiomat. nostris* ad id citata iungimus, *lit. H. num.* 3. 11

Sed cùm non viduæ solum, longa infirmitate contritis, aut pupillis, sed aliis quoque fortunæ iniuria † miserabilibus hoc prædictæ leges beneficiũ nominatim, expresséque indulserint: non à paritate aut idẽtitate rationis, aliovè argumento opus est, cum aperta legis dispositio adsit; quæ argumentis, aut coniecturis vti prohibet iuxta notata à *Nobis in Axiomatib. nostris lit. C. n.* 74. *& lit. V. num.* 84. Orba miserabilique sic vxorata existente, siue absens in longiquo maritus sit, cũ interim (vt probauimus) viduata existimetur, idem absentia, quod morte operante, cum & pro mortuo absentem haberi iam *supra quæstione* 5. *numero* 15. diximus. multoque fortius si in exilio, aut triremibus 12

siue

siue etiam domi longa infirmitate grauetur. Siquidem & vxori per eam inutilis factus sit, & absens reputetur infirmus, *vt dicta quæstione 5. numero* 14. comprobauimus. Imò infirmari vxor
13 † ipsa, marito infirmo, videatur, cum sint vna, & eadem caro, *Genes. capite* 2. *in fin.* ex miseraque mariti conditione, & vxor misera dicatur, Quod neque *Ouidium* latuit, dum exilium suum deplorans, *Tristium libro* 5. *Eleg.* 14. *ad vxorem*, ait.

Cúmque viri causa possis miseranda videri.

Tot ergò ex capitibus vxorata inutilem maritum habens, miserabilis existens, expreséque à lege nostra, consimilibusque Regiis consequenter ad fori beneficium admissa: nec dubitationem aliquam principalis conclusio recipit: neque ponderis quicquam in contrarium argumentum oppositum, tot etiam rationibus dilutum.

14 Eandem tamen limitant † conclusionem Marchesanus *de commiss.* 2. *part. dicto* §. 2. *titul. de auoc. causar. numero* 38. *&* Ioan. Mar. Nouar. *dict. sect.* 1. *quæstione* 7. *numero* 10. *praxis electión. & variat. fori*, quando misera conditio, inutilitasque mariti, vxoris culpa prouenisset. quam eandem sublimitandam, intelligendamque censeo, si vxoris culpa ad casum præordinata sit, non aliter iuxtà latè deducta à *nobis de priuil. paup.* 1. *part. qu.* 54. *num.* 7. *cum seqq.* præsertim, *num.* 25.

Cætera huiuscemodi vxoratæ priuilegia, à viduatum priuilegiis (quæ iam *quæst.* 3. sumus prosequuti, cùm viduæ apellatione contineatur, per legemque vel statutum viduis concessa videri dixerimus) repetere licet, & ab his quæ generaliter in mulierum fauorem explicitè, aliorúmvè relatione *eadem quæstione* 3. tradidimus, Ne matrimonij materiam à nostra separatam, captare velle videamur ineptè si interius Nuptarum scrutemur fauores, quod à nostro est instituto alienum.

VTRVM ECCLESIA inter miserabiles personas contineatur? Legis nostræ vnicæ vtatur fauore? quatenusque priuilegiata existat.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia an minoribus, & pupillis æquiparetur, eorumque vice fungatur?* & num. 3. 7. & seqq.

2 *Ecclesia an miserabilium numero contineatur* & num. 5. 9. & 10.

4 *In fauorem etiam Ecclesiæ disponendi profanis legibus potestas non est, nisi & Canonica sanctione approbentur.*

5 *In hisce Castellæ regnis, Cathalonia, & aliis an Ecclesia miserabilis persona reputetur, vt primum iudicem Senatum habere possit? ab expensisque in causæ prosequutione excusetur.*

6 *Doctoris dictum, secundum legem, vel auctoritatem ab eo allegatam intelligendum est.*

7 *Æquiparatorum non semper idem, nisi eadem sit ratio, iudicium est. Vtque ab æquiparatis argumentum procedat, omnimoda in casu æquiparato similitudo adesse debet.*

8 *A minoribus ad Ecclesiam non semper æquiparatio procedit, nec semper Minorum vice Ecclesia fungitur. Et an solum quoad restitutionis beneficium? Et an quoad illud etiam semper comparetur.*

9 *In specie, & quæstione nostra, dissimilitudo inter minores, & Ecclesiam existit.*

10 *Ecclesia potentior reputatur, & in eam, tanquam in potentiorem, alienatio fieri nequit, factaque viribus non subsistit.*

Testes qualiter in nobilitatis probationibus interrogandi? ibid.

11 *Ecclesia Prælatum habens (ad minoris similitudinem patrem habentis) neque orba neque miserabilis ea ratione existit.*

12 *Ecclesia filia; Prælatus, parentis locum tenet.*

13 *Ecclesia vxor; Prælatus, maritus eius appelletur. Et quemadmodum vigintiquinque annis minor maritum habens, licet patre careat, hoc fori priuilegio non vtitur: sic Ecclesia (in hoc minori etiam comparata) Prælatum habens, non vtetur.*

14 *Ecclesia Cathedralis Episcopo mortuo, vel inutili effecto, viduata dicitur. Et an idem in Ecclesiis collegiatis, vel parochialibus rectoribus mortuis, vel inutilibus.*

15 *Vicarius Ecclesiæ parochiali designatus, dum de proprio rectore prouidetur; non rector eius, sed procurator existit, legitimam administrationem habens.*

Alterius regimini, præterquam parentis, aut mariti suppositus hoc fori priuilegium habet. ibid.

16 *Beneficiarius Ecclesiæ suæ prouentum in vita vsumfructum habet: in morte (generali recepta consuetudine) aut disponit: aut intestatus, parentes, vel consanguineos in eis successores habet.*

Beneficiarius tutori non comparatur. ibidem.

17 *Religionum Superiore, aut Præpositi*, Prælatorum *nomine continentur, vtrique Prælati dicuntur.*

18 *Ecclesia pauper, vel etiam diues spoliata, propriisque re per vim priuata, hoc fori gaudet priuilegio, & coram quo malit Iudice Ecclesiastico, vel sæculari spoliatorem conuenire potest.*

19 *Quod hodiè cuilibet, etiam laico vim passo, conceditur.*

Ecclesiasticus, vel sæcularis, cui ab Ecclesiastico iudice violentia, aut vis illata est; pro ea, grauamineque tollendo, an & qualiter regium adeat tribunal? ibid.

21 *Ecclesia an fisco comparetur? Eius priuilegiis vtatur? De fiscoque ad Ecclesiam, & è conuerso argumentum procedat?* Et nu. 25.

22 *Ecclesiæ fauor validior est quam fisci, qui vltimus priuilegiatorum existit; Ecclesia priorum.*

23 *Contra fiscum in dubio est iudicandum.*

24 *Pro Ecclesia iudicandum in dubio est.*

25 *De priuilegio Ecclesiæ, ad priuilegium fisci, non valet argumentum.*

26 *Ecclesia an verè fiscum habeat, qui tacita in bonis cum eo contrahentis hypoteca, vt cum sæculari, gaudeat? quique in Clericorum* bonis

bonis vacantibus, & sine herede legitimo decedentium succedat? Et cui Clericorum delinquentium pecuniariæ applicentur pœnæ, ac bona confiscata secularis Fisci adinstar? & num 27. 29. 30. & 31.

28 *Ecclesia pro decimis sibi debitis, tacitam in prædiis hypothecam habet, inque emphyteuta bonis, qui emphyteuticum Ecclesiæ prædium reddidit deteriorem.*

32 *Ecclesia Imperij priuilegiis gaudet, & fraternizat vtrumque.*

33 *Minorum, & Pupillorum iure, an, & quando vtatur.*

34 *Restitutio à priuato quolibet in foro eius aduersus quem postulatur, petenda est.*

35 *Ecclesia an aduersus laicum, coram Ecclesiæ Iudice restitutionem petat? Et quid si de propriis Clerici bonis tractetur?*

36 *Tacitam hypothecam habet in bonis Prælati malè administrantis, ad minoris, Mulierisque pro dote similitudinem.* & n. 45.

37 *In aliorum ad ministratorum bonis, tacita hypotheca non contrahitur.*

38 *Inter Minores, & Ecclesiam, qui plures similitudine congerant?*

39 *Pro rebus malè ablatis, in bonis restituere debentis Ecclesiæ, cui restitutio facienda est, tacitam habet hypothecam.*

40 *Contrà furem, vel eius heredem, non hypothecaria, sed actio tantum rei persecutoria ea existente; vel non extante, ad eius æstimationem competit.*

41 *Ecclesia Reipublicæ comparatur, omnibusque Reipublicæ priuilegiis concessis vtitur, quando aptabilis casus est, contrariumque à Iure decisum non reperitur.*

42 *Ecclesiæ fauor, Reipublicæ fauori præpõderat.*

43 *Militum priuilegiis, vbi inæqualitatis non adest ratio, Ecclesia potitur.*

44 *Et libertatis.*

45 *Et dotis, rationis identitate existente.*

Et an non tantum pro dote sua; sed etiam pro aliis bonis dotis priuilegiis Ecclesia gaudeat? ibi.

46 *Dos Ecclesiæ pluribus priuilegiis gaudet quàm Mulierum.*

47 *Pro Ecclesiæ dote, reque euicta, aduersus promittentem, vel Rectorem, qui eam recepit, tacita, vt sæculari, competit hypotheca.*

48 *Ecclesia fauore alimentorum, an & quando fruatur?*

49 *Piarum causarum priuilegiis Ecclesia gaudet, & principem locum inter eas tenet.*

50 *Ecclesiæ datum, eiusque fauore constitutum est, vt ad eam pro criminibus confugientibus præstetur immunitas, ne ab illa extrahi queant.*

Et an ex Veteris Testamenti lege, aut Euangelica concessa sit? ibid. remis.

Apud Etnicos id quoque obseruatum ostenditur.

51 *Confugientem ad Ecclesiam extrahens, qualiter puniatur? Et an læsæ Maiestatis reus iudicetur?*

52 *Ecclesia ad quam reus confugit obsideri non debet, neque in ea vinculis, aut compedibus detineri.*

53 *Ecclesia priuato succedens, contra quam præscriptio cœperat, an priuilegio suo aduersus præscriptionem vtatur?*

54 *Et quid in aliis priuilegiatis, vt in dote, & minore?*

Qui à priuato emphyteusim accepit, si ad Ecclesiam peruenit, intra bienniũ ad canonis solutionem sub caducitatis pœna arctatur, ibid.

55 *Res Ecclesiæ, vt minorum, non nisi cum causa, & solemnitatibus alienari possunt.*

Et quæ sunt? remissiuè.

56 *Si in euidentem Ecclesiæ vtilitatem alienatio facta sit, etiam sine requisitis solemnitatibus. an teneat? contrahensque omninò, Ecclesia volente, stare contractui debeat?* & num. seq.

Absque forma substantiali, nihil in rerum natura subsistit, ibid.

In facto notorio solemnitates alias requisitæ relaxantur, ibi.

58 *Nudus minister, testamentique executor aduersus hæredes hæreditariosvè debitores actiones mouere, agereque non potest.*

59 *Ecclesiæ fauore potest.*

60 *Ecclesiam defendere, proque illa de populo quilibet comparere valet,* & num. 62.

61 *Etiam Ecclesia inuita, & contradicente Prælato.*

63 *Sine mandato pro alio in iudicio experiri, licet regulariter nemini.*

64 *Officio suo procuratorem compellere Iudex potest, vt mandatum ostendat.*

65 *Admitti in iudicio, nisi pro suo interesse quis non debet.*

66 *In inuitum beneficium conferendum non est.*

67 *Ecclesiæ inuitæ quoque, non solum beneficium datur, sed etiam alteri, si Ecclesiæ vtilitatem respiciat.*

68 *Iudex ex officio Ecclesiam defendere, in integrumque illi restitutionem dare potest.*

69 *Aliis, non nisi petentibus officium suum impartiri. Iudex debet.*

70 *Incertitudo omnem vitiat dispositionem.*

71 *Fauore Ecclesiæ fallit, publici fauoris adinstar.*

72 *Legatum pro Ecclesia construenda, licet ædificio fiendo locus à testatore designatus non sit; caducum non redditur.*

73 *Pro alio ædificio construendo, loco certo non designato, derisorium legatum est. Loci enim incertitudo actum promissionemque vitiat.*

Loci, & nominis incertitudo æqui paratur, ibi.

74 *Ædificium solo cedit.*

75 *Ædificium alieno in solo pecuniis Ecclesiæ constructum, solo non cedit, sed solum ædificio, & sic vtrumque Ecclesiæ. Indubitabiliusque si ædes sacra solo ædificata sit alieno,* & num. seq.

77 *A muneribus præcipuè personalibus Ecclesiastica persona immunes existunt. Communis vtilitatis, aut necessitatis casu excepto,* & num. seq.

Et quid circa patrimonialia munera? n. 79.

Et an in casibus in quibus ad munera Ecclesiastici tenentur, à secularibus iudicibus ad ea cogi possint? ibid.

80 *Immunitas hæc an ad Ecclesiæ vassallos, colonos, Ecclesiævè seruientes porrigatur?*

81 *Ecclesiæ emphyteuta an rei emphyteuticæ ratione ea immunitate gaudeat?*

82 *Pro Ecclesiastica pensione ex beneficij fru-*

ctibus constituta, tacita in eis hypotheca illi in cuius fauorem concessa est, ad alimentorum similitudinem competit,& n.85.

83 *Pro aliis pensionibus, etiam ex certo fundo relictis, debitis, aut constitutis, actio solum personalis competit.*

84 *Tacita contrahitur hypotheca pro pensione super certo fundo aut certis bonis constituta.*

86 *Donatio quingentorum solidorum summam excedens, ad sui valorem insinuationem requirit, inque excessu, nullitatis vitium patitur.*

87 *Ecclesiæ vltrà dictam summam donatio facta, insinuatione non eget.*

88 *Donatio etiam immensa Ecclesiæ facta sustinetur.*

89 *Omniumque etiam bonorum præsentium, & futurorum.*

Communi iure, præsentium, & futurorum bonorum donatio improbatur. Regio verò, etiam præsentium tantum, ibid.

90 *Regalia potest Princeps Ecclesiæ donare.*

91 *Priuatis Regalium donationem, in Coronæ præiudicium facere Princeps nequit.*

92 *Victus victori in expensis condemnari regulariter debet.*

93 *Ecclesiæ fauore limitatur.*

94 *Fiscus victus, in expensis non condemnatur.*

95 *Emphyteuta Ecclesiæ per biennium in solutione cessans, emphyteusi priuatur.*

96 *Secularis per triennium.*

97 *Ecclesia si ab alio emphyteusim teneat, præfatoque temporis spatio non soluat; an emphyteusi priuetur?*

98 *Ecclesia, quæ ob canonem non solutum à iure suo cecidit; in integrum restitutionem, vt canonem soluat, implorare potest.*

99 *Contractus in dubio censualis potius, quàm emphyteuticus præsumitur.*

100 *Ecclesiæ fauore, an emphyteusis potius ratione, quàm census videatur facta solutio?*

101 *Censuarius mille etiam annis censum non soluens, à iure suo non cadit.*

102 *Census, rem nostram esse demonstrat; canon, alienam.*

103 *Censum inconsulto Domino alienans, à iure suo non cadit; emphyteuta cadit.*

104 *Aduersus Ecclesiam, quadragenaria solum præscriptio procedit; aduersus quam ex capite ignorantiæ Ecclesiæ restitutio conceditur,* & num.seq.

Et intra quod tempus competat? num. 107.

106 *Et quid scientia interueniente?*

108 *Aduersus triginta annorum præscriptionem etiam ignorantiæ titulo (ex probabiliori sententia) restitutio aliis denegatur.*

109 *Ecclesia, data quoque scientia, enormiter læsa, post quadriennium restitutionem consequitur.*

110 *Et intrà quod tempus præterito quadriennio?*

111 *Absque interpellatione debitorem in mora constituit Ecclesia.*

112 *Qui Ecclesiæ vendit, quamuis ei litem motam Ecclesia non denunciauit, de euictione tenetur.*

113 *Sine interpellatione, mora committi non solet.*

114 *Venditor cui lis ab emptore non fuit denunciata, nec vt liti assisteret facta interpellatio, de euictione non tenetur.*

115 *Ex contractu inutili, traditione interueniente, possessione transfertur.*

116 *In re Ecclesiæ, vel Pupilli fallit.*

117 *Procurator generaliter ad vendendum constitutus, fidem potest habere de pretio, & absque eius receptione dominium transferre, licèt mandato sit adiectum.* Et ad petendum, recipiendum, & de recepto liberandum.

118 *In Ecclesiæ, Fisci, vel Minoris procuratore fallit, qui fidem habere de pretio nequit fidemque habendo, dominium non transfert, integro etiam ferè pretio recepto, vno deficiente nummo,* & numero seq.

120 *Successor singularis præcessoris locationi stare non tenetur.*

121 *Locationi de rebus Ecclesiæ per triennium à Prælato factæ, si vtilis Ecclesiæ sit, stare compellitur.*

122 *Mutui obligatio efficax est, debitoresque solutionem differentes, multiformiter castigantur, remis.*

123 *Contra Ecclesiam ita demum oritur, si in illius vtilitatem mutuum conuersum probetur.*

124 *Dominum absque traditione, vel apprehensione regulariter non transfertur.*

125 *Fallit in Ecclesia,* & num.449.

Limita, & intellige, vt num.126. 127.128, 129.130.& 131.

126 *Sæpè dominium; non verò possessio transfertur, remissiuè.*

131 *Dominium,& possessio rerum eius, qui se, suaque Ecclesiæ deuouit, an in illam absque apprehensione transeat?*

132 *Donatio non præsumitur, remissiue.*

133 *An Ecclesiæ fauore, vt dotis, præsumatur?*

134 *Priuilegium Ecclesiæ concessum (cum numquam moriatur) reale perpetuumque censetur.*

135 *In dubio, personæ priuatæ, vel ab ipsa Ecclesia concessum, personale iudicatur.*

136 *Aduersus contractum iuratum, nec per restitutionis quidem auxilium minor admittitur. Absolutioneque ad agendum, vel excipiendum eget.*

137 *Ad agendum, vel excipiendum absolutione obtenta, non pinguius ius, quam maior consequitur minor.*

Qui relaxationem à iuramenti vinculo iniquè obtinuit, in periurium recidit, ibidem.

138 *Ecclesia contractum iuratum, absolutione etiam non petita, impugnare valet, aduersusque illum integrum restitutionem postulare.*

139 *Ecclesia habetur loco filij, facitque deficere conditionem* si sine liberis decesserit, *& substituto in defectum liberorum excluso, Ecclesia bonorum capax, admittitur.*

140 *Siue Religiosorum, siue Clericorum Ecclesia sit.*

141 *Tacita pupillaris substitutio pupilli matrem non excludit.*

142 *Nisi Ecclesia, vel pia causa substituta sit. Et an indistinctè procedat?*

143 *An solus Prælatus hæreditatem, legatum vè Ecclesiæ relictum repudiare possit?*

144 *Ecclesiæ iniuriam solus Prælatus non remittit.*

145 *Donatio Ecclesiæ, vel pauperibus absentibus facta, ante acceptationem reuocari an possit?* & numer. seq. *Regulariter potest*, ibid.

Et quid hodiè iure Regio? num. 146.

147 *Tollendæ dubitationis gratia, dubio existente legato; non melior, sed minima, aut mediocris saltem res debetur.*

148 *Ecclesiæ melior præstanda in dubio est.*

Et quidem vouente aliquid Ecclesiæ, si dubium circa voti implementum adsit? ibid.

Intellectus text. in cap. Ex parte, 18. de censib. ibid.

149 *Priuilegium quanto tempore præscribatur, amittaturvè à secularibus, aut ab Ecclesia?* & num. seq.

151 *Statutum quemadmodum vno actu conditur; vnica etiam contrauentione tollitur.*

152 *Et quid in statuto Ecclesiæ fauorabili?*

Vnus solus de Ecclesia omnibus resistere potest, actumque eorum in Ecclesiæ præiudicium factum retractare, ibid.

153 *Princeps potest priuilegium simplex subdito concessum, ad libitum, & sine causa reuocare.*

154 *Fallit si Ecclesiæ priuilegium huiusmodi sit concessum.*

155 *Per legem generalem priuilegium Ecclesiæ datum, an generali quoque lege tolli possit?* remis.

156 *Nemo contrà se arma præbere, aut instrumenta edere tenetur.*

157 *Nisi ad Ecclesiæ, Fiscique fauorem.*

158 *Mobilium legato, quæ post testamentum patrimonio testantis accreuere, non continentur.*

159 *In Ecclesiæ mobilium legato fallit.*

160 *Sententia contrà Ecclesiam absente Aduocato, vel Procuratore lata, nulla est, ad Fisci similitudinem, cui hoc est speciale ius concessum*, & num. seq.

162 *Quid in priuato, aduersus quem absente Aduocato sententia lata est?*

163 *Repertorum instrumentorum prætextu, instaurari lis nequit.*

164 *In Ecclesiæ causa, Fisci, Reipublicæ, & Minoris potest.*

Et an ipso iure? & duobus num. seqq.

165 *Intellectus* textus in cap. Inter Monasterium, 20. & cap. Suborta, 21. de sent. & re iudic.

167 *Post conclusionem in causa instrumenta reperta, ab Ecclesia producta, Prælati etiam negligentia in eis perquirendis data, admittenda sunt.*

168 *Aliis, huiusmodi ius post conclusionem in causa, nisi omnimoda diligentia adhibita, denegatur.*

169 *Conclusio causæ, sententiæ comparatur.*

170 *Post conclusionem in causa, non amplius iudicium dicitur.*

171 *Post litem contestatam exceptiones dilatoriæ opponi non possunt.*

172 *Neque in appellationis instantia.*

173 *In Ecclesia, & minore limitationem præcedens recipit assertio.*

174 *Deperditi instrumenti non nisi testibus peritis probari potest.*

175 *Ecclesiæ vel Fisci etiam non peritis probatur.*

176 *Fiscus quatenus in sui debitoris, aduersusque eiusdem debitoris creditores priuilegiatus in hypotheca existat?*

Et an eius in hoc priuilegio, Ecclesia, dosque vtantur? & numero. seq.

178 *Ecclesia, & Fiscus in personali actione prælationis iure gaudent, etsi in ea regulariter prælatio non detur, neque ex tempore, sed ex causa priuilegia æstimentur.*

179 *Legatum ab vno hærede nominatim relictum, ab aliis nequit postulari.*

180 *Ecclesiæ sic relictum, ab omnibus heredibus (alimentorum instar) exigi potest.*

181 *Futuræ successionis pactum inter priuatos, iura improbant.*

182 *Ecclesiæ fauore huiusmodi pactum (ad militaris priuilegij similitudinem sustinetur.*

183 *Minutam solutionem creditor accipere non adstringitur.*

184 *Ecclesiæ, & libertatis causa creditor compellitur.*

185 *Donatio, remissio aut renunciatio nunquam præsumitur.*

186 *Multis in casibus fallit, & qui sint?*

187 *In casibus in quibus donatio, remissio, aut renunciatio præsumitur; Ecclesiæ fauore non præsumitur.*

188 *Operas suas in perpetuum locare, ad promissasque adstringi quis non potest.*

189 *Ecclesiæ fauore in perpetuam operarum obligatio tenet, ad easque compellitur promissor.*

190 *Seruus Ecclesiæ in dignitate constitutus dicitur.*

191 *Ecclesiæ, vel Vniuersitatis administrator, nec palam eius bona emere potest.*

192 *Secus in adulti; vel etiam pupilli administratore, iure saltem communi.*

193 *Ecclesiæ Rector, siue Administrator, eius bonis ditatus præsumitur, aduersusque eos Ecclesiæ conceditur repetitio.*

194 *Aliis, etiam Reipublicæ, aut Fisco, non vtique*, & num. seq.

196 *Legatum* tot aureorum *Ecclesiæ factum, annuum præsumitur.*

197 *Aliis, vnica tantum præstatione fit satis.*

198 *Scriptura priuata ad sui firmitatem, Consulis, dieique appositionem non requirit.*

199 *Ad probationem requirit.*

200 *Quid Ecclesiæ fauore?*

Solutio ab Ecclesia facta, etsi quantitas non fuerit expressa, si per relationem certificari potest, probatur, Ecclesiamque liberat, ibid.

201 *In præiudicialibus taciturnitas consensum non inducit.*

202 *Ecclesiæ, ac diuini cultus fauore, inducit.*

203 *Creditor videns pignus in Ecclesiam distrahi, aut alienari sibi præiudicat tacendo, pignusque intelligitur remisisse: ad libertatis, Fiscique similitudinem, quibus id concessum est*, & numero seq.

205 *Regulariter, per scientiam, & patientiam distractionis pignoris, non aliter sibi creditor præiudicat, quàm si expressè consenserit.*

206 *Vendere rem suam nemo compellitur.*

207 *Pro Ecclesia construenda, ædificanda, vel amplianda, domum suam vendere quis cogi potest, ampliatur* num. seq.

209 *Meretrix propè Ecclesiam, propriam in*

habitans domum, expelli potest. Et quid de vxorata inhoneste viuente, num. 211.

210 *Quemadmodum meretrix à vicinia expelli potest: an à propria etiam domo expellatur.* & numero.seq.

212 *Domum leuare, aut fenestras facere ad Monialium cœtum prospectum habentes, non licet, possuntque facta destrui.*

213 *Iuxta Ecclesiam nil construi, aut extolli potest, quod illi praeiudicium afferat, etsi pium opus contineat.*

214 *Potestque hoc casu, ad vendendum seruitutem altius non tollendi, vicinus cogi etiam via publica intermedia.*

215 *Cogi non potest quis ad vendendum ius sibi competens; nec domum suam leuare altius prohiberi. Amplia* numero 216. & 217. *Limita* n.218.

219 *Legatum factum, alienatione voluntaria videtur ademptum.*

220 *Legati ademptio ex coniecturis deducitur, eisque probatur.*

221 *Legatum Ecclesiae factum, alienatione voluntaria non extinguitur.*

222 *Fideicommissum vniuersale, absquè restitutione in Ecclesiam, eius priuilegio transit.*

223 *In aliis, restitutio in fideicommisso vniuersali desideratur.*

224 *Et quid in fideicommissis particularibus? Et an in eis, vt in legatis, à morte testatoris, dominium fideicommissi transeat?* & num.seq.

226 *Ecclesia an instituta censeatur heres. si inter amicos praedixisset defunctus:* Post eius mortem instituere Ecclesiam velle, *eo postmodum intestato decedente?*

227 *Ecclesiam defendere promittens, etiam non requisitus, nec certo tempore designatus, eam defendere tenetur.*

228 *Fauore Ecclesiae, vt Minoris, re ipsa, absque interpellatione mora contrahitur, remissiuè.*

229 *In aliis, requisitio, interpellatioque ad obligationis executionem desideratur.*

230 *Res pecunia Ecclesiae empta, an ipsius fiat? possitque illam Ecclesia vendicare?*

231 *Et res illa cum praelationis priuilegio hypothecata Ecclesiae existit, adinstar Pupilli, & Militis.*

232 *Aliorum pecunia res empta, ementis fit, non illius cuius pecunia erat.*

233 *Res dotali pecunia empta, an fiat dotalis*

234 *Per superuenientiam liberorum, omnium? bonorum donatio reuocatur.*

235 *Et quid si Ecclesiae facta sit?*

236 *Ex solo titulo donationis etiam praesumptae, dominium rei donatae ipso iure in Ecclesiam transit.*

237 *Sine possessione regulariter dominium non transfertur.*

238 *Per* constitutum *possessio in eum transfertur, cuius fauore* constitutum *celebratum est.*

239 *In Ecclesia fallit*, & duobus numer. seqq.

240 *Inutile* constitutum *est, si constituens non possideat.*

241 *Rerum Ecclesiae possessio apud Christum Dominum, siue vniuersalem Ecclesiam existit, nec Praelati morte earum possessio vacat.*

242 *Donatione facta priuato, cum pacto* quòd post eius mortem, res donata ad Ecclesiam transeat; *non potest donator ante donatarij mortem in Ecclesiae praeiudicium pactum reuocare, aut disponere, vt res ad alium transeat.*

243 *Et an id speciale in Ecclesia sit? remissiuè.*

244 *Rem propriam ab Ecclesia scienter. tanquam Ecclesia in emphyteusim recipiens, illam Ecclesia donare videtur.*

245 *In aliis, dicta praesumptio non procedit, & tribus* num.seqq.

246 *Rei propriae conductio inutilis est.*

247 *Quod nullum est, nullum producit effectum.*

248 *Fatuitas potius, & actus nullitas, quam donatio praesumitur.*

249 *Donatio Ecclesiae facta, apposito modo; eo non impleto, an reuocetur, vindicationeque rei sic donatae sit locus?*

250 *Contractus cum Fisco celebratus, ex an non implemento annulletur, aut rescindatur?*

251 *Contractus ex non implemento, an & quando rescindatur?* & num.seq.

253 *Ingratitudinis causa donationis reuocationem concedit.*

254 *Donatio Ecclesiae facta, ob Praelati, vel Capituli, vtriusque ve simul ingratitudinem non reuocatur. Amplia in dote pauperi data, vel pro redimendis captiuis donatione facta*, num.seq.

Et quid si cum pacto de reuocando donationem, si ingratitudo adsit, facta donatio sit? nu.256. *remissiuè.*

Et an Praelati saltem vita durante, quando ab eo, cum Capitulo ingratitudo commissa est, reuocetur? num.257. *remissiuè.*

258 *Ecclesia sine cessione agere potest.*

259 *Per alium ipso iure acquiri actio nequit, cessioque necessario requiritur.*

Et quid si iuramentum interueniat? Quidque regulariter hodie? ibid.

260 *Ecclesiae Rector in praeiudicialibus Ecclesiae, eiusdem Ecclesiae nomine contra factum suum venire potest.*

261 *Quilibet etiam administrator, tutor, vel curator.*

262 *Factum suum impugnare, nemo regulariter potest.*

263 *Intrusus neque sibi, neque alteri per intrusionem ius quaerit.*

264 *Per intrusionem titulus, vel possessio iam quaesita perditur.*

265 *Ecclesiae per intrusum acquiritur.*

266 *Executio Iuris ordine non seruato, nulla est.*

267 *Ecclesiae fauore, Iuris ordo in executione peruerti potest.*

268 *Spoliatus ante omnia, qualibet exceptione postbabita restituendus est.*

269 *Ecclesiae aduersus spoliatum, ante restitutionem, si se incontinenti offert probaturam, an de dominio opponere possit?*

270 *Proprias res, vel alienas propria auctoritate inuadens, quibus plectatur poenis?*

271 *Et an ab eis Ecclesia; cuius Praelatus inuasor extitit, liberetur?*

272 *Immemorialis consuetudo, an in Ecclesiae praeiudicialibus admittenda sit? Et an, & quanto tempore contra Ecclesiam consuetudo inducatur?* ibidem & numero sequenti.

274 *Ad*

274 *Ad consuetudinem in priuatorum incommodum, aut praeiudicium inducendam, triginginta annorum, ad summum desideratur spatium.*
275 *Promittens factum, ad illud non obligatur precisè, & interesse prestando liberatur.*
276 *Si Ecclesiæ promittat; ad factum precisè tenetur, vniuersitatis, publicivè fauoris adinstar.*
277 *Regis iure, & quilibet in omni casu obligatus ad factum prestare illud cogitur, si potest.*
278 *Prohibita alienari, possunt ad Ecclesiam transferri.*
279 *Alienationis prohibitio, dispositiovè ne in aliquem fieri alienatio possit, an filium comprehendat.*
280 *Prohibita alienatione, vt bona in familia perpetuo maneāt, post quartum gradum alienari in Ecclesiam possunt, & an speciali id in Ecclesia sit?* & num seq.
281 *Legis taxatiuè loquentis, ex identitatis ratione fauore Ecclesiæ fieri extensio solet.*
283 *Dictio taxatiua, omne aliud præter expressum excludit.*
284 *Fideiubere Clerici prohibentur.*
285 *Pro Ecclesia fideiubere possunt.*
286 *Etsi clericis in seculari foro postulare non liceat; pro Ecclesia licet.*
287 *Legata hæreditatem superantia, diminutionem patiuntur pro rata, siue quantitatem, siue speciem, vtrumquevè simul contineant.*
288 *Ecclesiæ relicta, pro dote, vel alimentis aliovè legato pio, integra, & sine diminutione debentur?* & n.289. & 290
291 *Et an respectu etiam legitimæ, vel vt ea integra præstetur, deductio, diminutioque iuxta dictam normam, delegatis piis, ac non piis facienda sit.*
292 *Falcidia, & Trebellianica an de legato Ecclesiæ facto detrahatur?* & n. 293.294.
294 *Dispositio* Auth. Contra cum rogatus, C. ad SC. Treb. *(in dote, & captiuorum redemptione loquens) an in Ecclesia procedat.*
295 *Construere, vel dotare Ecclesiam sine decreto minor potest.*
296 *Construere, vel dotare Ecclesiam quid spirituale est.*
Ius patronatus est spirituali annexum, ibid.
297 *In spiritualibus, vel ab eis dependentibus, minor pro maiore reputatur.*
298 *Donatio propter nuptias à minore facta sine decreto valet.*
299 *De dote profana, ad spiritualem, Ecclesiæque dotem argumentum valet, & fœminarum dotibus priuilegia concessa; Ecclesiæ doti competunt.* & n.seq.
301 *Minores neque cum decreto donare possunt.*
302 *Testatoris voluntas vsque ad vltimum vitæ exitum deambulatoria est.*
303 *In Ecclesiæ fauorem à testatore disposita reuocari quandoque nequeunt.*
304 *Legatum quod pro non scripto habetur, si Ecclesiæ, vel piæ causæ relictum sit, debetur.*
305 *Si alteri apud hæredem, vel substitutum remanet.*
306 *Ecclesia ad maius pretium non tenetur pro re ab hostibus capta, quàm ab eis redempta est.*
307 *Res tantum valet, quanti vendi potest.*
308 *Compensatio in omnibus actionibus fit ipso iure.*
309 *Ecclesiæ decimas petenti obiici compensatio an possit.*
Et an fisco? ibid.
310 *Et quid in decima Papali?*
311 *Subditi dominorum iussibus, etiam de quorum iustitia anceps iudicium est, obedire debent.*
312 *Domino Ecclesiam persequenti obsequi subditus non debet.*
313 *Exposito an Ecclesia succedat.*
314 *Condemnationis, vel compositionis pro Clerici offensione facta, pars dimidia Ecclesiæ competit, etiam consanguineis Clerici extantibus.*
315 *Ex pacto nudo, aut pollicitatione actio Ecclesiæ oritur.*
316 *Regulariter contrà de iure ciuili, & Canonico etiam, ex communiori sententia.*
317 *Quid iure regio.*
318 *Nudæ cogitationis pœnam nemo patitur.*
319 *Si contra Ecclesiam sit nuda cogitatio plectitur.*
320 *Legatum non perfecto testamento Ecclesiæ, vel piæ causæ relictum, si per triennium præstari contingat, in futurum debetur.*
321 *Tempus non est modus inducendæ obligationis. Limita* num.seq. *Ecclesiæ vel piæ causæ fauore.*
323 *Debitorem Ecclesiæ ne capiatur celans, vel fugientem recipiens; an de suo Ecclesiæ soluere teneatur?* & n.325.
324 *In aliis, non nisi per vim à familiæ manu eximens, tenetur.*
325 *Intellectus text.* in l.quoties, 3. C. de exactio. tribut. lib. 10
326 *In fauorem Ecclesiæ cum procuratore illegitimo sententia lata, valida est. Regulariter secus,* nu.seq.
328 *Ratificatio post sententiam interueniens, eam non validat, neque ante sententiam falsi procuratoris pro validatione actuum in Principis consistorio gestorum, ratificatio admittitur.*
329 *In re sua quisque est moderator & arbiter.*
330 *Primus conductor contendit ineptè, vt sibi potius quam alteri rei dominus locet.*
331 *Ecclesia tempore locationis finito si velit soluere, quantum alius offert; à re locata non expellitur.*
332 *Confessio iudicialis etiam absente parte facta, non probat.*
333 *Ecclesiæ, vel piæ causæ fauore, etiam extraiudicialis probat.*
334 *Sibi in testamento adscribens, & legis Corneliæ pœnam incurrit, & emolumentum perdit.*
335 *Clericus legatum sibi adscribens, Ecclesiæ vtilitatem respiciens; nec pœnam incurrit; nec emolumentum perdit.*
336 *Sententia conformis libello esse debet.*
337 *Pro Ecclesia, etiam libello non conformis sustinetur.*
338 *Quæ de iure Ciuili in testamentis solemnitas desideretur?*
339 *Et quæ de iure Canonico sufficiat.*
340 *Testamentum ad Ecclesiæ vel piæ causæ vtilitatē factum duobus testibus sustinetur, etiāsi*

vicini non sint. & num. seq. *Ampliatur,* num. 341. 342.
341 *Specialia duo circa idem concurrere non possunt,* nu. seq.
343 *Conductores, seu illorum hæredes post tempora locationis impleta inuiti retinendi, vel ad reconductionem compellendi non sunt.*
344 *Rerum Ecclesiæ conductor qui multum fuit lucratus, ad reconductionẽ compelli potest.*
345 *Hæreditas non adita, non transmittitur.*
346 *Ingressus monasterium, qui ante aditam patris hæreditatem decessit: eam monasterio transmittit.*
347 *Nonasterium habetur loco filij.*
348 *Filij etiam non aditam parentum hæreditatem transmittunt.*
349 *Conficiendi inuentarium obligatio, vt vltrà vires hæreditatis eam audiens non astringatur, omnes tenet.*
Et an Ecclesiam quoque. n. seq.
351 *Alienationem annullare, aut rescindere volens, pretium reddere debet.*
352 *Pro re Ecclesiæ malè alienata fallit.*
Limita, & intellige? nu. seq.
354 *Rei Ecclesiæ emptor, emptione rescissa vel annullata, cum fructibus eam restituere debet.*
355 *Bonæ fidei emptor fructus suos facit.*
356 *In contractibus innominatis est pœnitentia locus.*
357 *Et in celebratis Ecclesiæ, vel piæ causæ fauore.*
358 *In dubio, parivè causa melior est conditio possidentis qui in aduersarium onus probandi transfert.*
359 *Ecclesiæ fauor, possidentis fauori præfertur, & in possessorem onus probandi remittit.*
360 *Indebitè solutum repeti non potest.*
361 *Ecclesiæ indebitè solutum non repetitur.*
Limita num. seq. *nisi ex tali solutione ad paupertatem soluens, reducatur.*
363 *Contrà Ecclesiæ debitores in liquidis an (vt contrà debitores fisci,) via procedatur executiua, & summaria.*
Ecclesiæ causæ prius quam aliæ expediri debent. ibid.
364 *Regulariter, plenè, & ordinariè procedendum est, executiuè autem non nisi in casibus à iure expressis.*
365 *Soluere decimam executionis an Ecclesia debeat?* remissiuè.
366 *Appellatio omnibus personis, & omnibus in causis concedenda est.*
367 *A sententia de residendo in Ecclesia an appellari possit.*
368 *Exceptio non numeratæ pecuniæ post biennium non admittitur.*
369 *Fallit in Ecclesia, & quando exceptionem hanc perpetuò opponere possit?* remissiuè.
370 *Fœminæ pro aliis intercedere prohibentur.*
371 *Pro Ecclesia, vel pia causa non vtique dilapidatorem bonorum Ecclesiæ accusare possunt, licet accusare regulariter prohibeantur;* ibid.
372 *Clericus legatione pro Ecclesia, etiam extrà curiam fungens, à creditoribus nequit interim conueniri.*
373 *Quid in aliis legatis?* & num. seq.
375 *Rector, vel administrator Ecclesiæ locivè pij, ad redditionem rationum, vel reliquorum solutionem condemnatus ad finem suspensiuum appellare non potest.*
376 *Et an id speciale in Ecclesia, vel in minoris, Reipublicæ aliovè administratore procedat?*
377 *Altari stipulari nemo potest.*
378 *Ecclesiæ quilibet stipulari valet.*
Et an cuilibet hodiè.
379 *Masculinum concipit fœmininum.*
380 *In præiudicialibus Ecclesiæ fallit.*
381 *Odia restringenda sunt.*
382 *In Ecclesiæ, vniuersitatis militumvè fauorem non restringuntur.*
383 *Legatum ab hærede nominatim relictum à fideicommissario non debetur, nec censetur repetitum.*
384 *Fallit si Ecclesiæ ab hærede nominatim relictum sit.*
385 *Prælegata in fideicommissi restitutionem veniunt, quando Ecclesia, vel pia causa substituta est.*
386 *Regulariter contrà.*
387 *Falsi querela viginti annorum intermissione perimitur.*
388 *Aduersus Ecclesiam crimen falsi commissum nunquam præscribitur.*
389 *Lite non contestata, nec testes recipi, nec contrà absentem (iure communi) procedi ad sententiam potest.*
390 *In causa liberali, in qua de statu Ecclesiæ agitur ante litem, contestatam testes recipi, & ad sententiam diffinitiuam procedi potest.*
391 *In libertatis causa, ante litis contestationem testes recipi valent.*
392 *Et pro iuribus Ecclesiæ malè occupatis.*
393 *Debitor speciei re ante moram perempta? liberatur.*
394 *In debitore Ecclesiæ fallit.*
395 *Falsum instrumentum producens & falsi pœna, & causæ plectitur amissione.*
396 *Ampliatur in pupillo, cuius tutor falsam scripturam produxit.*
397 *Et quid in domino, cuius procurator falsa scriptura vsus est.*
398 *Ab Ecclesiæ administratore falsum instrumentum productum Ecclesiæ non nocet.*
399 *Nisi à toto capitulo productum sit.*
400 *In sui fauorem instrumentum producens, illud impugnare potest.*
401 *Si producat Ecclesia potest.*
402 *Cessionem vel alienationem in potentiorem facientes causæ iactura mulctantur.*
403 *Et tamen pœnæ Ecclesia non subiicitur.*
404 *Testatoris voluntas ad amussim seruanda est, legisque instar habetur.*
405 *Si testator alicui si nubat mille relinquat*, Si Religionem ingrediatur, *centum, an Religionem intranti mille debeantur?*
406 *Æquitas non scripta, scripto rigori succumbit.*
407 *Ecclesiæ fauore, æquitas seruanda, non rigor scriptus.*
408 *Pro futuris culpis excommunicatio ab homine ferri non potest.*
409 *Fallit Ecclesiæ, & decimarum fauore.*
410 *Dominus ab emphyteuta, qui ob canonem non solutum, ab emphyteusi ceciderat, pensionẽ recipiens, caducitatẽ videtur remittere.*
Amplia n. seq. *etiamsi cum protestatione sibi nõ præiudica*

praiudicandi præteritas pensiones recipiat.
412 *Procurator, vel Prælatus Ecclesiæ præteritas pensiones recipiens, caducitatem non remittit, nec expellendi emphyteutam ius perdit.*
413 *Ecclesia conductoris hæres existens, non cogitur in conditione persistere.*
414 *Hæres in omnibus obligationibus defuncti, actiuis, & passiuis succedit, & conductoris hæres in conditione persistere cogi potest.*
415 *Fiscus & Ecclesia, an & quibus in casibus debitorem sui debitoris, non excusso principali conueniant?* & num.seq.
417 *Creditor debitorem sui debitoris, an & quando conuenire possit.*
418 *Fiscus pecuniam posteriori creditori solutam, etiam consumptam repetere potest.*
Alij nequeunt, & num. seq.
Et an id in fisco perpetuum sit, nu.420.& 421.
Et quid in Ecclesia, nu.419.& duob. seq.
422 *Legatum Ecclesiæ relictum, anno tertio, vel quarto, in principio anni, ad libertatis, & militiæ comparationem debetur.*
423 *Aliis in fine anni præstari sufficit.*
424 *Legatum Ecclesiæ, vel piæ causæ relictum, si cancellatum reperiatur, casu, & inconsultè præsumitur deletum, si de mandato testatoris non constet.*
425 *Regulariter consulto cancellatum præsumitur.*
426 *Dispositio* legis fortissimi, 6. & legis nulli, 7. C.de erogat. milit. an non, lib.12. *publico fauore introducta in Ecclesia locum habet,* & nu.seq.
427 *Creditor Ecclesiæ, qui tempore debito annuas differt præstationes recipere, si infrà annum non petat, ab earum deinceps petitione arcetur.*
428 *Differens vsque ad iudicium debitum Ecclesiæ soluere, in duplum tenetur.*
Secus in aliis, etiam Fisco Republica, aut pro redemptione captiuorum. ibid.
429 *Quietatio facta à Prælato Ecclesiæ procuratori, in eius præiudicium non valet.*
430 *Fiscus vel Ecclesia rem communem cum alio habens, totam potest vendere, vel pignorare,* & num.seq.
432 *Priuatus non vtique.*
433 *Vxor testatoris omnium bonorum vsufructuaria relicta, si Ecclesia instituta sit, an solum alimenta percipiat.*
434 *Ecclesia vsufructuaria relicta, filio hærede instituto, an integrum habeat vsumfructum, legitima excepta, si ex ea vnde se alat filius percipere valeat.*
435 *Filio non deberi legitimam in bonis parentis religionem ingressi, nisi post patris mortem; plurimorum fuit opinio.*
436 *Ecclesia necessitas, patroni necessitati, alimentisque præfertur.*
437 *De dote Ecclesiæ Episcopalis Canonica portio defalcanda non est; nec eius dos præscribitur, remiss.*
438 *Thesaurus in Ecclesiæ loco inuentus illi remanet, nec rectori acquiritur,* & numer. seq.
Thesaurus in loco rei vsufructuariæ inuentus, ad vsufructuarium non pertinet, ibid.
439 *Beneficiarius, Ecclesiævè Rector, vsufructuario, vel vsurario in beneficij pronentibus comparatur.*
440 *In concernentibus Ecclesiam non potest Prælatus in arbitratorem de iure, & de facto compromittere.*
441 *Transactio cum Ecclesia facta inualida est, nisi res de qua agitur, apud eam remaneat; etsi aduersarius possideat.*
Transactio per quam res abdicatur, alienatio est: censeturque prohibita his, quibus alienandi facultas interdicta est, ibid.
442 *Pars delatori applicanda, si delator deficiat, vbi vertitur Ecclesiæ fauor, iudici ex officio agenti applicatur. In aliis non vti* nu. seq.
444 *Turpitudo propria Ecclesiæ fauore allegari potest, cum aliter nequeat.*
445 *Iuris patronatus beneficij permutatio, patroni consensu non requisito, & obtento, an validè fiat? remissiuè.*
446 *Si permutatio hæc vtilis Ecclesiæ sit, consensu à patrono requisito, licet non obtento, fieri potest, & ab ordinario approbari.*
Et an magna ad id necessitas desideretur. nu. seq.
448 *Duobus in solidum rem ementibus, ille præfertur, cui res prius tradita est.*
449 *Ecclesia secundo emptori cui res tradita fuit, præfertur.*

QVÆSTIO VIII.

AFFIRMATIVAM partem, Ecclesiæ cum pupillis minoribusque æquiparatio † 1 probat. Quam tradunt *textus*, ibique Doctores, *in c.1. & in c. auditis, 3. de in integr. restit. in l. fin. C. de sacros. Eccles. glos. fin. in fin. in l. si procurator, 5. D. de iure fisc. in l. Imperatores 35. verb. negotio publico, D. de re indic. glos. fin. in fin. in l. libertos, 5. C. de excusat. tutor. Glos. in l. respublica, 4. verb. Solet, & ibid. Doctores, C. quib. ex caus. maiores.* Plenè Matth. *& ibi eius additionator singul. 44.* Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæstion. 252. numero 5* Didac. Couar. *variar. resolut. libro 3. capite 17. numero 4:* Iulian. Viuian. *in pract. iuris patronat. 1. part. lib 2. cap. 5. num. 25. vers. Quinto,* Stephan. Gratian *discept. forens. tom. 5. cap. 955. num. 10.* Andr. Fachin. *controuers. lib. 1. cap. 53. vers. Secundò moueor,* Iodoc. Damhouder. *in enchir. parium, seu simil. verb. Ecclesia, secundo.* De illisque ad Ecclesiam argumentum valere, *de priuileg. pauper. 1. part. q. 25. num. 14. & in Axiomatib. lit. A. num. 510. cum duobus seqq.* multis ostendimus. Quod præcipuum est huius sententiæ in iuris communis terminis fundamentum, ab eruditissimo *Didaco Couar* expensum, *practicar. quæst. cap. 7. num 3. vers. Habuit verò, ante vers. His accedi* Quodque *Marcum Antonium Genuens.* in eandem traxit, *in practicabilib. Eccles. tricenario 10. quæst. 276.*

Multi præterea allij, non eadem ratione, eiusdem placiti extitere, proferentes simpliciter: miserabilium numero † Ecclesiam contineri, & participem consequenter, cum cæteris miserabilibus 2 legis nostræ vnicæ fauoris, vt ad Principis Curiam aduersarios laicos in prima causæ discutione afferre possit. In qua extitere Iacob. Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 66. n. 19.* Anton. Thesaur. *decis. 177. n. 1. ad fin.* Matt. *in summ. success ion. legal. p. 4. q. 18. art.*

*art.4.n.*18.Vicent.*de* Franch.*decis.*234.*n.*4. Camil Borrel.*in summ. decis.p.*1.*tit.* 56. *de iuramens. perhorrescent.n.*28 Carol.de Graf.*de effect.cleric. in prælud n.*422.*&* 423. Auctoritate innixi Andreæ de Isern. *in constit.Statuimus, n.* 3. *& ibid.* Afflict *n.*16. Prosper. Carauit. *in ritib. M. Cur. ritu* 219.*num.*3. & Capitij *decis.* 160. Nam *Petrus Rebuffus.* (pleri(que ex superioribus in id ipsum citatus) *in constit. Gall. de sentent. prouisional. art.* 3.*glos. vlt. num.* 5. falsò allegatur. Quibus accedunt Ioan. Aloys. Ricc. *praxi variar.resol.resolut.*317.& Iul. Cæsar. Imbrian. *de primo,& secund. benefic. consideration.* 3. *numero* 151.

3 Negatiuam † defendunt Couarruuias *dicto n.* 3. Sigismund. Scacc. *de appellationibus quæstion.* 7. *nu.* 130. relatis, idem Afflict. *in const. regn. rubr.*37.*Statuimus, num.*17.*vers. An autem Ecclesia,lib.* 1.*& decis.*257.*Dicit constitutio, num.* 2. Caranita, *ritu*,233.*Item Clericus.q* 1.*num.* 1. *in vltimis verbis,& num.*2. Marchesf. *de commiss. tit. de auoc. caus. part.* 2. §. 2. *num.* 59. *& seq.* & Couar.*dicto loco.* Hancque veritatem,& communem sententiam, asserit Iacobus Cancer, *variar. resolut.tom.* 2.*cap.*2.*num.* 15. Camil.Borrel. *dicto titulo* 56.*de iuram. perhorresc. numero* 29. Ioan Mar. Nouar. *in praxi election. & variat. fori,section.* 3.*q.* 1. *per totam, Nos de priuileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 52. *à num.* 30. *& antecedentibus* etiam.

Idque iure optimo, cum neque de Ecclesia mentionem lex nostra vnica faciat:neque ex nominatarum in ea personarum similitudine,ad Ecclesiam priuilegium hoc possit extendi,vt patebit inferius. Quinimò nec si de illa mentionem
4 lex faceret, † posse illius virtute Ecclesiam huiusmodi priuilegium oppetere, *idem ipse ibi* profitetur *Nouarius* nulla ad id Canonica sanctione existente. Cum etiam in Ecclesiæ fauorem profanis legibus disponendi *Innocentius III. P. M.* potestatem negarit, factasque nullius firmitatis dispositiones esse decernat, *in cap. Ecclesia sancta Mariæ* 10. *de constit.* inquiens: *A quibus si quid motu proprio statutum fuerit quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum, & fauorem, nullius firmitatis existit,nisi ab Ecclesia fuerit approbatum.* Et firmat cum multis à se relatis, *Anton. Dian. resolut. moral. tract.* 1.*de immunit.Eccles. resolut.*13.à quibus prædicti textus limitationem, intellectumque licet colligere.

Quare nec dictæ legis virtute, neque etiam specialis statuti constitutione hoc iure Ecclesiam vti posse deducitur:neque qui contrariam amplectuntur sententiam (nempè *Andreas de Isern. Afflict. Caranit. & capit.* quorum auctoritate, cæteri mouentur relati) legis nostræ, sed specia-
5 lium † constitutionum vigore, vsque forensi tuentur eam: vt & in hisce Castellæ regnis receptam fatetur Couar. *d.cap.* 7.*num.* 3.*post princip. vers. At in hoc Castellæ Regno,* si ex quatuor Ordinibus mendicantium monasterium sit: Diuorum scilicet Francisci, Augustini, Dominici & Carmelitarum:Monialiumvè cuiuscumque ordinis, aut instituti: pauperum quoque hospitale: quamuis Ecclesiæ istæ diuites sint,pinguéque patrimonium habeant.Ex forensi quoque vsu quamlibet aliam Ecclesiam hoc fori priuilegium apud nostrates vindicasse,asserens. Cuius rei nos etiam *de priuileg.pauper.* 1. *part.q.* 52. *num.* 33. *& seq.* meminimus. Sic & in Cathalonia, *per Regiam pragmaticam Caroli, Barcinone datam* 16. *Ianuar. anno* 1520. statutum, omnia Monasteria, cæterosque religiosos Cõmendatarios quoad hoc priuilegium pauperes reputari, *Iacobus Cancerius* refert, *d. lib.* 2.*variar. resol. cap.* 2.*num.* 17. Etsi quoad expensas prosequutionis causæ, hos non excusari aduertat, quod in hisce Castellæ regnis (aduersus sanctionem à Couarruuia memoratam, *dict. cap.*7.*num.* 3.) seruatum in foro experimur.

Vnde cum *Isernia, Afflictus, Carauita, & Capitius* in statuti casu loquantur (quantumuis etiam in eo dubia resolutio sit, ex prædicti *textus Ecclesiæ sanctæ Mariæ* decisione) in eo pariter eorum sequaces (& si indistinctè priuilegium id Ecclesiæ competere dicant,cum priorum auctoritate moueantur) loqui censendi sunt. Doctoris namque dictum,† secundum legem,Doctoremvè 9
allegatum ab eo intelligendum esse,probant *text. & ibi* Batt. *nu.* 7.*in l.Non solum,*9.§. *Si liberationis, D. de liberat. legat.& in auth. sed si iam necesse,& ibi* Bald. *C.de donation.ante nupt.* Ias. *in* §. *Rursus numero* 32.*instit. de actionib.* Deci. *consil.* 189.*numero* 1. Socin.*consil.* 68.*num.* 27. *volum.* 1. Grammat. *decis.* 57. *num.* 28. *& cons. crimin.*22.*num.*14. Bellon. *cons.* 5.*num.* 17. *in fin. & consil.* 16. *num.* 10.Cephal.*consil.* 341.*n.* 50.Roland. à Vall. *consil.* 39. *num.*32.*volum.* 4. Menoch.*consil.*35.*num.* 30. adducti & probati à Suid. *consil.*9.*num.*5.*consil.* 132. *numero* 63.*consil.* 135. *num.* 66. *consil.* 177. *numero* 21. *consil.* 251. *numero* 10 *& consil.* 271. *num.* 40. Ioan. Vincent. Honded. *cons.* 3.*num.*31. *& cons.* 101. *n.* 46. *lib.*1.Ioseph.Mascard. *de probation. lib.* 1. *concl.*16.*num.*5.

Neque posteriori negatiuæ opinioni contrarium, præcipuumque de pupillo,aut minore propositum argumentum obstat. Æquiparatorum enim† non semper idem, nisi eadem sit ratio, iu- 7
dicium est, vt *de priuileg. pauper.*1.*p. quæst.* 36. *num.* 5. aduertimus. Debetque vt ab æquiparatis argumentum procedat,omnimoda,in casu saltem æquiparato, similitudo adesse, vt multis pariter *in Axiomatibus nostris, litera A. num.* 302. ostendimus.

A Minoribus autem ad Ecclesiam † non sem- 8
per æquiparationem procedere, nec semper Ecclesiam minorum vice fungi tradit Menchac. *qu. forens.capite* 9. *numero* 2.*& de succes. creat.*§.10. *numero* 63.& aliis, Cald. Pereir. *in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate,numero* 4.*C.de in integr. restit. minor.*ex dispositione *legis final.C.in quib. caus. in integr.restit. non est necess.* Quam in Ecclesia non habere locum profitentur.

Imo quoad restitutionis beneficium tantum, Ecclesiam minori comparari, neque adhuc semper in ea; apertè docuit *eadem ipsa glossa,*quam pro prima opinione adduximus, *in capite, Auditis,* 3. *verb. Iure minoris, vers. Sed in quibus casibus, de in integr. restit.* Et si in restitutionis materia, omnia quæ minoribus priuilegia competunt, Ecclesiæ competere; profiteatur *Sfort. Odd. de restitut. in integr. quæstione* 3. *numero* 17.*&* 18.Pupilli verò iure Ecclesiam non fungi; *Eadem ipsa glossa,vers.sed non fungitur iure Pupilli,* asseuerat.

In specie autem nostra, non modo similitudo inter miserabiles, Pupillum, vel minorem, & Ecclesiam, sed omnimoda dissimilitudo † existit 9
(quæ secundum aduersæ partis destruit fundamentum

damentum) Illis enim imbecilla natura (ob quam, paruam etiam potentiam perhorrescunt) hunc fauorem adepta est, vt Baldus notat, in auth. habita, Cod. ne fil. pro patr. num. 62. Ecclesia verò tantùm à miserabili conditione, vt neque alterius
10 potentiam perhorrescat, abest: vt potius eadem † potentior reputetur; & in eam, tanquam in potentiorem, alienatio fieri nequeat, aut facta, viribus non subsistat, ex sententia Speculatoris, Anchar. Iasonis, & aliorum, quos refert, & sequitur Iacobus Menochius, consilio 216. numero 38. & 41. & à nobis quæstione sequenti allegandorum. Inde in nobilium probationibus, ex fisci parte, regijque iuris, hæ fiendæ testibus interrogationes in regio scribuntur diplomate. *Si es por ser tan pobres, que non ayan tenido de que pechar? o tan ricos, que no les osassen empadronar? por ser criados de allegados, y fauorecidos de algun Cauallero? Yglesia o Monasterio, o persona poderosa?* Deductæ ex l. 27. tit. 11. lib. 2. noua reg. collect. vers. Y assi mismo.

Quod si aliqua in præsenti inter Ecclesiam, minoresque similitudo adest: pro hac eadem posteriori sententia vrget. Aut enim Ecclesia præla-
11 tum habet, aut non, Si Prælatum habet † (ad minoris similitudinem, patrem habentis, qui neque orbus est, neque miserabilis reputatur, vt qu. 5. aduertimus (neque ipsa orba, aut miserabilis existit, neque per consequens huius fauoris cum miserabilibus particeps, siquidem Patrem habet
12 Prælatum. Ecclesia enim filiæ, † Prælatus parentis locum tenet. Quos eo nomine Vrbanus secundus, Augustini verbis appellat, in cap. Quorum vices 6. in ordine, 68. distin. Quorum quidem pulchritudo, ac elegantia quamuis integram postulet translationem: vt longitudini parcamus, diminutam facere cogimur, his contenti: *Ipsa Ecclesia Patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in Sedibus Patrum. Non ergò te putes desertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos per quos nata es. De prole tua tibi creuit paternitas.* Vbi ad parentum filiorumque similitudinem, Glossa verb. Ecclesia, & verb. illos, neque conuenire Ecclesiam, sine auctoritate Prælati, neque conueniri, sed eius nomine Prælatum posse, notat.

13 Siue vxorem † Ecclesiam appelles, Prælatumque maritum, vt illum Euaristus nominat, in cap. Sicut vir, 11. in ord. 7. quæstione 1. & Rhemense Concilium translatum in c. Sicut 4. in ord. 21. qu. 2. inquiens: *Sicut in vnaquaque Ecclesia vnus Presbyter debet esse: ita ipsa quæ Sponsa, vel vxor eius dicitur, non potest diuidi inter plures Presbyteros* Notatque Glos. in d. c. quorum vices, verb. Ecclesia, 86. dist. Quemadmodum enim viginti quinque annis minor, maritum habens, Patre quoque carens, legis nostræ, forique priuilegio non vtitur (miseræ conditionis, Mariti existentia, ratione deficiente, vt iam quæstione 4. firmauimus:) sic neque Ecclesia (in hoc etiam minori comparata) vtetur.

14 Si Prælatum, † Episcopum scilicet Ecclesia non habet, aut inutilem quidem habet (cum vtroque modo vidua dicatur, cap. quia propter, 42. de elect. capit. 2. §. Sed neque, de translation. Episc. si legem nostram ciuilemque attendamus) hoc gaudebit priuilegio, œconomo administratoreve, qui eius nomine agere valeat, existente. Similiter & collegiata, vel etiam parochialis rectore carens. Quamuis enim Cathedralis tantùm Episcopi morte, propriè, non etiam aliæ Ecclesiæ Rectorum morte viduatæ dicantur, vt notat glos. fin. ad fin. vers. Hodiè verò in c. Cùm terra 14. & glos. 1. in d. cap. quia propter, de electio. quia non sic Rector, aut beneficiatus cum Ecclesia sua, sicut Episcopus matrimonium contrahere censetur; vt etiam, cum Lambertino asserit Ioan. Gutier. canonicar. quæst. lib. 2. q. 7. num. 48.) Negari tamen non potest, quin orbitatem, rectoribus mortuis, prædictæ Ecclesiæ contrahant, viduæque impropriè saltem reputentur, vt & citatæ Glos. fatentur, & satis apertè textus in d. cap. Sicut, ostendit. Vicarius namque, † siue commendatarius de- 15
signatus, dum fit de proprietario prouisio; non Prælatus, aut rector, sed procurator existit, vt ex textu in cap. obitum, 16. in ordine, & cap. Catinensis sequenti, 61. distinct. dixit glossa vnic. in ca. Qui plures, 3. in ord. 21. q. 1. Quamuis & hic legitimam administrationem habeat, vt probat tex. in c. relatio, 5. eadem caus. & q. & aduertit Glos. in cap. Nemo deinceps, 15. verb. Commendare, circa princip. vers. & primo quæro, de electio. lib. 6. Id quod & priuilegio huic locum facit. Eum enim, qui alterius arbitrio, aut regimini (præterquam parentis, aut mariti, vt prædiximus,) suppositus est: illius beneficium sentire; iam qu. 5. sumus professi.

Prouisione autem de rectore facta, eamet ratio huic iuri locum non esse suadet, cum maritum Ecclesia videatur habere, dicto capit. Sicut, 21. quæst. 2. qui non vt alienas, sed proprias res Ecclesiæ suæ pertractet. Cuius veluti prouentuum † 16
vsufructuarius in vita existat secundum quam de priuileg. paup. q. 4. §. 1. num. 94. opinionem retulimus, & tradit, cum aliis, August. Barb. in collect. ad c. fin. de offic. ordin. numero octauo. In morteque (ex generali recepta consuetudine) aut testatus liberè disponat: aut intestatus, successores in eis parentes habeat, vel consanguineos, vt cum Couarruu. in cap. cum in officiis, num. 23. dicunt cæteri in d. §. 1. num. 95. à nobis citati. Nequaquam tutori comparatus, vt elegans ostendit Gloss. 1. ad fin. in cap. quia Episcopus, 5. q. 3.

Eademque † de iure (speciali priuilegio, aut 17
consuetudine semota in virorum Monasteriis procedere firmandum videtur, Cùm eorum rectores superioresvè parentum, vt diximus locum teneant. Prælatorum enim appellatione continentur, Glos. in Clement. in 1. verb. Prælatum, de election. Syluest. in summa verb. Prælatus, nu. 1. Emanuel. Roder. in summa, verb. Prelados, cap. 30. num. 1. Ecclesiæ autem Prælatum nominari parentem, iam n. 12. & 13. potuit aliter in fœminarum cœnobiis pietas suadet, imbecillis sexus, quæ ei accedit reclusio, & quia per administratores reguntur. Ex quibus id iure optimo priuilegium forensis illis attrogauit vsus.

Si verò Ecclesia pauper sit † hoc fori priui- 18
legio vti posse, extrà controuersiam est, quo quidem casu Iulius Cæsar Vmbrian. & Aloys. Ricc. (cuius auctoritate Vmbrianus supr. num. 2. relatus in contrariam mouetur) loquitur. Etsi enim de Ecclesia indistinctè quæ fierit de pauperum hospitali respondit, pro eoque fundamenta iecit, vel etiam si diues Ecclesia sit; spoliata tamen, propriaque re per vim priuata. Posse namque tunc spoliatorem laicum coram quo malit iudice Ecclesiastico, vel sæculari, regiisvè etiam Senatoribus in prima causæ discussione Eccle-

ſiam conuenire: commune Doctorum placitum affirmat, *in cap. Si Clericus 5. & in cap. cum ſit generale 8. de foro competent.* Didac. Couarru. teſte *in d. cap. 7. practicarum qu. nu. 3.* Matth. *de* Afflict. *deciſ. 257. num. 2.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. d. caſu 66. num. 19. in fin.* Sigiſmund. Scacc. *de appellation. d. q. 7. num. 130 verſ. Sub diſtingue 1.* Ioan. Mar. Nouar. *in praxi electìon. & variat. fori, ſectione 3. q. 11. num. 5. pag. mihi 366. Nos de priuilèg. pauper. 1. part. qu. 52. nu. 29. & ſeq. & num. 33. & ſeq.*

19 Quam hodiè non Eccleſiæ modo, ſed priuato † cuilibet, per vim re propria ſpoliato ad Principis Tribunal in prima cauſæ cognitione ſpoliatorem trahendi, facultatem regiæ concedunt leges *5. tit. 4. lib. 3. Ordinament. reg. 5. & 6. tit. 13. lib. 4. nou. reg. collect.* Quodque magis eſt, Eccleſiaſtico vel ſæculari ab Eccleſiaſtico Iudice violentiam vimque illatam paſſo, pro ea repulſanda, grauamineque tollendo Regium tribunal adeundi poteſtatem eſſe formam præſcribit, *l. 36. titul. 5. lib. 9. nou. reg. collect.*

20 Vi ergò, ſpolio, paupertate præcipua lege, aut conſuetudine non exiſtente, fori hoc priuilegio Eccleſiam Prælatum, aut rectorem non inutilem quidem habentem, vti non poſſe; ſatis noua hæc (à nemine, quem viderim, vſque adhuc perpenſa) comprobare videntur. Et præter huius quoque ſententiæ ſequaces, quos iam retulimus, ſic in ſpecie (non altiori licet indagine) *Nouarius* tradit, *in praxi electio. & variat. for. ſect. 3. qu. 2. n. 8 pag. mihi 286.*

Propè infinita alia priuilegia, fauoreſque Eccleſiæ ſuperſunt; quos non poſſumus non ad longum recenſere; vt & obſequium matri piiſſimæ præſtemus, quamque poſſumus ei gratiam referamus; & vt eorum in præſenti relatio ab iterata multis huius tractatus locis ſimilium mentione excuſet. Generalia ideò ad in primis quædam (vt ex eis ad alia licet non ſpecialiter deſignata deueniri poſſit) præfiniemus.

21 Fiſco igitur comparari Eccleſiam, fiſcique priuilegiis vti, & de fiſco ad Eccleſiam argumentum valere, ex *l. fin. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* firmarunt *Add. 1. gloſſæ, verb. rebus ſuis, in cap. 2. extr. de iur. iur.* Andr. Tiraq. *de priuileg. pia cauſ. priuileg. 143.* Euerad. *in locis legalib. loco à fiſco ad Eccleſiam.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. qu. 174. numero 3.* & latius *qu. 251.* Iulian. Viuian. *in praxi iuriſpatron. part. 1. libro 2. c. 5. numero 25.* Stephan. Gratian. *diſceſcept. forenſ. cap. 377. numero 31. tom. 2.* Cardin. Dominic. Tuſch. *practicar. concl. lit. F. concl. 595. numero 1.* Borgni. Caualc. *deciſ. 31. numero 260. p. 2.* Etſi in caſibus ſolum à iure expreſſis de fiſco ad Eccleſiam argumentum, æquiparationemque procedere, aſſeueret Couar. *practicar, capite 8. numero 3. col. 1. in fin.* acriterque defendit Greg. Lop. *in lege 19. tit. 8. p. 5. gl. 5. verb. Dos caſos.*

22 Sed validior quidem Eccleſiæ, † quam fiſci exiſtit fauor. Cùm hic priuilegiatorum ſit vltimus: illa primus, vt tradunt genuenſ. *d. q. 251. n. 4. &* Iulianus Viuian. *proximè relato loco.*

23 Contrà fiſcum enim in dubio iudicandum † (ex *Modeſtini* reſponſo, *in l. non puto, 10. D. de iure fiſc.* dicente: *Non puto delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contrà fiſcum facilè reſponderit*) firmarunt Genuenſ. & Viuian. vbi *proximè* Didac. Couarruu. *variar. lib. 1. cap. 16. nu. 1.* Petrus Surd. *conſ. 173. num. 59. & conſ. 199. num. 8.* Marc. Anton. Peregri. *de iure fiſc. lib. 6. titul. 6. num. 32. & libro 7. titul. 3. numer. 45.* Proſper. Farinac. *conſ. 78. numero 28. in fin.* & latius *fragmentorum criminalium, 1. part. litera F numero 189* Sebaſtian. Guaſin. *de defenſ. reor. par. 2. defenſ. 29. cap. 1. numero 1.* Alexander Trentacinq. *variarum reſolution. libro 1. titul. de iure fiſci, reſolution. 9. numero primo, verſicul. in primo caſu,* Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. conuention. lib. 11. tit. 25. n. 22.* Florez Diaz de Mena, *variarum, quæſt. 6 articul. 3. numero 9.* plenè Cardinal. Tuſch. *dicta littera F. concluſ. 399. per tot.*

Pro Eccleſia autem in dubio † iudicandum, 24
merito quidem iura ſanxere, *in l. ſunt perſonæ, 14. in fin. D. de religioſ. & ſumptib. funer.* & alia quæ adducit Roman. *in authent. ſimiliter, num. 38. & 39. C. ad legem Falcid.* probatque Tiraquell. *de pia cauſ. priuileg. 148.* Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. q. 140.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 88. n. 6. & diſcept. 131. n. 2.* Ioann. Cephal. *conſ. 11. n. 20. lib. 1.* Ouid. *de* Amic. *de iur. emphyt q. 53. n. 5. in fin. & q. 8. n. 8. etiam in fin.* Borgn. Caualc. *deciſ. 46. n. 342. part. 1. deciſ. 43. n. 73. & deciſ. 45. num. 56.*

De priuilegio ideo Eccleſiæ † ad priuilegium 25
fiſci, argumentum non valere (*ex* Bart. Imol. *&* Iaſ. *in l. fructus, D. ſolut. matrim.*) *protulit* Marcus Anton. Genuenſ. *d. q. 252. n. 6.*

Veréque Eccleſiam fiſcum † habere, qui tacita, 26
vt temporalis, in bonis cum eo contrahentium hypotheca gaudeat, iuxta *legem 2. 3. & l. auferitur. 46. §. Fiſcus autem, D. de iure fiſc. l. Si miles 10. D. ad municip. l. 2. C. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacit contrah. l. 33. tit. 13. part. 5.* Quique in Clericorum bonis vacantibus, & ſine hærede legitimo decedentium, ſæcularis quoque fiſci ad inſtar iuxta *l. 1. D. de iur. fiſc. l. 1. l. Vacantia, & per tot. tit. C. de bon. vacant. lib. 10. l. 1. C. vnde vir, & vxor, l. 2. C. de petit. honor. ſublat. lib. 11.* ſuccedat, & cui Clericorum delinquentium, pecuniariæ applicentur pœnæ, illorumque bona (ſi criminis commiſſi qualitas bonorum priuationem, confiſcationemque inducat) ad Eccleſiæ, Epiſcopalemque fiſcum pertinere, in ſæculari veluti, iuxta *auth. bona damnatorum. Cod. de bon. proſcript. ſeu damnator. cap. cum ſecundum leges, 19. de hæretic. lib. 6.* profitentur Gloſ. *in dict. capit. quia diuerſitatem, verb. Præter eius in fin.* Cardin. *in clement. nolentes, §. 1. qu. 3. de hæretic.* Rota Roman. *in antiq. tit. de teſtam. deciſ. 7.* Couar. *variar. lib. 2. cap. 9. num. 11.* Marc. Anton. Peregrin. *de iure fiſc. lib. 1. tit. 1. cap. 2. de his qui iura fiſcalia habent, num. 105. verſ. Sed contrà, pro Epiſcopo, & ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *de offic. & poteſt.* Epiſcop. *3 part. allegat. 107. num. 16. & duob. ſeqq.* Ioann. Roi. *in epitom. ſucceſ. cap. 34. num. 37.* Bernard. Diaz. *in pract. crim. Canon. cap. 141. num. 2. & ibid.* Salced. *lit. B.* Proſper Farin. *de hæreſ. quæſt. 190. §. 11. à num. 154.* Marc. Anton. Genuen. *dict. tract. qu. 250. num. 1. & ſeqq.* Ioann. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut. 387. num. 2.* per textum *in cap. ſi quis in atrio 7.* & *in cap. ſi quis deinceps. 22.* in ordine 17. *quæſtione 4. in cap. Quia diuerſitatem 5. de conceſ. prebend. & in cap. penult. de Cleric. non reſid.*

Priorem tamen (vt verum fateamur) 27
aſſertionem, quæ dictat, † Eccleſiam bona ſecum

secum contrahentis, sæcularis Fisci adinstar, tacite hypothecata habere, à Marco Antonio Genuensi *in practicabil. Ecclesiast. quæst.* 471. *num.* 3. & 4 confirmatam: refellit, contrariamque amplectitur, & defendit Stephan: Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 601. *num.* 10. Quòd nulla talem hypothecam inducens extet lex, idque ipsum notantes adducit Baldum *in rubr. C. de priuileg. Fisc. & in l. vt inter Diuinum,* 19. *numero* 9. *colum.* 3. *post princip. vers. Vlterius quæro, C. de sacros. Eccles.* Alex. *cons.* 104. *in fin. & ibid. Additio. verb. Ciuitas, lib.* 6, *& in l.* 1. §. *si hæres, in fin. D. ad* Trebell. & Negus. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 122. Sic pariter asserit Gregor. Lopez *in dict. l.* 19. *tit.* 8. *part.* 5. *glos.* 5. *& in l.* 25. *tit.* 13. *ead. p. glos.* 6. *verb. Obligados.*

Nisi pro decimis † illi debitis, ad tributorum
28 Fiscalium similitudinem, casum excipias; pro quibus, eas debentium prædia, Ecclesiæ hypotecata existere, probat Nicolaus Euerard. *in topic. legal. loco* 112. *de Tributo ad decimum, nu.* 3. Ioan. Gutier. *tract. de gabel. quæst. nu.* 24. *& seq.* in id etiam adducens *legem* 6. *ad fin. tit.* 20. *part.* 1. Vel cum Ecclesiæ emphyteuta prædium illius emphyteuticum deteriorem reddidit, iuxta dispositionem *authen. de non alien. aut permut.* §. *Scire col.* 2. & notat Gregor. Lopez, *dict. verb. Obligados, in fin.* vel pro dote Ecclesiæ promissa, iuxta dicenda *infrà nu.* 46. *&* 47.

Cæteræ verò assertiones prædictæ procedunt
29 expeditius. Ad Fisci namque temporalis similitudinem, † ob hæredum ex testamento, & ab intestato deficientiam, Fiscum Ecclesiasticum succedere (præter iam *dictam glossam in cap. quia propter*) firmarunt Bart. *in l.* 1. *nu.* 2. *C. de bon. vacant lib.* 10. *Rota Romana. decis.* 7. Ioan. Roj. *d. nu.* 37. Aloys. Ricc. *dict. resolut.* 387. *nu.* 1. & ex relalis. *num.* 26. plerique.

Quod intelligendum ait *Roias d. loco, num.* 38. si Clericus Ecclesiam propriam in titulum non habeat. Si Ecclesiam namque habeat; ipsam, non Episcopalem, Fiscum succedere, dicit ex *cap.* 1. *de succes. ab intest. cap. vlt.* 12. *quæst. fin. aut. de Ecclesiast. tit.* §. *Si quis Episcopo, coll.* 9. cuius quoque voti extat Ricc. *dict. resolut.* 387. *num.* 3. textum allegans *in cap. excommunicamus.* 13. §. *Damnati, de hæretic.* Bald. Paul. Peregrin. & alios

30 Pro crimine à Clerico conmmisso† pecuniam pœnam Episcopum imponere, Fiscoque, aut Cameræ suæ applicare posse; aduertunt Glos. *verb. Pœnam in cap. licet,* 3. *de pœn.* & cum Hostiens. Ioan. Andr. Butr. Cardin. Annan. Felin. & aliis Marc. Anton. Peregrin. *de iure Fisc. dict. libro primo titul.* 1. *cap.* 2. *D. his qui iura Fiscalia habent, numero* 106. Iul. Clar. *in pract. crimin. libro* 5. *paragrapho fin. quæstio* 80. *numero* 5. Bernard. Diaz *in pract. cap.* 134. in nouis 142. *& ibid.* Salced. Palac. Rub. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. paragrapho* 39. *numero* 13. Didac. Couar. *libro* 2. *variar. dict. cap.* 9. *numero* 8. *vers. Postremo,* Azebed. *in l.* 12. *tit.* 6. *lib.* 3. *noua Reg. collect. numero.* 3. Aloys. Ricc. *dict. resol.* 387. *numero.* 2. Bouadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *numero* 199. Cabed. *decis.* 85. *part.* 1. Petr. Cened. *ad Decret. collect.* 170. *numero* 1. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Compositio, vers. Secundo,* Augustin. Barbos. (qui & hos refert) *dict. alleg.* 107. *n.* 18.

Sic & ad Ecclesiæ Fiscum Clerici de hæresi † 31
damnati bona patrimonialia pertinere, cum multis à se adductis: constantissimè *Farinacius* resoluit, *in tract. de hæres. quæst.* 190. § 11. *à nu.* 154. Etsi aliter apud nos, in hisce Castellæ Regnis, praxis (Iuri quidem conformis) ob seruet. Quam probant eruditissimus Couar. *dict. cap.* 9. *num.* 11. *&* 12. Azebed. *in l.* 1. *num.* 200. *tit.* 3. *lib.* 8. *noua Reg. collect.* Salced. *ad* Bernard. Diaz, *d. cap.* 114. *verb. Hæretici, lit. F.* Bouadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 201. *lit. D. P.* Sanchez *super precept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 10. *à num.* 1. Cened. *ad Decret. collect.* 55. *num.* 6. August. Barbos. (his similiter relatis) *dict. loco, n.* 17.

Imperiique priuilegiis † Ecclesiam gaudere, 32
tenet Glos. *verb. Iure minoris, in dict. cap. Auditis,* 3. *de in integr. restit.* Marc. Anton. Genuens. *dict. quæst.* 152. *num.* 7. Iulian. Viuan. *in praxi iuris patron part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. *vers. Septimò,* Augustin. Barbos. (alios, non tamen veraciter referens) *in collect. ad dict. cap. Auditis, num.* 9. Franc. Balb. *de præscript part.* 5. *quæst.* 5. *pagin. mihi,* 412. Gregor. Lopez, *in dict. l.* 19. *tit* 18. *part.* 5. *glos.* 5. Ecclesia namque, & Imperium fraternizant, *auth. quomod. oport. Episc. in princip.* quem textum ad Imperii, Ecclesiæque priuilegia exornant Bald. *in l. fin. num.* 10 *C. de quadriennij præscript.* Ias. *in l.* 1. *num.* 23. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 375. *num.* 2.

Minorum, † Pupillorumque Ecclesiam iure 33
fungi, iam *supra num.* 1. diximus. Quod procedere aduertit *Sfort. Odd. de restit. in integr. quæst.* 88. *num.* 37. vbi possibile est, eo iure Ecclesiam fungi.

Vnum interim aduertere libet, quòd in petenda restitutione (in qua præcipuè Minoribus Ecclesia comparatur, iuxta dicta *proximè, num.* 8.) etiam præcipuum habet Ecclesia: etsi
enim in illius foro, † aduersus quem restitutio 34
postulatur, impetranda sit, *l.* 2. *C. vbi, & apud quem,* Didac. Couar: *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 4. *Statim in princip.* plenè materiam, qua solet eruditione, eo capite tractans, & exornans. Ec-
clesiæ verò aduersus laicum agenti † speciali iu- 35
re datum esse, vt coram Ecclesiastico, ipsiusque Ecclesiæ Iudice in integrum restitutionem petere possit, manifestè *Innocent. III.* decretum ostendit *in cap. Ad nostram,* 11. *de reb. Eccles. alien. vel non,* insinuat *textus in cap.* 1. *de in integr. restit.* & obseruat *ibid.* Abb. *num.* 18. *& in capit. Cùm sit generale,* 8. *de foro compet. n.* 10. *& ibid.* Marian. Socin. *num.* 13. Cuius rei ratione Couarruuias *assignat dict. loco, n.* 2. De huius licet assertionis veritate (etsi eam communem fateatur) dubius, relatis Iuribus sub eadem dubietate respondens. Illud intrepidè affirmans; in rebus patrimonialibus Clericorum, eam non procedere opinionem, ac circa eas Clericum læsum, in restitutionis in integrum iudicio, coram Iudice seculari laicum conueniente debere, ex generali tam Legum, quàm Canonum sanctione, quæ *reum coram suo iudice, inque suo foro conueniendum,* dictat, ad restitutionis quoque in integrum speciem deducta, in *l.* 2. *C. vbi & apud quem,* & in hac resides *Gregor. Lop. in l.* 10. *tit.* 19. *part.* 6. *glos.* 1. etsi priorem tenens etiam huic contradicat, in bonis quoque Clericorum illam amplians Sfort. Odd. *in tract. de integr. restit. quæst.* 32. *n.* 23. *& seq.*

Ad Minorisque similitudinem tacitam † hypothecam in Prælationibus male administrantis, Ecclesiæ competere, asserit Glossa *in cap. Ex literis, 5. verb. Obligata; de pignorib.* Palac. Rub. *in repetit. rubr. de donat. inter vir. & uxor.* §. *66. num.* 21. Petr. Rebuf. *tom.* 2. *ad leg.* Galic. *tit. de constit. reddit. tit.* 1. *glos.* 14. *numero* 30. Anton. Negus. *de pignor.* 2. *part. princip membr.* 4. *num.* 120. *& seq.* Syluest. *in summ. verb. Clericus,* 4. *num.* 4. Iacob. Menoch. *consil.* 114. *num.* 27. Bellet. *disquisit. Clerical. part.* 1. *tit. de bonis Clericorum,* §. 1. *num.* 12. Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Ecclesiast. quæst.* 138. *num.* 3. Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron. part.* 1. *lib.* 2. *dict. cap.* 5. *num.* 54. Escobar, *de ratiocin. cap.* 39. *nu.* 13. *vers. Sed prædictis non obstantibus.*

37 Cùm in aliorum administratorum bonis † prætetquam Minorum, vel similium) quibus curatores quasi debilibus dantur, Prodigo nempe, Surdo, Muto, vel Fatuo) priuilegium hoc non competere, tacitamque hypothecam non contrahi, *in l. idem priuilegium,* 6. *D. de priuileg. creditor.* his verbis *Vlpianus* decernat : *Sed si bonis datus sit curator, vel absentis, vel ab hostibus capti, vel dum deliberant scripti hæredes de adeunda hæreditate : non oportet priuilegium dari : non enim eadem causa est.* Et ita tenet Escob. *d. loco, num.* 5.

38 Plures alios inter Minores † Ecclesiam similes congerit casus, lateque prosequitur *Bernard. Diaz* videndus *regul.* 219. *lit. E.* Nicol. Euerard. *in Topic. Iuris, loco* 74. *à minoribus ad Ecclesiam.* Et *Nos quoque inferius, num.* 55. *& duobus seqq.* prosequimur.

In eo autem) circa propositam materiam) 39 Minores etiam Ecclesia excedit, † quòd pro male ablatis, Ecclesiæ cui restitutio facienda est, in bonis restituere debentis, etiamque hæredum competat hypotheca, vt (cum Bald. & Salicet. *in l. furti, C. de furt.*) firmat Antonius Negus. *de pignor.* 2. *part. princip. memb.* 2. *num.* 124. quem sequitur *viuian. d. cap.* 5. *num.* 78.

Cùm nullam in bonis furis, vel eius hæredis 40 Ius hypothecam, † sed actionem tantum cuilibet rei persecutoriam, ea extante, concedat, *in l. si pro fure,* 7. §. 1. *D. De condict. furt.* vel re non extante, ad eius æstimationem, *in l. In re furtiua,* 8. *D. eod* §. *fin. instit. de obligation. quæ ex delict. nascuntur.*

41 Reipublicæ † item Ecclesiam comparant Iustinianus in *l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. & in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles.* 2. Glos. *vnic. in fin. in l. Rempublicam,* 3. *C. de iure reipubl. lib.* 11. Glos. *in l. Imperatores,* 35. *verb. Negotio publico, D. de re iudic.* Nicol. Euerard. *in* Topic. *iur. loco* 67. *à Republica ad Ecclesiam.* Omnibusque, reipublicæ priuilegiis vti, eius æquiparationis virtute, prosequens *num.* 2. quando saltem casus est aptabilis, contrariumque à Iure decisum non reperitur, assentiuntque Iulian. Viuian. *dict.* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. *vers. Sexto gaudet,* Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Ecclesiast. quæst.* 252. *num.* 6. *&* Stephan. Gratian. *discep. forens. tom.* 1. *cap.* 196. *num.* 10. Gregor. Lop. *in l.* 1. *tit.* 25. *part.* 3. *glos.* 5. *& in l.* 10. *t.* 19. *part.* 6. *glos.* 1. vbi Ecclesiã Rẽpublicã appellat.

42 Imò Ecclesiæ fauorem, † Reipublicæ præponderare fauori, dixerunt Felin. *in cap. Nonnulli, num.* 53. *de rescript.* Azebed. *in l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 9. *nouæ Reg. collect. num.* 5. Escobar, *de ratiocin. cap.* 36. *num.* 13. *ante fin.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 602. *n.* 15. Iulian. Viuian. *de cap.* 5. *num.* 113. Rot. Roman. *Diuersor. part.* 1. *decis.* 454. *n.* 8.

Militum etiam priuilegiis, † vbi inæqualitatis 43 ratio non adest, Ecclesia gaudet, sententia Glossæ, & Doctorum, *in l. Si vt proponis,* 8. *verb. Non negabit, C. de rei vindic. & in cap. Inquirendum,* 3. *verb. Comparauit, extr. de pecul. Clericor.* Nicol. Euerard. *in* Topic. *legal. loco A milite ad Ecclesiam,* Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. quæst.* 185. *num.* 3. *& dict. quæst.* 252. *n.* 1. Viuian. *dict. loco, n.* 25. *vers. Secundo,* Anton. Gomez *in l.* 50. Taur. *n.* 36. *versic. Primus est,* cum *versic. Tertius casus.* 44

Et libertatis, † tradunt Nicol. Euerard. *in* Topic. *iur. loco* 58. *à libertate ad piam causam, n.* 1. Marc. Anton. Genuens. *dict. quæst.* 252. *n.* 2. Iulian. Viuian. *dict. cap.* 5. *n.* 25. *vers. Secundo, ad fin.* ex Bartoli *in l. Si vnus,* 12. *C. de testam. Baldi,* & aliorum, non tamen certa relatione.

Dotis quoque priuilegiis † Ecclesiam frui, à parique cum dote Ecclesiam iudicari, deducitur 45 ex *text. in cap.* 1. §. *Donare, qualiter olim poterat feudum alienari, in vsib. feudor.* & profitentur (rationis identitate existente, cum Bart. *in l.* 2. §. *fin D. de donation. & in l. Si ego, D. de iure dot.*) Nicolaus Euerardus *in locis legalib. loco* 60. *de dote ad piam caus. num.* 1. *&* 3. Genuens. *dict. quæst.* 252. *num.* 4. Viuian. *dict. loco, versic. Quarto.* Quod non solum pro dote Ecclesiæ; sed pro cæteris quoque illius bonis (disparitate non existente) procedere videtur, pro quorum veluti administratione Prælati, vel administratoris bona tacite Ecclesiæ sunt obligata, sicut mariti pro dote vxori, ex *textu, & ibi Glos. verb. Obligata, in cap. Ex literis,* 5. *de pignorib.* cum *supra citatis num.* 36. Pro dote namque sua Ecclesiam iisdem, quibus pro dote sua Mulier priuilegiis vtitur, gaudere, † pluribusque etiam, ostendit, 46 fuséque prosequitur per tres, & quinquaginta numeros Lambertin. *de iure patronat. lib.* 1. *part. quæst.* 5. *princip. art.* 8. *per tot.* Inter quæ pro Ecclesiæ dote tacitam in promittentis bonis, † proque re euicta, & aduersus Rectorem, qui dotem recepit, hypothecam vt seculari doti 47 competere, tradit *numero* 5. *vers. Tu aduerte, & numero.* 7. cum Paul. Citandin. *eod. tract. part.* 3. *quæst* 17. *causa secunda,* sic etiam Iulian. Viuian. *eod.* pariter *tract. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 121.

Alimentorum quoque priuilegiis, † iam dicta 48 æquiparatione, Ecclesiam frui, tradunt Euerard. *in locis legab. loco* 59. *Ab alimentis ad piam causam,* Marc. Anton. Genuens. *dict. quæst.* 152. *nu.* 3. Viuian. *vbi proxime, numero* 25. *vers. Tertio gaudet,* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 5. *per tot.* vbi an & quando de pia causa ad alimenta, & è contra, argumentum procedat. De quo *Nos in Axiomatib. & locis communib. iur. lit. A. n.* 315. Piarum enim causarum (ex quibus fit ad alimenta, & contra comparatio) principem locum † Ecclesiam tenere, nulli dubium est, firmat- 49 que Tiraquel. *de pia caus. in præfation. numero* 2. *& seq.* & Iodoc. Damhouder. *in* Enchir. *parium, seu simil. verb. Ecclesia, & pia causa.* Ecclesiæque relictum, in piam causam relictum dici, probat *textus in capite Requisisti, decimo quinto de testament.* & notat *ibidem* Augustin. Barbos. *numero* 8. Petr. Surd. *decis.* 192. *numero primo* Aliisque piis causis priuilegiis concessis

conceſſis Eccleſiam vti, *iidem ipſi*, aduertunt, & Lopez *de contractib.lib.2.cap.44.verſ.vltimo.*

Eccleſiæ præterea datum eſt, † vt ad eam pro quolibet regulariter crimine confugientes, ſeruet, neque ab illa inuiti extrahi queant Diuinæ Maieſtatis reuerentia, cuius eſt Eccleſia domus, *Ioan. cap.2.* ſic decreuere *text. in cap.Inter corporalia, 6.de immunit. Eccleſ. cap. Minor, 8. cap.Reum, 9.cap.frater, 10. cap. definiuit, 35.cap.Id conſtituimus, 36. in ordin.17.quæſt.4.in l.2.l.præſenti, 5.& tot.tit.C.de his qui ad Eccleſ. confug.* de iure Regio, *l.2.tit.11.part.1. l.2.tit.2.lib.1.noua Reg. collect.* Exornant (præter ordinarios dictis in locis, plenè hac de re agentes) Didac. Couar.*variar.lib.2. cap. 20.* Remig. de Gonn. *de immunit.Eccleſ.regul. 1. & toto tractatu*, Ioan.Gutier. *practicar. lib. 2. quæſtion. 1.num.3.& per tot.& quæſtionibus ſeqq.vſque ad octauam*, Petr.Cened. *in collect. ad decret. collect. 54.* Paz *in praxi,4. part.1.tom.cap.3.§.3.per tot.* Petr. Gregor. Syntagm.*iur.vniuerſ.lib.33.cap.21.num.3. & 4.* Tiber. Decian.*tract. crimin.lib.6.cap.25.num.1.& ſeqq.Villag.de extenſ.leg.cap.fin.nu.4.& 5.* Cardin.Tuſch.*practicar.concluſ.lit.E.concl.10. nu.1. & ſeqq.* Alex. Ambroſ. *de immunit.Eccleſ.cap.1.* Proſper. Farinac. *eod. tract. cap. 2. à num.1.cum ſeqq.* vbi huius concluſionis materiam ampliationibus, limitationibus, & intellectibus implet. Et *praxis crimin.quæſtion. 28.num.1.* Auguſtin.Barboſ *in collect.ad dict.cap.Inter alia,* Leand. Galganet. *de iure public. lib. 3.tit.69. à num.7.vſque ad 61.* Ex Theologis, Angel. *in ſumm.verb.Immunitas, num. 16.verſ.Vtrum committentes maleficium,* Syueſt. *eod. verb. 3.num.1.* Tabien.*num.9.* Armil.2.Roſel. *eod.verb.1.in princip.& 2.verſ. Nullus ad Eccleſiam,* D. Antonin. *in ſumm 3. part.tit.12. c.5. §. 1.in princip.* Franciſc.Suar.*de Religion. tom. 1.lib. 3. capite 8. numero 9. & cap.11.nu.4.* nouiſſimè Paul. Laymann. *de virtute,& ſtatu Religionis, lib.4.tract.9.n.1.6.& per tot.* A quo (poſt Couar.*dict.cap.10.*eruditiſſimè loquentem, & Suar. à ſe relatos, *ibidem, num. 1. verſ. Enim verò* præcipuè diſces, an ex veteris Teſtamenti lege, vel Euangelica, immunitas hæc ſit conceſſa, etiamque ab Antonio Ricciulo *de iure perſonar. extra Eccleſiæ grem. exiſtent. lib.2.cap.12.num. 5.* & Tiberio Deciaco *dict.lib. 6.cap.25. num.2.* qui *num.3.& ſeq.* Ethnicorum quoque legibus, ac moribus, templis ſuis immunitatem hanc ad ea confugientibus conceſſam pulchrè oſtendit, pœnarumque genera in huius immunitatis violatores à Diis inflictas recenſens, ad quem recurrere curioſo licebit. Nobis ſatis, ſi in id à *Iuſtino hiſtorico, libro vigeſimo-octauo pag. mihi 261.* hæc prodita ſuperaddamus: *Laudomia autem* (inquit ille) *cum in aram Dianæ confugiſſet; concurſu populi interficitur. Quod facinus Dij immortales aſſiduis cladibus gentis, & propè interitu totius populi vindicarunt. Nam ſterilitatem, famemque paſſi,& inteſtina diſcordia vexati,externis ad poſtremũ bellis penè conſũpti ſunt. Milioque Laodomiæ percuſſo in furorem verſus;nũc ferro,nunc ſaxo; in ſumma, dentibus laceratis viſceribus,duodecima die interiit* Quodq;de *Ageſilao* in eius vita *Æmilius probus* his verbis refert: *Huius victoriæ,vel maxima fuit laus: quod cum plerique ex fuga ſe in templum mineruæ conieciſſent, quæreretur que ab eo, quid his vellet fieri; & ſi aliquot vulnera acceperat eo prælio, & iratus videbatur omnibus,qui aduerſus arma tulerant: tamen antetulit iræ Religionem & eos vetuit violari. Neque verò hoc ſolum in Græcia fecit, vt templa Deorum ſancta haberet; ſed etiam apud barbaros ſumma religione omnia ſimulacra,araſque conſeruauit.* Antiquis pariter Aſylis à *Didaco Couar.* deſignatis *dict. lib.2.variar.cap.20.numero 2.* aliud quoque adiicimus, quod *Palice* extitiſſe *Diodorus Sicul. Bibliothec.lib.11 pagin.mihi 631.* eiuſque venerationem in hunc modum refert: *Eſt autem hoc templum ex certis quibuſdam temporibus Aſylum tutiſſimum, & inuiolatiſſimum ſupplicibuſque quocumque infortunio, vel calamitate oppreſſis, vel his, qui in dominos ingratos, violabundoſque inciderint ſeruis, plurimum ſubſidij præbet. Nam qui eo confugerint, nulli domino,quacumque conditione,ſeu vi, aliove quouis pacto,licet eos abducere;ſed ibidem intactos permanere, inuiolatoſque oportet,donec per certos amicos,aut arbitros æqui & boni perſuaſi, & adducti domini, tum iureiurando de conuentis adacti, & promiſſis ſeruandis per fidem eo modo formatam admittantur. Neque vllus adhuc memoriæ proditus inuenitur, qui eam fidem ſupplicibus præſtitam, irrumpere ſit auſus.* Aliquibuſque interiectis, de *Ducetio* in Syracuſos conſpiratore, ad Aras confugiente, aliis morte plectendum ſententibus; ſaniore tandem iudicio vita donato, concludit. Nec poſſumus non his adiungere, quod *Papinius Statius Thebaidos lib. 12.* extitiſſe refert, belleque deſcribit.

Vrbe fuit media,nulli conceſſa Potentum,
Ara Deum:mitis poſuit Clementia ſedem:
Et miſeri fecere ſacram: ſine ſupplice numquam
Illa nouo:nulla damnauit vota repulſa:
Auditi quicumque rogant, noctéſque dieſque
Ire datum, & ſolis numen placare querelis.
Parca ſuperſtitio: non thurea flamma, nec altus
Accipitur ſanguis: lacrymis Altaria ſudant;
Mæſtarumque ſuper libamina ſerta comarum
Pendent;& veſtes,mutata ſorte,relicti.

Et continuo ferè:

Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo.
Forma Deæ; mentes habitare, & pectora gaudet.
Semper habet trepidos,&c.

Iuraque noſtra, eum qui ad Eccleſiam confugit, † per vim extrahentem ſeueriſſimè puniunt, 51
vt apud *Decianum dict.lib.6.cap.29.* plurimoſque ex proximè relatis, videre eſt. Inter quas, illa grauiſſima, quæ ſic ab Eccleſia extrahentem læſæ maieſtatis reum facit, auctoribus *Honorio*, & *Theodoſio*, Imperatoribus, *in l.2.C.de his qui ad Eccleſ. confug.* dicentibus: *fideli, deuotaque præceptione ſancimus: nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere; ſub hac videlicet definitione: vt ſi quiſquam contra hanc leg. venire tentauerit; ſciat ſe maieſtatis crimine eſſe retinendum.*

Eamque ſecuritatem ad Eccleſias confugientibus iura tribuerunt; † vt neque in vinculis, aut 52
compedibus eos aſtringi, neque Eccleſiam obſideri permittant. Sic probant *text. in dict.l.Præſenti,5. C. de his qui ad Eccleſ. confug. dict. cap.*

 diffiniuit,

diffiniuit, 17.*quæst.*4.*& in l.*2.*titul.*11.*part.*1.& tenent cum Paz *dict.* 4.*part.tom.*1.*cap.*3.*§.*3.*nu.* 45. & 6. plerique ex iam relatis. Nullo namque modo Ecclesiæ libertas infringi, eiusvè debet reuerentia lædi. Ob quam non seruatam (proditionis quoque conuictos falsis etiam Idolorum templis) graui Ethnicos supplicio affectos, hac in specie, Diodorus Sicul. Bibliothec. *lib.*11.*pagin. mihi* 561. referens, sic literis, memoriæque mandauit: Pausanias *id præsentiēs, ne vlla salutis spes esset, comperto flagitio, extremum occupare præsidium studet: ad Deos in templum Palladis æneum confugit. Dubitantibus tum Lacedæmoniis, num fas esset, supplicem abstractum ab aris, deposci ad supplicium: fama est Pausaniæ matrem id templum petiisse, taciturnamque intrasse, neque quidquam præterea illic agitauisse, quàm laterem, quem tectum secum attulerat, in limine templi deposuisse: moxque hoc peracto, domum se recepisse. Tum Lacedæmonios matris indicio, & facto admonitos, aditus templi omnes muro obstruxisse; atque ita per inediæ necessitatem, consumpta vita, expirasse Pausaniam. Eius cadauer his, quorum intereat, permissum sepeliri. Verum Numen videre supplicium salutis contrà fas, ireque ob id sua, haud in certum signum dedit. Nam cum Lacedæmonij Delphos ad oraculum capiendum misissent; à Deo responsum: Oportere eos Deæ supplicem restituere. Quod cum nullo pacto à se ita vti iussum erat, fieri posse cernerent: Spartiatæ per multum tempus ambigua sententia, quid potissimum facto opus esset, solliciti ferebant. Consilio demum ad eam rem, qua licuit, inito; statuas duas Pausaniæ æreas extruxere, quas in templo Palladis pro supplice constituerunt.* Ad alia iam.

53 Ecclesia priuato succedens, † contra quem præscriptio cœpta erat; priuilegio suo aduersus præscriptionem vtitur, ita vt non minori quàm quadraginta annorum spacio perficiatur, etsi decem, vel viginti apud priuatum, contrà quem cœpta erat, terminaretur, vt contrà Glossam *in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* est communis opinio, teste Iasone *ibid.nu.*36. Francisc. Balb. *de præscript.part.*5.*quæst.*3. Ioan. Aloys. Ricc. *in praxi variar. resolut.* 534. *n.*5. Gaspar. Anton. Thesaur. *quæst.forens.* 93. *n.*5.*lib.*3. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 16. *num.*4. in confirmationem adducens, *num.* 5. Eum qui à priuato emphyteusim accepit, si ad Ecclesiam perueniat, infrà biennium ad canonis solutionem sub caducitatis pœna arctari.

54 Regulariter † verò contrà, etiamsi post inceptam præscriptionem priuilegiata res esse cœperit. In re veluti in dotem data, quæ si antequam dotalis facta esset, præscribi cœpisset, ordinaria præscriptionis meta includitur, etsi aliter alienabilis, & impræscriptibilis foret, vt *Triphonius* respondit, *in l. si fundum* 16. *D. de fund.dotal.* vel minoris, aduersus quem ordinariam præscriptionem cum non priuilegiato cœptam, continuari, *Paulus* censuit, *in l.* Æmilius Largianus, 36. *D. de minor. glos. vnic. ante fin.* communiter recepta, *in l. vnic. C. si aduers. vsucap.* Franc. Bald. *de præscript.* 1.*part.* 6.*part.nu.*34. Bernard. Diaz *regul.* 467. Cald. Pereyr. *in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, num.*46. 48. *& seq. Cod. de in integr. restit.*

Præterea, quemadmodum in pupillis, minoribusque suis locis tradidimus, eorum rerum alienationem, & contractus debito auctoritate Tutorum, Curatorumvè non interueniente celebratos, firmitatem non habere, nisi in eorum euidentem vtilitatem gesti sint; claudicareque, aduersus iuris regulas notas: ita & Ecclesiæ fauore † Doctores constituunt. Cuius etsi bonorum alienatio inutilis sit, absque solemnitatibus à iure requisitis in *cap. Sine exceptione,* 12. *quæst.* 2.*cap.*1.*&* 2. *de reb. Eccles. non alien. lib.* 6.*cap. Tua,* 8. *de his quæ fiunt à Prælat.* de quibus plenè Mascard. *de probation. lib.* 1.*conclus.*75.*per tot.* præcipuè *n.*6. Rodoan. *in tract. de reb. Eccles. alien. vel non, q.*4. *de rerum mobil. alien. nu.*14.*& q.* 12.*num.* 33. *&* 34. Didac. Couar. *variar. lib.*2.*cap.*17. *numer.*1. *&* 2. Syluest. *in sum. verb. alienatio, per tot.* Prosp. Farinac. *decis.*201. *num.*3. *decis.*218.*num.*3. Martin. Bonacin. *in speciali tract. de alienation. bonor. Ecclesiasticor. disputat.* 2. *quæst. vnic. puncto* 4. *proposit.*1.*per tot.* Borgnin. Caualc. *decis.*45.*n.*27. 28. 30. 33. 34. 40. 44. 45. *&* 46.*n.*369.*& seq. part.* 1. Gaspar. Anton. Thesaur. *q. forens. lib.* 3.*quæst.*37. *n.*1. 55

56 Si tamen in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, † etiam sine requisitis solemnitatibus alienatio facta sit, validam eam esse; asseruit firmiter Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiastic. tricenar.* 5. *quæst.* 139. *eiusdem voti allegans Afflictum, in rubr. de vassal. qui contr. const.* Lothar. *benef. alien. nu.*2. Petrum *de* Anchar. *cons.*193. *incip. Subtiliter, & ad plenum,* Socin. *cons.*28.*n.* 10.*& cons.*71.*n.*69.*& seq. lib.* 1. Paris. *cons.*16.*n.*99.*lib.* 2. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.*4.*tit.*7.*n.*28. Repetitque *idem* Genuens. *in praxi* Cur. Archiepisc. Neapol. *cap.* 88.*n.*2. Hac in specie contractum claudicare dicens; posseque Ecclesiam rerum suarum alienationem sibi vtilem sustinere, vtque contractui stet, contrahentem compellere: ipsum verò contrahentem, solemnitatibus non seruatæ prætextu, contractum subuertere, aut alienationem, in vita Ecclesia, nequire: allegat (post *Innoc. Abbat.* & communem) *puteum, decis.*310.*lib.*1. Crecent. *decis.*1.*de locat.* & ita *in vna* Roman. Palatij, *die* 15. *Martij* 1504. *coram Illustrissimo Domin.* Pamphyl. *& in vna* Roman. *domus, die* 4. *Decemb. in vna* Segouiens. *præstimonij, coram Domin.* Cantus. *die* 24. *Octobris,* dictum referens, ad minoris alienationis ipsi proficuæ, absque tutoris auctoritate celebratæ similitudinem. Obseruantque Roderic. *quæst. regul. tom.*1.*quæst.*27.*art.* 9. Ricc. & alij ab eo citati in *d. praxi* Archiepisc. Neapol. *decis.*7. *numero* 4. *versic. declara, & decis.*9. Ioseph. Mascard. (alios quoque adducens) *de probat. d. concl.* 75.*n.*6.*vers. Ab hac sententia, & nu.*7. *cum seqq.* & ita in senatu *Pedemontano* decissum tradit Gasp. Anton. Thesaur. *d.q.*37.*n.*2.

Contrariam † licet tenuerint sententiam Sarmient. *de redditib. Ecclesiastic. p.* 1.*c.* 23. *&* 24. Molin. *disp.*768. Suar. *lib.*5.*de legib. cap.*24.*n.*9. Pinel. Vazq. & alij, quos numerat Bonac. *d. tract. disp.* 2. *q. vnic. punct.*4.*propos.*3.*nu.*14. secundum quam, sæpè iudicatum *Ricc.* profert *d. decis.* 7.*n.* 3. Huius opinionis sequaces rationem reddunt: quia absque forma substantiali, nihil in rerum natura subsistit, quæ dat esse rei, vt vulgaria sunt iura, de quibus *Nos in axiomatib. lit. F. nu.*154. *& seqq.* pro formaque solemnitates eas in rerum Ecclesiæ distractione à dictis iuribus esse præscriptas. 57

Aduersantis: quia ideò solemnitates desiderantur, vt de Ecclesiæ vtilitate constet: eaque apparente,

tente, superflua aliam inquisitionem discutionem, aut solemnitatem esse, quam facti euidentia supplet: in facti siquidem notorio alias requisitæ solemnitates relaxantur, ex *cap. Ad nostram, 5. in ordin. 21. de iure iurand.* vt latè per vtriusque partis assertores videre licet, apud quos totius materiæ cognitionem sic digestam reperies: vt vlterius nil desideres, pedem ideò (instituto quoquoque nostro cogente) retrahimus.

58 Nudum ministrum, † testamentique executorem, aduersus hæredes, debitores hæreditarios, actiones mouere, agereque non posse; multis iuribus, & auctoritatibus ostendimus *de priuileg. pauper. 2. p. qu. 63. num. 1.* ibidem pariter limitan-
59 tes, † pauperum, & piæ causæ fauore. De Ecclesiaque specificè loquens, hanc eandem in ea limitationem assignat Stephanus Grat. *discept. forens. tom. 1. cap. 131. num. 18.*

60 Quemlibet de populo † Ecclesiam defendere, pro illaque in iudicio comparere posse, *Simaci* Papæ constitutio probat *in cap. Si quis, 6. § Sed etiam de reb. Eccles. alien. vel non.* per quam sic *Genuensis* tenet *in practicabil. Ecclesiast. q. 282.*
61 *n. 2.* etiam in Ecclesia inuita, † Prælatoque contradicente, ibidem amplians, & repetit, *q. 354.* per textum in *c. Olim, de testib. c. Non licet, 12. q. 2. & c. si quis Presbyterorum, de reb. Eccles. alien.*
62 *vel non.* Eamque sententiam, cum relictum pro construenda, † reparandavè Ecclesia petitur; probat singularis textus *in auth. de Eccles. tit. § si vero sanctissimus, coll. 9.* quem ad id extollit Romanus *in auth. Similiter, n. 40. C. ad leg.* Falcid & sequitur Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 358. n. 13. & 14. tom. 2.*

63 Cum pro alio † sine mandato in iudicio comparere, nemini regulariter liceat, *l. si Procurator, 10. C. de procuratorib. cap. 1. extr. eod. tit. cap. Venerabilis, 10. de dol. & contum. l. 10. tit. 5. p. 3.* cum adductis à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. q. 13.*
64 *nu. 1.* Sitque receptum, officio suo Iudicem posse procuratorem † vt mandatum ostendat, compellere, vt docet Glossa *in cap. 1. verb. Absenti, de elect. lib. 6.* Paz *in praxi, annot. 4. de procuratore, numero 8.* expresse Regiis iam legibus cautum, *in l. 55. titul. 1. lib. 3. & in l. 3. titul. 2. lib. 4. nona Reg. collect.* quæ necessitatem ac præceptum tabellionibus, Iudicibusque imponunt, ne procuratorio nomine comparentem, sine legitimo mandato recipiant. Neque aliter quam pro suo quem-
65 que interesse † admittendum, Iura permittunt, vt *in Axiom. nostris, lit. I. numer. 92. & seqq.* multis
66 ostendimus. Neque in inuitum † sit beneficium conferendum, vt vulgaria dictitant iura, de quibus in eisdem *nos axiomatib. lit. B. numero 8.* Cuius contrarium non solum Ecclesiæ ipsi (vt di-
67 ximus) concessum extat: sed alteri † quoque si in Ecclesiæ vtilitatem vertatur, vt text. probat *in c. queris, 6. de etat. & qualit.* aliisque iuribus (licet id mihi non probantibus) Marc. Anton. Genuens. *d. tract. q. 286.* contendit.

68 Iudicem pariter Ecclesiam defendere, † in integrumque restitutionem ex officio illi dare posse: firmat idem Genuensis *d. tract. q. 282. num. 4. & q. 346. per tot.* Et in eius causis ex officio procedere, *quæst. 345* assentitur Caual an. *decis. 36. num. 480. part. 2.* conducuntque scripta à *Nobis de priuileg. pauper, 1. p. q. 15. num. 12.*

69 Cùm aliis † non, nisi petentibus Iudex officium suum impartiri debeat, vt plura referendo iura, & auctoritates, latè materiam prosequendo, ostendimus, *d. quest. 35. à num. 1. cum seqq.*

Omnem dispositionem incertitudine † vitiari, 70
multis tradidimus, *in Axiomatibus nostris lit. I. num. 35.* & plenissimè Cardin. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. ead. lit. conclus. 65. per tot.*

Quam quidem generalem regulam Ecclesiæ fauor † restringit, annotantibus *Nobis de priuil.* 71
pauper. 1. part. quæst. 20. publicæque vtilitatis assertioni huic ratione fauente. Cui non æquiparari modò; sed præferri Ecclesiam, suprà iam *nu. 41. & 42.* aduertimus. Publico autem fauore existente, incertitudinem non vitiare actum, *Celsus* respondit, *in l. Quidam in testamento, 30. D. de legat. 2.* Fitque inde, legatum pro Ecclesia construenda, licèt ædificio fiendo locus à testatore designatus non sit, † caducum non reddi, vt do- 72
cet Glossa *in cap. 3. verb. In loco, & ibidem* Couarru. *numero 12. de testament.* Stephan. Gratianus, aliis adductis, *discept. forens. tom. 2. cap. 358. n. 10.* Gonz. *in regul. 8.* Cancell. *glos. 5. § 7. nu. 85.*

Cùm pro alio ædificio construendo, † loco 73
certo non designato, derisorium legatum sit, eadem notante Glossa *in dict. cap. 3.* Loci namque incertitudinem actum, promissionemque vitiare, firmarunt Scæuola, *in l. 3. § Si quis insulam, D. de eo, quod certo loco,* & Marcellus *in l. qui insulam, 95. D. de verbor. oblig.* Legatumque inde eadem ratione vitiari, qua inutilis promissio redditur: non solum de contractibus ad vltimas voluntates argumentũ (de quo *in Axiomat. lit. A. numero 566.*) Sed etiam loci, & nominis incertitudinis æquiparatio probat. Quam Papinianus facit *in l. Ita stipulatus, 15. D. de verbor. obligation.* in verbis illis: *Vel insulam ædificari non demonstrato loco; vel fundum dari non adiecto nomine.* Sicut enim de fundo specialiter non demonstrato, legatum scriptum nullum esse, idem *Papinianus*, inquit, *in l. cum post 70. D. de iure dotium*; ita pro ædificio construendo relictum, certo loco non præfinito, inualidum esse deducitur.

Vulgarem quoque regulam *paragrapho Cum* 74
quis in suo, † instit. de rerum diuis. legis, 1. & 2. D. de superficieb. legis qui res, 98. § Aream, vers. Pars enim, D. de solut. & similium (*ædificium solo cedere* dictantem, quam præter antiquiores, dictisque locis Scribentes, prosequitur Mar. Giurb. *in consuetud.* Senat. Messan. *part. 1. c. 15. glos. 13. à num 4. cum seqq. &* Cardin. Tusch. *practicar. conclus. lit. E. conclus. 33. per totam.*) Fauor Ecclesiæ † infringit. Ædificium namque in alieno 75
solo Ecclesiæ pecuniis constructum, solo non cedere, sed ædificio solum; & sic vtrumque apud Ecclesiam remanere; celebris dixit Glossa *in cap. Apostolicos, verb. Construxisse, 12. quæst. 1.* quam plurimi sequuntur citati à Ludouic. Roman. *in auth. Similiter, num. 27. C. ad leg.* Falcid. Alexand. *in l. 1. § Nunc videamus, numero 5. D. de noui oper. nunciat.* Andr. Tiraquel. *de pia caus. priuileg. 121.* Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Ecclesiast. quæst. 31. numer. 6.* & latius, *quæst. 249.* Petr. Surd. *consil. 333. numero 46. lib. 2.* dicitque veriorem Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 955. numero 18. & 19.* Mar. Giurb. (horum nullo relato) *dict. glos. 13. numero 10.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. M. conclus. 175. nu. 7.*

Illud indubitabilius est, solum ædificio cede- 76
re, si ædes sacra † inædificata sit, ex *cap. quæ sti nobis sunt, 41. in ordine 17. quæst. 4.* tenetque Petrus PeKius, *in cap. Semel, n. 5. de regul. iur. lib. 6.* Cardin. Tusch. *dict. lit. M. numero 6.* Borgnin. Caualc.

Caualc.*decis.* 23.*numero* 71.*part.*1. Petr.GilKen. *de impens.part.* 1.*cap.* 1.*numero* 33.Reusner. *deci* . . *numero* 7.*part.*1. cum quibus sic affirmat Mar.Giurb.*dict.glos.& num.*

77 A muneribus (præcipuè personalibus Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas immunes esse, determinant *text, in l. Places,* 5.*C.de sacros.Eccles.l.Omnes* 31.*aliàs,*33.*§.Nullis eas,aliàs,* 33. *§.Nullis eas,aliàs,§.Prætere a nullus,&* §.*priuilegiis, C. de Episcop.& Cleric. cap.non minus* 4. *de immunit. Eccles.cap.* 1.*& cap.Clericis,eod.tit. lib.6.cap.quamquam,*4.*de censib.& exaction.eod. lib.cap.Ecclesiarum,*69 *in ordin.*12.*quæst.* 2.*cap. Ecclesias,in fin.* 28.*in ord.*16.*quæst.*7.*cap.Secundum,*24.*in ord.* 23. *quæst.*8.*cap.Generaliter,* 40. *paragrapho Nouarum , & paragrapho Placet,* 16.*quæst.*1.*Concil.Trident.sess.*25.*de reform. cap.* 20.*leg.* 51. *titul.* 6. *part.* 1. *l.*1. *tit.* 3. *libro primo Ordinam.Reg.l.*11.*tit.*3.*lib.l.*1.6.*tit.*18.*lib.*9.*nouæ Reg.collect.* Copiosissimè Carol. de Gras. *de effectib. clericat. effectu* 3. multis sacræ paginæ locis à iure Diuino immunitatem hanc descendere *numero tertio* conprobat, omnique Iure datam ostendit , plurimas ampliationes *numeris seqq.* prosequens , traduntque etiam Ioan. Gutier. *de gabel. quæst.*87.*n.*1. *& seqq. &* Leand. Galganet. *de iure publ. lib.*3.*tit.*65.*n.*2.

78 Communis vtilitatis , † aut necessitatis casu excepto , iuxta *textum in l. Ad instructiones,* 7. *l.Iubemus ,* 10.*l.Neminem,*11.*C. de sacros. Eccles.Extrauag. vnic. de immunit. Eccles. inter communes ,* vbi sic Benedictus Vndecimus: *Cæterum, attendant solicitè Ecclesiarum Prælati, & alij Clerici , Lateranense Concilium , quod in huiusmodi subuentionibus solum casum necessitatis , aut communis vtilitatis , vbi laicorum ad id non suppetant facultates , de liberatione prouida noscitur excepisse.* Similiterque *text. in l.*52.*dict.titul.*6.*part.*1.

79 Ad munera autem patrimonialia , † quæ rei, ante quam ad Ecclesiam vel Ecclesiasticam personam peruenissent , inhærebant , teneri ; Canonica Iura demonstrant , *in cap.Si qua causa,* 26. *§. His ita respondetur , & in cap. sequenti,* 11. *quæst.*1 .Dum in illo Innocentius ait : *Clerici ex officio , Episcopo sunt suppositi : ex possessionibus prædiorum , Imperatori sunt obnoxij.* Et iterum: *Quia ergo vt prædia possideantur, Imperiali lege factum est; patet , quod Clerici ex prædiorum possessionibus Imperatori sunt obnoxij.* In hoc, D. Ambrosius: *Si tributum petit Imperator, non negamus : agri Ecclesiæ soluunt tributum.Si agros desiderat Imperator, potestatem habet vindicandorum.*

Quibus etsi *Leand.Galganet.d.lib.*3.*tit.*6. *n.* 4.*& tit.*69.*n.*2.*& sqq* respondere tenter ; & neque ad munera ista Ecclesiam , Ecclesiasticasvè personas teneri contendat; multum in aduersum eadem ipsa pugnant. Quod apud Nos in dubium reddit decisio *textus in d.l.* 1. *tit.*3 *lib.*1. *Ordinam.& l.*11.*tit.*3.*lib.*1.*nouæ Reg.collect* Canonicis iam relatis adiuta.Pro eorumque munerum receptione , à Iudicibus etiam sæcularibus res ipsas saltem cogi posse ; cum multis à se relatis firmat Greg Lop.*in d. l.*51.*verb.Porrazon de sus personas , ad med.d.tit.*6.*p.*1. Pro muneribus autem personalibus, etiam in iam dictis permissæ exactionis casu sæcularibus Iudicibus coactionem permissam non esse, profitentur Gutier.*de gabel.quæst.*42.*numero* 44.*&* 45. Leand. Galganet. *d. tit.*69.*numero* 5.Gregor. Lopez,*vbi proximè,verb.Pechar, ad fin.*cum personam hæc respiciat coactio ; res illa.

An autem hæc munerum excusatio , † immunitasve ad Ecclesiæ quoque vasallos , & colonos porrigatur ; longa disputatio est , quam discutiunt , post antiquiores , Petr.Duen. *regul.* 100. *ampliat.* 1. Marc.Anton.Natt. *cons.*409 Remig. de Gon. *in tractat. de charitat. subsid. quæstion.* 61. *numero* 20. *&* 29. *& quæstion.* 59. *numero* 25.*&* 26.Petrus Surd. *consil.* 301. *numero* 79.*& seqq. Capit.decis.*12.*per tot.* Alban *in lucubrat.*Bart. *in l.Hæres absens , numero* 2.*D. de iudic.*Francisc. Bursat.*consil.*21.*numero* 1.*& consil.*42.*numero* 16.*lib.*1. Ioan. Bott.*consil.*87. *numero* 2. Tiber Decian.*consil.*51.*numero.* 15. *volum.*3. Antonin , Thesaur. *decis.*22.*nu.*2. *& decis.*116. *per tot.* Sfort. Odd.*cons.*70. *num.* 31. *& seqq. lib.*1.Octauian. Osasc. *decis.* 83. *& decis.* 116.plenissimè Carol.*de* Gras. *de effectib. clericat.effectu* 3.*num.*50. *& seqq.* Ouid. *de* Amic. *de iure emphyt.q.*80.*num.*8.Andr. Fachin.*controuersiar.lib.*1.*cap.*91.*per tot.* Apud nos, Clericis seruientibus personalem tribuit immunitatem *d. leg.* 51. *vers. E esta misma franqueza , titul.* 6.*p.*1. 80

Nec minor de Ecclesiæ emphyteuta † quæstio , an rei emphyteuticæ ratione, ea immunitate gaudeat ? In qua affirmarunt multi ; multique negauerunt, vt videre est apud *Syluanum cons* 9.*per tot.& cons.* 57. Marc. Anton. Natt. *cons* 114.*num.*18.*& seqq.lib.* 1. Roland. *à* Vall. *cons.*66.*num.*34.*lib.*2. Petr. Benint. *decis.* 13.*in fin.*Iacob.Menoch. *de arbitr. cent.* 5. *casu* 562. *num.*10.*& seqq.*Franc Bursat.*cons.*140.*num.* 25. *lib.*2.Vulpel. *in tract.de libert.Eccles. p.*3.*n.*22. Carol. *de* Gras. *d.effectu* 3.*n.* 77.*& seqq.* Ouid. de Amic.*d.q* 80.*per tot.* 81

Pro Ecclesiastica pensione ex beneficij fructibus constituta , tacitam † in eis hypothecam illi in cuius fauorem concessa est, competere (ad alimentorum comparationem) firmant *Ludouic.Roman.cons.*338.*num.* 6. *&* 9. *Felin. in cap. Ad audientiam,*2.31. *in ord. nu.* 6. *de rescript. Hieronym.Gigas de pensionib. Ecclesiastic. q.* 51. *nu.*17.*Petr.Surd.de aliment.tit.*8.*priuileg.*51. *n.* 7. *Caputaq. decis.*302.*n.*5.*p.*2. vt eos refert , & sequitur *Steph.Gratian. discept. forens. tom.* 5. *c.* 981.*n.*36. 82

Pro aliis vero pensionibus , *ex certo* † etiam *fundo* relictis , debitis , aut impositis , actionem tantum personalem conpetere asserunt *Petr. Surd.d.priuileg.*51.*num.*5.*& Stephan. Gratian. d.cap.*981.*num.*35.ex *l. fin.§.Lucius Titius , D. de contrah.empt.*& *l. Liberto* 21.*& ibi Glossa* 1. *D. de annuis legatis.* 83

Secus licet , si *super* † *certo fundo* , bonisvè certis constituta pensio sit : tacitam namque in eis hypothecam tunc contrahi, tacitèque obligata videri , regulare dicunt *Alexand.cons.*156. *num.*3.*lib.*6. *Afflict.decis.*172.*num.*2. *Aym.Crauet.cons.*20.*num.*10: *Marc.Anton.Natt.cons.*141. *num.*6.*Cald.Pereyr.de emphyt.extinct. inter. & resol.cap.*4 *num.*20.*&* 22.*Petr.Surd. d. priuileg.* 51.*nu.*4. Qui *numeris seqq.* id ipsum alimentorum, † & pensionum Ecclesiasticarum fauore *ex certo fundo* , aut beneficio debitis , constituit, ita vt idem sit in his , si *ex certare* , quod in aliis, si *super certare* debeantur. Defenditque etiam *Caldas Pereyr.d loco , num.*21. plures in id 84

Caldas Pereyr. *d. loco num.* 21. plures id allegans, dicuntque proximè *nu.* 82. citati.

86 Donationem quingentorum solidorum † summam excedentem, ad sui valorem insinuationem requirere, inque excessu nullitatis vitium pati decernunt, *textus in l. penult. vers. Cæteris, C. de donat. & l. 9. ad fin. tit. 4. p. 5.* traduntque latè *Anton. Gomez. Petr. Duen. Anton. Gabr. & Ioan. Gutier.* (his relatis) *de iurament confirmator.* 1. *p. cap.* 7. *per tot.*

87 Ecclesiæ verò vltrà prædictam summam † factam, insinuatione non egere, ex veriori opinione, fatentur Andr. Tiraq. *de priuileg. pia caus. priuileg.* 124. Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Ecclesiast. quæst.* 196. Iulian. Viuian. *de iure patron. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 105. *part.* 1. Diximusque in *prælud. ad primam de priuileg. pauper. part. num.* 4. & 5.

88 Imo donationem quoque immensam Ecclesiæ factam sustineri; religiosa Imperatoris *Iustiniani* sanctio monstrat, *in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. cap.* 2. §. 1. *col.* 2. *nouell.* 7. *Quid enim* (ait) *causetur Imperator, ne meliora det? cui plurima dedit Deus habere, & multorum Dominum esse, & facilè dare: & maximè in sanctissimis Ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum eis rerum immensitas.*

89 Omniumque etiam bonorum, † præsentium, & futurorum (*ex l. Iubemus* 2. *C. de sacros. Eccles.* Batt. *in l. fin. numero* 13. Purpurat. *numero* 242. Tiraquel. *de priuileg. pia caus. priuileg.* 100. Anton. Gomez. *in l.* 60. *Taur. num.* 6. Didac. Couarruu. *in rubr. de testament.* 2. *part. num.* 6. *& aliis*) profitetur Gutier. *de iurament. confirmator. dict.* 1. *part. cap.* 11. *num.* 7. communemque, & ab ea non recedendum (Regia etiam ordinatione stante *in dict. leg.* 69. *Taur. & in l.* 8. *titul.* 10. *lib.* 5. *noua reg. collectio.* quæ non futurorum modo, sed præsentium tantum donationem improbant, inualidamque reddunt) firmiter asserit. Inque iuris communis terminis (quo præsentium, & futurorum bonorum donatio improbatur, ex ratione *legis Stipulatio hoc modo concepta*, 61. *D. de verbor. obligat.*) receptissima sententia est, firmata validissima Doctorum manu, quos (sic tenentes) recensere Anton. Gomez. *in l.* 45. *Taur. num.* 26. *versic. Tertio, & in dict. l.* 69. *numero* 1. Ioan. Gutier. *dict. cap.* 11. *numero* 2. Andr. Fachin. *controuersiar. iur. lib.* 6. *cap.* 87. & Baltaxar. Thomas, *tract.* 10. *suorum tract. titul.* 2. *de specialibus, vel priuileg. pia caus. cap.* 227.

90 Dominiaque, † & regalia posse Principem Ecclesiæ donare, probat Genuensis *dict. tractat. quæstione* 3. *numero* 2. & 3. *ex eadem auth. de non alien. aut permut reb. Eccles. cap.* Ludouicus 63. *dist. & cap. constituimus*, 96. *dist.* huius simul opinionis referens *Andræam de Isern. Lucam de pen. Franc. de Prat.* & alios, damnato, contrarium tenente; *Afflicto.*

Priuatis † verò regalium Principem donatio-
91 nem, in coronæ præiudicium facere non posse (multis citatis) *idem ipse Genuens.* testatus est, *dict. quæst.* 3. *num.* 1. aliosque super addendo Marc. Anton. peregr. *de iure fisc. lib.* 1 *tit. Habentes iura Fisci, an possint aliquid agere in præiudicium fisci, num.* 47.

92 Generalis etiam regula, *Victum victori † in expensis condemnandum*, dictans (de qua plenè Augustin. Barbos. *in collectan. ad cap. calumniam*, 4. *de pœn. num.* 2. & *nos de priuileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 39. *num.* 66.) Ecclesiæ fauore † restrictionem admittit, (vt cum Tapia *in constit.* 93 *Regn. Diuorum, lib.* 3. *iuris regn. Neapol.* Boer. *decis.* 214. & aliis, ex fisci, & Ecclesiæ comparatione; aduersus Ludouicum Romanum *singul.* 44. & Asinium *in praxi iudic.* §. 32. *ampliat.* 51.) tenet Genuens. *dict. tract. quæst.* 31. quem eius simplex traductor sequitur, Iulian. Viuian. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 105. *Boerium citato loco* adducens, qui tamen verè tale non protulit, neque alibi apud eum inueni. Fiscum autem victum † in expensis non codemnari, docent Marcus 94 Anton. Peregrin. *de iure fisc. lib.* 7. *titulo* 4. *num.* 14. Azebed. *in l.* 1. *numero* 6. *titul.* 21. *lib.* 4. *noua reg. collect.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom.* 1. *capit.* 33. *numero* 41. & *seq.* Petr. Barbos. *in l. Eum qui temerè, numero* 195. *cum sequentibus, D. de iudic.* Augustinus Barbosa, qui hos enumerat, *in dict. cap. Calumniam, nu.* 4. In aptanda reddendaque rationis similitudine in præsenti, difficultas existit, cum aliter non nisi in casibus à iure expressis Fisci iure Ecclesiam vti, firmiter alij asserant, vt iam *suprà, nu.* 21. *ad finem* adiecimus.

Ecclesiæ prætereà emphyteuta per biennium † in solutione cessans, emphyteusi priuatur, dis- 95 positione text. *in c. Potuit*, 4. *de locat. cap. Hoc ius porrectum*, 2. (aliàs incipit *Ea enim*) §. *Qui rem*, 10. *q.* 2. *auth. Qui rem, C. de sacros. Eccles. auth. de non alien. aut permut. cap.* 3. §. *Scire autem, coll.* 2. *l.* 3. *tit.* 14. *part.* 1. vt Doctorum auctoritatem, in expressa iurium determinatione omittamus, quos *in d. cap. Potuit, num.* 90. *August. Barbos.* congerit.

Sæcularis † verò, non nisi per triennium ces- 96 satione priuatur, *ex l.* 2. *C. de iur. emphy. l.* 28. *part.* 5. vtrumq; disponens, & prosequimur *nos de priuil. paup.* 1. *part. quæst.* 33. *à nu.* 1. latè etiam Aurel. Corbul. *de iure emphyteut. cap.* 15. *De caus. priuation. ob non solut.* & Carol. de Graf. *de effectib. clericat. effectu* 2. *num.* 405. Idem biennij cursu in Ecclesiæ causa, quod triennij, in sæculari operante, vt præter superiora iura, eleganter Iustinianus *in dict.* §. *Scire autem*, in hunc modum decidit: *Scire autem emphyteutas conuenit, quia si biennio non exoluerint emphyteuticum canonem (hoc enim tempus pro triennio aliorum hominum sufficere ad casum Ecclesiasticarum aut proticarum emphyteusium pro non soluto Canone ponimus)* &c.

Ecclesiam autẽ ipsam, si ab alio emphyteusim 97 † teneat, præfatoq; biennij spatio canonẽ non soleat non ideò emphyteusi priuari placuit Io. And. *in cap. constitutus, de religios. domib.* relato per Abbat. *in cap.* 1. *num.* 18. *de dolo, & contum.* cuius amplectuntur sententiam Goffred. *in summ. de immunit. Eccles. & ibid.* Hostiens. §. *Tertiò sequitur*, cumque illis Carol. Ruin. *cons.* 156. *nu.* 22. *volum.* 1.

Quæ licet communi aduersetur sententiæ, quam, cum multis à se relatis defendit Aurel. Corbul. *de iure Emphyt. dict. cap.* 15. *ampliat.* 27. *à numer.* 1. *cum sequentibus.* Idem tamen ipse ibid. *numero* 15. fatetur Ecclesiam, quæ ob canonem non solutum à iure suo cecidit, † posse in 98 integrum restitutionem implorare, vt canonem soluat, remque (minorum & reipublicæ instar) retineat. Allegat (præter iura æquiparationem hanc facientia, à nobis etiam in quæstionis

huius initio citata) sic tenentem *Speculatorem, in tit.de locat §. nunc aliqua, quæst.* 15.*num.*26. Iaſ.*in dict. l.* 2.*q.*11.*num.*49. *C.de iure emphyt.* Ruin.*conſ.*110.*n.* 7.*& conſ.*156.*in fin.lib.*1. Guid. de Suzar.*in tract. de iure emphyt. n.* 15. Curt. *in tract.de feud.*2.*part.qu.* 18.*num.*3.aliiſque comprobat.

99 Contractum in dubio potiùs cenſualem, † quam emphyteuticum præſumi, vniformemque ſolutionem: certi fundi ratione, aliquibus retro annis factam, ex cenſu potiùs, quam emphyteuſi factam cenſeri plenè docent (cum Alberic. de Roſat.& Iaſ. *in dict.l.*2.*C.de iure emphyt.* Ioan. Fabr.*in l.*1.*C.eod.tit.* & aliis) Ioſeph.Maſcard *de probation.tom.*1.*concluſ.* 281. *per tot.* & Iacob. Menoch. *de præſumption. lib.*3.*præſumpt.*106. *à num.* 3. *cum ſeqq.*

100 Eccleſiæ † verò hoc ſpeciale ius competere quidam contendunt, vt emphyteuſis potius ratione in dubio, quam cenſus, illius cemodi ſolutio facta intelligatur, vt *Berois* authoritate, *quæſt.*14. *ante num.*3. Corbul.refert, *d.cauſa* 15 *de priuatione ob non ſolutum, limit.* 34. *numer.*3.etſi in contrarium ipſe inclinare videatur, cum *Creſcentio deciſ.*33.*lib.*2. Eundem tamen Eccleſiæ fauorem defendit Marcus Anton. Genuenſ.*in practicabil. Eccleſiaſt.qu.*1.

101 Fauor autem, vtilitasvè ex tali ſolutione, vt veluti ex contractu cenſuali, † non verò emphyteutico facta videantur, maxima eſt. Quia cenſuarius mille etiam annis cenſum non ſoluens, eius ius non perdit: cum ſuum biennio, vel triennio (iuxta proximè dicta *num.* 95. *& ſeq.*emphyteuta

102 perdat. Quia cenſus,rem noſtram,† emphyteuſis, alienam eſſe demonſtrat, vt latè *iidem ipſi* Marcus Anton. Genuenſ. Ioſeph. Maſcard.& Iacob. Menoch.*proximè citatis locis* proſequuntur. Inde notantes;rem cenſualem inconſulto cenſus do-

103 mino † alienantem à iure ſuo non cadere, quemadmodum emphyteuta cadit. Hæc obiter in id (latius apud eos videnda cœtera) annotaſſe ſufficiat.

104 Illo etiam ſpeciali iure Eccleſia potitur, † vt *quas actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis, præſcriptio excludit; hæ,ſi loco Religioſo competant; quadraginta annis excluduntur.* Verba ſunt Imperatoris Iuſtiniani in *auth. Quas actiones, C.de ſacroſ.Eccleſ.*repetita in *nouella conſtit.* 131. *in auth.de Eccleſiaſt.tit. coll.*9.*tit.*14.*cap.*6.ſi non eadem forma,ſubſtantia eadem: *Pro temporalibus autem præſcriptionibus decem,& viginti,& triginta annorum,ſacroſanctis Eccleſiis, & aliis vniuerſis venerabilibus locis,ſolam quadraginta annorum præſcriptionem opponi præcipimus: hoc ipſo ſeruando, & in exactione legatorum, & hæreditatum, quæ ad pias cauſas relicta ſunt.* Canonicis probata ſanctionibus in *cap. de quarta*, 4. *in cap ad aures*,6 & in *cap.illud*,8. *de præſcriptionibus*.à Regioque iure *in l.*26.*tit.*19,*part.*3. Notauimuſque *de priuileg. pauper.*1.*p.qu.*12.*n.*8.*&* 9.

105 Quinimò & aduerſus quadragenariam hanc præſcriptionem,† ex capite ignorantiæ reſtitutionem Eccleſiæ concedi, probat *textus in Clement. vnic.de reſtit. in integr.* quæ aduerſus temporis lapſum, indiſtinctè per reſtitutionem in Eccleſiæ ſubuenit, c.1. & 2.*eod.tit.lib.*6. traduntque plenè Franciſc.Balb. *in tract. de præſcript.* 5.*part.princip.*1 *part. quæſt.* 2.*per tot. pag. mihi* 407. Cald. Pereyr.*in l.ſi curatorem, verb. minoribus,C.de in integr.reſtit.numero* 60.Sfort Odd.*de reſtit.in integr.quæſt.*3.*art.*4.*per tot.& quæſt.*90.*art.*3.*verſ. ſed breuiter*, Marc.Anton.Genuenſ.*dict.tract.qu.* 122.*n.*1.*&* 2.Iulian.Viuian.*in prax. iuris patronat.dict.lib.*2. *cap.*5. *num.* 45. Stephan.Gratian. *diſceptation.*Forenſ.*cap.*601.*numer.*35.*cum ſeqq.* P.Molin.*de iuſtit. & iur. tom.*2.*diſputat.*574.*n.*1. *&* 2. Eſt que apud nos expreſsè id determinans *lex ſin. tit.ſin.part.*6. vbi notat Gregor.Lop.*gloſ.* 5.*verb. quatro años, & in l.*7.*dict.tit.*29.*p.*3.*gloſ.* 8.*verb.deuelo otorgar.*

Quodque fortiùs eſt, ſcientia † quoque interueniente,aduerſus hanc quadragenariam præſcriptionem, Eccleſiæ reſtitutionem competere, ſpeciali illius priuilegio (ex *dict.* Clement. 1 *& ibi* Cardin. *quæſt.* 9.Aret.*conſil.*15. *in fin.* & Roman. *conſil.*123.) tenent Marc.Anton. Genuenſ. *d.qu.* 122.*n.*3.& Ioan.Vincent.Honded.*conſ.*88.*n.*86. *lib.*2. 106

Quadriennium † autem poſt præſcriptionem impletam, ad reſtitutionem hanc petendam Eccleſiæ competens, ex *cap.* 1. *de in integr. reſtit. lib.*6.*dict.Clement.vnic. dictaque l.ſin.tit.ſin.part.* 6.*& l.*7.*tit.*19.*par.*3. vtile eſſe, à dieque ſcientiæ currere; probat *textus in dict. cap.* 1.in verbis illis: *Negligenter omiſerit.* Profitenturque in Eccleſia & minore Iacob. Menoch. *de præſumptionib.lib.*1.*quæſt.* 71. *num.* 2. *& de recuper.poſſeſ. remed.*15.*num* 115.*cum ſeqq.*Cald.Pereyr.*in dict. l.ſi curatorem, verb. Infra legitimum,nu.*3.Sfort. Odd *de reſtit.in integr. quæſt.*20.*art.*4. *num.*37. *verſic.In contrarium*, temerarium eſſe affirmans, in iudicando, & conſulendo contrarium attentare velle,Cardin.Tuſch. *practicar. concluſ.lit.R.concluſ.*298.*n.*9.19 *&* 43. Gregor.Lop.*in dict.l.ſin. gloſ.*5.*& in dict.l.*7.*verb.quatro años.* Nulloque temporis lapſu quadriennij huius ſpatium aduerſus Eccleſiam ignorantem circumſcribi, contendunt,cum multis à ſe relatis, Sfort.Odd. *dict. qu.* 20.*num.*39.*& ſeq.*Genuenſ.*d.q.*123.*n.*3.*&* 4.copioſiſſimè Mar.Giurb.*deciſ.*106.*n.*1.*&* 10.Petr. Surd.*conſ.*95.*n.*7.*& conſ.*520.*n.*10. 107

Cùm aliis † aduerſus triginta annorum præſcriptionem, etiam ignorantiæ ratione (ex probabiliori iudicio) reſtitutio denegetur, vt poſt Bald.*in l.*1.*C.qui admit.oppoſitione* 20.Angelum, Curt.Anchar. *& alios*) profitetur eruditiſſimus Arius Pinel.*in auth. Niſi tricennale, num.*59.*C. de bon. matern.* pleniſſimè etiam Ferdin. Vazq. Menchac.*controuerſiar. illuſtr. lib.*2. *cap.* 75. *per tot.*Franciſc.Sarmient *ſelectar.interpretation.lib.* 2.*cap.* 10. Antonin. Theſaur. *deciſ.*134.*num.*5.*& ſeqq.* contrariæ opinionis aſſertoribus damnatis meritò. 108

Illud præterea Eccleſia præcipuum habet, vt etiam data ſcientia † enormiter læſa, poſt quadriennium præfatum reſtitutionem conſequatur, vt notant Didac. Couar.*variar. lib.*1.*cap.*3.*num.* 10. Eman. Coſt. *in repetition.*§. *Et quid ſi tantum,part.* 2. *num.* 80. *& ſeq.* Anton.Gomez, *variar. cap.* 14. *num.*20.Ioan.Garc.*de expenſ.cap.* 18. *numero trigeſimoſexto* Cald. Pereyr. *ad dict. leg.ſi curatorem, verb. Infra legitimum, num.*9. Marc.Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.*324. Sfort. Odd. *de reſtit. in integr.quæſt. decimanona,art.*7.*numero ſexageſimoſexto, verſ. in contrarium eſt communis*, Cardin. Tuſch. *practic. concluſ.lit. R.concluſ.*298.*numero ſeptuageſimoquinto*, Ioach.Minſinger. *centur.* 1. *obſeruation. quinquageſim.prima, num.*7.Rota Roman. 109

diuerſor.

diuersor. decis. 446. *part.* 1. Margiurb. *decis.* 106. *num.* 12. Pett. Surd. *consil.* 520. *num.* 10. Ioan. Gutiet. *practicar. quæst. lib.* 2. *quæst.* 115. *nu.* 13. Ioan. Parlatd. *rerum quotidianar. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. *num.* 14.

110 Intra quod vero tempus † post quadriennium ob enormem læsionem restitutio peti possit; discors sententia est, vt constat ex Boer. *cons.* 177. *numer.* 40. *lib.* 1. Roder. Suar. *allegat.* 21. *num.* 4. Ioan. Garc. *dict. cap.* 18. *num.* 57. Cald. Pereyr. *vbi supr. num.* 10. Eman. Cost. *dict. loco, num.* 8. Didac. Couar. *dict. cap.* 3. *numer.* 12. Petr. Augustin. Morla, *in empor. iur. tom.* 5. *in prælud. nu.* 16. *in fi.* Sfort. Odd. *dict. quæst.* 19. *art.* 11. *per tot.* præcipuè *numero* 92. *versic. aut causa.* Vid. idaque *l.* 10. *tit.* 19. *part.* 6. & *ibid.* Gregor. Lop. *glos.* 7. *verb. que fuesse engañada.*

111 Ecclesiæ debitorem absque interpellatione † (minorum instar) in mora constitui, multis iam relatis *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 40. *nu.* 11. & *seq.* tradidimus. Inferentes simul, & probantes

112 absque litis motæ denunciatione † ab Ecclesia facta, venditorem de euictione teneri, vt &, præter ibi citatos, profert Andr. Fachin. *controuersiar. iur. lib.* 2. *cap.* 38.

113 Cum regulariter nec sine interpellatione † mora committi soleat, vt *dict.* 1. *part. quæst.* 35. *num.* 1. & *seqq.* ostendimus, nec venditor, cui lis

114 ab emptore non fuit nunciata, † vtque litis assistere intimatio facta, euictionis periculum sustineat, vt *d. q.* 40. *n.* 1. non paucis firmamus.

Ex contractu inutili, interueniente traditione,

115 † possessionem transferri. Iura demonstrant *in l.* 1. §. *si vir vxori*, & *in l. quod vxor*, 26. *D. de acquir. possess.* vbi Paulus: *Quod vxor viro, aut vir vxori donauerit, pro possessore possidetur.* in *l.* 1. §. *Deiicitur. vers. denique, D. de vi & vi armat.* in *l. nec vllam*, 13. §. *omnibus, vers. Item in titulo pro donato, D. de petit. heredit.* in *l. si donata*, 37. *D. de donat. inter vir. & vxor.* pulchrè Anton. Gomez, *in l.* 45. Taur. *num.* 23. & *seqq.* Matienz. *in l.* 1. *tit.* 10. *glos.* 8. *n.* 4. *lib.* 5. *nouæ Reg. collect.* Azebed. *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 8. *num.* 90. *in fin.*

116 Rei verò Ecclesiæ † ex contractu inutili possessionem nequaquam transferri, Imperatores *Leo*, & *Anthemius* decreuerunt in *l. Iubemus*, 2. in ord. 14. *in fin. C. de sacros. Eccles.* verbis illis: *Nisi enim hac conditione* (de solemnitate in rerum Ecclesiasticarum alienatione ibi præfinita loquentes) *pacta inita fuerint: ea quoque decernimus non valere: sed possessionem Ecclesiasticam, tanquam nullo iure transcriptam, in iure ipsius, atque dominio permanere, & ab Ecclesiasticis œconomis vindicari.* Perquam sic affirmant Bart. *in dict.* §. *si vir vxori, numero* 3. eam pariter regulam assignans: Quod *ex contractu, non transfertur possessio, quando persona est talis, quæ non potest perdere possessionem, vt pupillus, & Ecclesia, l. pupillus, supr. tit.* 1. scilicet *de acquirend. rer. domin.* Quem sequuntur Anchar. *in cap.* 2. (per illum textum) *de reb. Eccles. non alienan. in fin.* & per citam *legem iubemus.* Dicitque communem Bolognet. *consil.* 10. eisque relatis Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Ecclesiast. quæst.* 131. *numero* 1. & 2.

117 Procuratorem generaliter ad vendendum † constitutum, fidem posse habere de pretio, & absque eius receptione dominium transferre *Vlpiani* responsum manifestè probat in *l. Cuiuscumque*, 5. §. *si ei, D. de instit. action.* Bart. (probatus communiter) *in l. à Diuo Pio*, §. *Sed si venditor, nu.* 2. *D. de re iudic.* cæterique *Scribentes ibidem*, Bald. *in l. inciuile, num.* 2. *C. de rei vindic.* Socin. iuni. *cons.* 2. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 3. Fabian. *de Mont. in tract. de emption. & vendit. quæst.* 3. *princip. numer.* 30. *vers. Vlterius quæritur*, quos refert, & sequitur Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 4. *tit.* 21. *num.* 2. procedere etiam dicens *ibidem, vers. Sed hæc com.* (cum Socino iuniore, *dict. consil.* 21. *num.* 2.) licet in mandato fuerit adiectum: *Et ad pretium recipiendum, & de recepto liberandum.* Sequitur Iulian. Viuian. *in praxi iuris patronat.* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 52. & Ioan. Gutier. *de iuram. confirmator.* 1. *part. c.* 50. *n.* 10.

Id tamen in procuratore ad vendendum, † ab 118 Ecclesia, fisco, vel minore constituto, restrictionem patitur. Fidem enim de pretio hunc habere, eiusdem prohibet *Vlpiani* responsum in *l. si procurator*, 5. §. *fin. D. de iure Fisc.* & Bart. *in dict. l. à Diuo Pio*, §. *Sed si emptor, num.* 3. Rationem reddens: quòd istis, non nisi ex causa, vt creditoribus satisfaciant, vendere liceat, fidemque de pretio habendo, muneri non satisfaciant suo. Tenet idem Bald. *in l. in contractibus*, §. *Sed quoniam, num.* 4. *C. de fide instrument.* & *in dict. l. Inciuile num.* 4. *C. de rei vindic. numero quarto.* subiungens: Procuratorem totum ferè pretium recipientem, † de 119 modica particula habentem fidem, vno etiam nummo deficiente, in emptorem dominium non transferre; quia non aliter ad dominium transferendum, mandatum habere videtur, quam si integrum receperit pretium. Quorum probat Cardin. Mantic. iudicium, *de tacit. & ambig. conuent. dict. lib.* 4. *tit.* 21. *nu.* 4. Marc. Anton. Genuens. *d. tract. quæst.* 132. & *quæst.* 491. Iulian. Viuian. *dict. cap.* 5. *n.* 51. Gregor. Lopez *in l.* 19. *tit.* 18. *part.* 5. *glos.* 5. *post princip.*

In omnium ore circumfertur regula dictans: † 120 *Singularem successorem, prædecessoris locationi stare non adstringi*, ab Imperatore *Alexandro* constituta *l. Emptorem*, 9. *C. de locat.* à Iuliano, in *l. qui fundum*, 35. *D. eod. tit.* à *l.* 19. *tit.* 8. *part.* 5. ornata multis cumulatis à nobis in *Axiomatib. & locis commun. Iur. lit. S. num.* 69.

Locationi tamen à rectore † de rebus Ec- 121 clesiæ per triennium factæ, † (Superioris etiam consensu non interueniente) successorem stare debere, si Ecclesiæ locatio vtilis sit, tenet (cum *Geminian. Anchar.* Alexand. & Abbate per ipsum adductis) Tiber. Decian. *respons.* 14. *numero* 10. *volumine* 2. aliisque citatis, Cardin. Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libr.* 5. *titulo* 13. *numero* 2. & Marc. Anton. Genuens. (eius ad literam ferè verba transcribens) *in practicabil. Eccles. quæstione* 137. Qua etiam de re plenè Ioan. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast.* (mendosè omnes ferè quos allegat designans) *decis.* 112. *per totam.* Etsi animosè assertioni huic contradicat Gregor. Lopez, *dict. glossa quinta*, latè contrariis respondens in hoc speciale ius Ecclesiæ datum non esse concludens.

Mutui obligationis, † ex eaque actionis natæ 122 efficaciam, integri tituli Digestis & Codice, *de rebus credit.* pœnæque aduersus debitores in solutione morosos constitutæ (quas *in prima de priuilegiis pauperum parte, quæstione* 4. *à* 4. *numer.*

numer. 19. sumus prosequuti) ostendunt.

123 Contra Ecclesiam † vero, ita demum hanc mutui obligationem oriri, si in ipsius vtilitatem conuersum mutuum esse probetur, neque aliter aduersus Ecclesiam eius existere obligationem; constat ex *text. in cap. quod quibusdam, 4. de fideiussor. cap. 1. vers. Cum enim, de deposit. cap. 1. in fin. & ibi* Glos. *verb. necessitate, de solutio.* deducitur etiam ex *tex. in auth. Hoc ius porrectum,* vbi notat Bald. *num.* 9. *C. de sacros. Eccles.* Estque expressus, & formalis de iure nostro Regio in *l. 3. tit. 1. part. 5.* & tradunt) antiquioribus omissis) Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 8. tit. 12. num. 4.* Marc. Aton. Genuens. *in practicabilib. Eccles. quæst.* 139. *à princip.* Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron. lib. 2. cap. 5. num.* 56. Iacob. Menoch. *de arbitr. casu* 432. *à nu.* 2. Molin. *de iustit. & iure, tractat. 2. disputat.* 300. *à n.* 1. Rebell *de oblig. iustit. part. 2. lib. 8. quæst. 2. sect.* 3. Quorum perlectio plenam materiæ cognitionem præstabit. Copiosiorem allegationem desiderans *Petrum Cenedum* consulat in *collect. ad dict. c.* 1. *de deposit. collect. 24. num.* 1.

124 Dominium, quod absque traditione, † vel apprehensione in alios non transit, *l. traditionibus,* 20. *C. de pact.* cum adductis à *nobis in Axiomat. & locis communib. iur. lit. D. num.* 209. & *de priuileg. pauper. 1. part. quæst.* 23 *numero* 3.

125 Absque illa consequitur Ecclesia, † vt multis *dict. quæst. 23. nu.* 10. ostendimus, & firmant quoque Iulian. Viuian. *dict. cap. 5. n.* 57. & Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. quæst.* 141. Id à *numero* 2. aliquibus declarans, limitansque modis.

116 Primò, vt quamuis in præsenti dominium, non tamen possessio, † transeat, ex Glossa, & Doctorib. *in l. fin. C. de sacros. Eccles.* & *in l. 1. C. de donat. quæ sub mod.* Francisc. Bursat. *consf. 55. nu.* 23. Multi enim sunt casus, in quibus dominium, non tamen transfertur possessio, quos enumerat Glossa *verb. Dominium, in l. si fratres, 53. §. Idem respondit, D. pro soc.*

127 Limitat secundò, † in generis, seu quantitatis donatione, ad cuius dominij translationem, traditionem requirunt Albericus *in l. Illud, C. de sacros. Eccles. &* Petr. Paul. Paris. *consil. 77. num. 6. lib.* 1.

128 Tertiò, † quando ex parte sua non impleuit Ecclesia, ante cuius implementum, dominium in eam non transit, Glos. & Doctores *in dict. l. fin.* Salicet. *in dict. l. illud* Paris. *eod. loco.*

129 Quartò, † cum ab Ecclesiæ procuratore actus gestus est, secundum Angel. *in l. 1. §. per procuratorem, D. de acquirend. possess.* quem tamen ibi *Alexand.* carpit Cuius *Genuens.* iudicium (Angelo aduersatus) probat.

130 Limitat quintò, † in voto alicuius rei Ecclesiæ facto ex Glos. & Doctoribus *in l. 2. D. pollicit.* Castrens. *in l. Si nondum, C. de sacr.* Bart. *numero* 26. & Ias. *num. 27. in auth. Ingressi, C. de sacros. Eccles.* Nisi in vltima voluntate votum peragatur. Sine traditione namque dominium tunc transire (Ecclesia iam constructa) dicunt Glossa, & Salicet. *in dict. l. si nondum* Eandem conclusionem, limitationesque easdem, alias etiam adiiciens, multorum auctoritate comprobat Balt. Thomas, *tract.* 10. *suorum tract. tit. de specialibus, vel priuileg. piæ caus. cap. 145. num.* 220. & *seqq.*

131 Quid autem in se, suaque monasterio deuouente? † an quia in consequentiam veniant bona; dominium, & possessio in Ecclesiam transferantur: idem ipse disputat, *Genuensis, quæst.* 148. possessionem tandem cum dominio transire, veriorem sententiam dicens, ex *l. Si adoptauero* 16. *D. de precar.* (vbi Pomponius *Si adoptauero eum, qui precario rogauerit; ego quoque precario possidebo.*) cum Cyn. *in auth. si qua mulier, C. de sacros. Eccles.* Imol. *in cap. qui ingredientibus,* communem dicente, *extr. de testam. &* Archid. *in cap. Si qua mulier, 19. quæstion. vlt.*

Cùm item donatio † nequaquam præsumatur, 132
vt *de priuileg. pauper. 1. p. quæst. 21. à num. 1. cum seqq.* tradidimus, & exornamus: Ecclesiæ † fauore 133
præsumi, contendunt Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæst. 143. nu.* 2. & Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron. lib. 2. cap. 5. num.* 58. ex *l. vnic. §. Accedit, C. de rei vxor. action.* in dote loquente, cuius iure Ecclesiam vti, *supra n.* 45. dictum est. Conducuntque à *Nobis* pariter *dict. quæst.* 21. *n.* 8. notata. Sed contradicit Andr. Alciat. *respons.* 38. & eum sequutus Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu* 88. *num.* 7. quam à *num.* 3. componere dissentionem nititur. *Genuensis.*

Priuilegium Ecclesiæ concessum (cum nunquam moriatur) reale, † perpetuumque censeri, 134
Vlpianus ostendit, in *l. forma, 4. §. quamquam, D. de censib.* Glos. *in cap. possessiones 61. verb. non perpetuo,* 16. *quæst.* 1. Glos. *verb. perpetuas, in cap. tua nuper, 8. de his quæ fiunt à Prælat.* Marc. Anton. Natt. *consf. 163. num.* 16. & *consf. 164. num. 28. lib.* 1. Iacob. Menoch. *consil. 276. num.* 8. Genuens. *dict. tract. quæst. 145. nu.* 1. Petr. Barbos. *in l. quia tale, n. 41. D. solut. matrim.* August. Barbos. *in collect. ad dict. cap. Tua nuper, n.* 7.

Cùm personæ priuatæ † priuilegium concessum personale in dubio iudicetur. Vtrumque sic 135
in dict. §. Quamquam, complexus Vlpianus: *Quamquam in quibusdam immunitatis beneficia personis data, cum personis extinguantur: tamen, generaliter locis, aut Ciuitatibus immunitas sic data videtur, vt ad posteros transmittatur.* Etiamsi ab ipsa Ecclesia datum sit, Glos. *in cap. Cum venissent, 6. verb. Probatum de institut. & in dict. cap. Possessiones,* Glos. *in summ. 25. quæst. 2. verb. quod autem, vers. In dubio autem,* & aduertunt (multis adductis) *dictis locis* Natt. Genuens. *n.* 2. Augustin Barbos. *n.* 4.

Aduersus contractum iuratum, † nec minorem 136
admittendum esse, Imperator *Federicus* decreuit *in auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. l. 16. in princ. tit. 11. part. 3. & l. 6. tit. fin. part. 6. vers. Esso mismo.* Tradunt plenè Ioan. Gutier. *in eiusdem authent. relectione, à num. 8. cum seqq.* Neque restitutione, aliovè modo, iuramento stante, minori subueniendum, dicta iura probant, & copiosè Anton. Corne. *in tract. de absol. forens. iuram promiss. part. 1. quæst. 5. à num 1. cum seqq.* multis hanc conclusionem modis amplians, necessariumque minori fore, absolutionem iuramenti ad agendum, vel excipiendum petere, aduertens, *ibidem num.* 7. & 21. *vers. Igitur.* Nec adhuc obtenta, pinguius ius, † quam consequeretur 137
maior, huiusmodi absolutione adipisci demonstrat, *3. part. quæst. 7. per tot.* Nullique relaxationem hanc plus quam agendi, vel excipiendi facultatem sine periurij metu tribuere; neque ab eo iniquè relaxationem petente liberari, comprobans *dict. qu. 7. à num. 3. & part. 1. quæst. 2. per tot.*

Qua in re longè fauorabilior Minore existit Eccle-

138 Ecclesia.† Quippe quæ contractum iuratum, ab-
solutione etiam non petita, impugnare valet, ad-
uersusque illum in integrum restitutionem po-
stulat. Ecclesiæ namque nomine desideratur, quæ
non iurauit. Prælati vero, vel Canonicorum præ-
stitum iuramentum, ipsorum ligat animas, non Ec-
clesiæ, quæ anima caret, *cap. Romana, §. vniuersi-
tatem, de sent. excommunic. lib. 6.* Taleque iura-
mentum Ecclesiam non obligare, probant, *text.
in c. Sicut, 27. in c. Intellecto, 33 de iur. iur. & cap.
1. i. fi. de his quæ fiunt à maior. part. capit.* Glos-
sa celebris *in cap. 1. verb. Contractum, de restit. in
integr. lib. 6. & ibid.* Host. & Franch. *num. 5. ver-
sic. in ea glos. Domin. n. 9.* Ias. *in dict. auth. Sacra-
menta puberum, num. 62. & 64.* Castr. *num. 4.* Gu-
tier. *numero 141.* Marc. Anton. Genuens. *dict. tract.
quæst. 146. num. 2.* Cardin. Tusch. *practicar. con-
clus. lit. I. conclus. 509. & conclus. 528.* Anton.
Gabr. *commun. conclus. tit. de minorib. conclus. 5.
num. 11.* Anton. Corne. *dict. tract. part. 1. quæst. 5.
num. 22.* Petr. Augustin. Morl. *in Empor. Iur. ti-
tul. 5. quæstion. 1. numero 53.* Seraphin. *de priui-*
139 *leg. iurament. priuileg. 88. n. 76.*

Filij loco Ecclesiam haberi, † facereque de-
ficere conditionem *si sine liberis decesserit*, &
substituto in defectum liberorum excluso, Eccle-
siam admitti; in ore omnium versatur, & probant
*text. in l. Deo nobis, 42. §. Hoc etiam cognitum, C.
de* Episc. & Cleric. *in auth. de sanctiss.* Episcop.
*§. Sed hoc præsenti, coll. 9. cap. In præsentia, 8. extr.
de probation.* traduntque *ibidem* prope infiniti
ab Augustino Barbos. cumulati *num. 2.* plenè *nu-
meris seqq.* materiam examinans. Quibus adde
Marcum Anton. Genuens. *in practicabilib. Ec-
clesiast. quæst. 147. & 165.* Iulianum Viuian. *dict.
lib. 2. cap. 5. num. 95.* copiosum pariter & erudi-
tum Vincentium Fusarium; *de substitutionibus,
quæst. 428. num. 1. 11. & seqq.* De filiis ingressis
religionem, in communi saltem bonorum capa-
cem, loquens.

140 Quod non in monasterio solum, sed in alia
etiam Ecclesia † procedere, vt si is cui præfata
conditio adiecta est, Præsbyter efficiatur, dicti §.
Sed hoc præsenti, relatorumque iurium ratio sua-
det, asseuerantque Glossa *in auth. Nisi rogati, C.
ad S.C.* Trebell. *& ibid. Scribentes*, & *in dict. cap.
in præsentia*, vbi post *Hostiensem, Ancharra-
num, & Imolam*) magis communem profitentur
Decius *num. 54 in fin. &* Felin. *num. 56.* Deci. ipse
consil. 259. num. 5. & seq. Bero. *cons. 73. num. 11.
lib. 2.* Bened. Capr. *consil. 20. num. 12.* Iacob. Me-
noch. *cons. 245. num. 15. 17. & 20. & de præsump-
tion. lib. 4. præsumpt. 83. numero 65.* Cardin. Fran-
cisc. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 11.
tit. 7. num. 12.* Alex. Trentac. *de substitution. part.
4. cap. 7. num. 21.* Nicol. Intrigliol. *eod. tractat. cen-
tur. 3. q. 63. nu. 11.* Viui. *commun. opinion. conclus.
841. n. 5.* Ioseph. *de* Rustic. *ad leg. Cum auus, lib. 5.
cap. 2. num. 5. & seqq. D. de condit. & demonstr.*
quos refert, & sequitur Vincent. Fusar. *de substi-
tution. qu. 429. num. 1.* plenè sequentibus thesim
hanc prosequens, Iulian. Viuian. *dict. capite 5.
n. 97.*

141 Sic licet pupillaris substitutio pupilli † ma-
trem non excludat, vt *de priuileg. pauper. 2. part.
in specialib. in vltim. voluntatib. post quæstionem*
142 *64. num. 8.* notauimus: Si tamen Ecclesia, † vel
pia causa substituta sit, exclusam matrem censeri,
pupilloque defuncto succedere, *ibidem* nectimus,
num. 9. & multis comprobat Marc. Anton. Ge-
nuens. *quæst. 164. per tot.* & eius sectator Viuian.
dict. lib. 2. cap. 5. num. 67. & seqq. Qua de re, & an,
& quo casu procedat; adieccimus pariter in *d. spe-
cialib. n. 10. & 11.*

Hæreditatem, vel legatum Ecclesiæ relictum,
Prælatum solum † repudiare non posse, commu- 143
nior sententia firmat, *Vlpiani* authoritate *in leg.
magis puto, 5. §. Fundum, D. de reb. eorum,* Bald. *in
auth. Si qua mulier, n. 15. C. de sacros. Eccles. &
in l. pupillorum, in princip. C. de repud. hæredit.*
Roland. à Vall. *consil. 15. num. 29. part. 1.* Rota
Roman. *decis. 233. num. 4. in nouissim. lib. 3. part.
3.* Petr. Surd. *consil. 501. num. 1. & 2.* Marcus An-
ton. Genuens. *quæst. 150. à num. 1.* contrariis res-
pondens *vers. Contrariam opinionem,* Paul. Æmil.
Berall. Rotæ Roman. *decis. 359. part. 2. verb. Præ-
latus.*

Sicuti neque Ecclesiæ iniuriam † factam so- 144
lus Prælatus remittit, Veluti (post iacta in con-
trarium fundamenta) affirmat *Glossa* (communi
Doctorum calculo approbata) *in cap. Contingit.
36. verb. Iniuriosa, de sent. excommunic. & in
cap. 1. verb. Punire de pœn.* Cardin. *in* Clement.
vnic. de foro compet. numero 3. Genuens. *in præ-
cticabil. Eccles. q. 550. n. 3.* Iul. Clar. *sententiar.
lib. 5. §. fin. numero 23. vers. Præterea quæro,* Prosp.
Farin. *in prax. crimin. part. 3. q. 105. numero 292.*
Azebed. *in l. 2. numero 153. tit. 10. lib. 8. noua
Reg. collection.*

Ecclesiæ, vel pauperibus absentibus donatio-
nem factam, ante acceptationem † reuocari non 145
posse (aduersus *legis Absenti 10. D. de dona-
tion. constitutionem*) communis est traditio, vt
ex cumulatis à *Tiraq.* constat, *de pia caus. pri-
uileg. 115.* Cardin. Francisc. Mantic. *de tacit. &
ambig. conuent. lib. 3. tit. 7. numero 15* Marc. An-
ton. Genuens. *quæst. 151. à numero 2.* Iulian. Vi-
uian. *in praxi iuris patron. dict. lib. 2. cap. 5. nu-
mero 61.* Etsi contradicat (communem pro se
adducens) Matienzius *in l. 7. tit. 10. lib. 5. noua
Reg. collect. glos. 2. n. 17. & seqq.*

Sed iure nostro Regio † prior opinio, non so- 146
lum pro Ecclesia; verum pro quolibet priuato
stat, dispositione *legis 3. tit. 8. lib. 3. Ordinam.
& legis 2 tit. 16. lib. 5. noua Reg. collection.* tra-
dunt que in eis communiter scribentes, Gomez,
& Perez. quos *Molina* refert, *de Hispanor. pri-
mogen. lib. 4. cap. 2. numero 59.* Gregor. Lopez,
Couarru. & Parlador. eisque citatis Hieronym.
Zeual. *commun. contra commun. q. 54. in fin.* plenè
D. Ioan. à Castillo, *controuersiar. lib. 5. part. 2.
cap. 80. numero 9.* contrariis quoque *num. 16.*
adiectis.

Tollendæ dubitationis gratia, non meliorem,
† sed minimam, aut mediocrem saltem rem du- 147
bio ex legato deberi, esseque præstandam, decer-
nunt Iura in *l. 3. & 4. D. de tritic. vin. & oleo
legat.* in *l. Qui concubinam, 29. §. 1.* & in *l. Nu-
mis, 73. D. de legat. 3.* in *l. Idem Iulianus, 41. §.
Scio, D. de legat. 1.* in *l. 23. tit. 9 p. 3.* cum citatis
à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit.
M. numero 83. & seqq.*

Ecclesiæ tamen fauor † dubietatis vim superat, 148
& præsumptionem, quæ minimam, aut medio-
crem rem legatam suadet, tollit. & eam pro me-
liore inducit, ex *Scæuolæ* responso in *l. Titia
testam. 38. §. Seia testamento, D. de aur. &
argent. legat.* & ita ibi notat *Bart.* & probat
Dionys. Gotthofred. ibid. verb. Argentum, alle-
gans *Romanum singul. 517.* Eandemque sustinent

opinionem *Marc. Anton. Genuens. dict. tract. quaest.* 153. textui in *cap. Ex parte*, 18, *de censib.* (decernenti eum qui aliquid Ecclesiae admensuram vouit, si differentes in loco illo mensurae existant; minimam praestando, satisfecisse (respondens. Eiusque vestigia sequutus Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron. dict. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 62. Nicol. Intrigliol. *singul.* 97. *num.* 26. Francisc. Bim. *cons.* 240. *num.* 7. Cephal. *cons.* 612. *numero* 32. Aluarad. *de coniectur. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 1. §. 2. *numero* 26. cum aliis citatis à Baltaxario Thomasio, *tract.* 10. *tit.* 2. *de specialib. priuileg. piae caus. cap.* 70.

64 In materia amissionis priuilegiorum per non vsum, † assignari distinctio solet: An permissorium, aut prohibitorium sit, in faciendo nempè, aut in non faciendo priuilegium consistat: vt primum, per non vsum decennij; secundum, vnica contrauentione perdatur. primum, *Modestinum* habet authorem, in *l.* 1. *D. de nundin.* sic dicentem: *Nundinis impetratis à Principe, non vtendo, qui meruit, decennij tempore vsum amittit. Legemque* concordem, 3. *tit.* 7. *part.* 5. *in fin.* & 41. *tit.* 18. *part.* 3. *vers. Otrosi*, Magnae etiam auctoritatis Doctores, Felinum *in cap. Cum accessissent*, 8. *de constit. numero* 25. Genuensem *quaestion.* 154. Ferdin. Vazquez Mencha. *controuers. vsu frequens. lib.* 1. *cap.* 2. *numero* 5. Ludouicum Molin. *de Hispanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 71. Cald. Pereyr. *de emphyt. extinct. cap.* 15. *numero* 8. Azebed. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 6. *noua Reg. collect. numero* 39. Augustin. Barbos. (multis citatis) *in collect. ad cap. Accedentibus*, 15. *de priuileg. numero* 9. Andr. Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 60. *numero* 1. eique adhaerentem Bernadum Graeuae. *in pract.* Camer. Imper. *lib.* 2. *conclus.* 60. *per tot.* multipliciter *ibi*, & considerationibus sequentibus limitantem, & declarantem, Iacobum Menoch *de praesumption. lib.* 6. *praesumpt.* 41. *numero* 16. Padill. *in l. Falso*, *numero* 5. *C. de diuers. rescript. P.* Suarez *de legib. libro* 8. *cap.* 34. *numero* 19.

Secundum, *Innocentium III.* P. M. *in cap. d. Cùm accessissent*, 8. praecipuè in finalibus verbis, *de constitut.* Gordianum Imperatorem *in l.* 2. *C. de iure domin. Impet.* Iuraque concordantia, relata à *Glossa verb: Contrauenerint*, statim in principio *in dict. cap. Cum accessissent*, & à Dionys. Gotthofred. *in dict. l.* 2. *lit. B.* & firmant Petr. Rebuff. *tract. de decim. quaest.* 13. *numero* 113. Marc. Anton. Genuens. *dict. quaest.* 154. praedictam formans distinctionem, quam & approbant Andr. Gail. *dict. obseruat.* 60. *num.* 1. & 10 Bernard. Graeuae. *dict. conclus.* 60. *consider.* 5. *num.* 1. & *seq.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. P. conclus.* 656. *numero* 10. Azebed. *in dicto.* 1. *tit.* 1. *lib.* 6. *noua Reg. collect. numero* 34. & *seqq.* vbi à collectarum, seu pedagiorum solutione immunem, qui se in soluentium libro describi passus est, si intrà tempus ad appellandum concessum, de priuilegio saltem non opponat, illud amittere contendit. Et si dubitet de hoc Lopez, *in d. l.* 42. *glos.* 1. *verb. Fasta treynta annos, post med.* Azeuedique opinioni adhaerent Menoch. *dict. praesumpt.* 41. *num.* 4. Marant. *in pract. tit. de appellation. numero* 314. & Coler. *de processib. execut. part.* 1. *cap.* 2. *numero* 7. eisque relatis, Bernard. Graeuae. *dict. lib.* 1. *concl.* 60. *consideratione* 6. *numero* 2. *id numero sequenti* declarans, procedereque dicens in actu non reiterabili, in reiterabili secus, ex *Surdo consil.* 419. *numero* 31. & aliis ibi citatis. Latiùs apud relatos materiam examinatam inuenies: Nobis satis, haec obiter annotasse.

Vtcumque autem circa priuatos se res haec habeat: circa Ecclesiam † distinguitur quidem: 50
Quam non minori quadraginta annorum spatio suum priuilegium amittere, siue in faciendo, siue non faciendo consistat; iuris est inconcussa determinatio in *dict. cap. Accedentibus*, 15. *de priuileg.* notantque *ibidem* Glos. *verb. Per* 40. *annos.* Felin. *in d. cap. Cum accessissent*, *numero* 27. *ve. sic. Hanc limitationem.* Marcus Anton. Genuens. *dict. quaest.* 154. Andr. Gail. *dict. obseruat.* 60. *numero* 12. *versic Secundo*, Bernard. Graeuae. *dict. lib.* 2. *conclus.* 60. *numero* 2. Ferdin. Vazq. Menchac. *dict. lib.* 1. *controuers. vsufrequent. cap.* 2. *numero* 6. Iacob. Menoch, *dict. praesumpt.* 41. *numero* 16. *versic. In Ecclesia vero, P.* Suar. *de legib. dict. lib.* 8. *cap.* 35. *numero* 21. Garf. Mastril. *decis.* 96. *numero* 1. *parte* 1.

Cui & illud proximum est quod licet statutum, † quemadmodum vno actu conditur: vnica etiam contrauentione tollatur, vt asserunt Hostiens. Ioannes Andr. & Abb. *in cap. Audientiam, de cleric. non resid.* Felin. *in dict. cap. Cum accessissent, de constit.* & cum eis Marc. Anton. Genuens. *dict. tractat. quaest.* 155. *n.* 1. 51

Statutum verò Ecclesiae fauorabile, † non 52
solum vnica contrauentione non tolli, sed vnum tantum de Ecclesia, omnibus resistere posse, actumque retractare (ex Innocentio *in dict. cap. Accedentibus, de priuileg.* Abbate, *in cap. Pro illorum, de praebend.* Felin. *in dict. cap. Cum accessissent, in cap. Cum omnes, de constit.*) idem ipse *Genuens.* firmat *ibid. numero* 2. differentiam hanc inter Ecclesias, caeterosque designans.

Priuilegium praeterea simplex, † subdito à 53
Principe concessum, quamuis ad ipsius libitum, & sine causa, reuocationi subiaceat, vt multis iuribus comprobat Glossa *fin. in cap. Decet, 16. de regul. iur. lib.* 6. & in Clement. *Dudum, verb Instante, de sepult.* Panormit. *consil.* 3. *numero* 10. *lib.* 2. Canonistarumque Schola in *cap. Nouit, de iudic.* à qua nec *Legistarum* dissentiat; cui fauet aperto Marte *textus in l. Qui fundos*, 9. *C. de omni agro desert. lib.* 10. in dubióque profitentur Bald *in l. Qui se patri, numero* 12. *C. vnde liber.* Castrens. *consil.* 229. *numero* 4. & *consil.* 317. *numero* 3. *lib.* 1. Thom. Grammat. *decis.* 46. *numero* 6. & 7. Ioan. Bologn. *consil.* 1. *numero* 136. Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiastic. quaest.* 158. *numero* 1. Anton. Gabr. *commun. conclus. lib.* 3. *tit. de iure quaesit. non tollend. conclus.* 7. *numero* 1. Marc. Anton. Natt. *consil.* 112. *numero* 11. P. Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 37. *numero* 4. & 10. *Didac* Couar. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 6. *numero* 1. Ludouic. Molin. *de Hispanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *numer* 30. Marc. Anton. Peregrin. *de iure Fisci, lib.* 1. *tom.* 3. *numero* 19. plenè Iacob. Menoch. *consil.* 112. *numero* 1. & *seqq. volum.* 2 Andr. Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 60. *in fin.* Augustin. Barbos. *in collect. ad cap. Antiqua*, 23. *de priuileg. num.* 28. *versic. Imo sine causa.*

Ecclesiae † verò à Principe concessum reuocari non posse; communis pariter assertio firmat, 54
vt (post *Innoc. Archidiaconum, Cardin. Decium, Alexand.* & alios) tradunt Anton. Gabr. *dict.*

dict. conclus. 7. *numero* 10. & 11. Marc. Anton. Genuens. *dict. quæst.* 158. *numero* 2. & Iulian. Viuian. *in praxi iuris patronat. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 64. Quia in non subditum priuilegium collatum nequeat Princeps reuocare.

155 Imò neque dubio caret, an generali lege † priuilegium Ecclesiæ datum, generali quoque lege tolli possit? quod discutiunt plenè Anton. Gabr. *dict. conclus. numero* 12. & *seq.* & Genuens. *dicto proximè loco.*

156 Vulgaris item Iuris regula, naturali ratione vallata, quæ *Neminem contra se † arma præbere, aut instrumenta edere* dictat (de qua *Nos de priuileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 55. *numero* 17.)

157 non vulgare Ecclesiæ † priuilegium reddit. Quippè quæ ex aduersarij armamentario sumere tela valet, aduersariumque sibi edere, speciali fauore cogere, vt latè comprobant Genuens. *dicto tractatu quæst.* 174. Iulian. Viuian. *dict. cap.* 5. *numero* 77. Ad similitudinem Fisci, cui aduersarius edere debet. *l.* 2. §. *Dinus, D. de iure Fisci*, cum multis Marc. Anton. Peregrin. *de iure Fisc. lib.* 7. *tit.* 3. *De his quæ spectant ad ordinem iudiciarium, numero* 11. vt & de Miserabilibus *dict. quæst.* 55. *numero* 16. diximus.

158 Mobilium legato, † ea quæ post testamentum factum patrimonio testantis accreuere, contineri negant *Paulus* consultus in *l. Si ita legatum*, 8. alias 7. & Scæuola in *l. fin. D. de aur. & arg. legat.* & ex Scriptoribus, post antiquiores, Gomez. *variar. tom.* 1. *cap.* 12. *numero* 49. *ante fin.* & *numero* 50. *in fin.* & *tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 28. *colum.* 2. *ad med.* Gasp. Cabal. Milleloq. *iur. part.* 1. *milleloq.* 58. *numero* 3. *D.* Ioan. *à* Castillo, *de vsufruct. lib.* 1. *cap.* 44. *numero* 7. Hieronym. Coball. *commun. contra commun. quæst.* 727. *numero* 63. Petr. Barbos. *in rubr. D. solut. matrim.* 3. *part. numero* 8. Didac. Couar. *practicar. quæst. cap.* 2. *numero* 5. Arias Pinel. *in rubr. C. de rescind. vendit.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 23. Didac. Spin. *in specul. testamentor. glos.* 8. *princip. numero* 41. Cardin. Francisc. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 1. & *seqq.*

159 Ecclesiæ verò legatum mobilium relictum, etiam postea quæsita † comprehendere; tradunt Marc. Anton. Genuens. *in practicab. lib. Ecclesiast. quæst.* 177. *à numero* 2. Cardin. Mantic. *dict. loco, numero* 28. Iulian. Viuian. *dict. cap.* 5. *numero* 86. ex Bart. *in l. Places in fin. D. de liber. & posthum. Socino seniore in l.* 1. *notab.* 5. *num.* 9. & 10. *D. de reb. dub.* & August. Beroi. *consil.* 44. *n.* 45. *lib.* 2.

Sententiam contrà Ecclesiam latam, eius Ad-

160 uocato, † procuratoreve absente, nullam esse, profitetur Nicol. Euerard *in topic. legalib. loco à Fisco ad Ecclesiam, numero* 3. quem sequitur Genuens. *dict. tract. quæst.* 180. *numero* 2. & eius asecla Iulian. Viuian. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 82. ex Fisci ad Ecclesiam comparatione. Fisco au-

161 tem id ius concessum, † docent *Glossa* 1. *in l. vnic. C. de sentent. aduers. Fisc. lat. retract. lib.* 10. & *Glos.* 2. *in l.* 3. §. *Dinus, D. de iure Fisc.* Genuens. & Viuian. *dict. locis.* Marc. Anton. Peregr. *de iure Fisc. lib.* 7. *tit.* 2. *de Aduocat. Fiscal. numero* 2.

162 Priuatum † autem, Aduocatorum absentiæ velamento, sententiæ contrà se latæ rescissionem prætendere inutiliter, *Diocletianus*, & *Maximian.* Imperatores *in l. Velamento* 4 *C. de postul.* sic decreuere: *Velamento absentis patroni causæ rursus affinitas quæstiones redire quis frustra conatur.* notantque *proxima Glossa*, & Peregr. *dict. titul.* & *numero vers. Contra priuatum.*

Sub specie nouorum instrumentorum †. postea 163 *repertorum, res iudicatas retractari, exemplo graue est.* Gordianus Imperaror dixit in *l.* 4. *C. de re iudic.* Idemque Diocletian. & Maximian. in *l. Sub prætextu*, 2. *in ord.* 29. *C. de transact.* dixere, septimoque membranarum libro *Neratius* responderat, in *l. Cum de hoc*, 27. *D. de re iudic.* & Papirius Iustus, in *l. Imperatores*, 35. *D. eod.* Summus pariter Eccles. Antistes Innocentius III *in cap. Inter Monasterium.* 20. & *in cap. Suborta*, 21. *ad vtriusque finem. eodem tit. de sentent.* & *re iudic.* Regiaque lex concors, 19. *tit.* 22. *part.* 3. *vers. Otrosi dezimos, que no se puede desfazer el juyzio despues que fuere dado, si non se alçare del ynaguer moustrassen despues cartas, ò priuilegios que ouiessen fallado de nueuo, que fuessen atales, que si el Iudgador las ouiesse vistas antes que el juyzio diesse, que judgara de otra manera.* Quibus ", Doctorum allegationi parcimus.

Contra Ecclesiam † tamen, sententiam latam, 164 sub instrumentorum de nouo repertorum specie, retractari (ad Fisci Reipublicæ, & Minorum comparationem) communis traditio seruat, auctoritate Glossæ *in dict. l. Imperatores, verb. Publico*, *Glossa*, 1. *in fin. in dict. l.* 1. *C. de sent. aduers. Fisc. lat. lib.* 10. *Gloss. fin. in dict. l. Sub specie*, 4. *C. de re iudic.* & *in dict. l. Sub prætextu, in princip.* Asseruntque Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæst.* 181. *numero* 2. Peregr. *de iure Fisc. lib.* 7. *titul.* 4. *De sententiis aduersus Fiscum latis, reparandis, numero* 3. *versic. Et idem est*, Dionys. Gotofred. *in dict. l. Sub specie, glos.* 1. *lit. N.* Gregor. Lopez *in dict. l.* 19. *glos.* 9. *in princip.* Mar. Anguiz. *consil.* 15. *numero* 2. Iulian. Viuian. in praxi iuris *patronat. dict. cap.* 5. *numero* 83. Sfort Odd. *de restit. in integr.* 2. *part. quæst.* 73. *art.* 1. *numero* 2 Etiam ipso iure, † intra trien- 165 nium sententiam contra Ecclesiam latam nouorum instrumentorum inuentione retractari notans, & latius *quæst.* 75. *art.* 2 *per tot.* multipliciter textibus † in *dict. cap. Inter Monasterium*, & *in cap. Suborta*, respondens. Quibus similiter *Genuens.* (idem duplicans quæsitum) *quæst.* 598. & scientissimus Andr. Fachin. *controuersiar. iur. lib.* 1. *cap.* 53. *per tot.*

Fisco † autem id ius concedunt, *l. fin. C. de* 166 *tempor in integr. restit. l.* 1. *C. de sentent. aduers. Fisc. lat. lib.* 10. *d. l. Regia*, 19. *tit.* 22. *p.* 3. *colum.* 2. *in fin. versic. Fueras, si el juyzio fuesse dado contra el Rey, o contra sus personeros, o en pleyto que pertenecießse a su Camara, o a su Sennorio: ca entonces si fuessen falladas tales pruebas, bien pue den vsar dellas para desfazer el juyzio que fue dado contra el, fasta tres annos desde el dia que fue dada la sentencia.* Reipublicæ, Papirius Iustus, *in dict. l. Imperatores*, 35. *D. de re iud.* hunc in modum: *Imperatores Antoninus*, & *Seuerus rescripserunt: Quamquam sub obtentu nouorum instrumentorum restitui negotia minime oporteat: tamen in negotio publico, ex causa permittere se huiusmodi instrumentis vti.* In Minoribus probat *Pauli* responsum *in leg. Minor*, 37. *D. de Minorib.* & dicunt proximè relati.

Vndè potiori cum ratione, ante sententiam, 167 etiam

167 etiam post conclusionem † in causa nouiter instrumenta reperta (Prælato quoque in eis perquirendis desidioso existente) ab Ecclesia producta, admittenda; profitetur (cum Felino *in cap. Cum dilectus, numero 18. de fide instrument. Ludouico Romano, & Nicolao Boer.* quos refert) Marc. Anton. Genuens. *dict. tract. quæst. 231. &* sequitur Ioseph. Mascard. *de probationib. lib. 2. concl. 926. num. 16.*

168 Quamuis aliis, † post conclusum in causa, nouiter instrumenta reperta (si in eis perquirendis omnimoda diligentia adhibita non est) producendi facultas denegetur; cum omnibus, per conclusionem, probationibus, & iuribus renunciatum videatur, ex *l. ne causa, 15. & ibid. Doctoribus, C. de appellation. l. 2. C. de relation. dict. cap. Cum dilectus, 9. & ibi* Glos. *verb. Conclusum, de fide instrument.* Glo. *in c. Significauerunt, 36. verb. liquere, de testib. & in auth. de testibus § quia vero, collat. 7. verb. concluserint*, aduertit, post antiquiores, quos adducit, Paz *in praxi, 1. part. tom. 1. tempore 10 numero 1.* copiosè Ioseph. Mascard. *de probationib. dict. concl. 926. per tot.* Ioan. Aloys. Ricci. *in praxi var. resolut. 403. numero 1.* Stephan. Gratian. *decis. 198. numero 11. & seqq.*

169 Conclusio enim † sententiæ comparatur, à parique procedunt, teste Iasone *in l. Admonendi, nu-*
170 *mer. 50. & 55.* & *in 1. lect. num. 49. D. de iure iur.* Riccio, & Gratiano *dictis locis*, ille, *num. 2.* hic, *nu. 12.* Post conclusionem siquidem in causa non amplius † iudicium dicitur, *Abbatis* sententia *in cap. 1. num. 13. de mut. petition.* & Riccij, *dict. resolut. 493. numero 3.*

Post litem etiam contestatam, exceptiones di-
171 latorias † opponi non posse: his verbis in *l. exceptionem, 19. C. de probation.* Cæsares decreuere: *Exceptionem dilatoriam opponi quidem initio, probari verò, postquam actor monstrauerit quod asseuerat, posse.* Similiter in *l. 9. tit. 3. part. 3. l. 1. tit. 5 lib. 3. nouæ Reg. collect.* Non in id Doctorum congeriem adstruimus: adstruunt enim Camil. Borrel. *in summ. decis. titul. 48. de exceptionib. numero 62.* & August. Barbos. *in collectan. ad cap. Pastoralis, 4. numero 2. de exceptionib.* plenèque
172 de materia, Cardin. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. lit. E. conclus. 391. per tot.* probans † *à numero quarto.* nec in appellationis instantiam exceptionem dilatoriam, quæ in prima, ante litis contestationem omissa fuerat; proponi
173 posse.

Ecclesiæ † verò, etiam post litem contestatam exceptiones dilatorias opponere licere (ex minorum comparatione, quibus id liceret, vt ex *leg. de die, 8. §. si seruus, D. qui satisd. cog.* Doctores ibi colligunt) firmat Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæst. 404.* in præludiisque suprà *nu. 20.* tangimus.

174 Deperditi instrumenti tenorem † non nisi testibus peritis probari posse, ex notabili textu deducitur, *in cap. Cùm olim, 1. in ordin. 12. de priuileg.* & notant communiter Doctores in *l. fin. C. de fide instrument.* Batt. *in auth. si quis in aliquo documento, numero 6. versic. Sed hoc breuiter, C. de edend.* quem cæteri communiter sequuntur, & *in l. Sicut iniquum, 5. Cod. de fide instrument.* Andr. Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 31. numero 3* Anton. Gomez. *in l. 41. Taur.* secundum hæc dictam legem limitans, ac intelligens, & *ibid.* Ludouic. Velasq. *de Auendan. glos. 4. numero 19. & 20.* Ioseph. Mascard. *de probation. conclus. 909. per tot.* præcipuè, *numero 6.* Iacob. Menoch. *de præsumption. lib. 1. quæst. 66.* Petr. Surd. *consil. 14. numero 2. & consil. 109. numero 14.*

De Ecclesiæ † tamen perditi instrumenti tenore etiam non peritos testes deponere posse, perqueosque probari firmant Nicol. Euerard. *in Topic. legalib. loco 61. de Fisco ad Ecclesiam*, Marc. Anton. Genuens. *quæst. 128.* illiusque sectator Viuian. *in praxi iuris patronat. dict. lib. 2. cap. 5. num. 84.* ex fisci comparatione, cui id datum est, *l. 2. §. Diuus*, vbi sic notat Bartolus, *D. de iure fisci*, Doctores in *l. si de possessione, C. de probationib.* Glossa, & Canonistæ *in dict. c. Cùm olim.* 175

Non vulgare præterea ex *Martiani* responso, à *Papiniano* deducto *in l. si is qui, aliàs si qui 28. D. de iure fisc.*) priuilegium in Eccl. fauorem descendit. Quatenus ait: † *Si qui mihi obligauerat,* 176 quæ habet, habiturusque esset; *Cum fisco contraxerit: sciendum est, in re postea acquisita,* Fiscum *potiorem esse debere,* Papinianum *respondisse. Quod & constitutum est. Præuenit enim causam pignoris fiscus.* Ex quo non modo fiscum priuatis creditoribus eodem tempore contrahentibus, sed in bonis à fisci debitore post contractum cum eo celebratum quæsitis, ex sibi tacita competenti hypotheca, anterioribus, expressam quoque habentibus, præferri deducitur. Notant, exornantque præfati textus decisionem, cum ibidem Scribentibus, Dionys. Gothofr. Petr. Rebuf. *ad constit. Gallic. tit. de constit. redit. art. 1. glos. 14. numero 47.* Nicol. Euerad. *dict. loco 61. num. 15.* Marc. Anton. Genuens. *q. 183. num. 1.* Didac. Couarru. *variar. lib. 1. cap. 16. num. 5.* Andr. Fachin. *controuers. iur. lib. 10. cap. 33. vers. Secundum argumentum est,* Cardin. Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 25. n. 12. & 13.*

Quod Ecclesiæ † commodat (præfata æquiparatione) *Euerard. dict. numero. 15.* & eum sequutus *Genuens. dict. loco.* Et si id dori deneget *Glossa, verb. Licet, in l. Assiduis, 12. C. qui potiores in pig. habe.* 177

Ex quo, longè faciliùs in actione personali † prælationis fauorem Ecclesiam obtinere infertur, non modo Fisci, & dotis cum Ecclesia compalatione (quibus id concessum est, *l. Quod quis, 18. D. de priuileg. creditor.* Glossa, *verb. Ex causa, ad medium, vers. Primus, in l. Priuilegia, 16. D. de priuileg. creditor.* eaque ratione idem Ecclesiæ tribuunt Genuens. *d. tract. q. 539* & Iulian. Viuian. *d. cap. 5. num. 167.*) Sed ex ipsamet lege Priuilegia, quæ in his, non ex tempore, sed ex causa priuilegia æstimat. Per quam vbicumque dispar creditorum causa existit, ex tempore, in chirographariis etiam obligationibus, locum priuilegio esse, docet ibid. Glos. *d. verb. Ex causa, &* Azeued. *cons. 12. n. 29. & 30.* Ecclesiæ autem causam priuatorum causis disparem; satis tot hic priuilegia congesta monstrant. 178

Sed tamē (vt verū fatear) scrupulo pungor. Quia causa, cui *d. lex Primil.* ex tempore priuilegiū reliquit; eam respicit, quæ tacitam hypothecam in bonis debitoris habet, vt Fisci, dotisvè, quēadmodum *dict. Glossa Azeuedque* dicunt, quæ quidem causa legis beneficio realem continet obligationem, quæ personalibus solum creditoribus præfertur merito: Ecclesiam verò fisco, vel doti in hoc non comparari, eorumve priuile-

gio

gio tacitæ hypothecæ non vti, iam suprà aduertimus, *num.27.* Ni pro ipsius dote, rerum suarum admnistratione, decimis, tributis,& si quæ similia sunt, veluti pariter *suprà n.28.36.45.& duob. seqq.* explicauimus.

179 Cum item ab vno hærede nominatim † relictum legatum nequeat ab aliis postulari, *Iuliani* sententia *in l. ab omnibus, 107. D. de legat.1.* quam probauit Terent. Clemens *lib. 4 ad leg. Iul.& Papiam, in l.Cùm ab vno,55.D.de leg.2.*

180 Ecclesiæ sic relictum, † ab omnibus hæredibus exigi posse, affirmant Decius *consil. 181. numero 3.* Nicol. Euerard. *in loco ab alimentis ad piam caus. numero 7.* Scipio. Rouit. *in pragmatic. 1.de legatis piis, numero 3.* eisque relatis, Marc.Anton. Genuens. *quæstion. 184.* Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron.dict.lib.2. cap. 5. numero 85.*& Cardin. Francis. Mantic. *de coniectur. vltimar.voluntat.lib.8.titul. 2.numero 16.* alimentorum instar,quibus speciale hoc ius competere *Modestinus* respondit in *l. 4. §. Lutius, Titius D.de aliment.& cibar. legatis* notantque citati.

181 Sic licèt futuræ successionis pactum † meritò Iura improbent, neque in vim vltimæ voluntatis sustineant, *l.Pactum quod dotali, 15.l.Licet, 19. C. de pact.l.Hæreditas, 5.C.de pact. conuent. l. Stipulatio hoc modo concepta, 61.D. de verborum obligationib. l. 33. titul. 11.part. 5.*& tradunt (cum multis) Andr.Tiraquel. *de iure primog. quæst. 6. numero 23. &* Ioan. Gutier. *de iurament. confirmator. 1. part. cap. 3. numero 19.*

182 Ecclesiæ fauore † (ad Militum similitudinem quibus hoc ius competit, *d.l.Licet, & d. l. 33. part.* quibusque *suprà num 43.* Ecclesiam comparamus) huiusmodi pactum sustineri, profitentur *Marc.Anton.Genuens.q.185.*& illum sequutus *Viuian.d. loco, num.86.*

183 Partem debiti soluentem, † nihil soluisse videri, nec minutam solutionem adstringendum recipere creditorem; dixere Consulti Gaius, *in l. Planè, 3.D.famil.ercisc.* Modestin.in *l. Tutor, 41.§.* Lutius Titius, *D. de vsur.l. 199.* Styl. Glos.& DD. *in l. Quidam existimauerunt, 21. D.si cert. pet.* Petr. Surd. *decis.186. n.2.* plenissimè Pyrrh. Maur. *de solutionib.cap. 30. per tot.* Cardin. Dominic. Tusch *practicar. conclus. lit. S.concl. 344.numero 4.*

184 Ab Ecclesia † verò minutam solutionem accipiendam, notarunt Genuens.*quæst.186. per tot.* & Pyrrh.Maur. *dict. capit. 30.numero 19.*causæ libertatis ad instar cui ius hoc dedit *l.4.§.Item si decem, D. de stat. liber.* & confirmant Bart. *in l. Si vnus, C. de testam.* Alex.*in dict. l.Quidam existimauerunt, numero 7.* & Ias. *numero 6.*

185 Quamuis donatio, remissio, aut renunciatio † nunquam præsumatur, sitque vt vitetur, semper interpretatio facienda, vt latè sumus prosequuti, *de priuileg.pauper.1. part. quæstion. 21. per tot.* addimusque Iosephum Mascard. *de probation.conclus.1178.numero 3. & seqq. & conclus. 1268.numero 3.* Causæ tamen, coniecturæ-

186 que adesse † possunt, quæ donationem, aut renunciationem suadeant, vt per *Nos, dict. quæst. 21. numero 8.*& Mascard.*dict. conclus. 1268. numero 22.*Inter quas sanguinis coniunctionem, & *Nos* retulimus, & *Mascardus* refert *n.34* temporis diuturnitatem, & sæpius rationum computationem factam, *n. 36.* adiiciens. Omnia hæc complectitur lib. 10. quæstionum *Papinian* ex Diui *Commodi* sententia, in *l. Procula, 26.D.de probation.* & in *l. Cùm post, 69. D.de iure dotium.* Hunc temporis diuturnitati effectum tribuens.Videndusque ad hæc Menoch. *de arbitrar. lib.1.cent.1.numero 16.* & Genuens. *in practicabil. Ecclesiast.quæst. 188.* ad speciale nostrum præcipuè. Probat enim,in his quoque casibus, & in quibus aliàs donatio, remissio, 187
aut renunciatio præsumitur; Ecclesiæ † fauore non præsumi, ex Iasone *in l. Cùm quid, numero 19. D.si cert.petat.* Paris.*consil.8.volum.4.*quem (pro more) sequitur Viuian. *de iure patron.dict. lib.1.cap.5.n.88.*

Operas suas in perpetuum † locare quem non 188
posse, neque ad eas promissas astringi (species veluti quædam seruitutis sit) *Papiniani* responsum probat *in l. Titio centum, 70.§. Titio centum, 2.D.de condit.& demonstr.* sic præstitum: *Titio centum relicta sunt, ita vt à monumento meo non recedat; vel vt in illa Ciuitate domicilium habeat: Potest dici non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur.* Ex quo sic docet in specie nostra Accurs.*in l.Post certi,36. verb. Tibi, C. de liberal.caus.* agitque plenè de hac re Vincent. Carot. *in tract. delocat. part. 2. de libero homine,gradu 8.pag.mihi 129.*

Perpetua tamen operarum obligatio Ecclesiæ 189
† facta, subsistit, ad easque promissor compellitur, vt firmant Ludouic. Roman.*singul.619.* & cum Innoc. & Abbate, Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæstion.190.*Vincent. Carot *vbi proximè, numero 10.* Iulian. Viuian. *dict. lib.1.capit. 5.numero 89.* Franscisc. Bursat. *consil. 104. numero 22.lib.2.* Idque summo iure, deficiente contrariæ dispositionis ratione, cum *Deo seruire, libertas sit*, vt & *Seneca* agnouit, *de vita beat. cap.15.in fin.*Pioque Domino seruire, libertatem quoque dixit *Claudianus in laud. Stiliconis,panegyr.3.*

Fallitur egregio quisquis sub Principe credit
Seruitium; nunquam libertas gratior extat,
Quam sub Rege pio.

Imò Ecclesiæ seruum, † in dignitate constitutum esse; non obscure demonstrat *text.in cap. Iniustum, 4. de rerum permut.* inquiens: *Et est absurdum, vt ab Ecclesiastica dignitate seruus dicedens, humana sit obnoxius seruituti.* 190

Ecclesiæ administratori † nec palam eius bona emere licet, *auth. Quibuscumque,C.de sacros. Eccles.* vbi id notat *Bart.* & firmat *Marc. Anton. Genuens. quæst.212.* ad vniuersitatis similitudinem, cui hoc concessum, suo notamus loco. 191

Cùm adulti, † vel etiam pupilli administratori emere eo modo fas sit, ex *Triphoniani* responso in *l. Non existimo, 55. D. de administration. tutor.l. Pupillus, 5.§.Sanè, D. de auctoritat. tutor.* Glossa *in l. Si emptione, §.fin.D. de contrah. emption.* And. Fachin.*controuers.iur. lib.2.capite 79.versic.Fundamentum*,Petr. Surd. *de aliment.titul.8.priuileg. 37. num. 9.* Quamuis hodie tutoribus, & curatoribus hæc facultas restricta sit, publicèque etiam, & bona fide minorum res emendi facultas sublata, & irrito manente contractu; & ipsis, grauibus expositis pœnis, à *l.23.titul.11. lib.5. nouæ Reg. collect.* constitutis. 192

Ecclesiæ Rectores, siue Administratores ex
193 ipsiusmet Ecclesiæ bonis † diuites factos præsu-
mi, repetitionemque aduersus eos concedi, ex
text. in auth. Licentia, C. de Episcop. & Cleric.
deducunt Marcus Anton. Genuens. *quæstion.*
228. Iacob. Menoch. *de præsumption. lib. 2 præ-
sumption.* 52. *n.* 2. *&* 3. & plenè *præsumption.* 53.
per totam.

194 Aduersus alios † huiusmodi præsumptionis
vigorem, & onus *Diocletian.* & *Maximianus*
in l. Si defunctus, 10. *C. arbitr. tutel.* his verbis,
rationibusque sustulerunt: *Debitum autem, aliis
indiciis comprobari oportet. Namque quod neque
ipse, neque vxor eius quidquam ante administra-
tionem habuerunt: non idoneum huius continet
indicium. Nec enim pauperibus industria, vel
augmentum patrimonij (quod laboribus, & mul-
tis casibus quæritur) interdictum est.* De cuius
materia, ornatu, & vtriusque assertionis veritate,
videre licet Baldum *consil.* 449. *part.* 2. Panor-
mit. *consil.* 36. *part.* 2. *Dec. consil.* 6 Afflict. *deci-
sion.* 377. *n.* 5. Iacob. Menoch. *vbi suprà, & lib.* 6.
præsumpt. 28. *num.* 2. *&* 10. Fulu. Pacian. *de pro-
bationib. lib.* 1, *cap.* 54. *num.* 25. *&* 26. ac plenè
Ioannem Gutier. *tractat. de tutel.* 3. *part. capit.* 46.
per tot.

195 Quod † in Republica etiam, & Fisco pro-
cedere, multis relatis *Menoch.* tradit, *dict. lib.*
3, *præsump.* 51. *num.* 4. *&* 5. *& dict. lib.* 6. *præ-
sump.* 28. *num.* 10 iuxta sensum tamen, modum-
que præscriptum *infrà quæst.* 10. *numero* 78. ca-
piendum.

196 Legatum tot aureorum Ecclesiæ factum, †
annuum censeri, elegans *Scæuolæ* responsum ma-
nifestat in *l. Annua,* 20 §. *Attia, vers. Item quæ-
ro, D. de annu. legat,* & firmat Genuens. *in pra-
cticabil. Ecclesiast, quæst.* 225. Nosque aliorum
authoritate, firmamus, *de priuileg. pauper. part.*
2. *in specialib. circa vltim. voluntates, post quæst.*
64. *n.* 22. id miserabilium fauore proferentes.

197 Cùm huiuscemodi legati obligationem vnica
† regulariter præstatio perimat, vt *ibidem nu-
mero* 21. aduertimus, latèque 1. *part. quæstion.*
16. *à numero* 1. prosequimur, ibique adductis
Menochium in specie addimus *de præsumptionib.
lib.* 4. *præsump.* 132. *per tot.*

198 Quamuis priuata scriptura ad sui valorem †
Consulis, & diei appositionem non requirat,
Scæuolæ responso in *l. Cum tabernam,* 34. §. *Idem
quæsiuit, D. de pignorib.* obseruantque Deci. *in
cap.* 2. *numero* 24. *de fide instrum.* Socin. *iun.
cons.* 111. *numero* 19. *lib.* 3. Tiber. Decian. *cons.*
20. *numero* 23. *cons.* 29. *numero* 91. *& consil.*
46. *numero* 152. *lib.* 2. hisque citatis, Nicola.
Genua, *de scriptura priuat. lib.* 1. *quæst.* 3. *pag.
mihi,* 29. *numero* 1. Ad probationem † tamen
199 vtrumque desiderari, ex *l. Si qua beneficia,* 4.
C. de diuers. rescrip. firmant Cynus, & Bald.
ibid. Alciat. *cons.* 14. *numero* 5. *lib.* 5. Nicola.
Genua, *dict. quæst.* 3. *n.* 12.

200 Ecclesiæ verò fauor hanc respuit qualitatem, †
& absque die & Consule priuatam scripturam
fidem facere; cumque adminiculis, dominium
Ecclesiæ contra scribentem, successoremque
probare; imò etiam si quantitas eius quod solui-
tur non fuerit expressa; dixit singulariter Bald.
cons. 331. *in princip. Reuerende Pater, vol.* 2. *per
tot.* & cum eo Genuensis *quæst.* 227. Cardinal.
Dominic Tusch. *practicar. conclus. lit. S. concl.*
76. *numero* 82.

Taciturnitatem in præiudicialibus † consen-
sum non inducere, firma est regula, multis iu- 201
ribus, & auctoritatibus comprobata *à Nobis
in Axiomatib. Iuris, lit. T. n.* 5.

Quæ tamen Ecclesiæ, & Diuini cultus fauore 202
limitationem recipit, ex *cap. Si seruus,* 2. *in
ordine,* 20. *distinction.* 54. dicente: *Si seruus
sciente, & non contradicente domino, in clero
fuerit ordinatus: ex hoc ipso quòd constitutus
est, liber, & ingenuus erit.* Consentire enim do-
minus taciturnitate hoc in casu, licèt sibi præ-
iudiciali, iudicatur, generalemque indè asser-
tionem *Genuensis* deducit, *quæst.* 235. in Ecclesiæ
fauorem, in præiudicialibus quoque taciturnita-
tem consensum elicere.

Sic creditorem videntem pignus † in Eccle- 203
siam distrahi, & tacentem, sibi præiudicium
afferre, pignusque remissum intelligi; idemmet
probat *Genuensis, quæstion.* 236. ad libertatis, &
Fisci comparationem, † qui hoc iure vtuntur. 204
Libertati, illud *Verus,* & *Antonius* Imperato-
res dederunt, *in l.* 1. *C. de remission. pignorum:*
Fisco, Imperator Augustin. in *l. Si hypothecas,*
8. *C. eod. tit.*

Quoad alios † verò, non aliter creditores per 205
scientiam, & patientiam pignoris distractionis,
sibi præiudicant; quam si expressè consenserint.
Est Consulti *Martiani* decisio, *in l. Sicut.* 8. §.
*Non videtur, D. quib. mod. pign. vel hypothec.
soluitur. Non videtur autem consentire creditor*
(ait) *si sciente eo, debitor rem vendiderit: cum
ideò passus est venire, quod sciebat vtique sibi
ius durare. Sed si subscripserit fortè in tabulis
emptionis: consensisse videtur, nisi manifestè
apparet deceptum esse. Quod obseruari oportet,
etsi sine scriptis consenserit.*

Vendere rem suam compelli neminem; † & 206
sunt vulgaria Iura in *l. Inuitum,* 11. *C. de con-
trahend. emption.* in *l. Possessores,* 12. *C. de fund.
patrimon. lib.* 11. in *l. Nec emere,* 16. *C. de iure
deliber.* & tradimus plenè *in Axiomatib. & locis
commun. Iur. litter. V. n.* 10.

Pro Ecclesia tamen constituenda, † ædifican- 207
da, vel amplianda, domum suam quem vende-
re cogi, firmant, post alios, Gomez. *in l.* 46.
Taur. *numero* 9. & in *l.* 70. *numero* 20. & *variar.
tom.* 2. *capite* 2. *numero* 51. Vincent. de Franch.
decision. 223. *numero* 5. *& sequentibus.* Marc.
Antoni Genuens. *dict. tractat. quæstion.* 241.
Vincent. Carot. *decision.* 16. *numero* 13. & *per
tot.* Bouadill. *in polit. lib.* 3. *capit.* 5. *numero* 26.
Camil. Borrel. *in summ. decision.* 1. *part. titul.* 2.
numero 36. Cabed. *decision.* 105. *numero* 10.
Aluarus Valasc. *consultat.* 22. *numero* 2. Iacob.
Cancer. *lib.* 1. *variar. resolution. cap.* 13. *numero
penult.* Gasp. Anton. Thesaur. *quæstion. forens. lib.*
1. *quæstion.* 94. *numero* 6. *&* 7. Didac. de Marc.
in additionib. ad decision. 75. Thomæ Gramma-
tici, *numero* 1. Ioan. Mar. Nouar. *quæst. forens.
lib.* 1. *quæst.* 32. *numero* 1. *&* 3. *Nos in Axioma-
tib. & locis commun. Iur. lit. V. numero* 12. Etiam 208
quod via † sit intermedia, vt plenè tradit Pro-
sper. Farinac. *Rota Roman decis.* 213. *per totam,
part.* 2. *tom.* 1.

Meretricem etiam in propria domo † propè 209
Ecclesiam habitantem expelli posse, obtinui
Ecclesiæ fauor, secundum *Ioannis de Platea*
sententiam, *in l. Si qua in publicis,* 4. *C. de spe-
ctacul. & scen. lib.* 11. Marc. Anton. Genuens. *in
practicabilib. Ecclesiastic. q.* 242. Gasp. Anton.
Thesaur.

Thesaur. quæst. forens. dict. lib. 1. *quæst.* 33. *numero* 3.

210 Cùm etsi de vicinia † domum tenens conductam, expelli possit (vt per *text. in l. non aliter*, 7. *D. de vsu & habit.* notant Vincent de Franch. *decis.* 316. *in princip.* Thesaur. *dict. quæst.* 33. *nu.* 1. ita Sabaudiæ statutis cautum dicens, Didac. Couarru. *de sponsalib.* 2. *part. cap.* 8. §. 11. *numero* 5. Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 6 *in fin. versic. Et ex superioribus, & in l.* 62. Taur. *numero* 3. *versic. Item adde*, Petr. Gregor. Syntagmat. *iur. lib.* 10. *cap.* 2. *numero* 17. *& lib.* 4 *cap.* 24. *nu.* 10. Iacob. Menoch *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 78. *nu.* 11. *casu* 318. *numero* 14. *& casu* 535. *nu.* 16. Ioseph. Mascard. *de probationib. concl.* 1066. *numero* 8. Benedict. Ægid. *de priuileg. honest. art.* 9. *num.* 6. Ludouic. Peguer. *decis. crimin.* 12. Quorum aliqui etiam ad vxoratam meretricio more viuentem, cuius est maritus vilis: vxorisque leno, extendunt, Menoch. *dict. casu* 535. *num.* 19. Ægid. *dict. art.* 9. *num.* 11. Auendan. *de exequend. mandat. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. *& sequentibus.*) à propria tamen domo

211 † expelli nequeat, ex eadem, *l. si qua in publicis*, obseruant Genuens. *d. quæst.* 241. *nu.* 1. Gasp. Anton. Thesaur. *d. quæst.* 33. *num.* 1. ita decisum referens, contrariisque respondens. Dissentiant licet Menochius *dict. casu* 555. *numero* 17. Bened. Ægid. *dict. art.* 9. *numero* 10. & Auendan. *citato loco.*

212 Domum leuare, † aut fenestras facere, ad monialium cætum prospectum habentes, non licet, possuntque factæ destrui, argument. *legis si cui*, 9. *Cod. de ædific. priuat.* August. Beroi, *cons.* 135. *lib.* 3. Vincent de Franch. *decis.* 223. & *in eius annotation.* Ioan. Aloys. Ricc. & Ioan. Mat. Nouar. referens in id Capiblanc. *in pragm.* 1. *n.* 176. Battagl. *ad Cyn. in l.* 1. *C. de Episcop. aud. vers. patet ex præmissis*, & *Petram, de potestate Principis*, *cap.* 11. *& cap.* 13. quem tamen neque prædictis locis, neque alibi dicentem id reperi. Assertionem verò firmant etiam Padill. *in l. Altius, num.* 19. *C. de seruitut. & aqua* August. Barbos. *in collect. ad cap. fin. de oper. noui nunciat. nu.* 6. Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 154.

213 Affirmans, † iuxta Ecclesiam nil construi, aut extolli posse, quod illi præiudicium afferat, etsi pium contineat opus.

214 Altiusque non tollendi seruitutem, † via publica etiam intermedia, ad vendendum in hoc casu cogi quem posse, notant Carol. *de Tap. lib.* 1. *iuris reg. sub tit. de Monialib. pragm.* 3. *numero* 1. post Grammat *decis.* 75. & Padill. *vbi proximè*, consentiúntque Marc. Anton. Genuens. *d. tract. q.* 243. Vincent. de Franch. *dict. decis.* 223. *num.* 4. Didac. de Marc. *in additionib. ad* Grammat. *dict. decision.* 75. *numero* 2. Marc. Giurb.

215 Regulariter verò † neque ad vendendum ius sibi competens cogi quem posse; iam *suprà n.* 206. diximus: neque altiùs domum suam leuare prohiberi, indicant apertè, *l. Altius*, 8. *C. de seruitut. & aqua*, adductæque à Glossa *prima ibi, l.* 25. *in fin. titul.* 32. *part.* 3. plenè Iacob. Menoch *de arbitrar. casu* 156. *numero* 1. *& seqq* Bruno. *à Sol. in locis communib. Ædificare*, Aldouin. *consil.* 10. *numero quinto cum seqq.* Molin. *de iustit. & iure, tom.* 3. *tract.* 2. *disputat.* 709. *à princip.* Bernard. Græuæ. *in practic.* Camer. Imperial. *libro secundo conclus.* 69. *numero primo.* quos, cum aliis refert *in dict. cap. fin. de oper. noui nunciat. numero* 6.

Augustin Barbos. Antonius Thesaur. *decisione* 216. *per totam.*

Etiam si luminibus † officeret vicini, eiusque ædes obscuraret, *l. Cum eo, D. de seruitut. urbanor. prædior.* vbi *cum eo, qui extollendo, obscurat vicini ædes, quibus non seruiat; nulla competit actio*, Vlpianus ait. Plura id firmantia adducit iura *Decius in l. nullus videtur*, 55. *Digestis. de regul. iur. numero* 1. 216

Etiamque si per mille annos † quis non fabricasset, Gomez Leon, *in informat. cent. cap.* 7. *per tot.* Nisi ad æmulationem ædificasset, † id est. cum 217 218
ædificans nullam percipit vtilitatem; damnum autem vicinus sentit, Iacob. Menoch. *dict. casu.* 156. *numero* 3. *& sequentibus*, & *de præsumption. lib.* 6. *præsumpt.* 29. *numero vigesimo octauo* Francisc. Viuian. *decision.* 306. *numero* 6. *& decision.* 493. Ioseph. Mascard. *de probationib. conclusion.* 620. *numero* 15. Melch. Phæb. *decis.* 73. *num.* 10. similiter relati ab August. Barbos. *in dict. cap. fin. numero* 7.

Legatum, alienatione eius voluntaria, † vel donatione videri ademptum, *Modestinus* respondit in *l. rem legatam*, 18. *D. de adimend. legat.* inquiens: *Rem legatam si testator viuus alij donauit; omnimodo extinguitur legatum. l. fideicommissa*, 11. §. *si rem suam, D. de legat.* 3. §. *si rem suam, instit. de legat. l.* 17. *titul.* 9 *part.* 6. asseruntque Bart. *in l.* 1. *numero* 55. *D. de vulg. & pupil. substit.* Rodericus Suarez *in l. Quoniam in prioribus in comment. legis regn. quæstion.* 9. *numero* 1. *& sequentibus* Anton. Gomez *variar. tom.* 1. *cap.* 12. *numero vers.* 56. *Secundus casus*, & *tom.* 2. *c.* 4. *num.* 17. *versic. Decimo infero*; Spin. *de testament. glos.* 18. *princip. numero* 45 *& seq.* Iacob. Menoch. *proximè referendus, n.* 6. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg. vigesimo primo. num.* 1. *& seqq.* 219

Ex coniecturis † enim ademptionem induci, eisque probari, & hanc vnam esse ademptionis coniecturam dicunt Anton. Gomez. *vbi proximè, dict. numero* 56. Cardin. Francisc. Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 12. *titul.* 6. *numero* 20. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsump.* 167. copiosè agens, quando ex alienatione ademptum præsumatur legatum. 220

Ecclesiæ † tamen factum, neque alienatione voluntaria extingui, aut videri ademptum; firmant Andr. Tiraquel. *de priuileg. piæ caus. priuileg.* 41. Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Ecclesiastic. quæst.* 267. Iulian. Viuian. *dicto lib.* 2. *capit.* 5. *numero* 120. licèt contrarium sentiat Mascard. *dict. conclus.* 1281. *numero* 150. *& duobus seqq.* cui adhæret Petr. Surd. *de aliment. dict. priuileg.* 21. *numero* 2. *&* 3. Ni saltem res alienata in testatoris potestatem veniat, intelligens, *n.* 6. *&* 7. 221

Fideicommissum quoque vniuersale, † speciali priuilegio, in Ecclesiam, absque restitutione transire, fatentur Andr. Tiraquel *dict. tractat priuileg.* 39. Genuens. *quæstion.* 271. *à numero* 2. contrariis respondens, Iulian. Viuian. *dict. lib.* 2. *capit.* 5. *numero* 103. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 2. *n* 61. 222

In aliis † restitutionē desiderari, *Vlpianus* monstrat *in leg. Restituta*, 28. Caius *in leg. facta*, 63. *Digestis ad S. C. Trebell.* Etsi in particularibus, † etiam ante illam, dominium in fideicom 223 224
missarium particularem, vt in legato, à morte testatore

testatoris transire; dicendum *Martiani* respon-sum cogat, *in l. à titio, 66. in fin. D. de furt. qui ea quæ leguntur, recta via, ab eo qui legauit, ad eum cui legata sunt, transeunt.* cum similibus adductis à Glossa *ibid. verb. Recta via*, de iure regio, *text. in l. 4. titul. 9. part. 6. E aun dezimos, que luego que el testador es muerto, passa el señorio de la cosa que a si es mandada, a aquel a quien es fecha la manda. E maguer muera ante que el heredero del testador entre la heredad, o ante que el entre la possession de aquella cosa que la fue mandada: por todo esso, heredarà aquella manda el su heredero que huuiere derecho de heredar los otros sus bienes de aquel a qui en fue fecha.*

225 Estò non diffitear, Digestorum iure inter vtrumque † diuersam considerari rationem posse, ex diuersa legandi forma, signata à *l. si à pluribus, 110. D. de legat. 1.* & ab Imperatore Iustiniano *in §. Sed olim, instit. de legat.* iam ab eodem ibidem abrogata.

226 Ecclesiam præthereà, institutam † censeri hæredem ab eo, qui inter amicos prædixisset, *post mortem suam instituere Ecclesiam velle*, eo postmodùm intestato decedente; contendit enixè Marcus Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæstion. 275. à numero 1.* authoritate Bartoli *in l. Serui electione, D. de legat. 1.* & *in l. Cunctos populos, C. de summ. Trinit. & fide Cathol.* per legem *Pamphilo, 57 §. Propositum, D. de legat. 3.* Quæ leuiter vrgent, neque id in specie concludunt. Contrarium verò, ex tali inter amicos confabulatione, & neque institutam videri Eccclesiam, neque actionem vllam nasci, respondit Corneus *consil. 149. per tot. vol. 1.* maximè *à n. 7. cum seqq.* quem approbat Nicola. Genua, *de verb. enunciatiu. lib. 2. quæstion. 23. numero 18. & seqq.* præcipuè *numero 21. & 22.* Videndusque in *id* Capr. *cons. 94.* Odd. *cons. 64. per tot. &* Baltaxat. Thomas. *tract. 10. tit. 2. c. 59.*

227 Promittens defendere Ecclesiam † etiam non requisitus, nec certo tempore designato, eam defendere tenetur, vt asserit Genuens. *d. tract. q. 282. num. 1.* ex eo, quod fauore Ecclesiæ, vt minoris,
228 re ipsa mora † absque interpellatione contrahatur, quemadmodum *infrà* diximus *num. 111.* & *de priuileg. pauper. 1. p. q. 25. num. 13. & 14.*

229 Cùm in aliis † requisitionem, interpellationemque fieri ad obligationis executionem necessarium sit, Caio *in l. Cum patronus, 22. D. de oper. libertor.* sic dicente: *Cùm patronus operas stipulatus est: tunc scilicet committitur stipulatio, cum poposcerit.* Similiter Vlpianus *in l. 4. §. Hoc autem iudicium, D. de damn. infect.* & *in l. Opera, 7. D. de vsu, & vsufruct. legat.* Paulus *in l. fin. §. 1. D. quorum legator.* aliique ab *Accursio in dict. l. cum patronus, verb. Poposcerit*, & à *nobis* suprà citati.

230 Rem pecunia Ecclesiæ emptam, † ipsius fieri, eamque vindicare posse, firmarunt Glossa, *verb. Comparauit, in cap. Inquirendum, 4. de pecul. cleric.* & *in l. si vt proponis, 8. verb. non negabit, C. de rei vendication.* Felin. *in cap. Cùm ex officiy, n. 2 de præscript.* Tiraq. *de priuil. pia caus. priuil. 120.* Marc. Ant. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæstion. 283.* Francisc. Sarmient. *de redditib. Ecclesiast. 3. part. cap. 2. numero 10.* Anton. Gomez. *in l. 50. Taur. numero 36. versic. Tertius casus.* Etsi procedere velit, quando per Syndicum, vel Ecclesiæ administratorem, non per alium celebrata est emptio, si soluendo saltem existat emptor.

Cùmque prælationis † priuilegio rem illam 231
Ecclesiæ hypotecatam existere, *Genuensis* tradit *in dict. quæst. 283. numero 2.* ex *l. Idemque, 7. & ibi* Glos. & Bart. *D. qui potior. in pignor. habe.* Angel. Neguz. & Rebuf. ab eo relatis, vt & in minore, militeque, *hic Nos* suis annotamus in locis.

Aliorum † autem pecuniis res emptas, non 232
dominorum effici, sed ementium; Iura sunt expressè demonstrantia in *l. si ex ea pecunia, 6. C. de rei vindic. in l. si is, 8. C. de Episcop. & Cleric.* in *l. 1. C. si quis alteri, vel sibi, in l. si patronus, 8. C. commun. vtriusque iudic.* in *l. Etsi de tua, 9. C. de donation. inter vir. & vxor. in l. 49. tit. 5. part. 5.* Neque etiam si dotali pecunia † sit res empta, 233
vt in *l. ex pecunia, 12. C. de iure dot.* Diocletian. & Maximinian. decreuerunt. Si maritus saltem soluendo sit, vt ex *l. Cum vir, 54. D. de iur. dot. in l. Vxor marito, 56. D. de donation. inter vir. & vxor. & dict. l. 49. tit. 5. part. 5.* obseruat Gomez. *in dict. l. 50. Taur. n. 36. colum. 2. ad fin.*

Quamuis per superuenientiam liberorum, † 234
omnium bonorum reuocetur donatio, *l. si vnquam, 8. Cod. de reuoc. donation.* cui concors est, *l. 8. tit. 4. part. 5.* Quarum materiam (omnium plenissimè nota sua eruditione) *Andr. Tiraquel.* illustrauit. Cuius celebris repetitio cæterorum allegationem supplet, ne vetare dicam. 235

Ecclesiæ † verò huiuscemodi factam donationem, superueniential liberorum, ad legitimam vsque tantum reuocari; multorum fuit opinio, quos *Genuensis* refert, *dict. tract. quæst. ducentesima nonagesima-quarta numero primo.* Deque iuris rigore, donationem hanc nullatenus reuocari; licet de æquitate, & commiseratione secus; tradunt Andræas Fachin. *controuers. iur. lib. 3. capite sexagesimosexto ad fin.* Iulian. Viuian. *de iure patronat. lib. 2. cap. 5. numer. centesimoquinto.* latèque disputant Tiraquel. *in dict. l. si vnquam, verb. libertis, n. 79.* cum aliis à Marco Anton. Genuens. *dict. loco* citatis.

Peculiaris item Ecclesiæ fauor est, vt ex solo 236
titulo donationis, † in eam ipso iure rei donatæ dominium transeat, constitutione, *legis fin. C. de sacros. Eccles.* & aduertunt in *l. qui Romæ, §. Flauius, D. de verbor. oblig.* Ias. *numero decimoseptimo* & Socin. 14. quorum probat sententia Couarru. *variar. lib. 1. cap. 14. numero 3. post med. versic. quin & aduersus*, & *numero 14.* Marc. Anton. Genuens. *dict. tractat. quæst. 304. numero tertio.* idem in donatione præsumpta (*Ripa* auctoritate, eiusdem *legis finalis* decisione) affirmans, cui & Couarru. *dict. numero decimoquarto* adhæret.

Aliis † probata iuris regula *legis traditionibus, C. de pact.* vulgareque per illam, axioma, de 237
quo *nos in nostris lit. D. numero ducentesimo-nono.* contradicit. Notauimusque iam *suprà numero 124. & seq.*

Nunc versa vice: licet constitutum in eum 238
transferatur, † cuius fauore celebratum est, desinatque possessor antiquus possidere, cum alterius possideat nomine, auctore Celso *in l. quod meo, decimaoctaua, Digestis de acquir. possess.* cuius confirmat constitutionem *Regia partita lex 9. titul. 30. part. tertia.* assertionemque comprobant, materiam prosequentes Glossa *in capite secundo De consetud. verb. Signum, versic.*

versic. Item cum quis, Andr. Tiraquel. in suo *de*
iure constituti tract. praecipuè. *1. part. numero 2.*
& part. 2. ampliat. 1. numero 2. Ioseph. Ludouic.
decis. Perus. 29. numero 6. & *decis. 50. numero 6.*
part. 1. Anton. Gomez. *in l. 45.* Taur. *num. 78.* Al-
uar. Valasc. *consultat. 106. numero 2.* Iacob. Me-
noch. *consil. 139. numero 24.* Ioan. Gutier. *practi-*
car. lib. 1. quaest. 88. numero 8. & lib. 3. quaest. 64.
numer. 23. Stephan. Gratian *discept. forens. tom. 1.*
cap. 175. numero 3.
239 Rei tamen Ecclesiae † per constitutum, & pre-
carium à Praelato celebratum, possessionem ne-
quaquam transferri in eum cuius fuit gratia con-
stitutum; profitentur Rip. *in l. 1. numero 69 D. de*
acquir. possess. Andr. Tiraquel *dict. tract. limit. 16.*
Marc. Anton. Genuens. *quaest. 302.* Iulian. Viuian.
dict. lib. 2. cap. 5. numero 107. Cùm inutile sit con-
240 stitutum, si constituens † non possideat. *cap. Cum*
olim, 17. de restit. spoliator. Tiraquel. *de iure ma-*
rit. part. 3. limit. 1. numero 1.
241 Rerum autem Ecclesiae, apud Christum, † siue
vniuersalem Ecclesiam possessio existat. Martin.
Nouar. *in* Apolog. *de redditib. Eccles. quaest. 1.*
monit. 24. & de Spoliis, §. 5. notab. 7. & §. 17. nu-
mero 4. Ideò nec Praelati morte earum possessio
vacat, vt *in cap. Cum super, de caus. possess. & pro-*
priet. & in cap in litteris, de restit. spoliator. no-
tant DD. & *in l. Cum hereditas, D. de acquirend.*
possess. Bart. & alij.
Donatione facta priuato, cum pacto, *quod*
242 *post eius mortem † res donata ad Ecclesiam tran-*
seat, non posse donatorem ante donatarij mortem
in Ecclesiae praeiudicium pactum reuocare, aut
disponere, vt res ad alium transeat, asseuerarunt
multi, quos refert, & sequitur Genuens. *in practi-*
cabilib. Ecclesiast. quaest. 303. fundamento prae-
cipuè *legis 3. D. de seru. export.* & si multos pa-
riter in contrarium alleget. Ita similiter plures
vtriusque partis *Ioan. Gratian.* cumulat, *reg. 410.*
Priori etiam *Didacus Couar.* assentiri videtur, *lib.*
1. variar. cap. 14. numero 14.
Sed an vera priore existente opinione; prae-
243 cipuum † Ecclesiae fauorem contineat ipsa; vel
sit commune cuilibet, vt pactum illud donationi
adiectum, ante donatarij mortem, non possit à do-
natore in tertij praeiudicium reuocari, vtroque
etiam donatore, & donatario consentiente? à prae-
citatis licet colligere, & in *dict. l. 3. Scribentibus.*
Communemque opinionem, aduersus Bartholum
dicit Azeued. *in l. 10. tit. 6. lib. 3. noua Reg. collect.*
numero 8.
244 Rem propriam scienter ab Ecclesia, † tanquam
Ecclesiae in emphyteusim recipientem Ecclesiae
illam donare videri, etsi multi dubitarunt; firma-
runt multi ex *Bartholi* doctrina, *in l. si aliquam*
rem, 28. D de acquir. vel amitt. possess. vt Marc.
245 Anton. Genuens prodit, *dict. tract. t. quaest. 304.*
Ab alio † autem rem propriam, etiam scienter,
in emphyteusim, locationisvè titulo recipientem,
eam illi nequaquam donare videri; idem ipse *Ge-*
nuens. aduertit, & in *dict. l. si aliquam rem.* Scri-
246 bentes notant. Cùm rei propriae † conductio
inutilis sit, *l. ei à quo, 21. D. de vsucap. l. qui rem,*
20. C. de locat. & prosequitur latè Marc. Anton.
Natt. *consil. 26. à n. 1.* Ex qua per consequens nil
247 validum † produci, aut generari potest, ex vulgari,
quod tradimus *Axiomate, in nostris, lit. N nu-*
mero 71. Donationis praesertim repugnante prae-
248 sumptione, † contrariaque existente, adeò vt fa-
tuitas potiùs, & actus nullitas inducatur, vt *in 1.*
de priuileg. pauper. part. quaest. 21. per totam; su-
mus prosequuti.
Dispositionem *legis, 1. C. de donation. quae sub* 249
mod. statuentis; † *donatum vt alimenta praesten-*
tur, modo non impleto, nonque exhibitis alimen-
tis, vindicare donatorem posse, in Ecclesia locum
non habere, multis mediis, & auctoritatibus, (*Lu-*
douici Romani, contrarium tenentis, sententia
damnata) comprobat *Didacus Couarru.* ex *text.*
praecipuè, *in cap. Verum. 4. de condition. apposit.*
& eius communi Doctorum interpretatione; quae
donationem Ecclesiae factam, apposito modo, eo
non seruato, minimè reuocari affirmat. Donatori
tamen aduersus Ecclesiam seruari actionem, vt
modum impleat. Dummodo illud ipsum in con-
tractu donator non cauerit, *vt non seruato modo,*
reuocetur donatio, ex Tiraquel. aliisque tradit.
Diuersa quoque ratione id ipsum defendit
Genuens. *dict. tractat. quaestion. 371.* fisci † com- 250
paratione, cuius contractum ex non implemen-
to, non vtique annullari, aut rescindi, sed ad im-
plementum contra eum agi dicit, ex *l. 1. C. de ad-*
uocat. Fisc. Eandem tutantur Ecclesiae fauore, sen-
tentiam Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron. dict.*
lib. 2. cap. 5. numero 51. & Cardin. Franc. Mantic.
de tacit. & ambig. conuention. lib. 13. tit. 44. nu-
mero 10.
Licèt in aliis † ex non implemento rescinda- 251
tur contractus, *leg. Cum proponas, 2. in fin.*
21. in ord. l. fin. D. de condit. caus. dat. dict. l. 1.
C. de donat. quae sub mod. Cum tacita subintelliga-
tur conditio: si alter ex parte sua impleuerit, *dict.*
leg. Cùm proponas, leg. quaero, 56. paragrapho in-
ter locatorem, D. locat. Exceptionis † saltem be- 252
neficio, Roland. à Vall. *consil. 60. numero 25. &*
26. lib. 4. Ioan. Cephal *consil. 402. numer. 14. lib. 3.*
Aym. Crauet. *cons. 192. numero 22. versic. Ope ta-*
men exceptionis, Ioan. Baptist. Cost. *consil. 52. nu-*
mer. 6. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 355.*
numero 16. cum aliis, quos refert, & sequitur
Mar. Giurb. *decis. ciuil. 100. numero 23.*
Propter ingratitudinem † donationem reuo- 253
cari posse, multis ostendimus iuribus, & aucto-
tatibus *de priuileg. pauper. 1. part. quaest. 42. nu-*
mero 10. igratitudinis vitium *à num. 1.* detestan-
tes.
Ecclesiae tamen † donationem factam, ob Prae- 254
lati, vel Capituli, vtriusquevè simul ingratitudi-
nem, non reuocari, obseruant Oldrald. *consil. 278.*
numero 7. ver. Ad secundum, Rip. *in l. Generali-*
ter quaest. 51. C. de reuoc. donation. communem
dicens, Iul. Clar. *sententiar. lib 4. §. Donation, n. 5.*
versic. Idem quaero, Marc. Anton Genuens. *dict.*
tract quaest. 307. Cardin. Dominic. Tusch *practi-*
car. conclus. lit. D. conclus. 711. numero 13. Iulian.
Viuian. *dict. lib. 2. cap. 5. numero 109.* Marc. An-
ton. Genuens. *dict. tract. quaest. 307.* Quia Eccle-
siae facta donatio ipsimet Deo O. M. facta cense-
tur ex *dict. c. Verum, 4. de condit. apposit.* qui
ingratus esse non potest, cum sit omnium gra-
tiarum liberalissimus largitor. Vndè ad dotem 255
pauperi † datam, proque redimendis captiuis do-
nationem factam, eadem ratione *Genuensis ibi-*
dem infert, vt istarum neutra donationum, ingra-
titudine reuocetur. Et an si cum pacto † reuocan- 256
di ob ingratitudinem donationem, donatio fiat,
huiuscemodi reuocari possit? fusè *idem Genuens.*
disputat *ibi numero 6.* Iulian. Viuian. *vbi supra,*
negatiuamque simpliciter, & meritò, firmat *Iul.*
Clar. cum Franc. Ripa *locis iam citatis.* An autem

N 3 quando

quando à Prælato etiam cum Capitulo commis-
257 sa ingratitudo est, eius saltem vita † durante (ne aliquid interim ex donatione consequatur) reuocari donatio valeat? consulendus Cardin. Domin. Tusch. *dict. conclus.* 711. *numero* 25. *cum seqq.*

258 Ecclesiam sine cessione † agere posse, notarunt Bart. & Castrens. *in l. Modestinus, D. de solut.* Bald. *in cap. vigilanti, de praescrip. numero* 5. *versic. sed si gereret,* Iulian. Vuitan. *dict. c.* 5. *numero* 110.

259 Etsi regulariter secus, † nec per alium ipso iure acquiri actio queat, cessioque necessario requiratur, ex notatis in *l. Possessio quoque, § etsi possessio, D. de acquir. possess.* & in *l. Stipulatio ista habere liceret, §. si stipuler, D. de verbor. obligat.* vt tradit Felin. *in proœm. Decretal. verb.* Gregorius, *numero* 22. *& seqq.* Felici., *de Societ. quaest.* 14. præcipuè *numero* 33. Gutier, *de iuram. confirmator.* 1 *part. cap.* 68. *numero* 1. Iuramento *ibidem* id speciale tribuens, vt per illud quæratur absque cessione actio. Hodiè licèt communè id omnibus videatur, *iure regio* attento, in *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 5. Ordinam. *& in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *noua Reg. collect.* obligationem (quoquo modo quis se obligare velle, visus sit) inducente. Et quamuis interius speculanti sese argumenta, aduersantia offerrent sententiæ nunc Ioannis Gutier. *dict. c.* 68. *numero* 6. acquiescimus Non enim hæc disputandi occasio.

260 Ecclesiæ Rectorem in præiudicialibus † ipsi Ecclesiæ, illius nomine contrà factum suum venire posse, *textus* probat *in cap. si quis presbyterorum, 6. de reb. Eccles. alien. vel non* Bald. *in capite cum olim, de restit. spoliator.* Genuens. *in practicabil Ecclesiast quaest.* 311. per *legem si is qui non erat,* 25 (aliàs, *si is qui heres non erat) D. de except. rei iudic & in l.* Modestinus, 10. *D. de exception.* Petr. Suid. *consil.* 183 *numero* 41. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 298. *numero* 47. Ioan. Gutier. *de iuram. confirmator.* 1. *parte, cap.* 1. *numero* 96. Petr. Cened. *ad decretal. collect.* 71. *numero* 2. Borgnin. Caualcan. *de tutor. & curator. numero* 102. Quorum plerique id confirmant. iuramento etiam Prælati de non reuocando, vel contraueniendo, interueniente.

261 Eandemque assertionem † in quolibet administratore, tutore, vel curatore (vt & hi proprium factum, his, quorum geritur administratio, nocivum impugnare possint) proponimus in *axiomatib. & locis commun. iur. lit. F. n.* 51.

262 Cùm factum suum impugnare, † regulariter possit nemo, vt innumeris penè iuribus, & authoritatibus confirmamus *dict. axiomatib. lit. F. numero* 48.

263 Intrusum neque sibi, † neque alteri ius per intrusionem quærere, *Pauli* responsum probat *in l. si tibi* 18 *§. cum possessor, D. de pact.* Quinimo,
264 per intrusionem, titulum † vel possessionem iam quæsitam perdi, tenet Franc Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune, numero* 71. *D. de acquirend. possess.* & eum sequutus Menoch. *de recuper. possess. remed.* 15. *n.* 164.

265 Ecclesiæ † autem per intrusum acquiri, firmat Bald. *in cap. nihil est,* 44. *numero* 11. *de election.* & cum eo Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quaest.* 312.

266 Executio facta iuris ordine non seruato, † præscripto à *l. Diuo Pio,* 15. *§. in venditionibus, D. de re iudic. l.* 3 *titul.* 19. *part.* 3 *l.* 9 *t.* 21 *lib.* 4. *noua Reg. collect.* veluti quæ in forma peccauit nulla est, ex congestis à *nobis in axiomatib. & loc. commun. iur. lit. A. numero* 129. *& lit. F. numero* 190. notatque Paz *in praxi,* 5. *part. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 32.

Ecclesiæ verò fauor † ab hac necessitate liberat, à nominibusque debitorum poterit executio 267
ab Ecclesia petita initium sumere, secundum *Baldum in cap. quoniam frequenter, §. sin autem super, vt lite non contestata* Cyn. *in auth hoc ius porrectum, numero* 1. *C. de sacros. Eccles. &* Marc. Anton. Genuens. *dict. tract. quaest.* 313.

Spoliatum in primis, † omnique exceptione 268
posthabita, restituendum esse, vulgaris dictat iuris regula, quam ornauimus *de priuileg. pauper.* 1. *parte, quaest.* 46. *numero* 1. *& seqq.*

Sed aduersus spoliatum posse Ecclesiam † ante 269
restitutionem de dominio opponere, si se incontinenti offerat probaturam, aiunt Bald. *in l.* 1. *ad fin. D. de appellat,* Alexand. *in l. naturaliter, §. nihil commune, numero* 30. *D. de acquir. possess.* Anton. Gabr. *commun. conclus. lib.* 5. *titul. de restit. spoliator. conclus.* 1. *numero* 43. *versic. Tertiò limita.* quorum probat iudicum *Genuens. q.* 314. Tametsi *Ripam, Corcetum,* eundemque *Alexandrum* negantes referat.

Non minus quoque iuris regulæ notæ Ecclesiæ fauor † derogat, præscriptæ à *l. si quis in tantam,* 7. *C. vnde vi, l.* 10. *titul.* 10. *part.* 270
7. *l. fin. titul.* 14. *ead. part. l.* 11. *titul.* 13. *part.* 5. & *l.* 1. *titul.* 13. *lib.* 4. *noua Reg. collect.* Quibus, *si quis in tantam furoris peruenerit audaciam, vt possessionem rerum apud fiscum, vel apud homines quoslibet constitutarum, ante euentum iudicialis arbitrij violenter inuaserit: dominus quidem constitutus, possessionem quam abstulit, restituat possessori, & dominium eius rei amittat: si verò alienarum rerum possessionem inuasit; non solum eam possidentibus reddat: verum etiam aestimationem earum rerum restituere compellatur.* Verba sunt *Valent. & Theodos.* Imperatorum in *dict. l. si quis in tantam,* cui cæteræ relatæ concordant.

Earum namque pœnam, ob violentiam à Prælato † commissam Ecclesia vitat, sic attestantibus 271
Glossa, *in cap.* 1. *verb. Rigor de dol. & contum.* Tiraquel. *de priu. l. pia caus. priuileg.* 144. Genuens. *dict. tract. quaest.* 314. *num.* 2. Palac. Rub. *in repet. rubr. de donation. inter vir. & vxor. §.* 66. *numero* 22. Iacob. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 9. *numero* 118. *& consil.* 39. *numero* 1. *&* 55. P. Molin. *de iust. & iure, tom* 3. *disput.* 682. *num.* 29. Petr. Suid. *de aliment. tit.* 1. *quaest.* 48. *numer.* 72. *cum seqq.*

Immemorialem etiam consuetudinem in Ecclesiæ præiudicialibus † attendendam non esse di- 272
cunt *Felinus, Zabarel. Alexand. Nicol. de Neap.* & alij citati à Genuens *d. tract. quaest.* 315. quam fatetur veriorem sententiam, quamuis contrariam defendant alij ab eodem quoque relati. Priori auxiliantur *textus in cap.* 1. *de consuetudin. libr.* 6. Et si fieri distinctio soleat, inter consuetudinem iuri conformem, præter, vel cōtrà illud, & secundum cuiusque naturam tempus ad consuetudinem inducendam præfigi. Quadragenarium verò temporis spatium † ad consuetudinem inducendam in 273
præiudicialibus Ecclesiæ sufficere, idque desiderari cum aduersus eam tanto tempore præscribatur: placuit, *Dominis de Rota, in nouis, titul. de consuetudine, decision.* 6 *num.* 1. *&* 5. Petro Duen. *regul.* 139. Innocentio, Hostiensi, Abbati, Felino,
&

& multis aliis, quos refert, & sequitur Alexand. Moneta *in tractatu de optione, capite sexto, numero nono*, Benedictus Capra, *regul.* 13. *numero* 30.

274 Ad priuatorum autem incommodum,† triginta annorum spatio (ad summum) induci consuetudinem obseruat (ita decisum testatus) Matth. *de Afflict. decis.* 321.*num.*18. Vrsil *in addit. ad eundem, ibid. numero* 10. & Monet. *citato loco, numero* 8. Decemque sufficere annos ad consuetudinem inducendam, siue præter ius, siue contrà ius sit, siue inter præsentes, absentesvè, siue causam continuam habeat, seu quasi, siue titulum, & causam contineat, siue non prohteur, ex communi, Benedict. Capra *d.reg.*13.*à n.*15.*cum seqq.* vsque ad *num.*28.

275 Promittens factum,† etsi ad illud non obligetur præcisè, & interesse præstando liberetur, ex Tuberonis sententia, quam *Celsus* probat, *Vlpiano* auctore, *in l. Stipulationes non diuiduntur*, 72. §. *Celsus tamen, D.de verbor. obligation. & in l.Stipulationibus*, 54. §. *Operarum, vers.c. solutio autem eius, D. eod. tit. & in l Si quis ab alio* 13.*in fin. de re iudic.* quibus in locis vnanimiter id profitentur Doctores, & confirmat eruditissimus Anton. Gomez. *variar. tomo* 2. *capite* 10. *numero* 21. & 22.negans Pariter assertionem hanc dispositione *legis* 5.*titulo* 27. *parte* 5.corrigi, *Petr. Surd.* (multis citatis) *consilio* 330. *numero* 5. plenè Ioan. Gutier. *de iuram. confirmator.* 1. *part. capite* 39. *numero* 1. *& sequentibus*, Ioan. *Yañ. Parlador. rer. quotidianar libro secundo, capite sexto, à numero* 1. Cardin. Dominic.Tuschus *practicar. conclus. littera O. conclus.* 43.

276 Ecclesiæ tamen promittentem, † ad factum præcisè teneri, nec præstando interesse liberari, veriorem dicit, eamque firmat Genuens.*in practicabil. Ecclesiast. quæst.* 316 Vniuersitatis publicique fauoris adinstar, cuius ratione omninò factum præstandum asserit, ex communi, *in dict. l. Stipulationes non diuiduntur.* Cui fauet *text. in l. fideicommissa*, §. *fin. D. de legat.* 3. quam in hoc sensu, reipublicæque fauore intelligit Gomez. *dicto capite* 10. *num.* 22. *versic. Tertius casus*, Ad libertatisque similitudinem, in eandem (cum Tiraquel. *de pia caus. priuileg.* 122. *per text. in l. Qui Romæ*, §. *Flauius, D.de verb. oblig.*in ea loquente) descendit Gutier. *d. cap.* 39 *numero* 4. *in fin.*

277 Etsi apud nos iam regulare effectum sit, vt obligatus ad factum, illud præstare cogatur, nec interesse præstando liberetur, ex *lege* 2. *titulo* 16. *lib.* 5.*noua reg. collect.* vbi sic *Matienz.* firmat *glos.* 6. *numero* 2.ni promissor illud præstare non valeat, cum *Gregor. Lopez. ibi citato*, latiusque *Gutier. d.c.*39.*numero* 5.

278 Prohibita alienari ad Ecclesiam transferri posse (*ex text. in auth. Ascriptitios, C de Episc. & Cleric.*) notauit Ioan. de Plat.*in l. quemadmodum, C.de agricol. & cens. libro* 11. *quæstione* 7. quem refert, & sequitur Genuens. *dicto tractatu quæst.* 321.

279 Etsi alienationis prohibitio, dispositiovè, ne in aliquem alienatio fiat, † etiam filium comprehendat, Socini sententia, *consil.* 26. *libro* 1. quam *Vincent. Fusar.* probat, *de substitution. q.* 686.*n.* 4. ipse licet, *quæst.*715.*num* 1. & 2. dicat: alienare prohibitum, in filios alienare posse, ex Bald. *in l.Cum pater*, 79.§. *Cùm inter* (& ibi est text.) *D.de legat.* 2.*& cons.*358.*n.*3.*lib.*1.Rimin.*iunior. cons.*15.*n.* 10. 49. *& seq. lib.*1. & Ioan.Vincent. Honded.*consil.*42.*num.*31.*lib.* 2.

Prohibitaque alienatione, *vt bona in familia* † *perpetuò maneant*; post quartum gradum in Ecclesiam alienari posse, tanquam speciale commendauit Genuensis, *q.* 330. eumque simpliciter sequutus Iulian. Viuian. *in praxi iuris patronat. d. lib.*2.*cap.*5.*num.*117. Cùm regulare videatur? 280

Eiusmodique prohibitionem vltrà quartum gradum; seu generationem non extendi, *ex textu in auth. de restit. & fideicommiss.* §. *Nos igitur, collat.* 9. tenent (post DD.ibi) Cardin. Francisc. Mantic. *de coniectur.vlt.volunt.lib.*8.*titulo* 2. *n.* 21. *& seqq.* Iacob. Menoch *consil* 333.*num.* 25. Vincent. Fusar. *consil.*92.*n.*6. Ludouic.Molin. *de Hispanor. primog. lib.* 1.*cap.*14.*n.*12. quamuis in id Hispaniæ maioratibus *ibidem numerisque seqq.* procedere neget. Quod & acriter defendit Couar. *variar.lib.*3.*cap.*5.*num* 4. 281

Legis taxatiuè loquentis, identitatis existente ratione, fauore Ecclesiæ † fieri extensio solet, secundum Ludouicum Roman.*in auth. similiter, numero* 16. *in fin. Cod. ad leg. Falcid. &* Franciscum Rip. *in leg. Si constante, num.*86. *D.solut. matrim.* 282

In aliis non vtique, cum taxatiua † omne aliud præter nominatim expressum excludat, iuxtà *l.* 2. *C. de patrib. qui filios distr. l. ob æs*, 12. *C. de præd. minor cap.Cum Ecclesia Sutrina*, 3.*de caus. possess. & propriet.* 283

Fideiubere Clericos, † ita *in cap.* 1.*de fideiussorib.* Concilium Canturiense vetauit: *Clericus fideiussoribus inseruiens, abiiciatur.* Cui conuenit *Regia lex* 45. *in princip. tit.* 6. *part.* 1. vbi *Gregorius* potestatem fideiubendi clericis interdictam aduertit, notantque Hippol. *de* Marsil.*in rubr.de fideiussor. à numero* 309. Anton.Gomez. 2.*tom. variar. cap*, 13. *n.*18.*vers.Secundò principaliter*, Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu* 432.*d. n.*1.*& de præsumption.lib.*2.*præsumpt.* 46.*n.*2. Ioan.Gutier. *de iuram.confirmator.*1.*part.cap.*72.*n.*2.Carol. de Gras. *de effectib.clericat. effectu* 44 Petrus Cened. *ad decretal. collect.* 164.*n.*1. 284

Pro Ecclesia † tamen, prohibitionem hanc remissam, fideiubendique facultatem clericis concessam, docent Abb. *in d.c.* 1.*de fideiussor. n.* 3. Marc. Anton Genuens.*in practicabil. Ecclesiast. qu.*325. & Beller. *disquisit. cleric.p.de disciplina clericorum*,§.2. *num.*6.*vers.Potest.* 285

Simile de aduocati, † & procuratoris officio, *in prima de priuileg. pauper. parte, quæstione* 9. *numero* 5. & 9. prænotamus, vbi & si clericis in foro sæculari postulare fas non esse diximus: piæ tamen causæ (& sic Ecclesiæ fauore) licere ostendimus. 286

Legata hæreditatem superantia, diminutionem † pro rata pati (*Masurij Sabini* probata sententia, *l.Si quis testamento*, 82.§. *Apud Iulianum, D. de legat.* 1.) Iulianus respondit *Apud Iulianum* (inquit ipse) *lib.* 32 *Digestorum* Marcellus *notat: Is qui sola* 30. *reliquerat, Titio* 30. *legauit, Seio* 20.*mæuio* 10. Masurius Sabinus *probat, Titium* 15. *Seium* 10. *Mæuium* 5. *consequuturos.* Vlpianus in *l.quærebatur*, 81. *ad leg. falcid. & in l.* 2. §.1. *D.de condict. indebit.* per quæ Iura id ipsum firmat Anton Gomez *tom.* 1. *variar.cap.* 12,*numero* 34. siue specie, siue quantitate, vtrumquevè simul legata contineant. Notat etiam Surd. *de aliment. titul.*8.*priuileg.* 30. *numer.* 1. 287

Azeued,

Azeued.in l.13.titul.6.lib.5.noue Reg. collect.nu.
19. versic.Secundo ampliatur.
288 Ecclesiæ verò relictum,† integrum,& absque
diminutione deberi;probare nititur Genuens.dict.
289 tract.quæst. 309. ad dotis, † alimentorumque le-
gari similitudinem. Quæ diminutionem non ad-
mittere (dotem præcipuè) Petrus Surd. osten-
dit, loco citato, numero 2. & 4. Idque in legato
290 quolibet † procedere diminutionemque cum
aliis legatis non pari, obseruant, multis compro-
bantes, Andr. Tiraquel. de pia caus.priuileg.72.
& Petr. Surd.priuileg.30.nu.5.
Quæ aliorum legatorum respectu, non legiti-
291 mæ † parentum, aut filiorum intelligenda sunt.
Ea enim integra præstanda est, vtque præstetur,
de legatis etiam piis (ad dict.§. Apud Iulianum,
normam)diminutionem,deductionemque facien-
dam aduertunt (ex l. si certarum, 18 §.fin. cum
l.seq. D. de milit. testam. antiquiorum etiam au-
ctoritate) Gregor. Lop.in l.1.glos.1.tit.11.part.
6.Parlador. rer.quotidianar. lib.1.cap.18.num.3.
& 4.Azeued. in dict. l.13. tit. 6. lib.5.noue Reg.
collect. num. 19. Quod de legatis in quantitate
consistentibus fatetur Gutier. in repetit. leg. nemo
potest, D. de legat. 1. numero 94. iuncto numero
97.versic. De aliis autem: in speciebus; dubitat.
Quamuis & in quantitate contrarium tenentes
refert Paulum Castrens. in dict. l. Si quis testa-
mento,§.1.numero 5. & Cifuentes, in l.30.Taur.
numero 3.
Falcidiam quoque de legato Ecclesiæ † facto
292 detrahi, Imperator vetuit in auth Similiter,C.ad
leg. Falcid. & in l. si quis ad declinandam,37 §.
licentia, C.de Episcop. & Cleric.quas confirma
runt l.1.& 4 titul.11.part.6.
293 Quod ad Trebellianicam † (ex vicissitudine,
quam Falcidia habet) traxere Tiraquel. dict. pri-
uileg.72. Genuens. quæst. 571.numero 3. Anton.
Gomez. variar. tom. 1.cap.5. numero 11.in fin.
Eman.Cost.in cap.si pater. 2. parte, verb.Trebel-
lianica, numero 13. de testam, Ideò authentica
contra rogatus,C. ad S.C. Trebell. dispositionem
294 † (per quam grauatus restituere sine liberis de-
cedens, quidquid ex hæreditate superierit; quar-
tam ad minus fideicommissario reseruare, vel
consumptam supplere, iubetur,nisi pro dote, vel
captiuorum redemptione expenderit) in Eccle-
sia,vel alia pia causa procedere,pro eisque expen-
sum,fideicommissario restituendum non esse,asse-
rit Genuens. dict.tractat. quæst. 336. Etsi Glossa
vnica in dict auth.similiter,C.ad leg. Falcid.tunc
falcidiam, de legato Ecclesiæ facto non detrahi,
dicat, cum pro Ecclesia construenda,vel reficien-
da factum est; non si Ecclesiæ simpliciter relin-
quatur,ex l.1.§.municipium, D.ad leg.falcid.Sed
verius est (& Glossa ipsa agnoscit) per nouiora
iam relata iura priora corrigi, & piarum causa-
rum, Ecclesiæque fauore Falcidiam,& Trebellia-
nicam cessare,in eiusque vtilitatem,& obsequium
expensum, aggrauato restituere,iuxta dictæ auth.
contra rogatus formam, necessariò restituendum
non esse.
Ecclesia item illud habet præcipuum, vt sine
295 decreto etiam à minore construi, † dotarique
possit, veluti multis iuribus, ac rationibus com-
probat Marc. Anton. Genuens. in practicabilib.
Ecclesiast.quæst. 334. eúmque simpliciter sequu-
tus Iulian. Viuian. dict.lib.2.cap.5.num. 119. Ea
præcipuè, quòd dotare, construereve Ecclesiam,
296 quid spirituale sit, † quia spirituale parit (Eccle-
siam nempè) vel spirituali anexum, vt ius patro-
natus, cap. Quanto,3.de iudic.cui conuenit l.56.
tit. 6. part. 1. In spiritualibus † autem, vel ab eis 297
dependentibus, minor pro maiore reputetur, cap.
Si annum,3.eodem de iudic.titul.lib.6.
Quod alio ego comprobo fundamento, † pe- 298
tito à lege fin.§.Cum autem,C.si maior factus alie-
nation.factam sine decret. rat. habuer. & l.titia,
63.D.de iure dot. quæ doti,donationivè propter
nuptias à minore sine decreto factæ, valorem, &
firmitatem tribuunt, correcta lege prædia,8.C.de
præd. & aliis reb. minor. vt notat Glos. in dict.§.
Cum autem, verb.Excepta,aliis adductis solutio-
nibus,& obseruant Marc. Antonin. variar. resol.
lib 2.resol. 24. numero 8. Marc.Anton.Thomas.
decis.72.numero 4.aliique relati ab eo. Idem ergo
in Ecclesiæ dotis constitutione dicendum.
Cùm de dote profana † ad Ecclesiæ & spi 299
ritualem dotem validum argumentum sit, vt Ni-
col.Euerard. prosequitur, in Topic.legal.loco 76.
de matrimonio carnali ad spirituale, propéque
infinitis auctoritatibus comprobamus in Axio-
matib.& locis commun. iur. lit.A.numero 478.Et
omnia priuilegia illi concessa,† huic pariter, Ec- 300
clesiæ nempè doti,competere,aduertit.Iulian.Vi-
uian. dict.cap.5. numero 53. 54. & 55. ad multa
inferens, in confirmationem allegans Euerar-
dum suprà, & Paulum Citand. de iure patron.
part. 3. quæst.12.cap.2.notamúsque iam hac ea-
dem quæst.n.45.& seq.
Cùm aliis regulariter donare, nec cum decreto
† minoribus liceat, Imperatore Iustiniano in dict.
l.fin.§. Cum autem,sic vetante:Cùm autem dona- 301
tiones à minoribus, nec cum decreto celebrari
possint, stantibusque ad id integris in iure ti-
tulis.
Nemo est qui nesciat axioma vulgare conti-
nens, Testatoris voluntatem † deambulatoriam 302
esse, vsque ad vltimum vitæ exitum, eamque ad
libitum interim reuocare posse. Quod firmamus
in nostris,lit.V.n.179.
Non tamen vulgaris eidem in Ecclesiæ fauo- 303
rem limitatio, † qui efficit, vt quandoque in te-
stamento disposita reuocari à testatore nequeant:
Veluti si disponat, vt de ordinarij consensu con-
struat, vel dotet Ecclesiam hæres:non enim posse
quoad hoc testamentum postmodum reuocari,
affirmant Marc. Anton. Genuens. in practicabil.
Ecclesiast. quæst. 335. & Iulian. Viuian.dict.lib.
2.cap.5.numero 116.versic.Etsi testator, adducto
Lambert. de iure patronat.art. 8.5.quæst.princip.
part.1.lib.1.nu. 45. & art.10. quæst.4.princip.1.
part.d.lib.1.
Legatum quod pro non scripto habetur, si
Ecclesiæ, † vel piæ causæ relictum sit, deberi, 304
dicunt Bart. Alexand. & alij (per illum textum)
in l.alio, 9. D. de aliment. & cibar.legat. Andr.
Tiraquel. (multis citatis) de pia caus. priuileg.
38.Marc. Anton. Genuens. q.336. Petr Surd. de
aliment.tit.8.priuileg.14.n.14.
Si verò alteri † sit factum, apud hæredem, vel 305
substitutum manere; statuunt l.Quidam referunt,
14.D.de iure codicil. & l.vnic. §. in primo, C.de
caduc. toll. aduertuntque Tiraquel. vbi proxi-
mè, & Surd. dict. priuileg. 14. numero 4. in fin.
Idque non solum cùm pro non scripto legatum
habetur, obtinet: sed etiam si caducitatis causa,
aliavè ratione legatario non quæritur, d. l. vnic.
§.cum triplici, & dict. §. In primo, notat idem
Surd.de aliment.tit.2.q.15.n.218.

Pro

Pro re ab hostibus capta ad maius pretium,
306 † quam ab eis redempta est, Ecclesiam non teneri (ad libertatis similitudinem, ex *l. fin. C. de captiu. & postlimin. reuers.*) *Genuens.* tradit *in practicabil. Ecclesiast. quæst.* 353. Cùm tantùm aliter
307 rem valere, † quanti vendi potest, in prouerbium abierit, deductum à *l.* 2. § *si hæres*, *D. ad S. C. Trebell.* & à *l. mortis causa*, 18. §. *fin. D. de donation. caus. mort.* memorantque Andr. Fachin. *controuersiar. iur. lib.* 1. *cap.* 21. *versic. secundum est*, & Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 454. *numero* 18. quod *nos in axiomatib. omissis*, ac super additis, intelligimus, & limitamus.

308 Quamuis compensationem ex omnibus † actionibus, ipso iure fieri, *Iustinianus* sanciat in *l. fin. C. de compensation.* Regiaque *lex* 20. *titul.* 14. *part.* 5. Ecclesiæ tamen decimas † pe-
309 tenti obiici compensationem non posse, testatur *Genuens. quæst.* 359. citato *Romano singul.* 545. ad fiscique similitudinem, ex *l.* 3. *C. de compensation.* Eodem verò argumento, fiscique
310 similitudine † (ex *l. idem iuris*, 12. *& l. fin. D. de compensation.* quæ expressiorem continent in fisco determinationem, vt contra eum, quemadmodum contra priuatum compensatio admittatur) decimæ Papalis debitorem obiicere compensationem posse, admittendamque, firmat Alex. Monet. *tractat. de decim. capit.* 9. *n.* 172. *& seq.* adducto quoque Bellenz. *de charit. subsid. quæst.* 53.

Dominorum iussibus, de quorum iustitia an-
311 ceps iudicium est, † etsi obedire subditus debeat, *cap. quod culpatur*, 23. *quæst.* 1. adest enim pro Dominis iustitiæ præsumptio, vt docent Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 69. Ioan. Cephal. *consil.* 110. *numer.* 31. *& seq. lib.* 1. Prosper. Farinac. *prax. crimin. part.* 3. *quæst.* 97. *num.* 44.

312 Domino tamen Ecclesiam persequenti, † obsequi subditus contra eam non debet, *cap. iuratos*, 15. *quæst.* 6. Genuens. *dict. tract. quæst.* 360. firmantque dicta à *nobis de priuileg. pauper.* 2. *part. quæst.* 65. *à numero* 81. præcipuè *numero* 83.

313 Ecclesiam, vel hospitale exposito † succedere, persuadere conatur *Marc. Anton. Genuens. quæst.* 362. pedem tamen non firmat, asserit autem Farinac. *fragmentor. crimin. part.* 1. *lit. F. num.* 134. ex sententia *Baldi*, & *Peregrini* assensu. Qua de re latiùs *nos dict.* 2. *part quæst.* 65. §. 2. *n.* 202. *&* 203.

Condemnationis, vel compositionis, pro Cle-
314 rici offensione factæ, † partem dimidiam Ecclesiæ pertinere, disponit *text. in cap.* 2. *de pœn.* cuius constitutionem etiam consanguineis Clerici existentibus procedere, testatur *Genuens. dict. tr. quæst.* 369. Et si hoc casu neget *Couar. lib.* 2. *variar. cap.* 9. *numero* 10. Panormitani sententiæ adhærens.

Ex pacto nudo, pollicitationeque speciali fa-
315 uore Ecclesiæ, † actionem oriri, latè probat *Genuens. dict. tractat. quæst.* 372. Contrarium in
316 aliis, † de iure Ciuili, imò & de iure Canonico, ex communiori sententia tradens. Cuius rei multos licet videre agentes, citatos à Petro Cened. *ad Decretal collect.* 31. *numero* 5. & ab August. Barbos. *ad cap.* 1. *de pact. numero* 6. iu-
317 re autem nostro Regio id omnibus † in communi datum à *leg.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *nouæ Reg. collect.* vt ibid. à *numero* 1. multis relatis, tradit *Azeued.* idem in pollicitatione affirmans, post *Didac. Perez. Anton. Gom.* & *Matienz.* allegatos ab eo.

Cogitationis pœnam † pati neminem, in om- 318
nium ore versatur, estque axioma frequens, quod tradimus, & ornamus in *nostris, lit. C. numero* 75. *& seqq.*

Si tamen contra Ecclesiam † cogitatio sit, pœ- 319
næ subiacere, textus probat singularis *in l. Præsenti*, 5. *circa princip* in verbis illis: *aut nuda saltem cogitatione*, *C. de his, qui ad Eccles. confug.* vbi Glos. *verb. cogitatione*, id in specie notat. De cuius textus intellectu egere Menoch. *de arbitrar. cent.* 4. *quæst.* 360. *numero* 68. Farin. *prax. crimin. quæst.* 18. *numero* 4. Nosque dicto aduertimus *axiomate, num.* 78.

Alimentorum legatum in non perfecto testa-
mento relictum, † si per triennium præstari con- 320
tingat, in futurum deberi, textus est formalis in *l.* 1. *C. de fideicommiss.* & (infinitis propè cumulatis) tradit eruditissimus *Petr. Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 22. *n.* 3. conclusionem hanc sequentibus amplians, & exornans, & ad quamlibet causam piam, ac fauorabilem extendens, cum *Tiraq. de pia caus. priuileg.* 60. *Euerard. Mench.* & aliis. Eamque Ecclesiæ commodat *Genuens. q.* 391. & illius simplex relator *Viuian. d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 127.

Cùm aliàs tempus non esse modum inducen-
dæ † obligationis, constet ex *l. obligationum ferè*, 321
44. §. *Placet autem, D de obligation. & actionib.* adductisque à *nobis in axiomatib. & locis commun. iur. lit. T. num.* 34. & notat in specie Surd. *d. priuileg.* 22 *num.* 1. *& seq.* Cuius assertionis vires, Ecclesiæ vel piæ causæ fauor † infringit, 322
dispositione *textus in cap. ad Apostolicam*, 42. *de* Simon. & aduertunt Tiraq. *de priuil.* 60. Genuens. (aliis, mendosè tamen citatis) *q.* 478. & Iulian. Viuian. *d. loco*, *num.* 145. quod sanè iuxta notata *suprà in præfation. n.* 32. intelligendum: si titulus saltem etiam inualidus præcedat, ex *dict. l.* 1. *C. de fideicommiss.* Nec aliud *text. in d. c. ad Apostolicam* probat, cum de generali consuetudine, non de speciali prælatione loquatur.

Debitorem Ecclesiæ ne capiatur † celans, aut 323
fugientem recipiens, de suo debitum Ecclesiæ soluere tenetur, vt *Genuens. & Peregrin.* probant: ille, *in practicabilib. Ecclesiast. quæst.* 405. hic, *de iure fisc. lib.* 6. *tit.* 1. *numero* 33. ex textu *in l. quoties*, 3. *C. de exactor. tributor. lib.* 10. in fisco loquente.

In aliis, † non nisi per vim, à familiæ manu 324
eximens, tenetur, iuxta *textum in l. pen.* §. 1. *D. ne quis eum qui in ius voc.* Etsi in quolibet † *dictæ* 325
legis quoties decisionem procedere velit *Marc. Anton. Peregrin. dict. loco*, ex *Bar. And. de Barul.* & *Bald.* ibi relatis, eam de eximente per vim intelligens. Priorem tamen sensum, & intellectum textus in eius vltimo responso approbare videtur, rationisque inter Ecclesiam, aut priuatos, hac in specie, dissimilitudo suadet, quam *Diuus Hieronym.* monstrat *epistol. ad Nepotianum*, inquiens: *Amico quippiam rapere furtum est: Ecclesiam fraudare, sacrilegium est.*

Cùm procuratore illegitimo in Ecclesiæ fa-
uorem † sententiam latam, validam esse, confirmat 326
Genuens. *quæst.* 414. per *legem non eo minus*, 14. *C de procurator.* in Minore loquentem, de vnoque ad aliud sæpè comparationem factam,

350 Ecclesiam, † non vtique. Vltrà vires enim hæreditatis, inuentario etiam non confecto, nequaquam teneri ex veriori, magis communi receptaque opinione annotamus, *ibid. n.* 18.

351 Alienationem annullare, aut rescindere volentem, pretium reddere † debere, nec aliter rem recuperare, rectè Imperatores decreuere, Gordian. *in l.* 3. August *in l* 4. Constantinus, *in l. Si per impressionem*, 11. *C. de his qui vi, met. vè caus. fiunt*, Antoninus, *in l. vnic. C. de reputation.* & Alexand. *in l.* 1. *C. de rescind. vendition.*

352 Ecclesiam verò † rem alienantem malè, nullo dato pretio repetere posse, nec pro eo emptori retentionem in re dari alienata, & textus probat *in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles.* §. *Si quis igitur, coll.* 2. (inquiens, *Si quis igitur emere præsumpserit rem Ecclesiasticam, aut pthochicam, cadat quidem mox pretio, &c.*) & profitentur Rebuff. *in compend. alienation. rer. Eccles. numero* 116. *& in comment. ad l. bona fidei, vers. Vigesimus-quartus, D. de verbor. signif.* (apud quem *dicto compendio*, quam multas alias pœnas contrà rerum Ecclesiæ alienatores videre licet. *Leonis* epistolam, & *Pauli* bullam transcribentem, relegenteмque minutatim) Sebastian. Bant. *de nullit. sentent. tit. Quoties, & intra quod tempus, num.* 54. Hieronym Portol. *de consort. eiusd. lit. cap.* 15. *numer.* 11. Petr. Cened. *ad decretal. collect.* 71. *num.* 3. Syluest. *in sum. verb. alienatio, num.* 14. Alexand. Raudens. *in diction. responsor. verb. Ecclesia.* Licet contrà Ecclesiarum œconomos † earum res alienantes proprerio

353 emptoribus actionem Imperator *in dict.* §. *Si quis igitur* concedat. Quod in bonæ fidei emptoribus *glos fin. in cap. ad audientiam* 19. *de reb. Eccles. alien. vel non* procedere dicit, *ex cap. Vulterane, & d* §. *si quis*, non in malæ fidei emptore, *ex cap. Placuit.* 16. *quæst.* 3. aliisque ibi citatis.

354 Fructus etiam medio tempore ab emptore perceptos † restituendos, idem textus *in d.* §. *Si quis*, ita disponit: *Exigatur autem res quam accepit, cum omni medij temporis incremento, & contrà sanctissimam quidem Ecclesiam, aut venerabilem domum, nullam omninò habeat actionem.* Cùm bo-

355 næ fidei emptorem † interim fructus suos facere, regulare sit, *l. bona fidei* 48. *D. de acquir. rer. dom.* De cuius materia, & intellectu, plenè Couar. *var. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 6. *vers. His sanè, & deinceps*, Arias Pinel. *in l.* 2. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 53. *& seqq. C. de rescind. vendit.* & Ioan. Garc. *de expens. & melioration. c.* 23. *n.* 35. *vers. Semper igitur.*

356 In contractibus innominatis † locum esse pœnitentiæ, *Vlpianus* ostendit, *in l. Si pecuniam*, 5. *D. de condict. caus. dat.* Paulus *in l.* 1. *vers. Quod in his duntaxat, D. de rer. permut.* & tradunt (cum Bald. Ias. & aliis) Ioan. Yañ. Parlador. *rerum quotidian. sesquicent. differ.* 135. *n.* 7. & Petr. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 23. *n.* 27.

357 Ecclesiæ verò, vel piæ causæ fauore † locum pœnitentiæ esse negant plurimi, quos numerant Tiraq. *de pia caus. priuileg.* 133. Genuens. *dict. tract. q* 476. *à n.* 2. *vers. contrariam*, Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron. d. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 143. & Surd. *vbi proximè, num.* 31. *&* 32. Etsi multi in hoc quoque casu locum pœnitentiæ esse affirment, à Tiraquel. Genuens. & Surd. *dictis locis* relati, defenditque acriter Didac. Couar *variar. libro primo, cap.* 14. *num.* 16.

358 In dubio, pariuè causa † meliorem esse possidentis conditionem, satis est tritum axioma, quod ornamus, *in nostris, lit. P. n.* 111. *& duobus seqq.* Onusque probandi, in aduersarium transferre, *in prima de priuileg. pauper. part. quæst.* 39. *n.* 10. aduertimus.

Ecclesiæ verò fauorem, † possidentis fauori 359 præferri, firmat Tiraquel. *de pia caus. priuileg.* 35. *ad fin.* In quo possessorem probandi onus Ecclesiam transferre (ex *cap. fin. de sententiâ & re iudic.* Mantic. & aliis, etsi dubitanter) Genuen ait, *dict. tractat. quæst.* 477. cumque sequutus, *Viuian. d. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 144.

Indebitè per errorem solutum † repetitioni 360 subiacere indicant *text. in l. cum de indebito*, 25. *D. de probation. in l. cuius per errorem*, 54. & ibidem Doctores, *D. de regul. iur.* & copiosè Pyrrh. Maur. *in tract. de solutionib. & oblation. cap.* 22. *per totum.*

Ecclesiæ † tamen indebitè solutum, non repeti, 361 celebris *Iuliani* probat auctoritas, *in l. cum is*, 32. §. *si in ea, D. de condict. indebit. si in ea opinione sit mulier (ait) vt credat se pro dote obligatum; quidquid dotis nomine dederit, non repetit. Sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis causa, ex qua solutum, repeti non poterit.* Imperatorisque Iustiniani *in* §. *fin. ad fin. instit. de obligation. quæ ex quasi contract. nasc.* pia constitutio *sed non omnibus legatariis* (inquit) *hoc præbuit: sed tantummodo in his legatis, & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ Religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ si indebita soluantur, non repetuntur.* Aguntque Tiraquel. *de pia caus. priuileg.* 119. Genuens. *quæst.* 483. Mencha. *de succes. progres. lib.* 3. §. 21. *numero* 6. Iulian. Viuian. *dict. cap.* 5. *numero* 146. Pyrrh. Maur. *dict. loco, numero* 20. Ni ex tali solutione † ad paupertatem soluens reducatur, ita *Genuense*, & *Viuiano*, *vbi proximè* limitantibus.

Contra debitores Ecclesiæ, † via executiua, 362 remotaque appellatione, in liquidis, ratione censuum, canonum, decimarum, & similium, procedi *Marc. Anton. Genuens.* confirmat, *quæst.* 490. sæpè ad fiscum comparatione facta, cui hoc concessum priuilegium extat, *l. sacrilegij*, 2. in ordin 9. §. *cum eo*, aliàs, *l. cum eo, D. ad leg. Iul. pecul. l. abstinendum*, 4. & *l. fin. C. quorum appel. non recip. l. nemo carcerem*, 2. *l. Missi opinatores, C. de exacti. tributor. lib.* 10. *l. hi qui fisco*, 4. *C. de conuen. fisci debitor. eod. lib. glos. fin. in l. quoniam*, 1. in ordin. 18. *C. de appellation.* plenè Roderic. Suar. *in lectura legis Post rem iudicatam, casu siue notabili* 7. §. *Addas, alium casum, numero* 1. 2. *& per tot.* etsi contradicat *Euia in cur. Philip.* 2. *part.* §. 4. *numero* 6. Summarièque in miserabilium causis procedendum, in *tract. de priuileg. pauper.* 1. *part quæst.* 55. diximus, *num.* 10. quas priores in expeditione, potioresque esse debere, *num.* 9. notaueramus. Quòd & in Ecclesia, in causa velut pia, dicendum venit; & Alexandrum Magnum seruasse, *Diodorus Siculus* refert *Bibliothec. cap.* 12. Ad quem cum ex toto terrarum orbe vndique negotia confluerent, ordinemque eorum expeditioni assignasset: primùm sacris dedit causis locum. Hæc siculi verba: *Ex omnibus ferè orbis terrarum partibus, legati ad Alexandrum venerunt.* Quibus continuò recensitis, subdit: *Alexander auditis omnium*

nium Legatorum voluntatibus, constituit, quibus primum, & deinceps per ordinem abse respondendum esset. Primum, expediti sunt, qui Sacrarum rerum causa venerant.

364 Cùm ordinariè in aliis, † ac plenè procedendum sit, *l. Iudices, 9. C. de iudic. Glos. in l. 3. §. Sciendum, verb. Summatim, in fin. D. ad exhibend.* latè *Ioan. Gratian. regul.* 250. ampliationes, & intellectus assignans, *Nos dict. quaest. 55. n. 11.* Et non nisi in casibus à Iure expressis via executiua procedendum, notat *Gutier. de gabel. quaest. 164. n. 12. versic Secundo.* De quibus omnibus plenè *Ioan. Yann. Parlador. sesquicentur. quotidianar. different. different.* 137.

365 Et an executionis decimam † Ecclesia soluat? Dide *auth. Sed hodiè, C. de sacros. Eccles. & Euiam. in Curia Philip. 2. p. §. 23. n. 6.*

366 Omnibus personis, causisque indistinctè † appellationem concedi, (ex *l. à sententia, 5. D. de appellation. & relation. Glos. fin. in fin. in l. Qui restituere, 68. D. de rei vendic.* aliisque) probat Gundis. Suar. *de Paz, in prax. in procem. sext. part. tom. 1. n. 17. 18. & 19.* prosequitur latissimè Sigism. Scacc. *de appellationib. quaest. 5. per tot. & artic. 1. per tot.*

367 A sententia verò de residendo in Ecclesia curata, † eius fauore, aut omnino appellationem negat; aut limitatè admittit textus *in cap. Pernenit, 2.* in ord. 18. *de appellationib.* & districtiùs *in cap. Relatum, 4. de cleric. non resid. ad fin.* inquiens: *Nec patrocinari debet eis appellationis diffugium.* seruatque Viuian. *in praxi iuris patronat. dict. lib. 2. cap. 5. n. 112.*

368 Exceptioni non numeratæ pecuniæ † post biennium aditum præcludi, *Iustinianus* sanxit *in l. In contractibus, 14. C. de non numer. pecun.* cui est concors *l. 9. tit. 1. part. 5.*

369 Ecclesiam † tamen etiam post biennium exceptionem hanc opponere posse, (ex *Hostiens. Butr, Angel. & Renato*) *Genuens.* tradit *in practicabil. Ecclesiast. q. 508.* vbi an & quando illam opponere Ecclesia perpetuò possit. Simpliciterque in perpetuum causam piam ea vti posse, (ex Tiraquel. *de pia caus. priuileg. 54. Intrigliol. singul. 97. n. 126.* & Soar. *commun. opinion. lit. E. n. 168. & seq.*) tradit Baltaxar. Thomass. *tractat. 10. suorum tract. titul. 1. de specialib. priuileg. piæ caus. capit.* 133.

370 *Velleiano Senatus Consulto plenissimè comprehensum est, † ne pro vllo fœminæ intercederent.* ait Vlpianus *in l. 1. D. ad S.C. Velleian.* & Imperator Antonin. *in l. 1. C. eod.* integrisque illis prouisum est titulis, & *in l. 2. ad fin. titul. 12. part. 5.*

Pro Ecclesia verò, † vel pia causa intercedere fœminam posse, Tiraquel. affirmat *de pia caus. priuileg.* 113. quem refert, & sequitur Genuens. *dict. tractat. quaestion.* 509. Quemadmodum & dilapidatorem Ecclesiæ accusare potest, *cap. licet Heli de simon.* Farinac. *in praxi crimin. quaestion. 12. numero 16. versic. Octauo,* etsi accusandi facultatem fœminis denegari, *quaest. 3. num.* 141. diximus.

371 Clericus legatione pro Ecclesia † etiam extra Curiam fungens, à creditoribus nequit interim conueniri, sic *Iustiniano* statuente *in auth. de sanctissim. Episcop. §. Si verò Episcopo, col. 9.* vbi *glos. margin.* concordem allegat *text. in cap. fin. cum Glos. verb. Potuit, post princip. extra de foro compet.* & *Glos. circa princip. in cap. penult. de iurament. calumn.*

Alij solum Legati ad Principem, † vel à Principe missi id priuilegium consequuntur, ex *l. 2. §. Legatis, D. de iudic.* quam ita ibi *Glossa* 1. intelligit, Cui concors est, *l. 4. titul. 3. part. 3.* Imò 372

Ciuitatis, † vel Vniuersitatis Legatum pro ipsiusmet debito conueniri in Curia posse, etiamque si à Principe vocatus sit, *lex* Regia sanxit, *4. titul. 11. lib. 2. ordinam.* & *l. 11. titul. 7. lib. 6. noua Reg. collect.* quamuis per hanc (in verbis illis: *En caso que aya lugar conforme a derecho*) & expressiùs *per legem 10. titul. 7. lib. 6. ordinam.* dictæ *legis 4.* correctionem induci, velit *Petrus Barbos ad dict. §. Legatis, numero 77.* pariter *numero* 80. firmans, Legatis Ciuitatum, vel municipiorum ad eorum negocia, id non reperiri concessum, etsi eis restitutio competat, ex *l. Legatis, 8. l. Sed si per Pretorem, 26. §. fin. l. Qui mittuntur, 35. §. Qui Reipublicæ, D. ex quib. caus. maior.* 373

Rectorem, vel administratorem Ecclesiæ, locivè pij, ad redditionem rationum, reliquorumque solutionem condemnatum, † ad finem suspensiuum appellare non posse, eaque non obstante, executionem fieri, velut speciale *Genuensis quaestion.* 511. notat. ex *authent. de sanctiss. Episc. §. Economos, collat. 9.* acceduntque Duenn. *regul. 47. numero 21.* Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 19.* Ruginel. *in tractat. de appellation. §. 2. cap. 3. numero 56. vers. Idem,* Sigism. Scacc. *eod. tract. quaest. 7. limit. 19.* 374

Quod tamen, non solùm in Minoris, † & Vniuersitatis administratore firmant Borgnin Caualc. & Ioan. Gutier. Ille, *in tract. de tutore, numero 112.* Hic, *practicar. lib. 1. q. 37. n. 1. & seqq.* sed in quolibet alio administratore obseruat *Scobar de ration. cap. 4. n. 5.* 375

Quamuis alteri stipulati † nemò possit, vt vulgare profert axioma, traditum à *Nobis in nostris, lit. S. numero. 53.* Pro Ecclesia † quemlibet stipulari posse, *Glossa* notauit, *verb. Et petere, in cap. Quoties cordis, 1. quaestion. 7.* Cùm Ecclesiæ promissum, Deo Opt. Maxim. promissum videatur, qui præsens vbiquè, & acceptans est, vt cum multis obseruant Gonzal. *ad regul, 8.* Cancel. *glos. 5. §. 7. numero* 102. Petr. Surd. *de aliment. titul. 8. priuileg. 73. numero 5.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 29. numero 9. & 26. part. 1.* Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quaestion. 519.* Anton. Gabr. *commun opinion. titul. de verbor. obligat. conclus. 1. numero 71.* Iulian. Viuian. *in praxi iur. patron. dict. lib. 2. cap. 5. numero* 160. Hodiè licèt regulare id fecerit, dederitque commune *legis 3. titul. 8 lib. 3. ordin.* & *l. 2. titul. 16. lib. 5. noua reg. collect.* dispositio, vt *dict. l. S. n. 53. ad fin.* aduertimus. 376 377

Non item minus tritæ regulæ Ecclesiæ fauor detrahit. Scitissima enim est † *Masculinum concipere fœmininum.* de qua in *Axiomatib. nostris, lit. M. numero 45.* In Ecclesiæ verò præiudicialibus, † masculinum non comprehendere fœmininum, Genuensis comprobat *quaestio.* 520. ex Anton. Gabriele *commun. opinion. titul. de verbor. signification. conclus. 6.* affirmatque idem Iuliam. Viuian, *dict. libro 2. cap. 5. numero* 161. 378 379

Vulgari itidem regulæ Iuris, quæ † *odia restringenda esse dictat* (de qua in *Axiomatibus nostris, liter. O. n. 12.*) Ecclesiæ fauore † limitationem assignant Genuensis *dict. tractat. quaest. 541. & Iulian. Viuian. vbi supra, numero 169.* ad 380 381

ad vniuersitatis, militumque fauoris similitudinem. Diximusque *eadem lit. O. nu. 13. & 14.*

383 Legatum ab hærede nominatim relictum, † à fideicommissario non deberi, nec repetitum censeri, *Paulus* respondit, *in l. 1. §. Id quod ex substitutione, D. ad leg.* Falcid. & Celsus *in l. Celsus, 29. §. quod alicuius, D. de legat. 2.* Bart. *in l.* Marcellus, *numero 3. D. ad S.C.* Trebel. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. artic. 4. numero 12.*

384 Ecclesiæ tamen, † vel piæ causæ ab hærede nominatim relictum, à fideicommissario deberi, censerique ab eo repetitum; probat *cum* Iasone *cons. 98. lib. 1.* Marc. Anton. Genuens. *quæst. 555.* & Cardin. Francisc. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. titul. 1. n. 16.*

Sic pariter; prælegata in fideicommissi restitu-
385 tione venire, quando Ecclesia, † vel pia causa substituta est, asserunt Tiraquel. *de pia caus. priuileg. 62.* Marc. Anton. Genuens. *quæst. 558. &* Mantic. *dict. tractat. lib. 6. titul. 3. num. 39.*

386 Cùm regulariter † contraria existat assertio communiter approbata, vt firmant Marc. Anton. Peregrin. *de iure Fisc. art. 7. numero 53.* plenè hac de re toto illo articulo differens, & *consil. 127. numero 3. libro 5.* Iacob. Menoch. *de præsumption. lib. 4. præsumptione 194. numero 73.* Cardin. Mantic. *dict. tractat. lib. 7. tit. 7. n. 1.* copiosissimè Vincent. Fusar. *de substitut. quæstion. 650. numero 62. & seq.* materiam hanc *tota ea q. per 132. numeros,* quibus constat, prosequens.

Falsi quærelam viginti annorum intermissione
387 † perimi, Imperator *August.* decreuit, *in l. querela, 12. Cod. ad leg.* Cornel. *de fals. querela falsi* (ait) *temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione, sicut cætera quoque ferè crimina.* Cui *lex* conuenit Regia, 5. *tit. 7. p. 7.* traduntque (præter *Glossam,* & scribentes dictis locis) Iul. Clar. *lib. 5. receptar. sententiar. §. fin. quæst. 51. numero 1.* Paz *in praxi, 5. part. tom. 1. cap. 3. §. 1. numero 83. & 84.*

Aduersus Ecclesiam verò crimen falsi com-
388 missum † præscribi nunquam, asseruere Ludouic. Roman. *singul. 182.* incip. *Tu scis quod crimen falsi,* Francisc. Balb. *de præscription. part. 4. quæst. 2. limitat. 5.* & cum eis Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Ecclesiast. quæst. 560.*

389 Etsi lite non contestata, † nec testes recipi, nec contrà absentem (Iure saltem communi) ad sententiam procedi possit, *rubr. & nig. vt lite non contestata, non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitiuam, in Decretal. l. Absentem, 6. C. de accusation.* Farin. *prax. crimin. 1. part. quæstion. 11. numero 1.* in causa ta-
390 men liberali, in qua de Ecclesiæ statu † agitur, & ante litem contestatam testes recipi, & ad sententiam diffinitiuam procedi posse, *Innocentius III.* decreuit in *cap. Olim, 34. de testib. & attestation.* & *ibi glos. fin.* aduertit in causisque libertatis
391 † ante litem contestatam testes recipi, docet cum multis Prosper. Farinac. *in tract. de testib. quæst. 76. nu. 43.* in alio etiam casu, pro iuribus nempè
392 Ecclesiæ † male occupatis, idem obseruari tradens *ibidem num. 49.*

Debitores speciei, re ante moram perempta,
393 † liberari, rectissimè *Pomponio* placuit *in l. si ex legati causa, 23. D. de verbor. oblig.* & in *l. quod te mihi, 5. D. de reb. credit. & si cert. pet.* decreuitque *l. 18. titul. 11. part. 5.* & egimus *nos in Axiomatib. & locis commun. iur. litter. A. numero 72. & litter. D. n. 19.*

Ecclesiæ tamen speciei debitorem † etiam ante moram re perempta, non liberari asseruit 394
Genuens. *dict. tractat. quæstion. 577. Glossam* adducens *in §. Item mixta, instit. de action.* & *Ludouicum Romanum in dict. l. si ex legati causa.* Nec *Glossam* tamen, nec *Romanum* id dicentem reperi.

Falsum instrumentum producens, † falsi pœna, 395
& causæ plectitur amissione, vt multorum sententia probat Farinac. *de falsit. & simulation. qu. 159. numero 1. & 5.* Quod & in pupillo, † cuius 396
falsam scripturam produxit tutor, vt causam ex eo perdat, *idem ipse* procedere *ibidem* addit *num. 21. Castrensis,* & *Hieronymi Giaccar.* authoritate. Et quid in Domino, † cuius procurator falsa 397
scriptura, falsisvè testibus vsus est, an, & quando in pœnam principalem incidere faciat? videndi Capic. *decision. 67. numero 1. & sequentibus,* Rim. Foller. Boss. & alij *ab eodem* citati Farinacio, *d. loco, n. 10.*

Ab administratore verò Ecclesiæ † instrumen- 398
tum falsum productum, Ecclesiæ non nocere, asserit Genuens. *dict. tract. quæst. 579.* per *text. in cap. Cum venerabilis, 6. de exceptionib.* Cùm delictum personæ, Ecclesiæ nocere non debeat, ex 399
vulgari regula iuris. Limitat tamen † si à toto Capitulo sit productum, ex *c. Olim, 25. de rescript.* & *cap. Tum ex litteris, 15. de in integr. restit.*

Ex eadem prætereà dicti *capitis Cum venerabilis,* ratione idem ipse Genuens. *quæst. 580.* deducit; quòd licèt in sui fauorem instrumentum pro
ducens, † illud impugnare non possit, *cap. Cum* 400
olim, 19. de censib. prosequimurque in *Axiomatib. nostris, lit. A. num. 191. & 293.* Si tamen † 401
in sui fauorem instrumentum Ecclesia producat, contra se illud acceptare non cogi, firmat.

Cessionem, aut alienationem in potentiorem 402
facientes, † causæ iactura diui Imperatores mulctarunt in *l. 1. & 2. C. ne liceat potentiorib.* Canonica sanctio *in cap. 2. de alienat. iudic. mut. caus. fact.* & Regia, *in l. 16. tit. 7. part. 3.* Cui non subiici Ecclesiam † pœnæ, *Genuens.* tradit *dict. practi-* 403
cabil. quæst. 601. ex *Ludouico Romano in l. si verò, §. De viro, fallent, 10. D. solut. matrim.* & aliis.

Testantium voluntates ad amussim † seruan- 404
das, & ratio postulat, & *Iustinianus* Imperator decernit, legis ad instar eas seruari iubens in *auth. de nuptiis, §. Disponat, coll. 4.* textus etiam in *cap. Tua nobis, 17.* iuncta *glos. 2. in princip.* extr. *de testament.*

Ecclesiæ tamen, & Religionis fauore, † mille 405
alicui *si nubat* relictis; centum vero, *si Religionem ingrediatur;* mille adhuc Religionem intranti deberi, testatoris etiam voluntate repugnante, ea conditione (veluti contra Religionem, Ecclesiamque) reiecta, copiosa asserit Doctorum manus, quos doctissimus congerit Sanchez *de matrim. lib. 1. disputat. 34. num. 11.* Quibus, idem volentes addo Card. Francisc. Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 18. num. 30.* & Iulian. Viuian. *de iure patron. dict. lib. 2. cap. 5. num. 60.* Etsi contrariæ partis alios pariter, non contemnendæ auctoritatis, tàm Iuristas, quàm Theologos, idem ipse *Sanchez,* eisdem adhærens, *nu. 31.* referat.

Æquitatem non scriptam † scripto rigori suc- 406
cumbere; sæpè iura dictitant, & multis comprobamus *in Axiomatib. nostris, lit. A. num. 182 & 183.* Aduersus quæ Ecclesiæ fauore † æquitatem 407
non scriptam, scripto rigori præferri, eamque ser-

uandam ex *cap.1.de dolo & contum.* afferit Genuensis *practicabil. Ecclesiast. quæst.* 176. quem sequitur Iulian. Viuian. *dict. lib. 2. cap. 5. numero* 79.

408 Pro futuris culpis † excommunicationem ab homine ferri non posse: probat *text. in cap. Romana, 5. §. Caueant etiam; de sentent. excommun. lib. 6. Caueant etiam* (Innocentius IV. inquit) *ne tales sententias excommunicationis, siuè specialiter, siue generaliter in aliquos pro futuris culpis (videlicet si tale quid fecerint, vel etiam pro iam commissis, sub hac forma*: si de illis infrà tale tempus minimè satisfecerint) *proferre præsumant, &c.* Qua de re egit eruditè (vt eius est mos) Didac. Conar. *in repetit. cap. Alma mater, part. 1. §. 10. à principio.*

409 Ecclesiæ tamen causa, † pro futuris culpis, excommunicationem quandoque proferre licet, vt in decimis persoluendis Alexander III. *in cap. Peruenit 5. de decim.* stauiliuit his verbis: *Mandamus quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit, sub excommunicationis districtione compellere, vt de prouentibus molendinorum, piscariarum, fœno, & lana, decimas Ecclesiæ quibus debentur, cum integritate persoluant.* Quod, Ecclesiæ fauorem operari notat Iulian. Viuian. *dict. lib. 2. cap. 5. n.* 170.

Dominus ab emphyteuta, qui ob canonem
410 non solutum emphyteusi ceciderat, solutionem recipiens, † caducitatem videtur remittere, iurique expellendi ea ratione emphyteutam renunciasse. *Gloss.* celebris (à Doctoribus communiter ibi approbata) *in l. 2. verb. Repellere, vers. item si triennio elapso, C. de iure emphyteut.* obseruantque Ioseph. Mascard. *de probation. conclus.* 251. *per tot. conclus.* 417. *numero* 4. *concl.* 881. *num.* 6. *conclus.* 1262. *numero* 24. *& concl.* 1316. *num.* 2. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst.* 48. *num.* 17. *& tit. 6. quæst. 3. numero* 36. *& 67. & decis.* 317. *num.* 1. *&* 14. *cum seqq. decis.* 181. *num.* 1. *& decis.* 189. *à num.* 11 Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 152. *à num.* 12. *& decis.* 49. *numero* 22. 30. *&* 31. Aurel. Corbul. *de iure emphyt. tit. de caus. priuation. ob canonem non solutum, limit.* 21 propéque innumeri alij congesti à Petro Cened. & Augustino Barbos. *in collectaneis suis ad cap. potuit, de locato.* Ab illo, *collect.* 144. *numero* 11. Ab hoc, *nu.*
411 117. quorum plerique conclusionem hanc procedere firmant, † etiam si cum protestatione *sibi non praiudicandi* præteritas dominus pensiones recipiat.

412 Ecclesiæ verò procurator, † Prælatusvè, præteritas recipiens pensiones, caducitatem non remittit, nec expellendi emphyteutam ius perdit, sententia Glossę, *verb. Expelli, in dict. cap. Potuit,* si Ecclesia saltem Collegiata sit, vt seruant Mascard. *dict. conclus.* 252. *num.* 12. Stephan. Gratian. *dict. decis.* 49. *numero* 24. Cardin. Tusch. *practicar. concl. lit. E. conclus.* 193. *numero* 46. Ouid. *de Amic. de iure emphyt. quæst.* 35. & multi alij, quos *August. Barbos.* recenset in *collect. ad dict. cap. potuit, num.* 118. quibus quoque adde Aurelium Corbul. *dict. limit.* 21. *num.* 14. Rot. Rom. *diuersor. decis.* 180 *part.* 1. & Iulian. Viuian. *de iure patron. dict. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 173.

413 Ecclesiam conductoris hæredem, † in conductione stare non cogi; multis comprobat argumentis Gasp. Anton Thesaur. *quæst. forens. lib. 3. quæst.* 93. Cum in omnibus defuncti obligationi-
414 bus, actiuis, & passiuis † hæres regulariter succedat, *l. Veteris, 13. C. de contrah. & commit. stipul. l. Postulante, 44 vers. Cæterum, D. ad S.C. Trebell.* cum adductis, traditisque plenè à *nobis in secunda de priuileg. pauper. parte, quæst. 56. num.* 1. *& seqq.* Et in specie, cogi posse conductoris hæredem in conductione persistere; notat cum Rota Lucens. *decis.* 85. *numero* 1. Gaspar Thesaur. *vbi proximè n.* 1.

Supersunt plura, quæ si prosequeremur, à fisco, vniuersitate, minoribus, libertate, ac similibus, specialia formando (vt *Marcus Anton. Genuens.* efficit) multò longior hæc redderetur oratio. Quorum tamen aliqua, pietatis, Religionisque affectus prætermittere non sinit. Fisco igitur priuilegium à *Callistrato* indultum in *l. 3. §. Multa, D. de iure fisc.* vt debitorem † sui debitoris 415
non excuso principali, in casibus ab eo designatis, conueniat? Ecclesiæ † commodat *Genuensis,* 416
quæst. 535. quem *Viuian.* sequitur, *dict. cap. 5. numero* 165.

Contraria in aliis † regula existente in *leg. 2.* 417
C. quando fisc. vel priuat. & in *l. 2. C. de conuen. fisc. debitor. lib.* 10. vbi *Glos.* notat. Quæque requirantur, vt debitorem sui debitoris conuenire quis possit, numerat *Viuian.* proximè relato loco.

Ad fisci item similitudinem (qui solutam pecuniam † posteriori creditori, etiam consump- 418
tam, repetit, ex *l. Deferre, 18. §. fin. D. de iure fisc. leg. prouinciam,* & *l. Pecuniam, 5. de priuileg. fisc.* quod aliis † denegari, cum Didac. Couar. *practic.* 419
quæst. cap. 19. num. 2 Iacob. Menoch. *consil.* 25. *n.* 1. aliisque citatis, tradit Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 304. *num.* 1. *&* 2.) eodem Ecclesiam priuilegio gaudere Marc. Anton. Genuens. firmat, *dict. tractat. quæst.* 602.

Quod tamen neque in fisco perpetuum est. † 420
Solum enim cum ex causa lucratiua posteriori creditori solutio facta est, repetionem fisco concedi, non si ex onerosa, existimant Ioan. Faber *in §. si quis in fraudem, inst. de actionib. numero* 23. Menoch. Cephal. & alij citati à Marco Anton. Peregrino *de iure fisc. lib. 6. tit. 6. n. 8. in fin. vers. Contra verò.* Quorum adhæret opinioni Stephan. Gratian. *dict. cap.* 304. *numero* 4. *numero* pariter *quinto* aduertens; esto quod & in onerosa causa reuocare solutionem posteriori creditori factam, valeat fiscus (vt per Couar. *practic. dict.* 421
cap. 29. *numero* 1.) id non nisi post principalis † debitoris, fideiussorumque discutionem ei licere; rationes adducens, fautoresque sententiæ huius *Menochium, Cephalum,* & *Peregrinum, dictis locis.*

Legatum Ecclesiæ relictum anno tertio, † vel 422
quarto, in principio anni deberi (ex libertatis æquiparatione cui is fauor competit, *l. si ita fuerit libertas relicta, 41. D. de manumiss. testam.*) profitetur Marc. Anton. Genuens. *qu.* 514 cui assertioni militiæ quoque comparatio fauet, cui id pariter *Iustinianus* Imperator concessit in *l. fortissimi, 6. C. de erog. milit. annon. lib.* 12.

Aliis † denegauit Pomponius in *l. qui hoc anno, 42. D. de verbor. oblig.* inquiens: *Qui hoc anno, aut hoc mense dari, stipulatus sit; nisi omnibus partibus anni, vel mensis præteritis, non rectè petet.*

Item (vt libertate dispositum est (legatum Ecclesiæ, vel piæ causæ relictum, † si cancellatum 423
reperiatur, casu, & inconsultè præsumitur deletum, ex *leg. Proximè, 3. in fin. D. de his quæ in testam.*

testam. delens, firmantque Tiraquel. *de priuileg. pia caus. priuileg.* 16. Marc. Anton. Genuens. *dict. tract. qu.* 52. Scip. Rendin. *in promptuar. recept. sentent. de leg. tit.* 6. *num.* 31. Iulian. Viuian. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 162. Cardin. Franc. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 1. *n.* 32.

425 In cæteris † contraria regula pugnat, quam tradunt, & prosequuntur latè Iacob. Menoch. *de presumption. lib.* 3. *quæst.* 141. *num.* 4. *& seqq.* copiosius Pyrrh. Maur. *in tract. de solution. cap.* 2. §. 3. *per tot.* Mantic. *vbi proximè, numero* 30. conueniuntque dicta per Mascard. *de probationib. conclus.* 1222. *n.* 3.

Decisionem etiam textus in *l. nulli*, 7. *Cod. de*
426 *erogat. milit. annon. lib.* 12. † qui publico fauore, his qui fertilitatis tempore annonam recipere de publico neglexerint; tempore carestiæ, pretium ipsius, annonamvè denegat; Ecclesiæ commodat Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæst.* 532. Necnon *legis fortissimi*, 6. *eiusdem tituli*, argu-
427 mento probat Viuian. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 164. Ecclesiæ creditorem, qui tempore debito † annuas differt præstationes recipere, si infrà annum non petat, ab earum deinceps petitione arceri.
428 Qua etiam de re Genuens. *qu.* 511.

Differentem quoque (vsque ad iudicium † saltem) Ecclesiæ relictum soluere, in duplum teneri; his verbis *in §. Item mista* (aliàs, §. *Ex maleficiis, versic. Item mista*) *instit. de action.* Iustinianus sanxit: *Item mista est actio, contra eos, qui relicta sacrosanctis Ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis, legati, vel fideicommissi nomine, dare distulerint; vsque adeo, vt etiam in iudicium vocarentur. Tunc enim, & ipsam rem, vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur; & aliud tantum pro pœna. Et ideò in duplum eius fit condemnatio.* Cuius quidem decretum ad quodlibet indistinctè debitum trahit *Genuens. quæst.* 576. In aliis procedere negat regulariter *Accurs.* etiam in fisco, Reipublicæ, vel in redemptionem captiuorum relictis, in *dict. §. mista, verb. Distulerint, & verb. in iudicium.*

429 Post longam etiam pro vtraque parte discussionem, à Prælato quietationem † procuratori Ecclesiæ factam, in eius præiudicium non valere; ipse *Genuens.* defendit, *quæst.* 450. Cui conueniunt assertioni *suprà* iam notata, *num.* 117. 118. 143. *&* 144.

Fisci item priuilegium, (qui rem communem
430 † cum alio habens, totam potest vendere, vel pignorare, *l.* 2. *C. de commun. rer. alien. l. vnic. C. de vend. rer. fisc. cum priu. commun. lib.* 10.) Ecclesiæ
431 *Genuens.* aptat, *quæst.* 492. cùm id priuato † *dict. l.* 2. *C. de commun. rer. alien.* aliæque dicti tituli negent.

Ecclesia hærede instituta, vxore autem testato-
432 ris omnium bonorum vsufructuaria relicta; †, alimenta solum vxorem, Ecclesiæ fauore, percipere, asseruere Corne. *cons.* 112. *num.* 16 *vol.* 2. & Paul. *de* Montepic. *in l. Titia*, §. *Titia*, *D. de legat.* 2. eisque relatis, Iulian. Viuian. *de iure patron. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 66. addens pariter, Ecclesiam vsu-
434 fructuariam relictam, filio hærede instituto, † integrum vsumfructum habituram, legitima excepta, si ex ea vndè se alat percipere filius possit, eundem allegans *Paulum de Montepic. loco proximo*, *n.* 57. De quarum assertionum veritate, nostrum nunc disserere non est.

435 Parentis religionem, bonorum saltem in communi capacem professi, † ante naturalem mortem (quantumlibet à iure mortuus reputetur) legitimam filio non deberi; etsi interim à monasterio sit alendus, firmauit Glos. *in auth. si qua mulier*, sillius met decisione, *verb. moriatur*, & *in auth. de sanctiss. Episc.* §. *si qua mulier, verb. Persona.* Bart. *in dict. auth. si qua mulier*, *numero* 1. Cyn. *num.* 5. Castr. *num.* 6. Abb. *cons.* 65. *ad fin. lib.* 1. Iulian. Viuian. *dict. cap.* 5. *numer.* 90. Matienz. *in leg.* 3. *tit.* 4. *glos.* 2. *numer.* 3. *lib.* 5. *noua reg. collect.* Syluest. *in summ. verb. Religio*, 6. *qu.* 1. *num.* . & cum propè innumeris, P. Sanch. *de stat. relig. lib.* 7. *cap.* 10. *numero* 2. probabilissimam dicens. Contrariam quoque (fundamento præcipuè *textus in cap. Cùm simus*, 14. *de regularib.*) sectantes inde referens. Vtramque similiter, multorum auctoritate vallatam, protulit Didac. Couar. *in cap.* 2. *de testam. numer.* 12. aliique ab ipsis citati protulerunt.

Ecclesiæ necessitas patroni necessitati, † ali- 436 mentisque præfertur, vt in *prima de priuileg. pauper. part. quæst.* 42. *num.* 19. prædiximus. Ibique relatis ad Iulian. Viuian. *dict. cap.* 5. *num.* 122. qui etiam *num.* 124. de dote Ecclesiæ Episcopalem † canonicam portionem defalcandam non 437 esse aduertit, neque eius dotem præscribi: cui dicta iam *suprà nu.* 45. *& seqq.* adiecta fauent.

Thesaurus in Ecclesia inuentus, † illi remanet, 438 nec rectori acquiritur. Ad vsufructuarium enim thesaurus non pertinet, *l. Diuortio*, 8. §. *Puto autem, in fin. D. solut. matrim.* Marc. Anton. Genuens. *dict. tract. quæst.* 394. Iulian. Viuian. *dict. c.* 5. *nu.* 128.

Beneficiatum verò, † Ecclesiævè rectorem, 439 vsufructuario, vel vsuario etiam in beneficij prouentibus comparari; iam *de priuileg. pauper.* 1. *part. qu.* 4 *n.* 91. 92. 95. *&* 96. supraque *hac eadem num.* 16. notamus.

In concernentibus Ecclesiam, non posse Præ- 440 latum † in arbitratorem de iure, & de facto compromittere, tenet Vazq. *de succes. creat. lib.* 3. §. 16. *num.* 52. quem refert, & sequitur Iulian. Viuian. *dict. cap.* 5. *numero* 153. qui etiam *num.* 129. dixerat; † transactionem cum Ecclesia, factam, inua- 441 lidam esse, nisi res qua de agitur, apud ipsam remaneat, aduersarius licet possideat. Prædixerantque Accurs. *in l. Cum ij*, §. *si vni*, *verb. Transactione*, *D. de transact.* & Andr. Tiraq. *de retract. Lignag.* §. 1. *glos.* 14. *numero* 67. *& seqq.* Transactionem enim per quam res abdicatur, alienationem esse, censerique consequenter prohibitam his, quibus alienandi potestas interdicitur, ex *Decio*, & aliis *dict. loco*, præsertim *num.* 69. tradit.

Pars delatori applicanda, si delator non extet, ob Ecclesiæ † fauorem iudici ex officio proce- 442 denti applicatur, ex *l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 1. & *l.* 2. *tit.* 19. *lib.* 8. *noua Reg. collect.* In aliis † contrarium, sta- 443 tuente *l.* 21. *tit.* 9. *lib.* 3. *noua Reg. collect.* & notat *ibidem* Azebed. *numer.* 1. *vers. sino a nuestra Camara.*

Ecclesiæ quoque fauore † turpitudinem pro- 444 priam allegare licere, in aliis nequire; diximus in *Axiomatib. & locis commun. iur. lit. T. num.* 61. 63. *&* 64.

Etsi controuersa nimis illa sit quæstio: *Vtrum iuris patronatus beneficij absque Patroni consensu † permutatio inualida à principio existat, vel* 445 *Patroni dissensu, repugnantiaque inualidetur? Anvè consensum à Patrono beneficij possessorem ad illius permutationem requisiisse sit satis; vel omnino*

omninò eius desideretur consensus? Quam latè examinant Couar. *practicar. quæst. c.36.n.9.* & Nicol. Garz. *de benefic. part.11.cap.3.n. 19. & seqq.*

446 Si tamen permutatio vtilis † Ecclesiæ sit, ea efficit vtilitas, vt consensu à Patrono requisito, licet non præstito, coùe denegato, repugnantéque Patrono, fieri permutatio possit, ab Episcopoque approbari, vt profitentur Petr. Rebuff. *in pract. benefic. tract. de permutatione, num.22.* Didac. Couar. *dict. num.9.* Nicol Garc. *dict. cap.3. num.23. & 18.* P. Leonard. Les. *de iust. & iur. lib.2. cap.34. num.198. vers. aduerte tamen.* Neque ad id, magnam

447 † Ecclesiæ vtilitatem *Rebuffus*, & ab eo allegati, nec *Lessius dictis locis* requirunt; etsi illam desiderent, repugnante patrono, ad permutationis huiusmodi firmitatem, *Couar. & Garc.*

448 Celebri itidem, scitæque regulæ *legis quoties, 15. C. de rei vindic.* quæ duobus † insolidum rem ementibus, eum præfert, cui res priùs tradita est, licèt posterior contraxerit. (quam probant, *l.50. & 51. titul.5. & l.14. tit.13. part.5.* exornantque, præter Ordinarios ibi, Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 2. de empt. & vendit. num. 20.* concordes allegans, plenéque materiā discutiens, Tom. Ferrat. *cautel.48. per tot.* Auil. *in cap.17. Prætor. verb. menestrales,* Anton. Gabr. *lib.3. commun. opinion. conclus. 2. de empt. & vendit. per tot. pag. mihi,* 207. Didac. Couar. *variar. resolut. lib.2. cap.19. per tot.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirmat. 1. part. cap.30.* Pileus, *quæstio. 22.* Guil. Bened. *in repet. cap.* Raynuntius, *verb. Et vxorem nomine Adelasiam, num.552. pag. mihi* 107.) Ecclesiæ fauor

449 † se opponit: secundò enim emptori cui res tradita est, Doctorum communis, & incussa resolutio Ecclesiam præfert, vt (ex Franc. Viu. *commun. opin. verb. Vendens, seu donans,* Soar. *lit. L. nu.154. & seq.* & aliis) notat Baltax. Thomas. *tract. 10. suorum tract. tit.10. de specialib. seu priuileg. piæ caus. cap. 147. num.* 230. tradúntque, cum multis aliis, Didac. Couar. *dict. cap.19. num.2.* Gomez. *dict. num.20. col.4. ad fin. vers. Nunc vero, &* Anton. Gabr. *dict. concl 2. limit. 1. num. 16.* Ex eo, quod in Ecclesiam absque traditione dominium transeat, vt iam *suprà, num.* 125. aduertimus, quo in casu priorem emptorem, secundo cui res tradita est præferendum, legalis ratio, ipsique dictitant.

Alia ex dictis in minorum, vniuersitatis, libertatis, militiæ, & Clericorum fauorem, supplere licet. Putabamque etiam alia posse suppleri, ex *Lelio de Zanchis*, quem *de priuilegiis Ecclesiæ* scripsisse allegationibus didisceram, ad manus namque meas nondum his iam scriptis peruenerat. Diligenti verò à me eius perquisitione facta, cum illum reperissem: non me vsque tunc latuisse pœnituit. Nihil enim commune, pleraque, quæ pertractat, cum Ecclesiæ priuilegiis, licet ea priuilegia nominet, habent. Censoris vices teneat alius nobis hæc dixisse sufficiat.

* * *

VTRVM CLERICI ET ECclesiasticæ personæ, quas Doctores nominant, Ecclesiæ nempè seruientes, in ea manumissi, illius Officiales, Rustici, aut Coloni, publicè pœnitentes, aut nouiter ad Catholicam fidem conuersi, miserabiles dicantur? Legis nostræ vnicæ priuilegio gaudeant? Quibúsque aliis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in pauperum, & miserabilium numero reponuntur. Contrà* numero 26. & seqq.

2 *Ecclesiæ seruientes, in ea manumissi, illius Officiales, Rustici, aut Coloni, publicè pœnitentes, & similes, an Ecclesiasticæ, ac miserabiles personæ sint? Forique* legis *nostræ* vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid. *priuilegio gaudeant?* & nu. 34. seqq.

3 *In criminalibus etiam fori hanc electionem personæ Ecclesiasticæ habent,* & numer. seqq.

4 *Iniuria Clerico facta, Ecclesiæ, ipsique Deo O. M. facta censetur. Intellige vt* numero 48.

5 *Persona dignior re est.*

Priuilegium rei Ecclesiasticæ concessum, personæ Ecclesiasticæ competit ibid.

7 *Propter immanitatem criminis, fori hæc electio datur.*

8 *Sacrilegium in Ecclesiæ ministros patratum, an cæteris grauius sit?*

9 *Sacrilegium in Ecclesiæ ministros commissum, capitali pœna, grauissimoque mortis genere punitur.*

10 *De sacrilegij pœnis* remissiuè.

11 *Ex seueritate pœnæ, delicti grauitas cognoscitur.*

12 *Sacrilegus Sacerdotis, vel ministri Ecclesiæ percussor, an læsæ maiestatis reus dicatur?* & n.48. & seqq.

13 *Principis ministerium, Senatoremvè, offendentem, an læsæ maiestatis reum leges decernant?* & num.49. & seq.

14 *Sacerdotes apud Ægiptios, Ministri, Consiliariique Principis existebant, pænes quos, summa post Principem residebat potestas, magnaque semper reuerentia habiti sunt.*

15 *Læsæ Maiestatis crimen in Principis tribunali discutitur.*

16 Lex Si quis in hoc genus, 10. C. de Episc. & Cleric. *nouè perpenditur discutitur, & explicatur.* Et num. 60. & seqq. vsque ad 82.

Vices regis gerentes, hodiernique Senatores, an in Rectorum prouinciarum loco successerint? ibi.

17 *Rector prouinciæ summam post Principem potestatem habet.*

18 *Et an eandem quam Princeps, habeat?* & num. seq.

Præses, Rectorque prouinciæ, idem sunt, vnusque pro alio sumitur, dict. nu.18.

19 *Sena*

19 *Senatus, Regias audientias, Præsidesque constituendi, quæ præcipue causæ fuerint.*
20 *Tota hodie Castellana ditio in duas tantummodo prouincias partitur. Olim an, & in quot prouincias partita fuerit.* n. seq.
21 *Prouincia non breui circumscribitur, sed longissimo spatio protenditur.*
22 *Magistratuum Romæ, an Præsides prouinciarum, vice, & officio fungerentur.*
In Magistratuum Romæ locum Senatores hodierni successisse videntur, ibid.
23 *Ab Episcopi sententia ad prouinciæ rectorem, vel Præsidem olim appellatio dabatur.*
Quid hodiè num. 82.
24 *Gallaeci pro Curiæ (vt dicunt) casu, an & aduersarios ad Vallosaletanam Cancellariam trahere valeant.*
Intellectus text. in l. 4. tit. 1. lib. 3. nouæ Reg. collect. *ibid. & num. seq. & num.* 85. & *seqq.*
25 *Ab equite armatæ militiæ, ad cœlestis militiæ equitem argumentum procedit.*
28 *Clerici fortunati, diuites, & potentes reputantur, & in eos tanquam in potentiores, alienationem, vel cessionem fieri, iura vetant.*
29 *Intellectus* cap. Sacerdos, 9. *in ordin.* 1. quæst. 2. & cap. Quod autem 5. *in ordin.* 23. quæst. 7.
30 *Paupertas, (vt naturalis in homine qualitas) præsumitur.*
31 *In clerico, beneficiato præsertim, non præsumitur. Qui diues potius, proque duobus victum habere censetur.*
32 *Ad sacros ordines promoueri pauper non debet, nec aliter quam ad beneficij, vel congrui saltem patrimonij titulum.*
33 *Beneficiatus non ideò pauper dicitur, quod integrum, & absolutum dominium in beneficij fructibus non habeat.*
36 *Causa colonorum rusticorum, vel ad tempus Ecclesiæ seruientium, ad forum Ecclesiasticum non pertinent.*
37 *Nec publicè pœnitentium.*
38 *Et an, & quando vt miserabiles, fori Ecclesiastici, vel principis secularis electionem habeant hi: aut conuersi de nouo ad fidem.*
39 *Statutum intrà statuentium terminos, in generaleque argumentum trahi nequit.*
40 *Limitata causa limitatum producit effectum, arctataque potentia causæ, arctari quoque effectus debet.*
41 *Fundamento destructo, inædificatum corruat, necesse est. Ex falsisque proueniunt falsa.*
Supposito, vel antecedenti falso consequens stare non potest. ibid.
42 *Vnusquisque in suo foro tam ciuili quam criminali causa conueniendus est.* & numer. seq.
43 *Casus quos Curiæ vocamus, à legibus regiis designati numerantur.* & n. 65.
44 *Formæ quidquam addi, vel detrahi nequit, neque in melius quidem, aut identitatis ratione.*
45 *Lex prohibitiuè loquens, formam incommutabilem inducit, etiam clausula, decretovè irritanti non adiecto. Quod si existat fortius urget.*
46 *In correctoriis, & exorbitantibus, nec similitudinis, vel identitatis, imò nec maioritate rationis, etiam quod summa æquitate nitatur, extensio admittitur.*
47 *Negatiua, dictioque* Tantum, *sunt malignæ naturæ, omnimodam, literæ adhæsionem desiderant, & aliter fieri posse negant, quamlibet extensionem, immutationem excludunt.*
48 *Sacrilegium in Clericum patratum, an & quando contrà Dei Religionem, vel contrà virtutem obseruantiæ esse dicatur.*
Iniuria illata Clerico, ex natura rei, iure, positiuo secluso, an sacrilegium sit? ibid.
Pro violenta in Clericum manuum iniectione, an & quando excommunicatio incurratur? ibid.
49 *Principis, aut Papæ legatus, Vicarius, Consiliarius, vel Senator pars corporis Principis dicitur.*
50 *Legatum, Vicarium, vel Consiliarium Principis priuato offendens odio, læsæ maiestatis crimen non incurrit.*
Intellectus text. in l. Quisquis, 5. C. ad leg. Iul. M. i. st. & in leg. 1. tit. 16. part. 2. *ibid.*
51 *Episcopum offendens, an læsæ maiestatis crimine, aut* capitis Felicis, de pœn libr. 6. *teneatur reum.*
53 *Intellectus textus in* cap. Si quis suadente, §. Qui autem, 17. quæstione 4. & *numer. seqq.*
54 *Pœnam capitalem Canonica sanctio non nouit neque illam, pro atrocissimis etiam criminibus, imponit.*
55 *Cùm de mortis pœna Canones mentionem faciunt, non de naturali temporalivè morte sed de spirituali intelligunt.*
56 *Si inter Canonicas sanctiones aliqua iuris ciuilis mortem naturalem imponens inserta à* Gratiano *reperiatur: non ideò Canonici iuris dispositionem inducit.*
57 Gratiani *lapsus notatur.* & n. 59.
58 *Non plus est in referente, quam in relato, nec referenti creditur, si de relato non constat.*
60 *Sacrilegij pœna non semper eadem.*
Sacrilegi loco est, diuinæ, vel humanæ legis transgressor. ibid.
61 *Clerici percussor qualiter puniatur.*
Intellectus legis Si quis in hoc genus, & in auth. Sed nouo iure, C. de Episc. & Cleric. *ibid.*
63 *Læsæ Maiestatis reus capitali pœna plectitur.*
Deque huius delicti pœnis remiss.
64 *Pœna culpæ respondere debet.*
66 *Numeratio casuum alios excludit.*
67 *Ecclesiasticus pro iniuria sibi illata potest aduersarium laicum coram Ecclesiæ illius fori iudice conuenire.*
Limita & intellige, vt num. seq.
68 *Per verbalem iniuriam Clerico factam, sacrilegium non committitur.*
69 *Sacrilegij criminis cognitio, mixti est fori.*
70 *In mixti fori criminibus, etiam inter laicos, Iudex Ecclesiasticus est competens,*
72 *Præsidum, rectorumque prouinciarum incumbit muneri prouincias, ditionesque suas vitiis purgare, & delinquentes punire.*
73 *Præsidum, vel Rectorum prouinciarum locum, an hodierni Prætores, vel corre-* ctoru

ctores teneant? & an Ciuitas, loco Prouinciæ sit?
74 Prouinciarum Præsides an, & in quibus exilioris potestatis extiterint, quàm hodierni extant Prætores?
75 Præsidum potestas à Iustiano adaucta.
regalium Audientiarum, vel Senatus Præses, & Auditores, in Quæstoris, Præfectorumque sacri Palatij locum successisse videntur. ibi.
Appellatio olim à Præsidibus ad Præfectorium, Quæstorisque sacri Palatij iudicium deferebatur. ibi.
76 A Senatu, sacrovè Auditorio appellari nequit.
Senatus, principis induit personam ibi.
77 A Senatus sententia supplicatio, quemadmodum ab inferiorum Magistratuum appellatio proponitur.
78 Castellæ Magistratus, siue Prætoriis Præfecti, non omnes Senatoria dignitate donati sunt, vt Hispalenses, & Gallæci, quibus Regij diplomatis vsus concessus non est.
79 Appellare, vel supplicare, an & quando à Præfectis prætorio Gallæciæ liceat?
80 Senatoria potestas toti Senatui, non singulis datur.
81 A Proregis sententia, ad Senatum appellatur, non ad ipsum suplicatio interponitur; proque Delegato habetur.
82 Intellectus text. in auth. de sanctiss. Episc. §. Si quis contra, coll. 9.
83 A Iudicibus ordinariis, ad alios quandoque ordinarios Regiæ leges appellationem concedunt.
84 Interpretatio text in l. 4. tit. 1. lib. 3. nouæ Reg. collect. & num. seqq.
85 Qualitatis à lege requisitæ, vt eius dispositio locum habeat, pobari existentia debet.
87 Simpliciter nobiles, vulgo Hijos dalgo, à qualificatis nobilibus, excellentioribus nempè, & illustrioribus distinguntur.
88 Olim non modò pro illustris viri nece Principem in prima cognitione; inferiore iudice derelicto, adire non dabatur. sed pro sui ipsius filij veneno interfecti, sic prosequenda, & inuestiganda concedere; suprà leges diuus Augustus reputauit.
90 Sacrilegium tanto damnabilius est quanto sanctior persona, in quam committitur.
91 Percussor Episcopi, diuersis, quàm simplicis Clerici percussor pœnis afficitur.
92 Crescente delicto, pœna quoque crescere debet.
93 Cardinalis seuerioribus pœnis, quàm Episcopi punitur percussor.
94 Pro vulnere Religioso inflicto, an Monasterium adire in prima causæ cognitione Principem valeat?
95 Qua moderatione, quo animo, & mente criminales causas Ecclesiastici agitare aut prosequi debeant? remissiuè.
96 Clerici laicis præferuntur, si cum eis aliquo in negotio, vel actu concurrant.
98 Clericorum testimonium, laicorum præualet; tantumque quatuor Clericorum, quantum sex laicorum valet, & tabellionum vicem vbi non adsunt, supplent.
98 Militum priuilegiis, in casibus vtrisque aptabilibus, Clerici gaudent.
99 Clerici litibus non vexandi, eorumque causæ celeriter sunt expediendæ.
100 Efficiuntur per clericatum nobiles.
101 Palinodiam non cantant.
102 Pro causa ciuili in carceribus non detinentur. Ampliatur n. 104.
103 Neque inopia laborantes, bonorum cessionem facere astringuntur, etiamsi minorum Ordinum sint, si Altari, vel Ecclesiæ deseruiant.
105 Pro represaliis non detinentur.
106 Neque obsides dari possunt.
107 Neque ob quamlibet necessitatem a parentibus vendi, aut pignorari: cùm alij possint.
108 Iuramentum calũniæ præstare non tenentur: cùm debeant alij.
109 Differentia, & natura iuramenti malitiæ, calumniæ, & veritatis. remissiuè.
110 Ob crimen læsæ Maiestatis à parente commissum, non in persona, aut bonis Clerici, quemadmodum cæteri filij puniuntur.
111 Pœna sanguinis non plectuntur.
112 Per procuratorem defendi possunt, etiam in delicto, pro quo sanguinis pœna statuta est: cùm alii nequeant. & nu. seq.
114 Filius ingratitudinis causam committens, exhæredari à patre potest.
115 Clericus, vel Monacus effectus ex designatis, non vtrique.
116 Per clericatum, aut Religionis ingressum, illegitimi legitimantur, parentibus succedunt, & omnem maculam Clericatus, aut Religionis ingressus abstergit.
117 Cæteri illegitimi à successione paterna arcentur.
118 Donatio à patre filio Clerico facta, non retractatur.
Per Clericatum, aut Presbyterium patria potestas non dissoluitur. ibid.
119 Aliis in parentum existentibus potestate, inualidè ab eisdem donatio fit.
120 In causa pecuniaria fideiussorem iudicio sisti, vel iudicatum solui, non præstant Clerici, sed simplicem, cum bonorum suorum hypotheca, cautionem.
Alij contra num. seq.
122 Fideiussor iudicio sisti, eius qui Clericus est effectus, fideiussione liberatur.
123 Filius Clericus, absque patris auctoritate, in iudicio comparere potest.
Alij nequeunt, & num. seq.
125 Cum duobus testibus in præsentia Parochi testantur Clerici.
116 Maxima in aliis solemnitas desideratur.
127 An à seruitute Clericatus liberet? Libertumque à libertorum operis?
128 A seculari iurisdictione exempti sunt Clerici. De materiaque remis.
129 Statutis laicorum non ligantur.
130 Litis consortibus ad iudicem Ecclesiasticum aditum præstant Clerici, si indiuidua causa sit, tam in criminali, quàm ciuili.
131 An & à quibus muneribus Clerici, ipsisque seruientes sint immunes? remis.
132 Minorum Ordinum Clerici (forma sancti Concilij Tridentin. session. 2. c. 6. de reformation. seruata) omnibus priuilegiis, quibus Sacrorum. Ordinum, gaudent.

QVÆST

QVÆSTIO IX.

QVÆSTIONEM hac à præcedenti solutionem capere: primò, qui illam viderit, iudicabit aspectu; Diuersa tamen, & in ciuili, & in criminali vtriusque ratio adest, quæ præcipuam desiderat quæstionem; & separatam esse congruit, ne & præcedenti plus oneris, longitudine addideremus; & ne huius pariter insertio obscuriorem illius redderet decisionem.

1 Partem igitur affirmatiuam † in clericis, ciuili in causa, suadent textus; *in cap. Sacerdos*, 9. in ordine, 1. *quæst*. 2. *& in cap. quod autem*, 3. in ordine, 23. *quæst*. 7. qui in pauperum numero Clericos reponunt: eosque per eadem iura miseros, & pauperes profitetur Carol. *de Graſ. de effect. Cleric. in prælud. num*. 422. *&* 424.

2 Nec Clericos modo, sed alias quoque personas, quas Ecclesiasticas † Doctores nominant (Ecclesiæ veluti seruientes, in ea manumissos, illius officiales, rusticos, aut colonos, publicè pœnitentes, & similes) miseras dicunt, eisque (vt Ecclesiasticis) *legis nostræ vnica, Cod. quando Imperator inter pupill. & vid.* forique priuilegium competere aiunt *Speculator in titul. de instrum. edit. §. Nunc vero aliqua, num*. 61. Innocent. *in cap. significantibus, num*. 1. *& seqq. de offic. & potest. iudic. deleg. & ibid.* Imol. *numer*. 19. *vsque ad* 23. Butr. *numer*. 22. Syluest. *in summ. verb. Miserabiles personæ*, Francisc. Carrasc. *de casib. Cur. numer*. 58. Fundamento nixi textus *in cap. Eos*, 6. *vers. In Ecclesia quoque manumissos*, 87. *dist. in cap. Ecclesiarum*, 69. *in ordine*, 12. *quæst*. 2. *in cap. Aliud*, 34. *in ordine*, 11. *quæst*. 1.

3 In criminalibus † pariter, Ecclesiasticas personas fori electionem habere, proque sibi iniuria illata reum laicum ad principis tribunal in causæ congressu deferre posse firmarunt Vinius *decis*. 27. *numero* 3. *lib*. 1. Vincent. de Franc. *decis*. 597. ita sæpè iudicatum referens, Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Ecclesiast. tricen*. 22. *quæst*. 634. *num*. 5. Ioan. Mar. Nouar. *in praxi elect. & variation. fori quæstion*. 31. *numer*. 2. *sect*. 1. Ioann. Vincent. *de Anna. Allegation*. 146. *per tot. lib*. 1. *& ibid.* eius additionator *Fab. de Ann.* Tribus moti rationibus, præcipua verò textus *in cap*. 2. *ad fin. de foro compet. & in cap. Accusatio*, 15. *§. Vnde & Dominus*, 2. *quæst*. 7.

4 Probantium, † iniuriam (de Clericis namque in specie loquuntur) Ecclesiæ factam censeri. Quam Alexandri Papæ auctoritas, *epistol*. 1. relata, *in cap. Nulli, in fin*. 3. *quæst*. 1. fortiorem reddit. *Dominum* (inquiens) *crucifigunt, qui enim in Sacerdotibus suis persequuntur*. Pelagij, *Benigno Archiepiscopo epist*. 2. translata *in cap. Omnis, qui gemebat*, 36. in ordine, 7. *quæst*. 1. dicentis, *Qui enim prosequuntur Domini Episcopos, eosque de ciuitatibus ad ciuitates transire compellunt; non eos tantum persequuntur, quam Dominum nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur*, & Anacleti, *ad Episcopos Italiæ, epist*. 2. contenta *in cap. in nouo* 21. *dist.* similia recitantis verba. Nec longè *Statius* abest, *in epist. dedicator. ad Basсant.* dum ait: *Nam qui bona fide Deos colit; amat & Sacerdotes*.

Præterea *si pro Ecclesiæ bonis* (huius partis sequaces dicunt) *illud competit priuilegium: fortius pro Ecclesiastica persona competet, cum persona † dignior res sit, l. iustissimè, D de ædilit. edict.* 5 *priuilegiumque pro rebus Ecclesiasticis competens personæ etiam Ecclesiasticæ concedatur, cap. Ecclesiarum seruos*, 12. *quæst*. 2. *cap. fin. de vit. & hon. est. clericor.* Et hoc secundum illorum argumentum.

Tertium ab specialibus constitutionibus formant. Quibus generalis quoque Imperatorum *Arcadij*, & *Honorij* auxiliatur sanctio, † *in l. Si quis hoc genus*, 10. *C. de Episc. & Cleric.* sic statuentium: *Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit, vt in Ecclesias Catholicas irruens, Sacerdotibus, & ministris, vel ipsi cultui, locoque aliquid importet iniuriæ: quod geritur, à prouinciæ rectoribus animaduertatur. Atque ita prouinciæ moderator, Sacerdotum, & Catholicæ Ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius & diuini cultus iniuriam capitali in conuictos, seu confessos reos sententia nouerit vindicandum. Nec expectet vt Episcopus iniuriæ propriæ vltionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile factas atroces Sacerdotibus, aut ministris iniurias, veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis vltionem mereri.* 6

Si enim propter immanitatem criminis † huiusmodi fauori, forique priuilegio locum iura quoque regia fecerunt, *in l*. 5. *tit*. 3. *part*. 3. aliaque i.m suis perpensa locis; & in hac pariter inferius perpendenda quæstione: quod immanius, quam in Ecclesiæ ministros commissum, omni detestabile iure, seuerissiméque punitum. Et si namque g aue facinus sacrilegium sit: longè grauius cæteris, † quod in Sacerdotes, Ecclesiæque ministros patratum Iustiniani Imperatoris authoritate, D. Thomæ, 2. 2. *quæst*. 99. *n*. 3. *in respons.* & Ioan. *de* Turrecrem. *in cap*. 3. 17. *q*. 7. docet Tiberius Decian *tractat. criminal. libro sexto, capite* 16. *numero primo*, *& capite* 33. *numero* 1. *&* 3. 7 8

Sacrilegos autem non modo capitali pœna † *Imperatores feriunt, in d. l. Si quis in hoc genus*: sed mortis grauissimo genere punitos refert, Vlpianus, *in l. Sacrilegij*, 6. *D. ad leg. Iul. pecul. Scio* (inquit) *multos etiam ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos etiam viuos exussisse, alios vero in furcas suspendisse.* deque huius criminis pœnis † præter assignatas *in cap. Presbyterorum, cap. qui Presbyterum*, cum quatuor sequentibus, 17. *q*. 4. *in cap. Quisquis per dolum*, 22. in ordin. 24. *quæstion*. 5. *in cap. peruenit*, 1. in ordine 13. *de appellationibus. In cap. in quibusdam*, 12. *§. Sacris, de pœn. & auct. Sed nouo iure, C. de Episc. & Cleric.*) videre licet Follerium *in pract. crimin. cap*. 17. *num*. 1. *& seqq.* Iodochum, *in pract. crim. cap*. 111. *rubr. de sacrileg. n*. 11. *& seqq.* Petrum Gregor. *syntagmat. iur. lib*. 33. *cap*. 15. *rubr. de pœnis veri sacrileg num*. 4. *& seqq. & capit*. 16. Tiber. Decian. *tract. crimin. dict. lib*. 6. *cap*. 31. *per tot. cap*. 32. & latiùs *cap*. 34. Prosp. Farin. *de furt. quæst*. 172. *nu*. 1. Iacob. Menoch. *de arbitr. lib*. 2. *cent*. 4. *casu* 388. *n*. 6. 11. *&* 16 & Leonardum Læs. *de iustit. & iure, lib*. 2. *cap*. 45. *dub*. 4. *num*. 21. qui apud Ethnicos in sacrilegos pœnas recenset. 9 10

Ex quarum seueritate, delicti quoque grauitas cognoscitur, iuxta tradita à nobis *in Axiomatib. littera A. numero* 572. & considerat in specie Carol. de Graſ. *de effectib. clericat. effect*. 1. *n* 593. *& seq.* Inter quas, ab Vlpiano, *in d. l. Sacrilegij*, relatæ, maiestatis læsæ † crimini correspondent 11 12

Sacrilegus enim Sacerdotis Ministrivè Ecclesiæ percussor, læsæ Maiestatis reus iudicatur ab *Innocentio II.* in *cap. Si quis suadente, 29. §. Qui autem, 17.q.4. Qui autem* (inquit, *de Ecclesia vi aliquem exemerit, vel in ipsa Ecclesia, vel loco, vel cultus Sacerdotibus, & Ministris aliquid iniuria importauerit? adinstar publici criminis & læsa Maiestatis accusabitur.* Profitenturque Petr.Gregor. *syntagm.Iuris,lib.33.d.cap. 15.rubr. de pæn. n.1.* relatus à Farinac.*d.q. 172. n.1.* Carol. *de Grasl.d. effect. 1.n. 593.* mendosè *Gigante* adducto Tiber.Decian.*d lib.6.cap.32. n. 2.* Idque Iure optimo, cum Altissimi sint ministri, eius (vt diximus) typum vicemque gerentes. Principisque ministrum, Senatoremvè offen-
13 dentem,† leges Maiestatis læsæ reum decernant, *l. Quisquis, 5.in princ.C.ad leg.Iul.Maiest.*& *l. 1.tit.16.part.2.* Apud multasque & benè institutas nationes) Ægyptios præcipuè) Sacerdo-
14 tes, Principis Ministros,† & Consiliarios constituunt.Penes quos, summam post principem imperij potestatem existere; Regiaque vectigalia, tripartita, primam.Sacerdotibus;aliam,Principibus; tertiam, militibus, bellisque deseruire, Diod.Sic.prodit, *rerum antiquar. lib. 2. cap. 3. Ægyptij*,inquit, *vectigalibus trifariam partitis;priorem portionem percipit Collegium Sacerdotum, magna apud incolas auctoritate.* Paucisque interiectis: *Adsunt enim grauibus in rebus hi semper consilio, atque ope Regibus.* Et ibi: *Hi omnes immunes sunt secundumque post Reges honoris, dignitatisque locum tenent.* Qua etiam de re celebris est *lex 50. tit.6.part.1.*

15 Læsæ autem Maiestatis reum † Principis tribunal in prima causæ cognitione, eiusque congressu, subterfugere non posse, ex *d.l. 5. tit.3. p.3* apparet, & consequenter, nec Sacerdotes, quemadmodum, nec Regum Ministros offendentes; imò & à fortiori.

16 Idque ipsum † decernere *Arcadium, & Honorium* Imperatores voluisse videntur, dum in *dict.l.Si quis in hoc genus* prouinciæ Rectores huius delicti vindices constituunt; in quorum hodiè locum vices Regum gerentes, Senatoresque successisse quoque videntur Cum & prouin-
17 ciarum Rectores †,summam post Principem(cuius immediatè personam gerunt) potestatem in prouinciis habeant,Vlpiano in *l. Præses prouinciæ,4.D.de offic.Præsid.* dicente: *Præses prouincia maius Imperium in ea prouincia habet, omnibus post Principem.*Imò & eandem cum Prin-
18 cipe Præsidem, Rectoremvè prouinciæ (idem enim sunt, † vnusque pro alio indistinctè sumitur, vt id obiter admoneamus, ex *l. 1.& 2.C.de offic. Rector.prouinc.* ne cætera passim occurrentia prosequamur) potestatem habere, non separatam (quemadmodum, & antiqui habebant Magistratus Romani, hodiernivè Senatores habent:) frequens *Claudij* vox, Senatusconsulto probata Augustique decreto) vt relator est *Cornel.Tacit.annal.lib.12*) apertè demonstrant. *Eodem anno*, inquit, *sæpius audita vox Principis:* Parem vim rerum habendam à Procuratoribus suis iudicaturum; ac si ipse statuisset. *Ac ne fortuitò prolapsus videretur, Senatus quoque Consulto cautum plenius quam ante; & vberius. Nam* Diuus Augustus *apud equestres,qui Ægypto* Præsidebant, *lege agi, decretaque eorum proinde haberi, ac si Magistratus Romani statuissent.Mox alias per prouincias, & in vrbe pleraque concessa sunt, qua olim à Pratoribus nesciebantur.*

Quæ namque olim Præsides constituendi, prouinciasque designandi, causa exitit: eadem postmodum Senatores, Regia tribunalia, ditionesque præscripsit.† Prouinciarum nempè dignitas, amplitudo, & subditorum vtilitas; ne longissimi sæpè itineris peregrinationem,vt Principem adirent, & corporis, & sumptuum rerumque familiarium detrimento, perferre cogerentur, sacri Auditorij mutuata Præsidibus potestate.Prouidente sic Iustiniano, *in nouell.const. 14. coll.4.tit.3.de Præside Pisidia, cap. 5. Sed ad ipsum deferatur in sua prouincia interposita appellatio, & ipse de ea cognoscat in habitu sacri Auditorij (cohonestamus etenim Magistratum hoc etiam) & perfectam illi formam imponat, non remittendam ad hanc almam vrbem; ne fortè paruis de causis magnas bonorum suorum perturbationes, & damna litigantes sustineant.* 19
Ex eoque totam hodiè Castellanam ditionem † in duas partitam prouincias, duobus Præsidibus subiectas, Vallisoletano, & Granatensi. dispositione *legis 1.tit.5.lib.2.noua Reg. collect.* constat, aduertitque *Parlador. sesquicent. quotidianar.differen. different.101.num.6.* Prouinciam enim non breui spatio † circumscribi, sed differri longissimo, multòque latiori, quam tota hodiè protendatur Castella. Quippe quæ antea latissima Regna extabant; à Romano Imperio subacta, in Prouincias mutata sint, vniuersumque non Castellæ tantum;sed Hispaniæ Regnum, Prouinciam vnam effecerint, vt apud *Vlpianum* videre est, in *l. Relegatorum, 7. §. Interdicere, versic. Sed Imperator noster, D. de interdictis, & releg.* aliaque sic pariter nominarint,Africam, Macedoniam, Bithyniam, Cretam, Galliam, & cætera, vt tradit (plurima in confirmationem ex *lib.7. Pauli Man.de legib. Roman.*adducens) *Ambros.Calepin. verb. Prouincia,* & ostendit Martianus *in l. 3. D. de offic. Assessor.* & Ouid. *Fastor. lib.1.*dum ait: 20 21

Redditaque est omnis populo Prouincia nostro.

Tametsi non semper idem indistribuenda Hispania à Romanis seruatus modus Namque Vespasiani temporibus in tres Prouincias diuisa, Bœthicam, Lusitaniam, & Tarraconensem. Trajani tempestate in sex Prouincias tributa, Bœthicam, Lusitanicam, Carthaginensem, Tarraconensem, Calæciam, atque Mauritaniam, Tingitanam,vt tradit P. Ioan.Marian. *de reb. Hispan. l.4.cap.4.& 5.*

Easque prouincias Præsidibus committebant regendas, veluti (præter iura relata) Iustinianus prodit,*d.nouell.24. coll.& tit.cap.1.*Qui omnium Magistratuum Romæ † (in quorum hodiè locum Senatores successisse videntur) vice, 22
& officio fungebantur, vt Proculius, *in l. Sed licet, 12.D. de offic. Præsid.* ait: *Sed licet is qui prouinciæ præest, omnium Romæ Magistratuum vice, & officio fungi debeat, &c.* & vt in *l. Ex omnibus 10.D.eod.tit.*Hermogenianus *Ex omnibus causis de quibus, vel præfectus vrbis, vel Præfectus Prætorio, itemque Consules, & Prætores, cæterique Romæ cognoscunt:Correctorum, & Præsidum prouinciarum est notio. Omnia enim* (vt Martinianus quoque in l. Omnia, 11 D. eod. ipso titul.) *prouincialia desideria*

quæ Romæ varios iudices habebant; ad officium Præsidum pertinent.

23 Eáque Præsidis, aut Rectoris prouinciæ maiestas; vt in causis ciuilibus, ab Episcopi † sententia, ad eum appellatio daretur: quam si confirmasset; vlterior denegabatur appellatio, statuente sic Iustiniano *in auth. de sanctiss. Episc. §. si quis contra, coll. 9.* & notat Azo. *in summ. C. de Episc. & Cleric. numero* 13.

Pro sacrilegio ergo in Clericos commisso, vindicibus nominatim prouinciæ Præsidibus constitutis: Regios Senatores (quos in prouinciarum Præsidum locum successisse probant superiora) constitutos videri; ad eosque ordinariis iudicibus prætermissis, pro iniuria illa vindicanda, iuxta legales sanctiones, recurrere læsum posse; asserendum videtur.

24 Validum præterea opinioni huic robur accedat, ex *l. 4. titul. 1. lib. 3. noua Reg. collect.* statuente: † *Si alguno quisiere emplacar a algun Concejo, o vezino del, por algun caso de Corte; que lo pueda emplaçar ante los dichos Gouernador, y Alcaldes mayores, y no ante los nuestros Presidente, y Oydores de la Audiencia de Valladolid, ni ante los nuestros Alcaldes del Crimen. Saluo si el caso fuere de grande importancia, assi como sobre bienes de mayorazgo, o sobre vassallos, o fortaleza, sobre muerte, o feridas de Cauallero principal, o sobre otros semejantes casos Cà entonces, sea en eleccion del actor, o accusador, intentar, o proseguir la causa ante los dichos nuestros Gouernadores, y Alcaldes mayores en la dicha nuestra Audiencia, Corte, o Chancilleria.* Quæ cum pro morte, aut vulnere equiti inflicto, similivè casu, primum iudicem senatum concedat: pro reali iniuria Clerico, Ecclesiæquè ministro illata, idem ius statuisse videtur. Siquidem ab æquitate armatæ militiæ,
25 † ad cœlestis militiæ equitem (id est Clericum) argumentum valere; frequens confirmet assertio, quam & comprobamus in *Axiomatib. nostris, lit. A. num.* 481.

26 Sed licet pia, & iuridica præcedens videatur opinio: veriorem tamen, † ac tenendam, in ciuili, & criminali causa contrariam iudico. Namque vel miseræ conditionis ratio ad hoc fori priuilegium, vel criminis immanitas aditum præbeat necesse est, ex *dict. leg nostra vnic. Regnisque iam citatis.* Ecclesiasticum verò statum miseram conditionem inducere, dicet nemo: quodlibet crimen, etiam reale, in personas Ecclesiasticas commissum, huic remedio locum facere: Iura crimina designantia, pro quibus ad Principem in causæ congressu licet conuolare; firmare non patiuntur. Clarius ostendamus vtrumque, aduersaque propulsemus oportet.

27 Miserabilium numero Eccles. † regulariter, de iureq; non cōtineri, neque vt miserabilē fori hoc priuilegio vti: satis *praced quæst.* dicta probant. Quare, neque Ecclesiast. personā quod Ecclestica sit (inde enim Ecclesiasticas personas fauorem hunc contrariæ partis assertores deducunt) eo gaudere, in necessariam consequentiam venit. Ita sustinent (in fortioribus etiam Neapolitani regni constitutionis terminis, ad *legis nostræ vnica* beneficium Ecclesiam cum miserabilibus admittentis; eaque existente, Ecclesiasticam personam pro suis, Ecclesiævè rebus agentem, ad regiam Curiam aduersarium in prima causæ discutione trahere non posse) profitenturque Matthæ. de Afflict. *decision.* 257. *numero* 2. *& in const. Regn. Statuimus*, 2. *numero* 13. *versic. Data*, *Niger. in cap.* Regn. *Quoad decretum*, *numero* 10. Marcel. Cal. *de modo articul. glos.* 1. *n.* 88. Vincent. *de Ann. alleg.* 147. prout eos refert, eorum sententiam probans, Ioan. Mar. Nouar. *in praxi elect. & variation. fori, tect.* 3 *quæstion.* 2. *per tot.* & *quæst.* 11. *numero* 5. Marc. Anton. Genuensis *in practicabil. Ecclesiast. tricenar.* 22. *quæstion.* 634. & diximus iam *de priuilegiis pauper.* 1. *part. qu.* 52. *à numero* 24. *cum seqq.*

Tantum enim à pauperie, miserave conditione Clerici absunt: (de illis enim præcitati loquuntur) vt potius fortunati, † potentes, ac diuites reputentur, & in eos, tanquam in potentiores alienationem, vel cessionem fieri iura vetent; factamque, veluti fraudulentam, infectam reddant. Obseruant sic Bart. *in l.* 1. *in fin. D. de alien. iudic. mut. caus. fact.* Bald. *in l. Stipendia, numero* 3 *C. de procurator.* Turrect. *in capit. Sancta*, 2. *quæstion.* 7. *numero secundo* Anchar. *in cap.* 2. *n.* 4. *de alienat. iudic. mut. caus. fact.* vbi est textus, Hieronym. Gig. *de pension. quæstion.* 22. *numero* 13. Iul. Clar. *sententiar. lib.* 4. *in* §. *Emphyteusis*, *quæstion.* 22. *ad fin. versic. Personæ autem potentiores*, *Ildefons.* Montalu. *in l.* 7. *titul.* 31. *part.* 2. *glos. vnic. colum.* 3. *per tot.* Roland. à Vall. *cons.* 38. *à nu.* 27. *ad fin. lib.* 2. Marc. Anton. Natt. *cons.* 474. *numero quadragesimo nono volum.* 2. *& consil.* 350. *numero vndecimo libro tertio.* Marcabr. *cons.* 82. *numero* 88. Vincent Carot. *de excus.* 2. *part. quæstio.* 39. *numero* 1. *&* 2 quorum plerosque refert Carol de Gras. *de effect. clericat. effectu* 34 *numer.* 1. Ioseph. Mascard. *de probation. conclus.* 558. *nu.* 19. *&* 20. Bellet. *disquisit. Cleric. part.* 1. *tit. de disciplina Clericali*, *paragrapho duodecimo numero* 24. 28

Quæ & satis tutam opinionem hanc præstant; & argumentis contrariis) quo ad hanc primam partem) responsum parant. Neque enim *text. in dict. cap. Sacerdos*, † & *in cap. Quod autem*, in contrarium, *numero* 1. adducti, *Caroli de Grassis* sententiam, aut illationem probant. *Textus* namque in *dict cap. Sacerdos* de eo solum Clerico, qui vel Ecclesiæ sua dicauit, vel pauperibus distribuit, voluntariè paupere effecto, loquitur: Textus verò *in dict. cap. Quod autem*, pauperem Clericum esse debere ait, bonorum Ecclesiæ dispensatorem, non dominum, pauperumque compauperem. Itaque, si Ecclesiasticarum personarum obligationem respiciamus; pauperum compauperes (vt textus inquit) esse debere, fatebimur: si veritatem; diuites, ac potentes, vt iam relatæ anthoritates monstrant, & deplorat. *Hieronym.* epist. ad Nepotianum *Nonnulli enim* (inquit) *sunt ditiores monachi, quam fuerant sæculares; & Clerici, qui possideant opes, sub Christo paupere, quos sub locuplete, & fallace diabolo non habuerant, vt suspiret eos Ecclesia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos.* Eáque pro Clericorum diuitiis præsumptio; vt naturalem paupertatis præsumptionem vincat. Etsi enim paupertas, vt naturalis † in homine qualitas, præsumatur (quemadmodum *de priuileg pauper.* 1. *part. quæst* 5. *numero vigesimo-secundo.* ostendimus) non tamen in Clerico, † præsertim beneficiato, quem diuitem præsumi, proque duobus habere victum, tenet Seisel. *in leg. si constante*, *numero trigesimo Digestis solut. matrim. & in leg. Decem, numero decimotertio, D. de verb. oblig. ex cap. Quisquis*, 3. *de vit. & honest. Cleric. or.* quem refert, sequiturque 29 30 31

Vincent.Catot. *de excus. honor. p. 2. quæst. 35. num.* 11.

32 Neque id in præsumptione, sed in veritate, certitudineque fundamentum habet. Cùm si non diues sit; pauper tamen † Clericus esse non possit, (de maioribus ordinibus initiato loquor) quippe qui ad eos, non nisi, vel ad congrui beneficij, vel patrimonij saltem titulum promoueri debeat, aut iure possit, iuxta dicta à *nobis*, *dict. tract.* 1. *part. quæst.* 9. *num* 11. *&* 13. Neque quod integrum, & absolutum in beneficij fructibus

33 † dominium habere non dicatur; pauper censetur:

Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus. vt *lib.* 1. *epistol epist. ad Liuium* Horatius ait, & probauimus latius *eod. tract. q.* 4. *§.* 1. *per tot.* præcipuè *n.* 91. *& seqq.*

Quibus in vere Ecclesiasticis sic constitutis; in

34 aliis impropriè, † abusiuéque Ecclesiasticis appellatis, quos *num.* 2. retulimus, minor, nulla imò dubitatio eo ex capite superest. Cùm ad illorum similitudinem, hi fori priuilegium obtinere contendant, quod illis denegatum extare ostendimus.

Nec contrariæ quidem partis assertores, hos inter Ecclesiasticos numerarunt, tam vt *legis nostræ vnicæ* priuilegium, Principisque forum

35 commodent; † quam vt Ecclesiasticum illiusque electionem (aliquo veluti modo Ecclesiasticis) competere dicant. Quod ad legis nostræ casum argumentum nullatenus trahendum est. Cùm Ecclesiasticos, ea solum ratione, *quod Ecclesiastici sint*, non tangat. Præterquam quod non aliorum causas, quam in Ecclesia manumissorum, ei commendatorum, eius, vel clericorum seruorum ad Ecclesiasticum forum pertinere, *d. num.* 2 Iura relata continent. Quare,

36 neque ad forum Ecclesiasticum Colonorum, † Rusticorum, vel ad tempus Ecclesiæ seruientium causas pertinere, asseruerunt Glossa *in cap. indicatum*, 59. *dist.* Anton. *de Burr. in cap.* 2. *de foro compet. num.* 14. Abb. *num.* 5. Aret. *notab.* 2. Felin. *num.* 2. *&* 3. Anton. *de Nigr. in repet. extrauag. vnic. de vit. & honest. Clericor. num.* 19. Thom. Grammat. *decis.* 101. *num.* 14. Anton Capit. *decis.* 12. *num.* 2. Antonin. Thesaur. *decis. Pedem.* 22. *num.* 1. *&* 4. *vers. Verum retenta, & num. seq.* Marc. Anton. Natt. *cons.* 576. *num.* 3. *& seq.* Iul. Clar. *recept. sentent. § fin. quæst.* 35. *ver. Quæro nunquid familiares.* Tiber. Decian. *tract. criminal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 59 Carol. *de Graf. de effectib. clericat. effect.* 1. *num.* 49. *vers. Aut famulus, & num.* 150. *&* 210. Iacob. Menoch. *de arbitrar. centur.* 6. *casu* 512. *n.* 4. *& seq.* Prosp. Farin *praxis crimin. quæst.* 8. *num.* 46. Petr Surd. *cons.* 301. *n.* 69. *&* 72. Sigismund. Scace. *de iudic. p.* 1. *c.* 11. *n.* 22. Fuln. Pacian. *de probationib. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 123.

37 Sic nec publicè pœnitentium causas † de foro Ecclesiastico esse (aduersus *Hostiensem, Speculatorem, Butrium*, & *Barbatiam*) firmant (cum Innocentio, Abbate, Aret. *in dict. cap.* 2. *de foro compet.* & Marian. Socin. *in cap.* 1. *eod. tit. num.* 13. *vers. Decima declaratio*) eruditissimi Didac. Couar. *practicar. quæst. cap.* 34. *num.* 3. *vers. Sic &* Innocent. & Iacob. Simanc. *de Catholic. institution. cap.* 46. *n.* 17. 18. *&* 19. Secundum meam vetustiorem impressionem. Contrariam opinionem, falsissimam, à ratione, & veritate alienam, nulloque iure probari, dicentes, *textui in d. cap. aliud*, 11. *quæst.* 1. (qui aduersantibus fundamentum præbuit) respondentes. Vtriusque opinionis auctores (non ab hac deuius) refert Nouarius *in praxi election. & variation. for. sect.* 1. *quæst.* 44. *per tot.*

Sed si superiores isti, vt Ecclesiasticæ personæ, Ecclesiasticum, vel Principis forum in prima causæ discussione non obtineant: si vi, † poten- 38
tia, vel iniuria opprimantur, vt miserabiles obtinebunt, Tuncque ad Ecclesiasticum forum habere regressum, interque miserabiles reponi, non aliter, *Innocentius* firmat, cuius probat sententiam *Couar. d. cap.* 34. *n.* 3. *vers. Et Innocent.* Idque præcipuè in conuersis de nouo ad nostram Catholicam fidem, qui nulla alia ratione, nisi quod iniuriis, contumeliisque afficiantur, opprimanturvè miserabilium numero à Doctoribus reponi debent, nec possunt, quos *in proœmio, num.* 4. retulimus, refertque iuris fulgentissimum luminare D. Ioan à Solorzano *de Indiarum iure, lib* 4. *cap.* 7. *num.* 50. id ipsum à *num.* 46. non obscurè indicans. Tametsi regulare id in quolibet dixerimus *de priuileg. pauper. q.* 51. *n.* 12. *&* 29. quoad Ecclesiasticum forum; quoad Principis verò, etiam *hoc tractatu, quæstione precedenti, n.* 18. notamus.

Quare, si aut misera conditio, aut immanitas criminis, à lege designati, priuilegio huic locum non faciat: ad illud, siuè laicis, siuè Clericis, vt diximus, aditus non patebit. Neque in contrarium relatæ authoritates, & fundamenta obstant. Nam qui affirmatiuam partem tuentur, iam citati, triplici fundamento nituntur. Quorum duo, sine oppugnatore euersionem, ruinamque patiuntur.

Alterum enim ex specialibus constitutionibus sumunt; quod extra statuentium terminos, † in 39
generaleque argumentum trahi nequit, ex *Pauli* responso in *l fin. D. de iurisd. omn. iudic.* Imperatorumque Archadij, & Honorij *in l. Dudum virum*, 53. *C. de Decur. lib.* 10. cum statuti potentia propriis terminis concludatur, nec vltra, eius protendatur effectus, sed limitatum producat,
† causa veluti limitata, iuxta vulgare axioma, 40
de quo *in nostris, lit. C. n.* 48. Cuius arctata potentiæ causa, effectum quoque arctari, *in l. Pupillo*, 27. *D. de tutor. & curatorib. datis ab his*, sic docuit Hermogenianus: *Pupillo, qui tam Romæ, quàm in prouincia facultates habet, rerum, quæ sunt Romæ, Prætor; prouincialium, Præses dare potest*. Papinianus in *l. iurisperitos*, 33 *§. cum oriundus, iuncta glossa, verb. Præsidis*, *D. de excus. tutor.* Vlpianus in *l. si arrogator*, 22. *D. de adoption.* & Paulus in *l. cum vnus*, 12. *§. is qui possidere. D. de bon. author. iudi. possid. is qui possidere iubetur* (ait) *eo loco iussus esse videtur, cuius cura ad iubentem pertinet.* Comprobatque id benè Alderanus Mascard. *de general. statut. interpret. conclus.* 6. *n.* 3. *& seqq.*

Alterum, ex incerto, pro certo deducunt. Supponunt enim, hoc Principis fori ad primam causæ cognitionem, priuilegium, pro rebus suis Ecclesiæ competere, à fortiori inde arguentes, pro Ecclesiasticis personis competiturum, cum rebus personæ digniores sint, vt *suprà, num.* 5. retulimus. Sed cum suppositum, † antecedens- 41
que firmum non sit (vt *quæst. præcedenti* probauimus) & consequens infirmetur, sequitur necessario, iuxta quod formauimus axioma in *nostris*, *lit. A. numero* 282. fundamentoque destructo,

inædificatum

inædificatum corruat, necessum est, vt vulgaria iura dictitant, & *Lucret. de rer. natur. libro* 4. canit:

> *Denique, vt in fabrica, si praua est regula la prima,*
> *Normaque si fallax rectis regionibus exit:*
> *Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum:*
> *Omnia mendosa fieri, atque obstipa necessum est.*
> *Praua, cubantia, prona, supina, atque absona tecta,*
> *Iam ruere, vt quadam videantur velle, ruantque,*
> *Prodita iudiciis fallacibus omnia primis:*
> *Sic etiam ratio tibi rerum praua necesse est,*
> *Falsaque sit, falsis quæcumque ab sensibus orta est.*

Tertium latè suprà agitatum superest fundamentum, à criminis grauitate deductum. Validum aduersæ partis præsidium. Validioribus tamen subuertitur. Eo præcipuè munimine, quod
42 in suos quoslibet foro † ruetur, neque extrà patitur conueniri, Imperatorum *Diocleciani*, & *Maximiani* decreto paratum, in *l.* 1. *C. de iurisd. omn. iudic.* canonicis, Regijsque sanctionibus roboratum, *in c. Clericus laicum*, 5. in *cap. Cùm sit generale*, 8. *de foro compet.* & in *l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. exornatum à *Nobis, in Axiomatib. iur. lit. A. numero* 82. *& seqq.*
43 Quam ita in criminalibus, † sicut in ciuilibus regulam constituere *Arcadius*, & *Honorius* in *l. iuris criminali*, 5. *C. de iurisd. omn. iudic.* huius decreti violatores pœna ferientes ibidem. Vtque ad casum nostrum compendiosa (vt aiunt) via deueniamus: *Regiæ legis*, 8. *tit.* 3. *libro* 4. *nouæ reg. collectionis*, verba proferamus in medium: *Defendemos, que ninguno de los vezinos de las nuestras Ciudades, Villas, y Lugares, puedan ser emplaçados para ante los nuestros Alcaldes de Corte, y Chancilleria, fuera de las cinco leguas en las causas ciuiles, sin que primeramente sean demandados ante los Alcaldes de su fuero, y oydos, y vencidos por derecho. Y que no valan nuestras certas que en contrario fueren dadas, saluo en aquellos casos, que se deuen librar en la nuestra Corte y Chancilleria. Que son estos: Muerte segura, muger forçada, tregua quebrantada, casa quemada, camino quebrantado, traycion aleue, riepto, pleyto de viudas, y huerfanos, y personas miserables, o contra Corregidor, o Alcalde ordinario, o otro oficial del tal lugar, y sobre caso en que pueda ser conuenido durante el tiempo de su oficio.* Legis pariter 9. eiusdem tituli, & libri: *Que estos tales, y no sus lugares tenientes, ni otro alguno, puedan traer, y traygan sus pleytos à la dicha nuestra Corte, y Chancilleria.* & ibi: *Y mandamos, que si contra lo en esta ley contenido, por los susodichos se dieren, y libraren cartas de emplaçamiento, que no valgan, y sean obedecidas, y no cumplidas.* Quarum tenore, Ecclesiasticas personas, ab hoc fori priuilegio (si extrà casus ab ipsis designatos, illud prætendant) excludi; manifestè apparet. Cùm neque miserabiles, vt probauimus) sint: neque aliis, ratione alia priuilegiatis, nisi à prædictis legibus nominatis fauor hic competat, ab eo potius cæteri, cuiuslibet sint conditionis; arceantur expresè. Quorum quidem
44 verborum, prohibitionisque natura, quamlibet † (identitatis quoque ratione) extensionem repellit, omnimodæque obseruantiæ, absque aliqua (minima etiam commutatione) necessitatem imponit. Quippè, quæ formam præstent, à qua nec tantisper, aut in meliùs quidem, recedi, siuè aliquid addi, vel detrahi potest, vt *in Axiomatib. nostris, lit. F. nu.* 157. *& seqq.* tradidimus. Formam autem inducere, non modo ex integro earum contextu, ordinéque descripto deducitur; sed & 45
quia prohibitiuè † loquuntur. Legem namque prohibitiuè loquentem, formam incommutabilem inducere, multis *in prima de priuileg. pauper. parte, quæst.* 22. *num.* 1. ostendimus, pariter atque *numeris sequentibus* comprobantes, etiam decreto, clausulavè irritante non adiecta. Quæ cum in nostris ad sit; fortius vrget, validiusque formam inducit, vt tradit Prosper. Farinac. *fragment. criminal parte* 2. *lit. L. num.* 205. *vers. quartò*, adductis etiam Rolando *à* Vall. *cons.* 60. *numero* 23. *& seqq. lib* 4. Iacobo Menochio *de arbitr. lib.* 1. *qu.* 30. *numero* 1. Virgin. Boccat. *in constit.* Picen. *glos.* 6. *nu.* 159. Cardin. Tusch. *practicar. conclus. lit. F. conclus.* 414. *n.* 25. *&* 29. 46
Tùm, quia in correctoriis, † & exorbitantibus à iure, nec similitudinis, vel identitatis ratione, imò nec illius maioritate, etiam quod summa æquitate nitatur, extensionem admittendam esse; multis (vt alios omittam.) *Farinacius* probat, *fragmentor. criminal. lit. E. numer.* 122. 130 *& seqq.*
Tùm denique, ex maligna negatiuæ, † dictio- 47
nisque taxatiuæ *Tantum*, in dictis legibus, & *in l.* 3 *titul.* 3. *part.* 3. dictaque *l.* 2. *C. de iurisd. omn. iudic.* adiectarum natura, quæ omnimodam literæ adhæsionem desiderant, aliterque fieri posse negant, & quamlibet extensionem, aut immutationem excludunt. Primùm probant dicta à *nobis in Axiomatib. lit. N numero* 30. Secundum Euerard. *in locis legalib. loco à natura dictionum taxatiuarum.* Falu. Paccian. *de probation. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 15. *& seqq.* & Farin. multis relatis, *dict. lit. E. num.* 253. *& seq.*

Quibus stantibus, non multum aduersanti opinioni conducit, quod eius sequaces argumentum adducunt: *Ipsi* nempè. *Deo Opt. Max. iniuriam factam videri*, quodque ex *læsæ Maiestatis* similitudine protraximus.

Offensio namque, vel iniuria Clerico facta, non aliter Deo Optimo maximo, eiusque Religioni propriè facta censetur, quàm si in diuinum directè, † & principaliter odium fiat. Si enim Cleri- 48
ci solum persona offendatur; sacrilegium esse, non contra Dei religionem, sed contra virtutem obseruantiæ, docet P. Vasquez, *lib.* 1. *de adorat. disput* 6. *capite* 8. cuius refert sententiam P. Suar. *de religion. lib.* 3. *tractat. de sacrileg. cap.* 6. *n.* 4. oppositioni contrariæ in hunc modum satisfaciens: *Responderi autem potest, quod sicut cultus Sanctorum, religiosus dicitur propter coniunctionem, quam habet cum Diuino cultu: ita percussio Clerici, dicitur sacrilegium, quia versatur circa personam sacram, & Deo coniunctam, licet propriè contra Religionem non sit.*

Per sacrilegium enim, immediatè res Deo dicata violatur; & ita illa est quasi materia proxima huius peccati, quæ vocari solet, obiectum quod. *Deus autem est* obiectum cui, *seu in cuius iniuriam remotè actio redundat*, vt formaliter idem ipse Suarez in eiusdem tractatus procemio inquit Subdens in *d. cap.* 6. *n.* 5. *Præterea, si quis faciat iniuriam Sacerdoti, in despectum, & contumeliam*

meliam ministerij, *sine dubio committit sacrilegium contra Religionem Dei*. Si verò non in despectum ministerij, sed personæ, priuatoque odio; non modò contra Religionem sacrilegium non esse: sed nec sacrilegium ex natura rei, iure positiuo secluso, secundum communiorem, veriorem que sententiam; ipsemet *eodem tract. cap. 2. num. 4. vers. dubitari autem potest* sic profitetur: *Quia seclusa lege positiua, talis actio non esset formaliter contra sanctitatem personæ, ex peculiari titulo sanctitatis, nisi Ecclesia suo præcepto id efecisset*. Inde Tiberius Decianus *tract. crimin. lib. 6. cap. 34. num. 22. col. 2.* post longam disputationem, *An pro violenta manuum in Clericum iniectione, ipso iure excommunicatio incurreretur?* in hæc verba concludit: *Quando autem quis cum violentia & malo animo, inferendi scilicet iniuriam Religioni, percutit Clericum: eo casu, est excommunicatus ipso iure: secus si non tanquam Clericum, aut Religiosum, sed ta quam talem inimicum*. Quod magnam afferret (si verum foret, dubito enim) limitationem textui *in c. si quis suadente, 17. quæst. 4.*

Satis ergò superiora monstrant, realem iniuriam priuato odio in Clericum illatam, nihil cum læsæ Maiestatis crimine habere commune, nullatenusque istiusmodi delicti cognitionem ad Principem in causæ congressu, ea, aut criminis atrocitatis ratione, referendam esse. Neque enim Principis, aut Papæ Legatum, Vicarium, Consi-
49 liarium, Senatoremvè offendens (tametsi hi † pars corporis Principis reputentur, *l. Quisquis, 5. C. ad leg. Iul. Maiest. l. 1. tit. 16. part. 2.*) si pri-
50 uato faciat odio, † læsæ Maiestatis crimine extat irretitus. Sic firmant, dictamque *legem quisquis*, & *partita* limitat, ac intelligit Lopezius *ibi glos. 1.* Hieronym. Gigas *de crimin. læsæ Maiest. cap. 6. num. 1.* & plenissimè Farinac. *praxis crimin. 4. part. q. 112. num. 150. &* 164. *& quæst. 117. n. 37.* cum *quatuor seqq.*

51 Episcopumque offendentem, † læsæ Maiestatis crimine non teneri, nec *capitis Fœlicis, de pœnis lib. 6.* dispositione contineri, idem *Farinac.* cum *Gigante*, & aliis, simpliciter inquit, *dict. quæst. 112. num. 59. & seq.* & latius, clariusque *ibid. n.*
52 131. Longè igitur minus simplicem † offendens Clericum tenebitur, iuxtà textum *in cap. si quis deinceps, 22.* in ordin. 17. *quæst. 4.* & ea, quæ suprà relati *num.* 10. tradunt inferiusque *Nos, num. 91. & seq.*

Neque in contrarium, benè perpensa, textum *in dict. cap. si quis suadente, §. qui autem, 17. q. 4.*
53 verba † mouent illa: *ad instar publici criminis, & læsæ Maiestatis accusabitur: & conuictus, seu confessus, capitali sententia à Rectoribus prouinciæ ferietur, in primo libro Codicis legitur, tit. de Episc. & Cleric. l. quisquis in hoc genus sacrilegij proruperit, & in Digestis, ad leg. Iul. repetund. l. vlt.* Relatiua enim sunt, non dispositiua, relatioque ipsa, non fideliter à Gratiano desumpta.

Primum, *dispositiua scilicet ea verba non esse, sed narratiua*; & ex contextu apparet: & ex capi-
54 tali inibi designata pœna, quam † Canonica sanctio non nouit, *cap. Clericis, 5. cap. sententiam, 9. ne cleric. vel Monach. cap. his qui, 20* in ordin. 23. *quæst. 8. dict. cap. si quis deinceps*, vbi nec pro vulnere, aut morte Clerico, imò neque Episcopo inflicta, mortis infligitur pœna, nec pro rebellione aduersus Romanam Ecclesiam, Præsbyterorumque occisionem, in *Clement. 1. de pœn.* notantque Glossa *in cap. fin. §. Præuaricator, verb. in omnibus, post princip. 2. q. 3.* Petr. Cened. multis relatis, *collect. 61. num. 1.* Prosp. Farinac. *fragm. crimin. pars. 1. lit. C. numero 369. & seqq. & praxis crimin. quæst. 19. num. 12.* Camil. Borrel *in summ. decis. tit. 11. num. 39. part. 1.* August. Barbos. *in collect. ad dict. cap. sententiam, 9. ne Cleric. vel Monach. num. 2.*

Vbi ideo de mortis pœna faciunt Canones mentionem, † non de naturali, temporalivè morte, sed de spirituali (excommunicatione scilicet) intelligendam, *Innocentij Tertij*, decretum monstrat, *in cap. Per venerabilem, 13. vers. Medium, qui fil. sint legit.* in verbis illis: *Cuius sententiam, qui superueniens contempserit obseruare, mori præcipitur, id est, per excommunicationis sententiam, velut mortuus, à communione fidelium separari.* Notantque ibid. Abb. *n. 21.* Foller. *in pract. crimin. can. verb. Et si confessi, aut conuicti extiterint, num. 53.* Plac. *in epit. delictor. cap. 17. n. 16. & 17.* Farinac. *dict. quæst. 19. n. 12.* 55

Quo fit, vt si inter canonicas sanctiones aliqua iuris Ciuilis † mortem imponens, inserta à 56
Gratiano reperiatur: non eadem Iuris quoque Canonici dispositio censeatur, vt aduertit, multis Iuribus, & auctoritatibus, comprobans, Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 2. cap. 18. n. 22.*

Secundum, nempè *relationem, vel translationem à Gratiano in dict. §. qui autem fideliter* † *factam non esse*, ex vtriusque textus inspectio- 57
ne patet. Nam *dicta l. si quis in hoc genus*, nullam *læsæ Maiestatis* facit mentionem: *Gratianus* autem, quasi ea verba in *dict. l.* extarent, facit. Quare nec dispositionem super addita verba inducere, nec plus in referente, † quam in relato vir- 58
tutis esse: imò referenti non credi, si de relato non constet: multis *in axiomatib. nostris, lit. R. n. 60.* comprobamus.

Faciliúsque *Gratiani* lapsus hic suadebitur; si alter † quoque ibidem attendatur. Dum enim *le-* 59
gem sacrilegij, 6. D. ad leg. Iul. pecul. voluit, debuitque allegare: *legem fin. ad leg. Iul. repetund.* retulit, vt *ibidem* Glos. aduertit.

Alienam quoque esse à *dictæ legis si quis in hoc genus* dispositione *læsæ Maiestatis* mentionem; ex eo etiam constat, quia sacrilegium non capitali semper † sed mitiori sæpè pœna plecti- 60
tur, vt in *l. 3. §. Mandatis*, & in *eadem l. Sacrilegij, D. ad l. Iul. pecul.* notat Vlpian. & plenè Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 33. per tot* & *Menoch.* (pœnam iudicis arbitrio remittens) *de arbitrar. lib. 2. cent. 4. casu* 388. Sacrilegij enim etiam loco ponitur, eiusque ad instar est, humanæ legis transgressor, & sic eum appellat optima *lex Regia, 11. tit. 18. part. 1. in fin.* Inquiens: *Otrosi le faze* (de quasi sacrilegio loquitur) *el que traspassa, o quebranta los Mandamientos de la ley de Dios, e los de los derechos comunales, porque se guian las gentes.*

Vtque pro vulnere Clerico illato, pœna capitalis infligatur; † tria concurrant, necesse est 61
Quòd scilicet inter Diuinorum celebrationē accidat, in Ecclesia, Diuinaque perturbentur officia; aliquo vero ex his deficientibus; verberum, aut exilij pœnam constituit *authent. Sed nouo iure.* dictæ legi *si quis in hoc genus*, adhærens. Ita authenticam, & legem relatam interpretantur, & declarant Menoch *d. casu 388. n. 15. &* Tiber. Dec. *d. l. 6. c. 34. n. 31.* communem dicens.

Læsæ

62 Læsæ verò maiestatis reum † capitali semper pœna fuerit *dict. l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest.* Deque huius criminis pœnis, late Farin. *prax.*
63 *crimin. 1.p. quæst. 116.*

Sacrilegium præterea, venialem † solum quandoque culpam continere, propter leuitatem materiæ notat, cum communi, Suarez *dict. tract. de sacrileg. cap. 7. num. 2.* & Layman. *dict. lib. 4. tract. 10 cap. 7. num. 17. vers. neque verò*: cui, per consequens, leuis etiam pœna † imponenda ve-
64 nit, cum debeat culpæ respondere, vt latè *nos in Axiomatib. lit. P. num. 41.* & in specie aduertit Menoch. *dict. cent. 4. casu 388. numero 6.* In detestando verò, atrocique adeo læsæ maiestatis delicto, contingere, aut considerari materiæ paruitas nequit.

Pro iniuria ergo, aut vulnere Clerico, Eccle-
65 siasticævè personæ † illato, non posse reum in prima causæ cognitione ad Principis deferri tribunal, quemadmodum pro læsa maiestate posset: ex *d. l. 5. tit. 3. part. 3.* superiora monstrant. Cùm & illa designatos exprimat casus: *O por sello del Rey, que alguno oviesse falseado, o su moneda, o oro, o plata, o algun metal, o por razonde otro grande yerro de traycion que quisiessen fazer al Rey, o al Reyno.* Quorum numeratio † alios excludit, iuxta *Pauli* responsum, *in l. Cum*
66 *delationis, 18. §. Quidam cum ita, D. de fund. instruct.* & Scæuolæ, in *l. Vxorem, trigesimanona, paragrapho Fælicissimo D. de legat. 3.* cum similib.

67 Quamuis pro iniuria sibi illata, aduersarium suum laicum coram Ecclesiæ † illius fori iudice possit Ecclesiasticus conuenire, iuxta Glos. *in authent. Item nulla communitas, verb. Ecclesia, C. de Episc. & Cleric.* Abb. *in cap. Cum sit generale, num. 13. de foro compet.* Aufrer. *in tract. de potest. iudic. Ecclesiast. super laic. & eorum bon. numero 38. vers. 47.* Guid. Pap. *decis. 62. num. 3.* Carol. de Gras. *de effect. clericat. effect. 1. nu. 577.* Eman. Rod. *in quæst. regul. tom. 2. quæst. 62. art. 11. circa princ. lit.* B. Salced. *in addit. ad* Bernard. Diaz *in pract. crim. canon. cap 87. vers. In perso-*
68 *nam, lit. B. vers. Sed virum laicus.* Id in reali † solum iniuria procedere dicens: verbali namque, nec sacrilegium committit; nec per consequens, ad Ecclesiasticum forum eius vindictam pertinere. Hæc enim ideo Clericis facultas conceditur; quod mixti sit sacrilegij criminis cognitio
69 † fori, vt tradunt Iul. Clar. *recept. sent. §. fin. quæst. 37. vers. Vlterius quæro.* Hippol. Bonaciosi. *in commun opinion. verb. Clericum offendens,* Carol. de Gras. *vbi proximè, num. 578. & seq.* Farin. *prax. crimin. 1. part. quæst. 8. num. 132.* In mixti enim
70 fori criminibus, etiam inter laicos, † Ecclesiasticum competentem iudicem esse; probat *text. in cap. Tua, 5. de procurator.* docentque *ibid.* Doctores, Baiard. *in addition. ad Clar. dict. quæst. 37. nu. 1.* Anastas. Germ. *de sacror. immunit. libro 3. cap. 12. numero 84.* Carol. de Gras. *dict. loco, nu. 595. suprà.* Sed cum pro iniuria verbali, sacrilegium (vt dictum est) non committatur; nec mixti fori esse, nec ad Ecclesiasticum forum eius inter laicos pertinere cognitionem sequitur.

Non item principali sententiæ, quam defendi-
71 mus, obstat alterum † de dicta *lege si quis in hoc genus* argumentum formatum, ex Præsidum, Rectorumvè prouinciarum, ad hodiernos Senatores similitudine, quibus in Clericos sacrilegij patrati vindictam committit. Quia neque inter eos similitudo adest; neque præcipuum quidquam in Clericorum fauorem, quòd sacrilegij in eos commissi vindicta rectori, aut prouinciæ Præsidi committatur, accrescit, cæterorumque criminum in hoc sacrilegium sequitur conditionem, quorum generaliter punitio rectoribus. Præsidibúsque prouinciarum commissa est. Quorum quippe muneri incumbit, † prouincias, ditionesque 72
suas vitiis purgare, in delinquentesque animaduertere, vt *in l. 3.* Paulus, *in l. Congruit, 13. D. de offic. Præsid.* Vlpianus respondit, omnesque ferè illius tituli leges præcipiunt.

In quorum locum iudices ordinarij nostri, † 73
correctores, prætoresvè successère, sententia Glos. *in l. 3. §. Præterea, verb. si pratori, D. de suspect.* Marc. Anton. Natt. *cons. 84. num. 8 lib. 1.* ex *Baldo* dicente: eos, qui hodie ad terras, Ciuitatesque regendas mittuntur, Præsidum prouinciarum locum tenere, quia vnaquæque ciuitas loco prouinciæ sit, iuxta notata in *l. fin. C. de præscript. long. tempor.* vbi sic *Accurs.* dixit, in hoc licet eum improbet Parlador. *sesquicent. quotid. different. 101. numero 6.* Prouinciam (cum Saliceto *in dict. l. fin.* & Fabro *in §. 1. inst. de vsucap.*) dici putans regionem, quæ vni tantum subsit Præsidi, tametsi plura sub se territoria habeat. Sequacemque Gregor. Lop. allegat *in l. 19. tit. 29. part. 3.* Accursium tamen sequitur, probatque alios quoque referens Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 13. numero 55.* Sed licet in *Prouinciæ* terminis præfiniendis dissentio sit; consensus tamen in pari vtrorumque potestate, quasique officiorum identitate. Illorumque locum hos tenere aduertit pariter Ioan. Pyrrh. *in tract. de magistrat. Roman. part. 1. num. 13.* in hæc verba: *Sicut Præsidis nomen non solum prouincias regentes, à quibus prouocatio est, cuius modi sunt Gubernatores Ciuitatum ferè.* Eiusdemque voti extitit Andr. Fachin. *controuersiar. iur. lib. 13. cap. 30. vers. 1.* qui etsi sequentibus alios alleget in contrarium: in *versic.* tandem, *Ego autem,* respectu loci in quo prætores nostri ius dicunt, antiquis Prætoribus omnino comparari affirmo, Regiaque partitæ *lex 22. titul. 9. part. 2.* non obscurè decidit: *Adelantado, tanto quiere dezir como ome metido à delante en algun fecho señalado por mandado del Rey. E por esta razon, el que antiguament era assi puesto sobre tierra grande, llamavanlo en Latin, Præses prouinciæ,* Similis *lex 2. tit. 14. part. 4. vers. E otrosi dezimos.*

Quinimo rectores, Præsidésque prouinciarum exiliorem † quandoque potestatem correctori- 74
bus nostris, vrbiumque rectoribus habere, ex *Vlpiano* constat *in l. 2. §. 1. D. de pœn.* dicente: *Præsidem enim deportare non posse, nulla dubitatio est, sed Præfectus vrbis ius habet deportandi.* & in *l. inter personas, 6 § Deportandi, D. de interdict. & releg. Deportandi autem in insulam* (ait) *ius Præsidibus prouinciæ non est datum, licet præfecto vrbis detur.* Cuius tamen rei, idem ipse *Vlpian.* rationem præstat *in leg. sequent. §. 1.*

Quorum quidem *Præsidum* licet à *Iustiniano* sit adaucta potestas † (multò namque ante 75
eius tempora debilior erat) *Præsidis* nomine in *Prætoris* mutato, cui & res bellicas, & ciuiles gerendi laxior concessa facultas; quæ namque duplicis magistratus muneri incumbebant; Iustinianeo Prætori (sic illum ipse vocat) concessit, eius *nouella constit. 14. coll. 4. titul. 3. de Præside Pisidiæ,*

diæ, cap. 2. cuius constitutionis obseruatio ad nos quoque fluxit, cum in maritimis oris Prætoribus ciuilia, pariterque bellica munia committantur. A Iustinianeo tamen Prætore, ad Præfectorum, Quæstorisque sacri Palatij iudicium appellationes deferendæ erant, vt ad Senatores hodiè, Audientiæque, vel Senatus Præsidem deferri debent (idem enim Præfectos, ac sacri Palatij Quæstorem, quod Senatores, Præsidemque Senatus importare arbitror) notantque Guid Pap. *decis.* 9. *&* 50. Thom. Gramm. *dec.* 19. *num.* 13. Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 24. *part.* 3. Bouadill. *in polit. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 57. Parlador. *differ.* 10. *n.* 1. *& seqq.* quorum nullus præcitatæ nouellæ mentionem facit. Nonque obscurè monstrat *text. in l. Præcipimus,* 32. §. *Sed si à Proconsulibus, C. de appellation.*

Quare, satis etiam inde apertè deducitur, non supremam apud prouinciæ Præsidem, aut Rectorem in sua quoque prouincia, sed Præfectos, Quæstoremque sacri Palatij, (veluti apud suprema hodie tribunalia) potestatem adesse. Cùm à Præside, Rectoreve ad Principem, Senatum, Præfectos, & Quæstorem deferri appellatio debeat: à Senatoribus autem, sacrovè auditorio) sic *dict. nouell. cap.* 5. illud *Iustinianus* vocat) appellari † nequeat, *Vlpiano* teste *in l.* 1. §. *Sciendum, D. à quib. appell. non licet Sciendum est* (ait) *appellari à Senatu non posse Principem. Idque oratione Diui Adriani effectum.* Esset namque de Principe ad Principem appellare (cuius personam induit, potestatemque, Senatus gerit, *l. Congruit,* 8. *D. de legib. l.* 1. §. *De quo, D. de postul. Glossa* celebres *in dict.* §. *De qua, verb. Vel Senatus, in dict. l. Congruit, glos. vnic. & in auth. de nuptiis,* §. *disponat, verb. Mallens, coll.* 4.) quod euidentem fatuitatem præseferret, vt *in dict.* §. *Sciendum,* Vlp. addit: *Et quidem stultum est illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui prouocatur.* A Senatus ideo sententia supplicatio, † quemadmodum ab inferiorum Magistratuum appellatio proponitur, *l.* 1. §. *His cunabulis, D. de offic. Præfect. Prætor. l.* 1. *C. de sent. Præfect. Prætor. auth. Quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer. l.* 17. *tit.* 23. *l.* 4. *tit.* 24. *part.* 3. *toto tit.* 19. *&* 20. *lib.* 4. *noua Reg. collect.* Parlador. *d. differ.* 10. *n.* 1. plenè Sigismund. Scacc. *de appellation. q.* 19. *remed.* 3. *n.* 2. *vers. In primo membro.* Quod & in Galliæ Parlamentis, & in quolibet indistinctè Senatu dicit obseruatum Petrus Rebuff. *in tract. de supplicat. in præfat. n.* 31. *ex textu in* §. *aliud autem, vt sponsal. largit. coll.* 9. ibi: *Quoties sententia gloriosissimorum Præfectorum, cuiuscumque regionis proferatur.*

In nostris vero Castellæ Prætoriis non indistinctè, sineque delectu id procedit. Quippè cum non omnes Præfecti Senatoria † dignitate donati sint, vt Hispalenses, Gallæci, quibus & Regij diplomatis vsus concessus non est, nec Senatorum ideò nomine condecorantur, sed vel *Alcaldes de quadra,* vel *Alcaldes mayores del Reyno de Galicia,* appellari leges Regiæ iubent. De quibus integri extant *in noua Reg. collect. tituli* 1. *&* 2. *lib.* 3. Ad quos ab inferiorum iudicum, Prætorumque sententiis appellatur, † ab eorum, in causis centum millium marapetinorum infrà, supplicatio: suprà, ad Vallisoletanæ Cancellariæ Auditores appellatio interponitur, dispositione *legis* 1. *dict. tit.* 1. *lib.* 3. *noua Reg. collect.* De aliis ad eorum potestatem pertinentibus, dictis titulis videre est.

Senatoria autem potestas, non vni, † aut alteri, sed omnibus simul est concessa, vt *Glossa* notat *in dict. l.* 1. §. *De qua, D. de postul. verb. Vel Senatus.* Ideo nec locum Principis tenens Prorex in prouincia, ditionevè sibi commissa eandem quam Senatus, † censetur potestatem habere. A Proregis, per consequens, sententia ad Præfectos Prætorio appellationem, non supplicationem ad ipsum interponendam; neque ad illum, veluti ad Senatum, Miserabilium in prima cognitione lites pertinere, proque delegato solum habendum, putat *Rebuffus in dict. præfation. n.* 36.

Ex quibus satis elusa argumenta à *dict. l. si quis in hoc genus* deducta apparet; pariter atque ab *authentica* † *de sanctissimis Episcop.* §. *si quis contra,* desumptum; refelliturque deinde non solum quòd eius dispositio (tanquam iuri Canonico, eiusque dignitati, & iurisdictioni aduersa) antiquata sit, ab styloque forensi explossa; sed quia idem ipse textus nostram probat sententiam. Quemque *Azo* (pro contraria *suprà num.* 23. adductus) prouinciæ Præsidem appellat (dictum in id paragraphum allegando:) ordinarium ibidem loci Iudicem *Iustinianus* vocat. Neque quod appellatio eo casu ad prouinciæ Rectorem concessa foret; Senatoriam in eo arguit dignitatem, vt & iam superius dicta monstrant; & leges quoque Regiæ firmant, quæ à iudicibus ordinariis, † Regiisque Prætoribus, ad alios etiam ordinarios appellationem concedunt, nempè *d. l.* 22. *tit.* 9. *part.* 2. *l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *l.* 48. *tit.* 13. *lib.* 8. & toto ferè *tit.* 4. *lib.* 3. *noua Reg. collect.* Vtque *Iustinianus.* Prætorem suum (æquitate suggerente, ac humanitate postulante,) ad certam vsque summam, & speciali in casu sacri Auditorij habitu indueret; nominatim à communibus regulis denians, *dict. nouell.* 24. effecit.

Non denique vltimum sententiæ nostræ telum officit, † de *lege* 4. *tit.* 1. *nouæ Reg. collect.* iactatum *suprà num.* 24. Cuius obtunditur ictus, non eo solum, quòd non tam pro vulneribus, aut morte Clerico illata, priuilegium hoc competere ea lex definisse videatur: quam, quo casu competat (quod grauitas, delictique atrocitas efficere valet) Gallecia Regnicolis, vel litem ad Regiam ibi Audientiam existentem; vel ad Vallisoletanam Cancellariam eo in casu deferre posse: sed quia (idque certius) licet pro eo delicto, casum quem dicimus Curiæ, competere decernat: non pro morte, aut vulneribus nobili indistinctè inflictis, sed *Principi equiti* id concedit, ait enim: *O sobre muerte, o feridas de Cauallero principal.* Cuius necessario qualitatis existentia, † vt eius legis dispositio procedat, probari debet, iuxta *Vlpiani* sententiam in *l.* 1. §. *Ait Prætor, D. ne quid in flumin. public.* vbi notat *Bart.* lege, vel statuto aliquid cum qualitate proferente; vtrumque probandum ab eo, qui illius desiderat auxilium. Ita pariter Azebed. *in l.* 7. *tit.* 1. *lib.* 7. *noua Reg. collect.* 2. Anton. Gomez, *in l.* 47. Taur. *num.* 2. *col.* 2. *in princip. vers. Tertio,* pro forma simul censeri qualitatem appositam firmans, plenissimè Ioseph. Mascard. *de probation. conclus.* 1249. *à num.* 9. *cum seqq.* Flamin Chartar. *decis.* 16. ex *num.* 2. ad 12. D. Ioan. à Castill. *controuers. lib.* 5. *cap.* 90. *per tot.* præcipuè à *numer.* 13. Stephan. Gratian. *decis.* 198. *numer.* 1. *discept. forens.* *tom.*

tom 4.cap.607.numero 1. cap.742.numero 66. & cap. 769. num. 61. pariter comprobantes, inutiliter qualificatæ legis auxilium postulare, qui de qualitatis desideratæ existentia non docet.

In casu inde nostro, qui nobilitatis, vulnerumque sibi illatorum prætextu, ad Gallæcum Prætorium, † aut vallisoleti Cancellariam aduersarium in prima causæ discutione trahere vellet; non se simpliciter, vt obtineat, nobilem, & vulneratum; sed qualitatem illam de *Cauallero principal* pro-
86
87 ponere, probareque necesse habebit. Ea siquidem, illustres, & excellentiores, † à simpliciter nobilibus, hoc est, *Hijos dalgo* distinguit, ac separat, iuxta *leg.13.tit.1.part.4.* & notat Gutier. *practicar.quæst.lib.3.quæst. 14.num.115.* Cùm prætertim neque pro vulneribus aut morte his (quamtumuis etiam illustribus, † præclarissimisque) illata, ordinarium forum, quoquomodo prætermitti pateretur antiquitas. Imò nec pro Cæsaris filij nece vindicanda. Magnumque saltem, supraque leges, si in Curia de illa tractandi facultas adesset, reputatum extitit, vt Diui *Augusti* verba, pro *Germanici* filij sui, à Pisone (vt fama erat) veneno interfecti, inquirenda, morteque vindicanda, ostendunt, à Cornelio Tacit. *annal. lib.3.* relata. *Id solum* (inquit August.) *Germanico super leges præstiterimus; quod in Curia potius, quam in foro; apud Senatum, quam apud iudices, de morte eius acquiritur.*
88

89 Quare, de nobili ad Clericum concessa paritas, contrarij † argumenti intentum non probat. Cum enim hunc simplex nobilitas non adipiscatur fauorem: nec simplicem Clericatum, ea ratione obtenturum, sequitur.

Planè si qualitas adiungatur, quæ Principis equitis vices teneat, vt si non simplicis Clerici, sed in dignitate positi, prædicti argumenti paritatisque ratione, dictæ *legis* 4. dispositioni locum fore, suadebor, vt si Episcopo, inferiorisque etiam dignitatis Ecclesiastico viro, mors, aut vulnera sint illata, cum etiam atrocius tunc delictū, & sacrilegij species grauior. Tanto enim damnabilius
90 est, † quanto sanctior persona in quam committitur, extat, vt (ex *dict. l. si quis in hoc genus, 10. C.de Episcop. &* Cleric. *D.Thom. 2.2 quæst.99. artic.3.* & alijs) obseruat Tiber. Decian. *tract. crimin. dict. lib. 6. cap. 33. numero 4.* & ante eum *Turrecrem. in cap Sacrilegium, 17. quæst. 4. num.7.*
91 *&* 8. Diuersis inde pœnis Episcopi, † quàm simplicis Clerici afficitur percussor ab *Alex. Papa II. in cap. si quis deinceps, 22.* in ordin. *17. quæst. 4.* dicente: *Si quis deinceps Primum, aut cuiuscumque dignitatis, aut cuiuscumque Ordinis laicorum, Episcopum comprehenderit, percusserit, aut aliqua via propria sede expulerit; nisi fortè iudicatum canonicè; auctores, & cooperatores tanti sceleris, anathematizentur, & bona eorum Ecclesiæ ipsius iuri perpetuo traiiciantur. Si vero in Presbyterum vel in quemque inferiorum graduum Clericum, hæc eadem præsumpserit: canonicæ pœnitentiæ, atque dispositioni subiacebit Si contumax fuerit, excommunicetur* Delicto namque crescen-
92 te † pœnam quoque debere cresc re, iura sunt vulgaria congesta à *nobis, in Axiomatib. & locis commun iur. lit. P. num. 141.* Sæuerioribus inde
93 pœnis Cardinalis, † quam Episcopi castigatur percussor à Bonifacio VIII. *in cap. Fœlicis, 5. de pœn. lib.6.* has in huius criminis, reum pœnas proferente: *Sicut criminis læsæ maiestatis, perpetuo sit infamis, diffidatus, nihilominus, & bannitus: sit intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem; nec ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocetur.* aliasque deinceps.

Sic pro morte, aut vulnere religioso † inflicto, 94
& qualitatis superaddi æ ratione, & longæui Hispaniæ consuetudinis, vsusque forensis, monasteriis eorumvè superioribus priuilegium hoc fori; legisque nostræ competere, quemadmodum pro rebus competit, (vt *præcedenti quæstione* ostendimus, de re ad personam iam *supra num. 5.* argumento formato suadente) firmandum venit.

Qua autem verborum forma, † animi destina- 95
tione, mentisque moderamine sint ab Ecclesiasticis huiuscemodi lites proponendæ, & agitandæ, docuit, & præcauit *Bonifacius VIII. in cap. 1. de homic. lib.6* aduertuntque Andr. Tiraquel. *de iure mariti. glos. 7. verb. Exprez, num. fin. 105.* Didac. Couarr. in Clement. *Si furiosus, part. 2. §.5.* Anton Gom. *variar. tom. 3. cap. 1. num. 33.* Syluest. *verb. Homicidium, 2. num. 7. vers. Octauo,* Farinac. *fragmentor crimin. lit. C. numero 423. cum seqq* Molin. *de iust. & iure, tom. 1 tract. 3. disput. 74* Suar. *de censur. disput. 47. sect. 2. num. 10. & sect 4. numero 9.* cum plurimis adductis à laborioso Augustino Barbos. *in collect. ad dict. cap. 2. num. 2.*

Cætera Clericorum priuilegia breui calamo perstringemus tum, quia in Ecclesiæ ad longum relata fauorem, in eorum quoque redundare tum, quia huius rei prolixum *Carolus de Grassis* tractatum edidit. Tanquam igitur pro compendio sequentia adiicimus.

Laicis in primis Clerici præferuntur, † si vtri- 96
que in aliquo negotio concurrant, sic (cum *Ancharrano in cap.* Ioannes, *de testament. num.7.*) obseruant Carol. *de Graf. dict. tract. de effectib. cle icat. effect. 61.*

Et testimonium Clericorum † præualere lai- 97
corum aduertit *Panormit. in cap. in nostra, 4.* per illum textum, *de procurator. numero 3.* Anton. Gabr. (aliis relatis) *commun. opinion. lib. 1. tit. de testib. conclus. 4. num. 61.* Tantumque Clericorum quatuor, quam sex laicorum depositionem valere, Glos. dixit *in cap. Monachus, 9. verb. Quorum, 77. dist.* firmatque cum aliis Anton. Gabr. *proximè 40.* & Aym. Crauet. *cons. 267. n. 2.* Tabellionumque defectum Clericos supplere, & duorum testium adiumento, illorum tenere vices, *legi* Regiæ placuit *prima, tit. 14. lib. 9. noua Reg. collect.*

Militum † quoque Clericos gaudere priuile- 98
giis *Glos. & D D.* tradunt *in l. Miles, D. de re iudic.* præcipuè Ias. *num. 11.* Alex. *num. 3* & Ias. *nu 9.* In casibus saltem vtriusque aptabilibus, Camil. Gallin. *de verbor. signif. lib.7. cap. 8. num.7.* Carol. de Graf. *dict. tract. effectu 19. per tot. nos in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A. num. 481. & seq.*

Litibus inde Clericos vexandos † non esse, 99
sed expediendas illarum celeriter esse causas (argumento *legis Colloni, C. de agricol. & censit. libro 11. legis Omnes, 31. C. de Episc. & Cleric.*) profitetur Iulian. Viuian. *in praxi iuris patron. lib. 2. cap. 5. nu. 166*

Efficique per Clericatum nobiles † docent 100
Andr. Tiraquel. *de nobilit. capite 9. numero 4.* Carol. de Graf. *dict. tract. effect. 55. per tot* Fului. Paceran.

Paceran. *in tract. cui incumbit onus probandi negatiuam, lib. 2. cap. 34. num. 4.* aliique proximè referendi.

101 Palinodiam † ideò cantant, Marant. *in pract. 4. part. in princip. num.* 10. Bernard. Diaz *in pract. crimin. canon. cap. 66. verb. Maledici, nu. 7.* Didac. Couar. *variar. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 4. in fin. vers. Iustissimum tamen est*, Carol de Graf. *effectu* 48. *per tot.* Prosper. Farinac *prax. crimin. qu.* 105. *n. 71. cum seqq.*

102 Nec pro causa ciuili in carceribus † detineri possunt, probant *text. in cap. 2. de fideiussor.* & *in cap. Oduardus, 3. de solution.* & tradunt (præter ordinarios dictis locis (Couar. *variar. lib. 1. cap. 1. num.* 9. Gutier. *de iuram. confirmat. 1. part. cap. 17. num. 7.* Farinac. *quæst. 27. num. 66. & 67.* Carol. de Graf. *dict. tract. effect. 7. nu. 1. & seqq.* multos cumulans.

Neque inopia laborantem Clericum, bonorum 103 cessionem † facere debere Clericum, profitentur iidem. Ad minorum quoque ordinum Clericos (dummodo Ecclesiæ, aut Altari deseruiant, iuxta *Concilij Tridentini* dispositionem *sess. 23. cap. 6. de reform.*) extendentes. Nec pro camerali obli- 104 gatione, † iuramenro descluendo firmata, inopem Clericum in carcerem mittendum, defendunt Couar. *dict. cap. 9. vers. quoties verò*, aliis contrarium sentientibus, reprobatis, magis communem, & veriorem profitentur Grass. *dict. loco, num.* 12. aduersus Farinac *d. quæst. 27. numero* 70. & Ni- col. Intrighol. *singul. 78. n. 3.*

105 Pro repræsaliis † item non detinentur. Quæ licèt improbatæ sint in quibusuis, *auth. vt non fiant pignor. coll. 5.* districtiùs tamen quoad Clericos, illorumque bona *Gregorij Decimi* constitutione inhibentur, *in cap. vnic. de iniur. & damn. dat. lib. 6.* aduertuntque Bart *in tractat. de represal. quæstion. 7. numero 6. & 7.* cum aliis Grass. *effectu 23. per tot.* Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Ecclesiast. q. 540.* Iulian. Vitian. *de iure patron. libro secundo capite secundo numero* 168.

106 Neque obsides † dari possunt, Felin. *in cap. Ex rescripto, de iureiur. numero* 10. & Alexand. *de Neu. numero* 33. Iul. Ferret. *in tractat. de obsid. promiss. num.* 19 aliisque (etsi mendosè relatis) Carol. de Graf. *dict. tract. effect. 30. numero 1. & seqq.*

107 Neque quantumuis magnæ necessitatis prætextu, † à parentibus vendi, aut pignorari valent, Marsil. *singul.* 101. *numero 2. & in repet. rubr. D. de fideiussor. numero* 143. Camil. Borrel. *in pragmat. Odia litium, §. 1. glos. 3. numero* 250. Carol. de Graf. *effectu 43. per tot. Nos* (plures referendo) *de priuileg. pauper. 1. part. quæst. 21. numero* 90. Etsi aliis hanc necessitas filios distrahendi parentibus facultatem concedat, iure probatam, vt copiosè *dicto loco à numero* 73. ostendimus.

108 Iuramentum calumniæ præstare † Clerici non tenentur, *cap. 1. & toto ferè tit. de iuram. calumn.* Sed de veritate dicenda, vt dicunt *Specul. in tit. de iurament. calumn. §. Restat, num. 7.* Abert. Galeot. *in margar. iuris, cap. 15. num.* 10. Lel. Zanch. *in tractat. de priuileg. Eccles. priuileg. 92. num. 2. & per tot.* quos refert, & sequitur Carol. de Graf. *effect.* 14. materiam prosequens *per totum.* Cùm cæteri vtique teneantur, *tot. tit. D. de iuram. calum. & C. de iuram. propter calumn. dand.* & *in lib. 6. Decret. de iurament. calumn.*

109 Differentiam, & naturam iuramentorum † malitiæ, calumniæ, & veritatis, ostendunt Glos. *margin. in cap. 1. §. Quamuis, de iuram. calum. lib. 6. Specul. in dict. §. Restat*, Anton. de Retibur. (qui integrum, *de iuramento calumniæ* tractatum edidit) *c. 1. n. 13. & seqq.*

Ob crimen læsæ maiestatis, à parente commissum, † non in persona, aut bonis, quemadmodum cæteri sæculares filij, puniuntur. Aduertit 110 Glos. *vnic. circa med. in cap. Satis peruersum, 7. in* ordine, 56. *dist.* Marsil. *in d. repet. rubr. D. de fideiussor. num.* 143. *versic.* Item prædictis, Baiard. *ad* Clar. *in §. læsa maiestatis, num.* 19. Roland. *à* Vall. *consil.* 16. *num.* 15. *lib.* 4. Carol. de Graf. *dict. tract. effect. 45. per tot.* Didac. Couar. *variar. lib. 2. cap. 8. num. 4. in fin.* Prosp. Farinac. *prax. crimin. part. 4. quæst. 116. num.* 117.

Non prætetea sanguinis pœna † Clerici puniuntur. Cùm enim canonicis dispositionibus 111 subiaceant, quæ non pœnam sanguinis norunt, vt *suprà* iam *numero 54. & seqq.* notamus: ab ea redduntur immunes, vt & prosequitur Carol. de Graf. *effectu 46. per tot.*

Ideoque etiam in delicto pro quo, est pœna 112 sanguinis constitura, defendi per procuratorem † Clericum posse, tenent Cœpol. *consil. crimin. 72. per tot.* Carol. de Graf. *effect.* 59. Farin. *quæst. 99. num.* 9. qui in aliis † contrarium, cum prope in- 113 finitis, *num.* 1. firmarat. Quamuis & in Clerico quosdam aduersantes *n. 9.* referat.

Filius ingratitudinem aduersus parentem com- 114 mittens, † exhæredari potest, ratione qualibet ex designatis in §. *Aliud quoque capitulum, vers. Causas, auth. vt cum, de appell. cognosc. coll. 8. in lege 4. cum duabus seqq. tit. 7. part. 6. l. 2. tit. 9. lib. 3. fori leg.* & Glos. *in cap. quinta vallis 23. verb. Exhæredaret. de iureiur.* 115

Ex eis tamen Clericum, † aut monachum effectum exhæredari posse, textus decisio vetat, *in cap. non liceat, 10. in ordine, 19. quæst. 3.* & docet Glos. *in l. fin. §. Hoc etiam, verb. quasi ingratum, C. de Episc. & Cleric.* ex text. *in auth. de* Monach. *in princ. coll. 1.* vbi etiam notat Gloss. *verb. Maculam detergat*, Marsil. *in dict. rubr. de fideiussor. num.* 139. Camil. Borrel. *in repet. dict. pragmat. Odia litium, §. 1. glos. 3. num.* 253. Carol. de Graf. aliis citatis, *effectu 47. pag.* 460.

Per Clericatum quoque, aut religionis ingres- 116 sum † illegitimi legitimantur, parentibusque succedunt. Omnem namque maculam Clericatus, aut Religionis ingressus abstergit, *dict. authen. de sanctiss. Episcop. in princip.* Hipol. de Marf. *dict. loco, numero 143. ad fin. & singul.* 273. Andr. Tiraq. *de pia caus. priuileg.* 29. Carol. de Graf. *dict. tract. effect.* 57. Card. Paleot. *de not. & spur. c. 54. nu. 6.*

Cùm cæteri illegitimi † à parentum succes- 117 sione repellantur, *auth. ex complexu, C. de incest. nupt. auth. quib. mod. natur. effic. sui, §. fin. l. 4. ad fin. tit. 3. l. 10. titul. 13. part. 6. l. 17. titul. 6. lib. 3. for. leg.* copiosè Rojas *in epit. succes. cap. 1. per tot.* vt alias in re nota allegationes omittamus.

Donationem à patre filio Clerico † in eius- 118 dem potestate existenti factam (non enim per Clericatum, aut Præsbyterium patria dissoluitur potestas, vt tenet *Abb.* communiter approbatus, *in cap. Cum voluntate, 54. de sent. excommun. n. 8.* Innoc. & alij *in cap. Indecorum, de ætat. & qualit.* Ascan. Clem. *de patr. potest. cap. vlt. nu. 65 vers. Contrarium*,) firmitatem habere, tenet Carol. de

de Graf. d. tract. effect. 54. pag. mihi 462. post Ioan Lup. in repet. cap. Per vestras, de donation. inter vir. & vxor. num. 42. & Petr. Surd. consil.
119 259. num. 1. quos allegat.

Etsi aliis in potestate existentibus † inualidæ à parentibus donationes fiant l. Donationes quas parentes, 25. (& ibi notant communiter Doctores) C. de donation. inter vir. & vxor. Paris. consil. 15. num. 19. lib. 2. Iul. Clar. recept. sentent. §. Donatio, quæst. 8. numero 1. Ioan. Vincent Honded. consil. 47. num. 39. lib. 1.

In pecuniaria causa, fideiussorem iudicio sisti,
120 sti, † vel iudicatum solui, non præstant Clerici, sed simplicem, cum bonorum suorum hypotheca, cautionem. auth. de sanctissimis Episcop. §. Si quis autem pro pecuniaria, coll. 9. Gloss. in l. Cum Clericis, 25. C. de Episcop. & Cleric. verb. Fideiussorem, Azo in summ. eiusd. titul. n. 13. Panormit, in cap. fin. §. In aliis, num. 2. extr. vt lite non contest. Carol. de Graf. dict. tract. effectu 50.

121 Alij † contra, auth. Offeratur, C. de lit. contest. & ibi Glos. verb. Fideiussione, auth. de exhibend. reis, §. Suscepto, coll. 5. §. Sed hodiè, instit. de satisd.

122 Fideiussoremque iudicio sisti, eius qui Clericus effectus est, † fideiussione liberari, tradunt Hipol. de Mars. dict. rubr. de fideiussor. num. 138 Zabar. in Clement. 1. decis. quæst. 9. Carol. de Graf. (aliis citatis) dict. tract. effectu 51. per tot. pag. 461.

123 Clericum absque parentis authoritate, † & consensu in iudicio posse comparere, probant text. in cap. fin. de iudic. lib. 6. Carol. de Graf. effectu 60. pag. mihi 465. Paz in prax. tom. 1. part. 1. tempore 2. num. 20. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 319. & multi alij, quos in col. lect. ad dict. cap. fin. num 10. Augustin. Barbos.
124 refert. Alij † vero nequeunt, vt iam suprà quæst. 5. n. 41. notauimus.

125 Cum duobus testibus in præsentia parochi, † testantur Clerici, Cum esses, 10. de testam. Aluar.
126 Valasc. consult. 74. per tot. Carol. de Graf. d. tract. effectu 63. Cum in aliorum † longè maior solemnitas desideretur, vt quæst. præcedenti. num. 338 & seq. ostendimus.

127 A seruitute Clericatum liberare † libertumque ab operarum libertorum præstatione, tradit Carol. de Graf. dict. tractat. in prælud. numero 417. & seq. Primum, ex Azone in summ. C. de Episcop. & Cleric. numero 14. Qui cum distinctione id profert, præscriptam ab auth. de sanctiss. Episc. §. Si vero sciente, & §. Ascriptios, coll. 9. & l. 18. titul. 6 part. 1. Secundum, ex l. Interdum, 34. ad fin. D. de oper. liber. & Alber. in tract. de statut, lib. 3. quæst. 41. num. 6.

128 A seculari iurisdictione † Clericos esse exemptos, nemo est qui non sciat, suntque text. in c. 1. 11. q. 1. & per tot. in c. Si quis Episcopus, 27. in ordine, 23. quæst. 8. in cap. Denique, 5. in ord. 96. dist. in cap. At si Clerici, 4. in cap. Cum non ab homine, 10. & in cap. Qualiter, 17. de iudic. cap. diligenti, 12. cap. significasti, 18 de foro compet. auth. Statuimus, C. de Episcop. & Cleric. auth. vt Cleric. apud prop. Episcop. coll. 6. l. 57. tit. 6. p. 1. l. 10. & 15. tit. 1. lib. 4. nouæ reg. collect. diximusque de priuileg. pauper. 1. p quæst. 52. num. 45. & 10. & prosequitur latissimè Graf. dict. tract effect. 1. à numero primo vsque ad numer. 666. quàm multis ampliationibus conclusionem exornans; sequentibusque limitationes assignans.

Neque statutis laicorum † astringuntur, cap. 129
Ecclesia sanctæ Mariæ, 10. de constit. d. cap. At si Clerici, & cap. qualiter, de iudic. cap. 2. de foro compet. cap. 1. 96. dist. cap. non minus, 3. cap. aduersus, 7. de immunit. Ecclesiar. cap. quamquam, 4. de censib. lib. 6. copiosè (vt multorum allegationi parcamus) Carol. de Graf. effectu 2. per tot. cui, ab eoque relatis; plenè quoque agentem addo Alderan. Mascard. de gener. statutor. interpretatione, conclus. 1. per tot.

Et litis consortibus, laicis ad iudicem Eccle- 130
siasticum † aditum præstant, si indiuidua saltem causa sit, siue in criminali, cum laicus simul cum Clerico deliquit: siue in ciuili, vt cum Clericus, & laicus sunt hæredes, vel correi. Infinitos propè refert in comprobationem Graf. dict. tract. effect. 1. n. 132. & seqq. nec multitudini Farin. pepercit, prax. crimin. quæst. 8. num. 151. nec Ioan. Mar. Nouar. in prax. elect. & variat. fori, sect. 1. quæst. 45. per tot. notamusque suprà quæst. 3. ampliation. 7.

A muneribus esse immunes, † non solum Cle- 131
ricos, sed etiam ipsis seruientes; iam quæst. præcedenti, numer. 77. & seqq. à quibusque, ostendimus.

Denique supra dicta, in minorum quoque Ordinum Clericis † procedere; cum & hi omni- 132
bus priuilegiis, quibus sacrorum Ordinum gaudeant; cum multis profitetur Carol. de Graf. repetito tract. in præfation. numero 300. Quod tamen S.C. Tridentini, sess. 23. cap. 6. de reform. seruata forma, intelligendum est.

VTRVM VNIVERSITAS miserabilis persona dicatur? priuilegio legis nostræ vnicæ gaudeat? Quatenusque priuilegiata existat?

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitatis nomen generale est, cuilibet multitudini, irrationabili etiam animoque carenti, aptum.*
2 *Vniuersitatis nomine simpliciter adiecto, de de ea, quam humana, rationabilisque societas iunxit, intelligitur.*
Analogum per se sumptum, stat pro famosiori significato. ibi.
3 *Vniuersitas Hominum quotuplex sit?*
4 *Vniuersitatis diffinitio.* & nu. seq.
5 Corporum *nomen, animata, & inanimata, rationabilia, & ratione carentia continet.*
6 *Vniuersitatem miserabilem personam esse, legisque nostræ vnica, forique priuilegio vti probatur,* vsque ad n. 13. exclusiuè.
Contrà n. 13. & 14. *Distinguitur,* n. 15. & seqq.
7 *Non priuilegiatus cum priuilegiato concurrens, eius priuilegio gaudet. Amplia tribus,* numeris seqq.
9 *Oleum non consecratum, an maiori etiam quantitate consecrato possit commisceri?*
Et an totum consecratum maneat? n. 39.
10 *Clericorum Collegium simul & laicorum, an licet minor pars ex Clericis constet, Ecclesiasticum dicatur.* & n. 38.
11 *Vniuersitas pupilla appellatur,* & num. 39. & seqq.

Et an semper pupillis comparetur? num. 39. & seqq.
14 *Vniuersitas cum in specie excepta non reperitur, iure communi vti debet.*
15 *Noua auctoris distinctio, & opinio, quam nu. seqq. prosequitur.*
17 *Vniuersitas corpus animatum, verumque non habet, neque appellatione personæ continetur.*
18 *Sine subiecto, qualitas stare nequit.*
19 *Singuli de vniuersitate in illius causa quæ in communi agitur ferre testimonium possunt.*
Seruus communis vniuersitatis, singulorum de illa non intelligitur. ibid.
20 *Vniuersitatis bona, singulorum non sunt, neque quod vniuersitati debetur, singulis debetur, neque è contra.*
Vniuersitatis nomine agens, singulorum non dicitur agere nomine ibid.
21 *Vniuersitatis aduocatus potest contrà singulos de illa consulere.*
22 *Intellectus text.* in leg. si communem, 10. D. quemadmodum seruit. amit. in leg. vnic. C. si in commun. ead. que caus. in integr. restit. postul. in l. 1. & 2. C. si vnus ex plurib appel. & in l. Præcipimus, §. Eodem obseruando, C. de appellation. *&* n. 34. *&* 36.
23 *Argumentum de pupillis ad vniuersitatem, an & quando procedat.*
Argumentum à simili vt procedat, omnimoda æquiparatio adesse debet. Æquiparationemque adesse dicenti, probatio incumbit; ibid.
24 *Secundum decretum contra pupillum non interponitur.*
Contrà vniuersitatem, vtique. & numer. sequent.
26 *Vniuersitas non vt pupillus alieno arbitrio regitur.*
Senatum in Romano populo, Decurionum ordinem, & Syndicos procuratores, in cæteris, quæ constituendi extiterit causa.
27 *Pupillo tutor datur, vt eius regatur arbitrio, pupillique actibus auctoritatem præstet.*
28 *Vniuersitas, per se, aut per Syndicum à se constitutum contrahere, ac publica expedire negotia valet.*
29 *Pupilli quamlibet paruam potentiam perhorrescunt.*
Vniuersitas timetur de potentioribusque dicitur & num. 32.
33 Marchesani, & Scacciæ *impugnatur iudicium.*
Vniuersitas tribus personis constat, & vna sustinetur, ibid.
Pauperum Collegium, vel Hospitale redditus quoque habens, fori priuilegio gaudet. ibid.
34 *Singuli de vniuersitate, in eius causa, quæ omnes vt singulos tangit, in propria veluti, testes esse vetantur.*
Et quæ causa ista dicantur.
35 *Miserabilis vt tertius pro interesse suo in causa comparens, an fori Principis fauore gaudeat.*
Cum singulorũ causam vniuersitas agit, an singuli æquè principales existere videantur. ib.
36 *Faciliùs veteris iuris retentio, & conseruatio, quam actio, & acquisitio conceditur.*
37 *Magis dignum, an & quando minus digno præualeat, illudque ad se trahat, vel non* & num. seq.
Interpretatio text. in cap. per tuas, 9. de arbitr. *ibid.*
38 *Ecclesiastica negotia, quæ secularibus tractari prohibeantur, concedanturvè.*
39 *Interpretatio* textus in capit. Quod in dubiis, tertio, de consecrat. Eccles. vel Altar.
40 *Restitutio Vniuersitati, vt pupillæ conceditur.*
Et an aduersus contractus iuratos.
41 *Contra rempublicam indefensam, sicut contrà pupillum, sententia lata non tenet, regulariter contrà.*
42 *Debitor pupilli, vel minoris, ab eius tutela, curavè repellitur.*
43 *Debitor Reipublicæ ab eius honoribus, administratioueque annexum honorem habente, nisi debitum soluerit, repellitur.*
44 *Vniuersitatis administratores malè rempublicam gerentes, ad pupillorum, minorumque tutorum, vel curatorum similitudinem tenentur.*
45 *Vniuersitati, vt minori, iuris ignorantia prodest.*
46 *Vniuersitatis bona, ad bonorum minorum instar, sine solemnitatibus alienari non possunt.*
Et quæ desiderentur.
47 *Vniuersitas Ecclesiæ æquiparatur, eiusq; priuilegiis gaudet, dissimilitudinis, non existente ratione,* & n. 51.
48 *Contra vniuersitatem an non nisi centum annorum præscriptio currat?* & n. 50.
Intellectus legis fin. C. de sacr. Eccles. & auth. Quas actiones, C. eod. tit. *ibid.*
49 *Contra vniuersitatem, vt contrà pupillum, præscriptio non currit.*
52 *Ad publicam vtilitatem factum, pium dicitur.*
53 *Nouorum instrumentorum prætextu publici negotij, vniuersitatisque fauore (etsi regulariter nequeat) retractari sententia potest.*
54 *Mutui obligatio quam arcta sit, & efficax, solutionisque necessitas.* remis.
55 *Vniuersitas non tenetur ex mutuo, nisi in eius vtilitatem sit versum.*
56 *Exceptio* non numeratæ pecuniæ *perpetuò Vniuersitati competit.*
57 *Feriæ messium, & vindemiarum, ad cætera concessæ, in vniuersitatis & publicis causis non seruantur.*
58 *Creditor ante tempus debitorem suum conueniens, quibus subiiciatur pœnis?* remissiuè.
59 *Respublica inopia laborans, antè tempus debitores suos exigere potest.*
60 *Respublica inopia laborans, an hodiè gabelam vltrà summam à lege taxatam regia imponere possit?* remis.
61 *Appellationis beneficium omnibus regulariter, conuictis, confessisque exceptis, iura Indulgent.*
62 *Vniuersitatis de debitori debito, conuicto, etsi*

etsi non confesso, appellatio denegatur.

63 *Nudo pacto, citràque stipulationis vinculum vsura non debentur.*

64 *Vniuersitati citra stipulationem, nudoque pacto, creditarum ab ea pecuniarum vsuras deberi, ciuilia Iura decernunt.*

Amplia num.79.& 80.

65 *Vendere rem suam nemo cogitur.*

66 *Pro vtilitate publica propriam rem vendere compelli quis potest. Regulaque in re sua quem esse moderatorem, & arbitrum dictans, fauore publico limitatur.*

67 *Rem communem pro ea parte, qua aliena est, vendere priuato non licet.*

68 *Fisco licet. minima etiam parte ad eum pertinente.*

69 *Et Vniuersitati: quæ debitorem suum, qui pro debiti satisfactione predij maiorem partem Vniuersitati alienauerat, cogere potest, vt sibi reliquam partem distrahat.*

70 *Et si legem consuetudo vincat; non si contra vtilitatem communem sit, quæ nullius tunc momenti existit.*

71 *Inter chirographarios, personalesvè creditores, prælatio ex tempore non datur.*

72 *In Republica creditrice limitatur.*

73 *In omni regulariter casu, ex omnibusque actionibus compensatio ipso iure fit.*

74 *Debitor publicus multis in casibus compensationem non opponit.*

75 *Contra eos, qui alienas, vel etiam proprias res apud alios existentes, authoritate propria inuadunt, aut extrahunt, graues à Iure sunt constituta pœna,*

76 *Vniuersitas, & illi qui ab Vniuersitatibus collectas conduxere, si de debito non dubitetur, possunt res non soluentium capere, & subhasta ponere.*

77 *Pro sibi tributis debitis, vt Fisco, tacita in bonis debitorum hypotheca Vniuersitati competit.*

78 *Vniuersitatis administratores de bonis eius ditatos, si finita administratione diuites reperiantur, nisi bonam rationem reddiderint, præsumuntur.*

Et quæ huius præsumptionis vtilitas sit? num. seq.

80 *Vniuersitatis pecuniam administrator retinens, quam pœnan quasque patiatur vsuras?*

81 *An de leui culpa? & ad quid administrator hic teneatur?*

82 *Vniuersitas neque delinquere, neque puniri potest. limita & intellige* numero 85. 86. & 87.

83 *Neque dolum committere Vniuersitas, neque de dolo actio in eam dari potest.*

84 *An in Vniuersitatem excommunicatio ferri valeat?*

87 *Intellectus* legis Quod maior, D. ad municip.

88 *Vniuersitas, multitudoque delinquens, mitius punitur.*

89 *In criminali causa (aduersus ordinarias Iuris regulas (per procuratorum comparere, seque defendere Vniuersitas potest.*

90 *An ob non seruatum iuramentum, Vniuersitas periurium incurrat, defunctis saltem qui iurarunt?*

91 *Vtilitas publica priuatæ antefertur.*

Et de publicæ vtilitatis priuilegiis, remis.

92 *Alterius facto oneratur nemo.*

93 *Vniuersitatis factum, singulos de ea grauat.*

94 *Ante litem contestatam, testes recipi nequeunt.*

95 *Fauoris publici ratione, cumque ille offenditur, limitatur.*

96 *Gratia* ad beneficium concedentis *facta, eius morte expirat.*

97 *Quid si publicam respiciat vtilitatem?*

98 *Iuri, vel fauori suo quilibet potest renunciare.*

99 *Publico renunciare non licet.*

100 *Clausula*, & quosdam, *seu* quouis alios, *in rescriptis apponi solita, cum alios comprehendat: Vniuersitatem non vtique.* & num.seq.

101 *Mandatum* contra Titium, & quosvis alios, *Vniuersitatem, seu Collegium non comprehendit.*

102 *Duæ vniuersitatis, aut Decurionum partes, ad Vniuersitatis actus gerendos, requiruntur adesse.*

103 *In actibus Vniuersitati, aut Collegio vtilibus, minor duarum partium existentia, & consensus sufficit.*

104 *Factum à maiori Vniuersitatis parte, etsi ab omnibus factum videatur: si Vniuersitati damnosum sit, singulorum desideratur placitum.*

105 *Ciuitatum Rectores Aduocati officium, siuè inter sua; siue alienæ iurisdictionis boni publici ratione existere prohibentur.*

106 *Prouinciæ Rector negotiari fauore publicò prohibetur.* & num. 108.

Aplia num.107.109.& seqq.

110 *Decuriones, aut Tabelliones vniuersitatum, negotiari an possint?*

111 *Vniuersitatum propria, iuravè earum Regalia nulli ex prædictis conducere possunt.*

112 *Ad matrimonia contrahenda in secundo consanguinitatis gradu, nunquam dispensandum, nisi ob causam publicam.*

113 *Vniuersitas acquirit absque traditione dominium, & secundo emptori, cui res priùs tradita fuit, præfertur. Regulariter, nec sine traditione dominium transit: nec primus emptor, sed secundus, cui res priùs tradita fuit, prælationem habet.*

QVÆSTIO X.

VT quæsito responsio congruat, & Vniuersitatis diuisione fieri; & definitionem assignari conuenit. Est enim *Vniuersitatis* generale nomen, † cuilibet multitudini, irrationabili etiam, carentique anima aptum, ex *l. Si grege,* 22. *& ibi* Batt.& Doctoribus, *D. de leg. 1. c. Ex literis,* 7.ibique etiam communiter Scribentibus, *de iure patronat.* Tametsi cum simpliciter † *Vniuersitas* profertur; eam quam humana, rationalisque societas instruxit, intelligi, illius supereminens dignitas, Hominisque excellentia efficiat. Cum analogum per se sumptum, pro famosiori stet significato, iuribus à *Nobis in Axiomatib.& locis communibur.lit.A. numero* 261. citatis.

Hanc verò, quadruplicem, † siue quatuor Vniuersitatum species Doctores constituunt. Prouinciam, Ciuitatem, Castrum, Opidum, seu Villam,

Villam, & simplex Collegium, Bart. *in l. Imperium, n. 7. D. de iurisd. omnum iudic. & cons.* 189. *n.* 1. *vol.* 1. Purpur. *in eadem l. Imperium*, *n.* 121. *& seq.* Francisc. Marc. *decis.* 566. *n.* 16. *p.* 1. refert, & sequitur Nicol. Loix. *de iure Vniuersit.* 1. *p. c.* 2. *n.* 1. plene *sequentib. numeris* vniuscuiusque naturam explicans. Collegioque omisso, tres tantum priores *Clcs. Hug.* recenset, *cons.* 106. *n.* 13. eumque sequutus Iacob. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3 *cap.* 1 *num.* 211.

Vna tamen omnes diffinitione continentur, sic

4 à *Losao, d. c. p.* 1. *n.* 2. formata † *Vniuersitas est plurium corporum collectio inter se distantium, vno nomine specialiter eis designato.* Tametsi quatuor relatarum egrediatur speciem, & aliis à definito competat, inanimata veluti, & ratione carentia complexa, *plurium corporum inter se di-*

5 *stantium collectionem esse* dicens *Corporum* † siquidem appellatio, animata, & inanimata, rationabilia & ratione carentia contineat, *vt eleganter* Pomponius docet, *in l. Rerum mixtura*, 30. *in princip D. de vsucap.* & Vlpian. *in l. Loci corpus*, 4 *D. si seruit. vendic.* prosequitur ad longum Senec. *epist.* 106. *incipit* Tardius sensit Ouid. *Trist. lib.* 3. *eleg.* 5.

Corpora magnanimo satis est prostare Leoni.

Ostenditque Lucret. *de rer. natural. lib.* 1.

Tum porro varios rerum sentimus odores
Nec tamen ad nares venientes cernimus vnquam;
Nec calidos aestus tuimur, nec frigora quimus
Obseruare oculis; nec voces cernere suemus:
Quae tamen omnia corporea constare necesse est.
Natura.

Sed facilè huic infirmitati, quae quidem, neque adiectione illa: *Vno nomine specialiter eis designato*, differentiam, restrictionem vè accipit. Cum ouium gregi & similibus conueniat, remedium, si *Corporum* loco. *Hominum* reponamus, vt *Plato* Ciuitatem definit, quem *Lucius Apuleius*, *de Philosophia* probat, dicentem: *Ciuitatem esse coniunctionem inter se hominum plurimorum, in quibus sunt Regentes, alij citeriores, coniuncti inter se concordia, & inuicem sibi opem, & auxilium deferentes: iisdem legibus, rectis tamen, officia sua temperantes.* Breuius in idem Oldr. *cons.* 315. relatus à Cardin. Domin. Tusch. *practicar. conclus. lit. V. conclus.* 255. *numero* 1. definiens: *Vniuersitas est, multorum congregatio, eidem capiti subiectorum.* Qua, & *Hominum* Vniuersitatem, & non sine capite, subiectioneque existere monstrat. Dicta pro necessitate, ad materiaeque desideratam cognitionem: caeteris ad ostentationem amissis.

Quamlibet igitur ex quatuor Vniuersitatibus

6 designatis † Miserabilium personarum, forique *legis* nostrae *vnica, C. quando Imper. inter pupil. & vid.* ad Principis curiam in prima causae cognitione aduersarium trahendi, priuilegio gaudere, multa suadent, tenueruntque multi

Suadet Primo, *Pauli* responsum *in l. si communem*, 10. *D. quemadmod. seruit. amitt.* dicentis: *Si communem fundum ego, & pupillus haberemus; licet vterque non vteremur: tamen propter pupillum, & ego viam retineo.* Alexandri Imperatoris, *in l.* 1. *&* 2. *C. si vnus ex plurib. appell.* Qui in *d. l.* 1 ait: *Si in vna, eademque causa vnus appellauerit, eiusque iusta appellatio pronunciata est: ei quoque proderit, qui non appellauerit.* Diocletianique, & Maxim. *in l. vnic. C. si in commun. ead. que caus. in integ. restit. postul.* aliorumque iurium probantium: † *Non priuilegiatum, cum priuilegiato concurrentem, eius priuilegio vti.* 7

De quibus per Alex *cons.* 122. *num.* 16. *vers. Et iudicio meo, lib.* 4. ibidemque illius *Addit. lit. E.* & adducit Neuizan. *in Sylu. nupt. lib.* 6. *tit. quam. iudic. procomm epin. num.* 39. *inter communes opiniones lib.* 5. *quaestioneque praecedenti* notamus, *n.* 130. Cum enim Vniuersitatis plurimi, vt diximus, sit collectio, viduas, pupillos, infirmos, caeterosque miserabiles continens: & miserabilem vniuersitatem dici, & hoc fori priuilegio, propter miserabiles in ea existentes, gaudere deducitur. Idque etiam si miserabilium, aut priuilegiatorum minor † sit numerus, 8

vt probat *textus*, *in cap. Per tuas*, 9. *de arbitr.* Qui Clerici vnius capacitatem, duorum laicorum coniudicum, sibi datorum, de spiritualibus iudicandi incapacitatem supplere videtur, tribuereque laicis cum Clerico circa spiritualia habilitatem iudicandi. Text. similiter *in cap.* 3. *de consecrat. Eccles. vel Altar.* dum sic *Innoc. text.* inquit: *Nec negamus quin oleum non consecratum consecrato oleo commisceri* Cuius decisionem, tametsi in maiori quantitate † oleum non consecratum, consecrato misceatur, intelligunt *Angel.* & *Rosel. in summ. verb. Aqua*, quorum refert sententiam, tenetque (cum modificatione) *Syluest. eod verb. numero* 3. 9

Vndè, Clericorum Collegium, simul & laicorum, quamuis minor pars † ex Clericis constet, Ecclesiasticum dici, firmauit Anton. Burg. *in c. Cum dilecti, num.* 14. *de empt. & vendit.* quem refert, Didac Couar. *practic. q. c.* 34 *n.* 1. *post med. versic. Quamuis Ant.* 10

Alio praeterea ex capite, id ipsum, miserabilem nempè vniuersitatem esse, forique priuilegio vti, suadetur: Quòd alieno arbitrio † iudicioque regatur. Ad speciale hoc inducendum, sufficiens causa, vt iam *supr. quaest.* 5 notamus, ad pupillique similitudinem. Pupillam enim vniuersitatem Alex. Imperator *in l.* 3. *C. de iure Reipubl. lib.* 11 appellauit, vtque pupillae subueniendum ait. Sic Diocles. in *l. Respublica*, 4. *C. quib. ex caus. maior.* Gordian. in *l.* 1. *& ibi Gl. verb. Flagitare, C. de offic. eius qui vicem alic. iud. vel Praes. obtin.* & ante hos Papinia. in *l. Qui solidum*, 80. § *Etiam*, vbi Bart. & DD. notant, *D. de legat.* 2. plene Nicol. Euerard. *in locis legalib. loco* 66. *à pupillo ad Rempublic.*, & *loco* 67. *à Republic. ad pupill.* & *Nos in Axiomatib. & locis commun. iur. litter. A. numero* 513. latiúsque prosequemur inferiùs. 11

Praefat. m denique assertionem † (quae miserabilium numero vniuersitatem reponit, eique vt miserabili fori tribuit priuilegium) tenent Alexand. *dict. consil.* 122. *lib.* 4. *numero* 16. *ad fin. versic. Et iudicio meo, doctrina ista etiam decidit casum nostrum: maximè cum in societate ista Strazarolorum, sint pupilli, minores, pauperes, infirmi, & multae miserabiles personae, quarum respectu, tota vniuersitas debet gaudere beneficio dictis personis miserabilibus concesso, vt l.* 1. *C. si in commun. ead que caus. & l. Praecipimus.* §. *Eodem obseruando*, *C. de appellationib.* & post eum Grammat. *in cons. ciuil.* 76. *incip. In causa vniuersitatis*, *numero* 5 *in fin.* 6. *&* 12

& 7. Vrsil. *in annot. ad* Matth. de Afflict. *decidecision. 257.numero 2.versic. Et propterea,* Prosper. Carauit. *in rit. magn. Cur. ritu 233. numero 3.* sic Neapoli decisum asserens, Iacob. Menoch. *de arbitrar.lib.2.centur.1. casu 66. numero 23. Cilla de modo artic. in princ. numero 99.* Ioan. Mar. Nouar. *in praxi election.& variat.fori, section. 1. quæstion. 20. per tot.* Thor. *in compend. decis. verb. vniuersitas*, Alexand. Trentacinq. *variar.resolut.tit. de citation.resolution.2.n.35.*

13 Contrariam vero, † ingenuè (cum *Marchesano*, quem refert) opinionem sustinet Sigismund. Scacc. *de appellation. quæst. 7. numero 130.versic. Extende.* Ea ratione, quod vniuersitas, seu communitas non sit de personis à *lege* nostra *vnica* designatis, neque miseræ conditionis in ea ratio extet. Quale communibus regu-
14 lis, non priuilegiato debet Iure vti. Siquidem vbi in specie priuilegiata non reperitur, † communi Iure adstringi, eoque vti vniuersitatem debere, *Marciani* decreto cauetur *in l. Simile, 10. D. ad municip.* & Imperatoris Anton. *in l. 2. C. de iure Reipubl.lib. 11.* Inque huius casus specie, priuatam personam vniuersitatem reputari, priuatorumque Iure vti, verba probant, *legis 9.tit.3.lib.4.nouæ Reg.collect.*

15 Ego verò, pro more, sic arbitror distingendum: † Aut vniuersitas negotia vniuersos de illa in communi, vtque vniuersos; aut singulos
16 tangentia tractat. Primò casu † (cum *Marchesano*, & *Scaccia* hoc fori priuilegio vniuersitatem non gaudere, dicendum, rationibus iam perpensis ea quoque addita: quod vniuersitas omnes in communi, neminem, vel miserum, in specie
17 repræsentet, nec corpus habeat animatum, † aut verum, miseræ conditionis capacem, iuxta *text.* iuncta *glos. verb. Penitus, in cap. Romana, 5. §. In Vniuersitatem, de sentent.excommun. lib.6. l. Mutuo, 23.& ibi* Bald. & Bologn. *D. de fideiussor, & mandator.* notantque *Bart. in l. Aut facta, 9. Nonnunquam, numero 5.* Castrens. *in l. Municipibus, num 2.D. de condit. & demonstr.* Socin. *sen.in cap. Mulieres, 6. de sentent excommun.num.15.in cap. Ad audientiam, de homicid.num. 301.& in cap. Dilectus filius, de symonia, numero 14. & ibid.* Abb. *in numero 11.& in cap. Nom, 2.de his quæ fiunt à Prælat. num.* 68. Nicol. *Losa, de iure vniuersit. dict. par. 1. cap. 1.num.5. cum seqq.* Andr. Gail, *de pace publ.lib. 2.cap.9.num.11.& seq.* Cardin. Dominic. Tusch. *practicar.conclus.lit. V.concl.255. num.4.& 8.* Prosper. Farin (alia in id iura adducente) *praxis crimin.part. 1. quæst. 24. num. 108.& seq.* Nec. *personæ* appellatione propriè vniuersitas continetur, *auth. Item quæcumque, & ibi* Bald. *C. de Episc. & Cleric. d. §. In vniuersi-*
18 *tatem,* Ias *in l.fin. C.de pact.num. 6.* Subiectoque miseræ conditionis deficiente, † & ipsam deficere, sit necessè, cum sine subiecto nesciat stare qualitas, *l. 4. §.fin. D. de action. empt. l. fin.D. de coll.bonor.* cum adductis à *Nobis in Axiomatib. & locis commun.iur.lit. Q. num. 2.* Miserabilis ergo personæ non extantis, appetet priuilegium ineptè. Nec quòd impropriè saltem, personæ vicē teneat Vniuersitas, contrariæ quidquam parti fauet, ex notatis *supra quæst. 6. num.8.*

Nec pariter, quod omnium de vniuersitate res in communi agatur; ad singulos referri, aut singulorum priuilegium vniuersitas prætendere debet, cum nec singulorum causa sit, in qua,
tanquam in aliena, † singulis de vniuersitate 19
ferre testimonium liceat, vt infinitis propè relatis *Farinacius* tradit, *praxis crimin.part. 1. quæst. 60.num. 495.* Quo argumento, ad prædictam assertionem firmandam, vtentem repetit *Glossam vnicam, in l. 1. D. quod cuiusque vniuersit. nom:* quod & firmant Marcianus, *in l. In tantum, 6. §. 1. D. de rer.diuis.* ait enim: *vniuersitatis sunt, non singulorum, quæ in Ciuitatibus sunt theatra, stadia, & his similia, si qua alia sunt communia Ciuitatum* (a quo eadem *Iustinianus* Imperator verba desumpsit *in §. vniuersitatis instit.eod. tit.*) Prosecutusque *Martianus*, nectit: *Ideoque nec seruus communis Ciuitatis, singulorum pro parte intelligitur, sed vniuersitatis. Et ideò, tam contra ciuem, quàm pro eo, posse seruum Ciuitatis torqueri, diui fratres rescripserunt. Et libertus Ciuitatis, non habet necesse veniam edicti petere, si vocet in ius aliquem ex Ciuibus.* & Vlpianus, *in l. Sed etsi hac, 10. §. Qui manumittitur, D. de in ius voc.* inquiens: *Qui manumittitur à corpore aliquo, vel Collegio, vel Ciuitate, singulos in ius vocabit. Nam non est illorum libertus, sed Reipublicæ honorem habere debet,* & in *l. 1. §. Seruum municipum, D. de quæstion.* repetit: *Seruum municipum posse in caput Ciuium torqueri, sæpissime rescriptum est, quia non fit illorum seruus, sed Reipublicæ.* Bonaque vniuersitatis, † singulorum non dici, neque 20
è contra, præter superiora, *Vlpiani* verba ostendunt, in *l. Sicut, 7. §. Sed quod, D. quod cuiusque vniuers. nom.* Ea sunt: *Sed quod vniuersitati debetur, singulis non debetur. Neque quod debet vniuersitas, singuli debent.* Pro debito inde vniuersitatis, capi singulares personas non posse, nisi aliter se astrinxerint, in necessariam consequentiam venit, & notant ibi *Angel. num. 1.* & cæteri, plenèque hac de re *Gutier. de gabel. quæst. 168. per tot.* Nec quod vniuersitati debetur, singuli de illa petere possunt, *dict. §. Sed quod,* & aduertit *Castrens.ibid.num.1.* Quæ causam, vel litem vniuersitatis, singulorum non esse, neque èc ontra, satis apertè monstrant, & docet Roland à Vall. *consil. 53.num.9.10.& 11. lib.4.* vniuersitatisque nomine agentem, singulorum nomine non agere, vniuersitatisvè actorem, singulorum non reputari, *Odofred.* notat *in l. Si municipes, num. 1.& 3. D. quod cuiusque vniuersit.nom.*

Vniuersitatis inde Aduocatum † contra sin- 21
gulos de ea consulere posse, dixit Corras. *in l. 1. num. 144. D.de seruit.* sequitur Iacob. Cancer. *variar.resol.lib. 3.cap.4.num.103.& 104.& cap. 17. à num.179. & seqq.* suprà dicta prosequens, pariterque Losæ *dict.1.part. cap. 1. num. 10. cum seqq.* & Roland. à Vall. *consil. 53. à n. 6. cum seqq.lib.4.*

Neque assertioni huic contraria Iura † *n.6. &* 22
seq. assignata obstant. Loquuntur enim in causa natura sua indiuidua, & inseparabilia; in eaque procedunt, non si separari quoquomodo possunt, vt est concors Doctorum resolutio *in d.l. Si communē, 10. D. quemadmod. seruit. amitt.* & firmat *Conar. practicar.d.cap.34.n.1.* vniuersitatis verò causam omnes in communi tangentem, non modo separabilem; sed omnino diuersam, superiora monstrant.

Nec vniuersitatis ad pupillos † fortius 23
instat argumentum, tanquam fallax, nec sem-

per procedens, vt constat ex Glos. in l.1.§. Quod si nemo, verb. Proconsul, & ibi notat Bart. D. quod cuiusque vniuersit. nomin. Ias. in l. Si quis maior, 41. num. 10. ver. Non obst. C. de transact. vbi argumentum hoc tunc demùm vigere, cum æquiparatio facta reperitur, aduertit. Vtque ab æquiparatatis argumentum procedat, omnimodam similitudinem adesse in casu æquiparato debere, nec aliter, minima etiam dissimilitudine data, subsistere; iam alibi diximus, & in Axiomatib. nostris, lit. A num. 53. similitudinem ab eo, qui in illa fundamentum habet, probandam adiicientes. Socin, Surd. Seraphin. aliorumque auctoritate.

A legibus specialibus in casibus, suprà æquiparationem factam vidimus: dissimilitudinem ostendant aliæ. Secundum decretum contra pu-
24 pillum † interponi, ex Iuliani, Marcellique sententia Vlpian. vetat, in l. Apud Iulianum, 3. D. quib. ex caus. in possess. eatur, vbi ita Accurs. verb.
25 Possideri, & Scribentes notant: Contra vniuersitatem † interponi posse, consentit Caius in dict. l.1.§. Quòd si nemo, Accurs. iam dicto verbo ibi, & Bart. num. 1. & in l.1. num. 1. C. de iure Reipubl. lib. 11. Vtrumque (aliis quoque citatis) Nicol. Losæ probat. de iure vniuersit. 2. part. cap. 1. n. 72. & seq.

26 Neque alieno, veluti pupillus, Vniuersitas † arbitrio regitur, cum se regendi, propriasque lites agitandi, non vt minor habilitate, & potentia; sed facultate caret. Quæ in Romano populo Senatuum, in cæteris, Decurionum ordinem constitui fecit, non quod illi propria gerendi deesset facultas, Pomponio reste, in l. 2. §. Deinde, D. de origin. iur. dicente: *Deinde, quia difficilè plebs conuenire capit: populus certe multò difficiliùs, in tanta turba hominium: necessitas ipsa, curam Reipublicæ ad Senatum deduxit: & ita capit Senatus se interponere, & quidquid constituisset, obseruabatur.* Eademque ratione, Procuratorem, ac Syndicum, qui vniuersitatis nomine peragat necessaria, induxerunt Caius in l. 1. §. Quibus (vbi notat Glos. verb. Syndicum. Vlpian. in l. Nulli, 3. Paul. in l. Item eorum 6. §. Sed ita, vers. Sed hodie, D. quod cuiusque vniuers. nom. Iulianus in l. Ita tamen, 27. D. ad S.C. Trebell.

Diuersa tamen (vt diximus) vtriusque na-
27 tura. Pupillo enim tutor datur, † cuius regatur arbitrio, cum eius imbecilla ætas, quid faciat, ignoret, vt iam quæst. 3. num. 129. & quæst. 5. num. 1. & 2, notamus. Ideòque actibus à pupillo, minoreve gerendis, tutorum, aut curatorum auctoritatem, ne corruant, præstare necesse est, nisi euidentem minorum præ se vtilitatem ferant, princip. & toto tit. inst. de auctor. tutor. l. Pupillus, 5 §. Pupillus, & toto tit. D. eod.

28 Vniuersitas, per se, † aut per Syndicum à se constitutum, cuique auctoritatem ipsa præstitit, contrahere, ac publica expedire negotia valet, Vlpiani responso in l. 1. §.1. Si autem Collegium, vbi id notant Bart. Ias. num. 6. & 7. Rip. num. 9. Alex. 3. & fin. D. ad S.C. Trebell. Castrens. in dict. l.1. §.1. num. 2. & seq. D. quod cuiusque vniuersit. nom. & in l. Item eorum, § Sed si ita, num. 2. D. eod. tit. Doctores in l. Ciuitas, D. si cert. pet. plenè Nicol. Losæ de iure Reipubl. 3. part. cap. 2. num. 1. & seqq. cap. 3. num. 1. & seqq & cap. 5. per tot.

29 Præterea, pupilli quamlibet, † paruam etiam potentiam perhorrescunt, quæ dicti priuilegij causa præcipua ratio extitit. Vniuersitatis alij potentiam perhorrescunt, cum de potentioribus, vt inferiùs subiicimus, dicatur.

Satis ergo Vniuersitatis ad pupillos æquiparationis factæ argumentum corruere, dissimilitudinemque omninodam ad fori priuilegium consequendum, cum propriam, vniuersorumvè causam in communi agit, existere, prædictis constat. 30

Secundò verò casu, † quando vt singulorum Vniuersitatis causa agitur; subdistinguendum quoque videtur: an miserabiles principaliter respiciat, vel non; vt si principaliter miserorum causa vertatur; fori vniuersitas priuilegio gaudeat. Exemplum præstat Paulus in l Ciuitatibus, 125. aliàs 122. D. de legat. 1. inquiens: *Hoc amplius, quod in alimenta ætatis infirmæ (puta senioribus, vel pueris, puellisque) relictum fuerit: ad honorem Ciuitatis pertinere videtur.* Quæ enim ratio vetat, pro miserabilibus nominatim agendo, suum quoque ius, honorem, decoremque seruando, hoc vniuersitatem iure vti? cum & veluti procuratorio nomine agat, & inseparabilitas causæ, priuilegiatorum fauorem non
priuilegiatis, vt diximus, tribuat. 31

Si verò non miserabilium, † singulorum licet causa vertatur: nec pauperem quoque vniuersitatem hoc fori priuilegio vti; argumenta in primo casu adducta num. 13. & seqq. probant, & Signaturæ decretis Marchesanus, & Scaccia citatis locis confirmant: apud quam, denegari hunc vniuersitati fauorem, quamuis illius allegetur paupertas, testantur. Quia si singuli vnum quadrantem ponant (ipsi aiunt) sufficientem
summam constituunt. 32

De personis inde potentioribus, † vniuersitatem esse, pauperes licet, miserosque contineat fatentur Bald. consil. 311 incip. Apparet, in fin. lib. 1. & Anchar. consil vlt. circa med. Præterea conditio Ecclesiæ, provt eos sequutus, Aymon Crauet. refert, de antiquitat. tempor. §. Circa præmissa, num. 34. constatque ex rubro, & nigro, C. ne Fiscus, vel Respublica procurationem alicui patrocinij causa in lite præstet.

Huiuscemodi tamen Marchesani, & Scaccia 33
ratio, † vniuersitatis solum indigentiam respicit, eamque sufficientem causam ad fori priuilegium obtinendum, non esse, suadet. Cæteros autem miseræ conditionis casus neque excludit neque eundem illum (paupertatis scilicet) in quolibet, absolutéque verum esse demonstrat. Si aut tam breui constet vicinorum vniuersitas numero (quippe quæ, & tribus constet, l. Neratius, 85. D. de verbor. signific. & vno sustineatur, l. Sicut, 7. §. fin. D. quod cuiusque vniuersit. nomin.) aut tam grauibus præmatur causis; vt non singulorum quadrans (quemadmodum illi dicunt) sed nec longè maior summa sufficientem, pro rei qualitate constituat. Tuncque, vt pauperem alium, hunc & mereri, & debere consequi vniuersitatem fauorem, asserendum venit, sicut & pauperum Collegium, vel Hospitale. redditus quoque habens (vt quæst. 8. scripsimus) obtinet.

Quare vltra etiam notæ paupertatis casum,
in cæteris, cum vt singulorum causa agitur, † 34
legis nostræ vnicæ, forique priuilegio vniuersitatem gaudere dicendum videtur. Veluti si de aqua ducenda, pascendo pecore, lignisvè cædendis,

cedendis, in quibus singuli vtilitatem sentiunt, commodumque reportant, controuersiam vniuersitas patiatur: quæ singulorum, & sic miserabilium pariter, causa dicitur. In qua, veluti in propria, testimonium ferre vetantur, vt profitentur Felin. *in cap. Super, num. 6. post med.* Abb. *n. 2. col. 2. vers. Hoc membrum intelligerem,* Deci. *num. 16. de testib.* Mascard. *de probation. concl. 295. num. 19.* & cum propè infinitis, Prosper. Farin. *de testib. quæst. 60. num. 484. & 496* vniuersitatis enim tunc condemnatio, vel absolutio, vtilitas, vel damnum, singulos inseparabiliter afficit, in eosque influit. Quo quidem casu, dictæ *legis Si communẽ, 10. D. quemadmod. seruit. amitt.* similiumque priuilegiati ad non priuilegiatum fauorem porrigentium, dispositio viget.

Sed adhuc id cum priuilegiatus ipse princi-
35 paliter agit; non nisi alius, secundariò licet vtilitas sentiat, vel vt tertius pro interesse suo compareat. Tunc enim miserabilem sic comparentem, non foti priuilegio vti, aliorum opinione, *quæst. 3. n. 42.* tradidimus. Cùm ergo in præsenti, non miserabiles, sed vniuersitas principaliter agat, etsi vtilitas secundariò descendat in singulos; cum nec isto priuilegiato iure, secundum præfatam opinionem, miserabilis ipse gaudeat; neque vniuersitas, eius persona gaudebit. Naturali ratione, reguláque dictante: *Neminem plus iuris in alium transferre posse, quam ipse habeat,* contenta in *cap. Nemo potest, 79. de regulis iuris, lib. 6.* aliisque iuribus relatis à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. P. n. 91.* Responderi licèt possit, æquè principales singulos tunc de vniuersitate existere, interesse, damnum, vel commodum æqualiter cum vniuersitate sentientes, iuxta *text. in l. Loci corpus, 4. §. Si fundus, D. si seruit. vendic.* & in *l. Qui aliena, 33. §. fin. D. de negot. gest.*

Quo tamen argumento se dato, illud quo-
36 que insurgit: † textum in *dict. l. Si communem* (qui capitalis in ista materia est, per quem priuilegiati fauor non priuilegiato communicatur) non tam de nouo iure, actionevè præstanda; quam de veteri, & iam quæsito seruando, retinendoque ex priuilegiati persona, disponere. Quod facilius conceditur, iuxta notata à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iuris, lit. A. num. 60. & lit. R. num. 122.* & ita considerat Cyn. *in l. vnic. C. si in commun. ead. quæ causa in integr. restit. postul. in fin. versic. Item non facit.* Consultique verba *in dict. l. Si communem,* manifestant: *Licet vterque non vteremur: tamen propter pupillum, & ego viam retineo.* Miserabilium ergo in vniuersitate existentium ratione, ius quod vniuersitati competebat, illæsum seruari (terminis in quibus loquimur retentis) *dictæ legis Si communem,* conforme est: nouum vero, fotique priuilegium acquirere, velleque vniuersitatem eo exercere prætextu; dissonum ab illa videtur. Nisi nouam in isto casu acquisitionem negemus; sed iuris conseruationem, quod ex miserabilium personis vniuersitati legum ministerio competebat, defendamus. Cùm præsertim, neque remedium hoc ius auferat, vel tribuat, sed tuetur.

Quæ quidem tunc faciliùs sententia proce-
37 det, si maiori miserabilium parte. † vel saltem æquali vniuersitas constet. Priuilegiatorum enim minorem numerum, maiorem non priuilegiatorum ad se trahere, illisque suum communicare fauorem, aut magis dignum, minus digno præualere, si minus dignum, numero, vel quantitate excedat: neque satis superioribus apertum: neque iuribus, authoritatibusque in id *supra num. 7. & tribus seqq.* relatis, probatum. Namque *in dict. cap. Per tuas, 9. de arbitr.* non ideo arbitrium à duobus laicis, & vno Clerico valuit, quòd Clerici capacitas, laicorum incapacitatem suppleret, eisque de spiritualibus iudicandi, concederet facultatem adiunctio: sed quia ab Archiepiscopo arbitrij facultas fuerat concessa, cuius delegationis, commissionisque virtute, non solum in causa Ecclesiastica ciuili (de qua ibi agebatur) sed etiam spirituali, arbitrium ferre poterant. Eamque rationem *textus ipse* reddit, non quod cum Clerico laicis arbitrium commissum foret. Dum ait in fine: *Quod autem à duobus laicis, & vno Clerico dicitur esse prolatum; nequaquam obuiare videtur, cum auctoritate dicti Archiepiscopi factum sit.* Laicis etenim, quamuis Ecclesiastica negotia tractare † prohibeat *text.* 38
in cap. 1. de iudiciis: id tamen *ibi* Glos. *verb. Non præsumant;* intelligit; *auctoritate sua, secus delegata,* in pecuniaria saltem, seu huiusmodi mere ciuili Ecclesiastica causa.

Vndè nihil ad arbitrij valorem Clerici adiunctionem in eius textus specie effecisse, firmumque absque illa etiam existere posse constat, expressiusque ex *textu in cap. Exposita, 11. eod. tit. de arbitr.* Sic notat, decisionemque *textus in dict. cap. Per tuas,* intelligit Augustin. Barbos. *in collect. ad cap. Quod in dubiis, 3. num. 3. de consecr. Eccles.* Qui etiam pro contraria parte citatus, † huic non obest. Etsi enim probet: 39
Oleum non consecratum, consecrato oleo posse commisceri, non tamen totum consecratum manere, si tantundem, maiorvè pars non consecratum addatur. Quinimo verior sententia firmat, neutrum tunc consecratum manere, vt ex Syluestr. *& eius supplemento, verb. Aqua,* tradit August. Barbos. *ibid. num. 4.* Regulam propterea vulgarem, quæ *magis dignum, ad se minus trahere dignum* dictitat, limitat; docetque procedere *Bart. in l. fin. C. de colleg. illicit.* (quem refert, & approbat Neuizan. *in Sylu. nuptial. lib. 6. titul. quemadmod. iud. pro commun. opin. num. 40.* inter communes, *lib. 5. pag. mihi 376.*) cum numero, vel quantitate superest, aut saltem æquet. In vniuersitate Clericorum comprobans, & laicorum: in qua si plures laici existant, secularem reputari dicunt.

Controuersus hac in re vniuersitatis fauor, multis aliis inconcussus supplementum capit. Si generalia præmittamus; & compendiosa, vt aiunt, via ad totius materiæ cognitionem deueniemus: & specialia cætera expeditentur facilius. Præbeatque ad minores, pupillosque vniuersitatis, iam suprà multis iuribus tradita comparatio. Ex quibus, restitutionem † vniuersitati, vt pupillæ concedi, tradunt Ale- 40
xand. *consil. 1. num. 22. & 23. in fin. lib. 4.* & cum multis, latissiméque Sfort. Odd *de restit. in integr. part. 2. quæst. 3. art. 9. 10. 11. & 12.* & copiosissimè etiam Nicol Losæ. *de iure vniuersit. 3. part. cap. 18. per tot.* Adrian Negusant. *in Sylu. responsor. quæst. 439. num. 1. & per tot.* Osuald. Hiliger. *in* Donel. *Enucl. lib. 21 cap. 7. lit. H. & cap. 13. lit. L.* vbi & aduersus contractus iuratos illi restitutionem competere dicit. Quæ non Doctorum solum placito opinio constat: sed *legis 3. C. de iure Reipubl. lib. 11.* decreto, moribus

comprobato, Imperatore Alexand. in ea dicente: *Rempublicam, vt pupillam extra ordinem iuuari, moris est.*

Vndè, quemadmodum contrà pupillum indefensum † sententiam non tenere, *quæst.* 5. *num.* 36. *& duobus seqq.* notamus: ita nec contra Rempublicam, *Anton.* Imperator, in *l.* 1. *C. eod. prox. tit. de iure Reipubl. lib.* 11. his verbis sanxit: *Si quid aduersus Rempublicam indefensam, in ea specie, in qua neque defensores creati fuerint; neque vt crearentur, placuit, statutum est: actionibus eius nihil est præiudicatum.* Cuius regulariter contrarium, minoribus, vniuersitatique fauorem hunc tribuentia Iura ostendunt. 41

42 Sicut prætereà debitor pupilli, † vel minoris, ab eius tutela, curavè repellitur, *auth. Minoris debitor, C. qui dari tutor. poss.* & in corpore vndè sumitur, in *auth. vt ij, qui oblig. se haber. perhib. §. Sed si quis, coll.* 6. ita & vniuersitatis, Reipublicæque debitorem priùs debitum non

43 soluentem † ab eius honoribus, & administratione annexum honorem habente, *Vlpian* arcet, in *l. Rescripto*, 6. *§. Debitores, D. de muner. & honor.* inquiens: *Debitores Rerum publicarum, ad honores inuitari non posse certum est: nisi priùs in id quod debetur Reipublicæ satisfecerint.* Imperator quoque Anton. in *l.* 1. *C. de debitor. Ciuit. lib.* 11. his verbis: *Non priùs debitorem Reipublicæ, honorem in Republica subire, quàm id quod debere constiterit, Conuentus exsolueris: tam meis, quàm diuorum Principum constitutionibus declaratur.*

Sic vniuersitatis, Reipublicæque administra-

44 tores, Rempublicam malè † gerentes, ad pupillorum, ac minorum, tutorum, vel curatorum similitudinem teneri; *Papinianus* prouidit *in l. fin. D. de administr. rer. ad Ciuit. pertinent. totoque titulo* cauetur, *C. de administr. rer. public. lib.* 11. & notat Adrian. Negulant. *in Sylu. responsor. q.* 129. *n.* 1.

Quemadmodum item minoribus iuris ignorantiam † prodesse, *quæst.* 5. *num.* 50. tradidimus:

45 ita & vniuersitati, affirmat Lamberteng. *de contract. glos.* 1. *num.* 156. aliisque relatis, Prosp. Farinac. *fragmentor. criminal. p.* 2. *lit. I. numero* 278.

Minorum etiam ad instar, vniuersitatis bona,

46 sine solemnitate † alienari nequeunt, præfinita à *lege fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib.* 11. prosequiturque Losæ. *de iure vniuersit. part.* 3. *cap.* 5. *per tot.* Pluraque ex æquiparatione præfata deducunt Doctores, quæ passim legentibus occurrent.

47 Ecclesiæ † quoque vniuersitatem comparat Iustinianus *in l. fin. C. de sacros. Eccles.* vtrique circa præscriptionem in rebus hæreditarij iuris, legatis, donationibus, & venditionibus, centum annorum spatium concedens. Quod etsi *per auth. Quas actiones*, statim sequentem, sit in Ecclesia

48 † mutatum: non quoad vniuersitatem, in qua intelligendam mutationem non esse, cum in Ecclesia tantum disponat: contendit Losæ. *de iure vniuersit.* 3 *part. cap.* 17. *num.* 14. *cum seqq.* Imò potius contra vniuersitatem, (ad Pupilli æquipa-

49 rationem) præscriptionem non currere, † tradit Sfort. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 90. *num.* 32. *&* 33. auctoritate Senioris, Socini, *cons.* 66. *num.* 13. *lib.* 4. Alciati, *consil.* 167. *num.* 5. *&* Roland. à Vall. *consil.* 66. *num.* 28. *& seq. lib.* 3.

Sed tamen extra quatuor *dictæ legis finalis* casus, † triginta, vel quadraginta annorum 50 præscriptionem contra vniuersitatem currere. *Losæ*, profitetur, *dict. cap.* 17. *n.* 19. *ad fin.* ex *l.* 1. 3. *&* 4. *C. de prescript. trigint. vel quadrag. annor.* & Glos. *in dict. l. vlt. verb. Centum annorum, vers. Sed dic secundum Ioan.*

Ad alia multa vniuersitatis ad Ecclesiam comparatio: † quorum tibi (diuersitatis inter vtram- 51 que non existente ratione) Ecclesiæ priuilegiis discerpendis, cumulandisque, à Nobis iam impensus labor, gratis copiam faciet.

Ad publicamque vtilitatem factum, pium † dici, (ex *l.* 1. *§. vlt. C. de caduc. toll. l. Ad instructionem, C. de sacros. Eccles.*) asserunt Castrens. 52 *consil.* 194. *viso puncto col.* 2. *versic. Pro hoc etiam, lib.* 2. & Deci. *in cap.* 1. *num.* 13. *ver. Septimo, de probation.*

Nouorum instrumentorum prætextu, † & sen- 53 tentiam retractari non posse; & in negotio publico posse, Imperatorum *Antonini*, & *Seueri* rescripto, in *l. Imperatores*, 35. *D. de re iudic.* Consultus *Papyrius* prodit: Imperatores Antoninus, & Seuerus *rescripserunt: quamquam sub obtentu nouorum instrumentorum, restitui negotia minimè oporteat: tamen in negotio publico, ex causa permittere, se huiusmodi instrumentis vti.* Obseruantque *ibidem* Ias. *n.* 8. 11. *&* 12. Ioan. Maur. *de restit. in integr. cap.* 293. *n.* 3. *& cap.* 420. *per tot.* & Nicol. Losæ, *de iure vniuers. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 88. Conueniuntque *l.* 15 *in fin. titul.* 11. *& ibid.* Gregor. Lop. *verb. Fueras ende*, & *l.* 19. *titul.* 22. *vers. Otrosi dezimos*, cum *eodem* Lopez, *verb. Contra el Rey, part.* 3.

Quam efficax, arctaque sit mutui obligatio, † 54 & eius solutionis necessitas; multis iam *de priuileg. pauper.* 1. *p. quæst.* 44. *num.* 18. cum aliquibus seqq. ostendimus, *supráque* etiam *q.* 8. *num.* 122. notamus.

Ex mutuo autem, non aliter obligatam vniuersitatem, † quam si in illius vtilitatem sit ver- 55 sum, *Vlpiano*, placuit, in *l. Ciuitas*, 27. *de reb. cred. si cert. pet. Ciuitas* (inquit) *mutuidatione obligari potest, si ad vtilitatem eius, pecuniæ versæ sunt. Alioquin, ipsi soli qui contraxerunt, non Ciuitas tenebitur.*

Cuius decisione eleganter *Andr. Fachin.* probat, *lib.* 2. *controuersiar. cap.* 88. *versic. Postrema*; Exceptionem non numeratæ pecuniæ † perpetuo 56 vniuersitati competere. Cùm enim perpetuo exceptionem mutui in eius vtilitatem, non conuersi, opponere possit: multo magis numerationis non factæ. Siquidem, vbi numeratio facta non est, nec vtilitas adesse potest. Quòd si à creditore numeratione probata; in vtilitatem quoque versio (ea opposita exceptione) probanda est: longè magis non numeratæ pecuniæ exceptione proposita: numerationem creditorem probare debere, sequitur, deducitque *ipse*, idem, omnes notare aduertens *in l. Si is qui bona, D. de pignor.* tenetque Nicol. Mozium, *de contract. lib. tit. de mutuo, §. venio ad vltimam columnam, post num.* 18.

Ferias messium, & vindemiarum, regulariter concessas in *l.* 1. *& tot. tit. D. de fer. l.* 37. *tit.* 2. *part.* 3. in vniuersitatis, † publicisve causis non 57 seruari, Imperatores Valentin. Valent. & Gratian. in *l. Publicas*, 5. *C. eod. tit. de fer.* his verbis concesserunt: *Publicas, ac Fiscales causas, tua sinceritas, etiam feriatis geminis mensibus (hoc est, sine aliqua intermissione) distinguat.* & ibid. notat

notat Bald. *n.2.* Nicol. Los. *d. tract. part.2.c. 1. num.47.*

Creditor ante tempus † debitorem conue-
58 niens, diuersis subiicitur pœnis, quas *de priuileg. pauper. part.1. qu. 43. numero 1. & seqq.* sumus
59 prosequuti: à quibus rempublicam † inopia laborantem excusari, posséque ante diei aduentum debitores suos exigere; & *ibidem, num. 13.* notamus, & tradit plenè Nicol. Losæ. *de iure vniuersit. part. 3. cap.6. à num. 2.* & deinceps. Pos-
60 séque etiam nunc vectigal, † seu Gabelam imponere multis auctoritatibus comprobamus, *dict. 2. part. de priuileg. pauper. quæst. 38. num. 24. & seqq.* vbi & an etiam hodiè vltrà trium millium petitorum summam absque regia quoque facultate, imponere ex causa valeat.

61 Appellationis beneficium, quod omnibus † regulariter iura indulgent, vt iam suprà *quæstio. 8. num. 366.* prædiximus conuictis confessisque exceptis, iuxta *l. 2. C. quor. appel. non recip.* vni-
62 uersitatis debitori, de cuius debito constat, † conuictusque est, etsi non confessus; denegari profitetur (cum Baldo, *in l. fin. numer. 1. & 2. C. quorum appellation. non recip.*) Nicol. Los. *dict. tract. 3. p. d. cap. 6. n. 8.*

63 Nudo pacto, † citraque stipulationis vinculum non deberi vsuras, iura decernunt *in l. 1. &*
64 *3. C. de vsur.* At vniuersitati † citra stipulationem, nudoque pacto, creditarum ab ea pecuniarum vsuras deberi, *Paulo* consulto placuit *in l. Etiam ex nudo, 30. D. de vsur.* cuius hic responsi tenor: *Etiam ex nudo pacto debentur ciuitatibus vsuræ creditarum ab eis pecuniarum.* vbi *glos. vnic.* contrà duas iuris regulas speciale id esse notat: & sine stipulatione (aduersus proximas relatas leges) deberi vsuras: & nudo pacto actionē concedi, quæ aliis denegatur, *l. Iurisgent. 7. §. Quinimò, in fi. & ibi* Accur. *v. ex pact. & §. Idē resp.* Iterumque Accurs. *ibi verb. Pacto, D. de pact.* hac in re nota, allegatione contenti, vt multitudini (quæ adduci posset) parcamus.

65 Vendere rem suam † cogi neminem; sæpè diximus, formauimusque axioma, *in nostris, lit. V.*
66 *num. 10.* Pro vtilitate vero puplica, quem posse compelli text. probat, & notat *ibi* Accurs. *verb. Patris, in quarto casu,* & Bart. *num. 3. & 4. in l. fin. C. de debitorib. ciuitat. lib. 11.* text. optim. *in § Sed & maius instit. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Per quem regula illa trita, *in re sua quem moderatorem esse, & arbitrum* dictans assignata ampliationibus, limitationibusque ornata à *nobis in Axiomatib. lit. R. num. 49., & quinque seqq.*) publicò fauore limitationem recipit, & notant *ibi* Angel. Port. & Ias. *in additionib. ad eundem, num. 11. & 12.* aduertimusque *nos d. l. n. 52.*

Rem communem, pro ea parte, quæ aliena est,
67 † vendere priuato non licere, *text.* decernit *in l. 2. C. de commun. rer. alienation.* speciali id priui-
68 legio fisco † (pro minima etiam parte tangente) concedens, *text.* etiam *in l. vnic. C. de vendit. res. fiscal. cum priuat. commun. libro 10. & in l. 53. vers. Otrozi dezimos, tit. 5. part. 5.* quod
69 pariter vniuersitati † tribuit *lex fin. ad fin.* & ibi notat *glos. penult. C. de debitor. ciuit. lib. 11.* publicum debitorem, qui pro debiti satisfactione maiorem prædij partem vniuersitati alienarat; cogi posse vt eidem distrahat remanentem probantes, asseritque Losæ. *de iure vniuersit. dict. 3. p. c. 6. n. 15. & seq.*

Eam consuetudinis vim, iam supra, *quæst. 5. num. 26.* esse diximus, vt legem quoque vincat: † 70
si tamen contra publicam sit vtilitatem, nullius esse momenti, nec subsistere: probat *text. in l. fin. Cod. si contra ius, vel vtilit. publ.* notantque ibi communiter *Doctores*, & neminem à conclusione hac discrepare testatur Roch. *de Curte in tract. de consuetud. sect. 3. num. 1. & per tot.* profiteturque Farinac. *fragment. crimin. p. 1 lit. C. num. 271.*

Inter chirographarios, personalesvè creditores, 71
prælationem Paul. negat, *in l. Priuilegia, 16. D. de priuil. creditor. Priuil.* (inquiens) *non ex tempore æstimantur; sed ex causa. Etsi eiusdem tit. fuerint, concurrunt: licet diuersitates temporis in his fuerint.* Ipse tamen *Paulus* id in republica † credi- 72
trice limitat, *in l. Bonis, 21. §. vnic. D. de priuileg creditor.* his verbis: *Respublica creditrix, omnibus chirographariis creditoribus præfertur.* Quæ latè examinat Petr. Bander. *de priuileg. creditor. cap. 10. per tot.*

In omni regulariter casu, ex omnibusq; actionibus, compensationem † ipso iure fieri, *lex* statuit 73
fin. C. de compensatio. iamque supra aduertimus, *quæstion. 8. num. 308.* Debitor tamen publicus,
† multis in casibus compensationem non opponit. Quorum primum *Vlpianus* refert, *in l. 1. §. Ad frumenti, D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* inquiens: *Ad frumenti comparationem pecunia data, restitui ciuitati, non compensari in erogata debet.* Alios Imperator Alexand. *in l. 3. Cod. de compensation.* ibi: *Si neque ex Kalendario, neque ex vectigalibus, neque ex frumenti, vel olei publici pecunia; neque tributorum, neque alimentorum, neque eius, qui statutis sumptibus, neque fideicommissi ciuitatis debitor sit,* compensationem admitti decernit, *Diocletian.* pariter, & *Maxim. in l. Si velut, 13. C. eod. tit.* quod debetur Reipublicæ, cum eo, quod officialis aliavè persona debet, non compensari sanxere. 74

Eos, qui alienas, imò & proprias res apud alios existentes, † inuadunt, propriaque auctoritate extrahunt propriarum rerum amissione, alienarum æstimatione, cum fructibus possessori præstanda damnant, *lex Si quis in tantam, 7. Cod. vnde vi, l. Extat, 13. D. de eo, quod met. caus. l. Creditores, 7. D. ad leg. Iul. de vi priuat. & l. 10. tit. 10. part. 7.* quarum constitutionem (præter ordinarios in eis scribentes, multosque alios quos vacuum referre arbitramur) latè ornat examinatque Farinac. *fragmentor. crimin. part. 1. lit. A. n. 254. & seqq. & de furtis, q. 175. n. 2. & seqq.* 75

Vniuersitatem verò, † eos qui à ciuitatibus 76
collectas conduxere, posse, si de debito non sit controuersia, res non soluentium capere, & sub hasta ponere (relato Baldo *in l. 1. n. 4. lect. 2. D. quod cuiusque vniuersit. nom.* & Paul. Castr. *in l. creditor, 54. num. 2. & seqq. D. de actionib. empt.*) tenet Nicol. Losæ. *de iure vniuersit. 3. part. cap. 8. num. 5. & cap. 9. num. 29. & 30.* plenè etiam Ossasc. *decis. Pedemont. 86. per tot.*
Proque sibi tributis † tacitam, vt fisco competere 77
vniuersitati hypothecam, tradit Ias. *in l. Si domus, §. fin. num. 28. & 29. D. de legat. 1.* cuius refert probatque sententiam Gutier. *de gabel. qu. 1. num. 27.*

Vniuersitatis administratores, de bonis eius 78
ditatos † præsumi, si finita administratione diuites, cum antea non essent, reperiantur, nisi bo-

nam reddiderint rationem, tenet Bald. *in l. Cum oportet, 6. num. 13. C de bon. quæ liber.* sentit Borgnin. Caualcan. *decis.* Fauisan. 57. *numero* 36. *part.* 1. & profitetur Nicol. Los. *de iure vniuersit.* 3. *part. capite vltimo, numero* 16. multisque relatis, Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 51. *numero* 4. *&* 5. notamusque *suprà, quæstione* 8. *numero* 195. Quæ maximam habet
79 vtilitatem præsumptio, † per quam quippè rei vindicatio vniuersitati pro satisfactione, bonorum apud administratorem repertorum concedatur, iuxta *legem Si defunctus*, 10. *C. de arbitr. tutel.* Cùm aduersus alios huiusmodi præsumptionem, & onus non vrgere, *dict. quæst.* 8. *num.* 194. notauerimus.

Quod si vniuersitatis administrator pecuniam
80 retineat, † non solùm cum vsuris restituet, (*l. fin. in princip. iuncto §. vltimo, D. de admin. rer. ad ciuit. per tot. l. Cùm quidam,* 17. *§. Eos, D. de vsur.* sic statuens *Eos qui ex administratione rerum ciuitatum conueniuntur, vsuris obnoxios esse satis notum est.*) Sed si dolosè versatus fuerit, & ad vsuras vsurarum, centesimasque teneri, & in quadruplum puniri, Castrens. firmat, *in leg. Qui sine vsuris* 40. *num.* 1. *&* 2. *D. de negot. gestis,* Caualc. *decis.* 26. *num.* 64. *dict. part.* 1. legeque Iulia de residuis tenetur, *l. lege Iul.* 4. *§. Lege Iulia, D. ad l. Iul. pecul.* prosequitur hæc omnia Los. *dicto capite vltimo, numero* 38. *& seq.*
81 vbi etiam *numero* 42. de leui † culpa hunc teneri firmat, post Caualc. *dict. decis.* 37. *num.* 12. *&* 22. *part.* 1. Non tamen tunc ad vsuras vsurarum nec ad vsuras simplices; sed ad sortem tantum adstrictum, humanum *Scæuola* dixit, *in l. Constitutionibus* 24. *D. ad municip.*

82 Item nec delinquere, † nec puniri vniuersitas potest, quia inanimatum corpus est, vt in principio diximus, voluntate, & consensu carens, sine quo delictum non committi, tradidimus, *in Axiomatibus nostris, lit. D. num.* 66. iniuriam ideò animal facere non posse, meritò *Consultus* dixit, *in l.* 1. *§.* 1. *D. si quadrup. pauper. fecis. dic.* Eaque ratione multis iuribus comprobata, præfatam sententiam tenet Gomez. *tom.* 3. *variar. tit. de delict. cap.* 1. *num.* 52. *in princ.* Ioach. Mynsing. *obseruat.* 78. *centur.* 4. And. Gail. *de pace publ. libro* 2. *cap.* 9. *n.* 1. *& seqq.* Prosp. Farin. *prax. crim. tom.* 1. *q.* 24. *nu.* 108

83 Quare neque de dolo actionem † in vniuersitatem dari, cum nec dolum committere possit; *Vlpian.* respondit, *in l. Sed ex dolo,* 16. *§.* 1. *D. de dolo.*

Excommunicationem pariter, ea ratione, in
84 vniuersitatem † referri posse; *textus* cauit, *in cap. Romana,* 5. *§. In vniuersitatem, de sent. excommunicat. lib.* 6. in cuius *collectan. numero* 20. August. Barbos. plures ad id Doctores congerit, profitenturque citati iam supra *numero.* 17.

Superior tamen limitationem conclusio recipit, delinquereque, & puniri vniuersitatem posse,
85 si de illa omnes, † maiorvè pars, campana pulsata, tractatu habito, & communicato consilio, facinus perpetret, firmant Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 50. *numero* 5. Ioach. Mynsing. *d. obseruat.* 79. Iul. Clar. *sententiar. libro* 5. *§. fin. quæst.* 16. *numero* 7. *Sed hic aduerte,* Nicol. Losæ. *dicto tractatu, parte* 4. *c.* 1. *per tot.* Andr. Gail. *dict. cap.* 9. Cardin. Tusch. *practicar. conclus. lit. V. conclus.* 273. *numer.* 1. *& seqq.* aliique ex præcitatis. Tractatu enim non habito, † conuocatione, & deliberatione, licet omnes de vniuersitate simul irruerent, aliquem occiderint, 86
delictumvè aliud commiserint: non dici vniuersitatem deliquisse, sed singulas personas, easque puniri: & superiores asseuerant, & numero penè carentes, quos refert, ac sequitur Farinac. *dict. quæst.* 24. *num.* 129. Ideò neque tunc *leg. Quod maior,* † *D. ad municip.* dispositionem procede- 87
re, notant Ias. *in dict. l. Ciuitas, num.* 2. *&* 3. *D. si cert. pet.* Nicol. Boer. *in tract. de seditios. cap. vlt. num.* 11. Matth. *de* Afflict. *decis.* 376. *num.* 1. Octauian. Osasc. *decis. pedemont.* 128. *num.* 27. *&* 32. Roland. à Val. *consil.* 66. *num.* 32. *& seqq. & nu.* 63. *& seqq. lib.* 2. Andr. Gail. *d. obseruat* 79. *n.* 1. 2. *&* 3.

Adhuc tamen vniuersitatem, multitudinemvè 88
delinquentem † minus puniri, (ex text. *in cap. constitueretur, in fin.* 50. *dist. cap. Ordinationes, in fin. cap. ipsa pietas ante fin. cap. non potest, & ibi glos. cap. quisque* 23. *quæst.* 4. *c. denique, & & ibi gloss. dist.* 4. *cap. comessationes,* 44. *dist. cap. quoties à populis,* 1. *quæst.* 7. *cap. sanè de tempor. ordin.* & aliis) probat; solitaque elegantia, & eruditione prosequitur Andr. Tiraq. *de pœn. temper. caus.* 47. *per tot.* Los. *d.* 4. *part. c.* 1. *à nu.* 27. *cum seqq.* Andr. Gail. *de pace publ. d. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 19. *& latiùs à n.* 33. Cardin. Tusch. *d. concl.* 273. *n.* 10. Enim verò (id *Tiraquello* cæterisque *ex* Senec. *de Ira, lib.* 1. addam *Quid tollit iram sapientis? turba peccantium.*

Ex superioribus quoque descendit: posse in cri-
minali † vniuersitatem per procuratorem, se de- 89
fendere, vt ex text *in l. Tam collatores* 18. *Cod. de re milit. lib.* 12. *l. fin. vers. Conuentos verò. C. de Castrens. & minister. eod. lib.* etsi mendosè citatis cum Alberico, *in leg. seruum quoque, §. Publicè numer.* 17. *versicul. Item vniuersitas, D. de procurator. & in l. pen. §. Ad crimen, n.* 4. *vers. item vniuersitas, & n.* 19. *D. de public. iudic.* cum aliis) Farinac. tenet, *praxis crim.* 3. *part. q.* 99. *n.* 148. Ioach. Mynsing. *cent.* 4. *obseruat.* 76. *à n.* 3. Andr. Gail. *d. cap.* 9. *nu.* 3. Sebastian. Guazin. *de defens. reor. defens.* 12. *circa excusationes pro absente, cap.* 1. *n.* 29. aduersus regulam *legis prima, D. an per alium caus. appel. red. poss. d. l. pen. §. Ad crimen, de public. iudic.* quam plenè tradit, prosequiturque more suo Farin. *d. q.* 99. *n.* 1. *& seqq.*

Neque periurium † vniuersitatem incurrere, 90
iuramentum non seruantem, defunctis saltem qui iurarant, tradunt, cum sanct. Thom. & aliis, Syluest. *in summ. verb. iuramentum,* 4. *num.* 2. Christophor. Robuster. *in decis. nouiss. tom.* 12. *n.* 8. *part.* 1. *volum.* 1. eisque relatis, Camil. Borrel. *in summ. decision. titul.* 62. *de periurio, numero* 17.

Publicam vtilitatem † priuatæ anteferri, vulga- 91
re est axioma, traditum, & ornatum à *nobis in nostris, lit. V. n.* 198. Publicæque vtilitatis priuilegia congessit Cardin. Dominic. Tusch. *practicar. concl. lit. P. conclus.* 960. consulendus.

Alterius facto † grauandum neminem, axio- 92
ma pariter formando, multis comprobamus *in nostris lit. F. n.* 41. Vniuersitatis vero factum † 93
singulos de illa grauare, posseque per contractum, eius principaliter vtilitatem respicientem obligari, affirmant, Rip. *in l. Si se non obtulit, n.* 42. *D. de re iudic.* Anton. Thesaur. *decis.* 257. *n.* 4. Card. Tusch. *d. lit. V. concl.* 262. *n.* 15. Iacob. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 136.

Publicus

Publicus item fauor vulgarem frangit regu-
94 lam, quæ ante litem contestatam † testes recipi vetat, traditam *in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest.* Quam & ibi, materiamque communiter Doctores pertractant, prosequiturque latissimè Farinac. *de testib. quæstion.76. à numero* 1. *cum seqq.* Idem tamen ipse fauoris publici ratio-
95 ne, † cumque ille offenditur, eam limita *ibidem numero* 45. testésque tunc ante litem contestatam posse recipi fatetur, post Glos. *in dict. cap. quoniam frequenter, verb. regulariter, vers. Item offenditur, & ibid.* Innocent. *numero* 1. *post med. vers. Item fallit vbi offenditur.* Anan. *num.*6. *vers. quarta quando ius,* Abb. *num.*4. *vers. quartam regulam,* multósque alios.

96 Gratia *ad beneplacitum* † concedentis facta, licet eius morte expiret, iuxta *text. in cap. si gratiosa,* 5. *de rescript. lib.* 6. Si vero publicam respi-
97 ciat vtilitatem, † cōcedentis morte non expirare, *Nouarius* tradit *de priuileg. miser. personar.* allegans (sed mendosè) Farinac. *fragment. crimin.* 1. *part. verb. bona, numero* 99 qui non in verbo *bona, sed in verb. bannum,* hac de re agit, nec assertiuè propositionem hanc iactat: sed ad *Claudium, in addition. ad Bertazol. consf.* 22. *lit. B.* eam disputant, se remittit.

98 Iuri, fauorique suo † renunciare quemlibet posse; Axioma tradit vulgare, *nosque in nostris,*
99 *lit. F. num.* 118. Publico † tamen renunciare non licet, *cap. si diligenti, de foro compet. cap. contingit,* 36. *de sent. excommun.* Cùm priuatorum pacta iuri publico non derogent, vt eadem iura dicunt. & Papinian. *in l. ius publicum, D. de pact.* cum aliis adductis à *nobis dictis Axiomatib. lit. M. n.*120.

100 Clausula in rescriptis frequenter apponi solita, *Et quosdam alios,* † etsi cæteros compre-
101 hendat, ex *cap. Rodulphus,* 35. *de rescript. & cap.* 2. *eod. tit. lib.*6. Vniuersitatem † vero non comprehendit, quemadmodum resoluunt Felin. *in cap. Eam te,* 7. *de rescript. numero* 11 Gomez. *in dict. cap.*2. *numero* 68. & cum Mandos. ac Marches. à se relatis, August. Barbos. *in collect. ad dict. cap.* 2. *num.*8 mandatum inde *contra Titium, & contra quasuis personas,* Vniuersitatem, Collegiumvè non comprehendere, neque ad litigandum cum ea, sufficiens reputari, nisi exprimatur nomitim; ex Felin. *dict. loco,* Bald. Archidiacon. & aliis, tradit Paz. *in praxi,* 1. *part. annot.* 4. *numero* 25.

102 Duas vniuersitatis, aut decurionum partes, † ampliusvè ad vniuersitatis actus gerendos adesse, requirunt Vlpian. *in l.*3. & Paul *in l.*4. *D. quod cuiusque vniuersit. nomin.* traditque (vt alios omittamus) plenissimè Cardin. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. lit. V. concl.*358.

In actibus autem vniuersitati, aut Collegio
103 vtilibus, † minorem quàm duarum partium existentiam, assensumque sufficere, dicunt Lapus *allegation.* 132. *in princip. ver. Item si vtiliter,* Bald. *consil.*461. incip. Punctus, *quidam, per tot. lib. quarto* Cardin. Tusch. *dict. loco, numero* 34. & 37.

Sic licet à maiori vniuersitatis parte factum
104 † ab omnibus factum videatur, ex vulgatis iuribus, congestis à *nobis in Axiomatib. nostris, lit. F. nu.*85. In damnosis vniuersitati, prædictam regulam non procedere, singulorumque etiam desiderari consensum notat (cum Baldo *cons.*400. incip. *Super primo, num.*3. *vers. non obstat; dict. lib.*4.) Card. Tusch. *d. lit. V. concl.*259. *per tot. & concl.*272.

Ciuitatum Prætores, inter suæ, siue etiam alienæ iurisdictionis incolas, aduocati officium † 105
exercere prohibiti: publici fauoris ratione, aduocationis exercitium à lege regia (quæ illud interdixerat) habent, *in l.*5. *tit.*6. *lib.*3. *noua reg. collect.* eius sunt verba: *Otrosi mandamos, que el tal Assistente, o Gouernador, o Corregidor, ni sus oficiales, ni familiares, no sean Abogados, ni Procuradores, ni Solicitadores en los pleytos, y causas que dentro del termino de su iurisdicion se trataren, ni ayudar àn a persona que sea de fuera de su iurisdicion, aunque el negocio se trate en su iurisdicion, o fuera della, ante otros juezes seglares, ni Ecclesiasticos. Pero que el Assistente, o Gouernador, o Corregidor, o su Alcalde, puedan ayudar en fauor de su iurisdicion, o del bien publico, no lleuando por ello dinero.*

Publico etiam fauore, † in *leg. Principalibus,* 106
33. *D. si cert. pet.* ea modestinus verba protulit: *Principalibus constitutionibus cauetur, ne hi, qui Prouinciam regunt, quivè circa eos sunt, negotientur, mutuamvè pecuniam dent, fœnusvè exerceant.* Repetitque idem in *l. qui officij,* 62. *D. de contrahend. emption. qui officij causa in prouincia agit; prædia comparare in eadem prouincia non potest.* ait. Cui *Martianus* conuenit *in l. non licet,* 46. *D. eod. tit.* inquiens: *Non licet ex officio quod administrat quis, emere quid, vel per se, vel per aliam personam: alioquin, non tantum rem amittit: sed & in quadruplam punitur, secundum constitutionem Diuorum Seueri, & Antonini.* Prouiditque idem Iustinian. *in l. vnic. C. de contract. iudic.* apud nosque *l.*5. *tit.*5. *p.*5. similiter his verbis cauit: *Adelantado, o otro Iuez qualquier, que sea puesto para judgar, o para fazer iusticia, en alguna tierra, o en alguna Cibdad, o Villa; no puede comprar heredamiento, nin casas, el nin otro por el.* Et in *leg.*2. *tit.*6. *lib.*3. *noua Reg. collect.* his: *Ni assimismo durante el tiempo de su oficio, el dicho Assistente, o Gouernador, o Corregidor, ni sus oficiales, por si, ni por otro compren heredad alguna, ni edifiquen casa, sin nuestra licencia, y especial mandado en la tierra de su iurisdicion: ni vsen en ella de trato de mercaduria, ni traygan ganados en los terminos, y valdios de los lugares de su Corregimiento. So pena que el que lo contrario hiziere, pierda lo que assi comprare, edificare, o tratare, o el ganado que assi traxere, para la nuestra Camara.*

Quod & ad rectores, Officialésque perpetuos † extendunt multi, etsi *lex Paulus* 34. *D. si* 107
cert. pet. contrarium in eis suadeat cui tamen (priorem tenendo, verioremque dicens) respondet Andr. Fachin. *controuers. iur. lib.*2. *cap.*78. *vers. altera est sententia.* Sed quidquid de iure sit communi, regiis relatis constitutionibus idem in perpetuis, quòd in temporalibus in maioribus, quod in minoribus dicendum est, aduertitque Gregor. Lop. *in d. l.*5. *glos.*2. *verb. Iuez qualquier.* Contrarium licet in supremis Senatoribus videamus seruatum.

Eamque ob publicum fauorem † prohibitio- 108
nem emanasse, & *relata leges* non obseruare indicant; & in *d. cap.*78. Fachin. notat, & Gregor. Lop. *in d l.*5. *tit.*5. *p.*5. *glos.*1 Qui quidem efficit, 109
vt nec palam, † & bona fide negotiatio, emptiovè permittatur eisdem, vt ex eisdem iuribus deducitur, præcipuè ex *dict. l. vnic. C. de contract. iudic.*

&

& tenuerunt Iaſ. Alciat. Alex. & Zac. *in d. l. Principalibus*, & cum eis Fachin. *d. lib. 2. controuerſiar. cap. 79.*

Eandemque, eadem ratione, præcipuè in tangentibus ad victum † prohibitionem vniuerſi-
110 tatum Decuriones, Tabellionesque patiuntur, *lege 20. titul. 5. lib. 7. noua reg. collect.* ſic ſtatuente: *Porque reſultan muchos inconuenientes, y en carecimientos de los baſtimentos en los pueblos donde los Veinte y quatros, y Regidores, y Iurados, y Eſcriuanos ſon regatones, y tratantes en oficio de regatoneria de mantenimientos: mandamos, que ninguno de los ſuſodichos ſo pena de priuacion de ſus oficios, no vſen del dicho oficio, y tratos. Y a los del nueſtro Conſejo, que den ſobre ello prouiſiones ordinarias. Y en quanto a los otros tratos de mercadurias: mandamos, que los del nuſtro Conſejo, auida informacion, prouean lo que mas conuenga.* Prouidetque ſimiliter, *l. 15. tit. 7. lib. 3 eiuſdem noua reg. collect.*

111 Nullum pariter horum vniuerſitatum propria † earumvè regalia iura conducere (eadem ratione, conueniendi difficultate, & ne fraus, præiudiciumque illi fiat) patitur, *lex 3. tit. 5 lib. 7. noua reg. collect.* ab illarum rerum conductione eos inhibens.

Ad matrimonia contrahenda, in ſecundo con-
112 ſanguinitatis gradu, † & non diſpenſandum; & ob publicam vtilitatem diſpenſari poſſe: *ſacrum Concilium Tridentinum ſeſſion. 24. de reform. cap. 5.* decernit.

113 Dominium vniuerſitas abſque poſſeſſione † acquirit, *l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* contra vulgaria iura, auctoritateſque adductas à *nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. D. num* 109. Ideò emptori ſecundo, cui res prius tradita fuit, præfertur, cum traditionem in vniuerſitatis fauorem ius præuenerit, proque facta, ex ſolo titulo venditionis habuerit, vt (cum *Roman. conſ.* 298. & aliis) profitetur Couar. *variar. libro ſecundo cap. 19. num. 2.* Noſque pariter, multis relatis notamus, *de priuileg. pauper. p. 1. qu. 23. num.* 10. & *ſuprà, quaſt. 8. num.* 125. & 449. aduerſus celebrem *legis quoties*, 15. *C. de rei vindic.* conſtitutionem.

Alia publicæ vtilitatis præcipua, continet *quæſtio* 13.

VTRVM CARCERATI MIſerabiles dicantur? fori electionem, iuxta legem noſtram vnicam habeant? Quibúſque aliis priuilegiis fruantur.

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars comprobatur*, & numer. ſeqq. vſque ad numerum 16. *excluſiuè. Seqq. contraria.* Numero 25. & tribus ſeqq. *reſolutio, & intelligentia vera, authoris iudicio, deſignatur.*

Seruitutis ſpeciem carceratio refert. Perpetui ideò carceris pœna à iudice laico imponi non poteſt. ibid. dict. num. 1.

2 *Maior pœna ſtare in carcere, quam in opere publico laborare, quibuſdam viſa eſt.*

3 *Carcer deportationi in metallum comparatur.*

4 *Eſt mala manſio, & locus horribilis, ſepultura viuorum, conſumatio bonorum, inimicorum conſolatio, experientia amicorum, & alia.*

5 *Tormenti ſpecies eſt.*

6 *An confeſſio in carcere, ſicut in tormentis facta non valeat?*

7 *Pœna carceris morti æquiparatur, eiuſque ſubrogatur loco.*

8 A carcerationis *decreto (tanquam grauamen irreparabile per diffinitiuam ſententiam continente) appellari poteſt.*

9 *Et quandocumque, poſt decem quoque dies, continui grauaminis ratione: quemadmodum ad exilium, triremeſvè damnatus*, & num. ſeq.

11 *Tempus exiſtentiæ in carcere, poſt exilij, ſimiliſvè condemnationis ſententiam, in exilij tempus computatur.*

Et quid de tempore ante ſententiam in carcere exiſtentiæ? ibid. remiſſiuè.

12 *Qui diuturnum carcerem ſuſtinuit, vel in totum, ſi cauſa patiatur) venia donandus, vel puniendus mitius.*

13 *Carcer non ad pœnam, ſed cuſtodiam, inuentus eſt. Sine pœna tamen, & graui quidem, eſſe non poteſt.* & numero ſeq.

16 *Inducta ad vnum finem, contrarium operari non debent; nec pœna immunitatem tribuit; aut odium fauorem.*

17 *Ibi de crimine agi debet, vbi commiſſum eſt. Amplia* num. ſeq.

18 *Rei origo ſemper attenditur.*

19 *Quemadmodum pro delicto, (forma legum ſeruata) perſonaliter capi mulier poteſt: ita pro debito ex delicto, vel quaſi delicto naſcenti.*

20 *Pro debito ciuili carcerari, ſub capitali pœna prohibetur.*

21 *Clerici etſi pro ciuili debito capi nequeunt perſonaliter: pro deſcendenti ex delicto poſſunt, nec pro illo, beneficio* capitis Oduardus, de ſolution. *gaudent.*

22 *Qui non conueniuntur vltra quam facere poſſunt; pro debito ex delicto, vel quaſi conueniuntur, mittunturque in carcerem.*

23 *Nobiles, & quilibet alij exempti, ne pro debito mittantur in carcerem; pro debito ex delicto, vel quaſi trahente originem, in eum detrudi poſſunt.*

24 *Carceratus, pro cauſa ciuili, ordinaria, vel executiua, an fori priuilegio gaudeat?*

Pro debito, cauſaque ciuili, corporaliter capi quis non poteſt. ibi.

Fraudulenter, aut malicioſè verſatus, indignum ſe fori priuilegio reddit. ibi.

Quo caſu carceratio pro debito licet, de illo conſtare debet apertè. ibi.

Pauper in carcerem pro debito coniectus, fori priuilegio ſe munire poteſt.

28 *Breui tempore relaxandus, pro relaxato, de proximoque abſoluendus, pro abſoluto habetur, nec captus videtur, cito capturam egreſſurus.*

29 *Carceratorum cauſa, proque carceratis relictum etiamſi culpa ſua in carcerem deuenerint, pium dicitur; & in cauſa pia diſtributionem executor datus, in eos facere diſtributionem poteſt.*

30 Carce

30 *Carcerati pauperibus, æquiparantur.*
31 *Eorum causa, vt miserabilium, summariè, de planoque sunt tractanda. & diebus quoque feriatis expediuntur.* num. seq.
33 *Fauendi sunt in dubio carcerati, pro eisque præsumendum.*
34 *In carcerem pauper coniectus, ab illo est alendus: qui illum coniecit. & si ægrotet, curandus.*
35 *Carceratus pauper, ad expensas custodiæ non tenetur, nec detinetur pro illis.*
36 *Quid pro alimentis, quæ carceris custos in carcerati alimoniam præstitit?* remis.
Et quid in aliis pro carceratis expendentibus. an repetere expensas possint? earumvè donatio inducatur? ibi. remissivè.
37 *Obligatio à carcerato in carcerantis fauorem facta, inutilis est.*
38 *Visitare Iudices carceratos debent, eosque etiam relaxare, & quibus diebus?*
39 *Is etiam cui populus pro carcere datus est, visitari potest.*
40 *Non in publicis tantum vinculis detentus, sed quolibet loco, à Iudice deputato, Ciuitas sit licèt, dicitur carceratus.*
41 *A prouisione per Regios Consiliarios in visitatione facta, supplicatio negatur.*
42 *Carceratus in vno loco, ad comparendum in alio astringi non debet.*
Amplia num. sequenti; *vt nec per Procuratorem, sed sufficiat per excusatorem impedimentum allegare, terminumque ad probationem petere.*
44 *Sententia contra carceratum absentem lata, de cuius impedimento notitiam Iudex habet, nulla est ipso iure.*
Limitatur dupliciter, num. seq.
46 *Iustam præbet restitutionis carceratio causam.*
47 *A relaxationis decreto appellatio, an eius effectum suspendat?*
48 *Quamuis alicuius constitutionis vigore possit bannitus impunè offendi: in carcere existens bannitus, nequit offendi.*
49 *Carceratum occidens, legis Iuliæ Maiestatis tenetur.*
50 *Custos carceris, aliusvè carceratus, carnaliter carceratam meretricem licèt, cognoscens, qualiter puniatur?*
51 *Carceratus, vt in propria domo existere securus debet.*
Pro criminali causa in carcere existens, an recommendari pro ciuili debito possit? ibi.
52 *Pro debito captus, an pro alio debito, vel etiam pro delicto recommendari valeat?* remis.
53 *Carceratus iniustè, fractis etiam carceribus effugere potest, & distributiones quotidianas interim lucratur.*
55 *Nobilis, magneque existimationis carceratus, an in criminali causa, sub fideiussoribus relaxari debeat?*
Et an & quando alij? remissivè, ibid.
55 *Qui ad carcerem voluntariè venit, præsumptionem delicti excludit.*
56 *Carceratus, sub fideiussoribus de se repræsentando relaxatus, non nisi noua causa, inditiaque superueniant, ad carcerem reduci potest.*
57 *Sub fideiussoribus relaxatus, vel in causa leui, post sexaginta dies ca[illegible] super eadem causa, de iure Regio nequ[illegible].*
58 *Sub fideiussoribus de se repræsentando relaxatus, absolutus à iudicij obseruatione videtur.*
59 *In pœnam pecuniariam damnatus, licèt fideiussorem, vel pignora offerat, non nisi soluat, relaxatur.*
60 *A sententia pecuniaria condemnationis appellans, fideiussorem de se repræsentando, iudicatumque soluendo, offerens, relaxandus est.*
Et quid si à delicto pecuniaria condemnatio descendat? num. seq.
62 *Carceris effractor ad Ecclesiam fugiens, eius immunitate gaudet.*
63 *Carceris effracti pœnam vitat, qui se ad Principem, vel competentem superiorem iudicem confert.*
64 *Carcerem frangens, quibus in casibus fracti carceris pœnam vitet?* remis.
65 *A carcere fugiens, mala custodis cura fugisse præsumitur.*
66 *In carcere mortuus, ex mala custodis cura, ni aliud ostendatur, mortuus præsumitur*
67 *Culpa in dubio non præsumitur, eam ideo allegans probare debet, sumendaque culpa exclusiua interpretatio.*
Diligens in dubio quis præsumitur. ibi.
68 *Obligatus ad custodiam publici officij ratione, non solum casum, sed etiam quod absque eius culpa euenerit, probare debet.*
69 *Ostium apertum videns, à carcereque fugiens, carceris effracti pœnam non incurrit.*
70 *Prohibitio,* Ni quis carceratos alloqui, aut instruere possit, *carceratos alios non comprehendit.*
71 *Carceratus orationibus vtens, quibus os non aperiatur, neque fateatur delictum, an & quando puniatur?*
72 *Iudex indebitè aliquem carcerari præcipiens, in syndicatu tenetur.*

QVÆSTIO XI.

MISERABILEM Carceratum esse, non videtur in dubium reuocandum. Cùm seruitutis speciem † referat, vt probat *textus in l. 2. D. de liber. homin. exhibend.* obseruantque Aret. *consil. 192. num. 3. volum. 1.* Neuiz *consil. 52. nu. 9.* Roland. *à* Vall. *consil. 57. num. 4. volum. 3.* Marc. Anton. Cuch. *de morator. præscript. num. 21.* Vital. *de clausul. tit. An possit renunciari beneficio cessionis? n. 4* Farin. *prax. crimin. q. 24. n. 24. & q. 19 nu. 31.* Ideo perpetui carceris pœnam à Iudice laico imponi non posse ibidem contendens, apud Nos licèt diuersum *lex 2. tit. 4. lib. 4. Ordin.* statuat. Tenent etiam priorem assertionem *Osuald. Hilliger. in Donel. Enucl. lib. 1. cap. 38. lit. H.* Et conducunt excogitata à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. sur. lit. A. num. 569.* 1

Maioremque pœnam, stare in carcere, † quam in opere publico laborare, dixit Franc. *in c. Quamuis vers. In glos. 2. de pœn. in 6. & in cap. Super eo, 2.* in ordine 11. *num. 2. & 3. de appell.* 2
Deportationique in metallum † comparari, professus est Ascan. Clem. *de patr. potest. c. vlt. n. 33.* post Roland. *à* Vall. quē refert, *consil. 2. n. 53. vol. 1.* 3

4 Est enim carcer †(vt in *l. hominem*, *ꝟ. D. deposit.* & in *l. Item apud Labeonem*, 15. §. *Quæstionis*, *D. de iniur.* cum *Vlpianus* appellat) mala mansio, & locus horribilis, vt *Bart. in tract. de carcerib. num.* 2. qui corpus vinculorum cruciatu, immunditia fœtoreque consumit: amicorum communione priuat; ad inimicorum, aut eorum, qui nobis tædio sunt, consortium cogit: liberam sui dispositionem, arbitriumque tollit. Ideo merito, *sepulturam viuorum*, *consummationem bonorum*, *inimicorum consolationem*, *experientiam amicorum*, communiter nuncupari Farin. *tradit prax. crimin. quæst.* 27. *n.* 2.

5 Tormentique † speciem esse carcerem, protulit Vlpian. *in dict.* § *quæstionis*, inquiens: *quæst. verbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur.* vbi Gloss. *verb. Dicunt*, interpretatur: *Vt si ponatur in carcere.* Immensos cruciatus sustinere carceratum, text. dixit *in l. Omnes*, 23. *C. de pœn.* ad amussim infra referenda; appellationeque tormenti contineri, profitentur etiam Catald. *tractat. de Syndic. numero* 103. Franc. Cason. *de torment. cap.* 12. *numero* 8. *& in quæstionib. crimin. cap.* 9. *numero* 8. *& cap.* 19. *numero* 7. Roland. *à* Vall. *consil.* 17. *numero* 22. *in fin. dict. lib.* 3. Farinac. (multis comprobans) *dict. quæst.* 27. *numero* 1. Sebastian. Guazin. *de defens. reor.* 1. *part. defension.* 6. *cap.*

6 1. *num* 72. Confessionem inde in carcere, † sicut in tormentis factam, non valere, multorum opinione ostendens, nempè Anchar. *cons.* 24. *num.* 4. Mascard. *de probation. conclus.* 353. *num.* 17. *& seq. volum.* 1. Roland. *consil.* 17. *num.* 22. *in fin. lib.* 3. Grammat. Bursat. Honded. Barraz. & aliorum contrarium licet *sequenti numero* non longe minori tenentes referat, concordiamque simul, *num.* 47.

7 Mortis † item loco pœnam carceris irrogari, ex text. deducitur *in cap. pen. & fin. de hæretic.* & Cardin. Crecent notat, *decis.* 9. *num.* 14. *tit. de probation.* eandemque æquiparationem *vbi proximè Farin.* format.

8 Prædicta efficiunt, vt à *carcerationis* decreto † (tanquam grauamen irreparabile per diffinitiuam continente) appellari de iure possit, testibus Philip. Franc. *in dict. cap. Super eo*, 2. *notab. num.* 2. *in fin. de appell.* Petr. Rebuff. *de sentent. execut. artic.* 10. *glos.* 1. *numero* 2. *vers. Vnde si quis.* Sigismund. Scacc. *de appellation, quæstion.* 17. *limit.* 57. *num.* 156.

9 Nec modo intra decem dies † (tempus regulariter appellandi præfinientes) sed quandocumque, iniustè se carceratum prætendentem, continui grauaminis ratione, appellare posse; profitentur) cum *Bald. Iasone, Angel. Marsil. Paul.* & aliis, quos refert) Anton. Gomez, *de delict. cap.* 9. *num.* 10. *& ibid. eius Addit.* Ioan. *Mar.* Nouar. *in praxi elect. & variat. for. sect.* 1. *quæst.* 14. *numero* 8. Sebast. Guazin. *dict. tractat. defens.* 36. *de appellatione, cap.* 1. *numero* 5. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 131. *num.* 9. Marc. Anton. Macerat. *variar. lib.* 3. *resolut.* 26. *numero* 10. Borgnin. Caualc. *de brach. Reg. part.* 2. *num.* 318. etsi limitent *ibi* Guazin. *numero* 24. Lancellot. *de attentat. part.* 1. *cap.* 12. *amplia.* 4. *numero.* 11. & Baiard. *ad* Clar. *quæst.* 46. *num.* 6.

10 Vt & in relegato, † aut condemnato ad triremes dicunt (post antiquiores à se relatos) Arias Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *numero* 27. *C. de rescind. vendit.* Guazin. *vbi proximè*, *&* Prosper. Farinac. *fragment. crimin.* 1. *part. lit. A. num.* 136.

Tempusque existentiæ in carcere, † post exilij sententiam, similisvè condemnationis, in exilij, condemnationisvè tempus computari: 11
Imperatores *Honor. & Theodos. in l. Omnes*, 23. *C. de pœn.* humanissima sanctione, hisque & clementia, & elegantia plenis verbis decreuere: *Omnes quos damnationis conditio diuersis exiliis destinatos, metas temporis præstituti in carceris impleße custodia, deprehenderit: solutos pœna, vinculisque laxatos, custodia liberari præcipimus, nec formidare miserias vllas exilij. Sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicia: ne ij, qui diu priuati sunt aura communis haustu, & lucis aspectu, non intra breue spatium catenarum ponderibus prægrauati? etiam exilij pœnam sustinere iterum compellantur.* Secundum quam, in Regiis Audientiis Barens. & Apuliæ sæpè decisum, *Viuius* affirmat, *decision.* 201. In Sacro Consilio, *Vincent. de Franch. decision.* 317. In Curia Archiepiscop. Neapolit *Ioan. Aloys. Ricc. decision.* 45. *part.* 2. Hancque assertionem sunt prosequuti Andr. Tiraquel. *de pœn. tempor. casu* 41. *ad fin. sub num.* 3. & latiùs Petr. Cabal. *resolut. crimin. centur.* 2. *casu* 142. *per tot.*

Vbi & an existentiæ in carcere ante sententiam tempus, de condemnationis tempore extrahi debeat? Id interim sciendum; eum qui diuturnum sustinuit carcerem, † vel in totum (si causa id patiatur) donandum venia: vel mitius saltem puniendum, cum tempus carceris computetur in pœnam, vt latè comprobat Guazin. *de defension. reor. circa priuilegia carceratorum*, *defens.* 2. *per tot.* & *defens.* 6. *num.* 7. & Sebastian. *de medic. de casib. fortuit. p.* 1. *q.* 17. *n.* 15. 12

Quamuis enim non ad pœnam, † sed ad custodiam carcerem inuentum, iura dicant, *in l. Aut damnum*, 8. §. *solent*, *D. de pœn.* & in *l.* 1. *C. de custod. reor.* Quantumuisque ibidem Constantin. Imperator. carceratis leuamen præstet, leuis custodiæ modum præfiniens. Adhuc tamen sine 13
pœna † (& graui quidem) esse non potest, vt 14
dictæ legis Omnes, relata verba monstrant, & Imperatoris Augusti, *in l.* 2. *C de exactor. tribut. lib.* 10. *eiusdemque legis.* 1. *C. de cust. reor.* & aduertunt Vincent. de Franch. *dict. decis.* 317. *n.* 4. & Petr. Cabal. *dict. casu* 142 *num.* 3.

Quæ omnia sat miserum † carceratum ostendunt, forique priuilegio (iuxta *legem* nostram 15
vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid Regiasque leges, *supr. quæst.* 3. *num.* 1. relatas) gaudere, tenentque (post *Bart. in tract. de carcerib. in fin. num.* 29. Foller. *in constit. regn. Lege præsenti, num.* 12. *de iust. & iur.* & alios, quos allegant) Ioan. Mar. Nouar. *in praxi election. & variation fori*, *sect.* 1. *quæst.* 14. *per tot.* Qui licet quæstionem *de damnato ad carcerem* formauerit, & de eo quæ fuerit, an fori electione vtatur: de carcerato, cum *Bart. & Foller.* simpliciter respondere conuenitque Didac. Perez. *in l.* 1. *t.* 1. *lib.* 3. Ordinam. *verb. Pobres*, *vers. Item carcerati, pag. mihi* 463. textum in id adducens *in l. Si quis ad declinandam*, 37. *C. de Episc. & Cleric.* *Cynum in leg. fin. C. si quis alter. vel sibi*, *Bartolum proximo loco*, *& Hippolit. in pract. crimin. paragrapho Nunc videndum, numero* 11.

Sed

16 Sed neque *text. in dict. l. Si quis ad declinandam*, † quid tale profert, proferendumve dictat: neque *Cynus*, à *Bartolo* etiam, & *Hyppolyto* citatus, *Bartolus* autem, etsi miserabilem carceratum dicat ibidem; non tamen ad eam qua de agimus se speciem restrinxit, aut descendit. Sed ad eam, *an incarceratorum causis summariè procedatur* (affirmatiuam, miserabilium, argumento partem professus, vt aliorum quoque sententia subiiciemus inferiùs. Ad quā quidem speciem, aut cæteri eum allegantes, se arctare videntur, secundum prænotata *quæst.* 8. *num.* 6. aut damnandi si absolutè fori priuilegium carceratis concedant.

Nos igitur, qui (vt in profundo non desidiosis thesaurum reconditum) quærimus veritatem, Doctorum in Curia, latebris inuolutam, aut reuocabimus, aut curabimus saltem reuocare in lucem. Quasque tenebras generalitas assertionis induxit, distinctione fugare.

Miserum itaque (cum *Bart.* cæterisque relatis) fatemur: sed *legis* nostræ *vnicæ*, forique præscriptione absolutè frui, negamus. Sic enim frequenter accidere, iam *in proœmio*, *num.* 4. *vers. Sensit, & num. seqq.* notata monstrant. Ob delictum namque in carcerem detrusum, & delictum, & carcer reddit miserum. Primùm, dicta *quæst.* 2. *num.* 10. *& seqq.* sat ostendunt. Secundùm, proximè præcedentia. Huic tamen ipsi, vtriusque rei prætextu, Principis forum mediocriter etiam edoctus, denegabit. Cùm aduersus delinquentes, eorumque odio huiusmodi remedium, certis saltem in casibus, sit concessum, iuxta notata *supra quæst.* 9. *num.* 43. *&* 65. criminosis, per consequens, omnino denegatum. Inducta siquidem ad vnum finem, contrarium operari non debent, ex citatis à *Nobis iuribus*, *in Axiomatib. lit. I. num.* 70. Neque enim immunitatem pœna tribuit, vt Consultus ait *in l. Relegatorum, 7. §. fin. D. de interdict. & relegat.* odiumvè fauorem, vt vulgata Axiomata dictant, *à Nobis* designata *in nostris, lit. O. num.* 86. & *lit. M. numer.* 16.

Quæ quidem, non solum in eo, qui ob delictum in carcerem missus est, carcerisque prætextu se miserabilem diceret & ad Principem causam, in eius congressu, deferri postularet, rationes vrgent: sed & in eo quoque qui ante crimen com-

17 missum, † missionemque in carcerem, extabat miser. Aduersus quem præterea sequentes insurgunt: ibi nempè de crimine agi debere, vbi commissum est. *l. Si cui, 7. §. Idem Imperator, D. de accus. l.* 1. *& tot. tit. C. vbi de crimin. agi oportet. auth. Vt nulli iudic. §. Si vero quis, coll.* 9. *l.* 15. *tit.* 1. *part.* 7. Nullumque tam validum priuilegium est, vt eius regulæ vires eneruet: illud enim reatus excludit. *Modestini* verba id comprobantia, *in l. fin. D. de accusation.* ad diuorum Imperatorum, similiter statuentium, transitum nobis faciant. *Alterius Prouinciæ reus* (inquit ille) *apud eos accusatur, & condemnatur, apud quos crimen contractum ostenditur. Quod etiam in militibus esse obseruandum, optimi Principes nostri generaliter rescripserunt.* Constantini Augusti, *in l.* 1. *C. vbi Senat. vel clariss.* assertionem eandem clariùs manifestant: *Quicumque non illustris, sed tantùm clarissima dignitate praeditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaserit, vel in aliqua culpa, seu crimine fuerit deprehensus: intra Prouinciam in qua facinus perpetrauit, publicis subigetur legibus, ne fori præscriptione vtatur. Omnem enim huiusmodi honorem reatus excludit.* Iustiniani pariter, *in auth. Qua in Prouincia, C. vbi de crimin. agi oport.* dicentis: *Si ergo ambo, & actor, & reus sint in Prouincia: illic*, omni priuilegio cessante, *res expediatur.* Quibus conuenit *Innocentij Quarti* decretum, *in c.* 1. *de priuileg. lib.* 6. Quæ quidem effecere, vt in criminali causa, reo miserabili existenti, conformis Iuri stylus, fori deneget priuilegium, eaque exceptione adiecta, Regiæ fori literæ expediantur, vt *quæst.* 3. *ampliation.* 9. aduertimus.

Quæ itidem non modo in carcerato pro crimine, sed etiam pro debito † ex delicto nascenti, 18 rationes instant. Cùm primæua causæ natura fori priuilegium deneget, semperque attendatur origo, vt multis *in Axiomatib. nostris* comprobamus, *lit. O. num.* 41. Quæ operatur, vt quemadmodum pro delicto † capi mulier personaliter 19 potest (seruata forma *legis Quoniam*, 3. *& auth. Hodie*, sequentis, *C. de custod. reor. auth. Vt nulli indic. §. Necessarium, coll.* 9. & *legis* 5. *tit.* 29. *part.* 7.) ita & pro debito à delicto descendenti, vt *text.* probat *in l. Si quis id quod, 7. D. de iurisdict. omn. iudic.* referente ibi Vlpiano: *Sed & vtrumque sexum Pretor complexus est.* Cumque Foller. *in pract. crimin. verb. Notatos capiat de persona, num.* 19. Petr. à Plac. *in epis. delictor. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 12. & aliis, tradit Farinac. *prax. crimin. tom.* 1. *quæst.* 27. *num.* 60. in puncto quoque Iuris, (cum eodem *Foller.* textui in *dict. auth. Hodie*, respondente) id procedere affirmans. In idem pariter Gasp. Baez. *de inop. debit. cap.* 15. *num.* 7. Estque aperta decisio *textus*, *in l.* 62. *Taur.* translata *in l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 5. *noua Reg. collect.* vbi sic nominatim annotat Matienz. *glos.* 2. idem pro debito ex quasi delicto descendenti tradens, ex Gomez Arias *in l.* 60. Taur. *num.* 7. Cùm pro ciuili debito † mulierum captu- 20 ram omnino prędictæ inhibeant leges, factamque pœna vindicent capitali, vt & prædiximus *q.* 3. *n.* 143. *&* 245.

Simile & in Clericis, quos pro ciuili debi- 21 to † in carcerem detrudendos non esse, *quæst.* 9. aduertimus *num.* 102. *&* 104. Ex delicto vero descendenti, detrudi posse *Prosp. Farin.* tradit *dict. quæst.* 27. *num.* 72. adducto *Marsillo in practic. crimin. §. Attingam, n.* 7. *verb. Hanc tamen conclusionem intellige esse veram*, & *in tract. de bannit. verb. Carcerati, sub num.* 12. addens pariter, eo in casu, beneficio *capitis Oduardus, de solution.* non gaudere.

Et in eis, qui non conueniuntur vltra quam facere possunt, † quos pro debito à delicto, vel 22 quasi delicto descendenti, in carcerem mitti posse, tenet Humad. *in l.* 23. *titul.* 6. *part.* 1. *glos.* 6. eoque relato, Alphons. Azeued. *in l.* 6. *titul.* 2. *lib.* 6. *noua Reg. collect. in princip. super verb. Y si la tal deuda descendiere de delicto, o quasi delicto.*

Generaliterque, † non modo nobiles, sed 23 quosvis alios exemptos, & priuilegiatos, ne pro debito mittantur in carcerem; pro debito à delicto, vel quasi originem habente, quemadmodum pro delicto, in eam posse detrudi, Regiæ *leges* 79. *Taur.* & *d. l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 6. *noua Reg. collect.* his verbis decreuerunt: *Ordenamos, y mandamos, que las leyes de estos nuestros Reynos, que disponen que los hijos dalgo, y otras personas, por deudas no puedan ser presos: que no ayan lugar, ni se apliquen*

apliquen, si la tal deuda descendiere de delicto, o quasi delicto. Antes mandamos, que por las dichas deudas esten presos, como si ne fuessen hijos dalgo, o essentos. Reatus enim, fraus, vel dolus priuilegium, & honorem excludit, *l.1. in fin. C. vbi Senat. vel clarissim.* vbi id in specie aduertit *Glossa, & Doctores*, eisque relatis, *Petr. Calefat. in tractat. de equestor. dignit. nu.51.*

Nec prǽterea, solùm prǽcedentibus casibus,
24 fori priuilegium carcerato non comperit; sed neque in causa omnino ciuili. † In executiua namque, aditum remedio huic prǽclusum misero, *qu. 3. num. 67.* diximus: in ordinaria, probibitam carcerationem fecit Imperator Augustus, *in l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10.* notauitque *glos.* (communiter recepta) *in l. 3. §. Tutores, verb. in vinculis, D. de suspect. tutor.* & cum multis à se citatis, Azeued. *in l. 19. titul. 21. lib. 4. noue reg. collect. num. 75.* Deficitque tunc quǽstionis subiectum. Sed estò quod aliqua iustificaretur captura ratione, nisi alioquin misera existat conditio, ex eo solum quòd in carcere, sit in causa, eo iure fauorem hunc carceratus non postulat. Quia cum ob contumaciam in non soluendo, dolum, fraudem, malitiamvè in carcerem sit coniectus (constare siquidem apertè ad carcerationem de credito, obligationéque soluendi debet, *l. 96. Taur. l. 3. tit. 16. lib. 5. noua reg. collect.* & vtrobique *Regnicolǽ* notant:) argumenta, rationesque perpensǽ *suprà num. 16.* pugnant, & limitatio, quam *legi* nostrǽ *vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid. quǽst. 3. nu. 39.* assignamus, malitia, vexandique aduersarij animo priuilegium hoc prǽtendenti, denegans. Aliter prǽterea, non specialis miserabilium fauor, sed generale, communeque ius existeret, prauis indicans subterfugium, protrahendi lites, ordinariamque iurisdictionem fraudandi, viam ostendens, contra vulgatas iuris regulas. Si vero in defectum bonorum in ordinaria causa, mitti, quis in carcerem contingat: paupertatis, non carceris ratione hoc se poterit priuilegio munire, iuxta tradita à *nobis de priuileg. paup. 1. part. q. 4. num. 80.*

Tum igitur demum carcerem, remedium hoc
25 parare, cum existenti in eo, † lis insurgeret aliunde, ciuilis, vel crimininalis, in qua partes teneret actoris; prǽcedentia dicere cogunt, ita in condemnato, quàm in non condemnato ad carcerem, dum eo continetur, illiusque sustinet cruciatus, vrgentia; misertimum interim carceratum, & fori pliuilegio dignum (iuxta prǽfinitum modum, casumque iam dictum) prǽdicantia. In eoque intelligendam, aut limitandam eorum assertionem, qui indistinctè & in genere proferunt: *Carceratum, miserabilem esse, fori, legisque nostrǽ vnicǽ priuilegio gaudere.* Reprehendendos pariter & hos ob profusi sermonis vitium, vel continentis errorem, vel ad illud ducentis, & *Nouarium citato loco numero 15.* si de condemnato solummodo ad carcerem, suam protulisset, nullo veluti iuridico fundamento nixos.

Opinionem vero nostram (quǽ non tantum ad carcerem damnato, sed etiam in illo existenti, modo prǽfato, hunc firmat competere fauorem) dupliciter adhuc extendendam arbitramur. Pri-
26 mo, † non tantum si existenti in carcere, lis accideret, quam ad Principem, in eius initio deferri curaret: sed etiam si ante capturam, cœpta coram Ordinario esset, eamque ad Curiam (carcerationis, conditionisque miserǽ superuenientis intuitu) remittendam contenderet, ex dictis *supr. qu. 3. ampliatione 6.*

Secundo, † etiam si propria culpa, ad casum 27
non ordinata, ad carcerem deuenisset, ex notatis pariter à *nobis, de priuil. pauper. 1. q. 54. nu. 7. cum seqq.* & *in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. M. num. 17.* & *infrà, num. 29.*

Limitandam vero eandem, & intelligendam, † si longa, diuturnaque carceratio sit, secus si le- 28
uis, & paruo tempore duratura. Non ex brocardicis tantum, scitisque regulis, quǽ breui tempore relaxandum, pro relaxato, aut de proximo absoluendum, pro absoluto habent, de quibus *nos* latè, *de priuileg. pauper. 1. part. quǽst. 4 §. 1. num. 121. & seqq.* quǽque nec captum iudicant, cito egressurum, cuiusvè captura protrahenda non est, iuxta similiter dicta à *nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. F. num. 74.* sed ex eadem ipsa *lege* nostra *vnica* & regiis consimilibus, *quǽst. 3. num. 1.* relatis, ita demum miserǽ conditionis prǽtextu hunc fauorem indulgentibus, si grauis miseria premat, ex adiectarum in ea miserabilium personarum qualitate, similique in cǽteris desiderata, vt *infrà* notamus, *quǽstio. decima-quinta, numero quarto*, longumque, & diuturnum morbum, vt huic priuilegio sit locus, requirentibus.

Cǽtera nos carceratorum priuilegia spectant. Quorum in primis, † piam esse causam, proque 29
carceratis relictum (ipsorum licèt culpa) dici pium, & in piǽ causǽ distributionem executorem datum, in carceratos illam facere posse; iam *de priuileg. pauper. 1. part. qu. 54. nu. 10.* aduertimus, ibique relatis *Nouarium* addimus *in praxi electlon. & variation, fori, section. 1. quǽst. 14. numero 4.*

Pauperibusque † illos ǽquari (ex *l. indices, 10. C. de Episcop. aud.*) professus est Didac. Perez, 30
in leg. 6. tit. 4. libro secundo Ordinam *glos. 1. post med.*

Illorumque causas, † vt miserabilium, summa- 31
riè, & de plano esse tractandas, probat *lex 1. C. de custod. reor.* in verbis illis: *Id quidem debet quam celerrime procurari*, traduntque Bart. *in dict. tractat. de carcer. numero 29.* & Didac. Per. *vbi proximè, & in dict. l. 1. tit. 1. lib. 3. verb. Pobres, vers. Item carcerati*, apertéque *text. in l. 1. tit. 9. libro 2. noua reg. collect.* dum ait: *Y sepan la razon de todos ellos, y hagan iusticia breuemente.*

Diebus etiam feriatis, † illorum causas expediri, notat *Matth. Brun. de cess. bonor. quǽst. 14.* 32
in princ. & de miserabilium generaliter causis, diximus *secunda part. de priuileg. paup. quǽst. 65. num. 43.*

Et in dubio † carceratis fauendum, pro eisque 33
prǽsumi, & iudicandum, firmant Grammar. *decis. 56. num. 17. &* Franc. Person: *cons. 7. numero 43. libro 2.* Proque cǽteris miserabilibus protulit Ioan. Neuiz. *in Sylu. nuptial. lib. 6. quomod. iudic. pro commun. opin. num. 27.*

In carcerem pauper coniectus, † ab illo est 34
alendus, qui illum coniecit, Bart. *in tract. de carcer. nu. 30.* & si ǽgrotet, curandus, multis comprobamus vtrumque *de priuileg. pauper. 1. part. quǽst. 39. num. 33. & seqq.* addimusque ibi relatis, plenè hac de re agentem, Sebastian. Guazin. *de defens. reor. part. 1. defens. 6. circ. priuileg. carcerator. c. 1. n. 5. & seqq.*

Ad

35 Ad expensas similiter custodiæ † carceratus pauper non tenetur, neque pro illis detineri in carcere potest, vt *in dict. tract. quæst.* 18. *num.* 68. scripsimus. Et quid pro alimentis,† quæ carceris custos ad carcerati alimoniam præstitit? videndus Guazin. *citato proximè loco.* Quidque in aliis, pro carceratis expendentibus, an repetere expensa possint? Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæstione* 143. *numero* 4. *& seqq.*

37 Obligationem à carcerato factam † in carcerantis fauorem, inutilem declarauit Paulus *in l. Qui in carcerem,* 22. *D. de eo quod met. caus. Qui in carcerem* (ait) *quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret; quidquid ob hanc causam factum est; nullius momenti est.* Conuenit Regia *lex* 17. *tit* 26. *part.* 2. *vers. Cà tal pleyto non valdria, porque lo fiziera teniendolo en su poder, o en su prision.* Quam latissimè examinant materiam (præter ordinarios dictis legibus, verust oteſque aliis in locis) Ioan. Gutier. *de iuram. confirmator.* 1. *part. cap.* 57. *per tot.* Prosper. Farinac. *prax. crimin. part.* 1. *quæst.* 35. *per tot. &* Sebastian. Guazin. *de defens. reor. dict. defens.* 6 *num* 10. *& seqq.*

38 Carceratos visitandi curam, † *Arcadius,* & *Honorius* Imperatores *in l. Iudices,* 10. *C. de Episcop. aud.* iudicibus his verbis imponunt: *Iudices Dominicis diebus, productos reos de custodia carcerali, videant, & interrogent: ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur. Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duobus, aut tribus diurnis, vel quot existimauerint commentarienses, decretis, &c.* pœna simul ibidem Iudicibus id non adimplentibus, imposita. visitationis huius tempus, ad diem veneris, *Regij Ordinamenti* mutarunt *leges* 6. *tit* 4. *lib.* 2. *& l.* 13. *tit.* 3. Ad Sabbarum vero, recentior *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 2. *noua Reg. collect.* Carceribusque relaxandos Paschalibus festiuitatibus, casibus quibusdam exceptis, Imperatores *Gratian.* & *Valent.* decreuére *in l.* 3. *C. eod. tit. de Episcop. aud.* traduntque, aliis relatis, *Ioan. Yannez Parlador. rer quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. §. 6. *n.* 8. & *Prosper. Farin. prax. crimin. q.* 33. *n.* 77.

39 Visitarique etiam posse eum cui populus pro carcere † datus est, merito disponit *l.* 5. *dict. titul.* 9. *lib.* 2. *noua Reg collect* Cùm non solum carceratus dicatur, qui in vinculis publicis, sed in quolibet alio loco à Iudice deputato, † etiam

40 si Ciuitas sit, detinetur, vt (ex *text. in l. Milites agrum,* 13. §. *Eius fugam, D. de re milit. statim in princip.* & *in l. Capitalium,* 28. §. *Ad statuas,* in illis verbis: *Nisi qui ex vinculis, aut custodia detentus, &c. D. de pœn.* cum aliis) tradunt *Ang. de malef. verb. Quod fama publica sub n.* 87. *& in verb. Qui Iudex dictis inquisitis, n.* 14. *&* 16. *Boer. decis.* 115. *n.* 15. *post med. vers. Proquo allego text.* multisque relatis, *Farin. q.* 30. *n.* 46. *& seq.*

41 A prouisioneque per Regios Consiliarios † in visitatione facta supplicationem denegat *lex* 6. *d. tit.* 9. *lib.* 2. *noua Reg collect.*

42 Carceratus prætetea in vno loco, ad comparendum in alio, † arctari non potest. *Vlpiani* responso *in l.* 2. §. *Simili modo,* ibique notat Accurs. *verb. Retentus, D. si quis caution.* Prosper Farin. *conf.* 17. *num.* 12. *part.* 1. Sebastian. Guazin. *de defens. reor. dict. defens.* 6. *n.* 17. Nec per Procuratorem † tunc comparere tenetur, satisque 43 est per excusatorem impedimentum allegare, & terminum ad illud probandum petere, Iulij Clari sententia, *recept. sentent. lib.* 5. §. *fin. quæstion.* 34. *num.* 6. *vers. De carcerato,* Guazini *dict. loco, num.* 18. *&* 21. *vers. Tertio limita,* & Farinac. *dict. cons.* 17. *num.* 13. 28. *&* 29. Et contra absentem carceratum de cuius inpedimento Iudex notitiam habet, † sententiam latam, nullam 44 ipso iure esse, firmant (post *Doctores in l. Quæsitum, D. de re iudic.* Parisium, *cons.* 102. *num.* 1. *&* 3. *lib.* 4. Afflict. *decis.* 23. *num.* 3. & alios) Prosp. Farinac. *cons.* 89. *num.* 2. *in fin. & num.* 17. Sebast. Guazin. *vbi supr. num.* 19. *&* Ioach. Minsyng. *obseruation.* 57. *cent.* 4. Quæ dupliciter limitant † Clar. *dict. quæst.* 34. *numero* 6. *& ibid.* 45 Baiard. *num* 36. Farinac. *dict. cons.* 17. *num.* 28. Guazin. *dict. defens.* 6. *n.* 20. *&* 21. Prosp Carauit. *ritu* 166. *num.* 16. si vel prior carceratio affectata sit, vel ab inferiore quis Iudice sub fideiussione detineatur, Quem carcerationis exceptione non excusari, cum ad superiorem spectet prouidere ne molestetur accessu, profitentur.

Iustamque præbere carcerationem † restitu- 46 tionis causam, ex *l.* 2. *& ibi.* Bald. *C. ex quib. caus. maiores,* notat Hieronym. Gigas *de pension. quæst.* 75. *num.* 4.

Licet ab excarcerationis decreto, reo in carcere existente, † appellatio interposita, libera- 47 tionis effectum suspendat: si tamen eius decreti tempore, in carcere reus non existat, in libertate remanete, appellatione non obstante, profitentur Roman *singul.* 406. *incip. Accusatus,* Baiard. *dict. quæst.* 34 *n.* 40. eisque relatis, Guazin. *dict. loco, num.* 25.

Eam præstat securitatem carcer, † vt licèt 48 alicuius constitutionis, vel decreti vigore, possit offendi bannitus impuné: si in carcere existat, offendi nequeat, tradentibus sic Farinac. *prax. crimin. quæst.* 103. *num.* 153. Sebastian. Guazin. *de defens. reor. dict. part.* 1. *defens.* 6. *cap.* 1. *num.* 26. & Franc. Bursat. *cons.* 215. *num.* 2 *& seq lib.* 2. simul. *num.* 4. firmante, eum qui carceratum occidit, † vel offendit, legis Iuliæ Maiestatis pœ- 49 nis subiici, post Bart. *in l.* 3. §. *Transfugas, in fin. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Anan. *in cap. Cum iuramento,* 4. *num.* 5. *de homicid. volunt. &* Boss. *in tract. de crimin. læsæ Maiestat. num.* 64. Cum publicam fidem, & securitatem (sub qua carceratus existit, *l. fin. C. de custod. reorum*) frangat.

Inde & custos carceris, aliusvè carceratam † 50 carnaliter cognoscens, præter ordinariam delicti pœnam (etsi meretrix illa sit) grauiorem, arbitrio Iudicis incurrit, vt ex Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 292. *num.* 3. *&* 6. & aliis, obseruánt Farinac. *dict. quæst.* 31. *num.* 23. & Petr. Cabal. *resolut. crimin. casu* 283. *per tot,*

Omnimodamque in carcere, sicut in propria domo † existenti (iuxta *legem Plerique, D. de* 51 *in ius vocand.* cum adductis à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iuris. lit. D. num.* 213.) securitatem esse debere arguit Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 70. *num.* 3. Hoc pariter, aliisque fundamentis *numer. seqq.* probans, pro criminali causa carceratum, recõmendari, pro ciuili non posse. In quam multi sententiam referunt *Guazin.* repetita *defens.* 6. *numero* 85. & *Farinac. quæst.* 27. *numero* 156. Et an pro debito † cap- 52 tos, pro alio debito, vel etiam pro delicto re-

commendari rectè valeat: iidem ipsi disputant.

53 Iniustè prætereà, indebitéque carceratum, † fractis etiam carceribus, tutè effugere posse; *Florentini* verba, *in l. nihil interest*, 25. *D. de captiu. & postlim. reuers.* probant, quæ sic se habent: *Nihil interest, quomodo captiuus reuersus est; vtrum dimissus, an vi, vel fallacia potestatem hostium euaserit, &c.* asseruntque Glos. *in Clement. Pastoralis, verb. Per violentiam, & Doctores ibidem, de re iudic.* Socin. *in leg.* 1. *num.* 13. *D. ne quis eum qui in ius voc.* Alex. *in l. Sed si eximendi*, §. *Si quis, circa fin. &* Iacob. *de sanct. Georg. num.* 3. *D. eod. titul.* Andr. Tiraq. *de vtroque retract. in præfation. numero* 68. *vers. Et in simili quoque dicitur*, Didac. Couar. *variar. lib.* 1. *capite* 2. *numero* 11. *post vers. & numer.* 12. *&* 13. *ad fin.* Iacob. Menoch. *de arbitr. libro* 2. *casu* 301. *numero* 14. *& de præsumption. lib.* 1. *quæst.* 89. *nu.* 43. *&* 49. propè infinitis, relatis Farin. *prax. crimin. part.* 1. *quæst.* 30. *numer.* 120. *& seqq.* multis vtilibusque ampliationibus hanc ornans conclusionem, Sebastian. Guazin. *dict. defens.* 6. *num.* 30. 67. *&* 68. Sicque iniustè carcere tentum, distributiones quotidianas lucrari, dicunt (aliis citatis) Bonacin. *dehor. canon. disput.* 2. *quæstione* 5. *punct.* 2. §. 1. *Sanctar. variar. resolut. quæstione* 9. *numero* 5. August. Barbos. *de offic. & potest. Episc.* 2. *part. alleg.* 53. *num.* 178. *& in collect. ad cap. vnic. de cleric non resid. lib.* 6. *nu.* 19.

Pro carceratorum quoque priuilegio, & illud *Guazin.* ipse, *ibidem num.* 31. assignat; nobilem nempè, magnæque existimationis carcera-
54 tum † sub fideiussoribus in causa criminali relaxandum, quod ex aliis etiam tradit Farin. *q.* 33. *n.* 60. Id verò nobilitati potius tribuendum; neque eius adhuc fauore, si pœna corporalis infligenda veniat, satis firma assertio, vt cum multis *idem Farinac.* aduertit *ibidem num.* 63. *&* 64. quem, an & quando sub fideiussoribus in delictis carceratus relaxari valeat, plenè agentem consule *ibi à n.* 1. *cum seqq.*

55 Qui ad carcerem voluntariè accedit, † præsumptionem delicti excludit, Crauet. *cons.* 75. *num.* 19. Bursat. *cons.* 144. *num.* 8. *vol.* 2. cum quibus, aliisque *Guazin.* eadem *defens.* 6. *n.* 62. qui & illud *n. seq.* addit carceratum, sub fide-
56 iussoribus de se repræsentando, relaxatum † ad carcerem reduci non posse, nisi causa noua inditiaque superueniant, *ex Iul. Clar. Tob. Nonio, Brun. à Sole, & Gabriele Maceratens.* apud nos
57 sub fideiussoribus relaxatus, † & in causa leui, post sexaginta dies super eadem causa reduci ad carcerem non potest, statuente sic *l.* 18. *tit.* 9. *lib.* 3. *noua reg. collect.*

Quin & sub fideiussoribus de repræsentando,
58 † carcere dimissum, à iudicij obseruatione absolutum videri, eamque vim relaxationem illam habere tradunt Prosper. Farinac. *prax. crimin. quæstione* 4. *num.* 25. *consil.* 59. *num.* 1. *& cons.* 60. *num.* 5. & Sebastian. Guazin. *de defens. reor. defens.* 6. *n.* 64.

59 In pœnam pecuniariam damnatus, † pignora offerens, vel fideiussorem; & si ante realem solutionem relaxari non debeat, nec fideiussorem, pignoravè præstando, condemnationi satisfaciat, ex *l.* 4. §. *Ait Prætor, D. de re iudic.* notantque Plac. *de delict. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. & Farin. *prax. crimin. quæst.* 33. *num.* 9. Si tamen prouocauerit à sententia, † fideiussorem de se repræsentando, 60
condemnationeque soluenda præstet relaxari vtique debet, vt à contrario sensu, probant *text. in l. Eos*, 6. §. *Super his, & in l. minimè*, 12. *in in fin. C. de appellation.* aduertitque. Farinac. *d. quæst.* 33. *num.* 20. *& seq.* Sed si delictum pecuniariæ condemnationi † causam præstiterit ab 61
ea condemnatum appellantem fideiussorem, vel etiam pignora offerentem, relaxandum non esse, condemnatione soluta, idem arguendi modus, ex *regia* sumptus *lege* 16. *tit.* 18. *lib.* 4. *noua reg. collect.* satis suadet, dicente: *Mandamos, quando alguno fue represso por causa pecuniaria, no seyendo la causa criminal, si apelare de la sentencia que contra el fuere dada: que depositando la quantidad en que fue condenado, o dando si ancas bastantes por ella, sea suelto de la prision, para que pueda seguir la apelacion*: auxilianturque dicta *suprà, n.* 18. *& seqq.*

Carceris effractorem, ad Ecclesiam fugientem, 62
† eius priuilegio gaudere, firmant Guazin. *repetita defens.* 6. *num.* 71. cum Tiber. Decian. quem allegat, *tract. crimin. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 28. *&* pleniùs Farinac. *de immunit. Ecclesiast. cap.* 14. *per tot. Decianum* quoque adducens *eodem cap. & numero*, sed *lib.* 6. Hancque communem opinionem, & ab ea consulendo, & iudicando non recedendum, & multis relatis, testatur *Farinac.* & multipliciter eam ibi *à numero secundo*, ampliat.

Fracti quoque carceris pœnam, qui ad Princi- 63
pem, † vel superiorem competentem iudicem, se confert, euitat, vt profitentur Iacob. *de sanct. Georg. in l.* 1. *num.* 9. *C. de serui. fugit.* Nicol. Boer. *decis.* 215. *num.* 18. Thom. Grammat. *vot.* 39. *num.* 12. Paul. Griland. *in tract. de relax. carcer. rubr. de fug. carcer. num.* 10. *& seq.* Ioseph. Mascard. *de probation. lib.* 2. *concl.* 280. *n.* 13. cumque multis aliis, Farinac. *prax. crim. part.* 1. *quæst.* 30. *numero* 171. Sebast. Guazin. *d. loco, num.* 71. Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 301. *n.* 7. *& seqq.* Caualc. *de debit. suspect. quæst.* 1. *num.* 2.

Cæteros casus, in quibus carcerem frangens,
† pœnam fractionis vitet, per *Farinacium* licet 64
videre, *dict. quæst.* 30. *ferè per tot.* Guazin. *in dict. defens.* 6. *num.* 80. & Andr. Fachin. *controuersiar. iur. lib.* 9. *cap.* 64. *&* 65. vt ab illis omittamus adductos.

A carcereque fugientem, mala custodis † cu- 65
ra aufugisse præsumi, dicunt Iacob. Menoch. *de præsumption. lib.* 6. *præsumpt.* 61. *num.* 32. *& seqq.* Ioseph. Mascard. *de porbatio. lib.* 1. *concl.* 266. *num.* 10. Farin. *prax. crimin. part.* 1. *quæst.* 31. *num.* 19. *& seq.* Vt mala pariter custodis cura in carcere mortuum † ni aliud doceatur *lex* 66
præsumit *fin. vers. Sed si custodia, & vers. ergo casu, D. de cust. reor.* & cum multis Farinac. *vbi proximè*, repetitque *num.* 44. *& seqq.* Mascard. *conclus.* 267. *num.* 1. *& seqq.* Licet enim in dubio culpa † non præsumatur, *l.* 2. *D. si quis* 67
caution. l. in illa stipulatione, si Kalendis, 8. *D. de verbor. oblig.* sumendaque sit in dubio culpæ exclusiua præsumptio, Ang. *in l. Sed si damnum*, §. *D. de pecul.* Crauet. *cons.* 151. *num.* 18. *& consil.* 319. *num.* 15. Culpamque ideo allegans probare debeat, *l. Si quis fundum*, 10. §. *Imperator*, iunct. *glos. verb. Probari potest, D. locat. l. Si res pupilaris*, 51. *D. de administr. tutor.* Et diligens quis censeatur, vt *in Axiomatibus nostris*

nostris, lit. D. numero 104. multis comprobamus: ad custodiam tamen obligatus † publici officij ratione, non solùm casum; sed etiam quod absque ipsius culpa euenerit, probare tenetur, vt expendit Glos. celebris, *in l. Cùm legatur*, 33. §. *Species, verb. Nec dolo, D. de legat.* 2. *& ibid.* Bald. Ias. *in l. Si pascenda, num.* 4. *Cod. de pact. & in leg. Quod te mihi, numero* 11. *D. si cert. pet.* Alex. *cons.* 158. incip. *in causa, & lite, nu.* 2. *lib.* 2.

68

69 Ostium inde carceris apertum videns, † ab eo fugiens, carceris effracti pœnam non incurrit, mitiorique, vt euasor arbitrio iudicis plectetur, veluti post antiquiores, à se relatos, docet Couar. *var. resol. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 11.

70 Prohibitio, *Ne quis carceratos alloqui*, † *aut instruere possit*, carceratos alios non comprehendit, ex sententia *Laderch. Imol.* (ita in facto obtinuisse affirmantis) *consil.* 103. *in fin.* cuius relator & approbator *Sebastian. Guazin.* existit, sæpè dicta *defens.* 6. *numero* 77. addens pariter *numero sequenti*. Posse carceratum, quoad forum

71 saltem fori, † etsi non poli, orationibus vti, quibus os non aperiatur, nonque fateatur delictum, dummodo ex eis sortilegium non resultet, ob idque non infligi pœnam, allegans Grilandum *de sortig. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 4. & Landerchum *d. consil. numero* 6.

72 Iudex indebitè quem carcerari præcipiens, † in syndicatu tenetur, qualiterque puniatur, tradit cum plurimis à se relatis Farinac. *prax. crimin. part.* 1. *q.* 17. *n.* 134. *& seq.*

Plura omittimus, quæ tanquam carceratorum priuilegia, aliqui ex citatis, præcipuè *Guazinus*, assignant: nobis non sic visa, quin nec superiora omnia. Sed quasi nō principaliter, secundario, vel aliquo modo eorum vtilitatem, fauoremque respiciunt, quædam, cæteris priuilegiis inseruimus. Plura ergò hac in re desiderans, prædictos consulat: dedicatus condita non fastidiat.

VTRVM SCOLASTICI miserabiles sint personæ legis nostræ vnicæ priuilegio, quibusque aliis gaudeant.

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars propoponitur*, & nu. seq. vsque ad num. 9.
Aduersa inde, cum intellectibus, & limitationibus.
2 *Miserabilis est amore captus.*
3 *Indefessum laborem studia requirunt.*
4 *Scientia pulchritudo ita illius sectatores in sui amorem rapit; vt vltrà vires sæpè eam prosequantur, in ægritudines, dementiam, mortemque incidant.*
5 *Exul miser est, & grauius morte exilij supplicium.*
6 *Scolares ab scolis absentes, in larisque patriis existentes, scholas suo tempore petituri, ab illis non dicuntur abesse.*
Amans verius est vbi amat, quam vbi animat ibid.
7 *Scolares an pauperes de diuitibus fiant.* & num. 11.
10 *Temperatum studium, animi oblectamenta affert, multosque ex infirmitate, ad firmam valetudinem reuocauit.*
12 *Scolaris neque à miserabili ad principem in prima cognitione causæ, trahi potest.*
Et qualiter scolarem ad alium iudicem, quam ad scolasticis designatum trahens plectatur.
13 *Et an tam ciuili, quam criminali causa apud suos iudices conueniri scolares debeant?* & num. seq.
14 *Fors priuilegium Scolaribus concessum, quibus competat*, & num. seq.
16 *Scolaris apud alium iudicem, quam apud sibi designatos respondens, an priuilegium ea in causa perdat?*
Quidque facere vt eo vtatur debeat? & numero 19.
17 *Contra priuilegiatos non comparentes sententia lata valet.*
18 *Notoria qualitas existens, an eius allegationem, probationemque suppleat.*
21 *Scolares omisso medio, ad principem appellare possunt*
23 *Iudices, præcipuas scolaribus designarunt leges, ne ab studiis distrahantur.*
24 *Conseruatorum iudicum natura, & nomen in sibi commissos proniores illos futuros ostendit.*
25 *Misero malitiosè agenti, fori denegatur electio.*
27 *Fauor in odium verti, ad vnumvè finem inducta contrarium operari non debent.*
29 *Scolastici hodiè desuetudine, vel consuetudine contraria, Iudicum sibi à iure communi, Partiumque datorum beneficio, neque dispositione* authent. Habita, C. de fal. pro patr. *gaudent.*
30 *Scolasticorum priuilegia, remiss.*
Et qui de illis egerint referuntur.
31 *Scolasticorum causa proque studiis relictum, an pium dicatur.*
32 *Ecclesiæ, Clericisque comparantur, & an eorum priuilegiis gaudeant.*
33 *Dotis priuilegia Scolaribus competunt.*
34 *Pauperum quoque, & Doctorum* & n. seq.
36 *Scolares militibus comparantur, de vnoque ad alium argumentum valet.*
37 *Peregrini dicuntur, peregrinorumque priuilegia eis Doctores commodant.*
38 *Multo licet tempore, mille etiam annis, an study loco, studendi causa manentes, vt peregrini domicilium non contrahunt.*
39 *De alibi gestis, in studij loco conueniri regulariter Scolastici nequeunt, illius tamen ciuitatis, vel loci priuilegiis fruuntur, nec grauantur incommodis, etiam si statuto, vel consuetudine pro ciuibus reputentur.* & num. seq.
41 *Dominus domus, etsi propriis vsibus ea indigeat, expellere Scolares non potest. Ad limit.* text. in l. Æde, 3. C. de locat.
42 *Scolasticorum libri in domum conductam illati, pro pensione domus, vt cætera conductoris bona, in eam illata, tacitè hypothecati non existunt.*
43 *Dominus domus Scolastico potius quam alteri illam tenetur locare. Ad limitationem* text. in l. Ne cui, 32. C. de locat.
44 *Pro Doctoratus, Magisterij, licentiaturæ, aut Bachalaureatus gradu, in vniuersitatibus*

tatibus Salmantina, Complutensi, & Vallisoletana, nullum stipendium, salariumvè, à pauperibus Scholasticis extorquendum est.

QVÆSTIO XII.

1 MAximè miserabilium † locum Scolasticos occupare, pluribúsque simul miseriarum generibus premi, *Federici* Imperatoris verba, in *authent. Habita, C. ne filius pro patr.* ostendunt. *Quis enim*, ait, *eorum non miseratur, qui amore scientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt; & à villissimis sæpè hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales iniurias sine causa perferunt.*

2 Miseræ conditionis demonstrationem exorditur ab *Amore* Imperator, quo tentum † miserabilem esse, suo loco inferiùs dicenda monstrabunt. Quodque ibi illicitum amorem legum beneficium demereri aduertimus: licitus hic, honestúsque comparat, totque calamitates ex eo venientes consequi debent. Quippè quæ non corpori tantum, sed animo etiam insidias parent. Vt namque Horat. *de art. poet.* ait.

> *Qui vult ad optatam cursus contingere metam,*
> *Multa tulit, fecitque puer sudauit, & alsit.*

&c.

3 Cùm enim, & indefessum laborem † studia requirant, vt experientia docet, & probat *text. in l. 1. C. de assessor. in §. Quorum, & §. fin* & vtrobique Glos. *in proœm. instit.* Bald. *in proœm. decretal. numero 36.* Horat. Lutius, *de priuileg. Scholast. in proœm. num. 11.* & ita scientiæ pulchritudo illius sectatores in sui amorem rapiat; vt vltra vi-
4 res † sæpè illam prosequantur, operam ei etiam immoderatè impendentes: diuersas inde ægritudines, ad dementiam vsque, mortemque ipsam contrahunt, notante Glos. *in element. 1. §. Licet, verb. Declarauit, de verbor. significat.* Socin. *in cap. fin. num. 8. de magist.* Horat. Luti. *dict. loco, num. 20.* Vt namque, ex Apuleio. Luc. *de Pen. in l. 1 C. de professor. lib. 12.* refert. *Continuatio literarij laboris omnem gratiam à corpore detergit, habitudinem tenuat, succum exorbet, colorem oblitterat, vigorem debilitat.* Ad quod Oraculi responsum *Zenoni Cittico* datum, respexisse videtur. Qui cùm Oraculum consuluisset, quo nam pacto optimè vitam instituere posset, responso accepto, *Si concolor fieret mortuis*; ad lectionem librorum, studiumque se vocari sentiens, Philosophiæ operam impendit, vt *Diogen Laërt.* prodit, *de vit. Philosoph. lib. 7. in princip.*

5 Exilio † deinde miseram Scolasticorum conditionem demonstrat ibidem Imperator. Quid enim miserabilius, quam parentibus, liberis, coniuge (quodque durius est) patria, amicisque carere? Quæ cælebris perpendit Regia *lex 1. tit. 29. part. 2. vers. E aun fazen mayor crueldad, que departen lo que Dios ayunto, assi còmo marido de muger, que se faze por ley, è por casamiento. E otrosi estreman el ayuntamiento natural, assi como fijos de padres, o hermanos de hermanos, è de los otros parientes que son de vna sangre. E otrosi los amigos, que es muy fuerte cosa departir a vnos de otros. Cà bien como el ayuntamiento del amor passa, è vence al linage de todas las otras cosas: assi es mayor la cuyta è el pesar quando se parten.* Formidabilesque exilij miserias professi sunt *Honor.* & *Theodos.* Imperatores, in *l. Omnes 23. C. de pœn.* in verbis illis: *Nec formidare miserias vllas exilij.* Tristius inde morte (suum deplorans) exilium testatur Ouid. *Trist. libro tertio eleg. 3.* 105

> *Cum patriam amisi, tunc me perisse putato,*
> *Et prior, & grauior mors fuit illa mihi.*

De Ponto lib. 1. eleg. 8. ad Mesalinum.

> *Nos satis est inter glaciem, Scytasque sagittas*
> *Viuere, si vita est mortis habenda genus.*

& *lib. 2. eleg. 3.* ad *Maximum.*

> *Quid enim status hic à funere differt?*

paucisque interiectis:

> *Instar & hanc vitam mortis habere puta.*

Idque ipsum (ex *Philone Iudæo, lib. de Abrahamo*) tradit Petr. Gregor. *lib. 31. syntagmat. iur. vniuers. capit. 6. de exilij pœna, numero 13.* dicente: Secundam ab extrema capitali pœnam atrocissimorum criminum conuictis imponi à iurisperitis exilium: suo autem iudicio, vltimo eam esse supplicio grauiorem. Siquidem mors, calamitatum finis est: exilium vero non finis, sed malorum omnium initium: dum euitata vna, sensu carente, innumeræ mortes sentiuntur. *Et certè* (*Petrus* idem *Gregorius* addit) *Quò magis suprà omnia nobis chara patria, & proximi, & amici ibidem existentes: eò maior, & asperior quotidiana pœna, diuulsum, & priuatum illis se videre.* Merito inde Valer. Maxim. *lib. 2. de Maiestate, c. 5.* exclamat: *Quid damnatione, quid exilio miserius?* Denique (vt in id vulgata omittamus, ad institutum nostrum oratione cõuersa:) *Nonne vt apices literarum, vt elementa cognosceres, addictus magistro, Scholis affixus, totus patiens laboris, & pœna, nec domum noueras, nec parentes?* Vt eleganter diuus *Petr. Chrysolog.* ait, *sermone 101. super illud Lucæ, Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Quod adeò verum est, vt etiam dum ab 6
Scholis absunt, † inque paternis penatibus existunt, Scholas suo tempore petituri; ab eis non dicantur abesse. Rationem, quam prosequimur literarum amore, acutissimus *Bald.* assignat in eadem *auth. Habita, num. 40.* quia veriùs amans est vbi amat, quam vbi animat. textum allegat *in l. 2. D. de captiu. & postlimin. reuers.* & *in l. in sacris, 9. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & ibid.* Andr. de Baru. Sed id mihi clarius probant *Florentini* verba, *in l. nihil interest, 15. D. eod. titul. de captiu. & post limin. reuers.* dicentis: *Nec enim satis est, corpore domum quem rediisse, si mente alienus est,* & Ausonij carmen, *epigram ad Gallam, pag. mihi 41.*

> *Vado, sed sine me, nec nisi tecum*
> *Totus ergo, pars cum sim altera Galla tui*
> *Vado tamen, sed dimidius: vado minor ipso*
> *Dimidio: nec me iam locus vnus habet.*
> *Nam tecum ferè totus ero: quocumque recedam,*
> *Pars veniet mecum quantulacumque mei:*
> *Separor vnus ego; sed partem sumo minorem*
> *Ipse mei: tecum pars mea maior abit.*
> *Si redeam, tibi totus ero: pars nulla vacabit.*
> *Quæ mox non redeat in tua iura. Vale.*

Vtque

Vtque ex omni parte misera Scholasticorum appareret conditio: *pauperes* † illos de diuitibus
7 fieri, *in dict. auth.* Imperator addit. Quos inter miserabiles, Principem tenere locum, iam *suprà quæst. 2. num.* 13. aduertimus. Debereque addiscere volentem, pauperem fieri, plura testimonia prædicant, à *nobis* relata *de priuileg. pauper. qu.* 7. *numero* 37. *& seq.* Quibus, illud vnum, ex D. Petro Chrysolog. *sermone* 28. addam: *Athleta ad luctandum, nudus accedit, confligit cum fluctibus nauta nudus: miles in Acie, nonnisi expeditus assistit: Qui tendit ad Philosophiam, totum quod in rebus est, contemnit.*

8 Summa itaque cum ratione fori Principis electionem † Scholaribus vt miserabilibus, dum studiorum labuntur curricula, competere, asserendum videtur, asseruereque Francisc. Viui. *decis.* 65. *numer.* 5. Tiber. Decian. *cons.* 14. *numero* 12. *lib.* 1. Iacob. Menoch. *de arbitr. casu* 66. *numero* 16. *lib.* 2. *& in addition. numero* 32. Petr. *in addition. ad* Grammar. *decis.* 21. *sub numero* 9. quos refert, & sequitur Ioan. Mar. Nouar. *in praxi election. & variation. for. sect.* 1. *quæst.* 15. *numero* 1. Marti *de iurisdict.* 4. *part. centur.* 1. *casu* 39. *nu.* 3.

Nos vero, etsi aliquo respectu Scholasticos inter miserabiles patiamur transire: quoad Principis fori electionem, † vtque primam causæ co-
9 gnitionem ad eum referant, non omnino, in quolibet casu patimur. Cùm neque fortunæ iniuria, neque similes nominati *à lege* nostra, *vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* miserabiles extent, neque verè exilium patiantur, voluntariè à patria absentes, vt omnia *inferiùs quæstione* 15. dicenda probant. Temperatumque (vt esse debet, estque frequenter) studium, † librorumque le-
10 ctio, non infirmitates modo, sed animi oblectamenta afferat. Siquidem vt *Senec. epist.* 45. *Lectio certa prodest; varia delectat.* Multósque ex infirmitate ad valetudinem firmam studium reuocasse, & apud *Valer. Maxim.* videre est *lib.* 8. *cap.* 7. *de studio, & industria*, & longè plures (ex *Æliano suprà, quæst.* 3. *vers. Scientiarum, & artium*) numerauimus. Conuenit *Senec.* dum *epistol.* 15. ait: *Mos antiquis fuit, vsque ad meam seruatus ætatem, proximis epistolæ verbis adiicere:* Si vales, benè est *Rectè & nos dicimus:* Si philosophatis benè est. *Valere enim hoc demum est, sine hoc æger est animus. Corpus quoque, etiam si magnas habet vires, non aliter quam furiosi, aut phrenetici, validum est.* Huiuscemodique studij effectum in seipso, idemmet testatur, *epistol.* 78. è cuius verbis quædam postquam detraxeram (breuitati pro more intentus, iniuriam lectoribus, assertionique ratus, sic eam probant, sic aures, animumque mulcent) eadem super scripsi. Ait enim: *Vexari te distillationibus crebris, ac febriculis, quæ longas distillationes, & in consuetudinem adductas sequuntur; eo molestiùs mihi est; quia expertus sum hoc genus valetudinis: quod inter initia contempsi. Poterat adhuc adolescentia iniurias ferre, & se aduersus morbos contumaciter gerere: deinde succubui, & eo perductus sum, vt ipse destillarem. Ad summam maciem deductus, sæpè impetum capi abrumpendi vitam. Patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitaui enim, non quam fortiter ego mori possem; sed quam ille fortiter desiderare me posset. Itaque imperaui mihi vt viuerem. Aliquando enim, & viuere, fortiter facere est. Quæ mihi tunc fuerit solatio dicam: si prius hoc dixero, hæc ipsa quibus acquiescebam, medicinæ vim habuisse. In remedium cedant honesta solatia, & quidquid animum erexit, etiam corpori prodest. Studia mihi nostra salutis fuerunt. Philosophiæ acceptum fero, quod surrexi, quod conualui: illi vitam debeo, & nihil illi minus debeo.* Neque tam paupertatem, † quam diuitias studium affert, vt *de priui-* 11
leg. pauper. quæst. 6. *numero* 51. *& seq. & quæst.* 7. *numero* 13. *& seqq.* à nobis dicta comprobant. Quibus & *Senec. epist.* 17. accedat, inquiens: *Repræsentat opes sapientia.* ne & de illo, qui in arbitrio suo esse (dictatrice sapientia sua) diuitem fieri prædicabat; vbertatemque futuram præuidens, hortos, prædiaque conduxit, ex quibus vberrimos fructus, maximámque ex illis auri summam percepit: ne longiùs historiam referamus.

Id tamen fatebimur; à miserabili † quoque ad Principem Scholarem in prima cognitione trahi 12
non posse, Federico Imperatore, *in auth. habita*, dicente: *Verumtamen, si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere voluerit; huius rei optione data Scholaribus: eos coram Domino, vel magistro suo, vel ipsius ciuitatis Episcopo (quibus hanc iurisdictionem dedimus) conueniat. Qui vero ad aliũ iudicẽ eos trahere tentauerit (etiam si causa iustissima fuerit) tali conamine cadat.* Quam nouat decisionem Regia *lex* 7. *tit.* 31. *part.* 2. inquiens *E non les deuen demandar, nin traer a juyzio delante de otro Alcalde, sin su plazer dellos. Pero si les quisieren demandar delante de su Maestro? en su escogencia es de responder a ella, o delante de Obispo del logar, o delante de juez del fuero, qual mas quisiesse.* Eandem contra aliter Scholares conuenientes, pœnam adiiciens, in eo tamen *dictæ authenticæ* dispositionem emendat: † quod illa, in omni negotio (& sic tam ciuili, quam criminali, vt omnes 13
ibi aduertunt) Hæc, regia nempè, in ciuili tantum huiuscemodi fori electionem Scholaribus concedit. Iudicum vero multitudinem, † numerumque
recentior *lex* 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *nouæ reg. collect.* 14
quoad Salmanticense studium, in eoque studentes arctauit: multo tamen laxius eisdem priuilegium porrexit. Non solum enim in causa ciuili, & criminali coram magistro Scholæ eos conueniendos sanxit: sed etiam vt ipsi coram eodem alios conuenire possent, concessit: quod ius commune, partitarumque denegarat, vt ex *dict. auth. Habita*, deducitur, affirmantque *ibi* Salicet, *numero* 20. Curt. iuni. *In l.* 1. *§. si quis, numero* 8. *D. quod quisque iur.* Horat. Lut. *de priuileg. Scholasticor. priuileg.* 65. *vers. non limita.* expresseque *dict. l.* 7. *tit.* 31. *p.* 2. decreuerat statuens: *Mas si el escolar: ouiesse demanda contra otro que no sea escolar: estonces deue de mandar derecho ante aquel que puede apremiar al demandado.*

Salmanticensique studio, & in eo operam litteris impendentibus per dictam *legem* 18. priuilegium concessum; † Complutensi postmodum 15
lex 26. *eodem titulo, & libro*, commodauit. Vallisoletano deinde *lex* 28. sequens.

Adhuc tamen si apud alios, quã apud sibi iudices designatos Scholastici cõuenti respondeant,
† neque de priuilegio suo opponant, illud tunc 16
perdunt, *dictæ legis* 7. *partitæ* dispositione: *Otrosi dezimos, que si el Escolar es demandado ante el iuez de fuero, è non alegare su priuilegio, diziendo que no deue responder si non adelante de su maestro, o ante el Obispo, assi como sobredi-*

cho es: si respondere llanamente a la demanda, pierde el priuilegio que auia: quanto en aquello cosas sobre que respondio, è deueyr por el pleyto a delante, fasta que sea acabado por aquel, luez ante quien lo començò. Videndus tamen & in id, latè super hoc disputans Didac. Perez, *in l.3. titul. 1. lib. 3. Ordinam. glos. 2. verb. Citar. vers. Sed est dubium.* Coram non suo ideo Scholaris Iudice conuentus, si eius velit iurisdictionem subterfugere; comparare, priuilegium allegare, deque il-
17 lo docere debet, ex *l. Si quis ex aliena, 5. D. de iudic. l. 2. D. si quis in ius voc. non ier.* Namque contra priuilegiatos non comparentes, † sententiam latam subsistere, tradit Rebuff. *de priuileg.*
18 *Scholastic. priuileg.* 154. iamque notauimus *supra, quæst. 3. limit. 4.* Scholastici licèt qualitate notoria † existente, tituli probationem, allegationemque suppleri (ex Glos. *in cap. Super literis*, & Decio *in cap. Cum ordinem, de rescript.*) Rebuff. *dicto loco, num. 2.* notet, etsi allegare, & probare tutiùs dicat: Scholaresque monet, vt se-
19 cum ad probationem titulos afferant. Vtque hodiè eo vti priuilegio possint, conseruatoriasque literas consequi, † de omnibus constare debet, quæ *dict. l. 18. titul. 7. lib. 1. c. 6. noua Reg. collect.* desiderat, statuens: *Ordenamos y mandamos, que de aqui adelante, ningun estudiante que venga al dicho estudio nueuamente, no se le den conseruatorias de las deudas, y cosas fechas y contraydas antes que vengan al dicho estudio, hasta tanto que ayan hecho vn curso entero, y que estudien continuo, y entren*
20 *en las escuelas, y oygan dos leciones cada dia. De manera que hagan aquello porque deuan gozar.*

Si autem ad Principis (vt diximus) tribunal † primam causæ deferendam cognitionem Scholares contendant; & perpensis iam rationibus impediuntur, & ipsamet *authent. Habita*, quæ ita illis ad Principem recursum, aditumque præstat, cum sui Iudicis experti iudicium fue-
21 rint, seque grauatos senserint appellatione interposita. Qua in re, id Scholaribus speciale datum, † vt omisso medio, ad Principem valeant prouocare, veluti *dictæ authenticæ* verbis nixi, tradunt Petr. Rebuff. *in tractat. de appellation. art. 2. glos. vnic. num. 13. limit. 2. & de priuileg. Scholastic. priuileg. 164. num. 9.* Horat. Lut. *eod. tract. priuileg. 73.* Socin. *regul. 23. fallent. 5.* Sigismund.
22 Scacc. *de appellation.* (multis adductis) *quæst. 7. num. 101.*

Planè cum in studio existens, vulnere, † vel iniuria afficitur: eorum opinio vrget, qui Scholarem inter miserabiles ponunt; & *legis* nostræ *vnicæ* beneficio gaudere affirmant, dictæque *authenticæ Habita* verba adstringunt. Cum & Peregrinus sit (ex *dict. authent. Habita*, infraque dicendis, *num. 37. & seqq.*) cui fauorem hunc competere, *infrà, quæst. 15.* contendimus, & de mercatore in itinere indebitè grauato *infrà* quoque dicen-
23 da, *quæst. 14* suadent.

Miserabiliorem namque miserum iniuria reddit. Quamuis enim in ciuilibus quoque † peregrinitate ad beneficium hoc consequendum, iuuare Scholares se possent: non id leges patiuntur relatæ, quæ ne ab studiis distrahantur, eis præcipuos Iudices designarunt, Conseruatoresque dederunt; quam nominatim exprimit rationem *dict. l. 18. titul. 7. lib. 1. noua Reg. collect* quibus relictis, si ad alios vadant, trahantque aduersarios, (fori rei Iudice excepto) maliciosè agere suspitio vrget. Cùm Con-
24 seruatorum Iudicum † natura, & nomen in sibi commissos, eos proniores reddat. In id siquidem dati sunt, vt illos, illorumque iura seruent, vt tradunt Molin. *de iust. & iur. tom. 6. tract. 5. disput. 29. num. 7.* Aluar. Valasc. *con-*
25 *sult 151. num. 4.* August. Barbos. *in collect. ad c. 1. de offic. & potest. iudic. deleg. lib. 6. num. 6. & 7.* & ibi descripta diffinitio monstrat. Maliciosè † vero, vexandique aduersarij animo miserabili agenti, hunc denegari fauorem, sæpè notauimus. 26

In criminali autem causa, † cum Ecclesiasticus Iudex ad sanguinis effusionem peruenire non valeat; si eam pœnam causa deposcat: ad Principem accedere, causamque in prima cognitione referre posse videtur, cum & parua quoque potentia meritò Peregrinos terreat, illamque habeant suspectam. Quam quidem perhorrescentiam locum huic priuilegio fecisse; & *dict. l. vnica*, satis apparet, & iam *quæst. 3.* aduertimus. Si verò à Conseruatore puniri condignè aduersarius possit; apud ipsum causam agitandam, non ad Principem tunc referendam memoratæ leges, rationesque suadent. Et quia 27
aliter † fauor verteretur in odium, ad vnumque finem inducta, contrarium operarentur, aduersus *legem Quod fauore, 6. C. de legib. l. Nulla iuris ratio, 24. D. eod. titu. l. cap. Quod ob gratiam, 61. de reg. iur. lib. 6. l. Legata inutiliter, 19. D. de legat. 3. & l. Legata inutiliter, 14. D. de adimend. legat.* & adducta à *Nobis in Axiom. & locis commun. iur. lit. F. n. 111. & lit. E. n. 19.*

Ad illorum autem commiserationem, qui in 28
aliis † quam in tribus prædictis studiis, ac Vniuersitatibus operam literis nauant; fortius natura monemur, non in criminali tantum, sed & in ciuili causa. Cùm omnes ab Imperatore in *dict. auth. Habita*, calamitates numeratas strictiùs perferant, neque conseruatores Iudices habeant, imò neque à communi, Patriarumque iure iudi- 29
cum sibi datorum † beneficio fruantur, iniqua desuetudine, aut consuetudine vbique sublato, vt testantur *in dict. auth. Habita, glos. & Doctores*, Osuald. *in Donel. Enucl. lib. 17. cap. 20. lit. E.* Gregor. Lop. *in l. 7. tit. 31. part. 2. verb. De sangre.* Eisque præcipnè in discursu dicta, quoad speciem nostram auxiliantur. Remissius vero, si in in patria, propriisque laribus studeant; præcipuis miseræ tunc côditionis rationibus deficientibus.

Habent & alia propè infinita Scholastici † 30
priuilegia, quæ quia tractatibus integris continentur, qui in omnium ferè manibus versantur; non sigillatim prosequimur. Centum octoginta *Petr. Rebuff.* assignauit *in peculiari tractatu*, Centum quatuor postmodum, Horat. Lutius. Multos etiam Didac. Perez, *in l. 8. tit. 2. lib. 1. Ordinam. glos. 1. verb. Estudios generales*, Alfons. Modit. *in §. Plebis citum, dubitat. 78. n. 9. & seqq.* Ascan. Clem. *de effect. patr. potest. effect. 17. n. 41. 44. & 48.* Vincent. Caroc. *tract. de locato, & conduct. p. 3. gradu 2. q. 1. n. 10. & seqq. pag. mihi, 149.* præter *Ordinarios in d. auth. Habita, & in c. 1. de locat.* A quibus pauca, sed plura, & præcipua comprehendentia decerpemus.

Scholasticorum igitur causam, † proque stu- 31
dio relictum pium dici, piarumque causarum priuilegio gaudere, dicunt Panorm. *cons. 63. n. 5. & 6. lib. 2.* Andr. Tiraquel. *de pia caus. in præfation. n. 26.* plenissimè Horat. Luc. *de priuil. Scholastic. priuil. 1. per tot.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 6. q. 19. n. 8. & seq.* Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. p. 1.*

p. 1. cap. 3. num. 84. ad pauperum, dotis, & pu-
32 blici fauoris comparationem. Ad Ecclesiæ † quoque similitudinem illam format, latéque prosequitur *Horat. Lut. priuil.* 2. Ecclesiæ, Clericorumque priuilegia Scholasticis competere probans.

33 Ad dotem † etiam componit eam, dotisque priuilegia Scholasticis pertinere, *idemmet priuileg.* 3. affirmat, & notamus, *de priuileg. pauper. q.* 4. *n.* 62. & *q.* 28. *n.* 36

34 Pauperumque † ad Scholasticos comparationem latiùs idem ipse *Horat. Lut. priuileg.* 7. assignat, pauperum eis priuilegia commodans. Iamque suprà aduertimus.

35 Doctorum † item priuilegia Scholasticis communicari, & è conuerso, communem attestantur sententiam Ias. *in l.* 1. *numero* 48. *D. solut. matr.* & *ibid.* Socin. *numero* 64. Thom. Parpald. Baptist. de S. Blas. & alij quos refert, ac sequitur Horat. Lut. *d. tract. priuil.* 4.

36 Militibus † similiter Scholasticos comparari, deq; vno ad aliũ alium argum. valere, & alterius alteri priuilegia prodesse, docet Accurs. *in l. Diuus,* 9. *verb. Militarem, D. de fer. in l. Quæ pater,* 51. *verb. Comprobatus, D. famil. ercisc.* & *in l. Nepos Proculo,* 125. *verb. Dignitate, D. de verb. signific.* exornat pulchrè Horat. Lut. *dict. tract. priuileg.* 5. & 6. Euia. *in Cur. Philip.* 2. *part.* §. 16. *numero* 8. & conducunt adducta *à Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A. n.* 479. Quibus adde, *l.* 2. *titul.* 1. *vers. Esso mismo, part.* 3. & *l.* 3. *tit.* 10. *part.* 2.

37 Peregrini † præterea Scolastici dicuntur *in l. Longus* 18. *D. de iudic. in dict. l. Quæ pater,* 51. *D. famil. ercisc. in l. Cùm filiusfamil. D. si cert. petat.* & *in dict. authent. Habita, C. ne fil. pro patr. in c. Consultationibus,* 10. *de offic. & potest. iudic. deleg. Regia lege* 2 *tit.* 5. *part.* 3. *versic. Esso mismo seria,* & *l. fin. titul.* 17. *part.* 4. Peregrinorumque illis iura competere, communiter *Doctores* tradunt, *in dicta lege Cùm filiusfamil.* & Horat. Lut. *priuileg.* 8. Et tanquam peregrini, multo licet tempore in studij loco permaneant,
38 † nullum ibi domicilium contrahunt, *ex l.* 2. *C. de incol. lib.* 10. & notant Glos. *in l. heres absens,* 19. §. *Proinde, D. de iudic. verb. Domicilium,* Felin. *in cap. dilectus filius, el.* 2. *n.* 12. *vers. Secunda declaratio, de rescript.* Horat. Lut. *priuileg.* 9. Petr. Rebuff *priuileg.* 121. *numero* 2. Petrus. Barbos. *in l.* 2. §. *Legatis, num.* 341. *D. de indic.* Prosper Farinac. *fragment. crimin. part.* 1. *lit. D. num.* 215. Nec si per mille annos, studiorum causa ibi commorentur, deque illo appareat, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 86. *nu.* 6. 7. & 22. Matth Stephan. *de iurisdict. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 49. Ioseph. Mascard. *de probation. conclus.* 534. *n.* 13. *lib.* 1. Farinac. *dict. loco n.* 218. Osuald. Hilliger. *in Donel. Enucl. l.* 17. *cap.*
39 12. *lit. E.* Ideo de alibi gestis, † conueniri in studij loco regulariter Scholasticum non posse, tradunt Petr. Rebuff. *dict. tract. priuil.* 121. 122. & 123. Horat Lut. *dict. priuileg.* 9. *vers. vnde* & *vers. neque* Osual. *vbi proximè* Farin. *dict. n.* 215. *in fin.* Cardin. Dominic. Tusch. *practicar. conl. lit. D. concl.* 596. *n.* 26.

40 Priuilegiis vero eiusdem ciuitatis, † aut loci Scholares vti, firmant Rebuff. *priuileg.* 125. Horat. Lut. & Osuald. *citatis locis,* non incommodis grauari, quamuis statuto, vel consuetudine ciues reputentur: ad commoda enim, non ad incommoda intelligi, profitentur Rebuff. *priuileg.* 126. Osuald. *dict. lit. E.* Alphons. Modit. *in* §. *Plebis scita, dubit.* 69. *numero* 2. per quem numeris sequentibus intellectus, limitationesque vide.

Hæc generalia Scholasticorum priuilegia, tot parturientia, retulisse sufficiat, ne ad cætera sigillatim descendamus, ad totque iurium limitationes quas Scholarium fauor induxit, *vt legis Æde* 3. *C. de locat.* † non enim à domino domus, 41
pro habitatione etiam propria illa egente, expelli eos posse, dictam legem aduersus firmant Bolognet. *in repet. dict. authent. Habita, numero* 369. Petr. Rebuff. *priuileg.* 8. Hieronym. Ceual. *commun. contra quæst.* 756. *nu.* 43. Petr. August. Morl. *in empor. iur. part.* 1. *tit.* 10. *nu.* 26. Etsi contrarium tenentes non deficiant, vt apud Augustin. Barbos. *in collect. ad cap.* 3. §. *Verum, n.* 27. *de locato,* videre est. *Legis certi iuris,* 5. *Cod. eod. titul. de locat.* † Scholasticorum namque li- 42
bros in conductam domum illatos, pro eius pensione tacitè hypothecatos, vt cætera conductoris bona in eam illata, non extitere sententia Angeli & Iasonis *in* §. *Item Seruiana, instit. de actionib.* illius, *num.* 3. Huius, *num.* 64. asserit Ioan. Hieronym. Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 10. *num.* 11. rationem adiungens. *Et legis Ne cui,* 32. *eodem ipso tit. C. de locat.* † liberam 43
cui velit facultatem locandi domino domus tribuentis, quæ Scholasticorum fauore restringitur, & Scholastico potius, quam alteri eam locare debere, dicunt Petr. Rebuff. *dict. tractat. priuileg.* 9. Anton. Gomez. *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *nu.* 5. & Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæstion.* 24. *nu.* 2. Aliarum quoque multarum. Quibus omissis, in id iam consulendis citatis: illud solum ex *lege Regia,* 6. *tit.* 7. *lib.* 1. *nona Reg. collect.* referam statuente: † *Mandamos al Maestrescu-* 44
la, Abad, y Rectores, Consiliarios de los Estudios y Vniuersidades de la Ciudad de Salamanca, y Villas de Valladolid, y Alcala de Henares, que no puedan lleuar, ni lleuen, ni consientan lleuar en los dichos Estudios a los estudiantes, y personas pobres necessitadas (por los grados que les dieren de Dotores Mastros, y Licenciados, y Bachilleres) salario alguno, ni propina, ni otra cosa alguna.

VTRVM AGRICOLA sit persona miserabilis? Legis nostræ vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid. priuilegio, quibusque aliis gaudeat.

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars,* n. 1. & seqq. *proponitur.*
Negatiua, à n. 13.
Adam ob peccatum ad terra damnatus culturam, & labores, cæterique cum eo ibid. & num. 10.
2 *A magnitudine Agricolarum, laboris,* Laborantes *appellati sunt.*
3 *Agricolarum vita in continuo labore persistit.*
Eiusque per anni cursum descriptio. & num. seqq.
4 *Res aggrestis, nec moram, nec intermissionem recipit, est insidiosa cunctanti, glebisque inhærere præcipiuntur Agricolæ.*

5 *Æui initio, sua sponte, sine cultura fructus terra ferebat.*

6 *Media procedente ætate, infertilior effecta, cultura iuuari cœpit.*

7 *Vltima, ferreaque, non nisi elaborata, multisque delinita fomentis fructus refert: nec adhuc Agricolarum spei, laborique respondet.*

8 *Leuis, parumvè laboriosa cultura sæpè sterilitatem fert.*

9 *In Agricolas incuriosè agros, vineasvè tractantes, grauiter Censores animadvertere solebant.*

10 *Contra dominos agrorum desertores sola biennalis possessio ad præscriptionem sufficit, & nouo Agricolæ, qui desertum agrum ad culturam reduxit, acquiritur.*

11 *Agricolæ corporis, & animi angoribus cruciantur, à segetibus penduli.*

Segetes non modo facili perditioni virentes subsunt: sed matura iam, à soloque etiam separata. ibi.

14 *Agricolæ diuites reputantur, & existunt, veluti cum paruis diuites, paruaque desiderantes.* & num. seq.

16. *Oblectamentis Agricola fruitur, dulcesque reddit agricultura labores.*

18 *Agricolæ, beati, fortunatique prædicantur.*

20 *Respondetur contrariis.* & duobus seqq.

23 *In iudicialibus, & his, quæ ad Iuris conseruationem, & rigorem pertinent, Iure communi rustici vtuntur, neque eis subuenitur.*

24 *Agricolæ in sacris literis commendantur.* remis.

25 *Sine Agricultoribus consistere vniuersus orbis non valeret.*

26 *Agricolæ magno semper vbique sunt in pretio habiti, nec modo in pace: sed seruati in bello.*

27 *Ab omni munere extraordinario, & personali immunes existunt.*

28 *A realibus, & patrimonialibus, etsi non ita: benignè tamen tractandi, & onerandi moderatè, quamuis male, ratione reluctante seruetur*, & num seq.

30 *Ex humanitate in Agricolas, moderatisque vectigalibus, vbertas, comestibilium copia, & Reipublicæ affluentia magna ex parte pendet.*

31 *Agricolæ militare cogendi non sunt. Imò neque se vltrò offerentes admittendi. Non enim minus Reipublicæ interest, à quibus alatur, quam à quibus defendatur, habere.*

32 *A tutela rusticus excusatur. Intellige vt* num. seq.

Si re, & opere rusticus sit.

34 *Agricola ob inertiam, vel simplicitatem à tutela remotus, integra existimatione abit.*

35 *Rusticus, qui simplicitate pupillares pecunias fœnori non dedit; vsuris fenebris pecuniæ non est plectendus.*

36 *Pro nullo regulariter debito ruralia instrumenta, animaliavè aratoria capi possunt, pignori submitti, aut executioni.*

37 *Olim ita demum in aratoriis bobus, villicisque instrumentis pignoratio, aut executio prohibita erat; si alia bona ex quibus creditori satisfieret, adessent.*

38 *Hodie, etiam in aliorum bonorum deficientiæ casu (tribus demptis) executio fieri prohibetur.*

39 *Agricola qui par solum boum, aliorumvè animalium aratorum habet; nullo in casu, nec in tribus superius exceptis, executionem in eis patitur.*

40 *Res exercendi ruris gratia exportata vectigalibus publicis non sunt obnoxia.*

41 *Atticæ leges aratores boues mactare prohibebant, quòd Agricolæ, laborumque socij reputentur. Quid apud Romanos? Et qualiter boum occisores plecterentur?* n. seq.

Quid apud Phryges? Qualiterque agricolationi apta instrumenta surripientes, ipsa, aliæque gentes punierint? num. 43.

44 *Apud Nos, vitulorum interfectio, communi vtilitate, agriculturæque ratione, prohibita.*

45 *Instrumenta rustica, quæ dicantur? quæque eorum appellatione veniant, vt executio, vel pignoratio in eis fieri nequeat?*

46 *Agricolæ pro debito capi non possunt.*

47 *Alibi quã in domicilij foro conueniri nequeũt, neque alteri se submittere iudici possũt.*

48 *Pro aliis quam pro Agricolis fideiussores existere non valent.*

49 *Neque vt fideiussores aut principales in fauorem dominorum locorum vbi degunt, se obligare, huicvè Iuri renuntiare, pœna in Tabelliones huiusmodi obligationis, renuntiationesvè conscribentes, apposita.*

50 *In satis, tritico, ordeo, vel millio, à solo etiam separatis, executio fieri prohibetur.*

51 *Si post fructuum recollectionem, in eis executio fiat, non minori quam taxa pretio vendi debent. Venditoreque non existente; in solutum creditor eos dicto pretio accipere compellitur.*

52 *Prædictis Agricolæ fauoribus renuntiare non possunt.*

53 *Renuntiari non potest his, quæ in publicæ vtilitatis fauorem principaliter concessa sunt; secundario licet renuntiantem tangant.*

54 *In frumenti, vel ordei quod ipsi collegere, venditione, à constitutionibus Regiis taxam præfinitam seruare non coguntur.*

55 *Agricolarum causæ priùs aliis tractandæ, breuiter, ac summariè expediendæ, quique modus à Romanis ad id præstitus?*

56 *Frugum colligendarum gratia, feriæ sunt institutæ, quibus ad iudicium trahi ruricolæ vetantur.*

57 *Necessitate poscente, etiam festis diebus eis licet rurale peragere opus.*

58 *E multis consortibus litis, Agricola vno ad litem peragendam vrbe detento, cæteri in proprias domos remittendi.*

59 *Ex rusticorum instrumentorum portatione, vectigal publicum an pendatur?*

60 *Fenerari Agricolis, an & quatenus à Iustiniano concessum sit?*

61 *Rusticus à præsumpta vsurarum fraude ignorantia excusatur.*

62 *Et in aliis regulariter casibus, in quibus contrarium à Iure expressè non est cautum.*

63 *Plurimi referuntur casus, in quibus excausata*

cusata rusticitas existit.

64 *In casibus à iure expressis, ipso iure rusticitas excusat: in non expressis, restitutionis ope, æquitate, officioque iudicis eis subuenitur.*

65 *Tam in ciuilibus, quàm in criminalibus (ad pœnam saltem ordinariam vitandam) excusat rusticitas.*

66 *A subreptionis, & obreptionis vitio liberat.*

67 *A solutione pensionis, vel tributi in futurum, diuinæ, & vniformis annuæ præstationis virtute, an rustici excusentur?*

Intellectus text. in l. Cum de in rem verso, 6. D. de vsur. ibi.

68 *Ad bonorum possessionem petendam, dies rustico non cedit.*

69 *Solemnes in vltimis rusticorum elogiis formas, testiumque numerum leges remittunt.*

70 *A contumacia, eius pœna, doliqué suspicione (sine quo vera non contrahitur contumacia) rusticus excusatur.*

Simplicitas fauorem meretur, bonam fidem arguit, dolumque excludit. ibi. & numero 72.

71 *Ob veram aliàs contumaciam, rustico non denegatur appellatio.*

73 *A periurio, vbi de damno vitando agitur, simplicitatis prætextu, rusticus excusatur.*

74 *Infamia liberatur, vt à tutela non amoueatur si absque iudicis decreto administrauerit.*

75 *Dilatoria, vel declinatoria exceptione ante litem contestatam non apposita, Ius suum rusticitas non perdit.*

76 *Rustico non sagaci Aduocato præsente, positionibus respondere licet. Amplia* num. seq. *vt etiam pro rusticis Aduocatis respondere sit permissum. Pro aliis respondere non modo Aduocatis prohibitum est; sed neque eis præsentibus, partibus ipsis respondere concessum.* numer. 78.

79 *Erroneam Aduocati confessionem reuocare quandocumque rusticus potest.*

80 *Aduocati confessio clienti regulariter obest, ni sit incontinenti reuocata.*

81 *Rusticæ simplicitati subueniendum, vbicumque æquitas mouerit iudicantem.*

82 *Rusticus inuentario non confecto hæreditatem adiens, an vltra hæreditatis vires teneatur?*

Aduersus Agricolas, de aqua pluuia arcenda negatur actio.

QVÆST. XIII.

1 Miserabilem Agricolam esse, † & nomen, & inditi nominis causa manifestat. Nomen, laborem dicit: causa, peccatum. Per illud namque factus Adam Agricola, ad terræque damnatus culturam, *Genes.* 3. *Adæ vero dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.* Pulchrè indè Franc. Petrarch *de remed. vtriusque fortun. lib.* 1. *dialog.* 57. inquit: *Non homo terræ, sed terra homini seruire debuerat: hominum culpis effectum est, ne terra possessori suo sine labore respondeat: inculta, messem horridam, lappas, & tribulos paritura: hanc ferro sollicitare, mirisque blanditiis molliri, mortalis cogit indigentia.* A magnitudine- 2 neque Agricolarum † laboris (cæteros facilè superantis) *Laboratores* appellati sunt, *l.* 5. *tit.* 20. *part.* 2. *Labor y obra, como quier que sean fechas por na estria; departimiento à entre ellas. Ca labor es dicha aquellas cosas que los homes fazen trabajando en dos maneras: La vna, por razon de la fechura: la otra por razon del tiempo, assi cocomo a que llos que labran por pan, è pòr vino; è guardan sus ganados, o que fazen otras cosas semejantes destas, en que reciben trabajo, è andan fuera por los montes, o campos, è an por fuerça à sofrir frio, è calentura, segun el tiempo que faze. E obras son las que omes fazen estando en casa, o en lugar encubiertos, assi como los que labran oro, è plata, & fazen monedas, è armas, è armaduras, è los otros menestrales, que son de muchas maneras, que obran desta guisa, maguer ellos trabajan por sus cuerpos; no se apodera tanto el tiempo dellos para fazerles daño, como a los otros que andan desuera. E por ende, a estos llaman* Menestrales, *è a los otros*, Labradores. Et *in proœm. tit.* 21. *eiusdem part. E otrosi los que labran la tierra, è fazen en ella aquellas cosas, porque los omes an de viuir, o de mantenerse, son dichos Labradores.* Quorum vita † in continuo 3 labores persistit, quin aliquo anni spatio vacationem præstet. Ante quam enim terræ semina mandent, præparanda multa: Ferramenta acuenda, manubia aptanda, fodiendus, & mandandus ager, sterchilino fœcundandus, cremandæ glebæ. Post iacta semina, ante quam vitescant, à Cœli auibus, post viriditatem, à terræ animalibus custodienda, & exeruanda. Cùm ad maturitatem peruenerint: secanda messis, terenda, à palea separanda, recolligenda. Post quorum collectionem, panici, milliique multis in locis, satio est. Vnius itaque collectio, alterius culturæ locum facit, & vnius vocatio nouam curam iniungit. Interim & hortorum sollicitudo, vinearum, arborumque plantationes, insertiones, & amputationes, effusiones, & purgationes aggerum, multaque similia instant, vt apud eos, qui hac de re integros edidere tractatus, nonque parua volumina, videre est. *Marc. Barron. Columel. Plin. Seniorem*, & alios; quos *Tiraquel.* recenset, *de nobilit. cap.* 31. *nu.* 11. Verumque illud esse constat.

Quod redit Agricolis labor actus in orbem,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

Continuus itaque labor, ac laboris magnitudo miserabilem Agricolam ostendunt: cùm neque vmbra in æstu, neque in frigore foco vtatur; sed æquali statione, Solis ardentissimos radios, & 4 brumæ glaciem, sæuitiamque ferat. *Res est enim cunctanti insidiosa agrestis*, vt *Columel. de re rustic. lib.* 11. ait. Quæ nec motã, nec intermissionẽ recipit. Ideo *Honor.* & *Theodos.* Imperatores *in l. Colonos*, 15. *C. de agricol. & censit. lib.* 11. ita Agricolis glebis inhærere præcipiunt: *vt nec puncto quidem temporis debeant amoueri*: aliique præcipiunt Imperatores *in l.* 1. *C. eod. tit. & lib. in l. vnic. C. ne opera à Collator. exig. lib.* 10. *& tot. titul. C. ne rusticani ad vllum obsequium deuocentur, lib.* 11. Namque.

Frigidus Agricolam si quando continet imber;

 Multa

Multa forent, quæ mox Cœlo properanda sereno
5 *Maturare datur.*

Quamuis enim in cunabulis, † Æuique exordio,

Nulli subigebant arua Coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebat, ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.

& vt *Metamorf. lib. 1. fabul. 3. Ouid.* tradit.

Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec vllis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus.
Contentique cibis, nullo cogente, creatis,
Arbusteos fœtus, montanaque fraga legebant.

paucisque interiectis:

Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

Lucret. de rer. natur. lib. 5. de primæuo illo tempore loquens:

Ne robustus erat curui moderator aratri
Quisquam: nec scibat ferro nec molier arua,
Nec noua defodere in terram virgulta, nec altis
Arboribus veteres dedicere falcibus ramos.
Quod Sol, atque imbres dederant, quod terra crearat
Sponte sua, satis id placabat pectora donum.

Senec. pariter primam illam describens ætatem, in *Hipol. actu 2.* hæc inter alia:

Nullus in campo sacer
Diuisit agros, arbiter populis lapis.

inscriptisque aliis.

Iussa nec dominum pati
Iuncto ferebat terra seruitium boue:
Sed arua per se fœta, poscentes nihil
Pauere gentes.

Alterque *Senec. epist. 89 Terra ipsa* (inquit) *fertilior erat illaborata, & in vsu populorum non*
6 *diripientium, larga.*

Mediaque † procedente ætate, infertilior terra, cultura iuuari cœperit, vt *Ouid. dict. loco, fabula 4.*

Semina tunc primum longis cerealibus sulcis
7 *Obruta sunt, pressique iugo gemuere iuuenci.*

Ad vltimam † vero, ferreamque cum ventum est, non nisi elaborata, multisque delinita fomentis fructus terra refert, vt est apud *Maronem:*

Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbras, votisque vocaueris imbrem:
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum.

& *lib. 1.* Georg.

Nec vlla interea est inarata gratia terra.

& apud *Ouid. Trist. lib. 5.*

Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

Quinimo sæpè sic elaborata, & culta, spem fallit, vt enim Lucret. *de rer. natur. lib. 2. in fin.* ait: 105

Iamque adeò fracta est ætas, effœtaque tellus:
Vix animalia pauca creat.

& inferiùs:

Præterea nitidasque fruges, vinetaque læta.
Sponte sua primum mortalibus ipsa creauit:
Ipsa dedit dulces fœtus, & pabula læta:
Quæ nunc vix nostro grandescunt aucta labore.
Conterimusque boues, & vires agricolarum.
Conficimus. Ferrum vix aruis suppeditarit.

Ætatis igitur damna, terræque infœcunditas Agricolarum assiduo labore iuuanda, & supplenda, siquidem *Cicerone lib. 2. Tusculan.* teste: *Ager quantumcumque fertilis, absque cultura fructuosus esse nō potest.* potioreque *Diuo Petro Chrisol. serm. 17. super illud Matth.* Cum ieiunatis: *Agricola si non presserit cultrum, si sulcum non defoderit, si non exciderit sentes, si in tuto semina non locarit: sibi mentitur, non terra; nec terra facit damnum, sed sibi non facit fructum.* Leuem nam- 8
que † parumvè laboriosam culturam, inutilem, & sterilitatem sæpè ferentem, *Furij Cresinij* casus comprobat, à *Plinio histor. natural. lib. 18. c. 6.* Petr. Crenit. *de honest. disciplin. lib. 2. c. 2.* & Renat. Chop. *de priuileg. rusticor. lib. 1. part. 1. cap. 9. vers. Quin & opera;* relatus. Furius namque à Sp. Albino Ædili Curili apud Senatum delatus, quod ex suo agello fructus largiores, quam vicini colligeret, idque veneficiorum, & incantationum ope: stata in die, in forum cum vxore, & liberis, maribus, ac fœminis præciosè indutis, ornatisque processit, adducens pariter ferramenta egregiè facta, ponderosos vomeres, ligones graues, saturos boues: quibus, accusatione recitata, ostensis *Hæc sunt,* inquit, *beneficia mea Quirites. Nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasque & sudores.* Proprias deinde attritas labore manus, & callis induratas monstrans: omnium sententiis absolutus est. *Perdit* (de benefic. lib. 2. cap 11. Senec. inquit) *Agricola quod sparsit, si labores suos destituit in semine. Multa cura sata perducuntur ad segetem; nil in fructum peruenit, quod non à primo, vsque ad extremum æqualis cultura prosequitur.* Inter *Sapientis* inde consilia, *Prouerbior. cap. 24.* & hoc vnum: *Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum.* Iurisque præcepta, hoc *in l. si merces, 28. §. Conductor, D. locat.* adiecit Caius: *Et ante omnia, Colonus curare debet vt opera rustica suo quoque tempore faciat: ne intempestiua cultura deteriorem fundum faceret.*

In Agricolas ideò, qui incuriose, † nonque 9
aptè agros, vineasvè tractassent, grauiter censores animaduertere sollitos, testantur Liui. *lib. 1.* Luc. Fenestel. *de magistrat. cap. de censore,* & *Aul.* Gel. noct. Athicar. *lib. 4. cap. 12.* in hæc verba: *Si quis agrum suum passus fuerat sordescere, eumque indiligenter curabat, ac neque arauerat, neque purgauerat; siue quis arborem suam, vineamque habuerat derelictui: non is sine pœna fuit, sed erat opus*

opus Censorium Censoresque ærarium faciebant. Ita similiter Petr. Gregor. *syntagm. iuris vniuers. lib. 4. cap. 16. num. 10.* Reipublicæ namque nocent, cuius interest, vt fundi sedulo colantur, *l. 2 D. de nundin.* Inde contra dominos agrorum

10 desertores, † solam biennalem possessionem ad præscriptionem sufficere, & nouo agricolæ, qui desertum à priore domino agrum ad culturam reduxit, acquiri, his verbis, *in l. Qui agros, 8. C. de omni agro desert. lib. 11.* Valent. sanxit: *Nam si biennij fuerit tempus emensum, omnis possessionis, & dominij carebit iure, qui siluit.* Ad cuius intellectum, & ornatum *Mascardum* consule, *de probationib. conclus. 1214. numero 16. & seqq.* & alia inferius circa hæc locanda.

11 Nec minores animi, † quam corporis Agricolæ patiuntur angores, beneficio, & arbitrio temporis expositi; à segetibus penduli. Quod non miseria leuis, non mediocre tormentum est, vt iam *suprà quæst. 2. numero 33.* diximus. Quæ non modo facili perditioni subsunt virentes (vt *Lucret. de rer. natur. lib. 5.* describit.

Et tamen interdum, dum magno quæsita labore,
Cùm iam per terras frondent, atque omnia florent:
Aut nimius torret feruoribus ætherius Sol,
Aut subiti perimunt imbres, gelidæque pruinæ,
Flabraque ventorum violento turbine vexant.)

sed maturæ iam, à soloque etiam separatæ. Quodque longus, & prolixus labor anni parat; breuis casus, temporisque iniuria subuertit. Oculatem testem sic se *Virgilius* præbet:

Sæpè ego cum flauis messorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam stringeret ordea culmo:
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
Sublimè expulsam eruerent: ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta, boumque labores
Diluit: implentur fossæ, & causa flumina crescunt.

& Ouid. *Metamorf. lib. 1.*

Sternuntur segetes, & deplorata Colonis
Vota iacent; longique perit labor irritus anni.

Metes quod seuisti triticum, atque solicitudinem. Nisi illud est verius; quod triticum, plurimorum; sed anxietas tua est. inquit Fran. Petrarc. *de remed. vtriusque fortun. libro 1. dialog. 57.*

12 Quæ quidem satis Agricolarum miseram † conditionem esse demonstrant, meritòque nostrates eos in miserabilium numero ponunt, fori, legisque nostræ *vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* priuilegio gaudere prædicant Socin. Sen. *in cap. Cùm sit generale, numer. 25. in fin. de foro compet.* eoque relato, Iacob Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 66. num. 22.* & Camil. Borrel. *in summ. decis. part. 1. tit. 56. num. 27.* Ad quod ego probandum, textum (quem ab aliis adductum non video) affero, *in l. fin. post princip. C. de locat.* vbi eos miseros *Iustinianus* sic appellat: *Sed contra vicinos, & forsitan etiam aduersus ipsos miseros Colonos, &c.*

Oppositam vero sententiam, † non debiliores 13 authoritates sustinent, quæ non modo Agricolarum conditionem miseram negant; sed fœlicem, & in humanis beatam clamant: nec tam sophystica id argumenta, quàm veritas ipsa comprobat. Namque si (vt humana fert natura) in diuitiis, oblectamentis, animi quiete, simplici cultu, & vita, à bello, negotiisque forensibus separata, humana fœlicitas, temporalisque beatitudo maximè reposita est: non vnum ex his, alterumvè, sed omnia simul Agricolarum naturam comitantia, eos fœlices reddent; ob eaque fortunati vbique dictitantur. Breuiter tibi hæc omnia constent.

Diuitem primo Agricolam † reputari, & esse; 14 pulchrum, & laudabile fœnus, quod cum terra contrahit, suadet. *Habet enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit, quod accepit. licet aliàs minore, plerumque maiore cum fœnore* vt Cicero *de senectut.* inquit, & officior. lib. 1. *Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nil est agricultura melius, nil vberius.* Quia vt Senec. *epist. 82.* ait: *Sæpè quidquid perierat, assidua infœlicis soli sterilitate; vnius anni restituit vbertas.* Vtque Plin. *iun. lib. 9. epist. ad* Paulin. *Est alioqui nullum iustius genus redditus, quam quod terra, Cœlum, annus refert.* Quibus *Cicero de senect.* villæ commoditates, ad diuitias conducentes, venientesque ex eis describens, super addit: *villaque tota locuples est. Abundat porco, hædo, agno, lacte, caseo, melle. Iam hortum ipsi Agricolæ succidam alteram appellant.* 15

Præterquam quod, cum paruis † Agricola diues, vt non ineleganter *de priuilegiis pauper. 1. part. quæst. 4. num. 11.* monstramus. Ibique adductis *Aristotelem* addimus *Politicor. 6.* dicentem: *Agricolæ, qui non habent necessaria, circa opera morantur, & aliena non concupiscunt.* Quæ summa est fœlicitas, & opulentia summa. Siquidem, *Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit, eo quidem certius quam qui cuncta possidet: quia dominium rerum collabi solet: bona mentis vsurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum.* vt perbellè Valer. Maxim. prodit *lib. 4. cap. 4. in præm.* Nam, *Quæ sunt maximæ diuitiæ? non desiderare diuitias. Quis plurimum habet? Is qui minimum cupit.* vt pulchrè Senec. *de morib.* 16

Venio nunc ad voluptates † Agricolarum, (quibus ego incredibiliter delector) quæ nec vlla impediuntur senectute; & mihi ad sapientis vitam proximè videntur accedere. vt cum *Cicerone de senect.* loquens, propositioni secundæ (quòd oblectamentis fruantur Agricolæ, dulcesque reddat agricultura labores) satisfaciam. Cum *Ouid.* pariter *lib. 1. de remed. amoris.*

Rura quoque oblectant animos, studiumque colendi.
Quælibet huic curæ cedere cura potest.

& Virgil. *Georg. lib.*

Frigoribus parto Agricolæ plerumque fruuntur,
Mutuaque inter se læti conuiuia curant,
Inuitat genialis hyems, curasque resoluit,

Cætera

17 Cætera superiùs adiecta, † & præfata *quæst. 4. num. 11.& seqq.* & hac eadem *infrà proximè*, & *num.17.& seqq.* præcipuè *num. 31. 46. 47.55.*cum *tribus seqq.* patent. Merito ergo
18 *Virgil. Georgic,lib.2.*exclamat.†

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

Iterumque ibi.

Fortunatus & ille Deos qui nouit agrestes,
Penaque syluarum senem, Nimphasque sorores.

Horat. Epod. *Od.2.*

Beatus ille qui procul negotiis
(vt prisca gens mortalium)
Paterna rura bobus exercet suis,
solutus omni fœnore:
Nec exitatur clasico miles truci:
Nec horret iratum mare.
Forumque vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina.

& *Sermon.lib.2.satyr.6.*

O rus, quando ego te aspiciam? quandoque licebit
Nunc veterum libris, nunc somno, & inertibus horis
Ducere solutæ iucunda obliuia vitæ?

& *epistolar. lib.1. epist. 10. ad* Fusc. Arist.

Nouisti ne locum potiorem rure beato?
Est vbi plus tepeant hyemes? vbi gratior aura
Leniat & rabiem canis, & momenta leonis,
Cum semel accepit Solem furibundus acutum?
Est vbi diuellat somnos minus inuida cura?&c.

Nullamque vitam, quam Agricolarum beatiorem, ex Catone Maiore, tradit Leand.Galganet. *de iure Reipubl. lib.4.titul.42. de re frumentar. Ciuitat seu de annon. num.2.* Quod & *Anaxagora Clasici* responsum confirmat: Qui interroganti cuiquam, quisnam beatus esset? *Nemo inquit ex his, quos tu fœlices existimas: sed eum in illo numero reperies, quem tibi ex miseriis constare creditur. Non erit ille diuitiis, & honoribus abundans, sed aut exigui ruris; aut non ambitiosæ doctrinæ, fidelis, ac pertinax cultor: in secessu,quàm in fronte beatior.* vt prodit Valer. Maxim.*lib.7.de sapienter dictis, aut factis. cap. 12.*

Cum igitur non in miserabilium, sed in beatorum numero Agricolam esse reponendum tam aperto superiora demonstrent: neque vt misera-
19 bilem † *legis* nostræ *vnicæ* beneficio, forique priuilegio ad Principem in prima cognitione aduersarium trahendi,gaudere sequitur, profiteturque Petr.Gregor. *lib.3.syntagm. iur.vniuers.cap. 8.num.19.*& sic stylus,praxisque forensis obseruat.

Neque contraria clariore solutione egent,
20 quàm superiora præstant.Laboriosam † namque agriculturam fatemur; sed voluptatibus plenam, sed oblectamentis refertam.

Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Horatius, inquit, *Sermon lib. 1. satyr. 9.* Cùm omnes ad laborem per peccatum simus damnati, auctoritate in principio relata, ex quo non fori priuilegium nascitur: etsi miseria prouenerit conditionis humanæ, vt diximus *quæst.2. num. 9. & seqq.*

Neque *Marian. Socin.* † quem pro contraria 21
opinione *Menoch.* refert (vt suprà scriptum relinquimus) eam affirmat, sed an ad Ecclesiasticum Iudicem causam Agricolæ trahant ad Innocent. *in cap. Significantibus, de offic. deleg.*se remittit. Cuius fori electionem, miserabiles ipsos à *lege* nostra *vnica* nominatos, si diuites sint, non habere, spolio, oppressione, Iudicisque secularis negligentia cessante, *de priuileg. pauper. 1. part quæst. 52. numero 35. & 38.* cum multis tradidimus, Neque *Menoch.* aliquam legem, aut rationem pro se adducit, sed profuso sermone ex miserabilium conditione, ad Agricolas immerito descendit. Qua non existente, agriculturæ ratione, nisi alia extet; dubitationi locus præclusus est.In hancque *Borrel.* pro contraria citatus, inclinat.

Neque *Iustinianus* Imperator † in *dict. l.fin.* 22
C. de locat. hanc veritatem impugnat:non enim exercitij ratione, simpliciterve Colonos miseros appellat; sed causatiuè, si à militibus, qui eos defendendos susceperant, iniuriis afficiantur.vt quemlibet alium sic læsum,iure miserum appellaret.

Regulariter igitur, nec miseros, † nec di- 23
uerso iure quàm alios, Agricolas censendos, dicendum venit, in iudicialibus præsertim, & his, quæ ad Iuris conseruationem, & rigorem tendunt, in quibus iure communi vti rusticos debere, nec succurri;tradit Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.4.cap.604. numero 17.* citatis Alexand.*cons.75.num. 10.lib. 5.cons.165.num. 6. & seq. lib. 6. cons.7.num.21. lib.7.* Surd. *de aliment. tit.6.quæst. 7. num. 6.* & aliis, multis quoque relatis, Sfort. Odd. *de restit. in integr. 1.part. quæst.9. art.4.num.14.*ad plura inde *numeris sequentibus* inferens, Iacob. Menoch. *de recuper.possess.remed.9.*Farin.*Fragmentor.crimin. 2.part.lit.I.n.296.* Stephan. Lāberteng. *de contract.glos.1.num.161.& seqq. & glos.7.n. 80.decis. Pedemont.86.num.4.* Sebast. *de Medic. de casib.fortuit.part.1.quæst.3.num.30. in fin. vers. Octauo*, Ioan.Baptist. Cost. *de fact. scient.& ignor.regul.15.per tot.*Alex.Trentac. *variar. resolut. lib.1. resolut.2.tit.de legib.& constit.num. 2.vers.Similiter,vers.Declaratur, & vers. Tertio declara, & lib.2.tit. de exceptionib. resolut. 1. numero 46. vers. Hæc conclusio*, Alderan. Mascard.*de gener.statut.interpret.concl.9.n.65.*

Aliis vero multis Agricolæ fauoribus gaudent, quos plena congessit manu, & subtili fuit stylo prosequutus Renat. Chop. *in speciali tractat. de priuileg. rusticor.* A quo, & cæteris præcipua, quò breuiùs liceat, pro more nostro,colligemus.

Et præmissa Agricolarum in sacris literis commendatione; † multis repetita locis, quæ ex- 24
pendit Azebed. *in l.6. tit.17.lib.5.nouæ Reg. collect.n.1.*& aliis comprobari posset: à rei agrariæ vtilitate (vndè multa proueniunt) exordium sumamus. Vtilitas autem in aperto est, † quæ ve- 25
luti vniuersum sustinet orbem,sine qua,actum de illo esset.*Nam sine agricultoribus, nec consistere*

mor

mortales, nec ali posse manifestum est, vt Columel. *de re rust. in proœm lib.* 1. inquit, & similiter *regia l.* 4. *tit.* 20. *part.* 2. Bouadill. *in polit.* 2. *part. lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 1. & Collant *de re frument. lib.* 2. *cap.* 1. *in fin.*

26 Magno ideò semper in pretio † habiti Agricolæ vbique sunt: non in pace modo: sed in bello seruari, *vt quarto Regum lib. cap.* 25 legimus vbi magna illa strage à Nabucodonosor, capta Ierusalem, edita, dicitur: *Et de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas.* Repetiturque Ierem. *cap.* 52. Indorum quoque leges, moresque recensens Diodor. Sicul. *rer. antiquar. lib.* 3. *cap.* 10. hæc prodit: *Secunda Tribus est Agricolarum, qui multitudine superantes cæteros; à bello reliquoque opere liberi, solis agris colendis tempus impertiunt. Sed existimans illos in communi vtilitate versari, ab omni iniuria abstinent. Ita soluti metu agricolæ, terramque liberè colentes, rerum afferunt vbertatem.*

27 Ab omni eos munere † extraordinario, & personali Imperatores immunes reddunt *Constantin.* August. *in l.* 1. *C. de Agricol. & censit. lib.* 11. Iustinian. *in l. Deuotum, C. de metat. & epidematic.* Alia in id Iura, non tamen (vt verū fatear;) probantia citat Chop. *de priuileg. rusticor.* 1 *part. cap.* 2. Apud nos *regia pragmatica* extat, *in Comitiis Matriti anno* 1594. *die* 9. *Marcij* edita, ita *cap.* 7. decernens *Que no compellan à ninguna persona, que sea verderamente labrador, a que de, o socorra a la gente de nuestras guardas, ni a otra ninguna gente de guerra, de a pie, ni de a cauallo, con dinero, trigo, ceuada, ni mantenimiento alguno, sino solamente (ofreciendo se necessitad) darles aposento, y cama en sus casas, mesa y manteles en que coman, y otras menudencias, como sal, y vinagre, que les guisen la comida.*

28 A realibus † autem, & patrimonialibus, quamuis non omninò existant immunes (*l. Hi penes,* 4. *C. de agricol. & censit. lib.* 11. *l.* 1. *C. de immunit. nemin. conced. lib.* 10. *l. omnes,* 4. *l. obsistere,* 9. *C. de annon. & tribut. eod. lib.*) benignè tamen cum eis agendum, moderatéque onerandos, in eadem *l. Hi penes, in fin.* Valent. prouider. Modicumque olim Imperatori soluere solitos, testis est Bald. *in l. Ex hoc iure in fin. D. de iustit. & iur.* Quamuis hodiè nil minùs † ser-
29 uari (dolenter summa cum ratione) *Guil Bened.* affirmat, *in repet. cap. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelasiam, num.* 698. *& seq.* Quin potius, nec spiritum ferè precarium eis dimitti, & deplorat, & dominos meritò obiurgat. Ex huma-
30 nitate namque in Agricolas, † moderatisque vectigalibus, vbertatem, comestibilium copiam, & Reipublicæ affluentiam magna ex parte pendere, obseruat Renat. Chop. *dict. tract.* 1. *part. cap. cap.* 3. Belæ Panoniæ regis facto comprobans. Qui (*Bonfinio rerum Vngariæ, decad.* 3. *lib.* 3. scriptore) omnibus promiscuè, leuato populo, vectigalia, tributaque remisit. Quo factum refert, vt breui plebs cum nobilitate eo vsque diuitiis creuerit: vt ne minimus quidē rusticus, egenus sit inuentus: & è finitimis, nemoque tanti census extiterit, cum Hungari opulentia conferre se posset; qua de re longior nos ex pectat sermo. *Pertinax* Imperator, *decem annorum immunitatem, ac perpetuam libertatem agricolis concessit;* vt prodit Herodian. *lib.* 2. *in eius vita,* Angelo Politiano interprete.

31 Eaque ratione, neque militare † cogendos Agricolas, imò neque se vltrò offerentes, admittendos, rectissimè *Diocles. & Maxim.* decreuere, *in l.* 3. *C. qui milit. poss. vel non, lib.* 12. & Valent. *in l. Colonos,* 18. *C. de agricol. & cens. lib.* 12. Non minus enim reipublicæ interest, à quibus alatur, quā à quib. defendatur habere, tradit Petr. Cabal. *resolut. crimin. casu* 294. *num.* 25. probarque text. elegans *in d. l.* 4. *tit.* 20. *part.* 2. in verbis illis. *Porque Bien assi como a todos plaze con su vida: assi les deue plazer con aquellas cosas que la an de mantener.*

A tutela † etiam rusticum excusari, Imperatoribus *Adriano & Antonino* placuit quorum retulit *Vlpian.* placitum *in l. Athletæ* §. *fin. D. de excusation. tutor.* inquiens: *De rusticis autem, & humilibus & illiteratis scribit Paulus ita: Mediocritas, & rusticitas, interdum excusationem præbent, secundum epistolam Diuorum Adriani, & Antonini.* 32

Immunitatem vero hanc, non nisi re † & opere rusticitatem præstare declarat ibidem: *Cuius qui se negat litteras scire, excusatio accipi non debet, si modò non sit expers negotiorum.* Eius *Iustinian.* Imp. sententiam probat, *in* §. *Similiter, inst. eod. tit.* ex intellectu Glos. *ibid. verb. literas nesciunt,* & Ioan. Fabri statim in princip. *& regia lex* 2. *tit.* 7. *part.* 6. *vers. E aun el que no sopiesse leer, ni escreuir, si fuesse tan simple, o tan nescio, que no se atreuiesse a fazer la guarda con recabdo.* 33

Quod si ob inertiam, † vel simplicitatem à tutela agricola remotus sit integra existimatione abibit, Vlpiani iudicio *in l.* 3. §. *vlt. D. eod. tit. de excusat tutor.* & Renat. Chop. *d. part.* 1. *cap.* 5. 34

Addens pariter, nec quasi fœnebris, pecuniæ † vsuris rusticum plectendum, qui simpliciter pecunias pupillares non fœnori dedit, vt & *Senatus Parisiens.* decreto, 13. Kalend. *Mai, anni* 1574. decisum prodit. 35

Eadem præter ea vtilitatis publicæ ratio Induxit, ne ruralia instrumenta, aratoriavè animalia pro vllo regulariter debito capi pignori, aut executioni submitti queant, iubentibus sic Imperatoribus Constantin. *in l. Executores,* 7. Honor. & Theodos. *in l. pignorum,* 8. Federic. *in authent. Agricultores, C. quæ res pignor. oblig. poss. vel non* ornatque (præter inibi scribentes) Iacob. Menoc. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *casu.* 378. Bernard Alfan. *in collect. iuris ciuil.* 913. Ioan. Baptist Cost. *de remed. subsidiar. remed.* 43. *n.* 4. cum propè infinitis citatis à Camil. Borrel. *in summ. decis. part.* 3. *tit.* 32. *de sentent. executione, n.* 377. Iacob. *de* Collant. *in comment. pragmat. in fauorem rei frument. lib.* 1. *cap.* 1. *per tot.* suntque *Regiæ leges* 5. *tit.* 19. *lib.* 3. For. *leg.* 3. *tit.* 27. *part.* 3. *l.* 4. *tit.* 13. *part.* 5. *l.* 7. *&* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. Ordinam *l.* 5. *&* 6. *tit.* 17. *lib.* 5. *nouæ reg. collect. pragmat. sanctio* edita *nona die Martij, anni* 1594. vberius anterioribus prouidens. Ante illam namque, ita demum (communi Doctorum assensu) in aratoriis bobus, villicisque instrumentis pignoratio, aut executio prohibita erat, si alia bona ex quibus creditori satisfieret, adessent. non ita pariter, si deficerent. Vt argumento *legis Stipendia* 4. *C. de execut. rei iudic.* voluit Gloss. *in dicta lege Executores,* 7. *verb. Aratorium & ibid.* Gothofred. *lit. A. Cod. quæ res pignor* Francisc. Rip. *de peste, tit. de preseruatiu. remed. contra pest. num.* 221. Petr. Duenn. *regul* 275. *n.* 2. Monralu. *in d. l.* 5. For. *verb. Mandamos, in fin. d. tit.* 19. *lib.* 3. cum aliis, quos recitat Camil. Borrel. *d. tit.* 41. 445. *vers.* Declaratur 36 37

Declaratur, Collant. *de re frument. d. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 1. *vers. Sed iure communi*, Renat. Chop. *d. lib.* 1. *c.* 17. *ad fin. vers. Sin autem rusticanus.* Quod non obscurè *d. l.* 3. *tit.* 27. *part.* 3. ea inhibitione facta, monstrauit: *Ni en bueyes de arada, cuyos quier que sean, fallando otros bienes del vencido en que se pueda complir el juyzio.* aduertitque *idē Gregor. Lop.* dictam quoque *legem Stipendia, & legem Commodis, D. de re iudic.* in idipsum allegans. Per *dictam* vero *pragmaticam sanctionem,* † etiam in bonorum aliorum deficientiæ casu (tribus in eadem assignatis, dempris) pignoratio, aut executio præfatis in rebus sic *primo* eius in *capite* prohibetur: *Primeramente, que los labradores que por sus personas, o por sus criados, y familia labraren, no puedan ser executados por deuda deuida por carta, contrato, o en otra qualquier manera, en sus bueyes, mulas, ni en sus bueyes de arar, ni en los aperos, y aparejos que tuuieren para labrar. ni en sus sembrados, ni barbechos, en ningun tiempo del anno, aunque no tengan otros bienes; salno por los pechos, y derechos a Nos deuidas, o por la renta de las tierras del sennor de la heredad, o por lo que el tal sennor les huuiere prestado, y socorrido para la dicha labor. Y en estos tres casos, quando no tuuie-*
39 *ren otros bienes de que puedan ser pagadas las dichas deudas. Y que en vn par de bueyes,* † *mulas, o otras bestias de arar no puedan ser executados en los dichos tres casos, ni por otro alguno.* Idque ipsum antiquiores etiam *leg.* 5. *tit.* 17. *lib.* 2. & *l.* 25. *tit.* 23. *lib.* 8. *noua Reg. collect.* (etsi stri-
40 ctiùs in culturæ solum tempore) prouiderant.

Ita similiter à publici vectigalis onere † res exercendi ruris gratia exportatas, immunes *Constantinus* reddit, illudq; postulari vetat *in l. Vniuersi,* 5. *C. de vectigal. & commis. Regia lege* roborata, 5. *tit.* 7. *p.* 5. *vers. Otrosi dezimos, que trayendo ferramientas, algunas otras cosas para labrar sus viñas, o las otras heredades que ouiere; que non deue pagar portadgo dellas, si las non vendiere.*

Inter Atticas quoq; leges, hanc vnam *Ælia-*
41 *nus, var. histor, lib.* 5. *c.* 14. prodit: *Boue aratorem,* † *qui iugum trahit, vel cum aratro, vel cum plaustro, ne mactes: quoniam ille etiam Agricola est, & humano igeneri laborum socius.* Illuc que respexit Ouid. *Fastor. lib.* 4.

A boue succinti cultros remouete ministri:
Bos arat: ignauum sacrificate suem.

similiter & Plin. *natural. histor. lib.* 9. *c.* 45. de boue loquens *Socium enim laboris, agriq; culturæ*
42 *habemus hoc animal.* Ad pœnam deinde bouem occidentis † ab antiquis constitutam, progressus, subnectit: *Tanta apud priores cura, vt sit inter exempla damnatus à populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omassum edisse se negante, occiderat bouem actumq; in exilium, tanquam Colono suo interempto,* Grauiorem (capitalem scilicet) hac in re pœnam pro boue occisso constitutam, tradit Marc Barr. *de re rustic. lib.* 2. *c.* 5. de boue sic verba faciens: *Ab hoc antiqui manus ita abstinere voluerunt: vt c. sanxerint, si quis occidisset.* Eandemque apud Phry-
43 ges, legem † (ex Æliano *lib.* 12. *c.* 14. falso tamen (scribit Borrel. *d. tit.* 32. *n.* 43. Prodit autem Stobæ. *serm.* 42. Phrygum instituto, si quis instrumentum agricolationi aptum, furto sustulisset, vel bouem aratorem furto sustulisset: hunc morte mulctari. Diuersas quoq; pœnas pro minimis etiam ruralibus instrumentis furto subtractis, recenset Petr. Greg. *syntag. iur. vniuers. lib.* 37. *cap.* 4. *per tot.*

Apud Nos † *pragmaticæ sanctiones* extant, *anno* 44
1598. & 1602. editæ, vitulorum interfectionem, eadem ratione, grauibus sub pœnis prohibentes, cauentes expressè, causam que reddentes: *Porque assi conuiene al beneficio general de nuestros subditos. y a la labrança y agricultura.*

Quæ autem instrumenta rustica dicantur, † 45
quæque eorum appellatione veniant, vt pignoratio, executiovè in eis fieri nequeat: enumerat, ex *Sabini* sententia Vlpianus in *l. in instrumento,* 8. *D. de fund. instruct. & instrum. legat. dictq, leg. Reg.* monstrant, & tradunt plenissimè Collant. *d. tr. lib.* 1. *c.* 4. *per tot.* & Borr. *d. t.* 32 *n.* 444. *& seq.*

Ex quibus à fortiori deducitur, Agricolas ip- 46
sos † pro debito capi, aut in eorum personis executionem nullatenus fieri posse, cum & animata instrumenta sint, rebus digniores, sine quibus, bobus licet, instrumentisque existentibus, rusticum paragi opus non valet. eosque inter rustica instrumenta Vlpian. *in d. l. In instrumento*; primo loco his verbis posuit: *In instrumento fundi ea esse, quæ fructus quærendi gratia parata sunt, Sabinus ad Vitellium euidenter enumerat. Quærendi: veluti homines, qui agrum colunt, & qui eos exercent, præpositivè sunt hi: quorum in n. sunt villici, & monitores: præterea boues, &c.* & ibi in *verb. Veluti Gothofred.* instrumentorum fundi, partem homines esse, vel seruos, cæteris instrumentis præstantiores, ex Aristot. 1. *Politic.* 3. firmat, à Græco sermone ita sententia translata *Seruus res quædam possessio animata est, & minister omnis veluti est instrumentum, instrumenta omnia antecedens,* Idque ipsum *Plutarch. in Eras.* tradit.

Meritò ideò Græcos legum legatores, Renat. Chop. *de priuileg. rusticor. lib.* 1. *part.* 1. *c.* 7. mordet, quod aratrum quidem, aliudvè quod Ius operi necessarium ob fœnus creditori addici prohiberent: corpora verò his vtentia, necti permitterent, ex Diodor. Sicul. *rer. antiquar. lib.* 2. *c.* 3. quia in Gallicos Principes longè iudicio, ac prudentia Græcos anteire iure asseuerat, apud quos singulari lege sancitum refert: *Ne ob æs alienum quodcumque Agricolæ in carcerem abducantur, nevè fundi rustici instrumenta iure pignoris capi possint,* constitutione lata, 8. *idus Octob. anno* 1571. *pridie nonas Februarias, anno* 1572. à Senatu probata similiter quoque Regalis *Hispana* iā relata *sanctio anni* 1594. *die* 9. *Martij, c.* 2. hac in re decreuit: *Que las personas de los dichos labradores no puedan ser presos por deuda alguna que no descienda de delito en los meses de Iulio y los siguientes, hasta fin de Deziembre, y que el Iuez, o executor que contrauiniere assi en lo dispuesto en el capitulo primero, como en este, sea suspendido de oficio por vn anno; y el acreedor que lo pidiere, por el mismo caso aya perdido la deuda, y el labrador que de libre dela.*

Vberiusque postmodum ruricolis prospiciens, in perpetuum absque temporis præfinitione *prag. sanctio Eberæ anno* 1619. *die* 18. *Marci*, edita fauorem hunc protraxit, proximè relatæ, constitutionis determinationem hunc in modū extendens *Que lo que por la dicha ley se ordena, que las personas de los labradores en los mesesde Iulio, y los siguientes, no puedan ser presos por deuda alguna que no descienda de delito:*

delito: lo estendemos, que tampoco lo puedan ser en ningun tiempo del anno, sino es que las deudas sean contraidas antes de ser labrador. Y el Juez, o executor, o acreedor que contrauiniere a lo susodicho, incurra en las penas della.

Nec à carceribus solum Agricolæ redduntur immunes: sed occasio quælibet, quæ à rutali opere eos abstrahere posset; eadem lege arcetur, sic statuente: † *Que sin embargo que por la di-*
47 *cha ley se les permite someterse al Corregidor Realengo mas cercano, y en los lugares eximidos, al de la cabeça de la jurisdiciō donde se eximierō: no puedā de aqui adelante hazer la dicha sumission, ni otra alguna, sino que por las deudas que contraxeren ayan de ser conuenidos en el fuero de su domicilio, y no en otra parte.* Decernens pariter (ne aliquo facto rurale opus intermissionem recipiat) *Que no puedan ser fiadores*, † *sino entre si mismos vnos labradores*
48 *por otros, y las fianças que se hizieren por otras personas, sean ningunas.* In idem præfata *antiquior* intenta *sanctio, cap. 5.* cauit: *Que los dichos no se puedan obligar como principales, ni*
49 *fiadores* † *en fauor de los sennores de los lugares en cuya jurisdicion viuieren; y que sean nulas las escrituras que en lo contrario de lo contenido en este capitulo, y de todo lo demas en fauor de los dichos labradores aqui espressados otorgaren: sin ambargo de qualesquier renunciaciones que dellos hizieren; ni los Escriuanos den lugar a que ante ellos se otorguen, so pena de que pierdan los oficios, y no puedan vsar mas dellos de di adelante.*

Neque solum in personis, bobus, aut instrumentis executio, aut pignoratio fieri prohibetur: sed neque in fructibus, † etiam à solo se-
50 paratis disponit *anni 1619.* iam *relata* hunc in modum sanctio; *Que lo dispuesto por otra nuestra ley, que los labradores no puedam ser executados en sus sembrados, sino es en los casos en ella expressados; sea y se entienda tambien que no lo puedan ser en el pan que cogieren de sus labores despues de segado, puesto en los rastrojos, o en las eras: hasta que lo tengan entroxado Y entonces quando por alguna execucion se les huuiere de vender alguna parte del pan;* † *no se les*
51 *pueda tomar, ni vender a menos precio de la tassa Y no auiendo comprador, se haga pago con ello al acreedor.* Duos insuper in id fauores addens:
52 alterum, ne illi renuntiare † possint. *Que lo contenido en esta, y en la dicha ley en fauor de los labradores, no se pueda renunciar ni valga la renunciacion que hizieren della.* Quod regulare
53 est, in his quæ in publicæ vtilitatis fauorem † principaliter concessa sunt, licèt renuntiantem secundario tangant, ex *text. in cap Si diligenti, 12. de foro compet.* cum similibus de quibus *suprà quæst. 10. n. 99.*

Alterum: vt taxam † in venditione panis à
54 lege Regia præfinitam, in eo, quem ipsi collegerunt, seruare non teneantur. Cuius iustificationem, & valorem comprobat ostenditque late *D. Melchior de Soria Episcopus Troianus in tract. taxæ panis, cap. 9.*

Dicta quoque publicæ vtilitatis ratione Agri-
55 colarum † causas priùs aliis tractandas, breuiter summariéque expediendas, *Calistrat.* prouidet in *l. 2. D. de nundin.* Iustinian. *in auth. de Quæstore, §. Si vero aliqui sint Agricolæ, coll. 6.* comprobatque Renat. Chop. *dict. tract. lib. 3. p. 1. cap. 1.* & ante eum Alex. *cons. 61. n. 6. lib. 6.* & vtroque recentius *Parlador. differ. 137. n. 29.* Inde apud Romanos, nono quoque die nundinas fieri, quo ruricolæ in vrbem ad negotia venirent, reliquis continuis diebus extra vrbem agriculturæ vacarent, lege lata obtentum, prohtentur Macrob. Saturnal. *lib. 1. c. 16.* Cicer. *pro* Luc. Flau. Plutarch *in Coriolan.* Alex. *ab* Alex. *dier. genial. lib. 3. c. 11.* Marc. Varr. *de re rustic. lib. 2. c. 1.* Dionys. Halicarn. *lib. 2. & 7.* vbi ait: *Nundinæ nono quoque die celebrantur (vt nunc etiam) quo plebs agrestis in vrbem ad mercandum conueniebat, finiendisque litibus. & ad suffragia ferenda de negotiis publicis, quorumuis erat penes populum, aut de quibus Senatus retulisset ad eum.* Ita referente Camil. Borrel. *de Regis Cathol. præst. c. 36. n. 31.* sequentibusque prosequitur, Fran. Pract. *de instit. Reipub. lib. 1. tit. 7.*

Et frugum colligendorum gratia † ferias constitutas, quibus ad iudicium trahi ruricolæ nequeant, *Theodos.* Imp. constitutio monstrat in 56
l. 2. C. de feri. & l. 37. t. 2. p. 3. Illisque etiam festis diebus, necessitate poscente † eisdem operibus incumbere, concessum, probat *text in c. fin. eod. tit.* 57
de fer. & dicta à *Nobis de priuileg. pauper. 2. p. q. 65. n. 39. & seqq.* prosequiturque Renat. Chop. *d. tract. lib. 2. p. 1. c. 7.* Si quidem (vt suprà iam diximus) *res est cunctanti insidiosa agrestis.* In his autem quæ instant, celeritatemvè desiderant, quibusque periculum est in mora, extra culpam, tunc labor, *d. c. fi.* per quem in operibus his ruralibus exemplificat Syluest. *verb. Dominica, n. 9.* imminente pluuia, vel tempestate, & prædixerat *ibidem, n. 6.* tradens ex *D. Thom. 2. 2. q. 122.* non prohiberi festis diebus spirituale opus, vt docere verbo, vel scripto: neque opus corporale seruile ad seruitium Dei; nec corporale commune seruis, & liberis, vt prouisio in necessariis sibi, & proximo præcipuè pertinentibus ad salutem corporis sui, & proximi quæ differri commodè nō possunt: & secūdario, in damno rerū vitando. Et ita pariter colligit Allagon, *in D. Thom. compend. d. loco, artic. 4.* consentiuntque cæteri Summistæ. *Nauar.* (eadem ex *D. Thom.* repetens) *in Manual. c. 13. d. 3. vers. Quinto,* Eman. Sà, *verb. Festum, n. 5.* & ab Andr. Victorel. *in eius annotationib. ibi. additi* Eman. Rod. *in summ. c. 122. n. 5. & 6.* Eademque, versibus quatuor complexa est *Gloss. fin. in dict. c. vlt. de fer.* Neque dissentere ab his antiqui, in festorum suorum obseruatione, sic *lib. 1. Saturnalior. c. 16.* *Macrobio* referente: *Vmbro negat eum pollui, qui opus, vel ad Deos pertinens, sacrorumvè causa fecisset, vel aliquid ad vrgentem vitæ necessitatem actitasset. Scæuola denique Consultus, quid feriis agi liceret, respondit:* Quod prætermissum, noceret. *Quapropter, si bos in specum decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis, liberasset; non est vissus ferias poluisse: nec ille, qui trabem tecti fractam fulciendo, ab imminenti vindicauit ruina. Vndè & Maro (omnium disciplinarum peritus) sciens laborari ouem, aut lana purganda, aut scabiei curanda gratia: pronunciauit tunc ouem per ferias licere mersari, si hoc remedij causa fieret:*

Balantumque gregem fluuio mersare salubri.
Adiiciendo enim salubri, *ostendit, auertendi morbi gratia tantummodo; non etiam ob lucrum purgandæ lanæ causa fieri concessum.*

Ex superiori quoque ratione è multis 58
consortibus litis, † vno ad litem peragendam in vrbe

vrbe retento, cæteros in domos remittendos suas, ne plurium absentia, aliquid res agraria detrimenti accipiat; *Iustinian.* cauit, *in dict. auth. de quæstore, §. Si vero forsitan, coll. 6.*

Non item quemadmodum in vrbana, ita in ru-
59 stica prædia inuecta, † aut illata à conductore, esse pro pensione tacitè locatori obnoxia, vel hypothecæ subiecta; elegans *Vlpiani* responsum probat *lib. 28. ad edict. in l. Solutum, 11. §. Solutam, vers. Planè, D. de pignorat. action.* & clarius *lib. 1. Membranar.* (moribus comprobatum dicens) *in l. Eo iure, 4. D. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* vbi *Eo iure vtimur,* ait, *vt quæ in prædia vrbana inducta; illata sunt; pignori esse credantur; quasi id tacitè conuenerit: in rusticis contra obseruatur.* Aduertuntque Accurs. & Bald. *in l. Certi Iuris, C. de locat.* Renat. Chop. *d. tract. lib. 2. c. 3. vers. Est & alia differentia.* iamque diximus. *quæst. 5. numero* 58. Idque non in primo tantum conductore, sed in secundo cui primus locauit, *Paul.* respondit *in l. Si in lege, 24. §. Si Colonus, D. locat.*

Priuilegium aliud rusticis *Iustinianus* confert
60 † *in nouel. constit. Ne quis mutuum dans agricolis, &c.* verbis istis: *Nemini cuiusuis conditionis, etiam militi fœnerari licèt Agricolis, vltra vicessimam quartam sortis partem annuam: ne ob id, terram, boues, aut aliud pignus ab eis accipere: contra faciens, actione cadit.* Quod prosequitur Renat. Chop. *d. tract. lib. 1. cap. 8.*

61 A præsumptaque vsurarum fraude † rusticam ignorantiam excusare, tradunt Ias. *in l. Si quis id quod, num. 31. D. de iurisd. omn. iudic.* Chop. *dict. tract. de priuileg. rusticor. part. 2. cap. 4. vers. Ruricolæ.* Bartol. Cæpol. *in tract. de simul. contract. casu 6. princip* ex Glos. *in l. Cum allegas, C. de vsur.* Alphons. Modit. *dubitation. & resolution. lib. 2. §. Magistratuum, seu Prætorum edicta, dubio 6. num. 11.* Prosper. Farinac. *prax. crimin. quæst. 162. num. 4. & quæst. 163. num. 127. & 128.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst. 9. art. 6. num. 35.*

In cæteris etiam regulariter casibus, in quibus
62 contrarium † à Iure expressè non cauetur, rusticos excusari, dixere Bart. *in l. Non fatetur, n. 12. D. de confess.* Alex. *in l. Iustè, num. 36. D. de acquir. hæredit. & consil. 127. num. 2. lib. 3. cons. 1. num. 5. lib. 6. & cons. 165. num. 11. eod. lib.* Deci. *in l. Fœminæ, n. 82. D. de regul. iur. & in l. Si quis id quod, num. 35. D. de iurisd. omn. iudic. & ibid.* Curt. *n.* 36. idem Deci. *in cap. Pastoralis, num. 68. de except.* Bald. *in l. 1. num. 3. quæst. 1. C. de fideicommis.* Bero. *cons. 120 num. 27. lib. 1.* Tiraq. *de pœn. tempor. caus. 11. num. 1. & seqq.* Thom. Grammatic. *decision. 76. numero 10. & 11.* Marsil. *in singul. 450.* Capic. *decision. 159. numero 22.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 9. numero 25. & de præsumption. lib. 6. præsumption. 23. numero 16.* Mascard. *de probationib. lib. 2. conclusion. 639. numero 13. & lib. 3. conclusion. 1285. numero 1.* Cardin. Tusch *practicar. conclus. lit. E. conclusion. 320. numero 53. lit. I. conclusion. 11. numero 9 & 10. & lit. V. conclusion. 371. & seq.* quos refert, & sequitur Farinac. *2. part. fragmentor. crimin. liter. I. numerò* 274. materiam sequentibus prosequens.

Plures autem in quibus nominatim Iura ru-
63 sticis † opitulantur, enumerat Sfort. Odd *de rest. 1. part. quæst. 9. numero 29. & seqq.* quos ordine ab ipso descriptos, cursim designabimus. Primum, ex *l. 2. in fin. D. de iure Fisc.* quæ rusticum excusatum reddit, qui non detulit. Secundum, ex *l. Si quis id quod, & ibi* Bart. *in §. Serui, numero 7. D. de iurisd. omn. indic.* tutum rusticum dicente, qui album deleuit. Tertium, ex *l. 1. in fin. D. de edend.* à non editione excusante. Quartum, à vera contumacia, & multa, ex *l. 2. D. si quis in ius voc. non ier.* Quintum, ex *l. Diuus, D. de restit. in integr.* quæ verum etiam contumacem rusticum ad appellandum admittit. De quo nos lariùs infrà, à pœna quoque *legis Si quis in tantam, C. vnde vi,* rem nempè suam inuadentem liberari, *num.* 34. Sextum casum assignans, dicit. Qua etiam de re, latè Chop. *dict. 2. part. cap. 5. in princip. vers. Secundo,* Menoch. *dict. casu 194. numero 15. &* Farinac. *quæst. 175. numero 9. & 10.* Septimum, suprà proximè assignatum, *numero 61.* profert. Octauum, quando rusticus contra leges pœnales positiuas, in his, quæ non sunt de genere prohibitorum contraxit. allegat *Menoch.* post alios, *de arbitrar. lib. 2. casu 194. numero 53.* Nonum, ex *l. Cùm de indebito, D. de probationib.* ab onere probandi indebitè solutum, rusticum releuante. A qua & aliud infrà in id deducimus. Decimum, in non opponente declinatoriam ante consensum in Iudicem, ex Menoch. *dict. loco, numero 63.* Specul. Angel. Alciat. Paris. & aliis. Inferiusque *Nos, num.* 75. Vndecimum, non solum incontinenti; sed quandocumque erroneam Aduocati confessionem posse rusticum reuocare, *num.* 39. profert, *Menoch.* citato *dict. casu 194. num. 61.* addicimusque *infrà, num. 79.* Duodecimum, ob non vindicatam testatoris necem, ante eius tabulas apertas, ex *l. 3. §. Si quis ignorans, D. ad S C. Sylan.* ignorantiam excusante, & Menoch. *vbi suprà, num. 46.* post Alex. *in l. 1. num. 10. C. ad Sylan.* & Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 3. num. 1.* Decimum tertium, si mulier rustica non petiit tutorem filio antequam ad secunda vota conuolaret, ex *l. 2. §. Idoneos, & §. seq. D. ad S. C. Tertul. Menoch. repetito casu 194. n. 66.* Decimumquartum, in rustico Iudicis præcepto non obtemperante, ex *dict. l. 2. §. 1. in fin. D. si quis in ius voc. non ier. l. 1. in fin. D. de edend.* & Natt. *consil. 598. numero 7.* traduntque idem Renat. Chop. *de priuileg. rusticor. part. 2. cap. 3 versic. Eodemque argumento,* & Alexand Trentacinq. *variar. resolution. lib. 2. titul. de exception. resolution. 1. numero 48.* Conueniuntque *infrà* dicenda, *num. 70.* Decimumquintum, in rustico iuri suo renunciante, de quo non fuerit certioratus, ex Tiraquel. *in l. Si vnquam, in præfation. numero 102.* Marsil. *singul. 17.* & Menoch. *dict. casu 194. numero 76.* Decimumsextum, limitationem *legi Si quis maior, C. de transactionib.* assignat, à cuius constitutionis pœnis rusticum excusari, *numero 14.* affirmat, Cagnoli sententia in *eadem leg. numero 16. 24. & 25.* Decimumseptimum, si rusticus intra præfinita tempora bonorum possessionem non petierit, ex *l. penult. C. qui admit.* Menoch. *dict. loco, numero 62.* inferiùsque notamus, *numero 68.* Et an id indistinctè verum sit, an ita demum, si rusticus consulere peritiores non valuit, *numero 46.* examinat. Decimumoctauum, si rusticus rei suæ valorem ignorans, minori eam pretio vendidit, quem iuuari donec contra eum scientia probetur, tradit

ex

ex Menoch. *dicto casu* 194. *numero* 45. & aliis, ita pariter Alphons. Modit. *dubitation. & resolution. lib.* 2. *in* §. *Magistrat. seu Prætorum edicta dubit.* 6. *numero* 10. Decimum-nonum, vt rusticus solita arma sua deferens, *pœna capit.* 1. §. *Si quis rusticos, de pac. tenend.* non plectatur, ex Bald. Cœpol. Nouell. Menoch. *dicto casu, numero* 75. Vigesimum; si rusticus variauit in testimonio, vel in scripturis producendis, sibi contrarius extitit, Quam latè examinat assertionem *toto artic.* 7. *numero* 51. *& seqq.* Quorum casuum aliqui, (quia vel clariori expositione, vel additione ornatuque egent) si perantur, non vertendum vitio, sed necessitati parcendum, seruiendumque vtilitati,

64 In casibus autem (vt ad institutum sermonem se conuertat oratio) à iure expressis † ipso iure rusticitatem excusare, in aliis autem non expressis, restitutionis saltem ope, æquitate iudicisque officio ei subueniendum; dixere Parpal. *in l. Si quis maior, numero* 2. *vers. Secundus casus, Cod. de transaction.* Rip. *in tractat. de peste, & seq.* Iacob. Menoch *de recuper. possession. remed.* 9. *post numer.* 26. *& de arbitrar. dicto casu* 194. *numero* 4. *versic. Rusticum ipso iure & num.* 83. Quorum probat iudicium Farinac. *fragmentor. criminal. dict. lit. I. numero* 294. eiusdemque fuit voti Renat. Chop. *de priuileg. rusticor. part.* 2. *cap.* 1. Alexand. Trentacinq. *variarum resolutionum, libro* 1. *titul. de legibus, & constitutionibus resolution.* 2. *in fin. vers. Regula illa, & lib.* 2. *titul. de exceptionibus resolut* 1. *numero* 46. *in primo casu, & vers. secundus casus, & nu.* 47. *assentiturque* Sfort. Odd. *d.q.* 9. *num.* 15. *& seqq. & numero* 61. *& quæst.* 10. *numero* 21. *& seqq.*

65 Generaliterque, tam in ciuilibus, † quàm criminalibus (ad pœnam saltem ordinariam vitandam) rusticum excusari probant, *text. in l.* 3. *C. de defensor. ciuitat.* in verbis illis: *Innocens, & quieta rusticitas, &c. l. Si quis id quod,* 7. §. *Doli mali,* (in illis: *quod si per imperitiam, &c.*) *D. de iurisd. omn. iudic. dict. leg.* 2. §. *fin. D. si quis in ius voc. non ier.* & *l.* 1. §. 1. *D. si quis ius dicent. non obtemper.* & profitentur Aym. Crauet. *consil.* 18. *numero* 13. *& seq.* Cardin. Dominic. Tusch. *practicarum conclus. litt. R. conclus.* 372 *numero* 16 Farinac. *dict. lit. I. numero* 285. Ioan. Cephal. *consil.* 708. *numero* 8. *lib.* 5. Alphons. Modit. *dubitation. & resolut. lib.* 2. *dict.* §. *Magistratuum, seu Prætorum edicta, dubit.* 6. *numero* 3. *& seqq.* Franc. person. *consil.* 26. *n.* 10. *lib.* 1. Cost. *de facti scient. & ignorant. regul.* 15. *n.* 4. Adrian. Negus. *respons. siue disput.* 494. *n.* 11. *& seq.*

66 A subreptionis † quoque, vel obreptionis vitio rusticitatem excusationem præstare, dixere (cum *text. in cap. super literis,* 20. *de rescript.*) Glos. *ibi verb. Simplicitatem*, & Abb. *numero* 6. Crauet. *consil.* 2. *numero* 15. *vers. Considero etiam quod iste impetrans est persona rustica, cui facilius ignoscitur circa ista vitia obreptionis, & consil.* 68. *n.* 12. *in fin.* Menoch. *d. casu* 194. *n.* 31. Farinac. *d. lit. I. n.* 284

67 A solutione etiam in futurum † pensionis, vel tributi, diutinæ, & vniformis annuæ præstationis virtute rusticitatem liberare, neque obligationem eas tunc inducere præstationes (eleganti *Pauli* responso, *in l. Cùm de indebito,* 25. §. 1. *D. de probationibus* aduersanti *leg. Cùm de in rem verso,* 6. *D. de vsur.* satisfaciens) eruditè *Cynus* probat, *in l. Si certis annis,* 18. *Cod. de pact. numero* 6. *quæstione* 5. his verbis; *Quinto quæro: mulier, minor, miles, vel rusticus, longo tempore soluit mihi par caponum: ago contra eum & causam habilem allego, ad quam probandam adduco, quod longo tempore soluit: nunquid sufficit, Videtur quod sic, vt dict. leg. Cùm de in rem verso, quæ loquitur indistinctè, & generaliter; ergo generaliter intelligenda, D. de public. l. de pretio. è contrà quod non: quia eadem est ratio partis ad partem; & totius ad totum, vt D. de rei vindic. l. Quæ de tota, & de vsur. l. Qui scit: Sed lex dicit, quod si aliqua persona de prædictis soluit; quod solutio non facit præsumi debitum: non in istis, argum. D. de probationib. Cùm de indebito,* §. 1. *Et ista est quorumdam Modernorum sententia. Ad l. cum de in rem verso, Resp. Quod licet generaliter loquatur: non debet ita intelligi generaliter, quando reperitur ratio alterius legis, quæ distinguat, vt D. de testib. l. Quæsitum: at hic reperitur ratio distinguens, in præallegato* §. 1. *Ita recitando pertransit* Pet. Probabatissime huic assertiuntur opinioni Doctores, Specul. *in tit. de restit. spoliat.* §. 2. (incip. *Nunc dicamus*) *numero* 8. sic *dictæ legis Cùm de in rem verso* dispositionem nominatim limitans. Cuius recitant, probantque iudicium Bald. *in l. Solent,* 6. §. *Non vero, numero* 7. *D. de offic. procons. & legat. & in cap.* 1. §. 2. *quid sit inuestit.* Alexand. *consil.* 50. *numero* 19. *lib.* 5. Rip. *in tractat. de peste, titul. de remed. præseruatiu. numero* 243. cum aliis relatis à Menoch. *de præsumption. lib.* 3. *præsumption.* 131. *numero* 70. *vers. verum à prædictis*, Ioan. Baptist. Cost. *de fact. scient. & ignor. cent.* 1. *distinct.* 43. *num.* 5. Adrian. Negusanr. *respons. siue disputat. quæstion.* 515. *numero* 11. Renat Chop. *dict.* 2. *parti cap.* 1. *versic. excutiamus*; Agricolam ideo binorum caponum solutionem detrectantem, quos per decennium quotannis pensitarat; nec interdicto *vti possidetis*, nec alia actione esse adstrictum, nisi ius pensitationis annuæ, vinculumque obligationis manifestè probetur; firmat, multisque pariter venustè exornat. Quod aduersus dominos, quibus ex liberalitate quadam, per longissimum etiam tempus, seruitia rustici præstare consueuerunt, fortius vrget. Non enim dominis longissima hæc præstatio ad eam in futurum, inuitis rusticis, exigendam, ius tribuit, præteritamvè obligationem arguit, vt dicunt Socin. Iun. *consil.* 98. *numero* 33. *& seqq. lib.* 3. Bertrand. *consil.* 91. *num.* 1. *lib.* 1. Bertazol. *consil. crimin.* 420. *num.* 4. *& 6. lib.* 2. *& ibid.* Claud. Bertazol. *in addition. lit. D.* hisque relatis, Ioan. Vincent. Honded. *consil.* 100. *numero* 72. *tom.* 2. etsi dissentiant multi, quos refert Menoch *dict. præsumption.* 131. *numero* 70. generalem regulam ex *dicta lege cum de in rem verso* constituens: *ex diutina* nempe, *vniformique præstatione, & titulum in præteritum argui; & obligationem in futurum induci.* Notaruntque sic *in ea* Bart. *num.* 14. *versic. Sed si non soluisset*, Fulgos. *numero* 9. *versic. Aliquando soluisti*, Florian. *numero* 11. Salicet. *numero* 4. *&* 11. Couarruu. *in cap. Possessor,* 2. *part.* §. 4. *numero* 2. *de regul. iur. libr.* 6. Ferdinand. Vazq. Menchac. *controuers. illustr. lib.* 2. *cap.* 61. *numero* 3. & plenissimè eod. *lib. cap.* 83.

per tot. materiam hanc ad saturitatem discutiens, multique discutiunt alij, à Menoch. *dict. præsumption.* 131. *numero* 59. relati, cum quibus ipse quoque in rusticis profitetur, idem, per *text. in l. Litibus*, 19. *C. de Agricol. & censit. lib.* 11. aliisque fundamentis sequentibus numeris confir-
68 mat, ab Ecclesia, & fisco sumptis, in quibus *dict. legis Cum de in rem verso.* dispositionem procedere, ex magis communi opinione tradit.

Ad bonorum possessionem petendam, † diem rustico non cedere, Imperator Constant sanxit, *in l. Quicumque*, 8. *C. qui admitt. ad bonor. possess. poss.* Cùm.

Nec raucilites pertulit ille fori.

vt *Claudian.* ait, eóque adducto *Chop.* exornat *dict. casu* 94. *numero* 62. Sfort. Odd. *de restit. in integr. dict. quæstion.* 9. *numero* 45. *& seq* iamque supr. aduertimus.

69 Solemnes in vltimis rusticorum elogiis † formas, testiumque numerum Iustinian. Imper. *in l. vlt. C. de testam.* remisit, & nostri quoque remisere in *l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 5. Ordin. & *in leg.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ reg. collect.*

70 A contumacia † rusticum eximit Paul. *in l.* 2. *§.* 1. *D. si quis in ius voc. non ier. & ibi* Alex. *numero* 4. Rip. *de peste. tit. de remed. preseruat. numero* 219. Renat. Chop. *dict. tract. lib.* 3. *part.* 1. *cap.* 2. Alphons. Modit. *dict. lib.* 2. *§. Magistratuum, seu Pretorum edicta, dubit.* 6. *n.* 11. Simplicitas in causa est, quæ (vt *Phillis Demophonti*) apud *Ouid.* ait:

Digna f. uore fuit.

quæque bonam fidem arguit, dolum excludit; quo semoto, vera etiam contumacia, eiusque pœna abest. Declarant sic Curt. *in dict. l.* 2. *§.* 1. *numero* 6. Roland. à Vall. *cons.* 47. *num.* 42. *vol.* 1. Franc. Viu. *decis.* 138. *numero* 38. Ioan. Anton. Bellon. *cons.* 5. *num.* 160.

Ob veram ideo aliàs contumaciam, non de-
71 negari † rustico appellationem, iuraque propter veram contumaciam appellationem denegantia, in rusticis non procedere, notauit singulariter Philip. Franc. *in cap. Nicolao, ad fin. num.* 20. *de appellationib.* quem probat Stephan. Gratian. *decis.* 111. *numero* 3. supraque iam obiter tetigi-
72 mus. Neque enim facile doli, fraudisvè suspitione † onerandus Agricola est, cuius rusticitas simplicis animi coniecturam capiendam adstruit, vt ait Bald. *in rubr. C. de rer. permut. vers. Item quæro donatio*, & *in l. Precibus, vers. Quid ergo si petiit, C. de impuber. & alis subst.* eoque relato Chop. *dict. tract.* 2. *part.* 4. *vers. Adijce*, Sfort. Odd. *de restit. part.* 1. *quæst.* 9. *n.* 17.

73 Inde à periurio † quoque vbi de damno vitando agitur simplicitatis prætextu rusticum excusari dixit Castrens. *cons.* 377. *num.* 2. *lib.* 2. relatus, sequutusque à Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 119. *numero* 3. Et non nisi in casibus à iure expressis procedere id velit Prosper. Farin. *de falsit. qu.* 160 *numero* 293. & *fragment. crimin.* 1. *p. lit. D. nu.* 3.

74 Ab infamiaque † hunc liberari, vt à tutela non amoueatur, licet sine Iudicis decreto administrauerit, etsi potuerit peritiores consulere, (cum Paulo Castrens. *cons.* 356 *incip. Postquam iste tutor, col. fin. lib.* 1.) profitetur Cardin. Dominic. Tusch. *practic. concl. lit. S. concl.* 255. *num.* 2.

75 In dilatoria, † declinatoriavè exceptione ante litem contestatam, vel consensum in iudicem opponenda, si eo non opponatur tempore, ius rusticitatem conseruare, dixere, Angel. *in l. fin C. de except.* Ripp. *de remed. preseruat. contra pest. numero* 231. Alciat *in l. Venia*, *numero* 12. *C. de in ius voc.* Socin. *in l. de die, §. si seruus, numero* 3. *D. qui satisd. cog.* Menoch. *dict. casu* 194. *num.* 38. eisque relatis, Sfort. Odd. *de restit. part.* 1. *quæst.* 9. *num.* 38.

Rustica item simplicitas induxit, vt aduocato 76
præsente † positionibus respondere rusticis liceat, testibus Marant. *de ordin. cogn. part.* 6. *titul. de posit. nu.* 16. Grauat. *in annotat. ad vestri in praxi. tit. deposition. lib.* 5. *cap.* 14. *n.* 30. 31. & 32. in rustico id sagace limitante.

Quinimò pro rusticis ad respondendum po- 77
sitionibus † Aduocatos, admitti voluit (post Host. *in cap. Dilecti, de iudic.* cuius notabile dictum affirmat Abb. *in cap. Pastoralis*, 14. *numero* 9. *eod tit.* quem sequuntur Marsil. *singul.* 450. *n.* 2. & Adrian. Neguс. *respons. siue disput.* 442. *numero* 71. & *seq.*

Cùm pro aliis non modo respondere aduoca- 78
tis, † vel Procuratoribus non liceat, sed ne his præsentibus, sed longè semotis præstandum à partibus esse responsum, profiteantur Specul. *in titul. deposit. §. Tertio dicamus, num.* 7. Bald. *in l.* 2. *nu.* 6. *vers. in contrarium, C. vt lite pend.* Abb. *vbi proximè, num.* 8. Octauian. Vestet. *in dict. cap.* 14. *n.* 33. *vers. Vnde mea.* Adrian. Negus. *dict. loco*, *numero* 70. communi praxi id obseruatum addens.

Quandocumque autem erroneam aduocati 79
confessionem † rusticum posse reuocare (post antiquiores, quos adducit) asserit Iacob. Menoch. *dict. casu* 194. *numero* 64. Sford. Odd. *de restit. dict.* 1. *part. quæst.* 9. *num.* 39. Renat. Chop. *dict. tract. lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 1.

Etsi clienti regulariter Aduocati confessio † 80
obstet, ni sit incontinenti reuocata, ex *l.* 1. & 3. *C. de error. Aduocator.* Qua de re plenè Ioseph. Mascard. *de probationib. part.* 1. *concl.* 369. *nu.* 1. & *seqq.* præcipuè *nn.* 4. & 5.

Generaliterque rusticæ simplicitati subue- 81
niendum † vbicumque æquitas mouerit iudicantem (ex *Vlpiani* responso *in leg.* 1. *§. fin. D. de edend.* Pauli in *l. Cum de indebito*, 25. *§. fin autem, D. de probat.* Callistrati in *leg. ex quibusdam* 2. *in ord. §. vlt. D. de iure fisc.* Innocent. III. *in cap. Super litteris* 20. & ibi Glos. *verb. simplicitatem, de rescript.* & in *cap. Cùm vniuersorum*, 8. *de rer. permut.* & Cypriani *in cap.* 3. *de consecrat. dist.* 2.) protulere Abb. *in dict. cap. Super literis, nu.* 6. Anchar. *cons.* 375. Adrian. Negusant. *respons. siue disput.* 494. *num.* 12. Alphons. Modit. *dubitationum, & resolut. lib.* 2. *§. Magistratuum, & Pretorum edicta dubit.* 6. *per tot.*

Quibusdam ideo placuit sine inuentarij con- 82
fectione † hæreditatem rusticum adeuntem, vltra illius vires non teneri, & si aliis displiceat, vt ex Phanut. *de confectione inuentar.* 2. *memb. part.* 2. *numero* 47. Mangil. *de imput. quæst.* 132. *num.* 48. & *seqq.* Sfort. Odd. *dict. quæst.* 9. *num.* 21. Borgnin. Caualc. *de curat. num.* 104. Renat. Chop. *d. tract.* 2. *p. cap.* 3. Menoch. *dict. casu* 194. *num.* 66. & *seq.* Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *titul. de exceptionib. n.* 46. & *seqq.* apparet.

Aduersus Agricolas tandem (*Quinti Matij* sequutus arbitrium) Vlpianus *in l.* 1. *§ de eo, D. de aqua pluu. arcend.* actionem † de aqua pluuia ar- 83
cenda, his verbis denegat: *De eo opere, quod agri colendi causa, aratro factum sit: Quintus Mutius*

Mutius ait, non competere hanc actionem.

Longiora in id appetens Renat. Chop. *d. tract.* Marc. Mantuan. *obseruation. lib.* 1. *obseruat.* 10. cæterosque in discursu relatos consulat.

VTRVM MERCATOR MIserabilis sit persona? Legis nostræ vnicæ priuilegio, quibusque aliis gaudeat?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars proponitur* vsque ad numer. 9. *seqq. impugnatur, & componitur.*
2 *Relegatorum vices sustinent Mercatores.*
3 *Mercatorum inexplebilis cupiditas.*
4 *Cupidi, & auari idem tormentum in seruando, vel amittendo, quod in quærendo sustinent.*
5 *Mercatores etiam diuites, propter aduersæ fortunæ proximitatem, inter pauperes numerari possunt.* Vide num. 12.
6 *Aleatoribus (quorum nec lucrum ferè discerni, nec perditio potest) Mercatores comparantur.*
An idem de præsenti, quam de proxima miseria sit iudicandum? ibi, & nu. 12.
7 *Mercatores, an & quando infirmis comparentur?* & num. 13. & 15.
Per mare, vel periculosa loca iter faciens, infirmus, & in mortis articulo constitutus dicitur, & neque inter viuos, neque inter mortuos reponi potest. ibi.
9 *Argumentis contrariis satisfit*, & numer. seqq.
10 *Misera mortalium vita, mille dolorum causis subiecta, totaque seruitium est.*
11 *Omnes auaritia, & cupiditate tenentur.*
12 *Fortunæ volubilitatem omnes experiuntur, quæ solum constans in leuitate sua est.*
Ei qui se in necessitate posuit, an faueant iura? ibi.
13 *Per loca insidiosa, iter facturus, periculosamvè nauigationem, veluti infirmus, & in mortis articulo constitutus tenetur confiteri.* & n. 15.
14 *Mercatores iter facientes, in theloneis, & pedagiis, aliovè modo grauati, aut iniuria affecti, ad Principem conuolare, aduersariumque deferre in prima causæ discussione possunt, non alij*, & duobus numer. seqq.
17 *Mercatiles causæ summariæ sunt, ex bono, & æquo spretis apicibus iuribus decidendæ.*
18 *Ex vna causa agens, & aliam probans, inter mercatores obtinet.*
Alius repellitur, etsi diuersa causa experiatur. & num. seq.
20 *Inter mercatores, qualisqualis petitio, in scriptis, ore tenus, aut incerta, parte quoque opponente, admittitur.*
21 *Inter alios, libellus offerendus est, & incertus, aut generalis non admittitur.* & num. seq.
23 *Sententia incerta firmitatem non obtinet.*
24 *Nudum inter mercatores pactum, vim stipulationis habet.*
25 *Extraiudicialis confessio, absente parte facta, in mercatorum curia, quemadmodum in Ecclesiastico foro probat.*
26 *Vnico testi, cum aliis adminiculis, plena inter mercatores adhibetur fides.*
27 *Actio, & passio in eodem subiecto consistere nequeunt.*
28 *Consuetudine, mercatorumque stylo obtentum; vt sibi soluere mercator possit.*
29 *Lucrum cessans ratione debiti non soluti, negotiari non solitus petens, ab vsurarum labe immunis non est.*
30 *Aliter negotiari solitus, si ob non factam debito tempore solutionem, lucrum perdidit.*
31 *Celebrati contractus locus, easdem quas domicilij, & originis vices sustinet.*
Et an potentius tribuat? nu. seq.
33 *Mercator alio tendens, an in contractus loco conueniri valeat?* & duobus numer. seqq.
36 *Ad nundinas venientes, earum tempore durante, pro debitis in alio contractis, conueniri nequeunt.* Limita numero seq. *pro contractibus iisdem ipsis nundinis celebratis.*
38 *Agere nemo compellitur.*
Fallit mercatorum gratia. num. seq.
40 *Immobilia non possidens, satisdare nemo omninò debet.*
41 *Mercator merces habens, immobilia non possideat licèt, à satisdandi onere liberatur.*
42 *Ei scripturæ credi non debet, quã vnusquisque sibi annotatione propria debitorem constituit.*
43 *Mercatorum libris, an & quando in ipsorum fauorem credatur?* & seq.
45 *Librorum conficiendorum qualitates, vt mereamur fidem,* remis.
46 *Consuetudo inducere potest, non solum vt libris mercatorum solemniter confectis, etiam pro eis credatur: sed etiam vt vim publici instrumenti cum hypotheca habeant, executionemque paratam.* & n. 47.

QVÆST. XIV.

TOt maris, tot pericula terræ, † quibus opes, & vitam assiduè mercatores exponunt; tot quibus anguntur curæ, patiuntur labores: insita eis præ cæteris habendi plura cupido: ea perdendi metus, & proximitas, non solum eos miseros ostendunt; sed miserrimam sustinere conditionem. In primis enim relegatorum † vices tenent, quos miseros nemo negabit, suoque loco diximus: voluntarium, exilium, & duriora climata sufferentes, à coniugibus, liberis, amicis, & cognatis sæpè longè remoti, vt breuiter *Horat.* cecinit, *epistolar. libro primo epistola prima.* 1 2

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Quod & illorum inexplebilem cupiditatem, † & auaritiam ac miseram per consequens conditionem (vt iam quoquè diximus) non obscurè demonstrat. Quippe quos. 3

Neque feruidus æstus
Dimoueat

Dimoueat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum.
vt itidem *Horat.* inquit *sermon. lib. 1. satyr. 1.* & *Carmin. lib. 3. in auaros:*
Neque feruidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Borea finitimum latus,
Durataque solo niues
Mercatorem abigunt.

4 Vnde fit, vt idem in seruando,† vel amittendo, quod in quærendo tormentum perferant, iuxta dicta à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæst. 6. num.* 77. non mediocris infœlicitatis species.

5 Aduersæ quoque fortunæ proximitas,† vt diximus, hanc probabiliorem partem reddit. Quæ adeò insequitur Mercatores, vt diuites etiam, inter pauperes connumerari posse efficiat. Cum ad oculi ictum eorum statum sors mutet, quodque longissimi pararunt labores, breuissimum temporis spatium auferat, maris ingluuies absorbeat, prædonum occupet incursus, furum insidiæ, hostium immanitas perdat, flama voret, aut mergat vnda. Si quidem, *Momento mare euertitur: eodem die vbi lusserunt nauigia, sorbentur.* vt ait Senec. *epist.* 4.

6 Alcatoribus† ideo (quorum nec lucrum ferè discerni, nec perditio potest) Mercatores eruditissimus comparauit Sotó *de iustit. & iur. lib. 6. quæst. 2. art. 2. col. 2. paulò ante med.* Cúmque idem de præsenti, quam de proxima miseria sit iudicandum (ex latè traditis à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæst* 4. §. 2. *num.* 121. *& seqq.* & inter miseros non inferiorem pauperes locum teneant) eorum vices, hac quoque ratione Mercatores tenere, consequens est.

7 Infirmorum† pariter (quos *lex nostra vnica* miseros declarat) ad mercatores comparatio huic præstat sententiæ robur. Comparatio autem ex eo descendit; quod non nisi per mare, aut periculosa sæpè loca negotiatio, mercaturaque exerceatur: per mare autem, vel loca periculosa iter facientem, infirmum, & in mortis articulo constitutum dicunt Gomez, *de infirmit. resign. quæst. 8. per tot.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu* 61. *num.* 2. *& seqq.* & cum multis resoluit Francisc. à Coriolan. *in tractat. de casib. reseruat. 1. part. sect. 2. artic. 16. vers. Circa hunc articulum, & vers. seq.* vbi constituta (secundum aliquos) inter periculum, & articulum mortis differentia (vt *Articulus* sit, quando mors proximè instat, estque moraliter certa, ac ferè ineuitabilis: *Periculum*, quando est probabile dubium, & frequenter solet tali in casu mors accidere, quemadmodum in actuali bello, longa nauigatione, mulierum partu, &c.) tandem, duo hæc pro eodem reputari concludit, & in articulo, vel periculo mortis constitutum, à casibus reseruatis absoluendum. Nauigantes enim, neque inter viuos, neque inter mortuos reponendos *Bacantes* dixerat, tradente sic *Plutarc. in Axioco.* Quippe qui à morte non amplius quatuor digitis, septem vè distent, vt pulchrè *Iuuen. satyr.* 12.
I nunc, & ventis animam committe dolato
Confisus ligno; digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima teda.
Similiter Marc. Ant. Senec. *contr. lib. 7. controuers. 1. Scitis (ait) nihil esse periculosius: quam etiam structa nauigia: parua materia seiungit fato.*

Quare merito tot capitibus (non sic licèt expensis) miserum mercatorem† inter reliquos 8
miserabiles numerant, & fori, *legisque nostræ vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* electionem habere affirmant Innocent. *in cap. Significantibus, de offic. & potest. iudic. deleg. & ibid.* Anton. *de Butr. num.* 22. Felin. *num.* 6. Alexand. *cons.* 130. *num.* 7. *lib.* 6. Petr. Rebuff. 1. *tom. ad constit. Gallic. titul. de sentent. prouision. artic. 3. glos. vlt. versic. Quinto mercatoribus,* Ioan. Neuizan. *in Sylu. nuptial. lib. 6. titul. Quomodo iudic. pro commun. opinion. num.* 29. Antonin. Thesaur. *dec.* 177. *n.* 1. Iacob. Menoch. *de arbitrar, lib. 2. casu 66. n.* 18. Benuenut. Strach. *de mercator. part. 1. num.* 38. Mart. *de iurisdict. part. 2. cap. 21. num.* 5. Caballin. Milleloq. 697. *vers.* 5. Thom. Acti. *de infirmit. c.* 13. *num.* 5. Didac. Perez *in l. 1. titul. 1. lib.* 3. Ordinam. *pag. mihi* 464. *vers. Item mercatores sunt miserabiles,* Ioan. Mar. Nouar. *in praxi election. & variation. for. section. 1. quæst. 13. per tot.* Francisc. Carrasc. *de casib. cur. num.* 59. Augustin. Barbos. (solo *Stracha* relato) *in collect. ad c. 2. de treug. & pace, num.* 2.

Sed neque argumenta contraria,† neque relatorum auctoritas in hanc nos simpliciter mo- 9
uere partem possunt. Non argumenta, quia non omnino concludunt: non relatorum iudicium, quia nec firmo nititur fundamento, nec eodem spiritu omnes aguntur, alij simpliciter, restrictè alij loquentes.

Argumenta sine oppugnatore corruunt: non ideo multis ad eorum euersionem vtemur, cum de misera mercatorum conditione† nihil in 10
specie contineant, quod humanæ non conueniat. Quam etsi miserrimam latè *quæst.* 2. ostendimus: non tamen ex eo solùm fori electionem, *legisque* nostræ *vnicæ* beneficium mereri, simul aduertimus: quod & sine animaduersione patet, cum speciale priuilegium sit, præcipuæ miseræ conditionis prætextu concessum: quæ cum in mercatore non appareat, ad illud non admittendum, sequitur. Ad singula breuiter descendamus: Ad primum enim.
Et quis non mille causas doloris habet?
vt *Ouid.* inquit, ne dicta iam *quæst.* 2. repetamus, *Senecæ* tantummodo verbis, *de tranquilit. animi, cap.* 10. super additis: *Omnes cum Fortuna copulati sumus. Aliorum aurea catena est, & laxa: aliorum, arcta, & sordida. Sed quid refert? Eadem custodia vniuersos circumdedit: alligati sunt etiã qui alligauerunt. Nisi tu fortè leuiorem in sinistra catenam putas. Alium honores, alium opes vinciunt: quosdam nobilitas, quosdam humilitas premit: quibusdam, aliena suprà caput imperia sunt: quibusdam, sua: quosdam exilia vno loco tenent: quosdam sacerdotia. Omnis vita seruitium est.* Merito inde de August. *in meditationib. suis c.* 21. exclamat: *Vita hac, vita misera, vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorum, Regina superborum, plena miseriis, & erroribus, quæ non est vita dicenda, sed mors, in qua momentis singulis morimur, per varios mutabilitatis defectus, diuersis generibus mortium. Nunquid ergo hoc quod viuimus in hoc mundo, dicere possumus vitam? quam humores tumidant, dolores extenuant, & ardores exsiccant, aër morbidat, esca inflant, ieiunia marcerant, ioci dissoluunt, tristitiæ consumunt, solicitudo coarctat, securitas hebitat, diuitiæ inflant, & iactant, paupertas deiicit, iuuentus extollit, senectus*

11 *ctus incurbat, infirmitas frangit, maror deprimit.*

Ad secundum, † quis, quæso, mortalium à cupiditate, auaritiaque immunis existit? dicente Ierem. *cap. 6. A minore quippe vsque ad maiorem, omnes auaritiæ student*, vt & prosequimur latè *de priuileg. pauper. quæst 6. num. 72. & seqq.* præcipuè *n. 74.* Idque magis ad animi, quàm corporis miseriam, Fortunæque iniuriam (quam lex nostra requirit) pertinet.

12 Quis similiter Fortunæ volubilitatem † non est expertus? cum solum constans in leuitate sua,

Irusque sit subito, qui modo Crœsus erat.

ne in vulgatis, & notis tempus conteramus, & ne voluntariam quoque necessitatem, aut miseram conditionem mercatori obiiciamus, & leges, quæ ei, qui se in necessitate posuit, non fauent, relatas à *Nobis de priuileg. pauper. quæstion. 54. numero 1.* non multum licet de obiectione confissi, ex dictis *eadem quæstion. 54.* & sequenti in præsenti dicendis: miseriamque à lege nostra in actum, non habitu solum requisisitam.

Non denique, ad speciem nostram, interest, an per loca periculosa iter faciens Mercator, infirmo comparetur. Namque eo comparatio tendit, vt per insidiosa, aut periculosa iter fa-

13 cturus loca, conscientiæ suæ, † veluti infirmus, aut etiam in mortis articulo constitutus confessione prouideat, iuxta *textum in cap. Cum infirmitas, 13. de pœnit. & remiss. Sylu. in sum. verb. Mors, num. 4.* Angel. *ibid. num. 6.* Sà, *verb. Mortis articulus, num. 1.* Nauar. *in Manual. c. 2. n. 8.* Eman. Rodrig. *cap. 57. num. 4.* Vel vt eo saltem tempore, non simpliciter, & exercitij, mercaturæque ratione, miserabilis reputetur. Nauigatione namque, aut peregrinatione duran-

14 te, † si in thelonæis, vel alio modo indebitè se grauatum contendat, hoc fori priuilegium mereri, pro grauamineque tollendo, reseruando damno, iniuriavè punienda, aduersarium suum, & in prima discutione causam ad Principem dedeferre posse fatebimur. Quo quidem in casu multi ex citatis *num. 8.* loquuntur, & in eo cæteri indistinctè miserabilium numero mercatores locantes, aut intelligendi, aut respuendi quidem. Et ita se arctat, emendatque Rebuff. *in tractat. de mercator. minut. vendent. artic: 1. glos. 1. vers. Nec refragatur*, inquiens: *Ideo mercatoribus dantur priuilegia miserabilibus personis concessa, teste* Innocent. *in cap. Significantibus, col. 2. de offic. deleg. quæ tradidi in art. vlt. in tractat. de sentent. prouisional. 1. tom. constit. Reg. Quod est verum in aliquibus, & donec sunt in itinere, secus si domi.* Videndumque in id dicit Rip. *in cap. 1. in fin. de iudic.* Nostrique fuit voti Osuald. *in Donel. Enucl. lib. 17. cap. 10. lit. B.* & assentitur non obscurè Borrel. *in sum. decis. titul. 56. de iuram. perhorresc. num. 27. part. 1.* cui conuenit textus decisio, (vnicum vtrorumque Doctorum fundamentum) *in cap. Si quis Romipetas, 23.* in ordine, *24. quæst. 3.* vbi sic Calixtus Papa: *Si quis Romipetas, & Peregrinos, & Apostolorum limina, & aliorum Sanctorum oratoria visitantes, capere, seu rebus, quas ferunt spoliare? & Mercatores nouis thelonæorum, & pedagiorum exactionibus molestare tentauerit, donec satisfecerit, communione careat Christiana*

15 Tunc autem neque insidiosa loca † mercator pertranseat, neque longum, tempestuosumvè nauiget mare, requiritur, vt superiori casu *nu. 13.* Summistæ (præcipuè *Eman. Rodrig*) requirunt: neque pro thelonæorum, vel pedagiorum solum grauamine ad Principem se conferre poterit, sed alio quoque: sat enim peregrinatio grauamine iuncta, & miserum mercatorem, & eo dignum fauore reddit, ex iam citatis, & *quæst. sequenti* dicendis. His vero cessantibus, † & nullatenus cum miseris mercatores coire: & communibus fori regulis adstringi (præter superiora) constat etiam ex *Vlpiano in l. Prætor ait, 4. §. fin.* Caio *in l. Argentarius, 10. D. de edend.* Anast. Imperatore, *in l. fin. C. de iurisd. omn. iudic.* nullisque aliis. 16

Ad cætera descendamus, mercatorum respicientia fauorem. Quorum in primis mercantiles causas † summarias esse, cum aliis à se relatis, asseruere Robert. Marant. *de ordin. iudicior. 4. part. distinct. 9. num. 48.* Secundum antiquiorem impressionem, & Marc. Anton. Bellon. *decis.* Rotæ Genuens. *7. num. 13. in fin. decis. 9. num. 18.* etiam *in fin,* & *decis. 23. num. 15.* Ex bonoque & æquo spretis apicibus Iuris decidendas, voluit Vlpian. *in l. Si fideiussor, 1.* in ordin. *29. §. Quædam, D. mand.* dum ait: *De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus Iuris disputare.* Et notant Marant. *vbi proximè, & consil. 57. num. 4.* Marc. Anton. Bellon. *decis.* Genuens. *3. numero 23. decis. 31. num. 1. decis. 63. numero 3. decis. 69. num. 5. decis. 153. num. 8. decis. 171. n. 6. & decis. 195. numero 12.* Ioseph. *Cùm. in ritib. magn. Cur.* Sicil. *cap. 38. num. 405.* Osasc. *decis. Pedemont. 2. num. 2.* Petr. Barbos. *ad l. 1. art. 1. num. 127. D. de iudic.* Benuenut Strach *de mercatur. tit. quemadmod. in caus. mercator. proced. particul. vlt. num. 2. & seqq.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 64. n. 12.* Escob. *de ratiocin. cap. 11. num. 22.* 17

Plura hinc mercaturæ, & mercatorum causa Scribentes deducunt. Nempè ex vna causa agentem, † aliamque probantem, inter mercatores obtinere, vt docent Strach. *dict. tract. & rubr. tit. de libellis, seu petitionib. num. 6. & seq. & numero 13. & seq. vers. mihi autem*, & Marc. Anton. Bellon. *decis.* Genuens. *26. num. 4.* sic *legis Habebat, 13. D. de instit. action.* † dispositionem limitantes, quæ ex vna causa agentem, & aliam probantem condemnat; eademque actione, licèt diuersa causa iterum experientem repellit: quam in causis ex bono, & æquo, veritateque attenta pertractandis, veluti mercatorum; non procedere affirmant. 18 19

Inter mercatores pariter, qualem qualem petitionem, † in scriptis, ore tenus, aut incertam, parte quoque opponente, admitti, tradit (ex Ias. *in l. Edita, num. 6. C. de edend.* Alexand. *consil. 178. lib. 2.* & aliis) Marc. Ant. Bellon. *decis. 21. num. 5. & 7.* corolariè inferens: sententiam incertam in præsenti, actis licet certificari nequeat, sustineri. Cùm in cæteris † & libellum offerre necesse sit, *cap. 1. de libell. oblat. l. 1. tit. 2. lib. 4. noua Reg. collect.* Paz. *in praxi, part. 1. tom. 1. temp. 4. num. 4.* Didac. Perez. *in l. 11. tit. 1. lib. 3.* Ordinam. *glos. verb. La demanda no fue dada en escripto*, Matienz. *in dialog. Relator. part. 3. cap. 43. num. 1.* Camil. Borrel. *in sum. decis. part. 1. t. 49. de libello, n. 43.* Et incertus, † vel generalis non admittatur, ex *text. in cap. 2. de libell. oblat.* & notant Hippol. *de Marsil. singul. 348.* Paz, & Borrel. *dictis locis*, ille, *num. 16.* hic, 20 21 22

23 *num.* 65. Neque incerta sententia † firmitatem obtineat, §. *Curare, instit. de action. tot. tit. C. de sentent. quæ sine cert. quantit. profer.* probatque multis aliis Sebastian Bant. *de nullit. sentent. tit. nul. de nullit. ex defect. proces. num.* 101. *pag. mihi* 678.

24 Ex eodem similiter fonte descendit, nudum inter Mercatores pactum, † vim stipulationis habere, cum de æquitate, ex pacto nudo oriatur actio, *cap. 1. de pact.* & inter mercatores æquitas, vt diximus, attendatur, Robert. Marant. *dict. dist. 9. num.* 48. *ad fin.* In hoc mercatorum Curiam Ecclesiasticæ comparans, post *Specul. tit. de competent. iudic. adit. §. num. 27. vers. Vicesimus octauus*, & alios, quos citat, sic & Marc. Anton. Bellon. *dict. decis. 9. n. 3. & decis.* 171. *n.* 4. *& seqq.*

25 Inde quoque extraiudicialem confessionem absente parte factam † in mercatorum Curia plenè probare idem ipse *Marant.* infert. *dict. loco, num.* 49. consentitque *decis.* Genuens. *apud* Marc. Anton. Bellon. 171. *num. 4. &* 5. quemadmodum in Ecclesiastico foro probat, vt notatur *in cap. Si cautio, de fide instrum.* & tradit Mascard. *de probationib. concl.* 347. *n.* 11. *&* 13.

26 Quinimo testi vnico † aliis adminiculis iunctis, plenam inter mercatores fidem adhibendam; eisdem rationibus Bellon. *idem dict. proximè decis. n. 6.* confirmat.

27 Mercatorum præterea fauore inductum, vt licet actio, & passio † in eodem subiecto consistere nequeant, *l. fin. D. de offic. Pretor.* cum adductis à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A. num* 65. nec debitor sui ipsius qui esse possit, *l. Vranius*, 81. *D. de fideiussor.* quia (vt *Senec. de benefic. lib. 5. cap* 7. ait.) *Nemo sibi debet* paucisque interiectis: *Debitor non est sine creditore, non magis quam maritus sine vxore, aut sine filio pater.* & cap. 8. ibid. *Hoc verbum* debere, *non habet nisi inter duos locum.* Consuetudine tamen, mercatorumque stylo ob-
28 tentum, vt sibi ipsi † soluere mercator possit, de qua eiusque obseruantia testatur Marc. Anton. Bellon. *decis.* Genuens. 51. *n. 3. vers. At pro maiori, & n.* 4. quod tota die fieri videmus.

29 Lucrum cessans ratione debiti non soluti negotiari non solitum † petentem, vsurarium contrahere labem, multis 1. *part. de priuileg. pauper. quæst. 26. num.* 2. ostendimus: ab illa tamen
30 mercatorem † liberali, & lucri cessantis interesse, si verè solutionis debito tempore non factæ causa cessauerit, petere posse; latissimè, pluriumque testimonio ibidem & *num. seqq.* comprobamus.

31 Etsi celebrat contractus locus † easdem quas domicilij, & originis sustineat vices, æqualemque aduersus debitorem potestatem, & iurisdictionem vterque præstet, iuxta dispositionem *text. in cap. fin. de foro compet. in cap.* . §. *Contrahentes, eodem tit. lib. 6. & in l. Hæres absens*, 19. §. 1. *D. de iudic.* vbi plenissimè Petr. Barbos. *numero* 3. *& seqq.* præcipuè à *num.* 10. *& in* §. *Proinde, a num.* 4. & 5. *fin. num* 50. *cum seqq.* Didac. Couar. *practicar. cap. 10. num. 1. in princip.* & *num. 4.* & *variar. lib. 1 cap. 4 num.* 1. Auiles *in cap.* 17. *Prætor. verb. Entreguen, n.* 16. *& seqq.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirmat.* 3. *part. cap. 16. num.* 1. & *per tot* multos referens Augustin. Barbos. *in collect. ad dict.* §. *Contrahentes, num.* 13. Estque de iure regio *lex* 32. *tit. 2. part.* 3. *vers. La sexta es*, & l. 8. *tit* 9. *part.* 1. *versic. E puedelo aun descomulgar*, & vtrobique *Gregor.* notat.

Imò potentius iurisdictionis ius contractum, † quam domicilium videatur tribuere, ex *cap.* 32
Dilecti, 17. *de foro compet.* cuius probat decisio; priuilegium habentem, vt non nisi certo loco, certoque Iudice conueniatur, si in alio contraxerit: priuilegio non obstante, in contractus loco, posse conueniri. Eandemque *Innocent. IV.* stabiliuit assertionem, *in cap. 1. in princip. de priuileg. lib. 6.* quam prosequitur Petr. Barbos. *ad l.* 2. §. *Legatis, n.* 114. *& seqq. D. de iudic.*

In contractus vero loco mercatorem † alio 33
tendentem, respondere non adstringi, optima ratione constituit Vlpianus *in dict. l. Hæres absens*, 19. §. *Proinde, vers. At si quis, D. de iudic.* vt enim ipse ait: *Durissimum est, quotquot locis, quis nauigat, vel iter faciens delatus est: tot locis se defendere.* Quando saltem cum eo contrahens, † illius nouit conditionem, cuius in dubio scientia præsumitur, ex *l. Qui cum alio*, 20. 34
D. reg. iur. Tunc enim conditionem eius, qui non hoc animo est, vt iudicij causa iter cœptum interrumpi velit, in contrahendo sequutus censetur, argum. l. 3. D. ad S.C. Macedon. vt Donel. verbis vtar, *lib. 17. Digestorum, cap. 4. lit. L.* vbi id *Osuald.* interpretatur: † *Si creditor eius fidem* 35
sequutus sit Fide namque non habita, aduersus recessurum impetrari arrestum posse, donec soluat, vel satisfaciat; *idem ipse* tradit, ex Matt. Stephan. *lib. 1. de iurisdict. cap. 29. num. 23. & seq.* quamuis detentiones illas arrestorum moribus, potiùs quàm Romano iuri acceptas ferendas, verius dicat, ex P. Bus. *ad l. 1. num. 6. &* 7. *de iudic.* quæ tamen non ab *Vlpiani* mente videntur alienandum; in *dict.* §. *Proinde*, ait: *Nam vbi sic venit, vt confestim discedat, &c*

Ad nundinas autem, vel mercatus venientibus, † earumque tempore durante, publicæ 36
vtilitatis ratione, datum est, ne pro debitis alio tempore contractis conueniri tunc possint, indulgentibus sic Imperatoribus Valent. & Valentiniano, *in l. vnic. C. de nundin.*

Tametsi pro contractibus iisdem ipsis nundinis † celebratis, possunt, vt Matth. Stephan. 37
dict. cap. 29. num. 52. & Osuald. *in Donel. dict. lib. 17. cap. 14. lit. L.* aduertunt.

Sic, licet inuitus † nemo agere compellatur, 38
l. vnic C. vt nemo inuitus, l. fin. C. de vsur. pupillar. cum voluntarium sit agere, vtque *Diocles.* & *Maxim.* Imperatores *in l. Creditor*, 20. *C. de pignorib* aiunt: *Creditor ad petitionem debiti vrgeri minimè potest.* Diximusque, & ornamus, *in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A. num.* 201. *& seqq.* mercatorum gratia † & ne à commerciis 39
negotiationibusque abstrahantur; dolosum creditorem ad agendum compelli posse, prouida Regia *lex* 47. *tit. 2. part.* 3. sic decreuit: *Asechan los omes vnos a otros maliciosamente, por embidia, o por mal querencia que han contra ellos: è esto fazen contra los mercadores, e contra los otros omes que han a fazer sus viajes por mar, o por tierra. Cà luego que saben que tienen sus mercaderias en sus casas aparejadas para yrse, mueuen demandas escatimosamente contra ellos ante los judgadores, para estoruarles quese non puedan yr de la tierra en la sazon que deuian. Onde dezimos, que los judgadores non deuen sofrir tal escatima, nin tal engaño como este, quando*

quando lo sopieren. E para refrenarlos desta maldad, mandamos que el mercador, o otro qualquier que se temiere desto, pueda pedir al juez que apremie a aquel que le està asechando, quel faga luego su demanda, è que la non aluenguefasta en la sazon que se quiere yr. E el juez deuelo fazer. Cà si estonces el demandador non quisiesse su demanda mouer; non deue despues ser oydo, fasta que el demandado torne de su viaje.

40 Immobilia non possidentes † satisdare omninò debere, probat, à contrario sensu, Martiani responsum, *in l. Sciendum, 15. D. qui satisd. cog. Sciendum est* (air) *possessorem immobilium rerum, satisdare non compelli.*

41 Mercatorem verò merces habentem, † à satisdationis onere liberari, tametsi immobilia non possideat, tenuerunt Bart. *in dict. l. Sciendum, num. 5.* Lancellot. Conrrad. *de offic. Prætor. in caus. ciuil. verb. Satisdatio, num. 7.* Sich. *in auth. Offeratur, nu. 18. C. delit. contest.* Peregr. Iannin. *de citatione reali, lib. 1. cap. 2. num. 161.* Damhud. *in praxi ciuil. cap. 99. num. 9.* cum multis quos numerat Osuald. *in Donel. Enucl lib. 23. cap. 9. lit. F.* Immobilium namque vices merces sustinere, fugæ, vel subtractionis breui tempore fiendæ, tollere, & soluendo interim Mercatorē esse præsumi, *Menoch.* tradit *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 59. n. 1.*

42 Etsi prætereà (vt Imperator Philippus *in l. Instrumenta, 5.* & Galien. *in l. Exemplo, 7. C. de probation.* ait: *Exemplo perniciosum est, † vt ei scripturæ credatur, qua vnusquisque sibi annotatione propria debitorem constituit.* Quam ampliationibus multis conclusionem exornat Mascard. *de probation. lib. 2. conclus. 976. à num. 1. cum seqq.* vt alios omittam: Mercatorum tamen

43 fide dignorum † libris assueta solemnitate confectis, in paruis saltem quantitatibus, partitisvè minutis (quasi hoc tacito partium mandato, & conuentione, officiique necessitate faciant) in ipsorummet fauore esse credendum, affirmant Bald. *in l. vnic. num. 6. vers. Quid vero est in codicibus, C. de confess.* Ias. *in l. Admonendi, num. 126. D. de iure iur. & ibid.* Corras. *num. 64. &* Rip. *num. 195, vers. Et tamen,* Bart. *hic,* Deci. *in l. 1. num. 4. C. de edend.* Abb. *in cap. Bonæ, 2. num. 30. de postul. Prælat.* Felin. *in cap. 2. sub num. 25. vers. Fallit quarto, de fide instrum.* Matthes. *singul. 79. incip. Nota doctrinam mirabilem, ad fin.* Mascard. *dict. conclus. 976. numero 10. & 13.* Sigismund. Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 129. 130 & 131.* Mari. Anton. Macerat. *variar. resolut. lib. 2. resolut. 6. num. 16.* Fulu. Pacian. *de probation. lib. 1. cap. 63. num. 20.* Nicol. Genuens *de script. lib. 4. titul. An liber rationum mercatoris pro scribente regulariter fidem faciat. num. 11. 12. & 13. pag. mihi 240.* Adrian. Negusant. *respons. siue disput. 413. num. 1. & 2.* Ioan. Dominic. Gait. *tract. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 85. & seqq.*

44 Quinimo & in maioribus † quoque summis, Mercatoris fide, legalitate, verisimilitudine, solemnitateque in libri confectione necessaria existente, data, & recepta, tempus, & causam continentis; integram esse, ad Mercatoris etiam commodum, fidem; eximiæ authoritatis Doctoribus placuit. *Corneo cons. 81. num. 9. lib. 4.* Castrens. *cons. 301. incip. Ad benè examinandum, nu. 4. lib. 1. Caranit. cons. 275. num. 8. & seqq.* Roland. à Valle, *cons. 92. num. 6. lib. 3.* Fulu. Paccian. *dict. cap. 36. num. 19 & seqq.* Nicol. Gen. *dict. loco, num. 14. & 15.* Petr. Surd. *decis. 105. num. 5. decis. 199. num. 11.* & plenè *cons. 543. per tot. lib. 4.* Stephan Gratian. *discept. forens. lib. 1. cap. 171. num. 1.* Adrian. Negusant. *dict. respons. 413. num. 8. 9. 10. 11. & 12.* Etiam extra Mercatorum curiam, omnique statuto, consuetudine, & priuilegio circumscripto, id verum credere addens, Strach *de mercatur. 2. part. numero 64.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 91. numero 17. & 18. & casu 93. numero 1* an Iudicantis saltem arbitrio, ex adminiculis tunc fidem *numero 2.* reponens, Dominic. Gait. *dict. capit. 2 titul. 3. numero 127. & 130.* Camil. Borrel. *in summ. decis. part. 2. titul. 22. De libris, & illorum fide, num. 61. & 62.* Apud quos librorum conficiendorum qualitates, † vt fidem mereantur, inuenies; eas- 45
que nouissimè fuit prosequutus Gait. *dict. loco à num. 153. cum multis seqq.* quas & obiter præcedentibus numeris designamus. Estque apud Nos in librorum confectione præfiniens modum, *l. 10. titul. 18. lib. 5. nouæ Reg. collect.* Librisque sic confectis, si consuetudo induxerit, † vt 46
fides etiam pro eis habeatur, obtinere, est indubium, traduntque plenè Mandel. *consil. 95. per tot.* Didac. Couar. *practic. cap 21 numero 8. vers. Quandoque tamen,* Francis. Viui. *commun. opin. 309.* Escob. *de ratiocin. capit. 11. numero 14.* Flamin. Chartar. *decis. 117. numero 3.* Paul. Fusc. *singul. 21. lit. L.* Gait. *vbi. supr. numero 89. & seqq.* & Menoch. Mascard. Bursat. Turret. Roland. Scacc. aliisque relatis, Camil. Borrel. *dict. 2. part. summ. decis. tit. 22. numero 41. & seqq.*

Quodque maius est, non solum fidem Mercatorum libris, in eorum fauorem induci con- 47
suetudine posse; sed vt & vim publici instrumenti † cum hypotheca habeant, executionemque mereantur, tradente sic Stephan. Gratian. *dict. discept. 171. num. 2. & 3.* ex Socin. Crauet. & aliis præcipuè *Surd. decis. 312. num. 3.*

VTRVM PEREGRINI, & Aduenæ Miserabiles sint personæ? Legis nostræ vnicæ priuilegio, donati sint? quibusque aliis?

SVMMARIVM.

1 *Negatiua pars proponitur,* & n. seqq. vsque ad 6.
Inde affirmatiua defenditur.
Omnes in terra peregrinamur, vitaque nostra peregrinatio dicitur, ibid. & num. 24.

2 *Peregrinatio actiuis sumpta, cum de vno ad alterum vagamur, an miseram conditionem inducat?* & num. 25.

3 *Peregrinus estò quòd aliqua ratione miserabilis dici possit, an fori priuilegio ea ratione vtatur?* & num. 26.

4 *An quibuslibet fortunæ iniuria miseris fori priuilegium concedatur?*
Dictio Alius, est repetitiua similium, eandemque cum præcedentibus naturam requirit, ibi.

5 *Via fraudibus præcludenda.*

7 *Peregrini, & Aduenæ pupillis, & viduis æquiparantur, eademque in vtrisque miserendi ratio*, & num.seq.
8 *Ordo literæ attendi debet.*
9 *Vbi eadem est ratio, idem existit ius, non extensiuè tantum, sed comprehensiuè*, & num.seq.
11 *Pauperibus eligendi forum ius competit.*
Pauperes, & Peregrini æquiparantur, ibi.
12 *Similis, & vniformis prouisio eandem rationem subesse demonstrat. Et æquiparata parem exigunt dispositionem.*
13 *Viduis & pupillis, miserationis prætextu, fori Ecclesiastici electio datur.*
14 *Peregrinis quoque & Aduenis, eadem ipsa ratione, eorum Cura Ecclesiasticis iudicibus, & Sacerdotibus imposita*, & num.seq.
16 *Peregrinorum, & Aduenarum causæ, vt miserabilium, summariè tractari, breuiterque expediri debent*, & num.40.
17 *Exulibus, deportatis, aut relegatis Aduenæ, & Peregrini comparantur.*
18 *Exulis, & Peregrini denominatio, siue diffinitio, & an & quatenus differant?* & n.19. & seq.
Quique Peregrini *nomine comprehendantur?* num.31.
20 *Peregrini conditio, quam deportati deterior*, & num.22.
Appolides, *quis dicatur?* ibid.
21 *Romæ Peregrinus pro Ciue se gerens, fiebat peregrinitatis reus.*
22 *Peregrinitate potius, quam deportatione honor perditur.*
24 *Argumenta contraria diluuntur*, & n.seqq.
27 *Peregrini Diuino, & humano iure commendantur.*
28 *Peregrinis ius testandi (contraria damnata consuetudine) datur; pœnis aduersus eos, qui testari peregrinos vetant, impositis.*
29 *Ægrotantium, & morientium (si humanum sensum attendamus) miseranda conditio; miserior vero, morientis, & Aduenæ simul.*
Mors vltimum terribilium, vltra quod nihil habent iratæ leges, nec sæuissimi domini, ibid.
30 *Afflictio non est danda afflictis.*
31 *Peregrinis deuotionis causa; aliavè ratione, an testandi solemnitas sit remissa? Coramque duobus testibus eorum valeat testamentum?* & num.33.
Intellectus authent. Omnes Peregrini, C. commun.de success. & legis 30.tit. 1.part. 6. *ibid.*
Nominis diuersitas, diuersitatem rei denotat, ibid.
Dictio & *inter diuersa ponitur*.ibi.
32 *Quibus testibus, vbi eorum copia, & tabellionis non datur, fieri hodiè testamentum possit?* & seq.
34 *Peregrini, in ciuili, saltem causa, pro represaliis capi nequeunt, iusque reuocandi domum habent.*
35 *Ad Peregrinorum hospitalitatem Ciues excommunicatione compelli possunt.*
36 *Stabulariis, & cauponibus hospites recipiendi obligatio imponitur, iusta excusationis causa non apparente.*
37 *Domum suam quis locare, non compellitur, neque ad perfectionis opus, bonorumque regulariter suorum erogationem.*
38 *Aduersus nautas, caupones, & stabularios pro rebus, quas apud eos ablatas Peregrinus cõqueritur; an illius credatur iuramẽto?*
39 *Contra eos, qui naufragorum res ad peregrinum portum appellentium, subtrahunt, qualiter sæuiant leges?*
40 *Naufragorum causæ summariè, vt miserabilium, tractantur.*
41 *Vestitum, & ornatum Clericorum iura præfiniunt, pœnas in eorum transgressores statuentia.*
Intellege vt num. seq.
43 *Comam nutrirè, aut relaxare, Clericis excommunicationis pœna interdicitur.*
Limitatur in peregrè abeunte, num.seq.
45 *Tabernarum ingressus Clericis prohibitus, peregrinantibus est permissus.*
46 *Aduena per excommunicatorum terram trãsiens, ab excommunicatis emere necessaria. vel si pecuniis, quibus illa emat, careat? eleemosynæ loco ea ab illis accipere potest.*
47 *Peregrinus qui casu cum hæretico, vel excommunicato in caupona, aut alibi reperitur, absque excommunicationis metu eadem mensa, suis sumptibus proprior cibos comedere potest.*
48 *Cum excommunicato in eadem mensa vesci, vel in eodem lecto dormire, prohibitum regulariter existit*, num.seq.
50 *Peregrino cui vnum, & eundem lectum cum excommunicato in hospitio assignari casu accidit, eodem lecto vti an citra peccatum liceat?*
51 *Viatori equum suum in alieno agro ad refectionem pabulare, speciali iure concessum; aliis est denegatum.*
52 *Vuas in aliena vinea comedere, non etiam exportare viator potest, neque statutum id valet prohibere.*
53 *Lex, vel statutum loci, aut territorij proprij, an peregrinos obliget? vel exeuntes de loco vbi festum, ieiuniumvè seruatur, si ad alium perueniant, in quo non ita seruetur; ab eius obseruantia liberi existant?*
54 *In sua quisque patria, Ciuitate, aut Prouincia (sacrilegij scelere immunis, vltronea Principis indulgentia non accidente) Magistratum petere, aut gerere nequit. Id quod multum rationi congruens multorumque nationum moribus comprobatur*, ibi. & n.56.
Ampliatur num.55,

QVÆSTIO XV.

NON esse verè miserabiles † peregrinos, & 1 Aduenas; neque *legis* nostræ *vnicæ, C.quan. Imper. inter pupill. & vid. priuilegio* frui, vt aduersarios ad principis tribunal in prima causæ cognitione trahere possint; trahi vero ipsi inuiti nequeant, multa suadent.

Primo, quia lex nostra vnica singulare ius constituit, ab vniuersalibus Iuris regulis deuium, vni, aut alteri specialis miseræ conditionis ratione concessum; peregrinis, per consequens, non minùs, quam omnibus in communi hominibus denegatum: cum omnes peregrinemur in

in terra, dicente *Psalmist. Psalm. 38. ne sileas; quoniam ad.ena ego sum, apud te, & Peregrinus, sicut omnes patres mei.* & Psalm. 118. *Incola ego sum in terra, &c.* D. Paulo ad Hebr. 11. *Et confitentes, quoniam Peregrini, & hospites sunt super terram.* Et epistol. 2. ad Corint. cap. 5. *Scientes, quia dum sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino.* D. Petro epistol. 1. cap. 2. *Charissimi obsecro vos, tanquam aduenas; & Peregrinos, &c.* Peregrinatio inde humana vita merito appellatur, Genes. *cap. 47. Dies peregrinationis meæ, centum triginta annorum sunt, parui, & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* Sic D. Augustin. *confession. lib. 11. cap. 2.* vitam hanc peregrinationem dicit similiter Senec. *de remed. fortuitor. Peregrinatio est vita,* inquit.

Secundò, quia nec arctius peregrinatio sumpta,
2 † cum de vno ad alium locum, vel regionem vagamur, specialem miseriæ rationem inducit, cum potius vt illam vitemus, oblectamenti, deuotionis, discendi, vel noua videndi causa sæpè vagemur, peregrinationemque ineamus libenter, vt prosequitur eruditè Petr. Gregor. *syntagmat. iur. vniuersit. lib. 31. cap. 6. numero 3. & seqq.* multoque ante. Senec. *de tranquillitat. anim. cap. 2. post med.* quod miseræ conditioni sua natura repugnat, consequenterque efficit, ne *legis* nostræ *vnicæ* priuilegio locum peregrinatio faciat. Namque si *(vt Ciceron. Tuscul. 5. ait) abesse à patria miserum est: plenæ miserorum Prouinciæ sunt.*

3 Tertiò, † quia esto aliqua ratione Peregrinus miserabilis dici possit: non tamen eam peregrinatio, voluntaria saltem, sic inducit, vt eo fauore dignum Peregrinum reddat: cum illud solum fortunæ iniuria miserabilibus *dicta lex vnica* concedat: neque ei qui se in necessitate posuit, leges faueant, iuxta notata à *nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæstion. 54. numero primo &*
4 *seqq.*

Quartò, † quia non quibuslibet, fortunæ etiam iniuria miseris id *præfata lex* tribuit; sed simili qua pupilli, viduæ, diuturnovè morbo fatigati laborantibus, ac pressis. Non obscurè id eius verba monstrant: *Quod si pupilli, vel viduæ, aliique fortunæ iniuria miserabiles, &c.* Illud siquidem verbum *aliis*, repetitiuum esse similium, eandemque cum præcedentibus naturam requirere, nec ad alia diuersæ, dissimilisvè extendi, multis probamus, *de priuileg. pauper. quæst. 7. num. 14. & qu. 9. num. 22.*

5 Quintò, † quia via fraudibus aperiretur; quam præcludendam iura clamitant *in l. in fundo, 38. D. de rei vendic.* cum aliis, de quibus *nos in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. F. num. 165.* Facilè namque voluntaria, imò & voluptuosa peregrinatio, vagabundaque detestanda conditio assequeretur, quod laboriosæ, & Reipublicæ vtili denegatur.

6 Valida nihilhominus Doctorum manus Peregrinis, vt miserabilibus fori electionem † competere, primumque posse iudicem habere Senatum, firmat nempè Butr. *in cap. significantibus, numero vigesimo-secundo, de offic. deleg.* Socin. *sen. in cap. Cùm sit generale, numero 25. de foro compet.* Petr. Rebuff. *ad constit. Gallic. titul. de sentent. prouision. artic. 3. glos. vlt. vers. Item peregrini,* Bellug *in specul. Princip. rubr. 23. numero 10.* Mart. *de iurisdict. part. 2, capit. 21. numero 5.* Prosp. Carauit. *in ritib. magn. Cur. ritu 233.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro 2. casu 66 numero vigesimo primo*, his aliisque relatis, Ioan Mar. Nouar. *in praxi electión. & variation. for. section. 1. quæst. 22. numero 1* Francisc. Carrasc. *de casib. Cur. numero 58.* Moti omnes misera (vt diximus) peregrinitatis conditione, quam ab illis nudam, quasique expositam assertionem vestiemus, fouebimus, ad virilitatem vsque validumque robur perducentes pariter diluentes opposita.

Eam igitur in primis pupillorum, ac viduarum (quibus *lex* nostra *vnica* ius illud nominatim concedit) cum Aduenis, † & Peregrinis similitudo, & æquiparatio (velut in quibus eadem miserendi ratio adest) confirmat. 7
Æquiparationem vero, vniformemque inter pupillos, viduas, Peregrinos, & Aduenas prouisionem diuinum ius constituit. *Deuteronom. cap. 24. Non peruertes iudicium aduenæ, & pupill.*; *nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum.* & paulò inferiùs: *Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris: non reuerteris vt tollas illum; sed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris.* Et iterum: *Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remeantes racemos; sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ.*

Imò si ordinem litteræ attendamus (vt attendi debere † monstrant Iulianus *in l. Quoties, 41. D. de vsufruct.* Papinian. *in l. hæredes mei, 57. paragrapho Peto, D. ad S. C. Trebel.* & *in l. generaliter, 24. paragrapho quis ergo, D. de fideicommiss. libert.* cum adductis à *nobis in Axiomatib. & loc. commun. iur. lit. O. numero trigesimo-quarto, & seqq.*) aduenas, & peregrinos, pupillis, viduisque præferendos, ex præcitatis locis dicendum foret. 8
Eadem igitur saltem in aduenis, & peregrinis, quæ in pupillis, ac viduis pietatis, & commiserationis ratione existente: idem in verisque ius † pietatis quoque prætextu videri concessum; vulgaris dictat regula *legis illud, 32. D. ad l. Aquil. l. Nauta, 5. §. fin. D. naut. caup. & stabul. legis à Titio, 108 D. de verbor. oblig.* & aliarum, quas *in Axiomatib. iuris, lit. R. numero decimo-quarto,* adiecimus. Vbi *num. 16* id non tam extensiuè, † quàm comprehensiuè accidere, multorum auctoritate roboramus, & proxima iura probant. 9
Viduis ergò, & pupillis intuitu pietatis, eligendi Principis forum in prima causæ discutione facultatem concessam, peregrinis datam videri, rationis paritas exigit. Pauperum etiam (quos † hoc iure vti, iam suo aduertimus loco) cum aduenis, & peregrinis æquiparatio, à diuinis sæpè litteris facta. Quarum duplici confirmatione, sumpta, à longiori abstinebimus. Prima pauperes, & aduenas iungit, paresque facit: Secunda, viduas, & pupillos cum pauperibus, & aduenis miscet, eis vniformi prouisione consulens. Sic enim *Leuitic. cap. 23.* Dominus præcipit: *Nec remanentes spicas colligens, sed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas.* Et Zachar. cap. 7. *iudicium verum iudicate, & misericordiam, & miserationis facite, vnusquisque cum fratre suo; & viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari.* 10

Quorum cumulatio, similis, & vniformis prouisio, † eandem inesse fauoris, & pietatis causam demonstrat, & æquale inter eos iudicium (vbi præsertim à pietate vires, vt in præsenti sumit) 11

proferendum. Cùm non dissimiliter æquiparati sint censendi; sed eadem illorum esse dispositio debeat, ex *leg.1. Digestis delegat.1.* & latè congestis à *nobis in Axiomatib.iur. lit. A. numero* 180.

Propositus quoque arguendi modus à *text. in cap. Super quibusdam, 26. in fin. de verbor.signific. in cap. 1. de empt. & vendit. in cap. Romipetas, 23. & in cap. illi qui, 25. in ordine 24. quæst. 3.* dicta assertio mutuet firmitatem. Qua enim
13 miseræ conditionis ratione, † viduis, ac pupillis, *textus in dict. cap. super quibusdam,* fori Ecclesiastici electionem concessit: eadem *text. in dict.*
14 *capite primo.* cæterique relati aduenis, † & peregrinis indulsere, illorum curam Ecclesiasticis iudicibus commendantes. De Ecclesiastico ideo foro esse, eórumque causas, dixere Specul. *in tit. de compet. iudic. adit. §. 1. numero 27. vers. Vicessimus octauus,* Petr. Rebuff. *de priuileg. scholastic. priuileg. 129. nu. 4.* Cardin. Dominic. Tusch *prasticar. conclus. lit. P. conclus. 276. numer. 2. & conclus. 277. numero 4.* Quod & *Plato* † sua-
15 serat, *de legib. dialog. 12.* exterorum, & pegrinorum, vtque illæsi seruarentur Sacerdotibus curam imponens.

Vt miserabilium ideo peregrinorum summa-
16 riè † causas pertractandas, affirmat Ioan. Mar. Nouar. *in praxi election. & variation. for. sect. 1. quæst. 22. numero secundo.* citatis Caiauit. *ritu* 234. Rouit. *in pragmat. 1. de offic.* Baiul. & Caball. *in Milleloq. 697. vers. 3. in fin.* Namque vt breuius eorum expendirentur causæ, præcipuus fuit olim constitutus Iudex, Peregrinus Prætor appellatus *in l. 2. §. post aliquot, D. de orig. iur.* text. quæ optim. *in l. 31. tit. 2. part. 6.* vbi notat Gregor Lop. *verb. Luego.*

Exulum denique, deportatorum, aut relegatorum (si vocum discrimini non hæreat) cum
17 aduenis, † & Peregrinis comparatio, & vtrorumque miseranda conditio hanc validiorem partem reddit. *Exulum* namque quemadmodum, quis miseram non negabit conditionem, miserrimamque fatebitur, & eos *legis* nostræ *vnicæ*, forique prilegio dignos: sic & Peregrinos fateatur necesse est. Siquidem (si *Nonio Marcello*, & *Festo.* cre-
18 dumus) *Exul* dicitur, † *qui extra solum proprium positus est.* Neque aliud *Exilium* quam *loci mutatio,* sententia *Senecæ, de consol. ad Aluiam matrem, cap. 6.* Peregrinum verò, *aliunde hospitem,* dixit Nouar. *præfata quæst. 22. numero tertio.* & à patria sua absentem, *Ambrosius Calepinus verb. Peregrinus,* Merito inde, quisquis ille:

Exilium patitur, qui se patriæ denegat.

19 Quòd si nomine, aut causa ab exulibus peregrini differant: † natura conuenire, *Ciceronis* verba *Tusculanarum* 5. ostendunt: *Iam vero Exilium (si rerum naturam, non ignominiam nominis quæramus) quantum demum a perpetua peregrinatione differt?* Ideo apud *Dyonem Cassium, histor. Roman. lib.* 38. Exilium, *peregrinationem quandam, cum ignominia iunctam,* esse *Philiscus* definiuit.

Et si ius nostrum perscrutamur, à peregrinis
20 ad exules, ac deportatos æquiparationem † inueniemus: nec modò natura (vt diximus) pares: sed pœna quoque, & ignominia. *Titi Ælij Antonini Imperatoris* decretum in *leg. 1. C. de heredib. instit.* veritatem pandat: *qui deportantur* (ait) *si hæredes scribantur; tanquam Peregrini capere non possunt.* Quod quidem non æquiparationem prædictam solum; sed deteriorem etiam, quam deportati peregrini conditionem ostendit; dum deportatos ad acquirendum ex testamento in habiles, peregrinis æquat; non peregrinis deportatos. Testamentique factionem deportatos, non tam quia deportati; quàm quia peregrini per deportationem facti sint, non habere; non obscurè Vlpian. *in l. 1. §. ij quibus, D. delegat. 3.* inquiens: *ij, quibus aqua, & igni, interdictum est, idest, deportati, fideicommissum relinquere non possunt; quia nec testamenti faciendi ius habent, cũ sint Appolides.* Hoc est *sine Ciuitate,* vt notat. Martian. *in l. quidam sunt, 17. D. de pœn.* & Accurs. *in ead. l. 1. verb. Appolides.* Idemque insinuat Paul. *in l. 1. vers. quicumque, D. ad leg. Falcid.* & tradunt Ferdinand. Vazq. Mench. *de success. progres. lib. 1. §. 1. num. 124. & seq.* & Mart. *in summ. success. legal. 3. part. quæst. 14. art. 6. numero decimo & seq.* & *quæst. 15. artic. 1. numero primo & seqq.* in voluntariis quoque peregrinis, & aduenis indistinctè id firmans, transcripsitque *parte 4. quæst. 1. art. 5. numero 46. & seq.* circa quod etiam infrà, *n.* 28.

Proinde, si quis Romæ Peregrinus, pro Ciue se gessisset, † fiebat, peregrinitatis reus, vt pro-
dit Annæ. Robert. *rer. iudicatar. lib. 4. cap. 11.* 21
Ciuitatemque Romanam vsurpantes in Campo Esquilino Claud. Cas. securi percussit, vt *in eius vita Sueton. Tranq.* refert.

Perque peregrinitatem potius, quam per deportationem, † honore amitti, *Vlpiani* verba, à
contrario sensu probant, *in l. Sed si hac, 10. §. Sed* 22
si per pœnam, D. de in ius voc. quæ sunt: *Sed si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus; putat Pomponius, enim amisisse honorem.*

Etsi igitur à Peregrinis exulum, † deportato- 23
rumvè pœnam subtrahamus; miseram vero conditionem quam peregrinitati natura ipsa indidit, abstrahi nequit, quæ peregrinos cum exulibus (vt probauimus) facit æquales. Quæ quidem, cæteræque iam perpensæ rationes, (nuncque perhortescentiæ addita, quæ huic maximè iuri aditum patefecit, naturaliter enim incolarum Peregrini potentiam perhorrescunt) & miseros Peregrinos esse confirmant, & *legis* nostræ *vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* forique priuilegio dignos. Quibus argumenta contraria cedunt.

Primum, † quia etsi omnes dum viuimus
à cœlesti patria peregrinemur; non circa eam 24
peregrinitatem, sed terrenam disputatio nostra versatur, dumque à patria sua longè absens, qui existit, vel trahitur, vel trahit ipse alios in iudicium.

Secundum, † quia quantumuis peregrinatio
oblectamenti causa suscepta sit: non eius à natu- 25
ra inditam illi conditionem tollit. Si præsertim longè à propriis laribus, neque intra prouinciæ fines contingat.

Tertium, † quia qualitercumque misera super-
ueniat conditio, non affectata quidem, neque 26
ad casum præordinata, (vt sæpè diximus) hunc adipiscitur fauorem: neque interest, à voluntario, necessariovè prouenerit, actu, iuxta dicta à *nobis de priuileg. pauper. part. 1. qu. 54.* præcipuè *numer. 22.*

Quartum præterea dictis *suprà numero 7.*

Ꝑ

& seqq. æquiparationem hac in re, pupillorum, viduarum, pauperum, & exulum cum peregrinis facientibus, solutionem recipit.

Hæc si, vel conueniatur, aut vulnere, iniuriavè affectus peregrinus ipse conueniat. Si namque vt debitum, aut ius consequeretur, aduersarij forum à suo (longè quoque distans) petierit; & tanquam peregrinus eandem causam ad principis tribunal in eius prima cognitione deferri postularet; indubie pateretur repulsam, ex dictis *supra quæst.* 11. præcipuè, *numero* 16. *vers. miserum itaque*, *numero* 24. & 25. & contrariorum argumentorum primi, & quinti ratione, in hoc casu vrgenti Ex quibus respõsio eisdem datur.

27 Alia deinde peregrinis, & aduenis priuilegia concessa extant, quippè diuino † & humano iure commendatis, *Exod.* 22. *Aduenam non contristabis, neque affliges eum*, & cap. 23. *Peregrino molestus non eris*. Leuitic. 19 *Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos; non exprobetis ei: sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eos, quasi vos metipsos.* Deuteronom. 10. *Quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, qui personam non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo, & viduæ, amat Peregrinum, & dat ei victum, atque vestitum. Et vos ergo amate Peregrinos* cap. 11. *Peregrino, qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei.* & *cap.* 24. aliisque iam citatis. Christusque Dominus noster se aduenam, & hospitem dicit *Matth.* 25. *Hospes eram, collegistis me*, & inferiùs: *Hospes eram, & non collegistis me.* Et alibi sæpè hospitalitas commendatur, Isai. *capit.* 8 Lucæ 14. *ad Roman.* 12. *cap.* 13. à sancto etiam *Tridentino Concilio, sess.* 25. *de reform. capit.* 8. & prosequitur *Augustin. Barbos.* in suo *Pastorali, titul.* 2. *glos.* 9. *a numero* 1. cuius amatores eximium tulere præmium, vt mult s confirmat *Ioan. Maior in speculo exemplor. verb. Hospitalitas*, præcipuè *exempl.* 4 & 6. Iouemque hospitalem gentilitas finxit, in cuius tutelam aduenas, & hospites esse credebantur. *Virgil.* 1. *Æneid.*

> *Iupiter hospitibus nam se dare iura loquuntur, &c.*

Multa in Hospitalitatis commendationem, & laudem (qua solet facundia, elegantia, & eruditione) enarrat D. Ioan. à Solorzano *de Indiarum iure, libro* . *capit.* 20. *numero* 38. & *sequentibus*, post hæc scripta visus. *Germanis ius hospitum sanctissimum erat, hospitiisque ita enixè indulgebant, vt quemquam hospitum cum quo mensa fuisset communis, & sacrificia arcere tecto, aut aduersari, nefas ducerent. Idem apud Lucanos, quibus lege cauebatur; vt si quis Sole occaso, diuertentes hospites notos, ignotosque domo excipere teneretur, multamque eo nomine pendere co geretur. Calabres quoque hospites comi hospitio benignè inuitabant, pyra illis affatim apponendo Alexand. ab Alexand.* (cuius proxima sunt) tradit, *Diel genial. libro* 4. *c* 10. & in eius annotationibus similes aliarum nationum mores circa hospitalitatem *Andr. Tiraquel.* enarrat, grauiusque apud Celtas Peregrinum, quam Ciuem Occidentem puniri. *Sunt & apud Indos statuti Principes, qui iniurias ab aduenis prohibeant. Si qui eorum infirmantur, conductis medicinis curant; defunctosque sepeliunt, eorum pecunia proximioribus tradita*, veluti *rerum antiquar. lib.* 3. *Diodor. Sicul.* prodit apud nos (præter iura *suprà numero* 14. & 15. relata, quæ peregrinis consulunt, infraque referenda, ad hospitalitatem compellentia Ciues) aliæ extant *libr.* 1. *titul.* 12. *noua reg. collection. De los Romeros, Peregrinos, y Pobres*, & antiquior *lex* 31. & 32. *titul.* 2. *part.* 6. *authentica omnes peregrinos, C. commun. de succession.* Dispositionem confirmantes, liberam pe-

28 regrinis † ægrotantibus testandi facultatem, de suisque bonis disponendi concedentes, & meritas impedientibus imponentes pœnas, contraria damnata consuetudine, quæ ex Atheniensium Republica, ad Romanam migrarat; quæque peregrini intestati mortui hæreditatem apud quem decessarat hospici applicabat. Cuius meminit *Anna. Robert. rerum iudicatarum, libr.* 4. *capit.* 13. captandæque hæreditatis gratia (humanitatis immemor hospes) peregrinum testamentum concedere non patiebatur. Quam quidem immanitatem, similitudine supplicij præfatæ leges rectissimè coërcent, intestabiles eos, qui peregrinis quominus testamenta liberè condant, impedimento sunt, reddentes. Satis enim, superque miseranda

29 per se ægrotantium, † & morientium, in propriis etiam laribus conditio, si humanum attendamus sensum; cum vltimum terribilium mors dicatur, *Vltra quod* (vt Seneca ait, in tract. quod in sapientem non cadit iniuria) *nihil habent iratæ leges; ac sæuissimi domini, quod minentur: in quo imperium suum fortuna consumit.* Multoque acerbior, & morientis, & aduenæ simul. Cui.

> *Non qui soletur, non qui labentia tarde*
> *Tempora narrando fallat, amicus adest.*

vt *Trist. lib.* 3. *eleg.* 3. *Ouid.* inquit, paucisque interiectis:

> *Nec mea consueto languescent corpora lecto,*
> *Depositum nec me qui fleat vllus erit.*
> *Nec dominæ lacrimis in nostra cadentibus ora*
> *Accedant animæ tempora parua meæ.*
> *Nec mandata dabo, nec cum clamore supremo*
> *Languentes oculos claudet amica manus.*

vtque Marc. Aneo Senec. *controuersiar. lib.* 2. *controuers.* 4. *Potest*, inquit, *conualescere, si viderit penates suos: mitiùs quidem morietur, in paterno*

30 *solo suo.* Quin acerbitas illi, † afflictoque addatur, contra humanitatis, iurisque regulam, traditam, & ornatam à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *part. qu.* 17. *numero* 40. & *in Axiomatib. iur. lit. A. numero* 194.

31 Nec modo liberam testandi, & de bonis suis disponendi facultatem peregrinis infirmis dicta authentica concessam; sed etiam † testandi solemnitatem remissam, coramque duobus testibus eorum testamentum valere; non mediocris existimationis Doctores putarunt suntque professi Angel. *in ead. auth. omnes peregrinos*, *numero* 2. Castrens. *in l. Nutritoribus, C. eod. titul. commun. de succes. num.* 4. Alexand. *in l. fin. numero* 6. *C. de testam.* & *ibid.* Ias. *numero* 9. Tob. Non. *in §. Sed hæc quidem, num.* 4. *vers. Decimo tertio, instit. de testam.* Guil. Benedict. in *repet. cap.* Raynuncius, *verb. Testamentum* 1. *numero decimo-sexto, de testam.* Nicol Boër. *decis.* 223. *numero septimo col.* 4. Dilect. Duran. *de testand. cautel.* 6. *num.* 3. *pag. mihi* 114. *tomo* 8. *tract. Doctor. part.* 1. Etsi quidam

quidam ex his assertionem hanc, pluribus testibus testamenti facti tempore non repertis; alij, in peregrinis deuotionis causa intelligant: vtramque etiam qualitatem desiderent alij. Re tamen vera, aut sententiæ *Glossæ in dict. auth. omnes peregrinos, verb. liberam*, acquiescamus necesse est (liberam testandi facultatem, verbumque *liberam*, interpretantis: *Dummodo secundum ius testentur commune*) quam sequuntur multi à *Tello Ferdin.* adducti, & probati *in l.3. Tauri, part.1. numero 9. vers. Contrarium*, & à *Mier. de maioratib. quæst. 1. num. 152.* aut si liberam illam facultatem à *dicta auth.* testandi peregrinis concessam & à *l.30. titul. 1. part.6.* dicente: *Aya libre poder, &c.* ad solemnitatis testamentorum remissionem, cum suprà citatis, referamus: tam in peregrinis deuotionis causa, quàm alia ratione intelligendum sequitur. Ad id enim, non tam comparatio à militibus ad peregrinos ab ipsis factam: qua legum verba, & in quibusvis peregrinis miseranda conditio mouet. Vtrosque autem peregrinos, prædicta indulgentia contineri, dictæ authenticæ, Regiæque legis verba apertè demonstrant. Illa enim peregrinos, & aduenas speciatim nominat; hæc separatim vtrosque appellat, initium faciens: *Enfermam a las vezes los Peregrinos, è los Romeros.* Quid clariùs, & ex nominum diuersitate, per *l. si idem, 7. C. de codicil.* adductaque à *nobis in Axiomatib. iur. lit. D. numer. 167.* & natura dictionis, & inter diuersa apponi solitæ, vt *in tractat. de priuileg. pauper. quæst. 1. numero 17.* notamus pariter? Namque peregrinus, non tam qui deuotionis, quàm qui ratione qualibet peregre degit, à patriaque sua longè abest, dicitur, iuxta notata *suprà numero 18.* constatque, ex *Iustiniano Imperatore auth. vt differentes iud. &c. in princip. col.9.* & *toto tit. in decretal. de cleric. peregrin.* locisque *numero 1.* citatis. Tametsi Angel. *in dict. auth. omnes peregrinos*, & Gregor. Lopez. *in dict. l.30. tit.1. part.6. glos.1.* in peregrinis deuotionis causa, earum dispositionem intelligant, quæ nec illarum verbis, nec menti restrictio conuenit, vt peregrini denominatio ostendit, & quia repetita authentica non tam peregrinis deuotionis causa, quam omnibus peregre degentibus consuluit, prauam relatam Atheniensium consuetudinem tollens, cuius regia lex decretum confirmauit. *Angeli* ideò *Castrensis* repugnat iudicio in *dict. l. nutritoribus, numero 5. C. commun. de success.* deduciturque vel omnibus testamenti faciendi solemnitatem peregrinis remissam; vel nullis, adhærendumque *dictæ authent. omnes peregrinos Glossæ* opinioni proximè relatæ; cùm libera testandi facultas concessa, non tam formam, & solemnitatem; quàm potentiam, aduersus prauam consuetudinem ab incolis inductam, respicat.

32 In tabellionis autem, & testium carentiæ † casu, iam hodie omnibus indistinctè apud nos regia *lex. 1. titul 4. lib. 4. noua reg. collect.* prouidit, vt coram tribus (cæteris solemnitatibus remissis, si plurium non detur facultas) firmum
33 sit conditum testamentum. Duobus autem † (si plurium non adsit copia) à peregrinis factum, tenere, obseruat Greg. Lop. *in dict. l.30. glos.2. verb. Libre poder.*

Et eadem etiam *auth. omnes peregrinos*, pro
34 represaliis † peregrinos capi non posse, notant *ibid.* Angel. *n.1.* Bart *in tractat. de represal. quæst. 4. princip. numero 14. & 15.* Paul. Castrens. *in dict. l. Nutritoribus, numero 4.* Petr. Rebuff. *tractat. de priuileg. scholastic. priuileg. 150. numero 3.* in causa saltem ciuili, iusque reuocandi domum habere, tradit Angel. *conclus. 340. incip.* Magister Iacobus, *in princip.* & Cardin. Tusch. *practic. conclus. litera P. conclus. 276. numero primo.* 35

Possunt item Ciues † ad peregrinorum hospitalitatem excommunicatione compelli, dispositione *text. in cap. 1. §. Hinc etiam, 42. dist.* & sententia Glossæ *in dict. cap. 1. de emption. & vendit. verb. Hospitales.* Quam stabulariis, † & cauponibus necessitatem hospites recipiendi imponit *l. vnic. ad fin. D. furt. aduers. naut. caup. stabul.* in verbis illis: *Nec repellere potest iter agentes.* Nisi iusta excusationis causa existente, vt post *Bart.* & alios ibidem, notat Gregor. Lop. *in l.26. titul. 8. part. 5. glos. verb. de manera.* Nullamque tam validam excusationem, aut priuilegiatam immunitatem, quæ ab hospitis recipiendi munere liberet, *Hermogenianus* dixit, *in l. Sunt munera, D. de vacat. muner.* 36

Quamuis regulariter, † neque domum suam quisquam locare, neque ad perfectionis opus bonorumque suorum erogationem, cogatur inuitus. Primum, *in tractat. de priuileg. pauper. 1. part. quæst. 24. numero 2.* Secundum, *quæst. 34. n. 3. ibidem* expendimus, & ornamus. 37

An peregrini, seu viatores Sacramento † aduersus nautam, cauponem, vel stabularium, pro rebus quas apud eos sibi conqueritur subtractas, stetur: eximius practicus *Speculat. lib. 3. part. 4. titul. de furt. num. 15. & seqq.* tradit. Vbi non solum quando aduena res assignauit, & expressit: sed etiam cum eas non ostendit quæstiones proponit, & eruditè absoluit. Videndaque in id *l. 26. titul. 8. part. 5.* & *ibid.* Gregor. Lop. *glos. 5. verb. Sintestigos.* 38

In eos vero, qui naufragorum † res ad peregrinum portum appellentium, subtrahunt, qualiter leges sæuiant, licet videre *in l. 1. & toto titul. D. de incend. ruin. naufrag. in l. In eum, 18. & in l. Nauigia, sequenti, C. de furt.* & plenè Petr. Greg. *syntagmat. iur. vniuers. 3. part. lib. 37. cap. 3. per tot.* 39

Naufragorumque causas † (veluti miserabilium) summariè pertractandas, & dicta monstratura; & tradit *Marant. de ordin. iudic. 4. part. distinct. 9. num. 187.* in recentioribus impressionibus. 40

Vestitum, & ornatum Clericorum, † iura præfiniunt, pœnas simul contra aliter quam præscripta, assignataque forma se ornantes, *in cap. 1. & seqq. 21. quæst. 4.* qua tamen peregre abeuntes † non arctantur, *cap. Episcopi, 3.* in ordine, eadem causa, & quæst. 41 42

Cumque comam nutrire, aut laxare † sub excommunicationis pœna sit Clericis interdictum, *cap. si quis ex Clericis, 4. & cap. Clericus, 5. de vit. & honestat. Clericor.* Longo itinere † excusantur, vt Gloss. *in dict. cap. si quis ex Clericis, verb. Relaxauerit*, sentit, versus illos referens, quibus, ea ratione à Pontifice Clericus reprehensus; excusationem præstitit: 43 44

Tutius vt peterem laici sub imagine Romam;
Fas fuit vt sinerem luxuriare comam.

Tabernarum quoque ingressus † eisdem prohibitus, in peregrinatione existenti concessus, *in cap. Clerici, 4. in ord. 44. dist. Clerici* (textus inquit) 45

inquit) *edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.*

Aduenam etiam per excommunicatorum terram † transeuntem ab excommunicatis emere necessaria posse: sic *text. in cap. Quoniam multos,* 103. §. *Quicumque*, 11. *quæst.* 3. statuit: *Quicumque autem orator, siue peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum deuenerit, vbi non possit emere, vel non habeat vnde emat: ab excommunicatis accipiendi licentiam damus.* Similiter, & *text. in cap. Inter alia,* 31. §. *Illud autem, de sent. excommunic.* Quod si pecuniis, quibus ab excommunicatis necessaria emat, caret: ea eleemosynæ loco ab eisdem accipere posse, *ex d. cap. quoniam multos,* Doctores colligunt, aduertitque Anton. Ricciul. *in tractat. de iure personar. extra Eccles. Grem. existentium, lib.* 4. *c.* 53. *num.* 6.

46

Neque excommunicationem peregrinus incurrit, si casu † cum excommunicato, in caupona, vel alibi reperiatur, poteritque in eadem mensa, suis sumptibus de propriis comedere cibis, vt docet P. Thom. Sanch. *in præcept. dialog. lib.* 6. *capite* 31. *numero* 14. & Anton. Ricciul. *dicto tractatu & libro capite* 36. *numero* 16. *vers. Et comprobatur.*

47

48 Tametsi cum excommunicato in eadem mensa vesci sit prohibitum, *cap. Cum excommunicato,* 11. *quæst.* 3. *cap. Nuper,* 29. §. *In secunda, &* §. *In secundo, de sentent. excommun.* Francisc. Viu. *decis.* 99. *numero* 5. Anton. Ricciul. *d. loco n.* 14. *dino* quoque *Thom.* adducto, *in* 4. *sent. dist.* 18. *art.* 1. Sayr. *de censur. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. Auil. *eod. tractat. part.* 2. *cap.* 6. *disputat.* 9. *dub.* 11. Bonacos. *ipsomet tract. disput.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 2. *n.* 6. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *num.* 86.

49 Ita pariter quamuis cum excommunicato in eodem lecto † prohibeamur dormire (citra communionem, & familiaritatem fieri nequeat, Innocent. *in cap. Nuper, num.* 4. *de sentent. excommunic.* Abb. *in cap. Si verò, num.* 10. *eod. titul.* Anton. Ricciul. *vbi supr. numero* 17.) Peregrino tamen, † cui in hospitio vnum, & eundem lectum cum excommunicato casu accidit præfiniri citra peccatum licere eodem cum excommunicato lecto vti affirmat Suar. *tom.* 5. *disp.* 15. *sect.* 2. *n.* 7. eumque sequutus Anton. Ricciul. *repetito loco, n.* 18. cùm non id per societatis, coniunctionisvè modum fiat, quæ ad communicationem desideratur, vt prosequuntur iidem.

50

Viatori præterea equum suum in alieno agro † ad refectionem pabulare, speciali iure concessum: alijs denegatum obseruat Didac. Couar. *practicar. quæst. capit.* 37. *numero* 3. *vers. Octauo probatur, ex cap.* 1. §. *vlt. & ibi* Bald. *de pac. tenend. & eius violat.* Alberic. *in l. vlt. Cod. ad leg. aquil.* & Bartol. Cæpol. *de seruitut. iuris pascend. numero* 7. *&* 8. Vuasque † in alterius vinea comedere, non tamen exportare, ex diuina, & humana sanctione, Platonisque auctoritate confirmat ibidem. Neque statutum facultatem huiusmodi viatoribus tollens, validum esse, contrà iuris veluti diuini dispositionem asserit Petr. Surd. *de aliment. titul.* 8. *priuileg.* 29. *n.* 8. & Stephan. Gratian. (hæc prosequutus) *discept. forens. cap.* 80. *à n.* 16. *vsque ad* 21.

51

52

Vtrum autem lex, vel statutum loci, aut territorij proprij, † à quo viator abest, eum obliget? vel exeuntem de loco vbi festum, aut ieiunium seruatur, si ad alium perueniat, in quo non seruatur, ab eius obseruantia liberet, vel è conuersò pleniùs aliis, & recentiùs resoluit P. Layman. *de virtute, & statu religion. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 11. *per tot. & cap. seq.* aliqua. 53

In eo etiam peregrini, & aduenæ originariis, & incolas antecedunt; quod in sua quisque patria, † ciuitate, aut prouincia magistratum petere, aut gerere nequeat, sacrilegij scelere immunis, vltronea Principis indulgentia non præcedente, Imperatorum *Gratian. Valent. & Theodos.* decreto, *in leg. fin. Cod. de crimin. sacrileg.* cuius sunt verba: *Ne quis sine sacrilegij crimine desiderandum intelligat gerendæ, ac suscipiendæ administrationis officium, intrà eam prouinciam, in qua prouincialis, & ciuis habetur: nisi hoc cuiquam vltronea liberalitate, per diuinos afflatus Imperator indulgeat,* quod & prædixerat Vlpian. *in l. Si cui,* 38. *D. ex quib. caus. maior.* Regiaque in id ipsum iura statuunt, *in l.* 11. *tit.* 18. *part.* 1 à *dicta lege fin.* desumpta, & sic translata: *E aunsería como sacrilegio, si algun ome se entremetiesse de pedir, ou de ganar oficio de judgador, o otro qualquier, en aquella tierra onde es natural.* Et *in l.* 4. *titulo* 6. *lib.* 3. *noua Reg. collection.* quæ hanc eandem interdictionem ad iudicium Vicarios, Alguacellos, & Officiales extendit. Quam exornant Azebed. *ibi, numero* 3. 4. *&* 5. Auiles, *in cap. Prætor, cap.* 4. *glos.* 1. *verb. Tierra,* Auendann. *de exequend. mandat. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. *vers. Item iudex, & seqq.* Firmaruntque latè assertionem, & discussère materiam Andr. Alciat. *de præsumption. regul.* 1. *præsumpt.* 37. Ludouic. Gomez. *in regul. cancellar. de idiomat. pag. mihi* 111. & Petr. Cened. *canonic. quæst. cap.* 18. 54

Rationem præbet *text. in d. l.* 11. *Cà sospecha pueden auer, que queria mas este ayudar, a sus parientes, è desayudar a ios que mal qui fiesse, o tomar algo, que por parar bien la tierra; o dar a cada vno su derecho.*

Eandem (ne ad fiscale officium originarij euehantur) *Paul. lib.* 5. *sentent. tit. de iure fisc.* in hæc verba assignat: *in ea prouincia in qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur: ne aut gratiosus, aut calamniosus apud suos esse appareat.* Apud Gallos, *Philippi pulchri, & Caroli Quinti* (qui sapientis cognomen fuit adeptus) decretis anno 1304. & 1366. editis, non solum ita cautum extitit, tradente sic *Guill. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. & vxorem nomine Adelasiam, de testam. numero* 150. sed etiam plures originarios tunc temporis magistratus gerentes, ab eis depositos, cæterisque concessos ibid. *n. seq.* profitetur.

Quod quidem ab antiquioribus Legumlatoribus inueterata consuetudo originem traxit; Athenienses namque, in magistratibus demandandis, ciuib. anteferre Pereginos solere, testis est Ælian. *var. histor, lib.* 4. *cap.* Et ne quis cum imperio, ac potestate apud eam gentem esset, ex qua fuisset ortus, *Antonium Philosoph.* statuisse, *Dyon. in eius vita* scribit. Cretenses, ad gerenda Reipublicæ munia, peregrinos sæpè aduocasse, *Heraclid.* refert. eiusque consuetudinis immutatio, Atheniensib. ipsis, ac Lacedæmoniis exitio fuit, vt *Cornel. Tacit.* prodit, ex *Clody* oratione in senatu habita

habita *annal. lib.* 5. relata. *Quid aliud* (inquit) *exitio Lacedæmoniis, & Atheniensib. fuit (quamquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus, tantùm sapientia valuit; vt plerosque populos eodem die hostes, dein ciues habuerit. Aduenæ in nos regnauerunt. Libertinorum filiis magistratus mandari, non (vt plerique falluntur) recens sed prioris populo factitatum est.* Claudijque sententiam Senatum probasse referens idem *Cornel. Tacit.* Addit. *Orationem Principis sequuto Patrum consulto, primi Edui Senatorum in vrbe ius adepti sunt.* Cuius steterat obseruātiæ cultor *Iul. Cæsar*, adeo, vt illi id vitio versum, *in eius vita* literis mandauerit *Sueton. Tranquil.* vnde *Rutil.* Poeta Gallus (qui & Romæ Senator fuit) *Itinerar. lib.* 1.

Religiosè patet peregrinæ Curia laudi.
Nec putat externos, quos decet esse suos.
Ordinis imperio, collegarumque fruuntur.
Et partem genij, quam venerantur, habent.

& Casiodot. *var. lib.* 2. *Legit. Roma frequenter fasces de mœnibus Gallicanis: ne aut damno suo præcipua contemneret: aut probata virtus inhonorata cessaret.* Marcus Cato (Francisc. Petrach. de remed. vtriusque fortunæ, lib. 2. dialog. 5. ait) *plebeiæ vir originis, paruique opidi, diu quidem obscurus incola, post in maxima vrbe clarissimus aduena: mox ciuis eximius, & Consul, & Censor fuit.* Vbi & *Tarquinum Priscum* Romanorum Regem, patre negotiatore, & aduena, aliosque numerat *Traiani* Hispani (vt firmant Eutrop. *libro* 8. & Paul. Orosc. *histor. libro septimo, capite duodecimo.* & constat ex Claudiano *in laudes Serenæ Reginæ vxoris Stilliconis*, de Hispania dicente.

Tibi sæcula debent.
Troianum.

Etsi deterius Tudertina ciuitate ortum *in eius vita Aurel. Victor.* putet) Imperatoris sui Roma gloriabitur. Ne *septimum Seuerum* Afrum (vt *Spartian. in eius vita* prodit) aliosque exteros adducam, quos *ex Tiraquello de nobilitate, capite 4. numero 6. & sequentibus vsque ad* 11. congerere licet.

Quuinimò non ab ea modo prouincia, vel ciuitate regenda ex qua oriundus quis est, arcendum
55 eum, sed etiam in qua Larem † locauit, *Constant.* Imperator decreuit, *in l.* 3. *Cod. de diuers. offic. & appares. iudic. lib.* 12.

56 Quod Reipublicæ, † Exterorum, & incolarum vtilitatem continet. Reipublicæ, ne amor, odiumvè iustitiam præuertat: Exterorum, ne probata virtus inhonorata cesset, vt iam vtrumque diximus: Incolarum, quia apud exteros sæpè ipsi strenuiores, & amabiliores, quam apud suos se præbent, iuxta Dominicum illud *Lucæ* 4. *Quanta audiuimus facta in Capharnau, fac & hic in patria. Ait autem: Amen dico vobis: quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis; multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel. sub Eliseo Propheta: sed nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.*

VTRVM CAPTIVI sint personæ miserabiles? Legis nostræ vnicæ, C. quando Imperator inter pupil. & vid. priuilegio quibusque aliis vtantur.

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars defenditur, ac misera captiuorum conditio describitur,* & n. seqq.
2 *Seruitus ab humana conditione dissentit, eaque repugnante, introducta est.*
3 *Antiquiores leges, necis vitæque in seruos dominis potestatem dabant.*
4 *Apud multas nationes cùm Deos placatos esse volebant, captiuos immolabant.*
5 *Seruitus morti comparatur.*
6 *Miseris mors est solatium, vita supplicium.* & num. seq.
7 *Libertatem adimere non licet, cui etiam vitam adimere liceret.*
8 *Serui pro mortuis & nullis quoad ius ciuile reputantur.*
9 *Inter miserabiles primum serui locum tenent, ad labores & incommoda viui, ad fauores mortui.*
10 *Serui an legis nostræ vnicæ,* C. quando Imper. inter pupil. & vid. *fauoris capaces existant?* & n. seqq.
11 *Seruus cum in alterius potestate sit, suum nihil habere potest.*
12 *Seruis an iniuria fieri dicatur? habeantque pro ea vindictæ actionem?* & n. seq.
14 *Intellectus* text. in l. Labeo ait, 15. §. Prætor ait, 1. & 5. sequent. D. de iniur. & in lege secunda, D. de his qui sunt sui vel alien. iur.
16 *Ad libertatem quemadmodum proclamare seruus potest, in iudicioque contendere: sic & aduersarium suum ad Principem in causa ea in prima cognitione deferre.* & n. seq.
18 *Qui in libertatis possessione existens, in seruitutem reuocatur, ad Principem deferre causam potest.*
19 *Causæ grauitas, & magitudo locum casui curiæ facit.* & num. seq.
20 *Libertas inæstimabilis res est, cunctisque pretiosior aliis.*
21 *Cunctis quoque rebus fauorabilior.*
22 *Procurator captiui ante captiuitatem nominatus an agere, aut conueniri captiui nomine, de calumniaque iurare possit?* & num. seqq.
23 *Qui per se facere potest, an per alium faciat.* & n. 27.
24 *Seruitute, aut captiuitate, an finiatur mandatum,* & n. 28. & 29.
25 *A morte ciuili ad naturalem, an, & quando argumentum procedat?* & n. 28.
Pupilli captiuitate expirat tutela, d. n. 25.
26 *Status mutatione, an, & quando extinguatur mandatum,* & n. 29.
30 *Captiuus an constituere procuratorem possit?* & duob. seqq.
32 *Captiuus, an mandatum facultatemvè de suis bonis disponendi dare possit, esto quod testari non possit.*

33 Christiani

33 *Christiani à Sarracenis, Turcisvè capti, serui non sunt, neque Romanorum leges de seruis loquentes; in eis intelligendæ: fauoribus licet seruis concessis gaudeant.*
34 *A prædonibus capti, serui non fiunt.*
35 *Procurator generalis ad omnes res constitui potest.*
Captiui bonis procuratorem non habentis, curator dandus est. ibid.
36 *Curatori captiui bonis dato, eaque defendenti, fori competit priuilegium, & etiam captiuo reuerso curatori concessum priuilegium durat.*
37 *Et quid si curator hic agere, actiones aduersus alios mouere velit.*
Et an. & quando id ei liceat? & num. seqq.
40 *Impedito agere non currit tempus captiuis præcipuè quorum iura illæsa leges seruant.*
41 *Captiuo libertatem adepto quod postmodum ad suarum rerum recuperationem tempus detur.*
42 *Libertatis causa pia est, piarumque causarum priuilegiis gaudet.*
43 *Libertatis fauor minorum fauori comparatur, & præualet.*
44 *Aduersus libertatem à se concessam non restituitur minor.*
45 *Neque aduersus promissionem, aut donationẽ ad captiuorum redemptionem factam.*
46 *Vt coniunctum captiuum redimat, bona sua alienare minor potest, etiam tutoris authoritate non interueniente,* & n. seq.
Intellectus, & limitatio legis 22. titul. 11. lib. 5. nouæ reg. collect. *ibi.*
48 *Pro marito redimendo, eius consensu, aut iudicis authoritate non interueniente, contrahere mulier potest.*
Intellectus text. in leg. 55. Taur. & in l. 2. titul. 3. lib. 5. nouæ reg. collect. *ibid. & nu. seqq.*
49 *Ad pios actus etiam sine mariti, indicisvè consensu, contrahere vxori licet.*
50 *In dispositionibus ad pias causas, iurisgentium solemnitates seruare, satis est.*
51 *Vxor, quæ cùm potest maritum non redimit, (tanquam insociale matrimonij fœdus turpiter committens) indignam se mariti hæreditate reddit. Idemque in coniuncto quolibet.*
52 *Ecclesiæ bona, vel fideicommisso, aut restitutioni subiecta, pro captiuorum redemptione alienari possunt.* remis.
53 *Necessariam alienationem potest iudex, sine mariti, iudicisvè licentia, celebrare.*
54 *In actibus sibi vtilibus consensum quis accommodare præsumitur.*
55 *Præsumpto mariti consensu, sine eiusdem iudicisvè licentia expressa contrahere vxori licet.*
56 *Marito in longinquo absente, contrahere mulier sine illius consensu validè potest.*
57 *Mulier pro libertate, aut pia causa fideiubens Velleiano non iuuatur.*
58 *Libertas per fraudem data, an sustineatur,* & n. seq.
60 *Libertates à minore concessæ (cui ætatis prætextu abstinendi ius est) firmæ manent.*
61 *Libertas semel data etiam ex falsa causa retractari nequit.*
62 *Pro redimendis Captiuis datum, nec ingratitudinis prætextu reuocari potest.*
63 *Propter ingratitudinem reuocatur donatio.*
64 *Testamentum, aut relictum in eo legatum, cancellatum, deletumvè repertum, nullius est momenti.*
65 *Libertatis legatum casu præsumitur deletum: etiamque testamento cancellato valet.*
66 *Libertatis legatum, nullo etiam in testamento existente hærede, sustinetur.*
In aliis contra, & num. seq. *vbi & quid hodiè.*
68 *Hæreditate non adita an legata pia, aut libertas communi iure, Regiovè debeantur.*
69 *Hæreditate adita, libertas data, etsi qui eam adiuit, ab illa per in integrum restitutionem abstineat sustinetur.*
70 *Alienatione voluntaria, aut inuoluntaria rei legatæ adeo legatum extinguitur, vt neque in legantis dominium reuersa, conualescat.*
Libertatis fauore limitatur. n. seq.
72 *Tacita libertatis datio, expresso de seruo legato facto præualet.*
73 *Paribus suffragiis pro libertate, proque seruitute existentibus libertati fauentia præstant.*
74 *In aliis inter iudices ordinarios, quæ reis fauent, præualent.*
75 *Inter delegatos, à delegantis authoritate pendet.*
76 *Hodiè cùm Regij Senatores discordant, paresque in suffragiis existunt, quis seruandus ordo sit?* remis.
77 *Nobiles pro debito ciuili in carcerem detrudi nequeunt.*
78 *Neque huic renuntiare priuilegio possunt.*
79 *Nobilis ad redemptionis suæ pretium obligatus, nec soluens, in vincula detrudi, & in eis quoad soluat, detineri potest.*
80 *Non quemadmodum viri, fœminæ pro debitis creditoribus addicuntur.*
81 *Limitatur si ex sui redemptione debitum procedat.*
82 *Communi iure bonis cedens, pro debito ciuili carcerem vitat.*
83 *Secus atque etiam de iure ciuili, si debitum ex redemptione procedat.*
Qualiterque tunc ad satisfactionem compellatur debitor.
84 *Victus & vestitus præstitus ab hostibus captis repeti non potest.*
85 *Cæteris, legis, vel hominis dispositione ad alimenta non adstrictis pro eis repetitio datur.*
86 *Pro libertate redemptioneque filij à parentibus impensum, repetitio, aut in legitimam imputatio denegatur.*
Et quid si animo repetendi parens expendisse profiteatur. n. 88.
Et quid in fratre, pro fratris redemptione expendente. n. 87.
89 *Ante litem contestatam testes recipi nequeũt.*
Limita n. seq. *in liberali causa*
91 *Minutam solutionem creditor recipere non tenetur.*
92 *Pro libertate, eiusque fauore tenetur.*
93 *Seruus pignori obligatus à debitore, creditore sciente, & tacente manumissus liber efficitur, pignorisque remissio à creditore facta censetur.*
94 *In aliis contra, cùm in præiudicialibus* pro

pro consentiente non habetur tacens, & n. seq.
96 *Morte mandantis finitur mandatum.*
97 *Libertatis fauore non finitur.*
98 *Talearum, pedagiorumvè impositio exosa, iureque damnata.*
99 *Libertatis, redemptionisvè causa licita, & permissa, pro Principe, dominovè etiam inferiore redimendo.* & n. 101.
100 *Ad Principis redemptionem, contributionemque ad eam faciendam, nobiles compelluntur.*
102 *Collectandi ius est de regalibus nec alij quàm Imperatori, aut Regi superiorem non recognoscenti competit.* remis.
103 *Inuito beneficium dari, ius & ratio iuri adhærens vetant.*
104 *Pro captiui redemptione ipsiusmet bona (eo etiam renuente) distrahere tertio licet, cogiturque in id gestum ratum habere redemptus; conferturque in inuitum libertas.*
105 *Pro libertate penitus extraneo agere licet.*
106 *Interesse cessante repellitur agens.*
107 *Ex filij, vel consanguinei nominatione, nec filiatio, nec consanguinitas probatur.*
108 *Ex nominatione filij, de seruo à domino facta, si non filij iura, libertas, tamen eidem competit.*
109 *Coniunctiua dictio libertatis fauore naturam suam perdit, nec coniungit.*
110 *Pro libertate præstanda, hæres nominatus suspectam etiam adire compellitur hæreditatem.*
111 *Liberas directè relicta, quæ ideo subtili iure, inutilis foret, ad fideicommissariam trahitur.*
112 *Conditione deficiente sub qua legatum relictum est, legatum deficit; non vero libertatis legatum.*
113 *Legatum rei alienæ, quam testator suam esse putabat, inutile est.*
114 *Libertatis legatum, ei quoque seruo, quem suum esse arbitrabatur testator factum valet, illumque redimere, & manumittere tenetur hæres.*
115 *Generalia, adulatoria, & iactantia verba libertatis fauore probant, & obligant.*
In aliis secus. & n. seq.
119 *De pecudibus, vel armentis pro captiuorum redemptione dãdis pedagium, aut gabelam solui lex regia vetat.*
120 *Captiuos pariter qui seruitutem euasere, pro redemptionis pecunia, aliavè causa, ab eadem exactione liberat.*
121 *Dominus serui Mauri, ad Christiani captiui redemptionem illum vendere cogitur. Et quo pretio? Ad idemque Mauri in publica subhastatione venditi, retractum concedit.*
122 *Officia publica consumptioni obnoxia, quæ captiui tenebant, non extinguntur, possuntq; illa captiui renuntiare.*
Seruorum præcipuam Diis curam esse, arbitrabantur Etnici: eximiosque viros, potestatis, & philosophiæ Principes recensens Macrob. prodit.

QVÆST. XVI.

1 AD Captiuum gradatim deuenimus, quem non solum flenda sors † miserum reddit: sed miserabilium personarum fauorum, penè incapacem. Primum, etsi confirmatione non egeat: aliqualem tamen ornatum, antequam ad secundum fiat transitus, exposcit. Miseram captiui conditionem sic dolenter Innocent. *text. de human. condition. vilit. lib. 1. cap. 15.* depingit; *Angariis fatigatur, plagis affligitur, opibus spoliatur, quod si non habet, habere compellitur: & si habet, cogitur non habere. culpa domini, serui pœna, culpa serui, domini præda seruus cogitur pati, & nemo sinitur compati: dolore compellitur, & nemo dolere permittitur. Sic ipse non suus est, vt nemo sit sibi.* Conuenit Senec. *epist. 47. Infœlicibus seruis* (ait) *mouere labia nec hoc quidem vt loquantur, licet.* Summo ideo iure *Alphonsus* Rex (Sapiens nominatus) *in l. 1. titul. 29. part. 2. in fin.* dicit: *Onde, por todas estas razones, è otras muchas que sufren son llamados con derecho,* Captiuos: *porque esta es la mayor mal andança que los omes pueden auer en este mundo.* Idque illud satis ostendit, quia cætera hominibus contingentia aduersa, infirmitates, langores, ægestas, fames, calamitatumque reliquarum congeries, cum humana conditione affinitatem contraxere; eis si quidem obnoxij vitam recipimus, *Iob. 5. capite*: seruitus autem † ab humana conditione dissentit. 2
Hoc namque vnum libertatis bonum illibatum nobis natura reliquit: cuius aduersus immutabilem legem, gentium prauitas mutationem induxit, & datam à natura libertatem sustulit, dominioque exemptam (Natura reluctante) alieno subiecit, teste Florentino *in l. 4. §. 1. D. de stat. homin.* & Iustin. Imperatore, *in §. Seruitus, inst. de iure personar.* exornatque eruditissimus Præses Didac. Couar. *in relect. cap. Peccatum, de regul. iur. lib. 6. part. 3. §. 11. numero 2.* quibus *Senecam* adiice *epist. 32.* dicentem: *Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut seruus? nomina ex ambitione, aut ex iniuria nata.* Meritò inde Innocent. *dicto capite 15.* exclamat: *O extrema conditio seruitutis Natura liberos genuit: sed fortuna seruos constituit.* Quid enim miseriùs, quam libertate carere; & vitam habere precariam: *Nam ita iniquè comparatum est, vt sors inuida ius corporis non illi qui ipsum possidet, sed ei qui est mercatus, concesserit.* Veluti *Aristoph. in Plut. act. 1.* inquit. In seruos enim † antiquiores leges, vitæ necisque dominis potestatem fecerant, Imperatore Iustiniano referente, *in §. 1. & fin. instit. de his qui sunt sui, vel alieni iur.* 3

Apud multas quoque nationes, cum Deos placatos esse volebant, † Captiuos immolare solitum 4 *Alexand. ab Alexand. dier. genial. lib. 6 c. 26.* sic prodit: *Blemmiæ, Cymbri, Galli, Druidæ, & Germani statis diebus humanis litant hostiis, & cruore captiuorum adolent aras.*

Neque mors adhuc (vltimum licet terribilium sit) & eius cum seruitute comparatio † (quam 5 formant *l. seruitutem, 209. D. de regul iur. l. Interdictis, 59. in fin. D. de condit, & demonst. leg. cùm hic status, 32. § Si donator, D. de donation. inter vir. & vxor. l. 5. in fin. D. de capit. diminut. auth. de nupt. paragrapho Si verò coll. 4.* & ex professo *Iodoch. Damhouder. in tract. parium,*

aut

aut similium, verb. Seruitus mors) sat miseram Captiuorum exprimit conditionem. Cùm mise-
6 ris † mors sit solatium, vita supplicium, vt eleganter *in l. Quisquis, 5. §. Filij vero, C. ad leg. Iul. Maiest.* Iustinianus inquit. Et in specie, potiorem captiuitate mortem Regia *lex 1. titul. 29. dict. part. 2.* dixit: *Metiendoles a tales seruicios; que querian ante la muerte, que la vida.* Eiusdem extitit voti Seneca *epist. 26. ad fin.* inquiens: *Qui mori didicit, seruire dedidicit.* Cicero Philip. 2. *Seruitus, postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum.* Et 10. *Mors est seruitute potior.* Et Offic. 1. *Mors seruituti, turpitudinique anteponenda est.* & Salust. in Catilin. *Nemo bonus libertatem nisi cum anima, amittit.* Quod adeò verum est, vt si
7 cui adimere vitam liceat; † libertatem non liceat. Celebre est *Constantini* Imperatoris testimonium, *in l. fin. C. de patr. potest.* his verbis præstitum: *Libertati à maioribus tantum impensum est, vt patribus quibus ius vitæ in liberos, necisque potestas olim erat permissa:) libertatem eripere non liceret.*

8 Pro mortuis ideo, † imò pro nullis, quoad ius ciuile seruos Iura habent, *in l. Quod attinet, 32. D. de regul. iur. in l. 1. D. de iure deliber. in l. 3. in fin. D. de capit. dimin. in §. Seruus autem, instit. eod. titul. in l. Nec seruus, 41. D. de pecul. in l. Stipulatio ista, 38. §. Hec quoque stipulatio, D. de verbor. oblig. in l. Qui testamento, 20. §. Seruus quoque, D. qui testam facer. poss. in l. Nullo modo, 7. D. ad leg. Cornel. de fals.*

Quæ efficiunt quidem, vt quamuis *miserabi-*
9 *lium* † primum Captiui locum occupent, vt tenent Butr. *in cap. Significantibus, numero 22. de offic. deleg.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 1. casu 66. numero 17.* Perr. Gregor. *in prælud. iur. lib. 5. cap. 6.* superiora monstrant, & *l. Fœdissima, 7. C. de postlimin. reuers. & ibi* Accurs. *verb. Ex necessitate, & proœm. titul. 29. part. 2.* quod ait: *Naturalmente se deuen los omes doler de su ley quando caen en captiuo en poder de los enemigos:* in eo miserabiliores, quod viui existant ad labores; ad commoda, & ea, quæ ad ius ciuile pertinent, mortui. Quod secundum in principio propositum operatur; ne sci-
10 licet captiuis, † quemadmodum cæteris miseris, *legis* nostræ *vnicæ* priuilegium, forique Principis eligendi, aptarivè possit. Cùm nec pro bonis agere, quippè qui nulla habeant. *Ipse enim seruus,*
11 *† qui in potestate alterius est, nihil suũ habere potest.* Verba sunt Iustiniani; in §. *Item vobis, instit. per quas person. nob. acquir.* & alter in *Æsopi fabulis.*

Seruus habet, nec se, nec sua.

12 Neque pro iniuria agit † si quidem (vt ille quisquis est, ait:)

In miseri vita, nulla contumelia est.

Seruisque (hac quoque ratione, superiori, *quod pro mortuis habeantur,* adiecta) iniuria fieri non dicatur, saltem si leuis; namque si atrox, domino, cui viuit, & fieri, & actionem pro ea vindicanda, competere. *Iustin.* Imperator, *in §. Seruis autem, instit. de iniur.* sic decreuit: *Seruis autem ipsis quidem, nulla iniuria fieri intelligitur: sed dominis per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos, & vxores; sed ita cum quid atrocius commissum fuerit, & quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum seruum atrociter verberauerit, & in hunc sanè casum actio proponitur. At si quis seruo conuitium fecerit, vel pugno eum percusserit; nulla in eum actio domino competit.* Et si enim iniurias serui sentiant, † quin impatientiùs, 13
& magis ægrè ferant, vt probat Aul. Gel. *noct. Atticar. lib. 10. cap. 3.* quippe qui non sensum cum libertate perdiderint: vt enim Senec. *de benefic. lib. 3. cap. 20. Errat si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere: pars melius eius excepta est. Corpora obnoxia sunt, & adscripta dominis: mens quidem sui iuris. Quæ adeò libera, & vaga est, vt ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est, teneri queat, quo minus impetu suo vtatur.* Quoad ciuilem tamen obseruationem, nec sentire iudicantur; neque actio pro iniuria conceditur ipsis, vt ex *Vlpiani* quoque verbis colligitur, *in l. Apud Labeonem, 15. §. Prætor ait, 1. & §. seq. D. de iniur.* quæ sunt: *Si quis sic fecit iniuriam seruo, vt domino faceret: iudico dominum iniuriarum agere posse suo nomine. Si vero non ad sugillationem domini id fecit: ipsi seruo facta iniuria inulta à Prætore relinqui non debet, maximè si verberibus, vel quæstionibus affligeret. Hoc enim seruum sentire, palam est.*

Pro iniuria itaque domini contemplatione seruo illata, actionem ipsi domino † Vlpianus 14
concedit: ipsiusmet serui respectu (etsi naturaliter iniuriam sentiat) denegat, Prætoris curæ vindicta demandata, cui incumbit, inultum maleficium non relinquere. Eoque modo loquuntur, & intelligendi sunt *text. in l. 2. D. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* & *in §. fin. ad fin. instit. eod. tit.* vt & notat, intelligitque *Accurs.* in relato §. *Si quis sic fecit, verb. Sentire.* & *in d. §. Seruis autem, verb. Nulla iniuria.*

Cum igitur, nec pro ciuili, nec criminali causa agere seruo, aut captiuo liceat: inepta reputari proposita quæstio posset. Sat tamen apta, si ad eum casum se nostra conuertat oratio, † cùm 15
vel pro libertate seruus agit, ad eamque proclamat, seu pro aliis apud suos, procuratoris, curatorisvè ministerio conueniat, vel conueniatur ipse.

Posse autem ad libertatem seruum proclamare, † proque illa obtinenda, in iudicio contende- 16
re, quemadmodum in dubium est, *l. Liberis, 7. & tot. tit. D. & C. de liber. caus. l. Vix certis* (aliàs) *incertis, 53. D. de iudic. l. 8. titul. 2. part. 3.* prosequimurque latiùs infra: sic † *legis* nostræ *vni-* 17
ca, C. quando Imper. inter pupil. & vid. fauore vti, dominumque, vel aduersarium ad Principem in prima causæ discussione trahere posse; misera in captiuitate existentis conditione, pietatisque prætextu. Ita in eo quoque, qui in libertatis possessione existens, † ad seruitutem re- 18
uocatur, iisdem rationibus (non tam eleganter, quam verè) Francisc. Carrasc. *in tractat. de casib. Curiæ, num. 61.* his sanè verbis profitetur: *Ex quibus deducitur, duodecimus casus Curiæ; scilicet in causa libertatis, quam intenderit in possessione seruitutis constitutus: vel si sit reus in possessione libertatis, potest petere, vt in Senatu Regio sententetur, & ad eum remittatur: quia est, & reputatur causa libertatis, & habetur vt pia. Et ex prædicta ratione miserationis: quia miserabilis ille, qui ex seruitute ad libertatem proclamat; vel cum sit pro libero existimatus; ad seruitium redigi petatur: erit qualibet causa libertatis, Curia, siue agendo, siue defendendo ex*

parte proclamantis ad libertatem, vel proclamantis ad seruitutem.

19 Quod cùm causæ solum magnitudini, † & grauitati dederit *lex* Regia 4. *titul.* 1. *lib.* 3. *noua Reg. collect.* verbis illis: *Saluo si el caso fuere de grande importancia*: libertati, à fortiori concessum, sequitur, & quia nullus alius tantæ magni-
20 tudinis, & existimationis; comparationem † si quidem libertas non admittet, inæstimabilis, cunctisque longè pretiosior rebus teste *Paulo* (si testibus natura eget) *in l. Libertas*, 107. & Vlpiano, *in l. Non est singulis*, 137. §. *Infinita, D. de regul. iur.* Iustin. *in* §. *fin. instit. quib. ex caus. manumis. non lic. l.* 18. *proœm. dict. tit.* 29. *part.* 2. & *l.* 8. *in princip. titul.* 22. *part.* 4. & illo, quisquis est, qui *Æsopi* fabulas carminibus concinauit, *in fabula de cane, & lupo:*

Libertas per dulce bonum, dona cætera condit.

& inferiùs.

Non benè pro toto libertas venditur auro
Hoc cœleste bonum præterit orbis opes.

21 & quia omnibus rebus † fauorabilior est, vt *Caius* prædicat, *in l. Libertas*, 165. *D. de regul. iur. & l.* 4. *titul.* 5. *part.* 3. *in fin.* ibidemque Gregor. Lop. *glos.* 7.

Cùm vero non pro libertate, sed circa res in propria captiui patria existentes, siue ius illius conseruandum, lis vertitur, an per procuratorem, vel curatorem agere, se vel defendere possit: hosque *legis* nostræ *vnicæ* captiui nomine remedio vti? differendum.

Distinguendumque videtur: num ante captiuitatem procuratorem captiuus nominarit: an in
22 captiuitate constituat. Primo enim casu, † procuratorem ante captiuitatem designatum, & agere, & conueniri captiui nomine posse, de calumniaque iurare (*Bartoli* authoritate, *in l.* 2. *C. vbi in rem act.* Panormit. *in cap. Cæterum, num.* 7. Socin. *consil.* 26. *lib.* 2. & Menochij *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 150. *num.* 17.) Profitetur Paz *in praxi*, 1. *part. tom.* 1. *part.* 3. *num.* 7. *pag. mihi* 83. Qua quidem vera assertione existente procuratorem tunc *legis* nostræ *vnicæ*, forique priuilegio captiui nomine vti posse, haud vllus dubitauit, cum ipse captiuus agere videatur, ex vulgari regula *capitis Qui per alium*, 72. *de regul. iur. lib.* 6. multis aliis à *Nobis* confirmata *in Axiomatib. iur. lit. F. n.* 3. cum & pupillo, cuius nomine tutor in iudicio experitur, id quoque lex concedit.

Sed tamen hæc eadem ratio procuratorem hunc agere, aut conueniri non posse, dictat,
23 cum neque per alium † facere possit, qui per se nequit, *l. Neque per se, C. de hæred. instit.* cum adductis itidem à *Nobis in dict. Axiomat. iur. ead. lit. F. num.* 7.

Item, cum mortui vicem in seruitute, aut cap-
24 tiuitate existens, sustineat: per captiuitatem, † & seruitutem mandatum finiri, quemadmodum per mortem finitur, iuxta vulgare Axioma, à *Nobis* quoque formatum *in nostris, lit. M. numero* 36. pariter dicendum sequitur, à morte quippè
25 ciuili, † ad naturalem, & è contra, procedente argumento, vt infinitis propè confirmamus *ibid. lit. A. numero* 483. Eandemque sententiam *Vlpiani* responsum probat, *in l. Si arrogati*, 14. *D. de tutel.* pupilli captiuitate, tutelam finiri dicentis. Et in specie, domini captiuitate mandatum finitum, aut reuocatum videri, aliis citatis, asserit Ioseph. Mascard. *de probationib. conclusion.* 1016. *numero* 12. Vbi pariter non hac solum, sed alia † status mutatione extingui mandatum 26 affirmat, sequaces referens, quibus idem tenentem addo Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *titul. de procuratorib. resolution.* 10. *numero* 2. Africani decisione fultum, *in l. Eius qui in prouincia*, 41. *D. de reb. credit.* Probatque apertius *Pauli* responsum, *in l. Si quis alicui*, 48. *D. de acquirend. hæredit.* per quem ita dicunt Stracca *de decoct. pars.* 3. *numero* 53. Nicol. Moz. *de contractib. titul. de mandato, versic. Quo modo annulletur, vel finiatur mandatum, nu.* 8. & Faui. de Anna, *cons.* 82. *num.* 12.

Ni primò respondeas: † non semper, & in- 27 distinctè *dicta legis Neque per alium*, veram esse regulam, sed sæpè fallacem, vt *dict. lit. F. n.* 8. limitamus eandem, & ex pupillari casu iam adducto colligitur.

Similiter secundò: † non perpetuò argumen- 28 tum de ciuili, ad naturalem mortem propositum, vigere, nisi in casibus à iure expressis, ex celebri *Pauli* responso, *in l. Statius Florus*, 48. §. *Cornelio, D. de iure Fisc.* & probat Menoch. *de arbitr. d. lib.* 2. *c.* 27. *numero* 14. notamusque *dict. numero* 483.

Tertiò, † vel in mandatario, cuius conditio 29 mutata erat (cuiusque status mutatione mandati reuocationem, extinctionemque induci; multis *dict. conclusion.* 1016. *numero* 13. Mascard. firmat, & Faui. *de Anna, dict. consil.* 82. *numero* 11.) non in mandante *dictam l. Eius qui in prouincia*, Loqui, cui tamen responsioni se opponit *dicta legis Si quis alicui*, decisio, *Moziique, & Faui de Anna dict. loco, numero* 13. assertio, cuiuslibet status mutationem mandantis, vel mandatarij ad mandati extinctionem sufficientem contendentium, vel non tam mandatarij status mutatione; quam mandantis morte (vt textus, *in dict. l. Eius qui* proponit) mandatum ibidem expirasse. Licet idem alia status mutatione interueniente putent rationis paritate *Faui de Anna dict. loco numero* 12. *ex dict. l. Si quis alicui* in fauore loquente.

Sed vt non firmas, scrupulovè carentes hasce adiicimus solutiones: sic nec relatorum *num.* 22. iudicium pœnitus improbandum censemus.

Secundo autem casu, cum in captiuitate existens procuratorem constituit, nullius huiuscemodi mandatum esse momenti, nec procuratorem constituere captiuum posse; & superiora probant; & apertè decernit Vlpian. *in l. Ab hostibus*, 15. *D. ex quib. caus. maior. Ab hostibus autem captis* (inquit) *postliminio reuersis succurritur, aut ibi mortuis, quia nec procuratorem habere possunt: cum aliis suprà scriptis etiam per procuratorem possit subueniri, præter eos, qui in seruitute detinentur*, cui & *lex* 2. *titul.* 5. *part.* 3. conuenit: *Todo ome que fuere mayor de veynte y cinco años, è que no estuuiere en poder de otri, assi como de su padre, o de su guardador*, è fuere libre, *è en su memoria, puede fazer personero.* Cuius quidem procuratoris constitutionem, etiam ei, qui ad libertatem proclamat, interdicit *l.* 1. *C. de assertion. tollend* Regia *lege* 4. *dict. titul.* 5. *part.* 3. sic confirmata: *Mas el que andouiesse por sieruo, è estouiesse so poderio de otro; maguer quisiesse mouer pleyto a aquel que lo tiene en su poder, para salir de seruidumbre, diziendo*

diziendo que era libre: en tal caso como este, dezimos: que como quier que podria razonar por si mismo: non podria dar a otro por su personero. Quam tamen dispositionem ad eam solam speciem in qua loquitur (cum de seruitute ad libertatem quis prosilit) restringat *Glos. in ead. l. 1. C. de assert. toll. verb. Pœnitus*, cumque de statu controuersia est, liberalique causa agitur: in aliis enim procuratorem seruum habere, & constituere posse, dicit ex *l. Seruum quoque. 33. §. 1.* (vbi pariter repetit, *verb. Seruitutis, in fin.*) & *in l. Non solum, 39. §. Si status, D. de procurator.* Cui auxiliatur (repugnantibus licèt superioribus) *l. 6. titul. 29. part. 2.* Quæ tametsi Captiuum testari non posse dicat) *legis Eius qui, D. de testam. & §. fin. institut. quib. non est permis. facere test.* dispositioni conformis:) procuratorem tamen designare, mandatumvè de ipsiusmet bonis disponendi, dare posse, à mandatarioque, vel procuratore gesta tenere, in hæc, verba statuit: *Valer non deue testamento, nin manda que fiziessen los omes demientra que yoguieren en Captiuo. E esto, por quanto yazian en poder de los enemigos, è eran sus sieruos. E por ende testamento, nin manda que fagan, nin otra cosa, non deue valer.* Ac post pauca: *Onde por todas estas razones sobredichas, mandaron los Antiguos que no valiesse ninguna cosa que fiziessen mientras yoguieren en captiuo. Fueras ende en dos maneras*: quarum primam, ex dominorum facultate, & permissione subdit: inde prosequens: *La segunda razon, es, quando ellos no pudiessen fazer su testamento libremente, assi como sobredicho es: è embiassen a dezir a sus parientes, con alguno en quien se fiassen, como fiziessen dello, vendiendolo, o empeñandolo, o para sacar a ellos de captiuo, o para cumplir sus debdas, o sus mandas.*

Quibus quidem casibus, legitimè procuratorem, vel mandatarium Captiui nomine iudicium expertum, fori priuilegio vti legisque nostræ vnicæ fauore, in dubium est. Quod cum in verè seruis, eorumque procuratoribus, vel mandatariis procedat: multo fortius in Christianis à Turcis, vel Sarracenis captis: quos verè
33 † seruos non esse, propter iniustum bellum ab infidelibus inditum, defendit Couarruuias *in relect. c. Peccatum, de regul. iur. lib. 6. part. 3. §. 11. numero 6.* Ideoque Romanorum leges de seruis loquentes, de Christianis à Turcis, vel Sarracenis captis intelligendas non esse, neque in eis seruandas; fauoribus autem seruis concessis, eosdem prosequendos, profitetur Aluar. Valasc. *consult. 30. numero 9. & seq.* nonque vt à bellantibus iustè, sed à prædonibus captos censeri.

34 A prædonibus autem captos, † seruos non effici, liberosque permanere, *Paulus* notat, *in l. Postlimini, 19. §. A piratis, D. de captiu. & postlimin. reuers.* hosque testamentum facere posse, *Martianus, in l. Qui à latronibus, 13. D. de testam.* Ex quo, & actus quoslibet, vt liberos, Christianos captos posse, & mandatum ab illis in eo statum præstitum, firmitatem habere, infert, asseritque *Valasc. dict. loco.*

Si vero Captiuus rerum suarum procurato-
35 rem † (qui constitui potest *Vlpiano* authore, *in l. 1. §. 1. D. de procuratorib.*) constitutum non reliquisset (vera opinione existente relatorum *numero 22.*) vel post captiuitatem non designasset (iuxta proximè dicta) eius bonis curatorem dandum, iura decernunt, *in dict. l. Ab hostibus, 15. §. 1. D. ex quib. caus. maior. l. 3. C. de postlimin. reuers. l. Muto, §. vltim. D. de tutel. l. 4. titul. 29. part. 2. l. 12. titul. 2. part. 3.* Eidemque res captiui defendenti, *legis nostræ vnicæ, C. quando Imperat. inter pupil. & vid.* priuilegium (vt procuratori) competet. Quin captiuo reuerso, † eodem iure, in causis 36
cœptis, eius nomine curatorem bonis datum vti posse, & suprà *quæstion. 3. numero 10.* dicta monstrant: & Vlpianus, *in dict. l. Ab hostibus, §. 1.* sic: *Ego autem, etiam nomine eius, qui in hostium potestate est, si curator (vt plerumque fit) fuerit bonis constitutus; auxilium competere existimo.* Vbi & Accurs. *verb. Existimo*, captiuo quoque reuerso, concessum auxilium, eius bonis curatori dato, competere notat.

Quod si alios † velit curator bonis datus con- 37
uenire, actionesque aduersus eos curæ sibi iniunctæ ratione mouere, non idem vtique, diuersum potius videtur asserendum: cum non eadem prouocationis, quæ defensionis in curatore bonis dato ratio extet. Ea siquidem (post longam Doctorum controuersiam) resolutio præualuerit: † actiones tantum tempore 38
perituras, non etiam aliàs, curatorem hunc bonis datum posse mouere, ex *l. Creditor, 14. D. de bon. auctorit. iudic. possid.* & ibi Bart. & Alberic. aduertitque, citatis aliis, Baez. *de decim. tutor. cap. 16. numero 15.* eosque sequutus Gutier. *de tutel. 3. part. capit. 17. numero 8.* quam receptiorem opinionem (post Azon. Angel. & Alexand.) testantur Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 2. casu 15. numero 31.* quando saltem graue æs alienum, vel non magna immineret necessitas, creditoresvè instarent. In eamque *Pomponij* sententia mouet, *in l. Si quis instituatur, 23. §. Sed si sub conditione, D. de hered. instit.* & Pauli, *in l. 1. D. de curat. bon. dand.* cum ad custodiam tantum, non ad plenam administrationem is datus censeatur, vt *Hermogenianus* respondit, *in l. Inter bonorum, 49. D. de administr. & pericul. tutor.* differentiam pariter curatorem ita designans: *Inter bonorum, ventrisque curatorem, & inter curatorem furiosi, itemque prodigi, pupillive, magna est differentia: quippe cum istis quidem, plena rerum administratio: duobus autem superioribus, sola custodia, & rerum, quæ deterioris futuræ sunt venditio committatur.* Graui igitur ære alieno, necessitatevè imminente, cum alios lacescere curator bonis datus pos-
sit: Captiui quoque nomine † (cuius iuribus 39
vtitur) aduersus eius debitores legis nostræ vnicæ fauore, & dispositione se munire, eosque ad Principem in causæ prima cognitione trahere; in dictorum consequentiam descendir.

Simulque, necessitate prædicta deficiente, † 40
& actiones mouendi (praxi licèt non omnino consentiente) facultatem curatori bonis dato denegari, & fori captiui nomine priuilegium. Cùm & Captiuorum iura illæsa conseruent leges; & tempore pareant nullo. Impedito siquidem agere tempus non currat, *l. 1. §. fin. C. de annal. except. l. 1. in fin. C. de bon. quæ liber. l. In rebus, 30. §. Omnis, C. de iure dot.* cum cæteris congestis à *Nobis in Axiomatib. iur. liter. I. numero 22.* Et Captiuo in specie prouiderit (antiquarum simul

memor)

memor) *l.5.tit.29.dict.part.2.* cuius est initium : *Tiempo touieron por bien los antiguos, que no passasse a daño de aquellos que yoguiez en en Captiuo, porque perdiessen sus bienes, e los derechos que ouiessen de auer. E porende ninguno non los puede ganar mientras ellos assi y oguieren, maguer alguno dellos fuisse tenedor, quanto tiempo quier.*

41 Quæ item captiuo quoque libertatem adepto † ad propriosque lares reuerso, à triduo aduentus sui, quadriennium ad bonorum recuperationem concedit. Subdit enim: *E porendo, si el Captiuo despues que saließe de la prision fallaße alguna de sus cosas en poderio de otro, que dixeße que la auia ganado por tiempo: bien la podria demandar fasta quatro años, è auerla por derecho. E estos años se deuen començar a contar del dia tercero que llegassen a sus casas, fasta en quatro años acabados.*

Alia propè infinita in libertatis (quippe quæ omnibus rebus fauorabilior sit) Captiuorumque fauorem iura decernunt. Ne ideò in infinitum quoque sermonem dilabamur; & remissione vtemur in multis; & vtiliora; ac frequentiora in medium proferemus: fœlici ad id in primis compendio vtentes: ex latè iam *quæstione octaua* in Ecclesiæ, piarumque causarum, fauorem cumulatis, vbi vnam hanc rationem ad prolixi sermonis (necessarij licèt) excusationem, inter alias, quod cæteris consimilibus in ea dicta prodessent, redidisse meminimus. Libertati verò Ecclesiæ, & piarum causarum priuilegia (disparitate non existente rationis) accommodari, & ibidem sæpè notata monstrant, & firma assertio, quæ libertatem, eiusque causam † inter pias reponit, earumque fauoribus potiri dictat, quam constituunt

42 Andr. Tiraq. *de pia caus. in princip.* Ioan. Mat. Nouar *in praxi elect. & variat. fori, sect.1. q.35. n.1.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. q.55. n.31.* De libertateque ad pias causas, & è contra, argumentum valere, multis comprobamus *in Axiomatib. iur. lit. A. numero 453.*

43 Minorum † pariter fauori comparari, imò præferri, asserit Castrensf. *in l.3. C. si aduersus libert.* sequiturque Sfort Odd. *dict. num.25. vers. Et ratio est.* Ideo neque aduersus libertatem à se con-

44 cessam † restitui minorem, decernunt *l.1.2.3. & fin. C. si aduers. libert. l. Si ex causa, 10. §. fin. D. de minor.* vbi remedium hac in specie, ita minori *Vlpianus* denegauit; vt neque à Prætore subueniri vlla ratione posse, hunc in modum prædicet: *Aduersus libertatem minori quoque à Prætore sucurri, impossibile est*, repetitque *in l. Eleganter, 7. D. de dol.* consentiunt Paulus *in l. Minor se in id, 50. §. 1. eod. tit. D. de minor.* & Martian. *in l. Illud, 2. in ordine, 9. D. de appel. & relat. Illud sciendum est* (ait) *neque pupillum, neque Rempublicam, cum pro libertate iudicatur; in integrum restitui posse.* Præstat huius rei ad longum rationes, materiamque prosequitur Sfort. Odd. *de rest. in integr. part.2. d. q.55. n.25. & seqq.* ampliationes, limitationes, & intellectus à *n.34.* assignans.

45 Sic neque aduersus promissionem, † aut donationem ad Captiuorum redemptionem à minore factam, restitutionem concedi, tradunt Bald Nouel. *in tract. de dote, part.6. special.63. n.2.* Sfort. Odd. *d.2. p. q.58. art.3. n.27.* Mier. *de maiorat. 4. p. q. . n.7.*

Posseque minorem, vt à captiuitate con-

46 iunctum redimat, † bona sua alienare (ex authentic. *Si captiui, C. de postlimin. reuers.* asseruère idem Nouel. *dict. tract. special. 61.* Greg. Lop. *in l.18. tit.16. part. 6. verb. Derecho,* Palac. Rub. *in repet. cap. Per vestras, de donation. inter vir. & vxor. §.26. num.4.* Mier. *dict. loco, num. 5.*

Idem *num.9.* affirmans, etsi non tutoris † aucto- 47
ritas adsit, dispositionemque *legis 22. tit.11. lib. 5. noua Reg. collect.* hoc in casu, in minore, & filiosfamilias restringens. Quam pariter limitationem † recipiunt *l.13. titul.20. lib. 3. Forileg.* 48
l.55. Taur. & l.2. tit. 3. lib. 5. noua Reg. collect. contrahere mulieri absque mariti licentia prohibentes, vt (cum Tiraquel. *de legib. connubial. glos.8. De son marit, quæst.35. num.283.*) obseruat Mier. *d. quæst.1. limit. 4. n.2.* Valereque tunc à muliere contractum gestum, iudicis etiam non interueniente decreto (quod in aliis absente marito, *lex 59. Taur.* desiderat) pietas exigit, necessitas requirit, præsumptus mariti consensus suadet. Pietatem id exigere, ex se, & superioribus patet. Ad pios autem actus, † etiam sine mariti, iudicis 49
vè consensu, contrahere vxorem posse, defendit Roderic. Suar. *in repetit. dict. legis 13. titul. 20. de las deudas, lib.3. Fori leg.* præcipuè *à num. 3. cum seqq.* Quòd in dispositionibus ad pias causas, † iurisgentium solemnitates seruare, sit satis 50
ex *cap. Relatum, de testam.* aliisque ab eo citatis.

Necessitas in eo casu tanta, vt si cum possit, † maritum vxor non redimat (tanquam 51
in sociale matrimonij fœdus turpiter committentem) indignam se hæreditate mariti reddat, iuxta *Martiani* placitum, *in l. 3.* & Hermogeniani *in l. Ei qui, 21. D. de his quib. vt indign.* Imperatoris Iustinian. *in authent. vt cum de appell. cognos. §. Si vnum ex prædictis, coll.8.* & Accurs. *in l. Si ab hostibus, 11. §. Si vir vxorem, verb. Lucrifacere, D. solut. matrim.* Guil. Benedict. *in repet. c. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelasiam, num.821. & seq. pag. mihi 135.* Quam quidem dispositionem, ad quoslibet extendit coniunctos, Regia *l.6. tit.7. part. 6. vers. E lo que diximos.*

Eoque necessariæ alienationis prætextu, Ecclesiæ bona, † restitutioni, vel fideicommisso 52
subiecta, pro captiuorum redemptione alienari, & distrahi posse, iam *de priuileg. pauper. quæst. 22. num. 41. & seqq.* diximus. Necessariamque alienationem, eiusvè causa, contractum, † sine 53
mariti, iudicisvè licentia celebrare posse, tradunt Cifontan. *in dict. l.55.* Taur. (ita eius limitans dispositionem) *quæst.5.* Azebed. *in l.2. n. 81. limit.1.* Burg. de Paz *in prooem. leg.* Taur. *num. 305. & 306.*

Præsumptum mariti consensum ab argumentis petere, inane prorsus, ac puerile cum in quolibet actu sibi vtili †) non etiam magnitudinis huius consensum quis accommodare videatur, 54
ex adductis à *Nobis in Axiomat. iur. lit. T. num.3.*

Præsumpto vero mariti consensu interueniente, † contrahere vxori, absque eius, aut iudi- 55
cis licentia, esse concessum, probant dicta ab Anton. Gomez *in eadem l.55. numer. 3. 4. & 7.*

Præterquam, quod absente in longinquo † 56
marito, cuius haberi consensus nequit, si eius ab statuto (vt à lege nostra) desideretur consensus absque eo contrahere vxorem posse, intelligendumque statutum, aut legem *Si præsens sit*

sit maritus, aut illius haberi consensus possit; authoritate *Baldi consil.*488. *incip.sequens quæstio, libro* 1.*& cons.*394.*Statuto commun.Papia, lib.*5. notat Aym. Crauet. *cons.* 12. *numero quarto libro* 1.

Pro libertate quoque, aut pia causa fideiuben-
57 do mulierem, † nequaquam Velleiano iuuari, profitentur Gallet. *in Margarit. cas. conscient. liter. M.versic.mulier iuuatur*, & Ioan. Mar. Nouar.
58 *hoc eodem tractat.de priuileg.*110.

Per fraudem item † datam non impediri libertatem, nisi & fraudandi animus, & damnum pariter adsint, *Iustinian.* Imperator respondit in §. *In fraudem, instit. quib.ex caus.manumitt.non licet*, & prosequitur Sfort. Odd. *de restitut.in integr.*1.*part.quæstion.* 3. *numero* 8. *versic. Secundo*
59 *facit, & numero* 11. Hæreditatemque restituere iussus, si vt futurum successorem † fraudet, cum libertate donauit: firma quidem libertas, sui fauore, manet, eius vero qui libertatem dedit hæredes ad serui æstimationem fideicommissario
60 esse adstrictos *Iulianus* edixit *in l. quidam ita*, 52. §. *fin. D. ad S.C. Trebellian.* à minoreque † libertates concessas (cui ætatis prætextu abstinendi ius est) abstinendo, firmas remanere, *Papinianus* respondit *in l. si mulier*, 32. *Digestis de minor.*

61 Semel etiam data libertas † neque ex falsa causa retractari valet, §. *semel instit. quib. ex caus.manum.non lic.*Sfort Odd.*dict.tract.part.*2. *quæst.*55.*nu.*25.

62 Proque redimendis captiuis datum, † neque ingratitudinis prætextu reuocari posse, tradunt Franc. Rip. *in l.fin. C. de sacros. Eccles. numero* 172.*&* Marc. Anton. Genuens. *in practicabil.Ecclesiastic.quæst.*307. *numero* 4. Cùm per ingrati-
63 tudinem † donationem reuocari, nemo non sciat, & prosequimur, *de priuileg.pauper.part.*1. *quæst.* 42.*numero* 10.

64 Testamentum, aut relictum in eo legatum, cancellatum, † deletumvè repertum, nullius esse momenti, consultóque deletum præsumi (cum *Bart. Alexand. Ias. Lanfranc. Castrens. Paris. Albens. Person.* & aliis) testatur Ioseph Mascard. *de probation. tom.* 1.*conclus.*257. *numero primo.*
65 Libertatis † vero legatum, casu præsumi deletum, vel etiam testamento cancellato, valere, probat, *leg.*3.*D.de his, quæ in testam.del.* & notant Bart. *ibid.* §. 1. Alexand. *in l.si vnus, post numer.* 7.*C. de testam. & ibid.* Ias. *numero* 7. cósque sequutus Mascard.*dict.loco, num.*6.

66 Quin nullo etiam hærede existente, † libertatis legatum sustineri, ex Imperatoris *Antonini* decreto, *Marcel.* insinuat *in eadem l.* 3. *D.de his quæ in testam.del.* & Vlpian. *in l.Cùm quasi*, 30. §. *Sed etsi quis*, *D. de fideicommis. libert.* inquiens: *Sed etsi quis sine hærede, vel alio successore decesserit, qui fideicommissam libertatem præstare deberet: adito Prætore, libertatem præstan-*
67 *dam esse, Senatus censuit* Etsi in aliis † deficiente hærede, legata quoque deficiant, *l.fin.D.de iure codicil.* §. *ante hæredis, inst.de legat.* Hodie licèt nullo quoque hærede dato, aut existente, hæreditatevè non adita, quælibet indistinctè debeantur legata, dispositione *legis* 1.*titul.*2.*lib.*5.Ordinam. vt & Anton. Gomez aduertit, *in l.*24.*Taur.nu.*4. *vers. ex quo videtur inferri*, adhuc arguens ea quoque extante (etsi non consentiat) hæreditatis
68 aditionem requiri. Quam etiam in piis causis †

desiderari, nec aliter earum legata sustineri (communi iure attento, ex recepta opinione) profitetur, *ibidem numero* 1. *col.* 4.*vers.nono, in fin.* Et pro libertate nominatim exigunt aditionem *Verus*, & *Antonin.* Imperatores, *in l.*2. *C.de testament. manumis.* his sanè clarissimis verbis: *Ex testamento defuncti libertates præstari non possunt, hæreditate non adita*, repetuntque *in l.sequenti.* Ea tamen exceptione, † vt semel hæreditate adita, 69
licet hæres scriptus per in integrum restitutionem abstinuerit hæreditate, nihil ea res libertati obsit, prædixerantque Paulus *in l.Sciendum*, 32. aliàs 33. *D.de manumis. testam.* Vlpian. in *dict. l.Cùm quasi*, 30.§.*Sed etsi suus, D.de fideicommis. libert.* & *in l.Etsi sine* 8. (aliàs pro paragrapho inseritur *legis ait Prætor*, 7. incipiente, *Hodie*) §.*Sed quod Papinianus, D.de minorib.*

Rei legatæ alienatione † voluntaria, aut inuo- 70
luntaria sic legatum extingui; vt neque re in legantis dominium reuersa conualescat, *Paulus*, & *Modestinus* responderunt. Ille *in l. Cum seruus*, 15. Hic, in *l.rem legatam*, 18. *D. de adimend.legat.* quam exornat conclusionem Mascard. *de probation.tom.*3.*conclus.*1181.*nu.*87.*& seqq.*

Hunc tamen fauorem libertati, † *Marcellus* 71
dedit, vt si seruus liber esse iussus, à domino alienatus sit: in potestatemque eius postmodum recidat, vel ante aditam hæreditatem, hæreditarius fiat: libertatemque vtique obtineat, *in l. Verum*, 58.*D.de manumis. testam. Verum est* (ait) *eum qui liber esse iussus esset, alienatum à testatore, si ante aditam eius hæreditatem rursus hæreditarius fieret: mox cum adiretur hæreditas, ad libertatem peruenire.* à quo non longè abest *Iustiniani* Imperatoris decretum, *in l. Quidam*, 5. *C. de necess.seru.hæred. instit.* disponens: † tacitam 72
etiam libertatem, per hæredis in partem, vel in totum institutionem de seruo factam, tutorisvè dationem, legato præualere, neque per legatum de seruo simpliciter postea factum, reuocari.

Paribus suffragiis † vtrinque, pro libertate, pro- 73
que seruitute existentibus; quæ libertati fauent, præualent; reiciuntur quæ nocent, auctore Paulo *in l.inter pares*, 38. *D.de re iudic.* Gregor.IX. *in cap.fin.extr.eod.tit.lege* 18.*titul.vigesimo-secundo part.*3.

Cùm in aliis, † aut reo quæ fauent, inter iu- 74
dices ordinarios, sustineantur, vt eadem met iura decernunt: aut inter delegatos, † à delegantis au- 75
thoritate, & placito pendeat, iuxta *Modestini* responsum *in l.duo iudices*, 38. *D. de re iudic.* cuius sunt verba: *Duo iudices dati, diuersas sententias dederunt: Modestinus respondit: vtramque sententiam in pendenti esse, donec competens iudex vnam earum confirmauerit.* Caueturque idem *in dict.cap.fin.* dicente: *Si vero ex delegata potestate; vtraque pendet sententia ex arbitrio delegantis*, & in *l.*17. *dict.titul.*22. *part.*3.*vers. Pero si los juezes*, & notat *ibid.* Gregor. Lop. aut *si ex compromisso* (vt *text.in d.ct.cap.fin.* inquit) *neutrum debet habere vigorem.*

Hodiè, † cum Senatores discordant, paresque 76
in suffragiis existunt, quis debeat seruari ordo, *leges* tradunt Regiæ 43.*&* 44. *titul.* 5.*lib.* 2.*nouæ regiæ collection.*

Nobilibus datum esse, vt pro ciuili debito † 77
in carcerem detrudi nequeant, haud est qui nesciat, disponentibus sic regiis pariter *legibus* 5. *titul.*12.*lib.*2.Ordinam.*l.*79. Taur. *& c.*6. *tit.* 2.

lib. 6. noua Reg. collect. Huic nec renunciari
78 † fauori posse, in iutis communis terminis, Anton. Gomez *in dict.l.79.num.3.* defendit; quod recentiori ordinatione (nobilitatis gratia) sancitum est expresse,

Nobilitatis tamen fauori, libertatis, redemptionisque in hoc etiam præualere fauorem; posseque nobilem ad redemptionis pretium obligatum,
179 † nec soluentem in vincula detrudi, in eisque quoad soluat detineri, in casus contingentia in Regia Vallisoletana Cancellaria decisum, refert *Mieres de maiorat.dict.4. part. quæst. 1. limit.4 num.10.*

Mulierum quoque fauori hac in re libertatis, redemptionisque fauor potior. Etsi enim fœmi-
80 næ non quemadmodum viri pro debitis † creditoribus addicantur (vt legibus Regiis stantibus, quæ debitores creditoribus suis addicunt, à *Nobis* relatis, *de priuileg.pauper.1.part. quæst. 44.nu.23.*) longissimè validisque rationibus defendit Baez.*de inope debitor.cap.15.num.2.vers. Sed verius est, & seqq. Idem* tamen, *ipse ibi. num.24.*

81 Id fallere dicit, iureque pignoris retineri † fœminam posse, creditorique addici, si ob sui redemptionem debitum processerit. Sic expresse diffinitum dicens *.in l. Si quis ingenuam,21.D. de capt. & post limin. reuers.in l.Fœdissima,7.* & in *l. Si is qui te, 13. C. eod.titul.* quod & *num.1.* firmarat.

Simile quoque in redemptionis debiti gra-
82 tiam annotandum. Quod etsi ciuili iure, cedens bonis pro debito ciuili † carcerem vitet, ex *l. 1. C. qui bon.cedere poss. l.4.titul.13.part. 5.* Se-
83 cus atque (etiam de ciuili iure) † si debitum ex redemptione procedat; quia nec cessione bonorum à carcere, ab addictioneve debitorem liberari, sed quinquennali labore redemptionis pretium seruitioque (si aliunde non habeat, resarcire debere, Imperatores Honor. & *Theodos.* decreuere *in l.fin.C. de captiu.& postlimin. reuers. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate possitis negari faciat emptionem;decet redemptos, aut datum pro se pretium emptoribus restituere; aut laboris obsequio, vel opere quinquennij, vicem referre beneficij*, exornat(sic tradens) Baez. *de inope debitor.capite primo numero.65.*

84 Circa victum, † vestitumque ab hostibus captis præstitum, iidem ipsi Imperatores ibidem sic decernunt: *Diuersarum homines prouinciarum cuiuslibet sexus, conditionis, ætatis quos barbarica feritas captiuitatis necessitate transuexerat. inuitos nemo retineat,sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quicquam in vsu vestium, vel alimoniæ impensum est; humanitati sit præstitum nec maneat victualis sumptus repetitio.*

85 Cum alteri cuilibet, † qui ex legis, aut hominis dispositione ad alimentorum præstationem adstrictus non sit, eorum concedatur repetitio, vt & in auia pro nepotis alimentis expendente (ex *Pij Antonini* decreto) *Paulus* respondit, *in l. Nesenius, 37.D.de negot.gest.* eamque regulam (ex *l.1.l.Alimenta. 11.* & *l. Quod in vxorem, 13.C.eod.titul.* multorumque auctoritate) eruditissimus *Petr. Sard.* assignat in suo vtili *aliment.tractat.tit.6.quæst.1.num.1.*latè *numeris seqq.* ornans.

86 Sic etiam pro libertate, redemptioneque filij à parentibus impensum † repeti non posse, sed pietate ductrice solutum expensumque videri *Diocl.* & *Maxi.* sanxere, *in l.Liber captus, 17. C.de captiui.& postlimi. reuers.*(alias)*de postlim. reuer. & ab hostibus redemptis* inquiunt enim: *Quo genere matre filium redimente cum huiusmodi contractus non de mercede,sed de tristitia repudianda, cogitatur: voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit.* Paucisque interiectis: *Pro pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio,facti te pœnitere,ac de pretio quidquam tractare, non conuenit.* Ideoque nec in legitimam redemptionis pretium, proque ea impensum imputari posse, apparet,profitenturque Bald. *ibid.numero 3.& in auth. Ex testamento, sub num.35.vers. Quarto, C. de collat.* Bart. *in l. Stichus,num.3. D.de pecul.legat.& in l. Frater à fratre, numero 58. D. de condict. indebit.* Deci. *consil. 628. num.2.* Alciat. *de præsump. regul. 1. præsumpt. 32.num.2.* Marc. Anton.Peregrin. *de fideicommis.artic.36.sub.numero 138.vers. Et idem quoque*, Ioan. Anton. Mangi.(communem,& magis communem sæpè affirmans) *de imputat. quæstion. 42. numero 1.* Anton. Gomez *in l. 29.* Taur. *n.29.*Ioan. Garc. *de expens.& melior. c. 4. n. 12.* Menoch.*de arbitr. lib.2.cent. 1. casu 88. n. 29.*Eman.Rodrig.*in summ.verb.Captiuos,cap. 41.num.4.casu 88.num.29.*Mascard.*de probation. tom.1.conclus 554.num.68.& sed.*In fratre † pro 87
redemptione fratris expendente limitans *nu. 70.* cum *Bald.*& *Decio*, ex affectionis disparitate.

Limitat quoque *Glos. in dict.l. Liber captus, verb. Non conuenit,* si à principio cum prote-
stiatione † repetendi, vel computandi pretium 88
redemptionis parens redimat, ex *d. l.1.C.de negot. gest.* & *dict.l. Nesenius.* conducuntque à *Nobis* tradita *de priuileg.pauper. 2. part. quæst. 59.num.12.& seqq* Etsi in contrarium in hoc quoque casu, si nulla filius bona pro redemptione habeat, suadent à *Nobis ibidem* prænotata, *num.18.*probantia,nec protestationem quidem parentis credendi animo fecisse, quidquam operari in his, quæ expendere, præstareve omnino necesse parens habet; vt aut repetere, aut in legitimam imputare nullo modo possit.

Ante litem contestatam † testes recipi non 89
posse, *quæst.8.nu.389.& quæst. 10. numero 94.* notamus.

Perdit tamen ea regula vires in liberali causa, 90
† cum de statu personæ agitur, secundum *glos. in cap. Quoniam frequenter, vt lite non contest. verb.regulariter in fin. vers. Et secundum quosdam*, & *ibid.* Hostiens.*n.26.in casu 21.* Marian. Socin. *nu.49.& 50. fallent. 53.& 54. Nell. in tract.de testib.num.73.casu 27.* Farin.cum aliis à se adductis,eod.tractat.*quæst. 76.num. 43.*

Minutam solutionem † creditorem recipere 91
non debere scitum, ex *l.tutor,41.§.Lucius,D.de vsur.& quæst.8.supr.* aduertimus.

Pro libertate † vero eiusque fauore, minutam 92
solutionem,debitique partem creditorem accipere adstringit Paulus *in l.Cum heres, 4.§. Item si decem, D.de stat.liber. Si decem (inquit) heredi dare iussus fuerit: etiam per partes accipere fauore libertatis cogendus est.* Et notant Alexand. *in l. Quidam existimauerunt, num. 7. & ibid.* Ias. *numero 6. Digestis si cert.pet.* Pirrh. Maur.*de solutione & oblatione capite trigesimo num.18.*

Seruum

Seruum quoque pignori obligatum à debitore, sciente, † & tacente creditore manumissum liberum effici, pignorisque remissionem à creditore factam censeri. Imperatores *Verus*,& *Antonin.* his verbis *in l.1.C.de remiss. pignor.* decreuere: *Si te manumissum, & in libertate moratum, sciente ea, cui pignoris nomine obligatus diceris, Præsidi probaueris: ex consensu creditricis remissam pignoris obligationem apparebit: & per hoc, iure te manumissum, nec ab hærede de-*
94 *bitricis in seruitutem peti posse, certum est.* Cùm in aliis † *Martianus* contradicat, *in l. Sicut*, 8. §. *Non videtur*, *D. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* inquiens: *Non videtur autem consensisse creditor, si sciente eo, debitor rem vendiderit: cum ideo passus est venire, quod sciebat vbique pignus sibi durare.* In præiudicialibus †
95 namque tacentem pro consentiente haud quaquam haberi, multis *in Axiomatib. lit T. n.* 5. ostendimus

Morte mandantis † finiri mandatum per vul-
96 gatum est, *in Axiomatibusque iur. lit. M. num.* 36. plenè tradidimus. Libertati † tamen & id
97 *Iulianus* dedit, *in l.Si pater*, 4. *D. de manumis. vindict.* (& *ibid.* notauit, *ver. Fauore, Accurs.*) vt nec mandantis morte expiret. Multisque relatis profitentur sic Anton. Gab. *commun. concl. t. de procurat, concl. 2. nu.* 33 *& Trigon. singul.* 81.
98 Exosam, iureque damnatam pedagiorum, † tallearumvè impositionem, (*vt in prim. de priuileg. pauper. parte, quæst.* 38. *num. 2. & seqq.* or-
99 namus) permissam, & licitam libertatis † redemptionisque causa reddit: posse namque licitè pro sua redemptione taleam iustè Principem imponere, firmant *Nicol.* Boer. *decis.* 126. *num.* 8. *& 9.* Archiepisc. Florent. 2. *part. summ. cap.* 13. §. 2. *vers. Tertius est, col.* 1. Mieres *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 1. *limit.* 4. *num.* 7. addens 8.
100 ad contributionem hanc, etiam nobiles † compellendos, confirmatque Boer. *dict. loco, n.* 10. & Augustin. Bero. *cons.* 81. *num.* 7. *& seqq. lib* 1.
101 In dominis. † etiam inferioribus superioremque recognoscentibus ampliantes, sequimur *Nos dict. quæst.* 38. *num.* 15. Collectandi ius licet de
102 Regalibus † esse, nec alij quam Imperatori, aut Regi superiorem non recognoscenti competere, multis *duobus precedentibus numeris ibid.* comprobamus.
103 Inuito conferri beneficium, † ius & ratio vetant. Ius, *in l. Inuito*, 70 *D. de reg. iur. in l. fin. C. vnde legit.* pluraque alia à *Nobis in Axiomatib. congesta, lit. B. n.* 8.

Ratio iuri inhærens: quia (vt *Quintilian. declamat.* 7. ait) *Omnium beneficiorum ista natura est, vt non sit necessitas, sed potestas. Quidquid in honorem alicuius inuitum est, desinit priuilegium vocari posse, si cogas. Cuncta (si videtur) iura percurrito nusquam adeò pro nobis*
104 *solicita lex est, vt quod præstat, extorqueat.* Libertatis, † vero, redemptionisque fauore extorquet. Pro sui namque redemptione ipsiusmet bona distrahere, vt illum à captiuitate, eo etiam renuente, liberet, Tertio licet, cogiturque ratum habere redemptus. Ex notabili Imperatoris *Iustinian.* decisione, *in auth. vt cum de appell. cognosc.* §. *In huiusmodi vero coll.* 8. Cuius non verba omittamus oportet; etsi Doctorum ad confirmationem, numero parcamus; siquidem satis, ea per se firma, adiutorio non egent: Ait enim: *In huiusmodi vero causis, quando pro Captiuorum redemptione necessarium fuerit dare pecunias: si quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, si memoratæ. sic ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles, vel immobiles supponendi, siue propria ipsius sint, siue illius, qui in captiuitate detinetur. Quoniam in prædictis omnibus, quæ pro Captiuorum redemptione data, vel expensa probabuntur; contractus huiusmodi tanquam persona suæ potestatis, & legitimæ ætatis factos; ita firmos esse decernimus: nullo eis, qui cum huiusmodi personis in memoratis causis quo, prædictum est, modo contraxerint, præiudicio generando: necessitatem scilicet habente eo, qui ex captiuitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis tanquam suis debitis obligari.* Ex quo cum §. *precedenti*, quinque mirabilia, *verb. Debitis*, notanda aduertit *Accurs.* quorum pleraque iam suprà notamus. Probauitque dispositionem prædictam *text. in l.6. titul.7. part.6.* in fin. *E non se pueden ende escusar los herederos sobredichos, maguer digan que non recibieron mandado de los Catiuos para vender, o obligar sus cosas, por razon de quitallos. Cá sin su mandado las podrian ellos vender, e obligar tambien como las sus cosas proprias.* Conueniuntque latè à *Nobis* deductis *predicta quæst.* 41. *per tot.* ex text. etiam, *in l. fin. C. de testament. manumis.* inuitum conferri libertatem posse, testatur Ias. *in addit. ad Port. in princ. instit. quib. mod. tol. obli. n.* 3.

Proque libertate pœnitus extraneis † agere 105
licere, tradit (ex *l.1. D. de liber. homin. exhib.*) Arias Pinel. *in rubric. C. de bonis matern. part.* 2. *num.* 6. *ante fin.* Cùm interesse cessante, † repelli 106
agentem, multa iura decernat, quæ adducimus Axioma formantes, in *nostris, lit. I. num.* 91. *& seqq.*

Ex *filij*, vel *consanguinei* nominatione, † nec 107
filiationem, nec consanguinitatem probari Imperatores *Dioclet.* & *Maxim.* sanxere, in *l. Non epistolis*, 13 & *in l. Non nudis*, 14. *C. de probat.* Gordian. *in l.* 4. *&* 5. *C. de hered. inst.* probatque *text.* & *ibid.* notat *Glos. verb. Nominatus, in cap. Per tuas*, 10. extr. *de probation.* asseruntque Petr. Dueñ. *regul.* 341. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6 *præsump.* 53. *num.* 38 Aluar. Valasc. *consult.* 177. *numero* 9. plenissimè Ioseph. Mascard. *de probationib. tom.* 2. *conclus.* 790. *per tot.*

Ex nominatione autem *filij* à domino † de ser- 108
uo facta, si non filij iura, libertatem, tamen seruo competere, *Iustiniano* Imperatori placuit, *in* §. *fin. instit. de adoptionib.* libertatisque fauore notarunt Petr. Rebuff. *in tractat. de nominat. quæst.* 1. *num.* 6. & Ioseph. Mascard. *dict. concl.* 790. *num.* 44.

Multa præterea alia iura libertati fauentia extant; quorum præcipua (ob materiæ in frequentiam) summatim referemus. Adest in primis Pauli notabile responsum, *in l. Iulius Paulus*, 80. *D. de condit. & demonstr.*

Vbi libertatis fauore, coniunctionem dictio- 109
nemvè coniunctiuam † naturam suam perdere, nec coniungere, libertatemque alicui, cum alio simul relictam, si quid præstiterit, eo etiam non præstante, coniunctum liberum esse, affirmans.

Pro libertate præstanda, hæredem nomina-
tum suspectam † etiam hæreditatem ex be- 110
nignitate adire compelli *Papinianus* docet, *in leg. Non est cogendus*, 33. *D. ad S. C. Trebel.*

Libertas deinde directè † relicta, quæ ideò 111
subtili

subtili iure inutilis foret, ad fideicommissariam trahi, *Vlpianus* est auctor, *in l. Generaliter*, 24. *§. si quis seruo, D. de fideicommissar. libert. Si quis seruo pignorato* (ait) *directam libertatem dederis; licet videatur iure subtili, inutiliter reliquisse, attamen, quasi fideicommissaria libertate relicta, seruus petere potest, vt ex fideicommiss. liber fiat. Fauor enim libertatis suadet, vt interpretemur ad libertatis præstationem accedere testamenti verba, quasi ex fideicommisso fuerit seruus liber esse iussus. Nec enim ignotum est, quod multa contra iuris rigorem pro libertate sint constituta.*

112 Conditione deficiente, † sub qua legatum relictum est, legatum deficere; non vero libertatis legatum, *Vlpianus* demonstrat, *in l. si ita scriptum*, 16. *Digestis de manumiss. testam.* Eius sunt verba: *Si ita scriptum fuerit: Cum Titius annorum 30 erit, Stichus liber esto, eique heres meus fundum dato: & Titius antequam ad annum 30. perueniret, decesserit: Sticho libertas competet; sed legatum non debebitur. Nam fauore libertatis id receptum est, vt mortuo Titio tempus superesse videatur, quo impleto, libertas contingat. Circa legatum, defecisse conditio visa est.* Notantque *ibid.* Accurs. *verb. Impleto*, & *verb. Defecisse.* Et *nos in Axiomatib. littera C. numero* 108.

113 Legatum rei alienæ, cùm testator suam esse 114 † putaret, inutile *Iustinianus* edixit, *in §. non solum, vers. quod autem dixi, instit. de legat.*

Libertatis † autem legatum, ei quoque seruo, quem suum testator arbitrabatur factum, ea non contineri sanctione, tenerique hæredem, & redimere; & manumittere illum, *Paul.* respondit, *in leg. Paulus*, 19. *D. de fideicommiss. libert.* Eius transcripta verba sunt: *Paulus respondit: Etsi alienus inuenitur seruus, quem vt suum testator ab vno ex hæredibus voluerit manumitti, tamen cogendum eum qui est rogatus, redimere eum, & manumittere. Quoniam non putauit similem esse causam libertatis, fideicommissi pecuniarij.*

115 Nec mirabile minus, quod idem ipse *Paul.* immediatè subnectit: *Paulus respondit*, his verbis: *Crede mihi Zoile, † gratias tibi referet filius meus Martialis; imò non tibi solum, sed & filiis tuis. In plena voluntate defuncti contineri, citra beneficium coniunctis personis, & Zoilum, qui si serui sint, nihil gratius his præstari posse, quam libertatem: ideoque Præsidem debere sequi voluntatem defuncti.*

116 Cùm generalia, iactantia, vel adulatoria verba (vt sunt prædicta) nec probationem faciant, † nec obligationem inducant, iuxta dispositionem *text. in cap. Cum venissent*, 6. *de instit.* in verbis illis: *Respondit, quod non solum in illo, sed de omnibus reditibus suis faceret, quod sibi placeret.* Notantque *ibidem Canonistæ, text & ibi DD. in l. Sciendum*, 19. *§. 1. D. de ædilit. edict.* Andr. Tiraquel. *de priuileg. piæ caus. priuileg.* 51. Franc. Viui *commun. opin. tom. 2. lib. 8. titul.* 22. *num.* 43. Cald. Pereyr *de nomin. emphyt. quæst.* 1. *numero* 39. Latissimè Nicol. Genua, *in addition. ad lib. 3. de rescript. priuat. titul. de liter. offic. seu reuerentialib. per tot.* Balthaxar. Thomas (post hæc scripta visus) *tractat.* 10. *suorum tractatuum, titul. 2. de specialib. vel priuileg. piæ caus. cap.* 54. Ioseph. Sesse Arag *decis.* 182 *num.* 13. Stephan. Gratian. *decis.* 136. *num.* 14. Conueniunt in Baccharam (omnia offerentem, nihil præstantem) *Martialis epigrammat. lib. 7. epig.* 91. carmina:

Si quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,
Bis nobis dicis Bacchara, terque die.
Appellat rigida tristis me voce secundus,
Audis sed nescis, Bacchara, quid sit opus.
Pensio te coram petitur, clareque palamque:
Audis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus.
Esse queror gelidasque mihi, tritasque lacernas:
Audis, sed nescis, Bacchara, quid sit opus. 117
Hoc opus est, subito fias vt sidere mutus;
Dicere ne possis, Bacchara, quid sit opus.

Verba pariter enuntiatiua libertatis gratia † probare, dispositionem, & obligationem inducere, eiusdem *Pauli* responsum *in dict. l. Paulus* suadet, affirmatque (suo licet more, à piæ causæ similitudine perita) Ioan. Mar. Nouar. 118 *hoc eodem tract. de priuileg. miserabil. personar. priuileg.* 13. Cùm in aliis † nec probare, nec disponere, in vulgare transierit Axioma, ex *l. si quis ita instituatur hæres, si legitimus, D. de hæred. instit. l. Lutius Titius testamento, §. Quisquis mihi hæres erit, D. de legat.* 2. quàm plurimisque aliis authoritatibus comprobatum *in nostris, lit. V. numero* 90. & 91.

Multas præterea libertati fauentes leges cumulauit Gregor. Lop. *in l. 4. tit. 5. part. 3. glos. 7. verb. Todos los derechos del mundo.* Quibus & 119 nouiores Regias adde, *toto ferè, titul. 11. lib. 1. noua reg. collect.* quatenus *lex* 1. statuit: † *Que si se rescatarem por ganados, que huuierem de dar por sus redempciones, que los nuestros Almo jarifes, y guardas de las sacas no les tomen por ello* 120 *derecho de diezmo, ni medio diezmo, ni otro derecho alguno.*

Lex secunda: † *Que quando quiera que algunos Christianos que huuieren estado captiuos en tierra de moros, y salieran de captiuerio, por ser redimidos, o por otra manera qualquier, que no sean obligados a pagar por si derecho alguno a los Almojarifes, ni a otro pueblo, ni persona alguna, por* 121 *lo que pagaron por la redempcion, ni por otra causa alguna.*

Lex tertia, † dominium captiui mauri, eum ad captiui Christiani redemptionem vendere cogit pretio, modoque ibidem assignato, retractu 122 etiam pro seruo maiori pretio in publica subhastatione vendito, concesso.

Item officia publica, † consumptioni obnoxia, quæ captiui obtinebant, non extingui, posseque eadem ipsa captiuos renunciare, legibus contrariis non obstantibus, decernit, *l. 16. titul. 3. lib. 7.* 123 *noua Reg. collect.* modumque præfinit.

Denique non legis solùm, sed præcipuam Deos † curam habere de seruis ostendit, exemplisque confirmat *Macrob. Saturnalior. lib. 1. cap. 11.* eos simul commendans, ac multos, & eximios viros Potestatis, & Philosophiæ Principes seruos recensens.

* * *

VTRVM

VTRVM MILITES MISERABILES sint personæ? Vtque miserabiles nostræ *legis vnicæ, C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* priuilegio gaudeant quibusque fruantur aliis.

SVMMARIVM.

1 *Militia tripartia est. Armata, Cœlestis, & Legalis.*
Altera etiam militiæ diuisiones, numero 21. & seqq.
2 *Armata militia in multiplici est differentia. De cuius natura*, num. seqq.
3 *Ad legitimam, & ordinariam militiam qui, & qualiter recipiebantur, ac instruebantur?*
Plagas vitandi, & inferendi, quis primus militibus præcepta dedit: ibid.
4 *Ad militiam admissi, non solum initio, sed quotannis Sacramentum præstabant. Deque eius forma.*
5 *Verus miles præstare quinque debet. Et quæ?* remis.
6 *Tumultuaria militia quæ? Qui, & qualiter ad eam recipiebantur?*
7 *Auxiliaria, Legionariavè militia, quæ? De vtriusque qualitate, discrimine, & militum numero.*
8 *Legio quibus militibus constabat?*
9 *Equestris, & pedestris militia, quæ? & vnde dicta?*
Peditum militia in multiplici differentia, ibi. remiss.
10 *Exercitus quid sit?*
11 *Stationarij, seu Præsidiales milites, qui?*
12 *Militia Cœlestis (Clericorum nempè) ad terrestris, armataque militiæ similitudinem componitur. De vnaque ad aliam argumentum procedit.*
13 *Quatuor militarium Ordinum equites an Cœlesti huic militiæ adscribantur? Et an Ecclesiastica, aut religiosæ personæ dicantur?* & num. 29.
14 *Legalem, Togatamque militiam aduocati constituunt. De militibusque ad aduocatos argumentum procedit*, & n. 56.
15 *Aduocati militum, nobiliumque priuilegiis gaudent.*
16 *An vt relatorum priuilegiis aduocati fruantur, & actu aduocationis officium exerceant, & in aduocatorum matricula sint descripti, sit necessum?* & numero sequent.
Miles nomine, non exercitio, militum priuilegiis non gaudet, ibid. & numero 23. & seqq.
17 *Miles in militum matricula non descriptus, non miles, sed priuatus dicitur, nec militaribus vtitur, priuilegiis.*
18 *Aduocatus in matricula aduocatorum descriptus esse debet, anteque aliorum descriptorum priuilegiis non fruitur. Et an ad id prius in Regio Senatu, Cancellariis, vel audientiis admissi esse debeant?* numero 20.
19 *Doctor, vel aduocatus nomine, nec docens, aut postulans, Doctorum, vel aduocatorum priuilegiis non vtuntur: ministerium suum exercentes, vtuntur, casu præsumptæ iuris ignorantiæ dempto.*
22 *Principes viri qui ab Imperatore Romano maiora feuda tenent, non nisi dum in castris pro Imperio, aut republica militant, militum priuilegiis gaudent.*
23 *Aurati equites, siue quos* de espuela dorada *vocitamus (idem enim sunt) nomine dicuntur milites, nec eorum fauores merentur*, & nu seq.
Tormentis tamen subiici, aut in carcerem pro ciuili debito detrudi nequeunt, numero 26.
25 *Priuilegia denegantur his, qui munus quod profitentur non implent.*
27 *Nobiles nec tormentis subiici, nec in carcerem mitti pro ciuili debito possunt. Quidque circa id apud exteros, nostraté, ve consuetudo induxerit?*
28 *Simpliciter nobiles: milites solum imaginarij dicuntur, nec militum gaudent priuilegiis*, & num. 30.
29 *Trium militarium Ordinem equites Diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatraue an Ordinariorum iudicum iurisdictioni subsint? Militumque priuilegiis vtantur?* & num. seq.
31 *Equites armati, an, & quibus fruantur exemptionibus.*
32 *Milites nostri temporis an antiquorum militum iure vtantur?*
33 *Misera militantium describitur conditio. Miserabiliumque fauorem dignos contenditur. Contrà* n. 42. & seqq.
Vita humana militia dicitur, dict. numer. 33. & 55.
34 *Amans militanti comparatur.*
35 *Miles, siue militia vnde dicta? quæque in milite qualitates adesse debeant?*
36 *Militibus in bello, aut etiam in pace sine labore diem transigere, indecorum.*
37 *Nullum aliud ad militaris gloriæ culmen, quam per labores iter. Ad illorumque mensuram erogari militaria priuilegia debent.*
38 *Nil tam militibus decorum, quam vulneratam ostendere faciem.*
39 *Milites in vmbra mortis sedent, ad bellumque euntes, vt morti proximi, ad perpetuam rei memoriam testes recipi possunt.*
40 *Et à quibus casibus, & censuris, vt in mortis articulo in prælio existentes, absolui.*
41 *Nulli alij quam milites, aut priuilegiis, aut maiori commiseratione digni existunt.*
43 *Militiam dignitatem esse, multis placuit: honorem, omnibus*, & num. seq.
44 *Serui à glorioso militiæ honore, capitis pœna, arcentur.*
45 *Liberi quoque status controuersiam patientes, aut infamiæ suspitione affecti, ab eo remouentur.*
46 *Rusticæ sordes cum militiæ honore non conueniunt.*
47 *Capite censos (quod essent inopes) ad arma publica Antiquitas non admissit. Et de horum natura, & conditione*, numero seq. remis.
49 *In milites non nisi Romani Ciues eligi solebant.*

50 *Qui pro Republica ceciderunt, per gloriam viuere intelliguntur.*

Cimbrorum, & Celtiberorum mos, ibidem.

51 *Vera nobilitas, stemata, & Imagines à Militia processere, bellica virtus ex priuata, & humili sæpè fortuna ad summum maiestatis fastigium milites euexit.*

52 *Imperator non nisi miles diligendus.*

54 *Pericula vbique.*

56 *Aduocati Togatæ militiæ prætextu* legis *nostræ* vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid. *forique priuilegio nullatenus gaudent, ni alia fortunæ iniuria laborent.*

57 *Miles an vt potens, difficilisque conuentionis, ad Principem trahi debeat?*

58 *Voluntariè misero an lex nostra vnica succurrat.*

60 *In expeditione qui milites esse dicantur? Quique actu militantium priuilegiis gaudeant?* & num. seqq.

Doctor stipendiatus pro absentiæ tempore, superioris licentia factæ, stipendium, salariumvè consequitur ibid dict. num. 60.

61 *Recessisse non dicitur, qui animum reuertendi habet.*

63 *Spolia inter milites qualiter diuidenda?*

64 *Quæ hodie militibus stationariis, aut Præsidialibus, nec militantium actu, iura concessa extent?*

66 *Miles in expeditione existens, rei partes sustinens, tam in ciuili, quàm criminali causa coram magistro militum cuius subest imperio, conueniendus est. Limita & intellige vt* num. seq.

68 *Miles super causa ciuili, vel etiam criminali cuius cognitio, coercitioque ad militum magistrum pertinet, à persona miserabili conuentus, neque ad alium iudicem, neque ad Principis tribunal euocari potest.*

69 *Nec suam miles ad alium iudicem, aut tribunal poterit tunc causam deferre.*

Milites in iudicem non suum consentire nequeunt, ibi.

70 *Miserabilibus malitiose agentibus fori non competit priuilegium.*

71 *Præcipui militibus iudices sunt constituti, ne castra deserant.*

72 *Atrociora crimina miles committens, extra militum numerum remanet, militari honore priuatur, proque illorum punitione coram locorum Ordinariis conueniri, vel coram Principe potest.*

Quidque hodie en las Guardas de Castilla, y la gente de la Caualleria, y Infanteria de la costa del Reyno de Granada. *sancitum?* num. 76.

73 *Pro morte simpliciter illata, factovè commisso, an ad Principem in prima causæ cognitione criminosus deferatur?*

74 *Miles agens conuenire in foro suo reum debet*, num. seq. & 77.

75 *Miles non nisi à iure expressis priuilegiis gaudet.*

78 *Extra expeditionem degentium causa (siue quòd sponte militiæ* vale *dixerint; siue quod emeritorum locum sponte, vel inuiti teneant) an & quando coram militum magistro discuti possint?*

Cuius ætatis à militari exercitio miles excusetur, emensionemque obtineat? ibid.

Veteranorum priuilegia, ibid. remis.

79 *Milites extra expeditionem, propriisque in laribus degentes, an in contributionibus, & collectis cum paganis concurrant?*

De Militibus, quos Hombres de Armas, *aut* Continuos *appellamus*, ibid. remis.

81 *Militum priuilegia qui tractarint, ac recensuerint?* & num. 200.

82 *Substitutio compendiosa, quæ facta verbis directis, post tempora pubertatis euanescit, militis obliquatur fauore.*

83 *Directa, quæ post tempora pubertatis fieri non potest: à milite fieri valet, &* num. seq.

85 *Hæreditas codicillis directò dari, neque adimi potest.*

86 *Miles hæreditatem hoc modo legis permissione relinquit.*

87 *Militis codicilli, etiam si ad testamentum non referantur, per se solum stare possunt.*

88 *Semel hæres, non potest desinere esse hæres. Fallit in milite*, num. seq.

90 *Ius accrescendi etiam inuitis accrescit. Non tamen militi*, num. seq.

91 *Decedere non potest quis pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

93 *Miles potest.*

94 *Hæreditatem restituere rogatus Trebellianicam detrahit.*

95 *In testamento militis non detrahitur.*

96 *Et idem in Falcidia. Nisi hæreditas legatis exhausta sit*, & num. seq.

98 *Miles vltra dotantem grauare hæredem potest, non paganus.*

99 *Verba obliqua nunquam trahuntur ad directa: contra vero sic.*

100 *Militum obliqua verba directantur.*

101 *Pactum futuræ successionis non valet.*

102 *Militari fauore limitatur.*

103 *Omne regulariter testamentum querela rescindi potest, si in eo filius exhæredatus sit.*

104 *Militis testamentum querelæ non subest.*

105 *Verba enuntiatiua incidenter, & propter aliud emissa non disponunt, nec probant.*

106 *Fauore militis limitatur.*

107 *Obscurè interroganti non est à iure Consulto, vel Imperatore respondendum. Nisi militi*, num. seq.

109 *Vassallis ad inuestituram petendam, annus & dies concessus est.*

110 *Militi annus & mensis datur.*

111 *Pro debito quilibet in carcerem mitti potest.*

112 *Miles non potest*, & num. seq. & 114.

113 *Nobiles pro ciuili debito in carcerem mitti nequeunt.*

114 *Milites non in plus quam facere possunt, conueniuntur*, & num. 172.

Qui vltra id, quod facere possunt conueniri nequeunt, in carcerem detrudi ea ratione non valent, ibi.

115 *Testamentum quas iuris solemnitates requirat?* remis.

116 *Nemo potest facere quin leges in suo testamento locum habeant. Et aliter conditum, non testamentum propriè est, sed abusiuè.*

117 *Militibus*

117 *Militibus testamentorum solemnitates sunt remissæ. Et qua in eis requirantur?* & num. 182.& 183.
118 *Non solum testandi solemnitates actu militantibus remittuntur; sed etiam paganis qui iure militari vltima condidere elogia, milites,que decessere. Limita & intellige vt* num.seq.
120 *In testamento testes rogati esse debent. Et quid hodie de iure Regio?* numero sequent.
121 *In militis testamento testium rogitus necessarius non est.*
122 *Filius aut institui, aut exhæredari nominatim debet, ne præteritus testamentum rumpat.*
123 *Militi necessitas hæc à lege imposita non est.*
124 *Filio non potest quis pupillariter substituere, nisi sibi prius testamentum faciat.*
125 *Militi permissum est pupillo tantum, sibi tiam testamento non facto, substituere.*
126 *Idem in exemplari substitutione,qua à milite similter vadidè fit.*
127 *Filiusfam. miles non solum de castrensibus testari,sibique testamentum facere potest; sed etiam filio pupillo,*& nu.seq.
129 *Ad pupillarium tabularum confirmationem, hæreditatis aditio requiritur.*
130 *Militis etiam hæreditate non adita, suum sortiuntur effectum.*
131 *Filio emancipato substitui non potest.*
132 *Miles substituit.*
133 *Cum duobus testamentis mori quis non potest. Miles potest,*num.seq.
135 *Capite damnati testamenti factionem non habent, eorumque bona publicantur. Et quid de iure regio?ibid.*
136 *Miles an, & quando superiori casu, testamenti factionem iure habeat militari?*
137 *Incertus de statu suo testari non potest.*
138 *Miles potest.*
139 *Surdus,& mutus non testantur nisi sint mimilites,* & nu.seq.
141 *Mulieri (in quam etiam turpis suspitio cadere potest) liberè relinquitur.*
142 *Militi resistit lex ne donet, eivè aliquid relinquat.*
143 *Limita in donatione ob merita facta.*
144 *Et an donatio huiusmodi à milite facta, iuramento firmetur?*remissiuè.
145 *Deportati,de iure communi,hæredes institui non possunt,neque alius quilibet seruus pœnæ effectus.*
146 *Instituuntur à milite.*
147 *Causæ meri, & mixti imperij delegari non possunt. Et quid ius Canonicum, consuetudoque induxerit?*remissiuè.
148 *Fauore militum delegantur.*
149 *Regula Catoniana in testamento cuiusque locum habet.*
150 *In testamento militis considerabilis. non est.*
151 *Ignorantia iuris nemini prodest, quin officere solet.*
152 *Militi non nocet.*
153 *Priuilegium fori pendente iudicio superueniens,quem iurisdictione non eximit. Nec clericos, post delictum saltem in iudicium seculare deductum (ex magis communi, receptiorique sententia) ab eo eximet,*numero seq.
155 *In milite armata militia quid?*
156 *Vxori, vel medico alicuius læsi, si ex causa probabili, & necessaria absfuisset, non succurritur ex clausula* Si qua mihi iusta causa esse videbitur.
157 *Vxor, & medicus militis fauore militari restituuntur.*
158 *Peremptoria exceptio post sententiam opponi non potest.*
159 *A milite opponi potest.*
160 *Tutelam (vt munus publicum) quilibet ad suscipiendum cogitur.*
161 *Miles nec cogitur, nec admitti ad illam debet, & à suscepta liberatur,nisi tutela filiorum sui commilitonis sit.*
162 *Milites à cæteris personalibus muneribus immunes existunt.*
163 *Et quid in realibus? Et his, quæ à mercimonio proueniunt?*
164 *Laqueo vitam finire, qui delinquentes debeant,*remis.
165 *Miles non laquei morte, sed honestiore punitur.*
166 *Limita in atrocioribus delictis, latrociniis præcipuè.*
167 *Res empta alterius nomine, cum pecunia mea, non est mea, nec ea ratione vindicari potest,nec cæteris creditoribus anterioribus pecuniæ dominus in re prefertur.*
168 *Si ex militis pecunia comparata sit, secus.*
169 *Verè contumax ab appellando excluditur.*
170 *Miles rusticus,& minor appellant.*
171 *Condemnatus ad soluendum, soluere præcisè cogitur, nec coactionem euitat si promissorem de soluendo dare paratus sit.*
173 *Miles bonis cedere non potest.*
174 *Priuilegio fauori quilibet renuntiare potest.*
175 *Miles, & Clericus non possunt.*
176 *Pupillariter filio suo substituendo, facere quis non potest, vt pro parte testatus,intestatus pro parte decedat. Substitutio pupillaris pars, & sequela est paterni testamenti, nec potest fieri, nisi sibi prius testamentum faciat pater*, ibid.
177 *Miles potest.*
178 *Præteritione matris querelæ subiicitur testamentum, quia loco exhæredationis habetur. In militè secus,* numero sequenti.
180 *In paganis patrimoniorum distinctio non cadit.*
181 *Miles instituendo vnum in vno patrimonio, & alium in alio, hoc ipso declarat, se priuilegiò militari vti velle.*
182 *Ad probandum alicuius testantis voluntatem, in testamento, septem desiderantur testes.*
183 *In voluntate militis probanda, duo sufficiunt. Amplia* num.seq.
185 *Pro debito ciuili capi quis personaliter potest, nisi in propria domo, aut in Ecclesia extet.*
186 *Miles neque id pertimescit.*
187 *Testamentum simpliciter fieri debet, non spe lucri.*

188 *Inter*

188 *Inter milites sic quoque factum tenet.*
189 *In executione iudicati omnia debitori possunt auferri.*
190 *Militibus arma relinquuntur, sicut scholaribus libri.* & num.192.
191 *Nobilibus arma, habitationisque domus relinquitur, in quibus, aut in eorum persona executio fieri non debet.*
193 *Patris efficit præteritio, vt testamentum sit ipso iure nullum.*
194 *Miles sciens se filios habere, si alios hæredes scripserit; tacitè eos exhæredasse intelligitur.*
195 *Filij agnatione an militis testamentum rumpatur?*
196 *Filiam in testamento appellans, & eidem legatum relinquens, an eam exhæredare videatur?*
197 *Et quid si miles sit?*
198 *Si quis seruum instituerit, eique libertatem reliquerit in eodem testamento, eidem hæreditas sola sine libertate adimi non potest.*
199 *Miles potest seruum hæredem instituere, deinde exhæredem scribere.*
200 *Filiusfam. miles capite minutus, emancipatus, vel in adoptionem datus à patre, testamentum valet.*
201 *In pagano secus.*
203 *Militibus in expeditione occupatis longi temporis præscriptio non obest. Cæteris nocet,* & num seq.
205 *Pro ferendo testimonio milites euocari, cogique inuiti nequeunt.*
206 *Quilibet expressè non priuilegiatus testimonium dicere cogitur.*
207 *Miles sine cessione agere potest, non alius.*
208 *Filiusfam. patre etiam permittente testari iure communi non poterat. Regio potest,* num.210.
209 *Militi filiofam. de castrensibus, aut quasi, testari licet.*
211 *Lis nulla inter patrem, & filium esse potest.*
212 *Pro castrensibus & quasi castrensibus potest.*
213 *Inter patrem, & filium donatio non consistit.*
214 *Militiæ causa donatio filio à patre facta valet, castrenseque efficitur peculium.*
215 *Inter coniuges donatio matrimonio constante prohibita est.*
216 *Si militiæ contemplatione vxor marito donet, donatio valet, castrenseque peculium donata reputantur.*
217 *Ex tempore, vel ad tempus hæreditas dari non potest.*
218 *à milite potest.*
219 *Posteriori testamento non nisi perfecto, prius solemniter conditum rumpitur, irritumvè fit.*
220 *Simplici militis voluntate prius illius testamentum fit irritum.*
221 *Conficiendi inuentarij omnes hæredes obligatio tenet.*
222 *Miles qui inconsultè hæreditatem adiit, inuentarij confectione omissa, an hæreditariis creditoribus in solidum teneatur?*
223 *Miles inuentarium non conficiens, an falcidia priuetur?*
224 *Militum causæ breues, summariaque existunt? Diebusque feriatis agitari possunt?*
225 *In sportulis persoluendis leuantur.*
226 *Acquisita constante matrimonio etsi æqualiter coniugibus pertineant: quod maritus in bello lucratus est vxori non communicatur, nisi eius quoque expensis militauerit.*

QVÆST. XVII.

AD propositæ quæstionis, non modò ornatum, sed aptam, congruamque determinationem prius discuti oportet, quotuplex sit militia? in quotuplicique sint milites differentia?

Probata communiter diuisio tripartitam † 1
militiam assignat. Aliam armatam; Cœlestem aliam; tertiamque legalem, vt (post *Bart.& Doctores in l.miles, 6. D.de re iudic.*) tradit Nicol. Boër.*in consuetud.* Bitur.*in glos.Est faict cheualier,in princip.pag.mihi* 238.

De prima, sunt tituli *Digestis, Codice,*& *inst. de milit.testam.* cum multis sparsim iuribus existentibus. Deque *regio, leg. 1. & toto tit. 21. part. 2.*

Quæ item militia in multiplici † differentia 2
extat. Legitima nempè, & ordinaria tumultuaria, auxiliaria, aut legionaria, equestris, & pedestris, stationaria, siue præsidialis. Ad primam quarum;
legitimam † scilicet, nō nisi selecti, iuratique sin- 3
guli admittebantur. Modum seriemque, admissionis, electionisvè ad illam, sic *Alex. ab Alex. dier. Genial. lib. 1. cap. 20.* (ex antiquiorum traditione) describit: *Qui de militari disciplina libros posteris reliquere, eos haud ferè quemquam minorem septemdecim annis, aut sex, & quadraginta maiorem, militiæ, & tyrocinio adscribi voluisse constat: idque à Seruio Tullio vetere censione cautum fuisse primum. Quod auo subsequente, à Caio Graccho sancitum fuit. Causa autem hæc est, quod citrà eam ætatem, aut suprà (velut immaturos, aut præduros effectus militiæ rudimentis minimè idoneos putarunt. Ideò vetus constitutum erat, iuuenes, nisi post pubertatem, & primo flore ætatis dum per ætatem laborem militarem ferre possent, florentes viribus; & eos ex vrbana, sæpius ex agresti iuuentute, rusticis operibus duratos, militari Sacramento, & muneri adigere, singulosque militiæ per numerum, in iuniorum tabulis adscribere, qui* Catalogi *dicti: illosque ex corporis habitudine si apti militiæ, si apto corpore, si ceruice erecta, si fortis, & strenuus, quæ species, qualisque vigor, & quod robur virium foret, internoscere, vt illorum forti, fidelique opera Respublica vti possit. Nam nimis pinguem, deformem, aut mancum, desidem, aut vecordem, tanquam minus vtiles, militiæ non adscribebant. Quippe cato Censorius pinguem militem (veluti Reipublicæ incommodum) iure incessuit, cuius inter gutur, & inguem cuncta sub ventris domini forent.* Merito inde Senec. epist.44. *Castra quoque quos ad laborem, & periculum recipiunt, fastidiosè legunt.* Plura circa ordinariam hanc militiam, deque militum electione *Veget, de re milit. lib.1. cap.1. 2.3.4. 5. 6. & 7.* Regiaque *lex 2. d.tit.21. p.2.*& aliqua per *Casane. in catalog. glor. mund. p. 9. consider.* 30. & aliis. *Quibus ad militiam admissis* (d. loco Alex. ab Alex. addit) *primo anno custos sub quo disciplinam ediscerent, & magister sub*

sub cuius imperio tyrunculi acuerentur; publice dabatur, ne expertes operum militarium arma tractarent. Diuus vero Iulius equites Romanos, aut Senatores armorum peritos sub quibus militiæ nescij erudirentur, magistros dedit: quorum præceptis imbuti, præstando, & peruigilando, militare rudimentum deponerent, legesque pugnandi, & prælij normam, ac dicta internoscerent. Primisque Publius Rutilius Consul, collega Cnei Manlij è ludo Corneli Scauri, doctioribus accersitis, plagas vitandi, & inferendi, militibus præcepta dedit. Inde ne temerè, sine arte pugnarēt, vtque tyrones sub disciplina essent, & militaribus imbuerentur præceptis, tribunis datum negotium fuit. Idque ipsum *Valer. Max.* prodit *lib. 1. tit. 3. de militar. instit. cap. 2.*

4 Ad militiam vero admissi, non solum initio; sed quotannis † Sacramentum præstabant: in receptione licet aduersus mos extiterit. Nam *primi sua sponte decuriati equites, centuriati pedites Sacramenta mutuo præstabant. Paulo deinde Æmilio, & Terentio Varrone Consulibus, tunc primum, quod nunquam ante factum, per tribunos militum à voluntario Sacramento ad legitimum iusiurandum milites adacti fuere. Quod quidem Imperator præstare tenebatur primus, suo mox ordine subsequebantur legati, deinde tribuni. Deinde centuriones, postea decuriones, mox præfecti castrorum, demum milites. Quod singulis annis Kalendis Ianuariis præstabatur. Iurabant enim per Deos solemne iusiurandum: postea in acta principum se iussu consulum conuenturos, neque in castris eorum in iussu, quæsitis occasionibus abituros: non fuga, formidinisve causa extra ordinem recessuros, nisi teli sumendi, vel hostis feriendi, aut ciuis seruandi causa. Neque in exercitu propeve decem passuum millia, pluris argenti nummi furtum facturos; extraque hastam, ligna, vtrem, follem: si quid quod pluris esset nacti fuissent; id omne ad Consules delaturos, aut dominis reddituros.* Verba sunt *Alexandrini ab Alexand. eod. lib. 1. cap. 20* Nec dissimiliter *Aul. Gel. noct. Athicar. lib. 16. cap. 4.* inquiens: *Quum delectus antiquitus fieret, & milites scriberentur; in iusiurandum eos Tribunus militaris adigebat in hæc verb: In magistr. C. Lelij C. filij Cos. L. ve Corn. P. filij Cos. in exercitu, decemque millia passuum prope, furtum non facies dolo, solus, neque cum pluribus pluris nummi argentei in dies singulos, Extra hastam, hastile, ligna, pabulum, vtrem, follem, faculam, si quid ibi inueneris, sustulerisvè, quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit, vti tu ad C. Lelium, C. filium Cos, L. ve Cornelium P. filium Cos. siue ad quem eorum iusserit; proferas; aut profitebere in triduo proximo, quidquid inueneris, sustulerisvè dolo malo, aut dominio suo, Cum id censebis esse, reddes, vti quod rectè factum esse voles.* Alia circa militare iusiurandum ex Cincino *lib. 5. de re milit.* prosequens, tradidereque multa Carol. Sigon. *de antiquit. iur. Roman. lib. 1. cap. 15.* Claud. Cota. *de iure, & priuileg. milit. lib. 1. cap. 6. per tot.* Petr. Bellin. *de re milit. lib. 1. titul. 9. num. 1. 2. & 3.* Petr. Cabal. *resolut. crimin. cent. 3. casu 2. 4. num. 51. & 52* & Petr. Gregor. *syntagm. iuris vniuers. lib. 19. cap. 4. num. 1. & 2.*

5 Quinque † præstare militem debere, & dicunt, & referunt *Glos. vnic. in l. milites. 45. D. ex quib. caus. maior.* Abb. *in cap. in nostra, n. 8. de procurator.* Alex. *in l. Centurio, n. 3. D. de vulg. & pupil.* Amad. *de castel. in tract. syndicat. verb. magnificum, & generosum militem, n. 37.* Petr. Antibol. *in tract. de muner §. 4. num. 6.* Greg. Lop. *in l. 49. tit. 5. p. 5. verb. Cauallero.* Eosque numerans, Didac. Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 4.* Ordinam. *vers. Aduertendum tamen pag. mihi 765.*

Ad Tumultuariam militiam, † non consultò, sed necessitate, casuvè instante recipiebantur: nec singuli sigillatim, sed omnes in tumultu iurabant; quæ & *Coniuratio* appellabatur. Quo insensu, illud *Virgilianum Æneid. 7.* 6

Simul omne tumultum.

Coniurat trepido Latium, sæuitq; iuuentus. explicat ibid. *Seruius.* Nāq, in tumultu Italico, vel Gallico singulos milites propter imminentis periculi celeritatem, Sacramento rogatos non fuisse, obseruat, sed simul iurasse: ideoque militiam illam *Coniurationem* dictā De qua *Alex. ab Alex. d. lib. 1. dier. Genial. cap. 20. ad. fin.* sic ait: *Nonnunquam alio Sacramento milites adactos comperimus, cum ingens subeunda dimicatio foret, & in extremum discrimen res venit: vt nisi victis, debellatis fusisque hostibus victores forent: se ad castra nunquam redituros iurarent. Tum illud notatum est; quod si ab vniuerso exercitu iusiurandum Consuli præstandum esset; satisfecisse, si Centurio, vel. Tribunus exercitus nomine conceptis verbis, sublimi voce iuraret, omnisq; multitudo, & singuli milites communi conspiratione, & consensu in eadem verba, silentio in se quisque iuret: Hocque iusiurandum, ac si con cepta verba singuli expressissent, perinde tenere, ac Sanctum, & illibatum haberi.* Quod & apud *Claudianum de bello ciuili, lib. 1.* extat:

His cuncta simul assensere cohortes,
Elatasque altè quæcumque ad bella vocaret,
Promissere manus.

De Auxiliaria verò, † Legionariavè militia 7 idem met *Alex. ab Alex. eod. c. 20.* hæc insuper ne. ctit: *Inter Auxilia tamen, minor, in Legionibus longe maior nu. adscribi assueuit. Sed tamen Legionarium & arma grauiora, & disciplina fuit seuerior: Auxiliariorum vero minor, nec tam exactæ diligentiæ, &c.* Deque Auxiliariis militibus sacræ litteræ mentionem faciunt *Machabeor. lib. 1. c. 3.* de Serone exercitus Siriæ Principe loquens: *Et præparauit se, & ascenderunt cum eo castra impiorum, fortes Auxiliarij.* Et vtriusq; frequens apud Cornel Tacit. Sueton. Tranquil. Iustin. Herodian. aliosque historicos commemoratos. Cōstabat autem Legio † (vt *d. lib. 16. cap. 4. in fin. Aul. Gel.* notat) centuriis sexaginta, manipulis triginta, cohortibus decem. 8

Equestris militia, † quod equis milites insidant, dicta, authore *Diuo Isidoro etymolog. lib. 10. cap. 4.* Pedestris, quod pedites eam exerceant; meminit vtriusque Iustinian. *in l. Restituenda, 6. §. Licentiam, C. de aduocat. diuersor. iudic.* verbis illis: *Vnum equitum, alterum schola peditum.* Zeno *in l. Neminem, 17. C. de re milit. lib. 12* Valent. Grat. & Theodos. *in l. 1. C. de offic. Magist. milit. procem. & tot. tit. 21. part. 1. & l. 21. tit. 23. ead. part.* Eamque peditum militiam in multiplici differentia esse, constat ex Valer. Max. *lib. 2. tit. de milit. instit. cap. 3. & tit. 7. de discipl. milit. cap. 4.* Claud. Cot. *de iure, & priuileg. milit. lib. 1. cap. 16.* & Ambr. Calep. *verb. Miles.* De vtraque pariter militia est in sacris literis mentio frequens, *Machabeor. 1. cap. 4. Et assumpsit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos.* Ibidemq; *Et sequenti anno congregauit*

Lysias virorum electorum sexaginta millia & equitum quinque millia vt debellaret eos. Et, cap 6. *Et erat numerus exercitus eius centum millia peditum, & viginti millia equitum.* cap. 9. cap. 16. &
10 alibi sæpè.

Ex qua quidem componitur exercitus, †eumque ex *Vegetio de re milit. lib. 2.)* adstruit Petr. Gregor. *syntagmat. iuris vniuers. lib.* 19. *cap.* 3. *n.* 1. Neque enim aliud *exercitus est, quam peditum, atque equitum ad gerendum bellum multitudo collecta.* Veluti (ex eodem *Vegetio* tradit Petr. Bellenc. *de re milit. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 4. Neque *exercitum* (vt Vlpian. *in l.* 2. §. *Exercitum, D. de his qui not. infam.* ait) *vnam cohortem, nec vnam alam dicimus: sed numeros multos militum. Nam exercitui præesse dicimus eum, qui legionem vel legiones cum suis auxiliis ab Imperatori commissas administrat.*
11

Stationarij, † seu Præsidiales dicti sunt milites, quod in statione certa persistant. *Hæc mea vigilia, hoc meum præsidium statiuum*, ait Cicero *Philipic.* 12. Liui. 6. ab vrbe: *Tertius exercitus ex causariis senioribus a Lutio Quintio scribatur, qui vrbi, manibusque præsidio sit.* Iustin. histor. lib. 6. *Sed Lacedæmonij securi insidiantur absentiam Arcadum speculanti, castellum eorum expugnant, occupatoque præsidium imponunt.* Crebra pariter huius in sacris literis mentio *Machabæor.* 1. *c.* 11. *Et misit Ionatas ad Demetrium Regem, vt eiiceret eos, qui in arce erant in Hierusalem, & qui in præsidiis erant.* Inferiusque ibidem: *Et eiecit eos inde, & capit Ciuitatem, & posuit in ea præsidium.* multotiesque reperitur *cap.* 12.

12 Ad terrestris, armatæque militiæ similitudinem, † altera (principalis assignata diuisionis) *Cœlestis* componitur, nempè Clericorum, ex *text. in c. Reprehensibile*, 19. in ordine, 23. q. 8. De vnaque ad aliam argumentum valere, tradidimus, in *Axiomat. & locis commun iur. lit. A. n.* 481. Ibique citatis adde Card. Domin. Tusch. *practicar. conclus. lit. M. concl.* 227. *n.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. to.* 2. *c.* 340. *n.* 13. Ioan. Anton Mangil. *de imputation. q.* 28. *n.* 13. Cæsar Argel. *de ac-*
13 *quir. possess. op.* 3. *art.* 22. *n.* 117. & 118. In qua nonnulli etiam quattuor militarium Ordinum † equites reponunt; quos Ecclesiasticas personas, Religiosas imò dici contendant, vt profitentur Flores Diaz *de Men. variar. q. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 205. *vers. Sed verius*, Bellug. *in specul. Princip. fol.* 13. *n.* 7. Aluar. Valasc. *consult.* 108. *n.* 27. & *consult.* 131. *n.* 4. Didac. à Mor. *de confirmatione Diui Iacobi, lib.* 1. *cap.* 4. §. 20. *n.* 2. & §. 26. *n.* 2. latissiméque *lib.* 2. *per tot.* Ioan. Gutier. *practicar. lib.* 2. *q.* 111. *n.* 2. cum propè infinitis, quos allegant Aug. Barbos. *in suo Pastorali, alleg.* 12. *n.* 46 & Reynoso *obseruat.* 1. *à n.* 26. quod quantum ad Diui Ioannis milites, equitesvè, nullam continet dubitandi rationem, quamlibetque tollit *l.* 14. *tit.* 5. *lib.* 3. *noua Reg. collect.* ex qua verè Religiosos esse deducitur, & notat *ibidem* Azebed. *n.* 1. cum multisque tradit Men. *d. loco, n.* 204. & plenissimè Ioan. Mar. Nouar. *in praxi election. & variat. for. q.* 37. *sect.* 1. *per tot. pag. mihi* 75. Petr. Cabal. *resolut. crimin. casu* 64. *per tot. & casu* 225. *n.* 11. & 12. copiosiùs Mar. Giur. *consil.* 48. *n.* 1. Mart. *in summ. succes. legal. part.* 3. *q.* 13. *artic.* 6. *n.* 2. & *seqq.* Franciſc. à *Ponte cons.* 14. *num.* 3. & 4. *part.* 1. Cùm & trium regularium vota, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ emittant, vt iidem aduertunt. Quoad alios verò trium militarium Ordinum equites, Alcantaræ, Calatrabæ, ac Diui Iacobi (tanquam laicis similiores) contrariam indubitabilem dicant vterque *Molin.* alter, *de Hispanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 98. & *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 69. alter, *de instit. & iure, tractat.* 2. *disput.* 141. Nicol. Garz. *de benefic.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 15. *cum seqq.* Azebed. *ad l.* 14. *titul.* 5. *lib.* 3. *noua Reg. collect. n.* 3. Sarmient. *de redditib. Ecclesiast.* 4. *part. cap.* 1. *n.* 13. & *monit.* 54. & 55. *cum seqq.* horum Ordinum equitum profitendi formam ad literam subnectens, Lasart. *de gabel. cap.* 19. *num.* 92. Girond. *eod. tract. part.* 7. *in princ. n.* 47. Gabr. Pereyr. *decis.* 58. *n.* 1. cum aliis adductis à Reynos. *d. obseruat.* 1. *n.* 1. & à Giurb. *loco & nu. citatis.* 14

Tertiam, legalem † Aduocatorum militiam Imperiali auctoritate constituunt, ex *Leonis*, & *Antonini* decreto celebri, in *l. Aduocati*, 14. *C. de Aduocat. diuersor. iudicior.* hisce memorabilibus verbis mandatum literis: *Aduocati, qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus sæpè publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant: non minus prouident humano generi, quam si præliis, atque vulneribus patriam, parentesque saluarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur; sed etiam Aduocatos. Militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt.* Assentiunt Regiæ leges 2. *titul.* 2. *part.* 3. *vers. E bien assi como*, & *ibid.* Gregor. Lop. *glos.* 7. & *l.* 5. *titul.* 15. *part.* 6. vbi *Gregor.* notat, *verb. Que aprenden las ciencias*, & *in l.* 6. *titul.* 8. *part.* 5. *verb. Caualleros*, expressior *l.* 3. *titul.* 10. *part.* 2. *colum.* 2. *vers. Cà assi como dixeron los Sabios antiguos: La sabiduria de los Derechos, es otra manera de Caualleria, con que se quebrantan los atreuimientos, è se endereçan los tuertos.* De militibusque ad Aduocatos argumentum valere, multorum auctoritate ostendimus, in *Axiomat. & locis commun. iur. lit. A. n.* 479. Quibus (æquipatarionem hanc facientes) adde Petr. Gregor. *syntagm. iuris vniuers. cap.* 1. *num.* 8. Cæsarem Argel. *de acquir. possess. quæst.* 3. *art.* 22. *num.* 1121. & 1122. aliosque proximè referendos. Illi inde circunferuntur versus, quos *Ouidij* ad *Pisonem* dicunt; sed neque ad Pisonem Ouidium scripsisse, ex eius operibus constat: neque eorum numeri suadent. *Lucanique* ad *Pisonem*, non *Ouidij* carmen esse, ad eundem annotatio post *Metamorphos. libros* aduertit. Cuiusvis autem sint, satis propositioni apti.

Licet exercere togata
Munera militiæ: licet, & sine sanguinis haustu
Mitia legitimo sub iudice bella mouere.

Proque fortibus armis Aduocatorum verba resumpsit *Oui. Trist. lib.* 4. *eleg.* 10.

Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo,
Fortia verbosi, natus ad arma fori.

Quam etiam militiam *Vrbanam, Palatinamque* appellauit *Cicero pro Murena.* Ideoque hos 15
militum, † nobiliumque priuilegiis gaudere, nec tributa soluere, nec plebeia munera subire, ad instarque nobilium, nec aliter in carcerem mitti, nec torqueri posse: cum nobilibus assidere, quin, & præstantiorem eorum nobilitatem, multaque in ipsorum, aduocationisque muneris laudes (post Tiraq. *de nobilit. cap.* 29. *n.* 10. & *seqq.* Gregor. Lop. *in d. l.* 3. *tit.* 10. *p.* 2. *glos.* 8. *vers. Sabiduria de los Derechos*, Azebed. *in l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 2. *noua Reg. collect. à n.* 11. *cum seqq.*) & alios eleganter prosequitur

proſequitur Ioan. Garz. *de nobilit. Hiſp. gloſ.* 35. *à n.* 11. *cum ſeqq.* conueniuntque notata à *Nobi. de priuil. pauper. part.* 1. *q.* 4. *n.* 34. *& ſeqq. & q.* 28. *n.* 21.

16 Vt vero dictis priuilegiis Aduocati fruantur, vtque dicantur militare, & actu † aduocationis officium exerceant; & in Aduocatorum matricula ſint deſcripti, neceſſum eſt. Cum nec *Miles* nomine, non vero exercitio, militaribus priuilegiis gaudeat, vt *Iuſtinian.* ſanxit, *in l. pen. C. de teſtam. milit.* expenduntque *ibid.* Balicer. & Alexand. Neque qui in matricula † deſcriptus
17 non eſt, *Miles* reputetur, ſed priuatus *Vlpiano, in l. Ex eo,* 43. *D. de milit. teſtam.* dicente: *Ex eo tempore quis iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt, ante non. Proinde, qui nondum in numeris ſunt; licet etiam electi tyrones ſint, & publicis expenſis iter faciant; nondum tamen milites ſunt. debent enim in numeros referri.* Quod etiam ex *l.* 1. *C. de offic. magiſtr. milit.* aduertit Accurſ. *ibi, verb. Qui,* & Farinac. *conſ.* 4. *num.* 9. *volum.* 1. latius.

Vtrumque proſequitur inferius. Quam quidem aduocati matricula deſcriptionem † ita de-
18 ſiderant leges; vt ante illam, & aduocationis officium exercere, & Aduocatorum deſcriptorum priuilegiis vti vetent *l. Petitionem,* 13. *& l. fin. C. de Aduocat. diuerſ. iudicior.* & clarius *l.* 13. *titul.* 6. *part.* 3. ornatque Gregor. *ibi gloſ.* 6. *verb. Eſcrito el ſu nome,* & *l.* 1. *titul.* 16. *lib.* 2. *noua Reg. collection. ibique* Azebed. *num.* 7. & *in l.* 3. *titul.* 10. *part.* 2. *gloſ.* 8. Gregor. Lop. Neque aliter quam duabus his qualitatibus † exiſtentibus exercitij
19 nempè, & deſcriptionis in matricula, militum priuilegiis Aduocatos frui, eis vero extantibus vti, præter iuris præſumptam ignorantiam, tradit Guill. Benedict. *in repet. cap.* Raynuntius, *verb. Teſtamentum,* 1. *num.* 46. Non autem vt eis gaudeant, neceſſario requiri, ad poſtulandum in Regio Senatu, † Cancellaria, Audien-
20 tiavè Regali fore admiſſos; ſed ſatis eſſe, ſi & probati, & in matricula iuxta legum dictatum normam ſint deſcripti, actuque aduocent, aduertit Ioan. Garz. *de Hiſp. nobilit. dict. gloſ.* 35. *n.* 18.

21 Bimembrem † aliam militiæ diuiſionem fecit, ac multipliciter diuiſit Petr. Gregor. *lib.* 19. *ſintagm. iur. vniuerſ. cap.* 1. *n.* 6. *& ſeqq.*

22 Trimembrem † alteram aſſignauit Franciſc. Zoanet. *in tract. de Romano Imperio num.* 65. Principium ſcilicet virorum à Romano Imperatore feuda maiora tenentium. Qui illud, inter alia, præcipuum iurant: *Se contra omnes, armis Imperatorem adiuturos,* iuxta *cap.* 1. *in princip. & §. Contra omnes, in titul. Hic finitur lex, &c. in cap.* 1. *tit. de nou. form. fidelit.* & *in titul. preced.* Eoſque non niſi quando in caſtris pro Imperio, vel Republica militant, priuilegiis militaribus frui exiſtimat.

Secundo loco *n.* 69. Auratos equites† deſignat.
23 Quos ſolo nomine milites dicit, nec militum mereri fauores Doctorum ſententia, *in l.* 1. *C. de iuris & fact. ignor.* cui adhæret intrepideque affirmat Cardin. Franciſc. Mantic. *de coniectur. vlt. vol. lib.* 6. *tit.* 1. 35 *& ſeq.* Cyno Gal. Alciat. Alexand. Ripa, Socino, aliiſque in id ipſum relatis. Ita etiam *Georg. Acac.* (recenter viſus) *de priuileg. milit. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. Varius licet *ibid. cap.* 6. *num.* 12. extet Vt de equitibus, quos
24 *De eſpuela dorada* † vocitamus, ſi non militent, tradit Petr. Cabal. *reſolut. crimin. caſu* 294. *num.* 384. Auratos, namque hos eſſe, aduertit *Acac. ibi. num.* 11. Non enim præmia merentur, qui munus, quod profitentur, † non 25
implent, vt *Theod.* & *Valent.* Imperat. decernunt; *in l. Qui ſub prætextu,* 9. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* comprobatque latius, *dict. loco ſeqq. numeris* Zoaner. & Petr. Royz. Maur. *deciſ. Lituan.* 4. *num.* 256. Adhuc tamen, † neque tormentis 26
ſubiici, neque pro debito ciuili in carcerem poſſe detrudi, *numero* 73. Zoanet. aduertit, cum id equeſtris ordinis dignitati ſit datum. Primum, ex *l. milites,* 8. iuncta *l. Nihil,* 17. *in fin. C. de quæſtion.* Secundum, ex Bald. *in l.* 1. *in fin. C. qui bon. cedere poſſ.* obſeruantque ſic pariter Salic. *in l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor.* & ibi Iaſ. *num.* 7. & *in l. miles, num.* 3. 4. 5. *&* 10. *D. de re iudic.* Alexand. *in l. Centurio, num.* 24. *&* 25. *D. de vulg. & pupil. ſubſt.* Petr. Calefat. *in tractat. de equeſtr. dignit. num.* 56. Quod. & ſimpliciter nobilibus † 27
conceſſum eſt, per *leg. Nulus,* 4. *C. ad leg. Iul. Maieſt.* & *l. Dino Marco,* 11. *C. de quæſtion.* pluribuſque citatis, tradit Farinac. *prax. crimin. quæſt.* 41. *num.* 74. ſuntque apud Nos *Regiæ leges* 4. *titul.* 21. *part.* 2. *l.* 5. *&* 6 *titul.* 2. *lib.* 4. Ordinam. *l.* 4. *&* 5. *titul.* 2. *lib.* 6. *& l.* 13. *titul.* 7. *lib.* 2. *noua Reg. collect.* quibus ſtantibus, etſi conſuetudo multis in locis contrarium ſeruet, torquereque patiatur nobiles, vt in Francia aſſerit Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 154 & cum multis Farinac. *dict. quæſt,* 41. *num.* 75. non ſic in Hiſpania, vt aduertit Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 13. *de tortura reor. num.* 3. *verſ. Item hodiè in noſtro Regno, &* Couar. *variar. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. Tametſi alus nullitum 28
priuilegiis ſimpliciter nobiles, † non gaudere, imaginarioſque milites ſolum eſſe, affirment Oſuald. Hilliger. *in Donel. Enucl. lib.* 6. *cap.* 28. *lit. R.* Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *colum.* 8. *num.* 5. *pag. mihi* 104.

Diuerſorum militum Ordines, *numero* 3. referens, & fuſius *Petr. Gregor. ſyntag. iuris vniuerſ. lib.* 15. *cap.* 35. *per tot.* De quibus, triumque militarium Ordinum, † Diui Iacobi, Alcanta- 29
ræ, & Calatrauæ equitibus, & aliis agunt Rapha. Volaterranus *Antropologiæ lib.* 21. *cap.* 6. *tit.* Ordines Militares Caſan. *in catalog. glor. mundi, part.* 9. *conſid.* 2. 4. *& ſeqq. multis* recentiuſque Georg. Acac. *de priuileg. milit. lib.* 1. *cap.* 6. *per tot.* præcipuè *num.* 8. *& ſeqq.* & Petr. Calefat. *in libello de equeſtri dignitate, à num.* 20. *cum ſeqq.* quos ordinatiis iudicibus ſubiacere, aſſerit *Bouadill. in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 26. Tametſi in criminalibus: ſupremi Ordinum Senatus ſoleant experiri iudicium, qui ad ſe horum criminales cauſas auocare conſueuit. Interim autem rectè ordinarium in eos iudicem procedere aduertit. Tum, quòd dum de profeſſione non docent, ſeculares iudicentur. Tum, quòd etiam profeſſione emiſſa (ſecundum vnam quam ſupra retulimus opinionem) veri Religioſi non exiſtant, cum tria non emittant ſubſtantialia Religionis vota; nubãt, arma portẽt, propria habeãt, nõ clauſtraliter viuãt, latiusq; proſequitur ordinẽ ac modũ eorũ in ordinariis cauſis deſignans *n.* 9. 30
cum ſeqq. Neq; alia quæ milites† (*ſoldados* nominati) priuilegia habent, hos (*Caualleros* nempè) obtinere, tradit Anton. *Picard. in rubr. inſtit. de milit. teſtam. num.* 13. quòd nomine (vt diximus) non re, aut onere exiſtant milites. De armatis vero 31
equitibus † quibuſque exemptionibus gaudeant integer eſt *tit.* 1. *lib.* 6. *noua Reg. collect.* quorum

tres describit ordines Azebed. *in l. 1. ibid. nu. 6. & seqq.*

32 Tertium denique actu militantium † præfinit *Zoanet. dict. tract. numero* 80. quos immunitatibus, & fauoribus antiquis Romanis militibus, concessis frui contendit merito, cum in eorum locum exercitium, & labores hi successerint tamersi externas solemnitates longitudo temporis antiquarit; de illisque per consequens dictum, de his quoque intelligendum ratio suadeat, elegans probet *text. in cap. translato, 5. de constit.* & profitentur Marc. Anton. Mant. *de priuileg. militar. numero* 283. *& seqq.* Georg. Acaci. *eod. tract. lib. 1. cap. 3. per tot.* Cardin, Tusch. *practicar. conclus. lit. M. conclus.* 232. Petr. Cabal. *resol. crimin. casu* 294. *numero.* 383. *& seq.* Pichard. *supr. numero* 16. Marc. Ant. *de Amat. decis.* Prouin. Marc. 159. *numero* 5. Andr. Gail. *obseruat.* 118. *numero* 1. *& seqq. lib.* 2. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 6. *titul.* 17. *glos.* 2. *numero* 5. *lib.* 5. *nouæ reg. collection.* Sfort. Odd. *de in integr. restit. quæstione* 6. *num.* 26. *&* 18. Nicol. intrigliol. *de substit. cent.* 2. *quæst.* 87. *per tot.* Osuald. Hilliger. *in Donel. Enucl. lib.* 6. *cap.* 28. *lit. M. vers. Cum autem,* Vincent. Fusar. *cons.* 140. *numero* 2. à quo, & ab Antonin. *de Amat. resolut.* 46. *numero* 4. (si plures desideras) mutua, & à Farinac. *cons.* 95. *n.* 2. *lib.* 1. id ipsum confirmantibus.

33 Hos igitur † de his enim sermo noster (præfatæ *legis vnicæ, quando Imperat. inter pupil. & vid.* fauore, & iure, vti continui eorum labores, conditioque misera persuadet. Miseram autem esse, adeo constat, vt eius comparatione humana infœlicitas, miseraque conditio prænoscatur. Quam vt ostenderet *Iob.* 7. edixit: *Militia est vita hominis super terram.* Nec dissentit Senec. *de consol. ad Mart.* inquiens: *plene & infesta variis casibus vita est, à quibus nulla longa pax, vix induciæ sunt.* & clariùs *epist.* 96. *Atqui viuere, mi Lucili, militare est.* Probatque ex *Diuo Augustino de ciuitat. Dei, cap.* 27.) Petr. Gregor. *syntag. iur. vniuer. cap.* 1. *numero* 7. & prosequitur eleganter Francisc. Petrarch. *de remed. vtriusque fortun. libr.* 1. *dialog.* 48. *de titulis bellorum.*

34 Hac pariter (vt amantum miseram conditionem indicaret) à militia † ad amorem comparatione vsus est ingeniosè Ouid. *Amorum lib.* 1. *eleg.* 10.

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.
Attice (crede mihi) militat omnis amans.

& pulchrè assertionem prosequutus, inter alia addit:

Ibit in aduersos montes, duplicataque nimbo
Flumina congestas conteret ille niues.
Nec freta pressurus tumidos causabitur Euros:
Aptaque vertendis sydera quæret aquis.
Quis nisi vel miles, vel amans, & frigora noctis:
Et denso mixtas perferet imbre niues.

Intericctisque aliis.

Custodum transire manus, vigilumque cateruas,
Militis, & miseri est, semper amantis opus.

35 Idque ipsum militiæ, † militisvè demonstrat etymon ab *Vlpiano* traditum *lib.* 45. *ad edictum, in l.* 1. §. 1. *D. de milit. testam.* dicente: *Miles autem appellatur, vel à* Militia, *id est* Duritia, *quam pro nobis sustinent, & à lege* 1. *titul.* 21. *part.* 2. probatum. *Y por esso le pusieron nome en latin* Militia, *que quiere tanto dezir, como compañas de omes duros, y fuertes, y escogidos para sufrir, trabajo, mal, trabajando, y lacerando por pro de todos comunalmente.* Ideoque lex sequens in militum delectu qualitates prædictas sic præcipuè requirit: *La primera, que fuessen lazeradores para sofrir la grande lazeria, è los trabajos que en las guerras, è en las lides les acaeciessen.* Ad militiam inde inutilem dixit merito *Veges.* (à *Guil. Benedict.* infrà referendo relatus) nutritum tenere, & deliciis assuetum: siquidem arma membra militum esse dicuntur, *Cicerone* teste *Tuscul. quæst. lib.* 2. itemque inter militiam, & delitias esse, *Petr. Bles. epist.* 49. & multis comprobat Guill. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verb. testamentum,* 1. *num.* 24. *cum seqq.*

Nullum enim sine labore † in bello, imo nec in 36
pace temporis spatium degere, militibus decorum aut permissum, ne bellum eos inexpertos, seu laboribus inassuefactos reperiat. *Hi ergo in castris militiam edocti, hieme pariter, atque æstu, diebus singulis manè, & post meridiem locum tenere, signa sequi ordinem seruare, fossam fodere, figere vallum militari, gradu incedere, & alia multifaria facere, quotidiano vsu adiscebant. Nam Ducibus, Centurionibus, & Tribunis præcipuè curandum erat in locis vbi statiua habebant; cogere tyrones milites, cum primùm merere cœpissent stipendia, ne sine consilio, sine imperio in hostes tenderent. Per turmas hinc inde crebro concurrere, decurrere, clamare, locum tenere, imperium seruare, iussa exequi, seque in orbem colligere, cuneum facere, & phalangem, vt sequi signa & pati tædium, æstus, & vigilias assuescerent; pulsi loco cederent, & in acie quisque agnosceret ordines suos, itavt vsu quotidiano non minus ipsi sibi præscriberent, quod facto opus foret, nec incitante vllo, nec imperante, quam ab aliis ediscerent.* Verba sunt *Alexandri ab Alexand. dier. genial. dict. lib.* 1. *cap.* 20. Pauld insuper inferiùs addens: *Ciri verò disciplinæ fuit, vt milites semper opus facerent, & nunquam exercita iuuentus nisi sudore pranio cibum sumerent. Qui etiam neque prandebat, neque cœnabat vnquam nisi sudasset primùm, & militaria obtinuisset munera. Agesilaus quoq; in gymnasio (ne otio senescerent milites) exercitationis, & virtutis cuiusque præmia proposuit leuibusque præliis experiundo assuescit. Qui etiam Persarum Regum mos traditur, vt cursu, & pugna dona militibus proponant. Alexand. vero Macedo (ne otio milites lasciuirent) certaminibus virtutis præmia ebili arcas dedit. Præ cæteris Aurelian. Cæsar nullum reliquit vacuum diem, quin se pilo, sagittis, ac militaribus armis exerceret. Et maximinus senior (quamuis grandis natu) campestrium exercitationum supra modum labores subiit. Anton quoque Bossianus Caracalla (præter quam quod se cum militibus exercebat) iter semper onustus armis pedes fecit. Id quod de Seuero sciptum accepimus, vt hyeme sæua, & gelida, aperto capite per niues & pruinas, per montes, syuasque cursitarent: in patientia laboris, & victus abstinentia supra fidem assuetus.* Nullumque aliud ad militaris gloriæ culmen, † quam per labores iter; 37
ex

ex Imperatorum responsis cônstat. *Arcadij, in l. Iubemus, 4. in fin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* Constat, *in l. vnic. C. de castrens. omn. Palatinor. pecul. eod. lib.* Zenonis, *in l. 1. C. de Princip. agentib. in reb.* Ipso pariter *lib.* Leonis, *in l. Milites, 15. C. de re milit. lib.* quoque 12. Comprobatque multorum aliorum *Barthol. Capol. de Imper. Milit. de lig. §. Virtutis etiam ratione, num. 9. cum seqq.* Et secundum militarios labores, ad eorumque mensuram eroganda militaria præmia; fusè iam diximus *de priuileg. pauper. quæst. 6. num. 54.*

38 Nil inde tam militibus decorum,† quam vulneratam ostendere faciem, non ineleganter *Petr. Bles.* scripsit *epist. 49.* Meritoque *Marc. Anton. de Amat. decis. 159. num. 3.* in vmbra eos mortis sedere, & ambulare. Adeò verum, vt tanquam

39 morti proximi, & ad perpetuam rei memoriam † euntes ad bellum examinari testes possint, sententia Innocent. *in cap. Quoniam frequenter, vt lite non contest. num. 3.* Ioan. Andr. *num. 7.* Anton. *de Butr. num. 8.* Sigismund. Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 298.* Et à quibusvis casibus, aut

40 censuris reseruatis,† vt in mortis articulo, in prælio existentes absolui, vt cum *Nauar.* tradit Eman. Sà *summ. in verb. Absolutio, numero 3. in eiusque annotation.* (adductis aliis) Andr. Victorel. *ibid.* & diximus iam *quæst. 14.*

41 Optimo ergo iure † *Lucanus lib. 4. Pharsaliæ* exclamat:

Heu miseri qui bella gerunt!

nullosque alios, aut priuilegiis, aut commiseratione digniores existimat Petr. Gregor. *syntagmat. iur. vniuers. cap. 16. numero 8.* Quare legis nostræ *vnica, C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* & miserabilium priuilegiis, vt maximè miseros, dignos existere milites, fatendum.

42 Prouocant tamen in contrarium† multa. Namque si à superficie oculos auertamus, interioraque perscrutemur; non miserabilem, sed fœlicem potius, beatumque militem reputabimus. Tantum enim à misera conditione militia abest, vt illam abigat honorem conferat, & dignita-

43 tem, † innominatam saltem, vt quibusdam placuit, quorum extitit relator, fautorque *Francisc. à Pont. cons. 14. num. 6. & seq. vol. 1* simpliciter dignitatem militiam esse, verba ostendunt *text. in l. 1. C. de primicer. lib. 12. & in l. Inter alias, 13. C. de Palatin. sacrar. largition. & rer. priuatar. eod. lib. rubrica, C. qui militar. poss. eod. quoque lib. c. militare, 23. quæst. 1.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 8.* præcipuè *numero 1. & 2.* Prosper. Farinac. *consil. 95. numero 8. & seqq. libr. 1.* & Petr. Cabal. *resolution. crimin. centur. 3. casu 294. numero 453. & seq.* Honorem autem esse, † nec ri-

44 gidiores inficiantur, *Arriano* Consulto duce, *in l. Qui cum vno, 4. §. Ad tempus, D. de re milit.* Bart. *in l. 1. numero 38. versic. Quarto infertur ex prædictis, C. de dignitat. lib. 12.* Amod. Iust. *in tractat. de syndic. verb. Magnificum, & generosum militem, numero 58.* A glorioso ideò militiæ honore capitis sub pœna seruos Martianus arcet, *in l. Ab omni, 11. D. de re milit. Ab omni militia* (ait) *serui prohibentur: alioquin capite puniuntur.* Et obseruat plenè Petr. Gregor. *syntagm. iur. vniuers. lib. 19. cap. 3. num. 8.* Quinimo & li-

45 beros,† status controuersiam patientes, aut infamiæ suspitione affectos, ad militarem honorem admittendos idem *Arrianus*, edixit eadem *l. Qui cum vno, §. Ad bestias, & §. Reus*, inquiens: *Reus capitalis criminis voluntarius miles (secundum Diui Trajani responsum) capite puniendus est.* Et in §. Ignominia: *Ignominia missus, ad iudicem suum remittendus est: nec recipiendus postea militare volens, licet fuerit absolutus.* §. sequenti addens: *Adulterio, vel aliquo iudicio publico damnati, inter milites non sunt recipiendi.* Vlpianus quoque, *in l. Qui status, 8. D. eod. tit. de re milit. Qui status controuersiam patiuntur* (ait) *licèt re vera liberi sint; non debent per id tempus nomen militiæ dare, maximè lite ordinata. Siue ex libertate in seruitutem; siue contra petantur. Nec ij quidem, qui ingenui bona fide seruiunt. Sed nec qui ab hostibus redempti sunt, prius quam se luant.* Et in *l. 2. §. Miles, D. de his qui not. infam.* Papinian. *in l. Miles, 11. D. ad leg. Iul. de adult.* Imperatores Val. & Mar. *in l. Quicumque, 8. §. Nullum præterea, C de hæretic.* Neque rusticas sordes † cum militiæ honore conuenire, profitetur *Petr. Cabal. d. casu 294. num. 26.* latius prosequens *sequentibus multis.* 46

Nec capite censos † (quod inopes essent) ad arma publica Antiquitatem admisisse, *Valer. Maxim.* prodit, *lib. 2. titul. 3. de militarib. instit. in princip. & cap. 1.* De quibus, eorumque natura, † & conditione agit Petr. Gregor. *dict. lib. 19. syntagmat. iur. vniuers. cap. 3. numero 4.* pariter *num. 3.* ostendens, non nisi Romanos Ciues† eligi in milites solitos: ex eisque adhuc quosdam milites prohibitos, *numeris seqq.* 47 48 49

Tanta denique militaris gloria, vt vel à sordibus eximat, vitamque clariorem præbet, vel mortem potiorem vita reddat. Siquidem † in perpetuum, qui pro Republica ceciderunt, per gloriam viuere intelligantur, ita *Vlpiano* dicente, *in l. Bello amissi, 21. D. de excusat. tutor.* & Imperatore *Iustiniano, in §. Filij autem, inst. eod. tit.* prædixeratque Romanæ eloquentiæ parens Cicer. Philip. 9. *His enim, ait, Maiores nostri, qui ob Rempublicam mortem obierunt; pro breui vita diuturnam memoriam reliquerunt.* Et conuenit *Plautus.* 50

Quisquis per virtutem perit, is nunquam interit.

Meritò inde exclamat Senec. *traged. 6.*

Fœlix quisquis bello moritur.

Cimbrorumque, & *Celtiberorum* animi præstantiam, *lib. 2. de externis instit. cap. 11.* Valer. Maxim. laudat, *qui in acie exultabant, tanquam gloriosè, & fœliciter vita excessuri: lamentabantur in morbo, quasi turpiter, & miserabiliter perituri.* Cuius *Cicero* quoque meminit *Tuschul. q. lib. 2. ad fin.*

Si bellica superarint discrimina, fœlicissimorum numerum complent.

Vt qui fortis erit, sit fœlicissimus idem.

Iuuenale teste, *Satyr. 16.* Vnde enim, quæso humana fœlicitas, gloriaque effluxit, Qui ve ad Imperia proximior, imò qui alius (cum electio datur) quam militiæ gradus? Quid nisi virtus bellica sæpè humiles, & abiectos, exque priuata fortuna ad summum Maiestatis fastigium euexit? Nil frequentius aliud vetusta monumenta prædicant, ne Vitellium, Vespasianum, Marcum, Pertinacem, Macrinum, Seuerum, Maximinum, & complures alios Imperatores referam, vulgatisque Lectorem detineam; ad vnum è nostris remissione facta contentus, *Cassaneum in Catalog. gloriæ mundi, part. 9. per totam*, de militari gloria plenè agentem:

Imperatorumque non nisi militem † diligendum, ac gradatim ad illius dignitatis apicem bellicis potius sudoribus, & egregiè factis, quam maiorum Imaginibus, antiquavè nobilitate suffultum prouehendum, fœliciter comprobat Bartholom. Cæpol. *de Imperator. milit. delig. cap.* 1. incip. *quod autem dictum est.*

53 Igitur miserabilium numerum ex militibus, † non magis quam ex potentibus, regibus, aut Imperatoribus iure quis conficiet, ni eos alia miseranda qualitas insectetur. Sed illa tunc fauorem hunc adipiscetur; nec militis (etsi illius occasione
54 prouenerit) adscribentur, fortuna † suum vbique imperium exercente, aduersus etiam tutissimum quemque. Siquidem, vt *Martial. epigram. lib.* 12. *epigram.* 14. *ad Priscum*, ait:

Insidias & campus habet; nec fossa, nec ager,
Nec sint saxa licet, fallere plana solent.

vtque apud *Senec. Tragic. incert. author. act.* 1.

Vbique mors est.

Alterumque *Philosophum, de remed. fortuitor.*

Plena est insidiis via.

55 Omneque humanum genus † dicitur militare, vt *de remed. vtriusque fortunæ, lib.* 1. *dialog.* 47. (per bellè interloquendo) sic *Francisc. Petrarch.* ostendit: *militiam sum professus. Hanc nascendo profitemini: quid professione alia opus erat? Hic ferro corpus, hic animum dolis, hic argutiis linguam armat. Nemo vestrum est inermis. Hic serit, hic ædificat, hic declamat, ille causas orat, hic pedibus, ille equo, seu carpento vehitur: hic currit, hic nauigat, hic paret, ille imperat. Nemo vestrum otiosus. Quæ nam hæc noua militia est? Hic in castris, hic in rostris, hic in scholis, hic in nemore, hic in agro, hic in pelago, hic in palatio, hic domi, hic peregre vitam agit. Omnes militant. Neque homines modò, sed militare in syluis catulum Flaccus ait. Et militantium quidem multa sunt genera: Militia vna est, vita hominis super terram.* vt iam *suprà* adiecimus, *numero* 33.

Quare (vt alibi quoque dixisse recordamur) aut in vniuersum *legis nostræ vnicæ* priuilegium competere (quo absurdius nihil) aut militiæ ratione nullatenus concedendum sequitur. Non
56 magis, quam aduocatis, † togatæ militiæ prætextu illud optantibus, quantumuis (vt notauimus) & ipsi militare dicantur quippe quos sudare, & algere, vt clientum causas strenuè defendant, oportet aduersantium tela retundere, cauillationes refellere, propalare fraudes, insidias detegere, infligere, euadereque fœliciter ictus, victoriam denique reportare. Nec minus proficua mortalibus hæc, quam illa iudicetur, quæ hominum pariter vitam, & facultates tutatur. Nullius tamen adhuc (nec nouitatis amantis) in mentem venit, ea ratione fori hoc priuilegium aduocatis concedere, nisi alia miserationem inducens adsit, vt *de priuileg. pauper. quæst.* 4. §. 5. *numero* 146. aduertimus, & proximè in milite dictitauimus.
57 Cum quidem, † nec aliquem in specie hunc concedentem fauorem militiæ obtentu reperi, cum (vt est probatum) nec miseram conditionem inducat; nec potentiorum perhorrescentiam, quæ simul *legis* nostræ *vnicæ* dispositione locum illi priuilegio fecit. A qua tantum milites absunt, vt potius, veluti potentiores, & ipso, difficilisque conuentionis, ad Principem trahi debere, probet *text. in l.* 2. & *ibidem glos. vnic. D. qui satisd. cog.* per quam sic in Capitaneo, vel Castellano sentit Gregor. Lopez. *in l.* 5. *titul.* 3. *part.* 3. *glos.* 3. *verb. De camino.*

Ne & quòd voluntariè misero † (si quoquo 58 modo miserum militem dicamus) lex nostra (secundum multorum opinionem, à nobis licet non omnino probatam) non faueat; argumento vtamur.

Vt autem radicitus quæstionis euellatur solutio, quòdque militibus circa forum priuilegium competat, dignoscatur; distinctione † (quæ pro- 59 priis ad veritatem duxit) vtendum arbitror, inter militem in expeditione; aut extra, propriisque in laribus degentem constituto discrimine: subdistinguendumque deinde, an tunc agat, conueniaturvè miles. Sed cognoscendum prius, vt resolu- 60 tio conueniat; quisnam in expeditione † degere miles dicatur? Non enim solum in expeditione esse intelligimus eum, qui hostibus infestus cruentas ostentat manus, necibus pascitur, aduersariorum vitæ solicitus insidiatur, in castrisque stipendia meret: sed illum quoque qui Principis facultate, mandatovè ab iisdem recessit, *Valent.* Imperatoris decreto fulti, *in l. Eam legem,* 15. *C. de excusat. muner. libro* 10. cuius verba in fine prolata: (*Vt iisdem beneficiis non quandiu militauerint; sed quandiù vixerint, perfruantur*) Missione scilicet à Principe obtenta, intelligit Farinac. *consil.* 94. *num.* 11. *libro* 1. *lege* etiam *fin. C. de priuileg. eor. qui in sacr. palat. milit. libro* 12. Per eas simul, *Baldique*, & aliorum authoritatem firmans, stipendiatum Doctorem pro absentiæ tempore superioris licentia factæ, salarium consequi. Idque 61 præcipuè, si reuertendi † animum miles habeat, cum nec recessisse is videatur, ex *l. quidquid calore,* 48. *D. de regul. iur. l. Plerique,* 33. *D. de ritu nuptiar.* §. *Pauonum,* & ibi notatis, *instit. de rer. diuis.* expressoque textu, *in l. nihil interest,* 25. *D. de capt. & postlimin. reuers.* vbi sic Florentinus: *Nec enim satis est, corpore domum quem rediisse, si mente alienus est*, quod ipsum *Bartholus* declarauit apertiùs, *Ibi quem esse videri*, notans, *vbi animum reuertendi habet.* Comprobatque Prosper. Farin. *prax. crimin. tom.* 1. *qu.* 30. *num.* 70. & 71. ac tradit in terminis Marta *consil.* 144. *numero* 35.

Stationarios † quoque, seu Præsidiales (de 62 quibus iam supra sermo habitus) alteri non minus communi, meoque videri, firmiori opinioni adhærens, quæ & hos in castris, ac expeditione existere, militaribusque priuilegiis frui contendit. Quam sequuntur, ac defendunt eruditissimus Anton. Pichard. *in* §. 1. *numero quarto* Andr. Gail. *practicar. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 118. *n.* 13. *vers. meminisse tamen*, Matt. Anton. *de Amat. decision.* 159. *numero* 5. *versic. quo autem viuat in ciuitate*, plenè Georg. Acac. *de priuileg. milit. lib.* 1. *cap.* 5 *per tot.* Osuald. Hillig. *in donel. Enucl. lib.* 6. *cap.* 28. *lit. R.* copiosus, & veridicus Vincent. Fusar *consil.* 140. *numero* 2. *ad fin. &* Anton. Gomez. *in l.* 53 Taur. *nu.* 68. *vers. Item videtur.* Et hi enim militant, ad hostium inuasiones † bellumque para- 63 ti, Stephan. Gratian. *disceptation. forens. part.* 1. *capite centesimo octuagesimo-sexto, numero vigesimooctauo*, Quibus illud *Constant.* Imperatoris, in *leg. vnic. Cod. de castrens. omn.* Palatin. *pecul. libro duodecimo.* conuenit: *Sed nec alieni sunt à puluere, & labore castrorum, qui signa nostra committantur, qui præsto sunt semper actibus, &c.*

confirmatque

confirmatque Georg. Acac. *de priuileg. Milit. lib.* 1. *cap.* 5. *à num.* 2. *Neque enim*, (vt Senec *de tranquilit. animi. capit.* 3. inquit) *ille solus militat, qui in acie stat, & cornum dextrum, læuumque defendit : sed qui portas tuetur , & statione minus periculosa, non otiosa tamen, fungitur, vigilasque seruat , & armamentario præest. Quæ ministeria quamuis incruenta sint , in numerum stipendiorum veniunt.* Inter quos æquis partibus cum militantibus spolia (velut & ipsi militent) diuidenda *Dauid.* iudicauit *Regum* 1. *cap.* 30. *æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas , & similiter diuident.* Quod tanquam lex seruatum exinde Scriptura
64 sacra testatur. Apud nostrates, † Regiis frequenter diplomatibus , & schedulis concessis, stationarios, præsidialisvè milites fori priuilegium habere, veluti militantes in dubium est, aduertuntque Azebed. *in l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 8. *noua reg. collect. numero* 70. *in fin.* & Bouadil. *in politic. lib.* 4. *cap.* 2. *numero* 68. Generali quoque militiæ Philippus Tertius, *anno* 1609. *die* 15. *Augusti in Ciuitate Seguntina*, priuilegia dedit, nec eidem militiæ adscripti tutelæ munere , aut hospitibus grauentur; ne pro ciuili debito in carcerem detrudi , in equis, aut vestibus suis, vxorumvè suarum fieri executio possit, & alia circa armorum delationem Ac nouissimè *Inuictus Quartus* Præsidialibus Stationariisque militibus multa militantibus similia priuilegia concessit, placito suo *Marij* 31. præteriti *anni* 1634.

Tam etsi eos solum, communi iure , militati-
65 bus priuilegiis gaudere , † qui castra colunt, in expeditioneque actu degunt, asseruerint alij, *ex l. Papinianus* 8. §. *Si quis militia, D. de inoffic. test. l. Ex militari* 11. §. *fin. D. de milit. test. l. Similes,* 91. *D. ad leg. Falcid. l. fin. Cod. quib. non obsic. long. temp. præser. l. fin. C. de milit. test.* §. *sed hactenus, inst. eod. tit.* Quibus conuenit *lex* 4. *tit.* 1. *part.* 6.

Militiæ igitur quolibet ex prædictis modo in-
66 seruiens, eique nauans operam, si partes rei sustineat; tam in ciuili, quam criminali causa, coram magistro militum cuius est imperio subiectus conueniendus erit, Consultorum Principumque decreto Modestini , *in l.* 3. *de re milit.* Honorij , & Theodos. *in l. Magisteria*, 6. *Cod. de iurisdict. omn. iudic.* Anastas. *in l. Tam collatores* , 18. *C. de re milit. libro* 12. Valent. Grat. Theod. & Honor. *in l.* 1. & 2. *Cod. de offic. Magist. milit.* Delinquentemque militem in prouincia repertum, magistro militum remittere Prouinciæ rector debet, dispositione *textus in l. de militibus*, 9. *D. de custod. & exhibit. reor. l.* 1. *Codice eodem titulo* , *leg. fin. Codice de re militar. libro* 12. Multos in id congerit, suo more Giurb. *consil.* 59. *numero* 89. & Farinac. *cons.* 4. *numero* 17. *& seq.* Quod nec Poetas latuit, *Iuuenale* dicente *satyr.* 16.

Legibus antiquis castrorum , & more Camilli.
Seruato, miles nec vallum litiget extrà,
Et procul à signis. Iustissima Centurionum.
Cognitio est igitur de milite.

67 Quod tamen non perpetuum † est, neque indistinctè verum : sed aut in militaribus casibus iuxta *l.* 2. & 3. *D. de re milit.* aut in ciuilibus, etiamque criminalibus non atrocibus, iuxta *dict. l.* 1. & 2. *C. de offic. Magistr. milit. & dict. l. Magisteria.* in atrocibus namque , & cognitio, & coercitio prouinciæ præsidi *lex* remittit 1. *C. vbi Senat. vel clariss.* & *l. fin. D. de accusat.* in leuioribus autem , etsi cognitionem loci ordinarius iudex habeat; pro coercitione tamen ad magistrum militum remittere causam debet, *ex d. l. fin. C. de re milit. lib.* 12. Hanc concinnat , formatque distinctionem Accurs. *in d. l. Magisteria, verb. etiam ciuilium*, ab omnibus meritò approbatam. Inter recentiores , Iul. Clar. *in pract. quæst.* 35. *n.* 18. & ibid. Baiard. *in illius annotat.* Vincent. *de* Franch. *decis.* 88. *per tot. & in eius addit.* Flau. Amendol. Ioann. Aloys. Ricc. & Ioan. Mar. Nouar. Bouadill. *in polit. lib.* 4. *cap.* 2. *numero* 67. Georg. Acac. *de priuileg. milit. libro* 2. *priuileg.* 5. *numero* 3. & *seqq.* Sebastian. Guazin. *de defens. reor. defens.* 1. *ex defectu iurisdictionis, cap.* 38. *numero* 30. Petr. Cabal. *resolut. crimin. cent.* 3. *casu* 225. *numero* 24. & 25. & *casu* 294. *num.* 253. 254. 257. & *seqq.* Petr. Gregor. *syntagm iur. vniuers. lib.* 19. *cap.* 17. *n.* 2. Mar. Giurb. *d. cons.* 59. *num.* 89. & 97. Camil. Borrel. *in summ. decis. part.* 1. *tit.* 43. *de foro compet. num.* 149. 151. & 152. Quæ quidem iuridica, & rationi congrua distinctio à *lege* nostra *Regia* probari meruit, 3. *tit.* 29. *part.* 7. dicente: *Yerros, e malos fechos fazen los Caualleros alas vegadas, que son contra buenas costumbres de caualleria. E a las vegadas fazen otros yerros que no son vedados señaladamente a los Caualleros , mas son defendidos comunalmente à todos los otros omes que los non fagan. E los yerros que son contra orden de Caualleria, son estos : assi como vender , o empeñar , o jugar las armas, o non obedecer al Cabdillo, non faziendo su mandado, o faziendo contra lo que mandasse. Cà en tales casos como estos, o otros semeiamentes dellos, non los puede ninguno recabdar, nin judgar , nin dar pena por los yerros que fiziessen , si non el Rey, o el Cabdillo de la hueste que auia a judgar alque assi errasse, e a los otros Caualleros. Mas si fiziessen otros yerros de aquellos que son vedados a todos los omes comunalmente , assi como matar ome a tuerto, o robar, o forsar, o otros yerros semejamentes destos; estonces deuen ser reptados ante el Rey, ò acusados, ò recabdados ante el adelantado de la tierra , è recebir la pena que la ley manda por el mal fecho que fizieron. E si los yerros que fiziessen fuessen mas leues, assi como malfetria , ò si denotasse a alguno de palabra , ò le firiesse de mano sin arma ninguna, ò si fiziesse otro yerro semejamentes destos : sobre tales yerros bien pueden ser acusados delante de los judgadores de los lugares. Mas desde que ouieren oydo el pleyto de la acusacion, è dado la sentencia contra ellos, si el yerro fuere tal porque meresca alguna pena ; deuen los imbiar al Alferez del Rey, ò al Cabdillo cuyos caualleros son , que cumpla en ellos la iusticia que el Rey manda, è el Alferez, ò el Cabdillo deuelo fazer assi.*

Si ergò super ciuili, aut etiam criminali causa (cuius cognitio coercitioque militum iuxtà prædicta, sit commissa magistro) conueniatur miles à miserabili † quoque persona, neque ad alium 68 iudicem, neque ad Principis tribunal euocari posse , deducitur , probantque apertè, *quæstione* 1. *limit.* 14. 15 & 16. notata. Imò nec miles ipse ad alium iudicem , † vel tribunal poterit causam 69 deferre, non modo quia in iudicem non suum consentire nequeat , vt firmat Petr. Cabal. *resolut. criminal. centur.* 3. *casu* 225. *numero* 24.

&

& seqq. in prædictis saltem casibus Georg. Acac. *dict. tract. libro secundo capite quinto numero* 19. aut quod miserabilis sit cum nec existat, nec mi-
70 serabilibus † malitiosè agentibus fauorvè concedatur, vt eadem *quæst.* 3. *limit.* 1. aduertimus. Malitiosè autem agere ex eo deducitur, quod sui, & fauorabilis iudicis subterfugiat iudicium, vt *in quæst. de Scholaribus* prænotamus.

Sed alia præcipuè ibidem assignata quoque
71 ratione: ne à castris † milites diuertant, reique militari præiudicium fiat contra dispositionem *text. in l. militem, 7. C. de procurator. l. milites, 13. C. de re milit. l. fin. C. de locat.* multorumque similium adductorum à Georg. Acac. *dict. tractat. libro 1. priuileg. 5. num. 13. libro 2. priuileg. 2. nu. 1. & 2. & priuileg. 9. numero* 7. quæ præcipua iudicum militibus dandorum extitit, specialeque hoc ius concedendi: quod infringere, ipsis superiora vetant, facili enim negotio aliter legis eluderetur imperium, ad libitumque (contra militarem disciplinam, & publicam vtilitatem) castra desetere liceret.

72 Si autem pro atrocioribus † dictis criminibus in ius vocentur, non modo priuilegium militaris fori amittere, pœnisque coram locorum ordinariis in quorum ditione patratum est delictum conueniri, relatæ iam leges decernunt, extra militum numerum talia committentem ponunt, militari honore, aut dignitate priuant exauthoratumque reddunt, *l. Veterani, 3. C. de veteran. lib. 12. Veterani* (Constant. Imperat. ait) *qui ex negligentia vitæ, nec rus colunt, nec aliquid honestum peragunt, sed latrociniis se dederunt: omnibus veteranorum priuilegiis exuti, pœnis competentibus à Prouinciarum rectoribus subiiciantur.* Comprobatque *lex Iudices, 12. C. de dignitatib. eod. lib.* aliasque conformes *Accurs. in dict. l. Veterani, glos. fin.* citat: Sed & ad Principem in prima causæ cognitione militem hunc trahendi relata *lex 3. titul. 29. part. 7.* potestatem concedit.

Quare aut sic delinquentem militem legem hanc; magis quam paganos grauare voluisse di-
73 cendum (cum non regulariter hi pro morte † simpliciter illata, furtovè ad Principis tribunal in causæ initio deferri queant, sed pro aliis qualificatis delictis, à *lege 5. titul. 3. part. 3.* enumeratis) aut saltem, si de aliis quoque criminibus prædictam *legem tertiam* loqui intelliges; paganis, eos æquari, fatearis necesse est.

74 Cùm vero miles agit, † conuenire reum in foro suo debere, & *dict. l. Magisteriæ*, similésque iam citatæ à contrario sensu probant, & vulgaria, sæpè aliis in locis à nobis repetita iura, quæ in foro suo conueniendum quemlibet dictant, quia nullum, circa id militibus concessum in specie priuilegium extat; milites autem non nisi in iure
75 expressis † gaudere priuilegiis (ex *l. In fraudem, 16. §. fin. D. de milit. testam. l. Quamquam, 3. & l. ex testamento, 5. C. eod.* & ex *l. fin. Cod. ad S. C. Maced.*) profitetur Marc. Mant. *de priuil. milit. n.* 289. multisque adductis, Ferdin. Menchac. *controuers. Illustr. lib. 1. cap. 26. num. 6.* Expressè imò à milite reum in foro suo conueniendum (ex *l. pen. C. de offic. Præf. Præt.* (tradit Gregor. Acac. *de priuil. milit. lib. 2. priuil. 5. nu.* 11.

76 Idque adeò verum, vt licet hodiè † Regali placito, schedulaque *Matriti data, die quinta Nouemb. 1626. annorum, en fauor de los Capitanes Oficiales de las guardas. Gentiles hombres, y otros Oficiales mayores y menores della*, vt de nullo delicto quantumuis graui; traditionis etiam, falsæ monetæ, qualificatæ resistentiæ, similium, vel maiorum, de quibus, aut eorum quolibet, reus à parte, iudiceve postuletur; nullus alius, quam eis datus iudex, vulgo *Alcalde de las guardas* cognoscere valeat: etsi alia postmodum schedula regia *anno 1629. duodecima die May matriti data*, prior, in qualificata resistentia fuerit limitata, relictaque præuentio in diuinæ, humanæque læsæ maiestatis crimine: quæ omnia deinde recentiori placito Rex inuictissimus noster *Matriti sexto February die, anni* 1630. prolato, obseruari iussa sunt in causis *de la gente de la caualleria, y infanteria de la costa del Reyno de Granada.* In prioribusque regiis schedulis duabus contenta, in his quoque intelligenda, fuerit posteriori declaratum; vtque nullus alius de eorum cognoscere militum causis in prima instantia possit, quam ditionis illius generalis Capitaneus; appellatione ad regium militiæ conuentum deferenda. Eadem tamen adhuc (etsi tanto illos fauore prosequantur; inque ciuilibus causis in quibus rei existunt, coram suo præcipuo memorato iudice conueniendos milites disponant, neque fori, iudicisque prædicti expressam renuntiationem alicuius esse 77
momenti decernant) cum vero ipsi actores † milites existunt; ius intactum commune relinquunt, nec disponunt quidquam; imò à contrario sensu (quo iam superius sumus argumento vsi) forum rei eosdem sequi debere; apertè monstrant. Quin etiam cum in causis ciuilibus militibus ipsi conueniuntur, aliquas excipiunt in quibus eis fori priuilegium hoc verbis his denegant: *Con que esto no sea, ni se entienda en demanda de bienes rayzes, mayorazgos, y particiones de herencias: porque en estos casos, es mi voluntad, y mando que las dichas causas se remitan a las justicias a quien tocaren, como si no se pusieran, y intentaran contra personas de las dichas guardas; porque las dichas justicias han de conocer de las dichas causas.* Similes alias in Indiarum regnis schedulas in illorum militum fauorem, regiaque rescripta memorat Franc. Carrasc. *de casib. Cur. num.* 144.

Si autem extra expeditionem † existant mi- 78
lites, siue militiæ *vale* dixerint; siue emeritorum numerum ætatis teneant ratione; (cum vt Senec. *de breuit. vitæ, in fin.* inquit: *Lex à 50. anno militem non cogit*) inutilesvè ad arma facti, sint à militia dimissi, (iuxta *Ouidij* carmen *Tristi. libr. 4. eleg. 8.*

Miles vbi, emeritus non est satis vtilis armis,
Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.

& *Propert. lib. 2. eleg. ad vxorem.*

Miles depositis annosus succubat armis.

De quorum iuribus, & priuilegiis integri extant *tituli D. de priuileg. veteranor. & de veteranis, C. lib.* 12. Hoc fori relato priuilegio, volentes, aut etiam inuitos veteranis effectos, nisi pro litibus, quæ in expeditione coram magistro militum cœptæ fuerant, non vsuros, Imperatoris *Constant. in l. fin.* eadem verba probant: *Nullus eorum, qui Sacramentis inhærere desierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur seruare iudicium. Sententiis, quæ non his obseruatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus; nisi forte*

forte reperiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio: tunc enim (velut nec dum cingulo deposito) sub militari iudice rem tractari finirique præcipimus; nisi principali beneficio specialiter indulto, quidam ex his sese defendant.

Et secundum hæc, concurrere in contributio-
79 nibus, † & collectis cum paganis milites extra expeditionem, inque propriis laboribus degentes debere, decisum refert Mar. Ant. *de Amat. decis. Marchia.* 159. plenè de materia *per totam* agens, in idque Flores Diaz *de Men. variar. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 249. vbi de militibus, quos *continuos*, aut *Hombres de Armas* appellamus, aliqua prænotat.

80 Ex quibus, neque hos † (ni ætate longæua, debilitate, aliavè miserabili aduersitate laborent) neque in expeditione degentes (suum licet in prænotatis iam casibus præcipuum iudicem habeant) *legis nostræ vnicæ* priuilegio vti posse apparet.

Multa tamen alia bellici meruere sudores.
81 Quorum sunt latè prosequuti materiam, † integros de illa tractatus edentes Petr. Bellinus *de re milit.* Paris *de Put.* Ioan. *de Lignan. de bello*, Ioan. Lup. *de eod.* pariter, Claud. Coterius, *de iure, & priuileg. militum*, Martin. Laudens. *de Milite*, Marc. Mant. *de priuileg. militarib.* Iul. Ferret. *de re, & disciplin. milit.* Baltas. Ayal. *de iure, & offic. Bellic. & disciplin. milit.* Georg. Acac. (post hæc scripta visus) *de priuileg. militum*, aliique separatim parsimque militum priuilegia retulere, quorum magnam adstruxere molem Anton. Pichard. *in rubric. instit. de testam. milit. n.* 2. Card. Tusch. *practic. conclus. lit. M. concl.* 227. 228. 229. *&* 230. Petr. Cabal. *resol. crimin. cent.* 3. *casu* 293. militarem materiam, *p.* 462. *nu.* fusè prosequens.

Inter quos aptius, breuiusque militum priuilegia recensentem *Marcum Mantuam* deligimus, eius serie ad literam, ob libri infrequentiam vtentes: addentes alia, recentiorumque authoritate ab ipsomet prolata (nota adiecta, confirmantes.

82 Primum igitur priuilegium (ait ipse) † quoniam regulariter substitutio compendiosa, facta verbis directis, post tempora pubertatis, euanescit, *l. In pupillari, l. Verbis ciuilibus, de vulg. & pupill. subst.*

Et tamen militis fauore † obliquantur, *l. Precibus, C. de impub. & aliis subst.*

83 Secundum, † quoniam directò post tempora pubertatis † fieri non potest, vt iuribus præallegatis.

84 Et tamen militi † concessum est, *l. Centurio, D. de vulg. & pupill. substit. l. In testamento, C. de milit. testam.* Baltas. Ayal. *dict. tract. de iure, & offic. bell. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 15. *in fin.* Petr. Cabal. *d. casu* 294. *n.* 366. Nicol. Intrigl. *de substit. cent.* 3. *q.* 40. *n.* 4. Guill. Benedict. *in repet. cap.* Raynuntius, *verb. Testamentum*, 1. *n.* 22. *vers. Decimo*, Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 23.

Tertium, † quoniam codicillis hæreditas dire-
85 ctò, nec dari, nec adimi potest, *l.* 2. *C. de codicil. l. Scæuola, D. ad Trebell.* plura *Nos in Axiomat. nostris, lit. H. n.* 11.

86 Et tamen illis † hoc modo eam etiam legis permissio reliquit, *l. militis codicill. is, C. de milit. testam.* Petr. Cabal. *d. casu* 194. *n.* 355. Guill. Bened. *in repet. cap.* Raynuntius, *verb. testamentum*, 1. *n.* 22. *vers. Decimo quinto*, Georg. Acac. *de priuileg. milit. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 86. Nicol. Intrigl. *de substit. cent.* 2. *q.* 79. *n.* 19. Et militis codicillos 87
etiam si ad testamentum non referantur † per se solum stare posse, aduertunt Auct. *in §. pen. instit. de milit. test. n.* 6. *in fin.* Intrigl. *d. loco*, *n.* 32. Petr. Greg. *syntag. iur. vniuer. lib.* 43. *tit.* 1. *n.* 11.

Quartum, † quoniam qui semel est hæres non 88
potest amplius desinere esse hæres, *l. Et si fine, §. Sed quod Papinianus, D. de minor. l. In substitutione, & ibi. glos. not. D. de vulg. & pupil. substit.* cũ *adductis à Nobis in d. Axiom. ead. lit. H. n.* 41.

Et tamen miles † hoc facit, *l. Post aditam. C.* 89
d. impub. & aliis substit. l. In fraudem, §. pen. l. miles ita, §. 1. *D. de milit test.*

Quintum, † quoniam ius accrescendi etiam inuitis accrescit, *l. vnic. §. His ita, C. de caduc. toll.* 90

Et tamen in milite † secus, *l. Si duobus, D. de milit. test.* & not. *in d. §. His ita, & in rubr. C.* 91
quando non pet. part. Petr. Cabal. *d. casu* 294. *n.* 353. Card. Mantic. *d. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 16.

Sextum, † quoniam quis non potest decede- 92
re pro parte testatus, & pro parte intestatus, *l. hæreditas, D. de hæred. inst. l. Ius nostrum, D. de reg. iur.* & latiùs *Nos in Axiomat. lit. T. n.* 42. *& seqq.*

Et nihilominus miles † potest, *l. certi iuris*, 93
C. de milit. testam. l. Si in fraudem, §. miles, l. Quærebatur, l. miles ita, §. 1. *l. Si miles, D. eod.* Guil. Bened. *in d. rep. c.* Raynuntius, *verb. testamentum*, 1. *n.* 22. *vers. Sexto*, Mantic. *vbi proximè.* Georg. Acac. *de priuil. milit lib.* 2. *priuil.* 16. *n.* 51. *& seqq.* vbi qualiter id accidat declarat Petr. Cabal. *repetito casu, nu.* 351. Nicol. Intrigl. *de substit. cent.* 1. *q.* 88. *num.* 8. *& cent.* 2. *d. q.* 79. *n.* 12. Andr. Gail. *obseruat.* 118. *n.* 14. *lib.* 2.

Septimum, † quoniam rogatus hæreditatem 94
restituere, Trebellianicam detrahit, *l. In quartam, D. ad. l. Falcid. §. Sed quia, instit. de fideicõmiss.* Et tamen in testamento militis † non de- 95
trahitur, *l.* 1. *§. denique, D. ad Trebell. l. In testamento, C. ad l. Falcid.* Et idem in Falcidia † di- 96
cendum est, *l. Si certam, §. fin. D. de milit. test.* In vtraque specie Georg. Acac. *d. tract. lib.* 2. *priuil.* 16. *n.* 96. *& seq.* allegans *l.* 1. *§. denique, D. ad Sen. C. Trebell. l. cogi*, 16. *§. sed & si miles, D. eod. titul. leg. Si à milite*, 29. *D. de testam. milit.* & alias.

Quæ tamen detrahitur † si hæreditas lega- 97
tis exhausta sit, vt in locis præalleg. & *in auth. Sed cum testator, C. ad l. Falcid. in l. In testamento, eod. tit.* & *in l. In testamento, D. de milit. testam.* Falcid. Et sic vltra dodrantem † hæredem 98
grauat, & non paganus vt in dictis locis, Benedict. *vbi proximè, vers. decimoquarto.* Petr. Cabal. *sæpè dicto loco, n.* 360. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 3. *n.* 6. Nicol. Intrigliol. *d. cent.* 2. *q.* 79. *n.* 24. Cardin. Tusch. *d. lit. M concl* 229. *n.* 4. indistinctè licèt iure nouissimo etiam ex militis testamento Trebellianicam deduci, tenet (magis communem Doctorum sententiam affirmans, ex Couar. *in cap. Raynuntius, §.* 9. *num.* 9. *de testam.* & antiquioribus) Card. Franc. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 37.

Octauum, † quoniam verba obliqua nunquam trahuntur ad directa, è contra autem sic. 99
l. Verbis ciuilibus, & ibi Doctores, tum vel maximè Bald. *in* 2. *col.* rationem assignant, *D. de vulg. & pupill. substit.*

Et tamen in milite † nulla ratio est, quomi- 100
nus obliqua directentur, *l. Tractabatur* (vt idem *Bald.* not.) *D. de milit. testam. l. Neque §.* 1. *& l. seq. D. eod. Intrigl. d. q.* 79. *n.* 25.

101 Nonum, † quoniam pactum futuræ successionis non valet, *l. 1. l. Pactum quod dotali l. fin. C. de pact. l. Pactum, C. de coll.* Et tamen fauore
102 militis † sustinetur si factum sit, *l. Licet, C. de pact.* Geor. Accac. *de priuileg. milit. d. lib. 2. priuil. 16. n. 99.*

103 Decimum, † quoniam omne testamentum communiter querela rescindi potest, si in eo filius exhæredatus sit, *tot. tit. D. & C. de inoffic. testam.*

104 Et tamen si fuerit militis, † id ipsum querelæ non subiacet, *l. De inofficioso, l. fin. C. eod. tit.* Iul. Clar. *in §. Testamentum, q. 40. n. 6. vers. Sed quæro, q. 42. n. 3. vers. Bene verum, & q. 48. n. 2.* Bened. *in dict. verb. Testamentum, 1. n. 22. vers. Duodecimo.* Baltas. Ayal. *de iure, & offic. bell. lib. 3. cap. 7. n. 15.* Petr. Cabal. *d. casu 294. n. 363.* Didac. Couar. *in cap. Quia nos, n. 7. de testam.* Carol. *de Gras. de effectib. clericat. effectu 19. num. 16.*

105 Vndecimum, † quoniam verba enunciatiua incidenter emissa, & propter aliud, non disponunt, nec probant, *l. Ex hac scriptura, D. de dol. Ex his verbis, C. de milit. testam.*

106 Et tamen fauore militis † aliter dispositum reperitur, vt ibi *in l. milites, eod. tit.* & in specie tradit Bart. *in dict. l. Ex hac scriptura, in 3. colum.* Nicol. Intrigliol. *dict. cent. 1. quæst. 79. num. 23.*

107 Duodecimum, † quoniam obscurè interroganti non est à Iurisconsulto, vel Imperatore respondendum, *l. 2. §. Seruus autem, Sulpitius, D. de origin. iur. l. Domitius Labeo, D. de testam.*

108 Et tamen militi † propter simplicitatem, & ignorantiam rei militaris, *l. 1 C. de iur. & fact. ignor.* sic, nec detractanda responsio, vt *dict. l. Hac, l. Precibus, de impub. & aliis substit.*

109 Decimum tertium, † quoniam vassallis ad petendam inuestituram, annus & dies concessi sunt à lege, *C. Imperialem, §. Præterea. de prohibit. feud. alien. per Feder. in vsib. feud.*

110 Et tamen militi † dantur annus, & mensis, vt *Bald.* not. *vlt. colum. quo temp. mil. eod. lib.* Subiiciens non mirum esse, quia militibus vetustas in honorem militiæ multa dedit priuilegia.

111 Decimum quartum, † quoniam quisque pro debito potest carcerari, *l. 1. eod. tit. D. de custod. reor. l. 1. C. qui bon. cedere poss. l. 3. §. Tutores, D. de admin. tut.* & plenè per *Bart. in tract. de carcer.*

112 Et tamen miles † ab hac erit iniuria tutus, nec in carcerem detrudetur, vt idem *Bald.* dicit, *in dict. l. 1. in fin.* & est communis opinio asseruntque idem Matth. B. un. *de cessione bonor. quæst. 11. quarta princip. num. 1.* Caualcan. *de tutore, num. 3. 8.* Georg. Acac. *de priuileg. milit. lib. 2. priuileg. 27. nu. 1. & per tot.* Carol. de Gras. *de except. ad mater. statut. exclud. omnes except. in prælud. num. 112.* repetitque Marc. Mant. ipse, *infrà*
113 *priuil. 44.* Quod ad nobiles † extenderunt Regiæ *leges 79. Taur. & 4. tit. 2. lib. 5. nouæ Reg. collect.* iure communi non sine controuersia, vt constat, ex Baec. *de inop. debit. cap. 16. num. 7.* Parlad. Paz, Azebed. & aliis, quos citat *Rodrig. de execut. capite 4. numero. 41.* id firmum in militibus profitentes. Eaque ratione (quod in carcerem pro ciuili debito detrudi milites non
114 possint) neque in plus, † quam facere valeant, conueniendos, (de quo inferiùs *priuil. 37.*) neque in carcerem militem, aliumvè illo iure vtentem mitti posse, deducunt, ac probant Roder. Suar. *in leg. 2. de los gouiernos, libro 2. For. paragrapho Quinto quæritur, numero 4. & 5.* Didac. Couar. *variar. resol. lib. 2. capite 1. numero 4.* Parlador. *rer. quotid. libro 2. cap. fin. 5. p. paragrapho 6. numero 17. & 18.* Auend. *respons. 8. numero 7.* In quibus præterea bonis executionem non patiantur, *infrà priuil. 40.* subnectitur,

Decimum quintum † (*Mantua* addit) quoniam testamentum solemnitates iuris requirit, 115
de quibus *in l. 1.* & *in l. Hæredes palam, D. de testam.* Imò quòd nemo potest facere, † quin 116
in eo locum habeant, *l. Nemo potest, D. de leg. 1. l. Testandi, C. de testam.* Aliàs non esset testamentum nisi abusiuè, *l. 2. §. 1. D. quemadmod. testam. aper. l. Hac. consultissima, §. Ex imperfecto, C. de testam.* arg. *in l. Paulus, D. de verb. signif.* & *in l. Seruo manumisso, D. de cond. indebit.*

Et tamen militi † remissæ sunt, *l. 1. l. Neque,* 117
§. Deportati, D. de milit. test. l. milites, C. eod tit. Petr. Cabal. *d. casu 294. n. 348. & seqq.* Georg. Acac. *d. tract. lib. 2. priuil. 16. nu. 45. & seqq. & nu. 61. & seqq.* Nicol. Intrigl. *d. cent. 1. q. 79. n. 3. & seqq.* Guil. Bened. *d. verb. Testamentum, 1. n. 21.* vbi quæ remissæ, quæque desiderentur in militis testamento solemnitates explicat. Quæ quidem non modò actu 118
militantibus iura remittunt. † sed etiam paganis, qui iure militari vltima condidere elogia, militesque decessere, constitutione *legis In fraudem, 16. §. Testamentum, D. de milit. testam.* Diui Pij rescriptum continentis, referente Vlpiano *Testamentum ante militiam factum à milite, si in militia decesserit, iure militari valere (si militis subiuncta voluntas contraria non sit) Diuus Pius rescripsit.* Quod diligens, *Donel. libr. 6. Digestorum, capit. 28. litera P. & Q.* intelligit verum. † *Si mentis testatio, indiciumvè aliquod* 119
militis sequatur; quòd in paganis elogium sic factum, probare voluisse, insinuet, ex *§. 4 instit. de milit. test. & l. Titius, 25. D. eod. tit.* Sentitque idem visus est Georg. Acac. *proximè dicto loco, num. 107. & seq.*

Decimum sextum † (& specialius ad idem 120
Mant. inserit) quoniam in testamentis testes rogati esse debent. *l. Hæredes palam, §. In testamentis, D. de testam. auth. Rogati, & in corpore vnde sumitur, C. eod.* Ant. Gom. *in l. 3. Taur. n. 23.*

Et tamen in milite † rogatus non est necessa- 121
rius, vt per *Doctores in d. l. 1. & in d. l. milites,* supr. proximè allegata, Nicol. Intrigliol. *d. q. 79. n. 28. 29. & 30.* Georg. Acac. *d. loco, n. 73. & 76.* Hodiè licet iure Regio, rogitus qualitatẽ non desiderari, aduertat, proberque *Gomez. ead. l. 3. n. 29.*

Decimum septimum, † quoniam in testamento
pariter filius institui debet, aut nominatim exhæ- 122
redari, ne præteritus testamentum rumpat, *l. 1. & 2. D. de liber. & posthum. & instit. de exhæred. liber. in prin.* & traditur latè, *in l. Posthumo, C. de bonor. possess. contra tab.*

Et tamen militi † necessitas hæc à lege imposi-
ta non est, *l. Sicut, & seq. C. de milit. test. l. Qui iu-* 123
re militari, D. ead. l. 2. §. Quisquis, D. de vulg. & pupil. Georg. Acac. *citato loco, n. 78.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt.*

Decimum octauum, † quoniam quis filio suo 124
haud potest substituere pupillariter, nisi prius sibi

sibi ipsi testamentum faciat. *dict. §. Quisquis, l. Patris filij, D. eod. §. Libertis, §. igitur, inst. de pupil. subst.*

125 Et tamen militi † permissum est, vt pupillo tantùm etiam sibi testamento non facto substituat, *l. miles ita, §. fin. l. in fraudem, §. item tam sibi, D. de milit. testam.* Guil. Bened. *d. verb. testamentum, n. 22. vers. octano*, Nicol. Intrigliol. *de substit. cent.* 1. *q.* 2. *n.* 27. & latiùs, *quæst.* 74. *nu.*
126 22. *& seqq & cent.* 2. *d. q.* 79. *n.* 2. & de exemplari substitutione similiter à milite validè facta, *idem ipse, cent.* 1. *q.* 16. *n.* 16. *& seq.* Nec sibi solum
127 filiusfam. miles de castrensibus † testari sibique testamentum facere potest, *l. ex militari, de test. milit.* Ayal. *d. lib.* 3. *cap.* 7. *sub n.* 15. Petr. Cabal.
128 *d. casu* 294. *n.* 361. Sed etiam filio † pupillo *dict. l. In fraudem,* 16. *§. Miles, & l. Cùm filiusfam.* 29. *D. de milit. test.* Petr. Cabal. *vbi proximè, n.* 364. *& seq.*

129 Decimum nonum, † quoniam ad confirmationem tabularum pupillarium requiritur hæreditatis aditio, *d. l.* 2. *§. adeò, D. de vulg. & pupil. subst.*

130 Et tamen militis † etiam non adita, suum sortiuntur effectum, *d. l. Miles ita, §. fin. D. de testam. milit.* Marc Anton. peregrin. *de fideicommiss. art.* 2. *num.* 36. Guil. Bened. *d. verb. testam.* 1. *nu.* 22. *vers. nono.*

131 Vigesimum, † quoniam filio emancipato substitui non potest, *l.* 2. *in princ. D. de vulg. & pupil. substit.*

132 Et tamen miles † substituit, *l. Miles ita §. exhæredato, D. de milit. testam.* cum Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 60. & aliis ab eo citatis, Nicol. Intrigliol. *de substit. d. cent.* 2. *quæst.* 62. *num.* 49. Guil. Bened. *d. verb. Testament. num.* 12. *vers. Decimo-septimo.*

133 Vigesimum-primum, † quoniam quis non potest mori cum duobus testamentis, ex quo aut vice vnius habentur; aut vnum per aliud rumpitur, *leg.* 1. *&* 2. *D. de iniust. rupt. irritoque testam. l.* 1. *§. Sed in duobus, D. de bonor. possess. secund. tabul.*

134 Et tamen miles † ipse potest, *l. quærebatur, D. de milit. testam. dict. l.* 1. *&* 2. *de iniust. irrit. que fact. testam.* Guil. Bened. *dicto loco, vers. quinto,* Petr. Cabal. *d. casu* 294. *num.* 359. Intrigliol. *dict. cent.* 2. *q.* 79. *num.* 9. Cardin. Mantic. *de coniectur. vlt. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 21. Cæsar Argel. *de acquir. possess. quæstione* 14. *articul.* 2. *n.* 42. Georg. Acac. *d. lib.* 2. *priuileg.* 16. *num.* 50. Cardin. Mantic. *dict. lib.* 6. *de coniectur. vltim. volunt. tit.* 1. *n.* 21.

135 Vigesimum secundum, † quoniam capite damnati testamenti factionem non habent, *l. eius qui, §.* 1. *& §. fin. D. de testam.* imò quod bona eorum etiam publicantur plures in id alias cumulat *Anton. Gomez. leges, in* 4. *Taur. numero* 1. quas probat, renouatque *lex* 15. *titulo* 1. *part.* 6. antiquantur tamen, & corriguntur omnes per *dict. l.* 4. *Taur. & l.* 8. *titul.* 4. *lib.* 5. *noua reg. collect.*

136 Et tamen miles † habet, (& quidem iure militari) si non Sacramenti tamen fides rupta sit) *l. ex militari, in princip. D. de milit. testam. l. Si quis filio,* 6. *§. sed & si quis, D. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam.* vbi sic Vlpianus: *Sed & si quis fuerit capite damnatus, vel ad bestias, vel ad gladium, vel ad aliam pœnam, quæ vitam adimit: testamentum eius irritum fiet: & non tunc cum consumptus est, sed cum sententiam passus est; nam pœne seruus efficitur. Nisi fortè miles fuit ex militari delicto damnatus: nam hic permittitur testari, vt diuus Adrianus rescripsit. Et credo quod iure militari testabitur* Georg. Acac. *d. lib.* 2. *priuileg.* 16. *num.* 30. *& seqq.* Petr. Cabal. *d. casu* 294. *num.* 367. Baltas. Ayal. *dict. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 16. Intrigl. *dicta quæstione* 79. *numero* 13. *& sequentibus.* Guil. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verb. Testamentum* 1. *num.* 22. *versic. Quarto.*

Vigesimum tertium, † quoniam incertus de statu suo testari pari modo non potest, *l.* 1. *in princip. D. de leg.* 3. 137

Et tamen militis testamentum † in ea conditione est, vt valeat, *dict. l. ex militari*, proximè allegatus, *§. si miles, D. de milit. testam.* Petr. Cabal. *dict. casu, num.* 356. Intrigliol. *dict. cent. qu.* 79. *nu.* 26. Acac. *dict. priuil.* 16. *num.* 35. 138

Vigesimum quartum, † quia surdus, & mutus adhuc non testatur, *l. discretis, C. qui testam. facer. poss. l. qui in potestate, §. fin. & l. seq. D. de testam. §. item surdus, inst quibus non est permiss. facer. testam. l.* 13. *tit.* 1. *part.* 6. 139

Et tamen miles, † huiusmodi hoc idem faciens, non reiicitur, factumque sustinetur, *l. iure militari. D. de milit. testam. §. Quia imò, inst. eod.* Petr. Cabal. *repetito casu* 294. *num.* 361. Intrigliol. *dict. quæst.* 79. *num.* 27. Ferdin. Vazq. Mench. *controuers. illustr. lib.* 1. *cap.* 103. *num.* 301. *& seq. & de success. progres. §.* 1. *num* 169. Andr. Gail. *obseruat.* 118. *num.* 14. *lib.* 2. Guil. Benedict. *in repetit. cap. Raynuntius verb. testamentum,* 1. *numero vigesimo-secundo. vers. Tertio, quia miles.* Georg. Acac. *dict. tract. lib. & priuil. num.* 28. 140

Vigesimum quintum, † quoniam mulieri in qua etiam turpis suspitio cadere possit, liberè relinquitur, *l. affectionis, l. donationes, in princip. D. de donat.* quod & per locum à speciali probatur, *l.* 1. *D. de don. inter vir. & vxor. l.* 4. *§. Sed & quod meretrici, D. de cond. ob turp. caus. l.* 53. *in secunda parte, tit.* 14. *part.* 5. multos referens Ioan. Gutier. *de iuram. confirm.* 1. *part. cap.* 6. *num.* 1. 141

Et tamen militi † resistit. lex ne donet, aut aliquid relinquat, *l.* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor. l. miles ita, §. mulier, D. de testam. milit. l. mulierem,* 13. *D. de his quib. vt indign.* Benedict. *d. verb. testamentum,* 1. *num.* 22. *vers. Vndecimo;* Baltas. Ayal. *d. lib.* 3. *cap.* 7. *numero* 19. petr. Cabal. *d. casu* 294. *num.* 370. Card. Tusch. *d. lit. M. concl.* 228. *n.* 1. Ioan. Gutier. *d. cap.* 6. *nu.* 3. *&* 4. qui ab Ant. Gomez. *in l.* 53. *Taur. n.* 68. dicta mutauit, Georg. Acac. *d. lib.* 2. *priuil.* 16. *n.* 44. Cæsar Argel. *de acquir. possess. q.* 3. *art.* 22. *numero* 1116. Limitans † cum multis *ibid. num.* 142
1109. *& seqq.* in donatione à milite ob merita facta Gutier. *supr. num.* 11. *& seq.* Marc. Ant. Natt. *cons.* 559. *num.* 1. *cum seq.* Mancin. *de iuram. part.* 4. *effect.* 210. plures allegans Carol. de Gras. *de effect. cleric. effect.* 19. *num.* 19. hanc latè materiam exornans; multifariam, multisque modis assertionem prædictam à *n.* 21. *cum seqq.* amplians; *à num.* 41. limitans. Et an donatio 143
huiusmodi à milite facta iuramento † firmetur, viresque habeat; plenè examinat Gutier. *d. cap.* 6. *à n.* 13. *cum seqq.* 144

Vigesimum sextum, † quoniam deportati, de iure communi, hæredes institui non possunt, *leg.* 1. *Codice de hered. instit. l. edicto, D. de bonor. possess.* 145

possess. neque alius quilibet seruus pœnæ effectus, ex iuribus *priuileg.* 22. *suprà* relatis.

146 Et tamen instituuntur † à milite, *l. Neque*, §. *Deportati, D. de milit. testam.* Nicol. Intrigliol. *de substit. d. cent.* 2. *q.* 79. *n.* 14. *& seqq.*

147 Vigesimum septimum, † quoniam causæ meri, & mixti imperij non possunt delegari, *l.* 1. *D. de offic. eius.* approbata à *lege* 18. *titul.* 4. *part.* 3. *Paz* (huius non facta legis mentione) *in praxi*, 2. *tom. prælud.* 3. *num.* 2. vbi quid de iure canonico hac in specie constitutum extet, *à num.* 1. tractat, & ante eum plenè Didac. Couar. *variar. lib.* 2. *c.* 20. *per tot.* vbi quid apud nos circa iudices quoque sæculares obtinuerit consuetudo, *num.* 4. tradit.

148 Et tamen fauore militis † delegantur, *l. Tam collatores*, *C. de re milit. lib.* 12. allegatque *seipsum Mantua* in id, *in l.* 1. *C. de offic. eius.*

149 Vigesimum octauum, † quoniam regula Catoniana regulariter in testamento cuiuscumque locum habet, & attendi solet vt legatum caducum, aut aliter inutile non conualescat, si diutiùs viuat, post testamentum, & res ad eum statum mortuo testatore perueniat, à quo incipere potuisset; & tamen in testamento
150 militis † haud est considerabile, ex quo est de iure ciuili, à quo ipse absolutus est, *l. Neque in princ. & ibi Bald.* in terminis; *D. de milit. testam.*

151 Vigesimum nonum, † quoniam ignorantia iuris nemini prodest officere potius solet, *l. Iuris ignorantia, C. qui admit.* his diebus à Nobis edita, vna cum *l.* 1. *C. eod. titul. l. Legibus, C. de legib.* cum adductis per Nos *in Axiomatib. lit. I. num.* 17.

152 Et tamen militi † non nocet, *l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor. l. Regula*, §. *Si miles, D. eod. titul.* & not. *in l. fin. in prin. C. de iure deliber.* plenè Georg. Acac. *de priuileg. milit. lib.* 2. *cap.* 1. *per tot.* Conueniuntque de rustica simplicitate suo à Nobis loco iam dicta, quæ & militibus congruunt, & de vtrisque pariter hac in re Doctores loquuntur, & in specie Sfort. Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *q.* 10. *art.* 7. *per tot.* materiam *articulis seqq.* tractans.

153 Trigesimum, † quoniam priuilegium fori superueniens pendente iudicio, quem iurisdictione non eximit, *l. Si quis posteaquam, D. de iudic. l. pen. D. de iurisd. omn. iudic.* Ideoque nec
154 Clericos † post delictum præcipuè commissum, in iudiciumque deductum sæculare effectos ab eo liberauit, vt cum aliis ibid. relatis eruditissimus tradit Couar. *practic. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 4. *in princ. & vers. Secunda conclusio, iuncto vers. seq.* de qua etiam te Placa *de delict. lib.* 1. *c.* 35. *n.* 5. nouissimè (magis communiter receptum dicens, commissi delicti tempus in specie præsenti attendi) Carol. *de Gras. de effect. clericat. effect.* 1. *n.* 1072. ex *l.* 1. *D. de pœn.* & aliis latissimè *seqq. numeris* materiam prosequens.

155 Et tamen in milite † armatæ militiæ secus, *l. Qui cum vno*, §. *Reus, D. de re milit.* & not. *in d. l. Si quis posteaquàm*, licèt hæc mihi prout iacet limitatio non satis constet cui *d. l. Si quis posteaquàm* dispositio nominatim obstat, communisque in clerico relata assertio, & sic in milite per *d. l Si quis posteaquàm*, in specie profitetur Georg. Acac. *d. lib.* 2. *priuil.* 5. *num.* 7. *&* 8.

Trigesimum primum, quoniam nulibi permissum reperitur, imò prohibitum potius, vxori, † vel 156
medico alicuius læsi, si ex causa probabili, & necessaria absfuisset, ex clausula *Si qua mihi iusta causa subesse videbitur*, sucurri, de qua *in l.* 1. *in fin. & in l. Sed et si per prætorem, in princ. D. ex quib. caus. maior.*

Et tamen vxor militis, † & medicus absque 157
dubio restituuntur, mariti, seu militis fauore, cui hoc speciale priuilegium concessum est, *l. Inter eos*, 33. §. *militum medici, D. eod. tit. l.* 1. *C. de vxor. milit.* Georg. Acac. *de priuil. milit. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 32. plenè Sfort. Odd. *de rest. in integr. p.* 1. *q.* 6. *art.* 7. *n.* 21. *vers. In contrarium, & art.* 8. *per tot.* Petr. Royz. Maur. *decis. Lituan.* 4. *n.* 461. *& seqq.*

Trigesimum secundum, quoniam peremptoria exceptio † post sententiam opponi non potest, 158
l. Peremptorias. C. sentent. rescind. non posse, l. Exceptionem. C. de probat. & de materia, *in cap. Pastor. de except.*

Et tamen miles † opponit, *l.* 1. *in fin. C. de iur.* 159
& fact. ignor. Petr. Cabal. *resol. crimin. d. cent.* 3. *casu* 294. *n.* 334. Carol. *de Gras. de effect. cleric. effect.* 19. *n.* 10.

Trigesimum tertium, † quoniam tutela (cum 160
sit munus publicum, & nil, aliud nisi vis, atque potestas ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, vt *institut. de tutel. in princip.*) efficit, vt quis cogatur ad onus ipsum suscipiendum *l. Nullus C. de Decur. lib.* 10. & not. in loco prius suprà, latè Paul. Montan. *de tutor. cap.* 35. *de excus. tutor. num.* 1. *& seqq.*

Et tamen miles † cogi non potest, imò quòd 161
nec volens admitti debet, §. *Idem, & in milite, instit. de excus. tutor. l. milite, C. qui dar. tutor. poss.* Nisi tutela filiorum sui commilitionis esset, quoniam tunc secus, *l. Sed & milites, in princip. & ibi not.* Bart. *D. de excus. tutor.* & idem Glos. *in d.* §. *Idem & in milite*, Georg. Acac. *dict. tractat. lib.* 2. *cap.* 15. *per tot.* Petr. Cabal. *dict. casu* 294. *numero* 326. Paul. Montan. *dict. cap.* 35. *numero* 184. Ioan. Gutier. *eod. tract. de tutel.* 1. *part. c.* 21. *n.* 25. Mastril. *decis.* 76. *num.* 7. *vers. Sed his*, *& num.* 11. *volum.* 1. Anton. *de Amat. resolut.* 46 *num.* 5. 12. *& seqq.* vbi quòd etiam à suscepta liberatur.

Ab aliis quoque muneribus † personalibus eos 162
reddit Vlpian. immunes, *in l.* 3. §. *His qui, D. de muner. & honor.* A realibus † autem, & his 163
quæ à mercimonio proueniunt vectigalibus excusati licèt non sint, *dict.* §. *His qui & ibi* Glos. *verb. Munus*, à contrario sensu Bouadilla *in politic. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 67. *vers. Y en las pagas de los tributos Reales, y Concejales*, ad quod iudicem rei competentem esse firmat, Georg. Acac. *dict. tractat. & lib. priuileg.* 30. estque *text. in l. Ex præstatione*, 7. *C. de vectigal. & commiss.* In commissum tamen professione non facta, militari priuilegio non incidunt, *l.* 3. *C. eod. titul. vbi Glos.* celebris, *verb. Tenerentur*, alios exemptionis similes in militibus assignat casus, & notat Petr. Cabal. *dict. casu* 294. *numero* 328. plenè etiam Georg. Acac. *de priuileg. milit. lib.* 2. *priuil.* 10. *per tot.*

Trigesimum quartum, † quoniam multi sunt 164
casus in quibus delinquentes lequeo vitam finiunt, tum vel maximè enumerati, *in l. Capitalium*, *in* §. *Famosos, & ibi Glos.* magistra, D.

D. de pœn.& in paragrapho Ex maleficiis,instit. de action.

165 Et tamen miles † ignominiam hanc pati non debet, sed honestiori pœna puniri, *l. Desertorem §. Pœna militum,* & pari modo, iuncta *gloss. D. de re milit.* per quam ita dixit Bald. *in cap. in §. Si rusticus in fin. de pace ten. in vsib. feudor.* Georg. Acac. *dict. tract. lib. 2. priuileg. 17. per tot.* Petr Cabal. *repetito casu 294. numero 336.*

166 Secundum quem limita † *ibid. numero 338. & ex l. 3. Cod. de veteran. lib. 12. & ibid.* Glos. & *l. 1. Cod. de dignitatib. eod. lib.* in his, qui atrocibus delictis, furtis præcipuè, & latrociniis vacant, seque militari honore indignos reddidere.

167 Trigesimum quintum, † quoniam res empta cum pecunia mea alterius nomine, non est mea nec ista ratione à me vendicari potest, nec cæteris creditoribus anterioribus præfertur, *leg. Si ex ea pecunia, Cod. de rei vindic.* diximus in priuileg. Ecclesiæ.

Et tamen si comparata sit ex pecunia militis,

168 † secus, *l. Si vt proponis, Cod. eod. l. Idemque, D. qui pot. in pign. hab. l. 2. de donat. inter vir. & vxor,* Petr. Cabal. *dicto loco, numero 330.* Vital. de Camb. *de clausul. in claus. Et specialiter obligat. num. 4.* Rodrig. *de annu. reddit. lib. 2. quæst. 20. sub num. 6.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 14. num. 3.* Antonin *de amat. resolut. 3. num. 68.* Franc. Gallet. *in margar. cas. conscient. verb. Pecunia, vers. Pecunia militis.*

169 Trigesimum-sextum, † quoniam verè contumax ab appellando excluditur, *l. & post edictum, §. fin. D. de iudic. leg. 2. D. Si quis in ius voc. non ier.*

170 Et tamen miles, † (sicut etiam minor, & rusticus) appellat, *l. Etsi sine, §. Item si non prouocauit, D. de minor. l. cum de indebito, §. Sin autem, D. de probat. Vbi in princip. D. de edend.* & latè *in d. l. 2. not.* Alex. *in 1. col.*

171 Trigesimum septimum, † quoniam condemnatus ad soluendum, soluere præcisè cogitur, vsque adeo, vt nec coactionem euitet, si paratus sit dare expromissorem, de soluendo, *l. 3. §. ait Prætor, D. de re iudic.* iamque *suprà quæst. 11. n. 59.* aduertimus.

172 Et tamen miles † beneficium habet, ne ab eo exigatur, nisi in quantum facere potest, *l. in condemnatione, D. de regul. iur. l. miles, D. de re iudic.* plenè Georg. Acac. *dict. lib. 2. priuil. 18. per tot.* Nicol. Boer. *in consuet. Bituric. glos. Est faict Cheualier, in princip. pag. mihi 238.* vbi de militibus aliàs, Damad. *in enchirid. parium, verb. miles. vers. quocirca, sicut,* infinitos ad id congerit Carol. *de Gras. de effectib. clericat. effectu 7. num. 2. & effect. 19. num. 15.* petr. Cabal. *dicto casu 294. num. 314.* Qui nec bonis mili-

173 tem † cedere posse, *numero 315.* addit, tenentque idem Matth. Brun. *de ceß. bonor. q. 11. quart. princip. n. 1.* & Osuald. Hillig. *in Donel. Enucl. lib. 27. cap. 9. lit. M.*

174 Trigesimum octauum, † quoniam quilibet potest renuntiare priuilegio fori, *in l. si quis in conscribendo, Cod. de pact. argum l. si index, D. de minor.* & *in cap. ad Apostolicam, de regular. & transeunt. ad relig.*

175 Et tamen Militi, † prohibitus esse videtur, *l. magisteria, Cod. de iurisd. omn. iudic.* In quo militat ratio honoris militaris, vt alibi in simili, clericalis, *in cap. diligenti, de foro compet.* & de materia latiùs, *in dict. l. si quis in conscribendo,* Notauimusque iam suprà, ex Petro Cabal. *resolut. crimin. casu 225. numero 24. & sequent.* & aliis.

Trigesimum nonum, † quoniam non potest quis pupillariter filio suo substituendo facere quod moriatur pro parte testatus, pro parte autem intestatus? ex quo substitutio pupillaris pars est & sequela testamenti paterni, *§. igitur, instit. de pupill. subst.* nec potest fieri, nisi sibi pater prius faciat testamentum, vt dixi suprà in discursu *l. 2. §. quisquis, de vulg. & pupil. substit.* quod neque huiusmodi esse potest, *l. ius nostrum, D. de reg. iur.* 176

Et tamen miles † potest, *l. Sed si plures, §. ad substitutos, D. de vulg. & pupil. substit. l. miles ita, 42. §. fin. D. de milit. test.* vbi Triphonian. isthæc: *Si militis adita non fuerit hereditas; an substitutio quam pupillo fecit, valeat quæritur? Et consequens erit hoc dicere; quia permittitur militi filio facere testamentum, quamuis sibi non fecerit.* Cuius & meminit *Costa in cap. si pater, 2. part. verb. Deferuntur, num. 2. colum. 2. ad med. pag. mihi 344. &* Pichard. *in rubr. instit. de vulg. numero 48.* 177

Quadragesimum, † quoniam præteritione matris, quærela subuertitur testamentum eius, ex quo, loco exhæredationis habetur, *l. Illud, §. ad testamenta fœminarum, D. de bonor. possess. contra tabul.* Et idem si ipsa à filio prætereatur, *l. Nam etsi parentibus, D. de inoffic. testam.* & dico ego in hac *l. Precibus, in 11. quæst. de impub. & aliis substit.* 178

Et tamen in milite, † secus, *l. 1. (*& ibi notat Ias. *in 3. colum.) C. de milit. testam.* 179

Quadragesimum primum, † quoniam in pagano non cadit distinctio patrimoniorum, *leg. Iurisperitos, §. Cum oriundus, D. de excus. tutor.* 180

Et tamen miles † instituendo vnum in vno patrimonio, & alium in alio; hoc ipso declarat se velle vti priuilegio militari, vt not. *in dict. l. 1. C. de milit. testam. prox. alleg. & ibid. Ias.* 181

Quadragesimum secundum, † quoniam ad probandum voluntatem alicuius testantis, requiruntur septem testes, sicut in eius testamento, *leg. Cum proponeretur, D. de legat. 2.* 182

Et tamen in voluntate militis, † ac in casu, *leg. in testamento, C. de milit. testam.* duo tantum sufficiunt, sicut & in eo testamento, *l. milites, iuncta glos. C. eod. & in d. l. In testamento,* quoque notatur. Guil. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verb. Tamentum, 1. numero 21. de testam. vers. Sanè tamen.* 183

Quadragesimum tertium † adhuc, quoniam imò secundum alium intellectum, in ipso milite satis constat eo ipso quòd contrarium non probatur. Et tamen in pagano, verè probari debet. Quod dictum tamen non est tutum; ideò recurrendum est ad *dicta in dict. leg. in testamento.* 184

Quadragesimum quartum, † quoniam quisque pro debito ciuili capi personaliter potest, nisi sit in domo; quoniam tunc, cum sit tutissimum cuiusque refugium; inde auelli non potest minusque ab Ecclesia, *l. Plerique, l. Satis, D. de in ius voc. l. pen. C. de his qui ad Ecclef. confug.* 185

Et tamen miles † tutus est, nec istud ipsum pertimescet, *l. miles, & ibi not. D. de re iudic.* quod iam supr. *priuileg. 14.* dixerat *Mant.* ipse vbi nos quoque id alios pariter addentes notamus. 186

187 Quadragesimum quintum, † quoniam testamentum simpliciter fieri debet, & non sub specie alicuius lucri; exemplificando in casu quando duo faciunt pactum quod vnus alterum hæredem instituat, & è contra, *l. Ille autem*, & ibi *Bald.* not. *D. de hæred. instit.* conducuntque adducta à *Nobis in Axiomat. lit. E. n. 3.*

188 Et tamen factum inter milites, † valet, vt *in l. Licet inter priuatos, vbi* Ias. *&* Doct. *in 3. col. C. de pact.* Valent. Forster. *de hæreditat. lib. 4. cap. 24. num.* 8. Nicol. Boër. *decis.* 104. *numero 4. &* 5. Petr. Gregor. *syntagmat. iur. vniuers. lib. 19. cap. 16. num.* 17. conueniuntque superius *priuil.* 9. adnotata.

189 Quadragesimum sextum, † quoniam in executione iudicati, omnia debitori possunt auferri, obseruata nihilominus forma, *l. A diuo Pio*, §. *In venditione*, *D. de re iudic.*

190 Et tamen militi † arma relinquuntur, sicuti libri scholaribus, maximè studentibus, *Glos.* est notabilis, *in l. Nepos Proculo*, *D. de verbor. signific.* quam ad id etiam inducit Bald. *in rubr. C. qui bon. credere poss. &* Ias. *in §. Item Seruiana, in 9. colum. instit. de actionib.* Petr. Cabal. *resolut. crimin. dict. casu* 294. *num.* 318. Osuald. Hilliger. *in Donel. Enucl. lib. 27. cap. 3. lit. P.* Vincent. Carot. *de except. contra praiudic. sentent. vel damnos. execut. cap. 56. n. 1. & seq.* optimè Ioan. Hier. Campan. *l. in diuersor. iur. Can. rubr. 11. cap. 10. n. 11.* Idque ipsum *lex Regia 3.*
191 *titul. 27. part. 3.* decreuit in nobilium † fauorem, vt in carcerem pro debito ciuili regulariter coniici, nequeant, eisque arma, equi habitationisque domus relinquantur, neque in his executio fiat, recentiores decernunt, *l. 9. titul. 1. lib. 6. noua Reg. collect. l. 3. 4. & 5. eod. tit. & lib.* plurimas alias in id Regias leges cumulat *Gundi. Suar. de Paz in praxi*, 5. *part. tom.* 1. *cap. 2. num.* 37. In scholarium quoque libris
192 † simul ad dictæ *Glossæ in l. Nepos Proculo* instar loquens, suntque ita pariter loquuti *Petr. Duen. reg. 275. limit. 5.* omnigena eruditione ornatus *Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. §. 3. num.* 18. qui *num. 21. & seqq.* aliis etiam bonis causidicis deficientibus, ad libros manus non magis quam ad militum arma pro executione porrigi hodiè posse, confirmat. Expertique in forensi iudicio sumus, nec semel protectorias literas (vulgò de amparo, nominatas) ab ordinariis Curiæ iudicibus, (Alcaldes de Corte) expeditas vidimus, quibus (fide præstita, quæ in Aduocatorum numero descriptos esse, examine præhabito monstret) ne pro debito ciuili in eorum personis, aut libris executio fiat, iubent, abstinereque ab his manus satellitibus præcipiunt.

193 Quadragesimum septimum, † quoniam præteritio patris efficit vt testamentum sit ipso iure nullum, vt *instit. de exhæred. liberor. in princ. & in l. 1. & 2. D. de liber. & posthum.*

194 Et tamen si miles † sciens se filios habere, alios inscripserit hæredes, tacitè eos exhæredasse intelligitur, *l. Sicut certi iuris, & seq. C. de milit. testam.* Benedict. *in dict. cap. Raynuntius*, *verb. Testamentum*, 1. *num.* 22. *vers. Decimotertio*, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 185. Petr. Cabal *dict. casu* 294. *n.* 354. Vbi ea ratione,
195 nec filij agnatione † militis rumpi testamentum, si de illius mente constet, notat ex *l. Qui iure militari, l. militis, §. miles, de milit. testam. d. l. Sicut, & seq. C. eod.* Nicol. Intrigliol. *d. cent. 2. q. 79. n. 5. & seq.* licet hodiè contrarium affirmet ibid. ex Glos *in l. Testamenta, C. de inoffic. testam.* Vazq. *de success. creat. §. 24. n. 33.* Gras. *in §. Testamentum, q. 7. numero* 3.

Quadragesimum octauum, † quoniam si quis 196
filiam suam appellasset, & eidem in testamento pariter legatum reliquisset; non videtur propterea eam exhæredasse, vsque adeò, vt in quartam etiam imputetur, & ad supplementum agat, si sibi aliquid desit, *l. Omni modo, l. Sancimus, C. de inoffic. testam.*

Et tamen in milite † secus, quia eam non insti- 197
tuendo hæredem, sine dubio exhæredauit *l. Si cum vel in vtero, in fin. C. de milit. testam.*

Quadragesimum nonum, † quoniam si quis 198
seruum instituerit, eique libertatem reliquerit in eodem testamento, eidem hęreditas sola sine libertate adimi non potest, *l. Si ita, §. Regula, D. de liber. & posthum.*

Et tamen miles † potest, eundem scilicet hæ- 199
redem instituere, deinde exhæredem scribere, *l. Si certarum, §. si eodem testam. D. de milit. test.* Georg. Acac. *eod. tract. de priuileg. milit. lib. 2. cap. 16. num.* 98.

Quinquagesimum, † quoniā si filiusfam. capite 200
minuatur, vel emancipetur, vel à patre suo in adoptionem detur, testamentum nihilominus eius valet; quasi ex noua voluntate (inquit) text. in *l. miles filiusfamil. D. de milit. testam. §. Sed & si quis, instit. eod. tit.*

Et tamen in pagano † secus, *l. Si quis filio*, §. 201
Sed si quis, D. de iniust. rupt. irrit. qui testam. & not. *in d. l. miles.*

Quinquaginta hæc militum priuilegia extra ea, quæ stellare signum discernit (vt iam prædiximus) Marc, Mant. *assignat.* Viginti † *Guill. Be-* 202
nedict. numerat. *in dict. repet. cap. Raynuntius*, *verb. Testamentum*, 1. *num.* 22. quorum pleraque iam suprà suis sedibus locauimus; quatuordecim. Casan *recenset in cathalog. glor. mund. par. 9. consider.* 47. Alia Georg. Acac. *repetito tractatu.* Petr. Gregor. *syntagmat. iur. vniuers. lib. 19. cap. 16. per tot.* Aliique *suprà num.* 81. relati protulere. Mira autem compagine omnia ferè complexus Donel. *Digestorum*, *lib. 6. cap. 28. per tot.* & in *eius annot.* Osuald. Hilliger. Paucorumque ideò insuper Nos erimus adiectione contenti.

Militibus in expeditione occupatis longi tem- 203
poris † præscriptionem non obesse, Imperator *Alexandr.* rescripsit, *in l. 1. C. quib. non obiicitur longi tempor. præscript.* Et quomodocumque læsum restitui militem *toto titul. C. de restit. milit.* prouidetur, traduntque (præter DD. ibid.) Petr. Cabal. *resolut. crimin. cent. 3. dict. casu* 294. *num.* 325. & plenè Sfort. Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæstion. 6. artic. 2. & 3. numero 5. & seqq.*

Cùm cæteris † regulariter longi hæc temporis 204
præscriptio (bono publico introducta) noceat, *l. 1. & toto titul. D. de vsucap. seu præscript.* aliis omissis ne vulgatis immoremur.

Pro testimonio ferendo milites † euocari cogi- 205
que inuitos *Calistrat.* vetuit, *in l. 3. §. fin. D. de testib.* & Scæuola *in l. Inuiti*, 8. *eod. titul.* Et quamuis expressa Consultorum præfata decreta Doctorum allegationibus excusarent; multos tamen simul in id congerunt Farinac. *de testib. quæst. 78. num.* 66. Georg. Acac. *dict. tractat.*

*tractat. lib.2 priuileg. 7.per tot.*Petr. Cabal. *dict. loco,numero 327.* Ioan.Gatz *de nobilit. glos.48. §.4.n.9.* Regia quoque *lex 35.tit.16. part.4.* stabiliuit idem.

Queinlibet autem non priuilegiatum expresse
206 † testimonium ferre cogi posse, & ex *titul. de testib.cogend.in decret.* deducitur, & notat (cum multis suo congestis more) Farinac. *dict. quæst. 78.numero 1.d.lt.que partita lex in princ.* monstrat.

207 Sine cessione † militem agere posse, dixit Bald.*in cap.Vigilanti, numero 5.de præscript.* cuius & contrarium in aliis, in Ecclesiæ fauoribus tradidimus.

208 Filiumfamilias testari non posse, † patre etiam permittente,multa dictant iura, *in l. qui in potestate, D.de testam. l. Tam is, §.1.D.de don.caus. mort.l.3.§.1.& l.pen.C.qui testam.facer. poss.l.fin. §.filius autem, C. de bon.quæ liber. princip. instit. quib.non est permiss. facere testam.* deque iure regio,*l.13.tit.1.part.6.*

209 Militi † tamen filiofam. de castrensibus, aut quasi castrensibus etiamque veterano eadem ipsa iura testari concedunt, testatúrque idem *Iuuen. satyr.19.*

Solis preterea testandi militibus ius
Viuo patre datur, namque sunt parta labore
Militia, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cuius regimen pater.

210 De nouiori licèt iure Regio † filiofamilias legitimæ ad testandum ætatis, testamentum condendi sit concessa facultas per *legem 5.Taur.*

211 Litem nullam inter patrem, † & filium esse posse, communi, Regioque iure sancitum extat, *in l.Lis nulla, 4. D. de iudic. l.2.tit.2. part. 3.& l.11.tit.17.part.4.*

212 Militi † verò eadem ipsa iura pro castrensibus, & quasi castrensibus etiam patrem conueniendi facultatem concedunt, *text.* quoque, *in l.siquis vxori,53.§ Sed si filius, D. de furt. in l.si dubitet, 11.§.fin.in fin. D. de fideiuss.& in leg.Cùm oportet,6.§.exceptis,C.de bon.quæ liber.*

213 Sic pariter quamuis inter patrem, & filium † non consistere donatio queat, vt *text.*probant, *in l.1.§.si pater filio, D. pro donat.in l.2.*vbi id nominatim *Glos.*aduertit, *verb.Promittere,* & *in leg. Donationes,32. §.Pater, D.de donat.in leg.2.& ibi Glos. verb.in potestate, C.de inoffic.donat.in l. Donationes quas parentes, 25. C.de donat.inter vir.& vxor.* quibus cum *l.3.titul. 4.part.5. vers. Mas si el padre,* conuenit.Traduntque (aliis relatis) Gomez *in l.17.Taur.nu.4.* & Ioan. Gutier. *de iuram.confirmat.1.part.4.num.1.& 2.*

214 Militiæ † tamen causa donationem filio à patre factam valere, castrenseque peculium effici, probant *text.in l.Miles præcipua,4.& l.Castrense,11.D.de castrens.pecul.* firmatque Petr. Cabal, *resolut.crimin.dict.casu 294 num.341. & seqq.*

Proximum de donatione sequitur vxoria, quæ
215 licet inter coniuges † sit matrimonio constante prohibita,vt *tot.titul. D. & C.de donat.inter vir. & vxor.l.4.& 5.tit. 11. part. 4* Qua de re plenè Gomez *in dict.l.53.Taur.num. 64. & seq.* cumque aliis Gutier. *dict.tract. p. 1. cap. 3 à numero 1.*

216 Si tamen militiæ † contemplatione vxor marito donauerit, donationem tenere firmitatem peculiumque castrense reputari donata, *text.* probant,*in l.si militi, 6.& in l.si forte, 8. D. de castrens.pecul.*& Petr.Cabal *dict. loco* defendit,*numer.346.*

Ex tempore,† vel ad tempus hæreditatem dari 217
non posse, vulgaria iura prædicant,quæ in *Axiomatib.nostris* retulimus,*lit.H. num.14.*

Hanc tamen regulam in milite † arctant Vl- 218
pian. *in l.in fraudem, 16.§. Miles,D.de milit.testam. Miles (ait) ad tempus heredem facere potest, & alium post tempus; vel ex conditione, vel in conditionem,* & in *l. Quærebatur, 0.§.fin.* & Triphoninus,*in l.Miles ita, 41.D.eod.titul.*Gordian.*in l.certi iuris, 8. C. eod.ipso titul.certi iuris est (inquit) militem ad tempus etiam heredem instituere posse.* Hancque nos etiam *in Axiomatib.dict.lit. H. num. 15.* regulæ memoratæ limitationem præfinimus.

Posteriore testamento non nisi perfecto † iu- 219
reque facto, prius solemniter conditum, rumpi, aut fieri irritum, author est Vlpian. *in l. 2. D. de iniust.rupt. & irrit.fact. test.* Iustinian quę sanxit (diui *Pertinacis* oratione cautum memorans) *in §.ex eo autem,instit.quib.mod.testam.infirm.l. que regia 23.tit.1.part.6.* stabiliuit.

Nuda tamen simplicisvè militis † voluntate 220
prius testamentum iure factum infirmari, *in eadem leg.2. D.de iniust. rupt.& irrit.fact.testam.* Vlpian.dixit, & *in l.in fraudem, 16.§. 1.& seq. D.de milit. testam. Sicut autem (ait) hereditatem miles nuda voluntate dare potest; ita & adimere potest. Denique si cancellauerit testamentum suum,vel inciderit:nullius erit momenti.Si tamen testamentum suum cancellauerit; & mox voluerit valere,valebit ex suprema voluntate.*

Etsi conficiendi inuentarium omnes † in vni- 221
uersum hæredes obligatio teneat; tempore aliàs inuentarij conficiendi elapso insolidum pro testatoris debitis, legatisque ab eodem relictis,obligatus existat, vt *de priuileg.pauper. 2.part.quæst. 58.num.1.& seqq.*plenè ostendimus.

Militem † tamen qui inconsulto, hæreditatem 222
adiit, inuentarijque confectionem omisit, huius periculi expertem Iustin. Imperator fecit,*in l.fin. §.Notissimum,C.de iure deliber.*notantque Ayal. *de iure, & offic.belli, cap. 7.numero 18.* & Petr. Cabal. *resolut. crimin. d. casu 294. num. 369.* Quamuis recentior eiusdem Imperatoris *Iustiniani* constitutio id mutarit, *de hered. & falc. §. pen.* (incipit:Quia vero) *coll.1.*quæ inuentarium non conficientes milites hæredes ad solidum præstandum damnat, vt *ibidem* Glos. firmat, *verbo militari,*notamusque *dict.quæst.58.num.7.* & aduertit Acac. *dict.tract. lib.2. priuileg. 17. numero 4.& 5.*

Inuentariumque militem non conficientem 223
falcidia † priuari, multorum opinionem (rectam dicens, eique adhærens) *Osuald.Hillig.* refert, *in Donel.lib.6.cap.18.lit.H.*

Breuiter, † summariéque militum causas tra- 224
ctari, publicus desiderat fauor, cuius quoque ratione celeriter Agricolarum agitandas, suprà *qu. numero 55.* ostendimus. Eademque feriatis etiam diebus militares discuti posse Imperatoris *Trajani* decreto cautum, cuius est *Vlpianus* relator, *in l. Diuus Trajanus,9. D.de fer.*quam *Georg.Acac.* exornat *dict.tract.lib.1 priuileg.4.per tot.* Quod nec *Iuuenali* ignotum,dum*satyr.16.*inquit:

Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus.
Sacramentorum;conuallem ruris acuti.

Improbus

Improbus, aut campum mihi si vicinus ademit;
Aut sacrum effodit medio de limine saxum,
Quod mea cum vetulo coluit plus annua libo;
Debitor, aut sumptos pergit non reddere nummos;
Vna superuacui dicens chirographa ligni,
Expectandus erit, qui lites inchoët, annus
Totius populi: sed tunc quoque mille ferenda
Tædia, mille moræ, toties subsellia tantum
Sternuntur, iam facundo ponente lacernas
Cæditio, & Fusco iam micturiente, parati
Digredimur; lenta fori pugnamus arena;
Ast illis, quos arma tegunt, & balteus ambit,
Quod placidum est, illis præstatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo sufflamine litis.

225 In sportulis † quoque persoluendis, ab Imperatore *Anastasio* leuantur, *in leg. tam collatores*, 18. §. *Vt autem*, *C. de re milit. lib.* 12.

Militum fauorem superius *in proœm. nu.* 49. relatum superioribus.

226 Quamuis item acquisita constante matrimonio † inter coniuges diuidantur, & ad vtrumque æqualiter pertineant dispositione *legis* 2. *& toto titul.* 9. *libro* 5. *nouæ reg. collect.* in bello autem quæsita à marito, vxori non communicari, nisi vxoris quoque expensis vir militauerit, *l.* 3. *eiusdem libri, & tituli* disponit.

Alium quoque militum fauorem superioribus adde, relatum *in proœm. nu.* 49.

VTRVM SENEX MISERABILIS sit persona? *legis* nostræ *vnicæ*, *C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* dispositione comprehendatur? quibusque aliis priuilegiis gaudeat?

SVMMARIVM.

1 *Pars affirmatiua proponitur, & sustinetur*, vsque ad numer. 16.
Ampliatur etiam in Sene sagaci aduersus Ioan. Mar. Nouar.
Et in diuitibus, nu. 15.
Quidquid Praxis obseruet? ibid. & numer. 24. & 25.
2 *Senectus morbus est diuturnus, & insanabilis, ad mortemque properanter ducens; & vitæ occasus*, nu. seqq. vsque ad 7.
Infirmorumque priuilegia adipiscitur, numer. 53.
Nec modo infirmi Senes, sed in mortis articulo constituti dicuntur, nu. 54.
3 *Senes quasi* Semineces (*secundum quosdam*) *appellati.*
Alia Senum denominatio, nu 32.
Nuntij mortis quot? & qui sint? ibidem numer. 3.
4 *Senes tanquam infirmi, & morti proximi ante litem contestatam ad perpetuam rei memoriam recipi testes, possunt.*
A Sene potius quàm à iuuene manumitti interest, ibi.
5 *Senectutis descriptio*, n. 10. & 11.
7 *Senes inter mortuos reponuntur, in fauorabilibus saltem; nec magis quam mortui creditoribus addici possunt*, & numer. seq.
Senex vmbra hominis, & inane hominis nomen, ibi.
8 *Proximè moriturus, mortuus reputatur,*
9 *Senectus morte deterior.*
Mortis genus, morte ipsa acerbius, ibi.
10 *Senectutis incommoda multa referuntur, & plura supersunt.*
11 *Senectus infantili ætati prorsus comparatur.*
12 *Senili ætati vt minori condonandum.*
16 *Senex quis dicatur? quaque annorum curricula ad senectutem perducant, Senemvè quem reddant, vt senectutis prætextu miserabilis dicatur, miserabiliumque priuilegiis, & fori præcipuè, gaudeat?* numer. sequent. *maximè* vsque ad numer. 26.
Quot hominum, mundique ætatum gradus? ibi.
17 *Senecta ab operarum præstatione libertum eximit.*
Et quæ ad id senecta dicatur?
18 *A personalibus muneribus, tutela, comparandi frumenti, & militandi onere, quæ ætas excuset?* & duobus numer. seqq.
20 *Quinquaginta quinque annorum ætas neque bello, neque nuptiis apta.*
Intellectus legis 3. titul. 19. part. 2. & legis 1. titul. 1. lib. 6. nouæ Reg. collect. *ibi.*
21 *Ab honoribus, vel muneribus eis cohærentibus, quæ liberet ætas?*
22 *In casibus in quibus certa ætas iure diffinita non est; vel qua quisque infirmitate prematur, vt à muneribus excusationem merear; ad iudicis arbitrium recurrendum.*
Iudicandi munus personale est, ibi.
23 *Fœmina (vt debilioris complexionis, & exilioris caloris quam mares) citius pubescunt, senescunt, & deficiunt.*
25 *Valdè annosus, aut decrepitus, quis dicatur?*
26 *Senectus omni æuo, & apud omnes per æque gentes magno semper in pretio habita est.*
27 *Honores secundum ætatem olim distributi, ad illosque certa ætas præfinita, quam nullo modo præocupare licebat.*
28 *Senatus, à senibus dictum.*
29 *Ad summum Ecclesiæ regimen olim seniores electi, & in beneficiis, prabendisque, Ecclesiasticis iunioribus præferuntur.*
30 *Et in maioratuum, & regnorum successione, aut creatione.*
31 *Senectus variis cognominibus decoratur. Sacram Iuuenalis; Venerabilem, ac reuerendam, Consulti dixere, seque talem præstat.*
32 Sennor *apud nos quasi* Senior *dictus.*
33 *Electiones à senibus factæ, à iunioribus factis præferuntur.*
34 *Senes in optione priores esse debent.*
35 *Præcedere in sedibus, & in consensu debent, eisque assurgere iuniores.*
36 *Et in subscriptionibus priores existunt senes.*

37 *Et*

37 *Et in loquendo, respondendo, ac voce reddenda.*
38 *A senioribus in pace, & bello requirendum consilium: iuniorumque praferendum.*
Consules *à consulendo, vel ab agendo cuncta consilio nominati*, ibid.
Veteranorum militum electio, tot magno Alexandro victorias peperit, Orbisque dominum effecit.
Quique militum numerus, & nauium eidem initio extiterit. ibid.
39 *Opinionibus antiquorum (tanquam firmioribus adharendum in dubio.*
Antiquior praualet consueto. ibid.
40 *Pro legibus senum dicta reputantur; & ab eis argumentum sumere licet.*
41 *Fama plenam probationem non facit?*
In Antiquis facit, & n.seq.
42 *Scriptura priuata regulariter fidem non facit: nisi sit multum antiqua, suspitione carens.*
43 *Vt sanguine, & meritis nobilitas acquiritur vetustate. Et inter personas egregias numerantur senes.*
Senes testimonium ferre non coguntur: etsi omnes non priuilegiati cogantur, ibi.
Senes quemadmodum nobiles, creditoribus addici nequeunt, ibi.
44 *Testimonium senum, iuniorum prafertur.*
45 *Maior in senibus constantia prasumitur interior deuotio, feruor spiritus, & fides maior aterna salutis solicitudo: quam in iuuenibus temperantia, & continentia maior*, cum trib. seqq. & n. 51.
46 *Vitia cum corpore languescunt, ad virtutem expeditiore animo remanente.*
49 *Senum iuramento de illicitè quasitis omnimodam fidem Messanense habet statutum.*
50 *Ad accusandum pluribus concurrentibus potior existit senex.*
51 *Ab incontinentia suspitione absunt senes.*
52 *Seni potius quam iuueni succurrendum, eleemosynaque facienda est.*
55 *Statutum de infirmis loquens, an in senibus quoque procedat?*
56 *Coadiutor seni, an, & quando dari possit?*
57 *Septuagenarij diuinis officiis non interessentes, an distributiones quotidianas lucrentur.*
58 *Senectus, vt infirmitas à longo itinere conficiendo, vbi aliàs confici deberet, excusat.*
59 *Pro ciuili debito in carcerem detrudi, an senes possint?* & n. seqq. vsque 66.
Ampliatur num. 62. & 63.
60 *Senes mulieribus comparantur.*
61 *Fœmina pro debito, causave ciuili, in carcerem detrudi nequeunt.*
Ampliatur, num seq.
63 *Senes priuilegio* ne pro ciuili debito in carcerem mittantur; *renunciare possint.*
64 *Pueri pro debitis non mittuntur in carcerem.*
65 *Infirmi pro debito, nec delicto in carcere detinentur.*
66 *Torqueri an senes possint?* & n.seqq. vsque ad 72. *exclus.*
67 *Senex de facto tortus confessione ratificata, an sibi praiudicet*, & num. seqq. vsque ad 72.
69 *A iuniore tortura inchoanda est, ad eam cum sene concurrente.*
70 *In Senum custodia moderamen adhibendum.*
In sene, fuga suspitio abest, ibi.
Ætatis carcerati, facienda Principi mentio est. ibi.
72 *Senem, an, & quando atas à ieiunij obligatione liberet?* & num. seqq. vsque ad 71. *exclus.*
74 *Tempus inceptum; pro completo in fauorabilibus reputatur.*
75 *Septuagenaria tutorem filio non petens, an illius successione priuetur?*
77 *A communibus iuris regulis recedere senectus facit.*
78 *Statuti dispositione non comprehenduntur senes.*

QVÆST. XVIII.

MAiorem dubitationem proposita quæstio latentem, quam patentem continet. Non enim sic ad eius diffinitionem (num scilicet miserabilis senex dicatur, miserabiliumque gaudeat priuilegiis) ingenia torquentur: quam in ætate discernenda, quæ senem constituat, idque ius mereat, cruciantur. Namque miserabilem personam † senem esse (ne argumentis immoremur) & *Diui Gregorij* testimonium probat, *in capite Tanta nequitia, vigesimo quarto,* in ordine, *distinctione octuagesima-sexta, vers. Et quia adhuc;* & ex eadem *lege* nostra *vnica, Codice quando Imperat. inter pupill. & vid.* deprehenditur manifestè. Quippè quæ diuturno morbo fatigatos declarat miseros ad ipsiusque beneficium admittit. Qui autem quam senectutis diuturnior aut insanabilior morbus, irrefragabili experientia teste, doctiorum agmine vallato. 1

Morbum senectutem esse, † ab experimento prouerbium venit, memoratum *à Terent. in Phorm.* à iure probatum, *in l. ciuitatibus,* 125. *D. de legat.* 1. *in auth. de quastor. §. Si verò aliqui noluerint, col. 6. in cap. de cleric. agrot. lib. 6.* aliisque in discursu referendis, & ab Ouid. *Metam. lib.* 4. 2

Sed iam fœlicior atas
terga dedit, tremuloque gradu venit agra
senectus.

Et Papin. *stat.* Thebaid. *lib.* 8.

Quamquam ager senio, &c.

Diuturnum similiter à diuo Augustin. *de catechiz. rud.* dicente, *Cùm sibi homines optant senectutem, quid aliud optant, nisi longam infirmitatem.*

Et insanabilem, ex *Virgilio,* eam Seneca, *epistol.* 108. appellauit *senectus enim insanabilis morbus est,* inquiens: & Bonif. 8. *in d. c.* 1. *§. Sin autem Episcopus, de cleric. agrot. lib.* 6.

Ad mortemque properantem ducem senectam esse, Seneca *epist.* 30. dixit: *Nil habet quod speret quem senectus ducit ad mortem;* Vicinamque morti, *Claudian. in Ruffin. lib.* 1.

Lata vicina senectus.

Diui quoque *Hieronym.* & *Bernard.* ille ad *Furiam,* inquit: *Iam incanuit caput, tremunt genua, dentes cadunt, & frontem obsenium rugis arata: vicina est mors, in foribus, & propè designatus rogus.* Hic ad *Estuach. epist.* 158. *Breues dies hominis sunt, sed seni mors in ianuis est.* Et in mortis artic. constitutos videri senes inferius annotamus. Vitæ inde

inde occasum senectutem nominauit *Cicero in Topic.* Propeque ad interitum *Paul ad Hebræ. cap.* 8. dum ait: *Quod autem antiquatur, & senescit propè interitum est.* A mortis ideò vicinitate, † quasi *semineces* nuncupatos senes, quibusdam placuit, vt *verb. Senectus Ambros. Calepin.* tradit. *Tres enim* (vt *Hugo de claustr. animæ, lib.* 2. *cap.* 15. refert) *sunt nuntij mortis. Casus, infirmitas, senectus; Casus nunciat mortē latentem, infirmitas apparentem, senectus præsentem.* Propterea, tanquam infirmum morti proximum † ante litem contestatam, ad perpetuam
4 rei memoriam examinari, testemque recipi senem posse, decreuit *text. in cap. Quoniam frequenter, vt lite non constet.* Cuius prosequitur materiam (ex recentioribus) Farinac. *de testib. quæst.* 76. *à numero* 81. *cum seqq.* Pariterque Modestin. *in l. Is qui,* 15. *in fin. D. de fideicommis. libert.* interesse à sene potius, quam à iuuene manumitti, dixit. Quod Patroni senis mors proxima citius libertum ab operarum præstatione liberet. Pulchrè similiter *Cornel. Gal.* senectutem describens, †

5 *Hæ sunt primitiæ mortis, his partibus atas*
Defluit, & pigris gressibus ima petit.
Non habitus, non ipse color, non gressus euntis,
Non species eadem, quæ fuit ante manet.
& iterum:
Ortus cuncta suos repetunt, mortemque requirunt,
Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.
Hinc est quod baculo incumbens ruitura Senectus,
Assiduo pigram verbere pulset humum.
Et numerosa mouens certo vestigia passu,
Talia rugato creditur ore loqui;
Suscipe me genitrix, nati miserere laborum,
Ossa velis gremio esse fouere tuo.

6 E nostris inter infirmos, † mortique proximos posuere Senes, Panormit, *in cap. Magnæ, num* 8. *de vot. & vot. redempt.* Franc. Viu. *decis.* 243. *n.* 16. *&* 20. Polidor. Rip. *de act. in mort. artic. cap.* 1. *num.* 25. Paris. *cons.* 29. *n.* 68. *lib.* 2. Iacob. Menoch *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 46. *n.* 20. 26. *&* 33. Petr. Surd, *cons.* 451. *n.* 14. Francisc. Bursat. *cons.* 46. *n.* 59. Carol. *de* Gras. *de effect. clericat. effect.* 9. *n.* 161. Guil. Rouill. *de iust. & iniust. cap.* 14. *de sene sine religione, n.* 1. *& seqq.* Mar. Giurb. *in consuet. Senat. Messan. c.* 1. *glos.* 14. *n.* 2. *part.* 1. Quibus in locis multa suis sedibus reponenda præfati notant, infirmorumque priuilegiu Senibus competere, & plerique ex superioribus, & inferius *nu.* referendi affirmant.

7 Nec modò infirmus, aut morti proximus senex habetur: sed reputari, † mortuum (*Beroaldi* testimonio, de sene dicente: *Homo est, & non est*) profitetur *Baez. de inope debit. cap.* 7. *n.* 11. inde inferens, non magis, quam mortuum, debitorem senem creditoribus addici posse. Quam à *n.* 3. eleganter sententiam defendit. Vmbramque hominis senem esse, & inane hominis nomen, professus, est *Liui. ab Vrbe condit. lib.* 5. relatus à Guil. Rouil. *d. cap.* 14 *n.* 5.

8 Proque mortuo in fauorabilibus † saltem reputari (vt de proximo moriturum, qui in hisce casibus pro mortuo habetur, ex *l. Huic scriptura,* 15. *l. Ita vulneratus,* 52. *D. ad leg.* & aliis tradit Marc. Giurb. *in consuetud. Senat. Messan. c.* 2. *glos.* 14. *n.* 2. *vers. Vndè senectus.*

Quinimò deteriorem † senectutem morte, magisq; metuendam, *Iuuenalis* affirmat *satyr.* 1. 9
Sed morte magis metuenda senectus.
Neque immeritò quidem. Namque
Si gens est mortis male viuere,
vt Ouid. ait, *lib.* 3. *de Pont. eleg.* 3. & multis comprobamus *de priuil paup. q.* 51. *n.* 14. Genusque mortis ipsa morte acerbius *ibid. n.* 15. ostendimus: quæ acerbior mors, quam senis vita? quodvè genus mortis tristius quam senectus? cuius etsi infinitæ propè miseriæ, † incommoda, & 10
calamitates referantur: plura tamen supersunt. Multa congessit *Tiraq. in l.* 6. *connubial. glos.* 1. *p.* 6. *num.* 24. 25. *&* 26. non pauca *Horat. de arte poet.*

Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod.
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti:
Vel quod res omnes timidè, gelidéque ministrat.
Dilator, spe longus, iners, auidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, castigatorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum:
Multa recedentes adimunt.

Plenam malis senectam *Iuuenal.* dixit *satyr.* 10. aliqua inde numerans.

Sed quam continuis, & quantis longa senectus
Plena malis; deformem, & tetrum ante omnia vultum
Dissimilemque sui, deformem procute pellem,
Pendentesque genas, & tales aspice rugas,
Quales vmbriferos vbi pandit Tabraca saltus,
In vetula scalpit iam mater simia bucca.
Plurima sunt iu uenum discrimina: pulchrior ille
Hoc, atque ille alio: multum hic robustior illo:
Vna Senum facies, cum voce tremula labra
Et iam leue caput, madidisque infantia nasi.
Frangendus misero gingiua panis inermi.
Vsque adeò grauis vxori, natisque, sibique:
Vt captatori moueat fastidia Casso.

Aliquibusque parum modestis interiectis, subnectit.

Præterea minimus gelido iam corpore sāguis
Febre caret sola: circumsilit (agmine facto)
Morborum omne genus: quorum si nomina quæras:
Promptius expediam, quot amauerit Hippia machos,
Quot Themison ægros autumno occiderit vno,
Quot Vasilus socios, quot circumscripserit Hirrus
Pupillos, quot longa viros exorbeat vno
Maura die, quot discipulos inclinet Amillus.
Percurram citius quot villas possideat nunc,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
Ille humero, hic lūbis, hic coxa debilis, ambos
Perdidit

Perdidit ille oculos, & lucis inuidet huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis
Ipse ad conspectum cenæ deducere tectum
Suetus, hiat tantum, seu pullus hirundinis ad quem
Ore volat pleno mater ieiunat. Sed omni
Membrorum damno, maior dementia, quæ nec
Nomina seruorum, nec vultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cænauit nocte, nec illos
Quos genuit, quos eduxit.

Similiter *Cornel. Gal.*

Se solum doctum, se iudicat esse peritum,
Et quod sit sapiens, decipit ipse magis.
Multa licet nobis referens, eademque reuoluens
Horret, & alloquium conspuit ipse suum.
Deficit auditor, non deficit ipse loquendo.
O sola fortes garrulitate Senes.
Omnia ne quicquam clamosis vocibus implet,
Nil satis est horret quæ placuere modo.
Arridet de se ridentibus, ac sibi plaudens,
Incipit opprobrio lætior esse suo.

Et iterum.

Labitur ex humeris demisso corpore vestis,
Quæque breuis fuerat, iam modo longa mihi est.
Contrahimur, miroque modo decrescimus ipsi,
Diminui nostri corporis ossa putes.
Nec cœlum spectare licet, sed prona senectus
Terram à qua genita est, reditura videt.

Plaut. *in* Menechm. *actu* 5. *scen.* 2.

Consitus sum
Senectute, onustum gero corpus, vires
Reliquere. an ætas mala malo merx est ergò
Nam res plurimas pessimas cum aduenit, affert,
Quas si autument omnes, longus sermo sit.

Tit. Caphurn. *eleg.* 5.

Aspicis vt nobis iam dudum mille querelas.
Afferat, & baculum premat inclinata senectus.

11 Tripedem † ideò, & quadrupedem senem dixit *Cornel. Gal.* infantili ætati senilem prorsus comparans.

Fitque tripes prorsus, quadrupesque vt paruulus infans,
Et per sordentem flebile serpit humum.

Quam prius æquiparationem formarant Plaut. *in mercatore, actu.* 2. *scen.* 2.

Senex cum extemplo est, iam nec sentit, nec sapit.
Aiunt solere eum rursum repuerascere.

& Cato censorius.

Cum sapias animo, noli irridere senectam:
Nam quicumque senex, sensus puerilis in illo est.

Inde Paul. *in l. Ciuitatibus*, 125. *D. de legat.* 1. puerorum, & senum pariter infirmam appellat ætatem, Estque in vulgari prouerbio: *Bis pueri senes* Cuius meminere *Plat. Aristophan. Sophocl. Theopomp. Lucan. Senec. Auson. Varro*, & alij, quos enumerat *Tiraquel. de pœn. temper. casu* 8. *numero* 4. E nostrisque *numero* 6. *Accursium*, *in l. Senectus, Codice de donat.* Archid. *in capit. Tanta*, 26. *dist.* id Physicorum auctoritate comprobantem quibus ego præterea addo Guil. Rouil. *de iustit. & iniust. dicto capite* 14. *de sene sine religione, numero* 3. Gasp. Baez. *de inop. debit. capite* 7. *numero* 14. Sebastian. *de medic. de casib. fortuit. quæstione* 17. *& vltim. numero* 8. *&* 9. Iacob. Damhoder. *in enchirid. partium, aut similium, versic. Senectus hyems*, exactiusque eam efficit comparationem *Erasm.* cuius *de pœn. temper. dicto casu* 4. *Tiraquel.* sic verba transcripsit: *Primum enim reddit albor, simul & raritas capilli quorum vtrumque pueris familiare: deinde balbuties, veluti altera infantia. Præterea gingiua exarmata dẽtibus aut certè per paucis, & eis vacillantibus instructa; quod & ipsum infantibus commune est. Quia etiam senibus omne corpus ad puerilem modum decrescit, consimilis virium imbecilitas. Iam verò cibi quoque consimiles vtrique ætati congruunt. Postremo morum ineptia, leuitas animi, & hoc ipsum nihil sapere, in senibus infantiam quandam referre videtur.*

Senili propterea ætati, vt minori † condonandum, mitiusque senes pro delictis commissis puniendos *Calistratus* censuit, *in l.* 2. *D. de termin. mot.* Vlpianus *in l. Sacrilegij pœnam*, 6. *D. ad l. Iul. repetund.* Paulus *in l. ferè in omnibus*, 109. *D. de regul. iur.* & Leo Pap. *in cap. tempora*, 1. *in ordine* 26. *quæstione* 7. Imò quandoque in grauioribus etiam delictis, non modò cum eis mitius agendum, sed omninò venia donandos, ex *Gregorij* decreto constat, *in capit. Tanta nequitia*, 24. in ordine, *distinct.* 86. & iterum *in cap. Tanta nequitia*, 11. in ordine 1. *quæstione* 7. qua in re non immorabimur, de qua quippè egerunt plenè Tiraq. *dict. caus.* 8. & Farinac. *de pœn. temper. lib.* 3. *suæ prax. crimin. quæstion.* 92. *numero* 23. *& sequentibus*; propeque infiniti, citati ab ipsis. Iamque suprà *Nos* quoque in minorum priuilegiorum collectione egimus, adiecta nunc tantum *Platonis* lege, sic *quæstionum libro* præfinita: *Peccata & puerorum, & seniorum ex imbecillitate profecta quidem esse putabit, & illis tanquam peccantibus Legum lator leges præscribet, sed mitissimas omnium, plurimaque venia, & indulgentia dignas.* 12

Ergò † cum ad *legis nostræ vnicæ* auxilium corpore infirmi nominatim vocentur, eiusque expressa determinatione contineantur: Senes quoque (non modo corpore, sed & animo pariter infirmos) contineri, ac maximè miserabilium numerum conficere, necessario, & fortiori sequitur ratione, postque alios à se relatos, sic firmarunt Petr. Rebuff. *de senteut. prouision. glos. vlt. artic.* 3. *in fin. numero* 38. Matth. *de* Afflict. *decis.* 257. *numero* 1. Roland. à Vall. *consil.* 276. *numero* 44. *lib.* 1. Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 66. *numero* 20. Vincent. *de* Franch. *decision.* 608. *numero* 2. *& seqq.* Ioan. Mar. Nouar. *in praxi electtion. & variation. for. section.* 1. *quæst.* 18. *per tot.* Philip. Paschal. *de virib. patr. potest. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 104. Et ne auctorum solum suffragio, aut argumentis fulcita hæccine videatur opinio, Regiæ *legis* 41. *titulo decimo-octauo, parte tertia*, (nostræ concordis) verba sonent: *Mueuense a las vegadas maliciosamente omes y a ganar cartas contra los huerfanos, e las viudas, o los omes muy vejos, o* 13

cuytados de grandes enfermedades, o de muy grande pobreza, para aduZirlos a pleyto ante el Rey, &c. Cætera ad *legis* nostræ *vnicæ* normam prosequens similiterque ferè *leg. 20. tit. 23. ead. part.*

14 Reprehendendus ideò iure *Nouarius* † venit, qui *proximè citato loco numero 4.* fori electionem seni sapienti, & sagaci denegandam protulit. Non enim quòd animo, ingeniovè non infirmetur; corpore valet. Lex autem corpore ægris, viribusque ætate debilibus, quantumuis mente firmis, miseræ conditionis prætextu, fori hoc priuilegio subuenit, quodlibetque ipsorum adesse ad illud obtinendum sufficere, monstrat apertè.

Non enim ingenij, vires naturæ, aut superare, aut tollere posse, manifestum est. Miseram senio ætatis confectæ sapiens conditionem tolerare potest, vitare non potest. Etsi namque ingenio is valeat corpore infirmatur, vt *Senec. epistol. 26.* de se affirmat: *Non sentio in animo ætatis iniuriam, cum sentiam in corpore tantum vitia.* Quemadmodum igitur pauperes, viduas, diuturnovè morbo fatigatos (viuaci licet ingenio, & sagacitatè polentes) nullus tam prauæ mentis sit, qui huiusmodi priuilegio fraudare tentet: nec viuacis ingenij Senem fraudandum, eadem ratio postulat. Nec *Vincent. de Franch.* (quem pro sententia sua *Nouar.* tradit) eam probat, in speciali constitutionis casu loquens, in quo Seni sagaci minorum priuilegia non fuerunt seruata, quia subuentionis, auxiliique præstandi ratio deficiebat. Cùm enim minoribus ob sensus fragilitatem subueniatur: non ad eius comparationem Seni sensato, sagacique subueniendum ratio dictat; & multis comprobat Farinac. *de pœn. temper. dict. quæst. 92. num. 35.* Lex vera nostra *vnica*, & regia *41. titul. 18. part. 3.* non tantum ingenij, aut sensus, sed etiam (idque præcipuè corporis debilitatem, & miserandam senilem conditionem respexere: quarum quælibet superstes locum (vt diximus) priuilegio facit. In proximoque tantum casu, Senibus, vt minoribus, non succurri, cum ratione sensus deficientis eis subuenitur, si in senibus adest; Vincentium de Franchis loqui censendum est, quem eo in casu sequitur Philip. Pasch. *de vir. patr. potest. dict. 2. part. cap. 2. num. 104.* Totum autem (quem pro se pariter adducit Nouat.) *in compend. decis. verb. Seni*, non vidisse fateor. Oportet autem, aut cum *Vincentio de Franch.* loqui: aut aliter pariter deceptum.

15 Adhuc tamen Praxim † ad fauorem hunc infirmos, aut diuites senes non admittere asseuerat Gregor. Lopez. *in ead. l. 41. glos. 2. in fin.* Sed cum ea non iure subsistat (ex latè agitatis iam *suprà quæst. 3. ampliat. 15.*) valde senem, etiam diuitem, admissuram vereor. Eam namque qualitatatem *dictæ leges 41. titul. 18. & 20. titul. 23. part. 3.* desiderant, nec simplici, aut aliquali senectute sunt contentæ, *vt infrà numero vigesimoquarto.*

16 In eo autem (vt in principio dicebamus) maior versatur difficultas, † *Quis senex dicatur? Quæque annorum curricula ad senectutem perducant, Senemvè quem reddant, vt senectutis prætextu miserabilis quis dicatur, forique priuilegio gaudeat?* Cuius quidem quæstionis resolutio non satis, aut ex bonarum literarum, aut iurium sectatoribus liquet: multum enim vtrique in ætatibus designandis variant. Adeò vt Paul. Zacch. *in quæstionib. Medicolegal. quæst. 1. numero 1.* (ex *Valles controuers. Philosoph. ac medic. lib. 1. capite octauo.*) dicat: *tot ætatum partitiones, quot scriptores esse.* Eamque latè varietatem ostendit, materiamque prosequitur *dict. quæst. 1. cum sequentibus decem.*

Varro (cuius describit sententiam *Ambros. Calepin. verb. Ætas*) quinque ætatum gradus effingit. *In primo vsque ad annum decimumquintum*, Pueros *dictos vult, quod sint*, puri, *id est*, Impuberes. *In* secundo, *ad annum trigesimum*, Adolescentes ab adolescendo *nominatos. In tertio, vsque ad annum quadragesimum*, Iuuenes *appellatos, eo quod* Rempublicam in re militari iuuare possint. *In quarto autem gradu, vsque ad sexagesimum annum*, seniores *nuncupatos*, quòd tunc corpus senescere incipiat. *Inde vsque ad finem vitæ vnius cuiusque quintum gradum factum.* Cuius pariter extitere voti *Terent.* & *Seruius Grammatic.*

In quinque similiter partes ætatem diuisit, à naturavè diuisam gradibus dissimilibus licet) *Senec. epist. 49.* sic ostendit: *Punctum est quod viuimus, & adhuc puncto minus: sed hoc minimum specie quadam longioris spatij natura diuisit. Aliud ex hoc infantiam fecit: aliud pueritiam: aliud adolescentiam; aliud inclinationem quandam ab adolescentia ad senectutem: aliud ipsam Senectutem.*

Sex ætatum gradus idem ipse *Calepinus, verb. Senectus* numerat. A senatioque numero senes dictos, quorundam sententia profert. Ætatem namque primam ab *Infantia* designat, à *non fando* accipientem nomen: quod aut in ea non fatur homo: aut eius imperfectus est sermo. Secundam, *Pueritiam*, cuius partem esse pubertatem, vsque ad decimum quartum dicit annum. Tertiam *Adolescentiam.* Quartam, *Iuuentam.* Quintam, *ætatem virilem.* Sextam, *Senectam.* Cuius quoque partem decrepitam includere ait. Quam ita à senectute *epistol. 26. Seneca* discreuit: *Modo dicebam tibi, in conspectu esse me senectutis: iam vereor ne senectutem post me reliquerim. Aliud iam his annis huic corpori vocabulum conuenit. Quoniam quidem senectus lasæ ætatis, non fractæ nomen est. Inter decrepitos me numera, & extrema tangentes.*

Aulus Gelius (ex *Tuberonis* sententia, quam *Ianus Langle. semestrium libro septimo capite 10. pagin. mihi trecentesima octuagesima-quarta*, refert) à quadragesimo sexto anno incipere senectam mauult. Adolescentiam vero, ad trigesimum durare, eaque ætate Iuuenes dici incipere.

Septem recipere partes ætatem *Hipocrates* arbitratus est. Eandem *Pytagoras* in quatuor diuisit tempora, quatuórque anni temporibus comparauit. Quem sequutus est *Sententiarum magister. libro secundo distinctione quadragesima-secunda*, prout eum *Gomezius* refert, *in capit. Cùm in multis, numero octuagesimo-primo, de rescription. libro sexto.* multa de quaternario numero ex antecedentibus dictitans.

Nec minor inter iuris professores in ætatibus designandis, contentio est. Primus enim sexti libri Decretalium *Glossator, in eius proœmio, verb. Perfectus*, sex mundi, totidemque hominum ætates descripsit. Primam, *Infantiam* vsque ad

ad annum septimum: secundam, *Pueritiam* vsque ad duodecimum, vel decimum quartum: Tertiam, *Adolescentiam*, vsque ad vigesimum quintum: Quartam, *Iuuentutem*, vel virilem ætatem, ad quinquaginta vsque: Quintam, *Senectam*, vsque ad septuaginta: Sextam abinde. Mundi similiter ætates prosequutus.

Tertij vero libri Decretalium *Glosator* (ni idem ipse sit) mundi hominumque progressus, septem ætatibus terminat. Et vtraque ætatis diuisio nostrates habet auxiliarores. Primam, Anton. Fume. *in tractat. de substitut. numero* 34. Alciatum, *lib.* 10. Parerg. *cap.* 10. & Hotom. *de verbis iuris, verb. Ætas:* Secunda, Hieronym. Zoanet. *in tractat de different. iuris ciuil. & Canonic. num.* 138. Alberic. *in Dictionar. suo, verb. Ætas* & Ioan. à Selu. *in tract. de benefic. part.* 1. *quæst.* 4. *n.* 3.

Pytagoræ autem memoratæ sententiæ (in quatuor tempora Hominum ætates diuidentis) *Accursius* hæret, *in l. Hæreditatum computatio*, 68. *verb. A prima, D. ad legem Falcid. A prima ætate* (inquit) *quæ est vsque ad* 12. *vel* 13. *annos, vt C. de impub. & aliis substit. l. pen. & de iure deliber, l. Quidam, & dicitur* Impubes: *Secunda vsque ad* 25. *& dicitur* Adolescentia, *vt supr. de legat.* 3. *l. Non aliter in fin. Exinde dicitur tertia vsque ad trigessimum, & dicitur* Iuuentus, *vt ea l. Non aliter, in fine. Ab inde*, Senex, *vel.* Senium, *vt infrà de iure immunit. l. Maiores.* Conuenit *Iacob. Menoch.* (materiam discutiens) *de arbitrar. lib.* 1. *centur.* 1. *casu* 57. *à num.* 1. recentiusque, plenè, & eleganter *Sfort. Odd. de restit. in integr. p.* 1. *quæst.* 2. *art.* 2.

Adhuc tamen sub iudice lis est, nec quis senex dicatur pœnitus definitum. Nam cum *Glos. in dict. proœm. Sexti Decretalium*, Senem à quinquagesimo anno vsque ad septuagesimum dici, tenuerunt Ioan. Andr. *in rubr. de delict. pueror numero* 1. *versic. Sexta ætas*, Corras. *in dict. l. Precibus, numero* 29. Afflict. *in comment. ad constit. Regn. lib.* 2. *rubr.* 37. *in fin.* Grammat. *decision.* 34. *numero* 4. Sfort. Odd. *dict. quæst.* 2. *art.* 2. *numero* 20. Farinac. *praxis criminal. lib.* 3. *quæstion.* 92. *numero* 22. Guil. Rouill. *de iustit & iniust. dict. cap.* 14. *n.* 1. Flamin Paris. *de resignat. benefic. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 6. Cardin. Tusch. *practic. concl. lit. S. concl.* 103. *num.* 3.

Alij non nisi octogenarium senem indicarunt, septuaginta annis maiorem alij; sexaginta, vel etiam quinquaginta quinque habentem, nonnuli: quodque maius est, ad quadraginta & sex annos senilem ætatem arctauerunt alij, inter quos Accurs. *in dict. l. Non aliter*, 67. *glos. fin. D. de legat.* 3. & Baldo, *Speculatore*, Igneo, Menoch. aliisque relatis, tradit *Giurb. in consuetud. Senat Mesan. cap.* 2. *glos.* 14 *numero* 10. Nec defuere qui centum annorum numerum ad senectam requirant, vt notat Farinac. *lib.* 3. *prax. criminal. tit.* 8. *quæst.* 68. *num.* 83.

17 A legibusque iisdem dissentio manat. Namque senectam ab operarum præstatione † libertum eximere, *Paulus* edixit, *in l. Nec audiendus*, 17. *D. de oper. libert.* Idemque ipse, *in l. Liberta*, 35. *eiusdem tituli*, quinquaginta annis maioris, sic exceptionem hanc tribuit: *Liberta maior quinquaginta annis, operas præstare Patrono non cogitur.* Conueniuntque scripta à *Nobis de priuil. pauper.* 2. *part. quæst.* 56. *num.* 39. & 40.

Ad personalia tamen munera † quinquaginta & quinque annis maiorem inuitum, vocari non manifesti iuris esse, Impp. *Diocl. & Maxim.* dicunt, *in l.* 3. *C. qui ætat. vel profess. se excus. lib.* 10. Ad 75. annos immunitatem hanc extendisse *Vlpianus* visus est, *in l.* 3. *§. Quamuis D. de muner. & honor.* etsi ætatem illam ibi extitisse, non vero de iure requiri, ibidem aduertat *Accurs. verb. Annis* 75. Ad tutelæ autem; vel curæ muneris excusationem) quod personale est, *l.* 1. *§. Æque, D. de muner. & honor.*) septuaginta completos annos *Vlpianus* desiderat, *in l.* 3. *D. de iure immunit.* completosque esse debere, sic probat: *Maiores* 70. *annis à tutelis, & muneribus vacant. Sed qui ingressus est* 70. *annum nondum egressus; hac vacatione non vtetur; quia non videtur maior esse* 70. *annis, qui annum agit septuagesimum.* Eiusdem extitisse *Herennium* placiti, *in l.* 2. *D. de excus. tut.* eius verba monstrant, ex Græco vulgati traductione desumpta: *Excusantur à tutela, & curatoria, & qui septuaginta annos compleuerunt. Excessisse autem oportet septuaginta annos tempore illo quo creantur.* necnon Imperatores Philip. A. & Philip. C. *in l. vnic. C. qui ætat. se excus. Pater tuus* (aiunt) *si maior est annis septuaginta, ad tutelam, seu curam euocatus, excusare se solemniter potest.* Iustinian. *in. §. Item maior, instit. de excusat. tut.* inquiens: *Item maior septuaginta annis, à tutela & cura se potest excusare.* Quibus conuenit *l.* 2. *tit.* 17. *in fin. part.* 6. 18

Sic quoque in frumenti comparandi munere, † quod personale est, vt Hermogen. profitetur, *in l.* 1. *§.* 1. *D. de muner. & honor.* & Accurs. *loco proximè referendo, verb. Munus, in l.* 3. *§. Cura, D. eod. titul. de mun. & honor.* Vlpian. statuit: *Cura frumenti comparandi, munus est: & ab eo ætas septuaginta annorum, vel numerus quinque liberorum incolumium excusat.* 19

In militandi vero munere † (quod nemo personalissimum negabit, tum maximè *Hermogeniano in dict. l.* 1. *§. Illud*, dicente: *Illud tenendum est generaliter; personale quidem munus esse, quod cum corporis labore, & solicitudine animi; ac vigilantia principaliter extitit*, & cuius ætas vacationem honestamque dimissionem obtinet, *l.* 2. *C. de his qui stip. non impl. lib.* 10. præcedentique diximus quæstione) non satis de annorum numero qui vacationem præstet, inter antiquiores, recentioresvè leges, aut Doctores constat. Suæ namque ætatis legem in id *Senec. de vita breuit. cap. fin.* illiusvè sensum referens, ait: *Lex à quinquagesimo anno militem non cogit.* Suorumque temporum apud Persas legem, aut consuetudinem *Xenoph. de Pædia Cyri. lib.* 1. Romanorum prædictæ concordem, ita refert: *At postquam annos quinque vigintique complerint, agentes hi ætatis aliquanto amplius quam quinquagesimum (illorum iam ætatem ingressi, qui & sunt, & vocantur seniores) non etiam in exercitum eunt ex-* 20

tra solum patrium, sed manentes domi, iudicant omnes causas, & publicas, & priuatas, &c.

Recentiores non nisi quinquaginta quinque annorum ætatem hanc vacationem obtinere velle videntur, dum eam neque bello, neque nuptiis aptam dicunt, Florian. in l. Inuiti, 1. D. de testib. Andr. Tiraq lege 5. connubial. numero 5. Paul. Montan. de tutor. capit. 5. numero 152. Gregor. Lop. in l. 3. titul. 19. part. 2. glos. 14. Stephan. Gratian. disceptation. forens. tomo 2. capit. 328. numero 6. etsi id à Glos. in dict. l. 2. C. de his qui non impl. stip. lib. 10. merito Gregor. dict. loco, non probari aduertat.

Alij nec quinquaginta annos ad exemptionem hanc obtinendam, requirunt, quadraginta & sex annos sufficere putantes, vt (cum Alexandro Neapolit. lib. 2. Genial. cap. 20. quem sic refert) sentit Paul. Montan. dict. capit. & num. Nostra verò Regia lex 3. titul. 19. part. 2. versic. *Pero non caerian en pena*, non nisi septuaginta annis maiorem ab hoc munere excusatum reddit. Recentior autem l. 1. titul. 1. lib. 6. noue Reg. collection. ad fin. sexagenario id tribuit. Etsi non correctoriam, sed declaratoriam hanc illius, dicat Azeued. ibidem numer. 101. Illa siquidem omnimodam, plenariamque vacationem septuagenario; Hæc, vt per substitutum seruire possit, sexagenario concedit Dum ait: *Pero que el Cauallero que fuere de edad de sesenta años arriba, no sea tenudo de yr por su persona a la guerra: pero que todavia sean tenudos de mantener cauallos, y armas, y embiar a la guerra qui en sirua por ellos.*

21 Ab honoribus item, † vel muneribus his cohærentibus, neque septuaginta, neque septuaginta quinque annis maiorem excusationem ætate habere, Vlpianus, & Papinianus profitentur. Ille, in l. 2. §. Numerus. Hic, in l. In honoribus, 8. D. de vacat. muner. *In honoribus* (Papinian. ait) *delationeque, maior annis 70. neque pater numero quinque liberorum excusantur.* Vlpian. vero: *Numerus liberorum, aut 75. annorum, ab honoribus, vel muneribus his cohærentibus excusationem non præstat; sed à muneribus tantum ciuilibus.* A quibus Calistratus dissentit, in l. Non tantum. 11. D. de decur. inquiens: *Neque enim maiores 25. annis, Decuriones adlegi nisi ex causa possunt: neque hi, qui annum quinquagesimum & quintum excesserunt.* Idemque ipse Vlpian. edixerat, in dict. l. 2. §. Maiores, D. de Decur.

Antiquiores etiam differentes leges vterque in id Seneca refert Philosophus, de breuit. vit. dict. cap. fin. sexagenario immunitatem, seu vacationem hanc à lege datam sic ostendens: *Lex à sexagesimo Senatorem non citat.* Orator, declam. lib. 1. declam. 1. sexaginta & quinque annis maiori solum datam, his verbis: *Senator post sexagesimum quintum annum in Curiam venire non cogitur, nec vetatur.*

Non mirum igitur, si in tanta legum varietate, varij quoque Doctores existant. Cumque certa senectutis meta vsque adhuc præfinita non extet, sed paucis quibusdam designata casibus, in cæteris, † ad Iudicis arbi- 22

trium recurrendum; tutiùs reputarunt, ad illudque confugere Bald. in Margarit. verb. Senex, Ioan. Andr. Barbat. Socin. sen. & Felin. in cap. Quoniam frequenter, vt lite non contest. Camil. Gallin. de verbor. signific. lib. 5. cap. 20. num. 354. Mar. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. cap. 2. glos. 14. num. 10. & 11. Cardin. Domin. Tusch. practic. conclus. lit. S. conclus. 103. num. 3. Iacob. Menoch. de arbitr. casu 59. nu. 3. Petr. Duen. regul. 250. ampl. 6. Baiard. in addit. ad Clarum, quæst. 60. num. 28. Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, sect. 1. quæst. 19. num. 3. & seqq. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 328. num. 2 & seqq. & tom. 3. cap. 506. num. 15. Ioan. Aloys. Ricc. decis. 234. n. 3. part. 2. Gasp. Baec. de inop. debit. cap. 7. num. 16. Ioan. Vincent. Honded. cons. 30. num. 25. lib. 1. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 5. quæst. 6. num. 7. Paul. Montan. de tutore, cap. 5. num. 151. Textum adduco optimum pro hac ad iudicis arbitrium remissione, in l. 2. §. Quem ita, D. de excusation. mun. vbi sic Vlpianus: *Quem ita senio, & corporis imbecillitate vexari præses animaduerterit, vt muneri perferendæ pecuniæ non sufficiat: dimittat, & alium constituat.* Et in l. prætor, 13. D. eod. tit. vbi se excusaturum præses pollicetur eos, quos muneri personali operam dare non posse, fuerit arbitratus. *Pretori* (idem met Vlp. inquit) *eos quos intelligit operam dare non posse ad iudicandum: pollicetur se excusaturum.* Iudicandi autem munus personale esse, Hermogeniani testimonium iam supra citatum, in l. 1. §. Illud, D. de muner. & honor. & expressius Archadij in l. fin. §. Iudicandi, D. eod. titul. firmat, dicentis: *Iudicandi quoque necessitas, inter munera personalia habetur.* Ita similiter Gordianus, an sic infirmitas premat, vt quæ alias à muneribus non eximeret; eximat: arbitrio Iudicantis reliquit, in l. fin. C. qui morb. se excus. lib. 10. *Podagræ quidem valetudo* (inquit) *nec ad personalium munerum prodest excusationem. Verum cum ita te valetudine pedum, afflictum dicas, vt rebus propriis intercessum commodare non possis: Rector Prouinciæ* (*si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit*) *ad corporalia munera, te vocari non patietur.* Similiter, qua quisque ætate, senectutisque grauamine prematur, vt pro absolutione ad Romanam Sedem excusetur accedere, etsi aliàs teneretur, iudicantis arbitrio remittit Clemens Tertius P. M. in cap. De his, 26. de sentent. excommunic. & Gregor. Non. in cap. Quamuis, 58. eod. tit. Quibus inferius quoque subiicienda conueniunt.

Idque meritò concessum, cum infirmior quorumdam, fortior sit aliorum natura, præproperè quidam, tardiùs senescant alij, senectutisvè effectus, & vitia sentiant. Citiùs 23 ideò fœminæ † (veluti debilioris complexionis) quam mares pubescunt, ex princip. instit. de nupt. iuncta Glos. verb. Puberes, & verb. Viri potentes, l. fin. C. quand. tut. vel cur. esse desin. Senescunt, & deficiunt, exilioris caloris ratione; vt plenè Macrob. tradit Saturnalior. lib. 7. cap. 7. & cum Glos. in l. 2. verb. Octauum, C. de his qui ven. ætat. impetr. obseruant communiter Doctores ibid. & (post Tiraq. in l. 6. connubial. numero

38. &

38. & alios) cæteras in id prosequuntur rationes Ioan. Gurier. *in repet. auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. numero* 2. & Anton. Gobean. *de matrim. de his qui nuptias, &c. numero 27. pagin. mihi § 2. inter tractat. Doctorum, tom. 9.* Propterea non eandem in fœmina, quam in mari ætatem ad ieiunij obseruationem desiderari, probabilem opinionem (speculatiuè saltem) subiicimus inferiùs.

24 Iure ergo optimo pro senectutis reputatione, ad arbitrium iudicis † leges, prudentésque recurrere; ad *legisque* nostræ *unica* † casum, *C. quando Imper. inter pupill. & vid.* qualitates præfatæ in consideratione esse debent; quibus deficientibus, si ætas sola, annorumque numerus attendatur: nimis senem esse, qui illius postulat fauorem, valdéque annosum oportere;

25 Regiarum legum verba, suprà iam, *numero* 13. relata, ostendunt. Valdéque annosum † septuagenarium (cum iam tunc decrepita incipiat ætas, vt ex Petr. Duen. *regul.* 256. *ampliat.* 6. Viu. *commun. opin. verb. Senex, in fin.* & aliis aduertit Farinac. *quæst.* 41. *numero* 26. *in fin.*) absque dubio ducendum, vel octogenarium ad summum. Reliquum siquidem, non tam vita, quam labor, & dolor, vt dicitur *Psalm.* 89. Circa eos vero, qui ad hanc ætatem peruenerunt, nil iudicantis arbitrio datum, inferius num. comprobamus.

In cæteris verò non tam longa desiderabitur ætas, vt ei priuilegia conueniant senectutis.

26 Quæ omni æuo, † & apud omnes per æque gentes magno semper in pretio habita est, cuique plurimum honoris à diuina, humanaque lege defertur. Leuit. *cap.* 19. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis,* D. Petr. epist. 1. cap 5. *Adolescentes, subditi estote senioribus,* & Paul. 1. ad Timot. c. 5. *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem: anus, vt matres.* Per singulas nationes honorem præcipuum senectuti tribuentes, *Cardin. Paleot.* discurrit, *in tractat. de bono senectutis, 3. part. cap. Honor senectuti tributus apud omnes ferè populos, pag. mihi* 309. ad quem remittimus lectorem; ne transcribere videamur, à quo nec minimum ferè mutuauimus. Ad Romanos (legum nostrarum conditores) se conuertat oratio. Apud quos *Senectuti iuuentus ita cumulatum, & circumspectum honorem reddebat, tanquam maiores natu adolescentium communes patres essent. Quocirca, iuuenes senatus die, vtique aliquem ex patribus conscriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad Curiam deducebant, affixique valuis expectabant donec reducendi etiam officio fungerētur,* quemadmodum Valer. Maxim. prodit, *lib. 2. titul. De matrimoniorum ritu, & necessitudinum officiis, cap. 9.* Nec dissentit Gel. *noct. Attic. lib. 2. c.* 15. hæc adiiciens: *Apud antiquissimos Romanorum, neque generi, neque pecuniæ præstantior honos tribui, quam ætati solitus. Maioresque natu à minoribus colebantur, ad Deum propè, & parentum vicem. Atque in omni loco, inque omni specie honoris priores, potioresque habiti. A conuiuioque (vt scriptum est in antiquitatibus) seniores à minoribus domum reducebantur. Eumque morem accepisse Romanos à lacedamoniis, traditum est: apud quos, Lycurgi legibus, maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur.* Qui quidem (vt *Iustinus* quoque historicus, *lib.* 3. literis mandauit) *Maximum honorem non diuitum, & potentum, sed pro gradu ætatis esse voluit.* Eamque ad Romanos pariter obseruantiam fluxisse, Consultum placita, & Imperatorum decreta monstrant, Præsides Prouinciarum instruentia, † vt secundum ætates, ho- 27
nores distribuant, *in l. Et qui originem,* 3. §. *Præses Prouinciæ, D. de muner. & honor. in l. Præclaram 2. §. fin. C de primic. secand. & notat. libro* 12. & ex *l. Cùm quid, 3. D. si cert. per. ibid. verb. Nonum in fine,* Accurs. notat. Adeò seruatam, vt *in Panegyr. Theodos.* Pacatus dixerit: *Neminem vnquam apud Romanos tantum valuisse nobilitate, vel gratia, vel pecunia: qui annos lege comitiali præscriptos destinatis honoribus occuparit.* Præfinitam vero ad honores ætatem, ex *Ouidio* etiam *Fastor. lib.* 5. apparet dicente:

Finitaque certis
Legibus est ætas, vndè petatur honos.
Iterumque ibi:
Nec nisi post annos patuit tunc Curia seros:
Nomen, & ætatis mite Senatus habet.
Iura dabat populo senior.

Hancque iam deduxerat denominationem 28
† *Cicero. in Catmaio.* inquiens: *Quæ nisi essent in Senibus, non summum Consilium maiores nostri appellassent Senatum,* subdens pariter: *Nam & apud Lacedamonios, qui amplissimum magistratum gerebant, vt erant, sic etiam appellabantur, Senes.* Et inferiùs: *In agris erant tunc Senatores, id est, senes.* Similiter Plutarch. *in Romulo: Deindè* (ait) *ex optimatibus, centum creauit Senatores; quorum collegium ex ætate Senatum vocauit.* Ad hebræi quoque populi regimen septuaginta Senes Domini iussu elegit Moyses, *Num. c.* 11. Et Christus IESVS
† Saluator noster (cuius omnis actio, nostra 29
debet esse instructio) Seniorem Petrum, dilecto, Virginique Ioanni ad vniuersæ Ecclesiæ gubernationem prætulit, illius Præsidem, & Caput constituit. Quod ætatis ratione factum Diuus Hieronym. *contra Iouinian.* sic affirmat. *Quæritur, cur non Ioannes electus est virgo, scilicet vt esset Caput Ecclesiæ? Respondetur: ætati delatum est, quia Petrus senior erat: ne adhuc adolescens, & puer, progressæ ætatis hominibus præferretur.* Eligique in Romanos Pontifices olim solere seniores, tradit (ex Episcopo Zamorens.) Gomez. *in cap. 1. numero* 40. *lib.* 6. In cæterisque dignitatibus, præbendis, & Ecclesiasticis beneficiis seniores præferendos, textus probant, *in cap.* 8. (& ibi notat Gloss. *verb. Noui*) 61. *distinct. in cap. Episcopum,* 5. *distinct. 74. & in cap. Petro, 6 distinct.* 84. exque Bald. Barbac & Roch. *de Curt.* firmat Ioan. Gutier. *cons. 2. num.* 3. Barthol. Cœpol. *de Imperator. milit. delig. verb.* Bartholomæus *numero* 10. *vers. vigesimo-octauo.* Ad successionemque pariter maioratuum, † & regnorum senior ætas 30
prouehit prosequuntur Card. Palæot. *de bono senect. part. 3. pag. mihi* 314. & Tiraquel. *de iure primog. numero* 128. plurium allegationem suppleat celebris regia *lex 2. tit. 15. part. 2.* omni id iure comprobans, *Cyrique* Regnorum suorum inter filios diuisio, & vltimum iamiam morituri elogium, à *Xenophonte de Pædia Cyri lib.* 8. sic relatum: *Est autem à me declarandum, cui Regnorum sim delaturus: ne id si ambiguum*

gnum vobis sit, negotia vobis præbeat. Equidem vos, ò filij, ambos æquè amo: verum, & consilio prouidere, & ducem relinquere, tempus videtur esse hoc ei Imperio, qui & prior est natus, *& rerum plurium consentaneè peritus.* Paucisque interiectis: *Atque vos ego filij, ita initio institui, vt & seniores honoraretis, & honoraremini à iunioribus.* De Arthemene quoque Darij maiore natu filio *Iustin. histor. lib. 2.* loquens; ad vniuersæ gentis obseruantiam sic prosilit: *Intereà* Darius *cum bellum restauraret, in ipso apparatu decidit, relictis multis filiis, & in Regno, & ante Regnum susceptis. Ex his, Arthemenes maximus natu, ætatis priuilegio, Regnum sibi vindicabat. Quod ius & ordo nascendi; & Natura ipsa gentibus dedit.* Apud Taprobanos non nisi senem moribus probatum, in Regem creari prodit Francisc. Petrarch. *de remed. vtriusque fortun. dialog.* 87. Et in quadam Arabiæ parte ita fieri solitum, *Diodor. Sicul. lib. 3 cap. 13.* refert. Similiter *Quintilian. declamat.* 317. ait: *Herculem militem legimus robustum, legimus iuuenem: Imperatorem facimus senem.* Namque.

> *Magna fuit quondam capitis reuerentia cani;*
> *Inque sui pretio ruga senilis erat.*

31 Vt *Ouid. Fastor. lib. 5* ait. Adeò, vt sacram † senectam appellet *Iuuen. satyr. 13.*

> *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,*
> *Si iuuenis vetulo non assurrexerat: etsi*
> *Barbato cuique puer: licet ipse videret*
> *Plura domi farra, & maioris glandis aceruos.*
> *Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,*
> *Primaque par adeò sacra lanugo senectæ.*

Venerabilem *Calistrat.* dixit, *in l. Semper, 5. D. de iure immunit. Semper* inquit) *in Ciuitate nostra senectus venerabilis fuit. Namque maiores nostri penè eundem honorem senibus, quem Magistratibus tribuebant.* Reuerendam Glos. *in rubric. auth. De quæstore, coll. 6.* & *in auth. De appell. & intra quæ temp. deb. appellar. §. Illud etiam, coll. 4.* Vndè meritò Ouid. Fastor. *d. lib. 5.*

> *Verba quis auderet coram sene digna rubore*
> *Dicere? censuram longa senecta dabat.*

Optimus ad id quoque *text. in cap. Diffinimus, 22. in ordine, vers. Et quando necessaria, 18. quæst. 2.* Ecclesiasticus Ideò monet, cap. 32. *Vbi sunt senes, non multum loquaris.* Namque

32 † & vicem quoque obtinent Dominorum. Quos enim Hispanus noster sermo *Señores* appellat: Latinus nominat *Seniores.* Indeque *Señor*, vel *Señores* apud nos, quasi *Senior*, vel *Seniores* dictos verborum proximitas, vel quasi identitas (significationi coniuncta) manifestat.

Nec modo de ipsis (vt superiora docent)

33 sed ab ipsis † de aliis electiones factæ approbantur, iuniorumque præferuntur, vt ex textu deducitur, *in cap. Dudum, 1. 22. in ordin. ad med. de elect.* in verbis illis: *Ætate & tempore præcedebant.*

34 Et priores in optione † esse debere, annotat Bartholom. Cæpol. *de Imper. milit. deligend. in verb.* Bartholomæus, *n.* 10.

In sedibus quoque, † & loco honorabiliori 35 præcedere Seniorem debere, *Apocalyp. cap. 4.* comprobatur, vbi Ioannes vidisse testatur, viginti quatuor illos Seniores Deo proximè sedentes; cum reliqui in illius conspectu starent, vt aduertit Cardin. Paleot. *de bono senect. 3. part. pag. mihi 302. in fin.* Deprehenditur etiam, ex *Danielis cap. 3.* vbi senes puero Danielis dixere: *Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis.* Satisque apertè, *in l. fin. C. de tyronib. lib. 10.* Imperator Arcadius decidit: *Tyrones in scholis loco semper posteriore ponantur. Nec enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur.* Theodosius, *in l. Alexandrinis, 56. C. de Decurion. eod. lib.* Iustinian *in auth. De Monach. §. Ordinatione, coll. 1. & in l. 1. C. de præposit. sacr. cubic. lib. 12.* & conuenit *text. in cap. Episcopos, 7. in ord. dist. 17.* traditque Menoch. *consil. 126. num. 21. & 22. lib. 2.* cum aliis, quos refert & sequitur Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 805. n. 33. tom. 5.* Cæpol. *dict. verb.* Bartholomæus, *num. 11. vers. Trigessimo primo, Casana. in Catal. glor. mund. 4. part. consider. 76.* Ioan. Gutier. *cons. 2. in fin.* Guil. Rouill. *de iustit. & iniust. c. 14. de sene sine Religione, num. 4.* Cuius rei factum memorabile, sæculisque futuris exemplar *Valerius Puplicola* præstitit: ad quem, cum exactis Regibus, Imperij vis, omniaque insignia sub titulo Consulatus translata essent: vltrò Sp. Lucretio collega assumpto, ad eum (quia maior natu erat) priores fasces transferri iussit, inque priori sede locauit. Qui honor ab eo primo obseruatus; semper deinde senibus est habitus, vt in ipsius *Puplicolæ vita* Plutarc. prodit, & Valer. Maxim. *lib. 4. titul. 1. de animi moderatione, cap. 1.* Eundem apud Ægyptios morem retulit Herodot. *in Euterpe,* & Plato *lib. 3. de legib.* & *lib. 3. 4 & 5. Repub.* iuniores Senioribus cedere, & assurgere iubet. Ideò antiquitus *Inuitati ad cœnam, diligenter quærebant, quinam ei conuiuio essent inter futuri, ne Senioris aduentum discubitu præcurrerent,* vt Valer. Maxim. scriptum reliquit *lib. 2. tit. de matrimonior. rit. & necessitud. offic. c. 9.* Similiter *Ouid. Fastor. lib. 5* honorem hunc Senioribus datum referens:

> *Et medius iuuenum (non indignantibus ipsis)*
> *Ibat, & interior si comes vnus erat.*

Deorumque ordinem in sedendo *Claudian.* recensens, *de raptu Proserpinæ, lib. 3.*

> *Nec confusus honor; Cœlestibus ordine sedes*
> *Prima datur.*
> Paulòque inferiùs.
> *Necnon & senibus Fluuiis concessa sedendi*
> *Gloria plebeio stat cætera more iuuentus.*

Sic & in subscriptionibus († ex quibus 36 locorum etiam prioritas dignoscitur) priores senes esse debent. Velut *textus* arguit, *in cap. Concilia, 6. §. fin. distinct. 17.* inquiens: *Hoc quoque notandum est, quod in hoc Concilio, & in alia Synodo Symachi Papæ, ante Rauennatem Episcopum, Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur: ex quo, & sedis prærogatiuā*

ante

ante eum habere colligitur. & in *cap.seq.* Gregor.1.*lib.7. reg. epist.* 112. Syagrio Episcopo Augustudinensi rescribit: *Episcopos secundum ordinationis suæ tempus, siue ad considendum in Concilio, siue ad subscribendum, vel inqualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam Ordinum vindicare.* Notatque *ibid. glos. vnic.* Vndè in loquendo,
37 † & respondendo, aut voce reddenda, præferendum senem *Glos.* quoque dixit, *in cap.Statuimus,*8.*in ord.distinct.* 61.*verb.Noui.* Quod & ab *Ecclesiast.cap.*32 docemur, dicente: *Loquere maior natu; decet enim te primum verbum diligenti scientia.* Et confirmant Bald. *in leg. Obseruare, §. antequam vero, ad fin.De offic.* Proconſ. & Legat. *& in cap.* 1.*circa princip. de contr.inuest.* Barthol. Cæpol.*dict.loco, n.*11. apud Dominum venetum, cum serenissimus Princeps non adest, in sedendo, ac respondendo antefetti seniorem dicens. Tametsi apud Dominos de Rota loquatur iunior. Inque Iurisconsultorum Veronensi Ordine ita obseruari tradit. Vbi autem alia pertractantur, à seniori inchoari solitum. In senatuque Romano hoc in primis præclarum fuisse, vt qua quisque ætate antecederet; sententiæ principatum teneret. Idque ipsum *numero* 13. *vers. Trigesimo quinto* prosequitur, ad electiones, & consensum declarandum trahens. Adeóque ad id grandior ætas prodest; vt ei regalis quoque maiestas cedat, si ab antiquorum gestis argumentum deducere, aut exemplar proponere fas est. Quod ad præsens, *Xenoph. de Pædia Cyri, lib.6.* nobis præstat. *Vt vero, ait, conuenerunt omnes, quos oportebat: silentium factum est. Cyagares in hunc modum est alloquutus: Viri socij, quoniam ad sum, ac Cyro sum grandior;*
38 *par est me dicendi initium facere.* Requirendumque in primis à senioribus consilium, † & iuniorum placito anteponendum, sacræ literæ manifestant Ecclesiasticum cap. 8. *Ne despicias narrationem seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum,* & cap.25. *Quam speciosum Canitici iudicium, & Presbyteris cognoscere consilium!* Quorum monitis, & consilio quia Roboam non acquieuit, iuniorum iudicium sequutus, Regnum amisit, *lib.3.reg. cap.*12. & Paralipomen. *lib.* 2. *cap.*10. Vnde Hieronym. *in comment.ad cap.* 3.*Isaia.* ait: Roboam filius *Salomonis ideo perdidit Regnum, quia noluit audire Presbyteros.* Et inferiùs paulò. *Senatus quoque consulta dicuntur, & Principes quondam Romani consules appellati sunt; vel à consulendo Ciuibus; vel ab agendo cuncta consilio. Et nos habemus in Ecclesia senatum nostrum, cœtum Presbyterorum.* A quo desumptum *textum* esse oportet, *in cap.Ecclesia,*7.*in ordin.*16.*quæst.*1. Inde pariter, *in cap.de quibus* 3 *in ord.distinct.* 20. hæc Innocentius: *Quod si omnibus is inspectis, huius quæstionis qualitas non lucidè inuestigetur: seniores Prouinciæ congrega, & eos interroga.* Vt enim Iob, c.12.*In antiquis est sapientia; & in multo tempore prudentia.*

Veritatem hanc, Reipublicæque stabilimentũ Lacedæmonum legislator *Lycurgus* nouit. Qui illud primum constituit, vt octo & viginti Seniores Laconum Regibus, vt consilium præstarent, semper assisterent, sic *Plutarcho in eius vita* referente. Namque (vt verè de senect. Cicero: *Non celeritatibus, aut velocitate corporis res magnæ geruntur: sed authoritate, consilio, & sententia. Quas in Senibus intellexi sitas. Inuenimus Ciuitates à senibus conditas, & à iuuenibus deletas,* vt eum transcribit Guil.Benedict.*in repet cap.*Raynuntius, *verb. In extremis positus, numero 6.de testam.* Philosophum quoque dicentem: *Nemo iuuenes eligit in Duces, quia non constat, eos, fore prudentes.* Inde apud *Statium syluar.lib.5.*

Nos fortior ætas
Iam fugit. Hinc votis animum, precibusque iuuabo

Militum ideò senum electio tot *Magno Alexandro* victorias peperit, orbisque Dominum effecit. Vt his verbis *Iustinus* (nobilissimus historicus) *lib.*11. prodit: *In exercitu eius fuere peditum* 32. *millia; equitum quatuor millia quingenti: naues centum* 82. *Hac tam parua manu vniuersum terrarum orbem virum sit admirabilius vicerit; an aggredi ausus fuerit; incertum est. Cùm ad tam periculosum bellum, exercitum legerit non iuuenes robustos, nec primo flore ætatis; sed veteranos, plerosque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre, patruisque militauerant. Vt non tam milites, quàm magistros militiæ electos putares. Ordines quoque non nisi sexagenarius duxit. Vt si principia castrorum cerneres: Senatum te alicuius priscæ Reipublicæ videre diceres.* Alexandrique vestigia sequutum *Lucan. lib.* 2. *de bello ciuili* Pompeium introducit, atque dicentem:

Dux sit in his castris Senior, dũ miles in illis

Quæ monstrant, non tam hiperbolicè, quàm verè, *in cap.* 1. *de renunciat.* dixisse Baldum: *Plus valet vmbra senis, quam ensis iuuenis.* Meritoque in pace, & bello requirendum à senibus consilium, præstitoque parendum. Quibus Poëtarum quoque testimonia suffragantur. *Virgil.Æneid.lib.5.*

Tum Senior Nautes (vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaque insignem reddidit arte)
Hac responsa dabat.

& inferiùs:

Talibus accensus dictis Senioris amici
Consiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat Senior.

Ouid.*in epist.Oenon.ad* Parid.

Consuluit (neque enim medicè terrebar) anusque,
Longæuosque senes:

& iterum ibi:

Quid grauis Antenor, Priamus quid suadet ipse.
Consule; quis ætas longa magistra fuit.

Lucret.*de rer.natur.lib.3.*

Inde vbi robustis adoleuit viribus ætas; 39
Consilium quoque maius, & auctior est animi vis.

Claudian.de victor.Stiliconis contra Alaric.

Primosque suorum
Consultare iubet bellis, animique verendos.

Idque ipsum *Barthol.* Cæpol. firmans, *de Imperatore milit. deligend. dict. verb. Bartholomæi, n.4.* (de superioribus licet mentione nulla facta hos nectit versus:

Roma vetus, veteres dum te rexere Quirites,
Nec bonus immunis, nec sine pœna malus.
Patribus extinctis successit praua iuuentus,
Quorum consiliis præcipitata ruis.

Complexus est hæc omnia, patriæ suæ aliarumque more comprobans Xenoph. *de Pædia Cyri, lib.* 8. in hæc verba: *Institutus est etiam ita ipse, & à mea, & vestra patria: senioribus (non solùm fratribus, verum etiam ciuibus) & in cedendo, sedendo, & in dicendo cedere.*

39 Antiquorum ideò opinionibus † tanquam firmioribus, in dubio adhærendum, *Hostiens. & Ioan. Andr.* firmarunt, *in cap.* 1. §. *verum vnctionis, de sacra vnction.* per text. *in cap. literas, de tempor. ordin. in cap. literas, de restit. spol.* melior tamen, & expressior text. *in c. Domino sancto in fin.* 18. in ordin. 50. *distinct.* Vbi sic Isidorus: *In fine autem huius epistolæ hoc adiiciendum putaui: vt quotiescumque in gestis Conciliorum discors sententia inuenitur: illius Concilij magis teneatur sententia, cuius aut antiquior, aut potior extat auctoritas.* Eademque, ex eodem, reperit verba *text. in cap. Hoc ipsum,* 11. *in fin.* 35. *quæst.* 2. aduertuntque Roman. *in l. Si verò, §. De viro, numero* 78. *vers. Secundo, antiquitati defertur, D. solut. matrim.* & Ferdin. Loaz. *in rubr. de iust. & iure, num.* 78. & antiquiorem consuetudinem præualere, probat *text. in cap. ridiculum,* 5. *distinct.* 12. & aduertit. Roman. *vbi proximè, vers. Septimo defertur.*

40 Proque legibus Senum dicta † reputari, & ab eis argumentum sumere licere, *Celsus* monstrat (sic arguens & ipse) *in l. si chorus,* 77. secundum nouiorem autem impressionem 79. §. 1. *D. de legat.* 3. & notat Glos. *in cap. Cùm in iuuentute,* 15. *de præsumpt. verb. ad senilem, in fin.*

41 Ex prædictis quoque descendit, quod licet fama † plenam regulariter probationem non faciat, vt ex text. *in l.* 3. §. *eiusdem quoque, & ibi* Glos. *verb. confirmat, D. de testib. in cap. si testis;* §. *sæpè etiam,* 4. *quæst.* 3. & Glos. *ibid. verb. Fama,* multisque Doctoribus tradit plenè Ioseph. Mascard. *de probation. tom.* 2. *conclus.* 753. *à num.* 1. *cum seqq.* In antiquis † tamen hominum memoriam excedentibus, plenam inducere probationem testatus est Innocent. *in cap. veniens,* 1. *de testib.* quem sequuti sunt Marsil. *in l. de minore,* §. *Plurimum, numero* 60. & 61. *D. de quæstion. & in rubr. C. de probationib. num.* 194. Deci. *in cap.* 1. *num.* 46. *de appellation.* Ludouic. Roman. *in d. l. Si verò, §. de viro num.* 78. *vers. septimo defertur, D. solut. matrim.* & Ioseph. Mascard. (adductis aliis, *dict. loco, num.* 7. Quemadmodum licet scriptura priuata regulariter fidem non faciat, *l. nuda ratio,* 26. *D. de donation. l. instrumenta,* 5. *l. rationes* 6. & *l. exemplo,* 7. *C. de probation.* plenissimè, vt alios omittam) Nicol. Gen. *de script. priuat. lib.* 1. *quæst.* 4. *per tot.* Multum vero antiqua suspitionis vitio carens, à vetustate vires probationem, & credentiam recipit, iuxta notata, per Glos. *in c. inter dilectos, verb. magis, & ibi* *DD. de fide instr.* Adrian. Negusant. *respons. siue disputat.* 368. *n.* 32.

42

Atque vetustate, vt sanguine, † imò vt meritis nobilitatem acquiri, Imperatorum *Valent.* & *Valen.* verbo probant, *in l. prouidendum,* 7. *C. de postul.* dicentium, *Prouidendum est, ne ij quos in foro, aut meritum nobilissimos fecerit, aut vetustas: in vna parte consistant,* Diocle*t.* & Maxim. *in l.* 1. *C. de iure aureor. anul.* & Iustinian. *in auth. De hered. & Falcid.* §. *Sancimus igitur, ad fin. coll.* 1. dum ait: *Si fortè personarum natura, aut qualitas, aut ætas, &c.* Per quem textum inter personas egregias Senem numerauit Accurs. *in l. ad personas,* 15. *glos.* 1. eius dispositione contineri affirmans, vt ad senis domum pro iureiurando recipiendo mittere iudex debeat, à Doctoribus ibi communiter approbatus, quos ordine recenset Farinac. *de testib. quæstion.* 77. *num.* 227. Imò nullo modo testimonium ferre † senes cogi respondit Scæuol. *in l. inuiti,* 8. *D. de testib. Inuiti* (inquit) *testimonium dicere non coguntur senes.* Qua de re Farinac. *d. tractat. de testib. quæst.* 78. *num.* 59. & *seqq.* Cum præcedentibus numeris duobus contrariam generalem constituat legem *omnes ad testificandum compelli, expressè non priuilegiatos.* Ex eaque natalium meritorumvè nobilitate, ad eam quæ ex vetustate descendit (à *Cardin. Paleoto* propositam, *de bono senectutis, part.* 3. *pag. mihi* 314. deducit Gasp. Baez. *de inop. debit. cap.* 7. *numero* 9. Se[illegible]m pro debito ciuili creditori addici non posse, quemadmodum, nec nobilis potest. 43

Senum quoque testimonium † iuniorum præferri tradit *Accurs.* (per textum ibidem) *in l.* 3. *verb. nouum, ad fin. D. de reb. credit.* vbi sic notat Ias. *lectur.* 1. *num.* 2. *lectur.* 2. *n.* 35. & *communiter Doctores.* Suadentque *text. in cap.* 1. & *cap.* 3. 35. *quæst.* 6. Alia in id iura adducit Roman. *in d. l si verò, §. de viro, fallent.* 53. *num.* 86. *vers. tertio probatur, & n.* 87. *vers. septimo defertur.* Bartholom. Cæpol. *dict. verb. Bartholomæus, num.* 7. *vers. Decimo-septimo,* Alban. *cons.* 790. *num.* 3. Hieronym. *de Mant. in tractat. de finib. Regund. cap.* 54. *num.* 10. Nell. à sanct. Gemin. *in tractat. de testib. num.* 101 Seraphin. *de priuil. iuram. priuileg.* 4. *n.* 88. Mar. Giurb. *in consuetud. senat. Mesan. cap.* 2. *glos.* 14. *num.* 5. Guill. Rouill. *de instit. & iniust. dict. cap.* 14. *de sene sine religione, num.* 4. Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. S. conclus.* 102. *num.* 2. Anton. Gabr. *commun. conclus. lib.* 1. *tit. de testib. conclus.* 4. *numero* 68. Multum enim fidei grandior ætas addit, iuxta illud Daniel. *capit.* 12. *Credidit eis multitudo, quasi senibus.* Maior namque in eis constantia † præsumitur *Callistrati* responso, *in l. Ex libero,* 15. *D. de quæstionib.* & tradit Cæpol *repetito loco, nu.* 16. *vers. Quadragesimo tertio.* Interior deuotio † feruor spiritus, & fides, vt Alexand. 3. *in cap.* 1. *de renunc.* ostendunt verba: *Maximè, quia in te vigor deuotionis, & fidei, etiam corpore senescente non deficit: sed vergente deorsum conditione corporea, feruor spiritus in sublimiora conscendit.* Languescunt .n. cum corpore vitia; ad virtutem expeditiore animo remanéte, vt *epist.* 26. *Sene,* eleganter ait: *Inter decrepitos me* 44 45 46

me numera, & extrema tangentes. Gratias tam mihi apud te ago. Non sentio in animo ætatis iniuriam, cum sentiam in copore tantum vitia: & vitiorum ministeria senuerunt. Viget animus, & gaudet non multum sibi esse cum corpore: magnam partem oneris sui deposuit. Exultat, & mihi facit controuersiam de senectute. Hunc ait esse florem suum. Credamus illi, bono
47 *suo vtatur.* Aliaque prosequitur similia. Maior etiam æternæ salutis † solicitudo, vt enim D. Bernard. *sermon. 6. de Aduent.* inquit: *Animabus hoc tempus est, non corporibus assignatum.* Et notant Decian. *cons. 8. numero 14. volum. 2.* & Mar. Giurb. *in consuetud. Senat. Messan. dict. cap. 2. glos. 14. numero 6.* Quorum veluti auribus illa crebro *Hieronymi epist. 65. ad Pammach. & Ocean.* resonare vox debet: *Errauimus iuuenes: emendemur Senes.* Cuius etiam fit
48 mentio, *in cap. Secunda, 72. de pœnit. distinct. 1.* Et maior quam in iuuenibus † temperantia, ex *Philosoph. Ethicor. 2.* probantque *text. in l. Clarum, 4.* (illis verbis: *Ne vel sua intemperantia, vel iuuenili calore, &c.* & in *l. fin. § filiis autem* (in illis: *Melius enim est coarctare iuueniles calores*) *C. de bon. quæ liber.*

49 Quibus, aliisque rationibus, senum iuramento † de illicitè quæsitis standum; Messanensi statuto cautum, *Mar. Giurb.* testatur *citato loco, à num.* præcipuè 4. *vers. Censuerunt Messanenses.*

50 Inde quod ad accusandum pluribus concurrentibus, † potiorem existere senem, *Vlpian.* docet, *in l. si plures, 16. D. de accusat.* hanc ætatis qualitatem, inter præcipuas ad accusatoris electionem à iudice faciendam, assignans. Non enim animi volubilitate, maleuolentia, intemperantia, incontinentiavè à senibus id
51 effectum, ex superioribus, videtur; cum & ab incontinentiæ † suspicione alienos esse probet *text. in c. Cùm in iuuentute, 15. de præsumpt. & ibi Glos. verb. Ad senilem, in cap. fraternitatis, 7. distinct. 34. & in cap. 1. 12. quæst. 11.* Cæpol. *dict. tract. & verbo, numero 14. vers. Trigesimo septimo, & numero 15.* Roman. in *dict. l. si vero, § de viro, numero 78. vers. quinto principaliter defertur,* Andr. Alciat. *de præsumption. regul. 1. præsumption. 53. n. 1.*

52 Neque in ipsis solum senibus maior inest pietas; sed & in ipsos. Potius enim seni, † quam iuueni succurrendum, eleemosynæque distributionem faciendam, *text. in cap. Consideranda, 17. in ord. distinct. 86.* sic ostendit: *Considerandα est etiam in largiendo ætas, atque debilitas: nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales: vt Senibus plus largiaris, qui sibi labore iam nequeunt victum quærere.* Et tradunt, cum aliis Petr. Surd *de aliment. titul. 1. quæst. 93. num. 27.* Alexand. Raudens. *decis. Pisan. 40. numero 381.* Mar. Giurb. *in consuetud. senat. Messan. glos. 14. c. 2. nu. 5. vers. quare eleemosyna.*

Omnia præterea infirmorum priuilegia †
53 senibus competere, firmarunt generaliter Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. secundo, casu 60. num. 11. & seqq.* Hoxed. *de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 17. numero 17. in fin.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 805. numero 11. & seqq.* Andr. Alciat. *de præsumption. regul. 1. præsumpt. 53. numero 2.* Quippè quos non in infirmorum tantum numero; sed etiam in mortis articulo † constitutos leges, earumque 54 auctoritate Doctores prædicent. Cùm enim Paulus *in l. 3. D. de donation. caus. mort.* dixisset: *mortis causa donare licet, non tantum infirmæ valetudinis causa; sed periculi etiam propinquæ mortis, vel ab hoste, vel à prædonibus, &c.* Vlpianus *in l. 5. eiusdem tituli* addit: *Aut ætate confectus.* Repetitque *in leg. sequenti* Paulus idem: *Hæc enim omnia instans periculum demonstrant.* Per quas proximè dictam assertionem adstruunt Syluest. *in summ. verb. mors, numero 4.* Angel. *ibid. numero 6.* Sà, *verb. mortis articulus, & in eius annot.* Andr. Victorel. Ideò statutum † de infirmis loquens, in seni- 55 bus quoque procedere, profitentur, cum relatis *supra, n.* Abb. 5. Andr. Alciat. *dict. regul. 53. nu. 2.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 805. numero 9.* & Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. S. conclus. 103. num. 5.* cum eodem tamen (quod iam retulimus) ætatis discrimine, & contentione. Alij enim septuaginta, alij octuaginta ad id requirunt annos.

Sic licet seni, vt infirmo, coadiutor † dari 56 possit, dispositione *text. in dict. cap. vnic. de cleric. ægrot. lib. 6.* & dicunt Mandos. *regul. 11.* Cancellar. *quæst. 15. num. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. glos. 5. § 9. numero 19. vsque ad 23.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 805. numero 29.* Si tamen sola ætatis existat ratio, septuaginta ad id annos desiderandi, iudicauit *Rota* teste Caputaq. *decis. 311. num. 1. part. 1.* Gonzal. *vbi proximè, num. 86.* Paris. *de resign. benefic. lib. 5. quæst. 6. num. 8.* Rodoan. *de simon. ment. part. 3. capit. 8. numero 11.*

Hosque septuagenarios diuinis Officiis non 57 interessentes: † si modo interesse solebant, quotidianas distributiones lucrari asseuerant Prob. *ad Monach. in dict. cap. vnic. de cleric. non resid. lib. 6.* Azor. *instit. moral. lib. 7. cap. 7. quæst. 12.* & ita censuisse *S. T. Concilij Congregationem,* affirmat Monet. *de distribution. quotidian. part. 2. quæstion. 7. num. 15. & 16.*

Senectutem præterea, infirmitatis instar, à longo itinere conficiendo, † proque absolu- 58 tione petenda, vbi à Pontifice Summo obtinenda est, excusare, Ecclesiæ Summi Præsules decidunt Clemens Tertius, & Gregor. *non.* Ille, in *dict. cap. Ea noscitur, 13.* & *in cap. Quod de his, 26.* Hic, *in cap. Quamuis, 58. de sentent. excommunic.* D. Antonin. *in tract. de excommunic. cap. 1. numero 43.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 28. num. 25.* Cardin. Franc. Tolet. *in summ. lib. 5. cap. 8. numero 2. vers. Quarto ista,* Carol. de Gras. *de effectib. clericat. effect. 9. num. 160.* August. Barbos. *in cap. si quis suadente, 17. qu. 4. n. 93.*

Nec pro debito ciuili † in carcerem detrudi 59 senem posse multis placuit. *Ancharrano consil. 336. incip. Præmitto, num. 2.* Nicol. Intrigliol. *cons. 18. num. 1. part. 1.* Carol. *de Gras. in tract. de except. in prælud. num. 177. & 178.* Carpan. *super statut.* Mediol. *part. 1. cap. 243. n. 6.* quorum sententiam probat (veriorem & æquiorem dicens, passimque à carcerum visitatoribus obseruari) Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 328. c. 506. n. 20. & seqq. & c. 805. n. 2. & seqq.* Gasp. Baëz. *de inop. debit. qu. 7. numero tertio.* Displicuit Osascho (post longam disputationem) *decis. Pedemont. 123.* Natta. *cons. 319. numero secundo & tertio.* & communiter Doctoribus

ctoribus, notante eodem *Gratiano, dicto capit.* 328. *numero* 8. *&* 9. Quibus hodierna praxis assentitur. Mitius licet in hoc quoque casu cum sene agendum, solumque in Prætoris domo arrestandum, idem met Osasc. *numero* 4. dicat, refetátque decisum, cui adhæret Becci. *c ns.* 10. *n.* 8.

Posterioris huius sententiæ assertores moti, quòd *non specificè id senibus iure concessum*
60 *reperiatur*. Prioris, ex *senum ad mulieres comparatione*. † Quam facit Ias. *in l. Ad personas egregias, numero* 9. *&* 10. post Glos. *ibi, verb. Egregias, D. de iure iur.* Tiraquell. *de iure primogen. in præfation. numero* 109. Osasc. *dict. decision.* 123. *n.* 1. *& seq.* Stephan. Gratian. *dict. capit.* 328. *numero* 15. Et quos ipsi non adducunt, *text. in capit. ea noscitur*, 13. *& capit. Quamuis*, 58. *ibidemque* Gloss. *verb. Fragilitate sexus, de sentent. excommunicat.* Mulieres
61 autem, † pro debito, causavè ciuili, in publicum trahi, carceremvè duci, grauissimatum pœnarum communicatione *Constant.* vetat, in *leg.* 1. *C. de offic. diuersor. iudic.* & Iustinian. *in authent. Hodiè nouo iure, C. de custod. reor. & in authent. vt nulli iudic. §. necessarium, coll.* 9. Quæ à superuacua, propéque infinita Doctorum allegatione, per Farinac. *quæst.* 27. *numero* 41. facta excusant. Apud nos præsertim, stantibus regiis *legibus* 62. *Taur.* & *l.* 10. *titul.* 3 *lib.* 5. *noua Reg. collection.* ab hoc solum fauore eas eximentes, quæ notoriè malè corpore vtantur suo.

Ex qua pariter æquiparatione, nec pro fisca-
62 li debito † in carcerem detrudi senem posse, cum nec fœmina possit, tradunt Peregrin. *de iure fisc. lib.* 6. *titul.* 7. *numero* 9. Iafred. *decision.* 393 Stephan. Gratian *disceptation. forens. tom.* 3. *capit.* 506. *numero* 3. & cum multis Farinac. *dict. quæstion.* 27. *numero* 43. ex generalitateque *dict. leg.* 62. Taur. *legis* 8. *&* 10. *titul.* 3. *libro* 3. *noua reg. collection.* deducitur, & ita (aduersus *Menochium consil.* 916. *lib.* 10.) defendit Gratian. *dict. capit.* 506. *per tot.* eiusdemque voti existit Baëz. *de inope debit. dict. capit.* 7. *per tot.*

63 Imò, fauori huic † renuntiare non posse senes, & in casibus in quibus propter dignitatem, ætatem, vel sexum prohibita carceratio est; nullius momenti eius priuilegij renuntiationem esse, affirmant Bald. *in l.* 1. *numero* 8. *Cod. qui bon. ceder. poss.* Pett. Dueñ. *regul.* 312. *numero* 2. Affin. *de execut.* §. 2. *capit.* 7. *numero* 13. & cum eis Gratian. *dict. capit.* 318 *numero* 13. *& capit.* 506. *numero* 17. Cui satis opitulatur assertioni alia proposita à *nobis de priuileg. pauper. part.* 1. *in specialib. post quæst. fin. numer.* 5. Priuilegium miserationis causa datum, renuntiatione non tolli, probans.

Prædictam quoque opinionem, *ne pro ciuili debito in carcerem trahi senex queat*, ex
64 puerorum, † & senum comparatione (quam suprà iam formauimus) tuentur Carol. *de Gras. in tract. de exception. ad form. Statut. exclud. omnes except. in prælud. numero* 114. Amend. *in addition. ad* Vincent. *de* Franch. *decis.* 199. *numero septimo.* Sed vel in Camera, in Palatio, aut ciuitate carceris loco detinendos, & sic pluries per M. C. V. fuisse decisum asserit Thor. *in compend. decis. verb. Senex septuagenarius.* Pueros autem pro debitis in carcerem non mittendos, aduertit. Bald. *in dict. dict. leg.* 1. *numero decimo Cod. qui bon. cedere poss.*

Sed si à comparatione robur acceptura est; nulla quam à senibus ad infirmos comparatio potior (quæstionis huius initio latè comprobata) quos † in carcerem pro debito trudi, aut 65
etiam pro crimine in eo contineri non debere, *quæstion.* 3. *numero* 252. notauimus, & aduertit Grammatic. *consil.* 55. *numero* 9. *& seqq.* quem sequitur Farinac. *dict. quæstion.* 27. *numero* 87. Eaque ratione id probat iudicium Sebastian. *de Medic. de casib. fortuit.* 2. *part. quæst.* 6. *numero decimo-quarto*, eoque relato, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *c.* 805. *num.* 14.

Vndè à fortiori nec torqueri † senem posse 66
descendit, & ex *Vlpiani* responso, *in leg. si quis graui*, 3. §. *Ignoscitur, D. ad S.C. Syllanian.* deducunt Doctores. Quorum id cumulum construxere Andr. Tiraquel. *de pœn. temper. causa* 8. *num.* 1. *& seq.* Gomez. *variar. resolut. tom.* 3. *cap.* 13. *numero* 13. *vers. Item reperitur prohibitus senex*, Iul. Clar. *in pract.* § *fin. quæst.* 64. *vers. non etiam debet iudex*, Petr. Plac. *in epit. delictor. cap.* 32. *num.* 16. Osasc. *decis. Pedemont.* 123. *num.* 2. Bertazol. *inter consil. crimin. Diuersor. cons.* 102. *per tot. volum.* 1. *& cons.* 70. *num.* 31. *&* 40. *volum.* 2. copiosè Prosp. Farinac. *prax crimin. tom.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 41. *num.* 24. Sebastian. Guaz. *de defens. reor. defens.* 30. *cap. cap.* 12. *numero primo.* Adeò verum esse professus, † vt de facto tortus senex, & in tortura 67
confessus, etiam ratificata confessione, sibi non præiudicet. Communemque Doctorum sententiam dicit Farinac. *dict. nu.* 24. *ad fin.* assentiunturque Bertazol. *dict. cons.* 102. *num.* 6. Osasc. *dict. decis.* 123. *numero* 2. Stephan. Gratian. *dict. cap* 805. *nu.* 38. Baiard. *ad Clar. dict. quæst.* 64. *numero* 71. etsi de obtentione dubitet in praxi.

Decrepitam vero ætatem, † vt sit huic im- 68
munitati locus, plerique desiderant ex relatis, & cum multis Farin. *dict. quæst.* 41. *numero* 25. *&* Guaz. *dict. cap.* 12. *num.* 2. Nisi complexionis debilitas ætatis præuenerit annos: tunc enim etiam non decrepitus hanc obtinebit exemptionem, *Casonis* sententia, *in tractat. de torment. capit.* 10. *rubric. quæ persona torqueri possint, & quæ non? numero* 12. *&* Ioseph. Ludouic *decision. Lucens.* 13. *numero* 53. *& seqq.* ad iudicis arbitrium eo in casu recurrentes, cum Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 59. *numero* 27. *&* 28. Quo locum torturæ esse iudicante, ad ætatis nihilominus mensuram, & imbecillitatis infligendam; est communis sine hæsitatione conclusio, commendata, à Griland. *in tractat. de quæstionib. capit.* 6. *numero* 8. *ad med. versic. Extra igitur illum casum, & numero* 9. *in princip.* Gomez *dict. cap.* 13. *numero* 3. *vers. Adde tamen quod leniter, & num.* 4. *vers. Ego tamen in hoc articulo, &* Farinac. *vbi proximè.*

Quòd si torturæ causa, iusvè locum faciat, 69
ad eamque senex cum iuniore † concurrat, à iuniore inchoandam Paulus docet, in *l. Vnius*, 8. *D. de quæstion. Vnius facinoris* (ait) *plurimi rei ita audiendi sunt, vt ab eo primum incipiatur.*

incipiatur, qui timidior est., vel teneræ ætatis videtur. Aduertitque Roman. *in l. Si vero, §. De viro, D. solut. matrim. fall.* 53. *num.* 86. *vers. Secundo probatur.* Maiorem namque in senibus constantiam, quam in iuuenibus præsumi superius iam diximus.

70 Nec solum in tortura, sed in custodia † quoque (vbi capturæ ius locum facit) modum adhibendum, notat *Caccialup. de debitor. suspect. & fugit. quæst.* 5. *num.* 6. Non enim ita exactam in sene custodiam, quemadmodum in iuuene desiderat *lex fin. C. de custod. reor.* Cessat enim in sene fugæ suspitio, quæ exactæ custodiæ acerbitatem remittit, vt ex *text. in l. Si vt certo,* 5. *§. Custodiam, D. commod.* tradit Roman. *citato loco, numero* 78. *versic. Quinto principaliter defertur.* Principique de carcerati ætate nuntiandum, qui pietate fortè motus senem eximat à carceribus, aduertit Gratian. *dict. disceptation.* 805. *numero* 5. & *seqq.* per *leg. In metallum,* 22. *D. de pœn.* & *l. Iudices,* 10. *C. de Episc aud.*

71 Quod autem in Senum ætate discernenda arbitrium Iudicibus datum est: in decrepito, † ac septuagenario sublatum esse dicunt Abb. *in cap. Quoniam frequenter, vt lite non contestat. num.* 18. *vers. Ego puto,* Marian. *num.* 9. *declar.* 2. *vers. Dominus meus hic, dicit,* Menoch. *dict. casu* 59. *num.* 4. *vers. Secunda opinio,* Farinac. *de testib. quæst.* 76. *num.* 84. Huiusque ætatis, nec leuiter quidem posse torqueri, ferulæ, aut cuilibet alij minimo tormenti generi, Iudicis tunc arbitrio omnino exploso, subiici, asserunt Bertaz. *dict. cons.* 102. *num.* 4. & 5. & *in eius addition.* Claud. Bertaz. *lit. B.* Farin. *dict. quæst.* 41. *num.* 29. *ad fin.* Sebast. Guaz. *de defens. reor. dict. defens.* 30. *num.* 3. Borgnin. Caualc. *decis.* Fauiz. 34. *num.* 8. *part.* 5. Petr Plaz. *in epit. delict. cap.* 32. *num.* 10. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 805. *num.* 36. & *seqq.* Mar. Giurb. *in consuet. Senat. Messan. dict. cap.* 2. *glos.* 14. *num.* 12. Cardin. Tusch. *practic. conclus. dict. lit. S. conclus.* 103. *num.* 4. Adrian. Negus. *in sylu. responsor. quæst.* 323. *num.* 37.

72 Sic à ieiunij † obligatione sunt qui sexagenarium excusent, septuagenarium autem omnes, vt videre est apud Armil. *verb. Ieiunium, num.* 3. Azor *instit. moral. lib.* 7. *cap.* 18. *quæst.* 4. *par.* 1. Villalob. 1. *part. summ. tract.* 23. *difficult.* 4. Nauar. Medin. Pedraz. Valent. Graf. Rodr. Lopez. Les. multosque alios à *Ioanne Sanchez* adductos, *in summ. quæst.* 54. *num.* 8. Thom. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 32. *num.* 17. Ioan. Hieron. *in Diuersor. iuris canon. rubr.* 7. *capite* 6. *numero* 151.

73 Imò neque validum sexagenarium † ad ieiunij obseruantiam teneri, *Ioan. Sanch. dict. loco* profitetur. Cum nullus in ea tam valeat ætate; quem minimus etiam dolor non prosternat, casus frangat; deficiente iam iam, in mortemque ruente. Cui falsam valetudo confidentiam præstat, *Sidonis Apollinar. ad Vectionem, lib.* 4. *epist.* 13. testimonio, sic amico seni, sed corpore vegeto, & sano scribentis: *Nec multum fidat ambiguis, nec nimis nimiæ credat incolumitati.* Probatque etiam eleganter *Galeni* authoritate P. Thom. Sanch. *dict. disput.* 32. *n.* 17. *vers. Et licet.*

Attigisseque ad id sexagesimum annum † 74
sufficere obseruat idem Ioan. Sanchez. *dict. quæst.* 54. *num.* 10. relatis Ioan. *de la Cruz precept.* 3. *art.* 4. Medin. *in codic. de ieiun. quæst. De his qui ad Ecclesiæ ieiunia tenentur. fol.* 142. Ledesm. 2. *part. summ. tract.* 27. *fol.* 638. authoritate legis *Qua ætate,* 5. *D. de testam.* Glos. *in l.* 3. *§. minorem, verb. momentum, circa fin. D. de minor. & ibid.* Bart. *num.* 3. Alben. *in prin.* Bald. *in fin.* Flamin. Pari. *de resig. benefic. lib.* 12. *quæst.* 8. *à numero* 19. *vsque ad* 26. probantium, tempus incœptum, pro completo in fauorabilibus reputari. Quibus accedunt à *Nobis* quoque adducta in *Axiomat. & locis commun. iur. lit. D. num.* 93.

Quam etsi ætatem ad ieiunij excusatio- 75
nem, tam in masculo, † quam in fœmina requirat idem ipse Ioan. Sanchez *dict. loco, num.* 11. & P. Thom. Sanch. *dict. lib.* 7. *disput.* 32. *num.* 17. præcipuè *vers. Sed superest*: non tamen damnandam sententiam putant, quinquagenariam ab huiusmodi ieiunij obligatione eximentem, tanquam debilioris complexionis, senescentemque citius. In praxi licet tutam non esse aduertant, tametsi speculatiuè probabilem dicant.

Septuagenariam quoque tutorem filio non 76
petentem † non ideò eius successione priuari firmare conatur (ex *l.* 1. *C. qui ætat. lib.* 10. & §. *Item maior, institut. de excusat. tutor.*) Stephan. Gratian. *disceptation. forens. dict. cap.* 805. *numero* 13. & 24. etsi tutum non esse de rigore iuris, fateatur *numero* 25. Neque enim relata id iura probant, & tradita à *Nobis* repugnant, *de priuileg. pauper.* 2. *pars quæstione* 60. *numero* 9. *cum seqq.*

Tandem (vt manifestum superiora reddunt) à communibus regulis iuris † recedere sene- 77
ctus facit, & notant, plenèque deducunt Orian. *in l.* 1. *num.* 132. *D. de offic. eius,* Barthol. Cæpol. *dict. verb.* Bartholomæus, *per tot.* Grat. *consil.* 98. *numero.* 2. *lib.* 1. Neuizan. *cons.* 51. *numero* 15. hisque relatis, Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib.* 5. *quæst.* 6. *numero* 4. Neque statuti dispositione † comprehenduntur senes, teste Alder. Mascard. *de gener. statut. interpret. conclus.* 5. *numero* 140. & Mario Giurb. *in consuetud. Senat. Messan. dict. capite.* 2. *glos.* 14. *numero* 1. *part.* 1.

Alia in senectutis fauorem (etsi non attingentia iura) à Cardin. Gabriel. Paleot. *de bono senectutis,* Ioan. *de Monteleon de senect. priuil.* (quem ipse *Paleot.* videndum allegat, 3. *part. pagin mihi* 320. à me vsque adhuc non repertum (& à *Casana. in cathalog. glor. mund. part.* 11. *consider.* 17. repetere licebit.

* * *

VTRVM PRODIGVS, aut auarus miserabilis sit persona? Fori electione, aut aliis quibusque priuilegiis vtatur?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars quoad prodigum proponitur & sustinetur*, & num.seqq.
Prodigus furioso comparatur, ibid.
2 *Furiosus miserabilis est.*
3 *Prodigus & pupillus aequiparantur, valetque de vno ad alium argumentum.*
4 *Pupilli, & pupillis similes, qui alterius arbitrio reguntur, miseri sunt.*
5 *Vtrum vt prodigus miserabilis persona dicatur, forique priuilegio gaudeat, bonorum interdictionem factam esse, curatoremque datum requiratur?* & num seq.
6 *Sententia prodigum, turpem, miserumvè non facit; sed causa.*
7 *Praui mores an priuilegium tollant?* remissiuè.
Turpitudinem suam allegans, & quando audiatur? ibid. remis.
8 *Prodigalitas, & auaritia aeque ad rei familiaris perditionem deducunt.*
9 *Auarus, an & quando ab administratione debeat remoueri? forivè priuilegio vtatur?* & num, seq.
11 *Prodigo an restitutio ex minorum edicto competat?*
12 *Prodigus, & pupillus ciuiliter, in debitum & si naturaliter debitum solutum, repetunt.*
13 *Pupillus indebitum ciuiliter, naturaliter verò debitum, absque tutoris authoritate soluens, ad illud petendum restituitur.*
14 *Prodigus ciuiliter indebitum soluens, absque restitutione repetitionem consequitur ipso iure.*
15 *Pupillus naturaliter sine tutoris auctoritate obligatur.*
16 *Furiosus, vel prodigus, nec naturaliter quidem.*
17 *Naturaliter tantum debitum soluentes, regulariter nullomodo repetunt.*
18 *Indebitum per errorem solutum, repetitur.*
19 *Pupillo, furioso, vel prodigo per errorem indebite solutum, si consumptum sit, non repetitur, neque minori pro solutione his personis facta conceditur restitutio.*
20 *Aliter si pecunia, vel res in quam sit conuersa extet.*
21 *Prodigi, furiosi, pupillivè contractus an iuramento firmentur?*
22 *Res à prodigo bonis interdicto, etiam cum iuramento distracta, imprascriptibiles sunt.*
23 *Et quid si prodigalitas notoria non sit, neque super ea plenè cognitum?*
Qui contra iura mercatur, bonam fidem praesumitur non habere, ibid. dict. numero 22.
Emens ab eo quem scit prodigaliter pretium consumpturum, non vsucapit, ibi.
24 *Ad pupilli similitudinem acquirere prodigus potest: in sui praeiuditium obligari non potest.*
25 *A delicto, eiusque poena, an & quando prodigalitas excuset?* & numero seq.
27 *Multa in pupillorum, & furiosorum fauorem referuntur, quae prodigis conueniant*, remis.

QVAESTIO XIX.

QVaestio haec non modò infrequens, sed nusquam fortè in foro agitata. Vel quod nullus iam prodigus: vel quod auarus beneficium aliquod consequi desperet: vtriusquevè propriae turpitudinis detegendae pudore. A prolixo ideò sermone (quem argumentorum apparatus poscebat; materiae vero in frequentia damnat; à prauis maribus, quorum vindices leges, non fautrices existunt, à turpitudine propria, cuius allegationem non admittunt, aliisque petita) abstinentes: veritatem assequi conabimur. Et quia (vt *de finib. bonor. & malor. lib. 3.* Cicero ait:) *Quae perspicua sunt, longa esse non debent.* Et miserabilem prodigum esse, & fori priuilegio gaudere, † eius cum furioso aequiparatio firmat, quam faciunt Vlpian. *in l. His, 12. §. Diuus Pius*, praesertim *in fin. D. de tutorib. & curatorib. datis ab his*, Pomponius, *in l. Furiosi, 41. D. de regul. iur.* Imperator Anton. *in l. 1. (& titulus ipse) C. de curatore furiosi, vel prodigi*, & prosequuntur Federic. *de Sen. consil. 31. (incip, Minor 25. annis) vers. Praeterea alia ratione*, Cardin Tusch. *practicar, conclus. lit. P. conclus.* 868. *numero* 6. & Iodoch. Damhouder. *de pupil. patr. cap. 9. num. 13.* 1

Furiosum autem, † miserabilem personam esse, *legisque nostrae vnicae, C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* contineri (cùm adeò graui infirmitate prematur, suisque rebus superesse non possit) haud quisquam negabit. 2

Pupilli † similiter cum prodigo comparatio eandem confirmat assertionem. Cuius idem quoque *Vlpian.* est author, *in l. Certi condictio, 9. §. Idem quaeri potest, vers. Sed si ei, D. de reb. credit. si cert.* his verbis: *Sed si ei numerauero, cui postea bonis interdictum est; mox ab eo stipuler, puto pupillo comparandum.* Sic pariter *text. cum Glos. 1. in l. Is cui bonis, 6. D. de verbor. obligation.* & tradit Nicol. Euerard. *in Topic. legal. loco A minorib. ad furios. numero 1. & seqq.* vbi argumentum de minore ad prodigum valere, omniaque beneficia, & priuilegia minoribus concessa, prodigis, ac furiosis competere probat, estque ad id *text.* (& ibi *Bald.* nominatim aduertit) *in l. 2. C. de curatorib. furios.* qua de re, aliqua nos inferius. 3

Pupillos † verò, pupillisque similes *legis nostrae vnicae* constitutioni, forique priuilegio dedisse causam, miserabiliumque numero contineri; eius in rubro & nigro verba indicant.

cant. Idque omnibus aliis, qui alterius arbitrio reguntur, quia suo non valent; commune esse; iam *supr. quæst. 5. num. 5.* prænotamus, & in specie nostra aduertunt Ioan. Mar. Nouar, *in praxi electiion. & variat. for. sect. 1. quæst. 25. per tot.* & Francisc. Carrasc. *de casib. Cur. num. 25. & seqq.*

5 Bonorum autem interdictionem factam, † deque ea prius constare vt fori priuilegio sit locus (iuxta quem saltem, *de priuileg. pauper. quæst. 5. numero 15.* modum diximus) necessum esse videtur, licet curatorem datum non requiratur, sententia *Glossæ in dict. l. 1. verb. Solent, C. de curator. furios.* communique Doctorum, de qua restatur Rebuf. *de sentent. prouis. art. 3. glos. 4. n. 4.* Tam etsi Regium ius nostrum interdictionem proclama, & curatorem datum videatur requirere, in *l. 5. titul. 11. part. 5.* notante sic Gomez. 2. *tom. variar. capit de restitut. minor. numero 31.* & Ioan. Gutier. *de iuram. confirmat. 1. part. cap. 32. numero 1. & 2.* Veriorque & receptior opinio (sequuta *Glossam in dict. l. Is cui bonis, 6. D. de verbor. oblig.*) ante bonorum interdictionem, curatoremque datum, etiam notoriè prodigum contrahere, ac reliquos gerere actus posse affirmat, traditque Gutier. plene *dict. loco, num. 3.*

6 Quare ante interdictionem prædictam, † curatorisque dationem, legis nostræ, forique priuilegio vti prodigum non debere (cum nec curatore regatur, nec minori existat similis,) videbatur dicendum. Re tamen vera, & miserabilem hunc, & fori priuilegio vti posse, rationi & iuri conuenit, non solum ex relata contraria opinione (quam multi quoque magis communem dicunt, numerari à Gutier. *dict. cap. 32. numero 3. vers. Contrariam tamen*;) sed quia prodigus ante bonorum interdictionem, curatoremque datum, miserabilis est. Non enim sententia illum miserabilem reddit; sed miserum esse declarat, ex ratione *text. in l. Adeò, 7. §. Videtur, D. de acquir. rer. domin. in l. Hæredes palam, 21. § Si quid post factum, D. de testam.* adductorumque à Nobis *in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. D. n. 37.* Nec pariter sententia prodigum, aut miserum facit; sed causa, vt Marcel. air, *in l. Ictus fustium, 22. D. de his qui not. infam.* & Senec. de moribus. *Non damnatio, sed causa hominem turpem facit.* Neque quòd iudicis interdictio inualidos prodigi contractus reddat, Consultorum, *in dict. l. Is cui bonis,* aliisque citatis: ante interdictionem, curatoremque datum, inhærentem prodigo miseram conditionem, aut tollunt; aut subleuandam negant. Inest enim & ante interdictionem, curatoremvè datum miserationis causa iudicij imbecillitas, alieni arbitrij, & regiminis, ad minoris instar, necessitas, furiosique similitudo, huic etiam sola beneficio locum facere potens.

7 Neque huic resolutioni argumenta superius insinuata † nocent, Quorum primo, dicta à Nobis 1. *part. de priuileg. pauper. quæst. num. & seqq.* abundè satisfaciunt. Secundo verò, *in Axiomatib. nostris, lit. T. num. 65. vers. Limita, 67. & 69.* notata, positæ in initio regulæ; *Turpitudinem propriam allegantem, audiendum non esse* præstantia intellectum, prodigo conuenientia. Præter quam quod, non tam de actu à prodigo gesto confirmando, vel infirmando; quàm de miserabili iudicando, miserabiliumque priuilegiis digno agimus; ne alia dispungendo parum vtilia, longior sermo protrahatur.

Eandem auari † miseræ conditionis similitudo constitutionem postulabat. Etsi enim contraria prodigo: æquale vtriusque (ni auari deterius sit) animi vitium, quod miseros reddit vtrosque; vt in prodigo superiora, in auaro, *q. 1. num. 14.* dicta monstrant, quodque ad rei familiaris pariter deducit perditionem, *Salomone Prouerbior. cap. 29.* dicente: *Rex iustus erigit terram: vir auarus destruet eam.* Quid enim differt, expendendo perdere; aut non expendendo, perditionem pati? Ab administratione ideò † auarum remouendum, primus dixit Bald. *in l. fin. num. 18. C. de sent. passis*, quem extollunt, sequunturque Boer. *decis. 61. num. 14.* Segur. *in l. Imperator, num. 117. D. ad S.C. Trebell.* Gomez Arias *in l. 4. Taur. num. 50.* Molin. *de Hispanor. primogen. libro 1. capite 16. numero 13. &* Ari. Pinel. *in l. 1. part. 2. numero 38. C. de bon. matern.* 8 9

Quod tamen ad auarum, alienarum rerum, † vel quæ ad alios necessario peruentura sunt, ad eaque ius habent, administratorem referunt, nec tam auari ipsius; quam illorum contemplatione id proferunt. Bonorum namque simpliciter suorum administratio auaro interdici non solet, neque vt prodigo dari curator, ne magis quam inuidis, superbis, aut huiusmodi miseris priuilegia tribui miserorum, vt *dict. quæst. 1.* aduertimus, & *sequenti præsertim num. 12. & seq.* repetimus. Quæ nos à prolixiori excusant indagine. *Nec enim* (vt Ciceronis verbis *de finib. bonor. & malor. lib. 5.* vtar) *sum copiam quam potui, quia dubitatio nulla erat, prosequutus.* 10

Cætera Prodigi miseræ conditioni subuenientia, præstantiaque leuamen (non ita similiter auaris, quorum longè conditio deterior, concessa) ex furiosorum, & pupillorum comparatione descendunt. Restitutionem † namque in primis, non solum ex clausula generali, *Si qua mihi &c.* Sed ex minorum edicto prodigo competere, notat Sfort. Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst. 3. num. 2. versic. tertio, ex dict. l. 1. & ibi* Bald. *C. de curator. furios.* Iacob. *de sanct.* Georg. *in l. Infantis, C. qui admitt. num. 3.* Et aliis. Etsi in *vers. Ego puto,* censeat, non ex edicto minorum; eiusdem tamen priuilegij, & naturæ prodigo concedi. 11

Sic pariter prodigus quemadmodum pupillus, indebitum ciuiliter, etsi naturaliter † debitum, solutum repetit, assertore *Accursio, verb. Locum esse non ambigitur, ante med. in l. Interdum, 29. D. de condict. indebit.* eius ambigua verba declarans, & cum eo communiter scribentes. 12

Potior imò hac in specie, pupillo prodigus † reperitur: quia indebitum ciuiliter à pupillo, naturaliter verò debitum, absque tutoris authoritate solutum, etsi restitutione media repetatur (vt ex *l. Illud, 26. D. de minor. & l.* 13

Indebito;

indebito, *C. si aduers. solut.* notat Glos. *in dict. l. Interdum*, 29. & *in dict. l. Illud, verb. Actio.* & Glos. *vnic. in l. Impuberibus*, 11. *D. de acquir. vel omitt. heredit.* & *ibid.* Bart. *numero* 9. & 10. Angel. *numero* 1. Castr. 7. *vers. Breuiter*, Ias. *num.* 6. eisque relatis, Sfort. Odd. *de restit, in integr. quaest.* 52. *numero* 87.) Prodi-
14 gus vero † in debitum similiter soluens, ipso iure absque restitutione repetitionem consequitur, vt (cum Glos. *in dict. l. Interdum*, Bart. *ibi numero* 10. & Stephan. Lamberteng. *de contract. in fin. numero* 151.) idemmet Sfort. *dict. loco*, *num.* 88. aduertit.

15 Ratio, † constitutionisvè differentia est: quia pupillus, etiam sine tutoris authoritate naturaliter obligatur, vt ex subtili *Vlpiani* responso constat, *l.* Marcellus, 26. *D. de fideiussor.* & mand. apertiùsque, *in l. fin. D. de nouation.* ibi Glos. *verb. Promisserit* contrariis respondet, & *Glos. vnic. in l. quod pupillus*, 41. *D. de condict. indebit.* placuitque idem Metiano, *in l. Si eius*, 64. *D. ad Senat. C. Trebel*, & Papiniano, *in l. Cùm illud*, 25. *D.*
16 *quand. dies legat. cedat*: Furiosus † autem, vel prodigus, nec naturaliter quidèm, per *leg. In negotiis*, 5. *D. de regul. iur.* & *l. Is cui bonis*, 6. *in fin. D. de verbor. oblig.* Docetque vtrumque *Glos.* celebris, *in dict. l.* Marcellus, *verb. Obligato*, Feder. *de Sen. cons.* 31 *colum.* 2. & Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. P. conclus.* 868. *num.* 8. & 10.

17 Alij verò † naturaliter tantum debitum soluentes nullo modo repetunt, decisione text. *in l. naturaliter*, 13. *in princ.* & §. *fin. in l. frater à fratre* 38. *in l. Iulianus*, 60. *de condict. indebit. in l. Fideiussor*, *D. de fideiussorib.* vbi Iulianus ita: *Naturales autem obligationes non eo solo aestimantur, si aliqua eorum nomine competit: verum etiam cum soluta pecunia repeti non potest.* Sic item, *in l. heres à debitore*, 21. §. *quod si hic seruus, D. eod. tit.* Aphricanus, *Quod si hic seruus manumissus, fideiussorem dederit; deinde fideiussori suo heres existat; durare causam fideiussionis putauit: & tamen nihilominus naturalem obligationem mansuram: vt obligatio ciuilis pereat, solutum repetere non possit*: aduertitque Glos. *in dict. leg. naturaliter, paragrapho fin. verb. non repetit.*

Proximum est superioribus; quod licet in-
18 debitum per errorem solutum † repetatur, ex vulgari *Pauli* responso, *in l. cuius per errorem*, 54. *D. de regul. iur.* & Iustiniani Imperatoris, *in* §. *Is quoque. instit. quib. mod. recontr. oblig.*
19 Pupillo tamen, † furioso vel prodigo per errorem solutum indebitum, si consumptum sit, non repetitur, vt probat *text. in dict.* §. *Is quoque*, & *ibid.* Glos. *verb. vnde*, & *verb. mutui*, & profitetur Sfort. Odd. *dict. quaest.* 52. *numero* 72. amplians, *num. seqq.* neque pro solutione his personis à minore facta,
20 concedi restitutionem eidem. Si namque soluta pecunia extet, † vel res in quam sit conuersa) naturalis ratio (quae neminem cum alterius iactura locupletari debere dictat) repetitionem tunc concedendam suadet, comprobatque *dict. l. naturaliter*, 13. §. *fin.* & *l. seq. D. de cond. indeb.* quemadmodum in mutuo à pupillo absque tutoris auctoritate accepto, ex quo factus locupletior est, *Marcellus* respondit, *in l. pupillo*, 47. *D. de solution.* à quo (mutuo nempè) ad indebitum, sic arguit *Iustinian. in dict.* §. *Is quoque.*

Similiter prodigi contractum, pupilli, aut 21
furiosi iuramento † non firmari, profitentur Bald. *consil.* 391. *numero* 2. *versic. Istis duobus, lib.* 5. Anton. Gomez, *dict. cap. de restit. minor, numero* 32. Gregor. Lop. *in dict. l.* 5. *titul.* 11. *part.* 5. *verb. Non valdria*, Couarru. *in relect. cap. Quamuis pactum, de pact. lib.* 6. *part.* 2. §. 4. *numero* 8. Gutier. (saepè communem dicens, contrariisque respondens) *dict. cap.* 32. *numero* 6. Cardin. Tusch. *practicarum conclus. dict. lit. P. conclus.* 868. *numero* 9. Iodoc. Damhouder, *in patrocin. pupillor. minor. prodigor. &c in titul. de tutor. & curat. minor. tom.* 8. *pag. mihi* 84. *num.* 53. 54. & 55. Neque res à prodigo bonis interdicto 22
distractas etiam, cum iuramento, † praescriptibiles esse, affirmat Federic *de Sen. consil.* 31. (incip. *Minor* 25. *annis*) *numero* 4. *versic. Posse tamen.* Quod & in alienantis impotentia, & in mala fide ementis fundamentum habet. Cùm malam fidem à principio habens, nullo tempore praescribat; malam verò fidem habere praesumatur, qui contrà iura (& sic à luxurioso, prodigovè) mercatur, iuxtà regulam vulgarem, *cap. qui contrà*, 82. *de regul. iur. lib.* 6. & similium. Verbisque *Iuliani* confirmatur assertio, *in l. Si quis cum sciret*, 8. *D. de pro empt.* dicentis: *Quomodo .n. mala fide emisse videtur, qui à dño emit; nisi forte, & is, qui à luxurioso, & protinus scorto daturo pecuniã seruos emerit, non vsucapiet.* Quam etiam 23
Federic. *de Sen. praefato loco* ampliat; † etsi super prodigalitate non esset plenè cognitum, neque notoria prodigalitas esset. Cui adhaeret Cardin. Tusch *dict. conclusion.* 868. *numero* 13. Siquidem *Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditioni, eius*, vt scita regula *legis qui cum alio, D. de regul. iur.* dictat, notamusque plenius in *Axiomatib. & locis commun. iur. lit. C. numer.* 202. 103. & 204.

Ad pupilli item similitudinem, acquirere † 24
† prodigus potest; obligari in sui praeiudicium non potest, dicente *Vlpiano in dict. l. is cui bonis*, 6. *D. de verbor. obligation. Is cui bonis interdictum est, stipulando sibi acquirit: tradere verò non potest, vel promittendo obligari. Ideò nec fideiussor pro eo interuenire poterit, sicut nec pro furioso.* Quam quidem cum pupillo similitudinem expendit Glos. 1. *ibi in fin.* Ioduch. Damhouder. *de pupil. patrocin. cap.* 8. *numero* 52. & Ioan. Baptist. Bou. *de stat. vrb. praesc. glos.* 19. *numero* 188. notauimusque iam *suprà, quaest.* 3.

Etsi praeterea ex delicto, † eiusque ordina- 25
tia poena prodigalitas non excuset, ex iuribus, & rationibus hinc inde congestis, tandem concludit Gomez. *variar. tom.* 3. *cap.* 1. *numero* 75. Id tamen notabiliter, † intelligitque Constant. 26
Roger. *de summo bon. cap. quod incipit, Discentiamus, numero* 18. si prodigus in committendo delinquat; secus in omittẽdo, per *l. Fulcinius*, 7. §. *Adeo*, *D. quib. ex caus. in possess. eatur.* Inferens, matrem prodigam, quae filio tutorem petere neglexit, ab illius successione non excludi,

cludi, & ita limitandam legem *Cum à matre*, 8. *C. qui pet. tut.*

17 Alia prodigis fauentia multa, † eorumque miseram conditionem leuantia, furiosorum pupillorumque comparatio ministrat, quæ eam sedibus suis, *q.* 3. *&* 5. collocauimus. De sententia contra minorem lata, quæ repertorum instrumentorum prætextu rescinditur: de re minori pecunia empta, quæ minoris efficitur: de sententia valida contra minorem indefensum: de præscriptione longi temporis contra minores non currente: de alienatione rerum minorum, sine iudiciali decreto infirma Et aliis, quæ furiosis, pupillis, & prodigis communia sunt, prosequiturque Nicol. Euerard. *in Topic. legal. loco* 73. *de minorib. ad furiosos, prodigos, mente captos, seu dementes.*

VTRVM CVPIDINEO Amore captus Miserabilis sit persona? fori priuilegio, aliisvè gaudeat?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars proponitur, & duobus* n. seqq. *Contraria inde sustinetur.*
Amore captus, furiosus, & prodigus reputatur, nilque furore Amoris vehementius, ibi. & n. seq. *Contra, & quatenus comparatio procedat.* n. 4.
2 *Amore capto an curator, vt prodigo dari debeat?*
Prodigalitas à luxuria, libidinosoque amore, nec minimum quidem distat, ibi.
Cupidineum amorem, quæ sectentur mala? ibi.
Qui amans prodigus non est; amator non censetur, ibi.
3 *Amore captus miser est. Et an quoque miseri fori, miserorumque priuilegiis gaudeant? &* n. seqq.
4 *Respondetur contrariis.*
Fundamento destructo, inadificatum corruat, necesse est, ibi.
6 *An naturalis sit amor?*
Prauos mores corripiunt leges, non fouent ibi.
7 *Libidinosus amor etsi non mereatur fauorē: aliquam tamen excusationem humana fragilitas his, qui amoris vi delinquunt, obtinuit. Et casus in quibus excusatio hæc concedatur*, remis.

QVÆSTIO XX.

1 PRæcipuum affirmatiua pars quæstionis huius robur à dictis in præcedenti capit. † quatenus in ea furiosum, prodigum que miserabiles esse, ac *legis* nostræ *unica*, *C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* dispositione comprehendi ostendimus: cum furioso, & prodigo Cupidineo captus amore comparetur, furiosusque reputetur, & prodigus.

Primum (furiosum nempè Amore captum; nihilque furore amoris vehementius) Imperator *Iustinian.* dixit, *in auth. Quib. mod. natur. fil. effic. legit.* §. *Nouimus etenim, col.* 6. vbi in comprobationem quoque *Accursius* versus illos refert:

Non frater fratri cum furor ille venit.
Igneus ille furor nescit habere modum.

repetuntque idem *Imperator*, & *accursius* idem, in §. *fin. verb. Bacchara, institut. de succes. sublat.* ab antiquioribus sæpè proclamatum, & à cicerone *Tuscul. lib.* 4. sic ab amore fugiendum dictante *Maximè autem admonendus, quantus sit furor amoris: Omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior.* Senec. traged. de amore loquente:

Quod ratio poscit, vincit, ac regnat furor.
Potensque tota mente dominatur Deus.

in cuius potestate, arbitrioque iudicij sanitatem, vel infirmitatem *Cæcilius* dixit, à *Cicerone dict. lib.* 4. relatus.

Cui in manu sit, quem esse dementem velit.

magnam vim mentis *Seneca* idem *Traged.* 9. appellauit.

Vis magna mentis, blandusque animi calor
Amor est.

Plaut. in Cistellaria, actu 2. scen. 1.

Qui omnes homines supero, atque antideo, cruciabilitatibus animi
Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in Amoris rota miser.
Exanimor, feror, differor, distraor. ita nubilam mentem,
Animi habeo.

Ouid. Metamorph. lib, 14.

Luctatusque diù, postquam ratione furorem
Vincere non potuit.

Et de arte amand. lib. 1.

Et insano iuret Amore mori

